L 61

3

26 - 11

Communium opin. tom. 2

24 - 9 - 9

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 30
Tabla
Número 3

i18520819

del Collegio de la Compañia de Jesus Granada
R-10207 Bª

# COMMVNIVM OPINIONVM SYNTAGMA,

*SIVE,*

## RECEPTARVM I. V. SENTENTIARVM.

### TOMVS SECVNDVS.

*Iuriſconſultorum nomina, ex quibus decerptus eſt hic Tomus, ſecunda ab hinc pagina docebit.*




LVGDVNI,

M. D. LXXXIIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

# COMMVNIVM OPINIONVM, SIVE IVRIS VTRIVSQVE RECEPTARVM

Sententiarum, ex diuerſis Authoribus collectarum,

## LIBER X.

### L

LAbor vnius non debet alteri applicari. l. cum oportet.in princip.C.de bon. quæ liber. ne defleat quis ſuos labores ad alios peruenire.l.fi.C.de alluuio.&paludib.Paulus de Caſt.conſ.63.libr.2.Barb. conſ. 22. col.12.vol.§.2.& ibi Angel.inſt.per quas perſon. P.Andora.

Labor omnis optat præmium.Spec.in procem.ver.hoc ergo. idem.

Laboratores cõducti ad laborandum agrum litigioſum ſi fieret eis proteſtatio ne agrum colerent, tenentur ad damnum,& ad pœnam,Deci.in l.velle.nu.3.communem dicit.ff. de reg.iur. B.Villalob.

Laboratores ſecantes ligna in nemore alieno.de mandato alterius,à pœna excuſantur,ita vult glo.expreſsè in verb.deſcendit. l. in rem actio.§. tignum. & ibi bona additio ex Bologneto.Alex.de Imo.in l.de pupillo.§.denunciationem. nu.11. ff.de noui oper.nun. Et hãc gl.communiter approbari ſcribit conſulendo Bar.Soci.in conſ.54.nu.23.in 4.vol.conſ.Quam doctrinam latius proſequitur Rol. à Valle, in conſ. 54. nu. 6. cum ſeq.in 1.Tom.conſ.addens poſt Bart.Soci.in d.conſ. 54. & alios ibi per eum allegatos pulchra, quando proteſtatio ſeu denunciatio re integra,& ſic ante actum facta fuiſſet,item ſi nõ appareret, an proteſtatio fuiſſet facta antè vel pòſt,quid iuris in eo caſu ſit ſtatuendum. Kirchouius.

Laboratores conducti quando non excuſentur?Vide quę habentur in l.in rem.§.tignum.ff.de rei vend. Alex. conſ. 36. nu.3.lib.1.Quibus adde ꝙ ſi inducunt tigna in meo nemore de mandato alterius,non incidunt in pœnam ſtatuti de turbata poſſeſſione teſte Rol.qui & communem dicit conſ.54.nume.6.lib.j.Quę cõcluſio limitatur nõ procedere quando apparere poſſet ex aliqua præſumptiõe ipſos ſciuiſſe me habere ius in illo memore.Alex.d.conſ.36.& conſ.79.lib.3.De laboratoribus autem vide quæ ponit Dec.in l. velle non creditur. nu.8.ff.de regul.iur. Put.

Laboratores ſecantes ligna in nemore alieno de mandato alterius,excuſantur à pœna.Dec.in l.velle.nu.3.ff.de reg. iur. Chirco.Centuria 2.concl.5. communem dicit. Moronus de fide.treuga &pace.q.162.nu.8.Limita,quando ſcirent alium habere ius in re,& abſque eius mandato, vel iuſſu quid in ea faciunt,quia non excuſantur à dolo, vt eſt communis opi.de qua D.Ro.à Vale in conſ.54.nu.2.in 1.vol.vide Corne.conſ. 119.in 3.vol. Et iſti laboratores habent actionem iniuriarum contra dominum, qui eos immiſit in fundum alienum verè, & tenetur dominus offerre ſe liti pro illis accuſatis. Rim.in conſ.576. Bonacoſſ.

Lac facit præſumere mulierem eſſe corruptam.Bald.in rubric.C.de probat.circa fi. P.Andora.

PRO.lachrymæ & orationes,ſunt arma clericorum cano. reptæhenſibile.& c.conuenior.23.q.8. Bellon.

Lacerans.Imaginem Dei vel virginis vel alteri⁹ ſancti quomõ puniatur.vide Alex.in l.item apud labeonẽ §.1 in fi.ff.de iniur.vbi dicit.quod poteſt puniri etiam pena mortis al.Cy.in l.ſenatuſconſulto. ff.de ſicca.& alibi.vide in ver. pena arbitraria.§.7. P.Andora.

Lacerare poteſt.iudex libellum ineptum.ĵ. libellus inept⁹. §.libellum ineptum. idem.

Lacerans cartam de libris communis.vel fiſci punitur.pena l.ſi quis id quod ſecundum.Bar.ibi ff.de iuriſd.om.iud.quę pena eſt quingentorum aureorum iſtud dicit. Bar. in aliquib⁹ lect.no.in mea.ſed ille tex.non loquitur.in iſtis terminis.nec. in eo probatur.dictum Bar.

Contra lacerantem inſtrumentum iuratur de contentis in inſtrumento Fel.in c.cum cauſam.in 11.col.de teſti. al.Bal.in l.j.C.de fid.inſtr.De quo vide Bal.in l.in fraudem.ff.de iu.fi.& in l.2.cum auth.C.de eden.Alex.poſt Bar.in l. tabularum §. quplura ff.quemad.teſt.aper.Fely.in c.accepimus in 4.col.de fi. inſtr.& in c.ſic.in 5.col.de re iud.Barb.in 3.volu.conſ.17.el 2. in 7.col.& in conſ.53.in 1.col.& in 4.vol.conſ.71.in vlt.col. lnd.ſing.376.

Lacerans literas. aduerſarij in præſentia iudicis debet acriter & exrraord.puniri.Fel.in d.c.ſic.in 5.col. Alex.aliquid. in l.reſpitieñ.§.delinquunt.de penis.

Imo.dicit Ang. Are.in tract.malef.in ver.falſario in 4.col. ꝙ lacerans ſcripturam pu. vel priuatam. quæ ad alium pertinet incidit in falſum.al.tex.& ibi Bar.in l.paulus.ff.de fal.Adde Iaſ.multa remiſſiue allegantem.in §.penales.in 6.col.inſti. de actio.& ibi Ang.in 2.col.

An autem volens ſubſtrahere copiam probationis aduerſe partis.perdat cauſam vide Fely.in c.intimauit in fi.de teſti. & in c.peruenit.de teſti. cogen. Et an ſtetur.tunc iuramento.vide Barb.in 4.vol.conſ.71.in vlt.col.

Vide ſuprà in ver.inſtrumentum lacerans.

Lænones & lænæ et ſi iure communi pœnas capitis luere debeant,tamen vſu receptum eſt, vt vel mitrati vapulent, vel alio iudicis arbitratu puniantur,vt cum multis atteſtatur Iul. Clar.in pract.§.vlt.q.68.ver.lænones. E.Suarez.

Læſus vltra iuſti pretij dimidium is emptor diceř,qui rem decem nummos valentem pro decem ac ſex emerit, vel aliquid amplius erogauerit.At venditor tunc vltra dimidium iuſti prætij lædi exiſtimabitur,cum rem illius valoris atque indicationis pro quatuor nummis vel minoris eam vendiderit, commune ponunt Fabian.de emp. & vend. qu.8.Ant. Gom. de contract. c.2. nu.22. Arius Pinel. omnino hanc in rem videndus ad l.2.C.de reſcind.vend. E.Suarez.

Læſus vltra dimidium iuſti pretij remedio l.2.C.de reſcin. vend.vti non poterit,ſi verum rei pretium non ignoraſſe probabitur.commune ponunt Pariſ.conſ.128. n.36.lib.1. Marc. Mantu.lib.1.locorum c.7.Did.à Couar.lib.2.reſolut.c.4. nu. 2. & numeroſa doctorum phalanx quam in ſpeciem cenſet Arius Pinel.ad illam eand.l.1.art.1.c.2.nu.10.ac Viuius lib. 1. opin.430.&431.licet Pinel.vbi ſupra cordatè in contrarium diſcedat. Nec item remedio illius legis fruetur. qui illi expreſſim renunciauerit, vel iurauerit contractui aduerſum non iri, vt inferius obſeruo verſ. l. 2. Nec itẽ cùm res iam ad tertium poſſeſſorem deuenit, qui vel rem ex onerosa cauſa adeptus ſit, vel gratuitò ab illo conſequutus, qui ſit ſoluendo. vt frequens doctorum placitum conſtituunt Did.à Couar.lib.2.reſolu.c.3.nu.10.Arius Pinelus ad eand.l.part.2.c.1.nu.30. idẽ.

Læſus vltra iuſti precij dimidium remedio l.2.C.de reſcin. vend.contra ipſum læſorem vti debet, tametſi ille rem prius in alium alienauerit. Contra tertium etenim poſſeſſorem nõ aliter nec aliàs actionem vllam habebit, quam ſi tertius ille, vel rem ex aliqua lucroſa cauſa cõſequutus fuerit, vel precio vltra iuſti dimidium viliori comparauerit,& læſor,ſoluendo non ſit. Quippe quia ſi aut læſor ſoluendo ſit, quamuis tertius rem donatione nactus proponitur, læſo contra ipſum nulla erit actio, aut ſi ſoluendo quidem læſor non ſit, ſed tertius ex titulo aliquo oneroſo, & iuſto pretio rem quæſierit,nullus item aditus remedio illius l.2.pateſcet, communia copiosè & eleganter in elucubratiſſimis commentariis ad eand.l.2.doctor meus Arius Pinelus 2.part.c.2.nu.29.& 30. cum ſeq. idem.

Læſæ maieſtatis crimen,non ſolum contra Papam & imperatorem committitur,ſed etiam contra Reges,Principes,vel ciuitates,quæ ſuperiorem non recognoſcũt.communem di-

cit Boſſ.in tit.de crimine læſæ maieſtatis.nu.51. Clar.d.li.5.§. læſæ maieſtatis,verſ.committitur.imò committitur etiam cōtra principes & ciuitates ſuperiorem cognoſcentes,vt communem dicit Alex.conſ.13.nu.3.lib.6.vt illum refert Rolan. conſ.88.nu.1.lib.2.Barb.conſ.70.nu.24.lib.4.Alc.conſ.456. & licet Soci.conſ.275.nu.1.lib 2.vt eum refert Ruin.conſ.3. nu.12.lib.5.dicat quod diſpoſitio.l.quiſquis, non habeat locum contra cōmittentes crimen contra tales principes & ciuitates inferiores,tamen Pau.de Caſt.in l.4.nu.6.in fi.C.de epiſ.aud.dicit de facto ſeruari vt tales contra inferiores committentes, puniantur de crimi.læſæ maieſtatis.& hoc dictum Pauli refert Brun.conſ.27.nu.3. & Gigas in tractatu de crim. læſ.q.29.Ita etiam de conſuetudine in Italia ſeruari atteſtatur Cepolla conſ.crim.17.n.19.quem refert Soci.iun.conſ.105. nu.25.lib.3.& Boſſ.in loco allegato,nu.51.& ita etiam de facto ſeruatum fuiſſe refert Guid.Pap.deciſ.344.Papo lib.22.tit.1.Arreſt.1.Et ſtante dicta opinione Alexandri,ita ſeruandum eſſe quò ad ipſum principalem delinquentem, licet quò ad filios aliud ſit: nam diſpoſitio d.l.quiſquis. quatenus loquitur de filiis, non habet locum niſi in committentibus contra imperatorem vel rempublicam Romam.communem atteſtatur Gigas d.trac.q.23.nu.9. & dicit Alc. in conſ.447. nu.6. in fi. quod hæc concluſio eſt approbata indiſtinctè ab omnibus.Soc.conſ.275.lib.2.Hæc Clar. d.§. læſæ maieſtatis. verſ.dubium eſt.& verſ.vnum tamen. P.Fichard.

Læſæ maieſtatis crimen committitur etiam contra Cardinalem.communem dicit Gigas in trac.de crim. læſæ maieſta. q.5.nu.j. ſunt enim Cardinales tanquam fratres Papæ,& pars corporis ipſius Cla.d.§.læſæ maieſt.verſ.quæro nunquid.idē.

Læſæ maieſtatis crimen is non committit, qui delinquit ꝯ principem cui non eſt ſubditus communem dicit Rol. conſ. 4.nu.1.Et ideò licet aliquo particulari iure,puta feudi vel delicti,quis efficiatur de foro alicuius principis, ſi tamen ratione originis vel domicilij non ſit ei ſubditus,non dicitur committere contra eum crimen læſæ maieſt.communem dicit Gigas.in tract.criminis læſæ maieſtatis q.68.nu.2.refert Clar.d. §.læſæ maieſtatis verſ.vidi quandoque vbi dicit ſe vidiſſe plu ries in facto ita iudicari. idem.

Læſæ maieſtatis crimen clericus non dicitur committere contra principem laicum in cuius terra natus eſt,licet originaliter dicatur eſſe de dominio & ditione illius principis, poſt clericatum enim reuera non poteſt dici ſubditus illius principis communem dicit Card.Alex.in cano.in primis.§.de perſona.verſ.non obeſt.2.q.3.quem refert Gomeſ.in §. rurſus. nu. 24.inſtit.de actio.Gigas in d.tract.de crim.læſæ maieſt. q.63. nu.3.Clar.d.§. læſæ maieſtat. verſ. Hinc infertur. ſubiungens. quamuis de iure ita verum ſit, vt tamen ſibi clerici caueant, principes enim de facto ſeruare contrarium, & ita Florentiæ ſuſpenſum eſſe quendam Archiepiſcopum. idem.

Læſæ maieſtatis crimē hoc præ aliis ſingulare habet,vt punitur etiam ſolus affect⁹ vel conatus,licet effectus non ſit ſubſequutus.communem dicit Boer.de ſeditioſis, præſuppoſ.7. n.42.Clar.d.§.læſæ maieſtatis ver.ſcias autē.Item ꝙ morte delinquentis hoc crimen non vt alia extinguitur,ſed poteſt etiā memoria defuncti accuſari & damnari ſi contra imperatorē vel rempublicam Romanam commiſſum ſit non cōtra inferiores.comm.dicit Boer.de ſeditioſis,præſup.6.nu.20.& Alc. conſ.467.n.4.Hoc tamen ius accuſandi & damnandi memoriam defuncti præſcribitur quinquennio,vt com.dicit Gigas in trac.de crimine læſæ maieſtatis q.23.nu.1.Et hinc infertur ꝙ rebellis impunè occidi poſſit,& tunc demum probari & declarari,ꝙ erat rebellis vt com.dicit Boſſ.in ti.de hæreticis. nu. 19.& in ti.de crim.læſæ maieſt.n.119.quæ tamen opinio Claro periculoſa videtur,vt quidem eſt Clar.d.§.læſæ maieſt.ver. Hinc infertur. idem.

Læſæ maieſtatis crimen committitur aduerſus quoſcunque Principes,vt eſt com.opi.Cla.in §.læſæ maieſtatis,verſ.cōmittitur.Etiam ſi recognoſcunt ſuperiorem, vt eſt com. opi. Cla.ibi ver.dubium,Rol.à Valle conſil.88.nu.1.in 1.Etiam ſi quis offendat Cardinalem,vt eſt com.opi.Cla.ver.quæro nū quid etiam ſi offendat conſiliarium Principis, vt eſt com.opi. Clar.verſ.quæro etiam.Sed non ſubditus Principi non incurrit in crimen lęſæ maieſt.Cla.ibi ver.vide quandoque.Et ideo feudatarius,vel reus criminis q non ſint originarij ciues,non committunt hoc crimen.vt eſt com.opi.Nec clericus dicitur committere hoc crimen,quia non eſt ſubditus,vt eſt com.opi.Cla.ibi.ver.Hinc infertur.Et committens crimen læſæ maieſtatis.eius bona ipſo iure confiſcantur.Cla.ibi.in ver.præterea,com.dicit.D.m.Alc.in conſ.19.nu. 11.in 7.libr.Socinus conſi.22.nu.8.in 1.vol. Sed opus eſt ſententia adhoc, vt quis ſit priuatus ſuis bonis propter iſtud crimen,vt eſt com.opi.de qua D.Hiero.Gabriellius.in conſ.179.nu.j. Sufficit tamen declatoria, vt ibi. nu.2. citato tamen prius reo ipſo. Et hoc crimen non comprehendit filias fœminas ipſius rei,vt eſt communis opi.Clar.ibi ver.Hæc autem.quia debent dotari,vt eſt com.opi.filij autem maſculi nihil habent Rol.à Valle in conſil.83.nu.23.Et habet locum pœna huiuſmodi contra filios, etiam in filiis naturalibus tantum,vt eſt com.opi.Cla. ibi ver. ſed nunquid.Nec ſeruatur filio legitima.etiam filio poſt delictum nato.vt eſt com.opi.Boſſ.de crimine læſæ maieſtatis.n. 138.Vide Cuma.conſ.171.Riminal. conſ.478.nu.4.& nu.6. in 3.vol.Clar.ver.fuit etiam. Et comprehendunt etiam nepotes,vt eſt communis opi.Clar.ver.fuit etiam.& ver.præterea, Non extenduntur autem d. pœne, niſi vſque ad ſecundum gradum deſcendentium ex maſculis incluſiuè,& vſque ad primum gradum deſcendentium ex fœminis, vt eſt comm.opi. Clar. d.verſ.præterea.Item lex quiſquis.C.ad l.iul.maieſta.etiam habet locum,ſi mater incurrat in hoc crimen,vt eſt communi.opi.Clar.verſ.quæro etiam.Vbi fuſius ſuper d.l.quiſquis. Et in iſto crimine punitur effectus non ſequuto effectu, vt eſt com.opi.Clar.verſ. ſcias autem.Et morte ſequuta rei,damnatur eius memoria,ſi crimen commiſit contra Papam,Imperatorem,vel Romanam rempublicam,vt eſt com.opi.Cla.ibi verſ.item licet. Secus ſi contra alios principes, inferiores, vel ciuitates,quia extinguitur morte. Et ius accuſandi,vel damnandi memoriam defuncti extinguitur quinquennio, vt eſt com.opi.Cla.ibi verſ.item licet.Et ideo rebellis impune occidi poteſt,& deinde declarari rebellis,vt eſt com.opi.Clar.ibi ver.hinc infertur. Sed hoc non placet Claro.Et in ipſo crimine poteſt abſens condemnari, vt ibi.Et not. ꝙ principi minus eſt credendum circa vitia proceſſus in crimine læſæ maieſtatis.quàm in aliis delictis,non in atrocioribus,vt eſt com.opi. de qua Boſſius de indiciis & tortura.nu.199. Bonacoſſ.

Læſæ maieſtatis crimen committens,punitur pœna mortis.Clar.in §.læſæ maieſtatis.verſ.ſed quæro.& q.68.ver.læſæ. Bonacoſſ.

Læſæ maieſtatis reus non efficitur ſciens & non reuelans, ſi tractatum & coniurationem probare non poteſt. Et iſta eſt magis commu.opi.& humanior.Rol.à Valle conſ.88.nu.10. & ſeq.in 2.vol.Conſultius tamen eſt,vt ſciens detegat,ſecretè admonendo principem, vt à tali machinatione cauere poſſit,quicquid ſcit reuelando,vt ibi per Rol.in fi.Vide omnino Ant.Gabriel.in ſuo communium concl.lib.7.concl.37.& vltima,& Rol.à Valle in conſ.1.in 3.vol.per totum. & D.Oſaſcum.& deciſione Pedemontana.79.& 80.

Læſę maieſtatis crimen requirit condemnatoriam, vt eſt com.opi.Ant.Gabriel.communi concl.lib.8.conclu.11.Amplia & limita,vt per eum. Bonacoſſ.

Lęſę maieſtatis crimen non poſſe committi,niſi per ſubditum,communis Doctorum ſententia eſt.clem.paſtoralis ibi, cùm quibuſdam ipſius ſubditis,Rex confœderationes & conſpirationes fecerat in ipſius maieſtatis offenſam.de ſent. & re iud.Et Bal.in l.2.C.de falſ.monet.vbi inquit,ꝙ ſi ſubditus ciuitatis falſificat monetam ipſius, incidit in crimen læſę maieſtatis.Et ꝙ dixit,ſubditus,quia non ſubditus nō incidit in crimē lęſę maieſtatis,ſubdens,proditorem populi incidere in crimē lęſę maieſtatis,ſi eſt ſubditus,alias ſecùs.Rol.à Valle, in conſ. 4.nu.1.& 2.in 1.Tom.conſ. Quemadmodum quoque ante eum conſuluit And.Barb.in ſuo eleganti conſ.70.nu.30.ver. etſi iſta videantur.cum nu.ſeq.in 4.vol.conſ.Idem voluerunt & reliqui Doc.quos referunt Tom.Gramm. in voto.10. nu. 32.Hiero.Gigas in trac.de crimin.lęſæ maieſta.conſ.68.lib.1. kirchouius.

Lęſus vltra iuſti pretij dimidium eo in contractu quem nō ipſe ſed eius procurator ſuo nomine geſſerit,beneficio l.2.C. de reſcin.vend.proculdubio frui poterit,vt frequens interpretum placitum impigrè oſtendit inſignis Pinel. ad eandem l. 2.part.2.c.1,nu.15.& c.2.nu.2. At ſi quis rem ſuam non ipſe vendiderit, ſed alteri conſenſerit vt vendat, atque vltra ſtati pretij dimidium læſus fuerit.remedium illius l.ſecundæ, intētare non poterit:quamuis venditor ipſe,hoc eſt, cui venditio commiſſa eſt,eo vti abſque dubio poſſit.commune cum multis effatur idem Pinelus dicta part.2.c.2.nu.2. E.Suarez.

Læſus vltra ſtati pretij dimidium, non minus intentabit remedium l.2.C.de reſcin.ven.ſi res in cuius contractu iacturam fecit mobilis ſit,quam ſi immobilis. commune ait Pinel. ad eandem l.2.part.2.c.2.nu.17.vbi aliquot iuris interpretes allegat aliter conſuetudine ſeruari affirmantes. idem.

Læſus enormiſſimè non poteſt venire contra renunciationem vel actum iuratum, ſecundum communem opi. Alex.

de Im



de Imo.referente in l.ſtipulatio hoc modo.nu.10.ff. de verb. obl.Alex.in conſ.27.nu.2.& in conſ.42.n.10.cum ſeq.& conſil.125.n.3.in li.1.Alij contrariam ſententiam tanquam communiorem ſequuntur.Pan.in c.cùm contingat.nu.23.ext. de iu.iur.Dec.in c.in præſentia.nu.36.extr.de proba.& in conſil. 181.nu.2.& 3.Vaſquius Menchacenſis in lib.1.controuer.illuſt.c.2.nu.17.vbi ipſe addit ex Doc.ibi allegatis,ad relaxationem huius iuramenti requiri citationem partis, quam communem ſententiam appellat Dec.in c.qua fronte.nu.8.ext.de app. De qua quæſtione ſuprà in verbo, iuramenti abſolutio. dictum eſt. Et hanc ſententiam vbique defendit Carol. Mol. in d.conſ.27.in verbo,ſalutis. litera A.& in d.conſ.42.in verbo,iuramentum.litera C.& in d. conſ. 125. in verbo,ſeruandum.& in commentariis ſuis in conſuet.Pariſ.tit.2.§.62.in 5. q.nu.21.cum ſeq. kirchouius.

Læſio enormiſſima eſt iuſta cauſa petendæ relaxationis iuramenti comm.dicit.Iaſ. poſt copioſiſſ.allegationes in conſ. 133.vol.4.& ſeq.Prob.in addit ad Io.Monac.ca. quamuis.de pact.lib.6.in fi. I.Fichard.

Vbicunque re ipſa apparet Læſio & iniquitatis licet per ꝯtrahentes iuratum ſit non contrauenire,tamen tale iuramentum debet relaxari & cōtractus poteſt reſcindi.Et eſt com.opinio ſec.Dec.conſ.349.conſuluit.verſ.2.principaliter. M.C.

Auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ.vend.non habet locum data enormi læſione,Eſt com.opi.ſec.Dec.con.45.quod ſupra naturæ.in pr. idem.

Filia enormiter læſa,veluti cùm pro vna dote pluribus hæreditatibus renunciat,poteſt tali renunciationi contrauenire etiam non obſtante iuramento.Eſt comm.opi.ſec.Dec.conſ. 379.requiſitus,circa fi. idem.

A læſione & grauamine laudi,poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri,etiam vſque ad 30.an.Eſt com.opi.cont. Specul.ſec.Alex.conſ.173.in cauſa & lite.vol.6. idem.

Enormiſſ.læſio non tollitur iuramento.Eſt magis communis verior opinio ſecundum Curtium iun.in conſ.53.habita diligenti:verſu,non obſtat ſi quiſpiam: licet contrariam opinionem dicat magis communem.idem Cur.iun.in con.141. habita per tex.in c.quamuis.de pact.in 6.Alex.in conſ.42.ſuper præmiſſis.vol.1.& contra Alex.tenet.Dec. dicens magis. com.in conſ.203.vt vera verſ.ſed venio.vol.1.& in conſ.216. viſa. verſic.negari tamen non poteſt.vol.2. allegat Cor.conſ. 166.vol.1. vbi diſtinguunt aut læſio excedit dimidiam iuſtæ æſtimationis,modico proceſſu,& procedit opi.Alex.aut magno exceſſu:& tunc(cùm ſit enormiſſima)nūquam cenſetur excluſa. & hæc diſtinctio omnino notanda, & tenenda eſt, cùm ſapiat æquitatem. idem.

Enormis læſio in compromiſſis dicitur in 6.part. debitæ quantitatis. vel reſidet in arbitrio iudicis, cùm non ſit à iure determinatum. Et iſtæ ſunt duæ principales,& mag.com.Docto.op.ſec.Dec.in conſ.39.veridicam.in fi.vol.1. idem.

Dolus ex propoſito, & dolus re ipſa, data enormi læſione æquiparantur.Eſt com.opi.ſec.Dec.in conſ.180.viſa renuntiatione.verſ.non obſtat quod contra per.vol.1.Curt.iun.conſ. 141.habita.vol.2. idem.

Læſio enormis læſio metum in actu interueniſſe præſumi facit, ſecundum communem per Burſ.conſ.72.nu.41.libr.1.

Læſio niſi conſtet cauſata læſi facilitate, vel dolo aduerſarij,reſtitutio in integrum denegatur, ſecundum magis communem per Burſ.conſ.27.nu.17.lib.1.

Læſio enormiſſima requiritur vel exceſſiua vltra triplum, vel quadruplum iuſtæ portionis debitæ,vt filia contra iuratā renuntiationem veniat, ſecūdum communem per Burſ.conſil.75.n.4.lib.1.licet alias ſola lęſio enormis ſufficeret,ſecundum aliam communem ibi.

Læſio non conſideratur in compromiſſo ſuper lite,niſi inſpecta æſtimatione dubij euentus litis,& vltra dimidiam quātitatis quam experti homines pro iure & cauſa illius communiter darent,quod probatione difficillimum putat Burſ.qui & communem negatiuamq; de iure veriorem refert.conſ.114. nu.33.lib.1.

Læſio quæ dicatur enormis quæ enormiſſima iudicis arbitrio remittitur,iux.magis communem per Burſ.con.75.poſt nu.5.lib.1.Rol.conſ.7.nu.56.lib.3.eundem Burſ.conſ.27.nu. 18.eodem.

Læſione enormiſſima data minor cōtrauenire poteſt, iuxta veriorem & magis communem per Burſ.conſ.75.n.5.libr. 1.vbi loquitur de filia quæ renuntiauit, de qua etiam plura not.Rol.conſ.7.nu.43.lib.3.

Læſio enormis dicitur quando aliquis in 6.part.quantitatis debitæ læſus fuerit,ſecundum Bar. in l.ſocietatem. §. arbitrorum.ver.pro declaratione.n.25.ff.pro ſocio. cuius ſententiam & alij Doct.ſequuntur.Lanfr.de Orian.in tract. de arbitris.in vlt.par.q.14.in 3.vol.tract. Raph.cum.in conſi.50.n.4. circa fi. ver.ad id autē quod quæritur an debeat induci ad arbitrium boni viri.Alij Doct.verò arbitrati ſunt, ꝙ hoc, cùm non ſit à l.determinatum,arg.l.1.ff.de iure delibe.arbitrio iudicantis committendum ſit.Bald.in l.cùm antea.nu.4.& 5.C. de arbi.gl.in verb.definierit.circa fi.in §.precium.vbi Ang.Aret.nu.7.explicat.inſt.de emp.& ven.Pan.in c.quintauallis.n. 33.Et licet ibi ab ipſo variæ Doctorum ſententiæ recenſeantur,tandem tamen in hac ſententia perſiſtit.ext.de iureiur.Et has duas enumeratas principales opiniones magis à Doct.cōmuniter approbari ſcribunt cum pluribus adductis authoritatibus Phi.Dec.in conſ.39.nu.7.& Tho.Ferra. in tract.cautel. Caut.8.Et ſecundum hanc ſecundam opi.tanquam communiorem iudicandum eſſe conſulendo tradit Soci.iun.in conſ. 48.nu.22.in 1.parte conſ. vbi & ipſe plures authoritates allegat. Kirchouius.

Læſio enormis & enormiſſima quæ dicatur? vide Soci.cōſil.266.lib.2.Dec.conſ.45.180.380.pariſ.conſ.12.nu.80.lib.j. Caſſiad.deciſ.1.de emp.& vend.Nat.conſ.207.col.2.Rol. cōſil.7.nume.55.libr.3.vbi ſecundum magis communem dicit hoc committi iudicis arbitrio,ſecundum verò aliam opi. læſio dicitur,quādo eſt in 6.parte vt per Rol. ibi d.conſ.vbi nu. 52.dicit,ꝙ vbi datur enormis læſio,quis audiri debet: nō obſtañ ꝙ iuraſſet omnia & ſingula vera eſſe,quę omnia declara, vt latius per Rol.vbi ſupra.

Laicus qui ante concilium Lateranenſe habebat decimas eccleſiæ non poteſt alteri laico concedere, etiam cum authoritate epiſcopi. Boerius in cōſuetudine Bitu. des couſtumes prædiales.§.11.comm.dicit. B.Villal.

Laicus poteſt eſſe arbitrator in re ſpirituali, Dec.in ca.2.de iudi.n.2.communem dicit. idem.

Laicus poteſt eſſe aſſeſſor epiſcopi in cauſa ſpirituali. Dec. ibi, quam intellige. niſi ipſe iudex alias eſſet ſecuturus ſuum conſilium, Pan.ibidem. Ex quo infertur. ꝙ ſi iudex eſt ita ignarus ꝙ neſcit diſcernere an conſilium ſit iuſtum,necne,cum teneatur ſequi,per Ant.in c.cum olim de arbi.quem refert,& ſequitur Alex.in l.ſi conuenerit nu.11.ff.de re iud.tunc laicus non poteſt eſſe aſſeſſor.Dec.ibi quem com.dicit.idem.Villal.

Laici ſuper iure diuino ſtatuta cōdere non poſſunt vt probatur in l.non dubium.C.de legib.& in ca.quamuis de pactis in 6.Vnde ſequitur quod nec ſuper iuramento.cum ſit de iure diuino.c.& ſi chriſtus.ibi reddite iuramenta veſtra Deo de iureiur.& tradit Bar.in l.omnes populi,3.q.pr.ff.de iuſt.& iur. Hinc dixit imo.in c.cum contingat.eod.ti.de iureiur.quod ſi ſtatutum redderet contractum, ac iuramentum inualidum, tunc recurrendum eſſet ad forum eccleſiaſticum pro iuramēti obſeruatione, & vt iurans illud obſeruare cogeretur, Dixit etiam abb.in d.c.cum contingat, quod licet ſtatutum infringat contractum, ac iuramentum fauore iurantis, tenetur tamen iurans obſeruare iuramentum.Bar.opinionem ſequuntur Io.de Imo.& Anch.in d.c.quamuis de pact.in 6.Hanc magis communem eſſe dixit Alex.in conſ.38.viſo.lib.4. F.T.

Laici poſſunt puniri per epiſcopum de adulterio.Alc. in c. pernitioſam:nu.18.de of. ord. com. dicit. & per intruſionem in monaſterium.Coua.in epiſt.4.ca.8.§.7.nu.20.comm.dicit. B.Villalob.

Laici eccleſiaſtica negotia tractare non debent.c.2. ext. de iudiciis. Bellon.

PRO. laici ſpiritualia poſſidere nō poſſunt. ergo nec præſcribere c.cauſam que de præſcriptio. Bellon.

PRO. laicis nulla eſt attributa facultas in rebus eccleſiaſticis,in c.cum laicis,extra de rebus eccleſi.nō alienand. c.eccleſia.de conſt. idem.

Laicus non poteſt prorogare iuriſdictionem iudicis eccleſiaſtici delegati, prout eſt vicarius foraneus qui non dicitur ordinarius ſed delegatus. Cyn. & Caſtr.in l.ſi qui ex.C.de epiſcop.aud.Abb.in c.ſi quis contra clericum.de foro comp. not.in clem.& ſi principalis.de reſcrip.poteſt tamen dici vno reſpectu ordinarius,cum ſit deputatus ad vniuerſitatem cauſarum iuxta not.in l.cum prætor.ff. de iudic.gl. in c.cum cauſam de app.gl.& abb.in c.1.de of.deleg.Bart.& doct.in l.1.ff. de iud. Put.

Laici contra clericos in criminalibus teſtes non admittuntur. ſed quo caſu & quomodo admittantur, vide Iaſ.in l.fi.n. 9.C.de his quib.vt indig.

Laici non poſſunt ſtatuere contra clericos nec contra eorum bona:nec imponere datia vel collectas clericis vel perſonis eccleſiaſticis. Quid ſi per indirectum aliquid ſtatuant? vi-

de Iaſ.in l.legatum.nu.10.C.de indict.viduit.tollend. Put.

Laicus non poteſt accuſare clericum de aliquo crimine, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam corporalem proſequatur. cōmunem dicit gl.in ſumma ſecunda.q.7.Foller.prac.crim.can.nu.43.Imò laicus non admittitur, etiamſi crimen illud ciuiliter tātum proponere velit. communiter dicit Fel. c.ex parte. n.6.& ſeq.de teſtib.Si tamen in eo crimine verſaretur ius publicum, tunc quilibet laicus etiam extraneus poteſt accuſare clericum.ita DD.communiter tenere ait Ferret. conſ.183.n.4.ver.quintò corroborantur.Hæc Clar.d.lib.5.§.fi.q.14.verſ. propter. Nota tamen quòd prædicta communis fallit in clerico parrochiano. nam talis poteſt prælatū ſuum denūciare & accuſare,vt communiter atteſtatur Aret.in c.illa.nu.7.de accuſ.Clar.d.§.fi.q.7. P.Fichard.

Laicus non admittitur in teſtem contra clericum in cauſa criminaliter intentata. communem atteſtatur Didacus prac. q.18.n.2.verſiculo ſecundò illud Menchiaca.lib.3.de teſta.§.22.n.73.Si verò cauſa eſſet ciuiliter intentata, admittitur laicus ad teſtificandū.ita concludere omnes DD.atteſtatur Ferret.conſ.183.n.5.verſ.vlt. confirmatur. Clar.d.§.fi.q.24.verſ. præterea quæro. Idem.

Laicus iudex,vel laici iudicis miniſtri,non poſſunt torquere clericum de mandato epiſcopi ſui.communem dicit Ripa. in c.decernimus.n.39.de iudic.ſed quicquid ſit de iure communis obſeruantia eſt in contrarium vt,dicit Abb. in c.vt famæ.n.8.de ſen.excom.quem Diaz.prac.cri.cano.ca.117.n.6. Foll.prac.cri.cano.numero vndecimo Simancas de hæret.c. 63.n.21.& licet Abb.ibid. dicat illam eſſe malam cōſuetudi. tamen Car.Alex. contradicit eſſe bonam conſuetud. in c.illi qui.7.q.5.Clar.d.§.fi.q.64.ver.ſed hic quæro. Idem.

Laicus eſt incapax beneficior.c.2.de inſti.& c.cum M.extr. de conſt. P.Andora.

Eſt etiam incapax iurium ſpiritualium.c.meſſana.& ca.ſacſanct.de elect.Pan.in c.ad hæc.de decimis.& melius in c.quāuis.eo.tit. Idem.

Laico non poteſt committi cauſa criminalis.contra clericū Barb.in 2.vol.conſ.45.in 3.col. idem.

Poteſt tamen laicus capere clericum delinquētem.vt eum ducat ad iudicem non vt retineat Bar.in l.ſi quis in ſeruitute. ff.de fur. idem.

in laicum cauſa ſpiritualis an cōpromitti poſſit.Alex.conſ. 75.vol.4.tenet quòd ſic. idem.

Laicus non poteſt vendicare ius. habendi banchum in eccleſia inuito epiſcopo.Hoſt.& Pan.in ca. Abolende de ſepul. Idem.

Laicus ſumi poteſt pro illiterato.ca.2.§.1.& ibi Phil.de hæretic.in 6. idem.

Laicus poteſt eſſe aſſeſſor.non autem vica.epiſcopi. Feli.in c.decernimus ī 3.co.de iud. Gemy.in c.ſta.§.aſſeſſorē de reſc. in 6.Iaſ.in rub.ff.de officio.eius.cui mand.eſt iuriſd.& in rubr. ff.de offi.aſſe.vide Decium ī d.c.decernimus in 16.col.& ſeq. Phi in c.1.de off.vic.in 6.& in c.1.de procur.eo.li. Panor.in c. cum cauſam.de elect. idem.

Laicus an audire poſſit in confe.in caſu neceſſit. vide Feli. in c.præterea.in 3.col.de off.ord. vbi dicit ꝙ ſic & ꝙ tal' cōfe. proderit quo ad damnationem eternam euitandam. non tamen diminuit de pœna purgatorij vt faceret abſol.Sacerdot. & hinc.eſt ſecundum eum ꝙ finito periculo. debet confe.reiterari ſacerdoti.al.S.Th.in 4.diſt.17.q.3.art.3.&Hoſt.in ſum. de pœn.& remiſ.§.cui confiteñ.vide Decium in d.ca.decernimus in 21.col. idem.

Laicus cognoſcere pōt de iniuria illata ſpiritualitate. Pan. in c.2.de iuram.calum. idem.

An corā laico poſſit tractari cauſa decimar. vide in ver.decimæ.& an cauſa ſpiritualis poſſit in laicum compromitti.Alex.vol.4.conſ.75.in add.ver.& max.tenet quòd ſic.

Laicus ſummi poteſt pro illiterato.c.2.§.1.& ibi Phi.de hære.in 6. Laicus iudex poteſt cognoſce.de iniuria illata ſpiritualitati.Pan.in c.2.de iur.cal.

Laicus non poteſt accuſare clericum de aliquo crimine,niſi ſuam,vel ſuorum iniuriam proſequatur. cōis eſt opin.Imo etiam,ſi crimen illud ciuiliter tātum proponeret, vt eſt communis opin.Sed ſi in tali crimine ius publicum verſetur, tunc quilibet laicus, etiam extraneus poteſt accuſare clericum, vt eſt communis opin.Fallit in clerico parrochiano, qui poteſt per prælatum ſuum denunciare, vel accuſare, vt eſt communis opi.Cla.q.7. Bonac.

Laicus non admittitur in teſtem ꝯ clericum in cauſa criminali criminaliter intentata, vt eſt cōis opi.Secus ſi ciuiliter ſit intētata,vt eſt cōis opi,Cla.q.24.ver.prætereà quæro.Graſſus communi.opi li.2.c.17.q.31.Fallit.vt per Marſ.ſing.98. vide benedi.de vado foro Sempronio in reperto.Fel.in ver.laicus an poſſit accuſare clericum. Bonac.

Laicus iudex, vel laici iudicis miniſtri non poſſunt torquere clericum mādato ſui epiſcopi, vt eſt communis opi.canoniſtarum.communis tamen obſeruantia aliter ſe habet. Clar. q.64.ver.ſed hic.

Laici poſſunt puniri per epiſcopum.D.m.Alciat.in c.pernicioſam de off.ord.communem.dicit. Bonac.

Laici hęretici bona ad fiſcum domini tēporalis pertinent, vt eſt communis opi.Burſatus.conſ.43.nu.36. Bonac.

Laicus exigens collectas à clericis prohibitas excommunicatur.Capra reg.96.n.76.communem dicit. Si monitus non deſiſtat,& ſufficit vnica monitio pro omnib. ſecundum communem opi.cū termino habili ibi.Capra n.79.& n.81. Bona.

Laici ſi ſunt de terris Eccleſiæ, viuere debent ſecundum cano.& non ſecundum leges ciuiles, etiam ſi ſint infideles.ca.ſi duob.& ibid.notat.de appellat.no.in c.quod ſuper his,de voto & voti redemptione, ita cōmuniter à Doctor.d.c. Si duobus,teneri,refert Bened.Cap.concluſio ſiue regul.4.n.10.

Laicorum ſtatuto generali fauorabili,cum in eo nō denotetur ſuperioritas,ſicut in ſpeciali,clericus vel Eccleſia vti poteſt,&communiter teneri aſſerit Bened.Cap.reg.14.n.35.per ea quæ no.Bald.in l.omni.C.de ſacroſ.eccleſ.

Lana.app.lanæ.non venit lana tincta.Barb.in 3.vol.conſil. 29.in vlt.col. P.Andora.

An app.lanæ veniant pelles lanutæ. vide Alber. in 2.parte. q.212. idem.

Lapis an creſcat ſub terra ſpatio temporis,no.in l.diuortio. §.ſi vir in fundo.ff.ſol.mat. P.Andora.

Lapillus varias habet ſignificationes.Alex.in l.1.in prin.ff. de acq.poſſ. idem.

Lardum an veniat appellatione carnium:vide Bart.in l.C. de erogat.milit.an.li.12.& in materia Ana. & Bolog. cōſ.35. vbi dicit Anan.ꝙ illa l.1.probat ꝙ appellatione carnis pecudiue non comprehenditur lardum. Corſet. ſingul.in verbo,caro.inducit d.l.1.ad illud ꝙ licitum ſit comedere lardum,quādo licet comedere oua.dixi ſ.in verb.caro. P.Andora.

Laſciuia facit quem teneri in factum.Ange.in §. interdum. inſtit.de obligat.quæ ex delict.naſc. P.Andora.

PRO.Lata culpa dolo æquiparatur.l.quod Nerua. ff.depo. l.1.ff.ſi menſ.fal.mod.dix. Bellon.

Lata culpa non æquiparatur dolo:cùm agitur de imponenda pœna mortis,vel mutilationis membri. Hier.Cagn.l.contractus.n.10.ff.de reg.iur.com.dicit. B.Villal.

PRO. Lata culpa puniri quem poſſe corporaliter, non tamen eadem pœna corporali,qua puniretur pro dolo, ſed mitiore & leuiore, ponit pro vera & communi concluſ. Rober. Maran.in 4.part.ſpecu.tit.1.nu.59. I.Fich.

Lata culpa non æquiparatur dolo,cum agitur de imponenda pœna mortis,vel mutilationis membri. Cagnol. in l.contractus.nu.10.ff.de reg.iur.com.dicit.Marant.in pract.fol.46. nu.95. Bonac.

PRO.Latrones furca ſunt ſuſpendendi. l.capitalium.§.vlt. ff.de pœnis. Bellonus.

Latro dicitur, qui per vim furatur:ſed fur qui clàm aufert: auth.ſed nouo iure.& ibi Bart.C.de ſer.fug.Panor.in c.ex parte.de teſtib.Alex.conſ.110.vol.4.vide Corn.conſ.44.ver.nam debet intelligi.vol.4.Alex.in l.ſi ex ſtipulatione.ff.de acq.poſſeſſ. P.Andora.

Latro famoſus debet laqueo furca ſuſpendi. l. capitalium. §.famoſos.ff.de pœnis. idem.

Laudemium debetur vſufructuario, & non domino,in caſu quod dominus directus deceſſerit, relicta hæredi proprietate, alteri vero vſufructu ipſius proprietatis & durante vſufructu contingat rem emphyteutæ alienari,com.d.Cla.§.emphyteuſis.q.23.ver.fi. I.Fich.

Laudemium ſoluendum eſt domino etiam ſi conceſſio emphyteutica ita facta ſit vt poſſit emphyteuta vendere cui velit.com.in §.E.q.23.§.ſed quid. idem ex eodem.

Laudemium non ſolum eſt ſoluendum domino de rebus venditis vel permutatis, ſed etiam de donatis, quia laudemium ſoluitur propter nouam inueſtituram, quæ ratio militat tam in emptore quàm quouis alio cui opus ſit noua inueſtitura.com.d.Cla.in §.emphyteuſis,q.22. idem.

Laudemium licet emptor vel acquirens teneatur ſoluere, item gabellas,decimam,& ſimilia onera,& in feudis eo maximè quia ſoluitur ob inueſtituras & poſſeſſionem quæ in nouos emphyteutas vel vaſallos transfertur.l.fi.in fi.cum gloſſ. ver.accipere.C.de iu.emph.venditor tamen& alienans regulariter



lariter tenentur ad impetrandum conſenſum domini directi, ſecundum communem per Burſ.conſ.56.n.16.& 17.lib.1.

Qui laudum arbitratoris emologauit (quia promiſerat in compromiſſo emologare cū iuramento & ſub pœna)ſi poſtea contraueniat laudo probabiliter dici poteſt eum excuſari à pœnis.l.ſi quis maior.C.de tranſac.quaſi non liberè & ſponte.emologauerit, vt requirit dicta l.ſed metu iuramēti & pœnę,qui excludit libertatem.l.Titia.ff.de verb.oblig.c.gemma. ext.de ſponſa. & quia etiam ſi compulſio ad pactum vel tranſactionem eſſet iuſta,puta ex forma ſtatuti,non habet locum ſi contraueniatur pœna dictæ l.ſecundum Bartolum & communiter docto.ibi,quia eſt pœnalis,& venit ſtrictè & propriè intelligenda, vbi eſt voluntas libera, non autem coacta quouis modo,quæ propriè voluntas non dicitur.ca. cum locum ext.de ſponſa.& cum caſus accidiſſet,domi.Fulgo.nō fuit auſus determinare contrarium, licet in contrariam partem inclinare videretur,vt refert dominus Sādil.in d.l.ſi quis maior, qui ſequitur,quod ſuprà concluſum eſt. Balb.deciſ.414.

Etiam ſi per annum ſteteris,ꝙ à Laudo non reclames, non propterea tranſit in rem iudicatam ex ſententia Bart. & aliorum in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum. ff.pro ſocio. Bal.in l.fin. ver.quæro vſque ad quātum tempus,C.de contrah.emp.Bal. & Ang.in l.ſicut.C.de præſc.30.vel.40.an.Bur.ī c.Quintauallis de iureiur. & hanc tanquam communem ſequitur Alex. conſi.237. viſis proceſſibus.libr.2.ſequendo ordinem primi. F.Turza.

Laus.oris proprij ſordes habere ſolet.vt not.in rub.& in l. obſeruare ff.de offi.procon.

An autem liceat ſe laudare. vide Ang. in proœ.inſtit.verſ. quor. P.Andora.

Laus ſumi non debet niſi à propria virtute.Iaſ.in l.more in 2.col.ff.de iuriſd. om.iud.fac. quod vult Bal.in l.quid ergo.§. fi.ff.de contra.tu.ac.vbi dicit quòd non ſunt comendan. quæ commendat fortuna. idem.

Laudari à turpibus turpe eſt.Fel.poſt Pan.in c.inquiſitionis §.q̄ſiuiſti.in 3.col.ext.de accuſ.vide in ver.turpitudo.§.3. idē.

Lazarus.ſuſcitatus. diceba.nouus hō.no. in l.ex his ff.de ll. Pau.de caſt.vol.2.conſ.116.vide ample Pan.in c.fraternit.nu. 22.de frig.& malef.Ang.in l.quod dicitur.in fi.prin. ff.de impen.in re.do.fac. P.Andora.

PRO. lectio repetita placebit, vnde ſecundum Horatium, Decies repetita placebunt.in §.j.de emen.iuſti.Cod. Bellon.

Lectus& panni lecti.non veniunt in generali obl.Bar.in l.j. C.quæ res pig.obl.poſ. P.Andora.

Lectus.venit app.alimentorum Bar.in l.legat.ff.de alimen. & cib.leg.Bolog.in conſ.48. idem.

Legalitas vitæ an faciat diſcedi à regulis iuris. Iaſ. in auth. iubemus.2.& 3.col.C.de iudic.multa notab.adducit. P.And.

PRO.legaui,verbum,non tantū ad præterita,ſed ēt ad preſentia legata trahitur.in l.talis ſcriptura.§.fi.ff.de leg.1. Bell.

Legatum annum ciuitati vel Eccleſiæ perpetuò relictum, 100.an.ſpacio determinatur,crebrior eſt opi.teſte Alex.conſ. 60.omiſſo.vol.1. M.Chærianus.

Legatum annuum factum Eccleſiæ per verbum ſemper, & in perpetuum finitur curriculo, ſeu ſpacio 100.an. à die relicti,ſecundum gl.no.poſt Bart.in l.an vſufruc.ff.de vſusfruc.& in l.ſi vſufru. ff.de vſufru.leg. Iac.de Raue. And.de Piſ.& Nicol.de Neap.in l.annua.ff.de annuis legat.Card.conſ.66. Fed. de Senis conſ.12.Anchara.in c.fi.de teſtam. Alex.conſ.60.in prin.vol.1.vbi ſcribit iſtam eſſe magis communem opi.& ab ea in iudicando, & conſulendo non eſt recedendum Didac. Couar.in tract. Reſolutionum iuris ciuilis & Pontificij in ca. 9.nu.10.lib.3.idem tenet, & concludit ipſemet Alex. in l.2.in prin.ff.ſol.ma.& ibi Decius, & Claudi. Aquenſ.n.25.Ruinus conſ.143.n.11.vol.4.& ita in facti contingentia conſuluit Alex.in d.conſ.60.& hoc firmant Doct. ratione infinitatis euitandæ,vt latiſſimè.per Alex.ibi poſt prin.& ſententiam iſtam tāquam veriorē ſequutus eſt Marchus Mantua. in apoptheg. apoptheh.52.Contrariam verò partem,videlicet, quod legatum iſtud duret vltra 100.an.in infinitum,vt dicitur per ſecula ſeculorum, expreſsè tenuit Rogerius relatus ab Accurſ.in d.l.an vſufructus.Abb.poſt alios ibi congeſtos per eum in d. c.fi.de teſta.Barb.conſ.20.vol.4.Ang.Cuma.Soci.in l.3.§.fi.ff. ad legem Falcid.Corn.conſ.22.n.19.vol.3.Iaſ.in l.videamus, §.deferre.ff.de in litē iuran.& in l.2.ff.ſol.ma.vbi pariter Crotus.Pontanus Perusinus,Parpal.Ripa,& Alber.in d.l.an vſusfructus,vbi audacter aſſeuerat opinionem hanc ſe vidiſſe cōmuniter ſeruari in practica,& pro iſta opinione videtur caſus legis expreſſus, qui non poteſt, niſi cum magna cauillatione & falſa interpretatiōe euitari in l.annuam,& in l.annua.§. Titia,ff.de annuis le. prout egregiè perpendit Ripa, cir.prin.& Pontanus,in l.2.ſol.mat.& Soci.in l.3.§.fi.ff.ad legem Falci.& ita per iſtas leges, & alias quamplures ratiōes, & auctoritates conſuluit Frater Io.Maria. Verratus Ferrarienſis in libello Diſputationum aduerſus Lutheranos,in tit.de annuis legatis,& ita conſuluit etiam efficatiorib. fundamentis & rationib. Riminaldus,conſ.inſerto, & poſito in d.libello Diſputationum contra Lutheranos,vbi quam optimè firmat opinionem iſtā, & reſpondet omnib.ferè contrarius, & huic cōſilio Riminal. ſe ſubſcripſit Bernardinus Burguntius Doctor eximius Parmenſis,plurimis & optimis rationib. & ſubſcriptio hæc repetitur poſt conſ.Riminaldi in loco ſ.citato.His.accedit.ꝙ quādo eſt factum legatum alimentorum alicui Eccleſiæ præſtandorum omnib. fratrib. dictæ Eccleſiæ in die ſancti Ambroſij, & nihil aliud ſit dictum tunc alimenta iſta nō forent pręſtanda quolibet anno in illa die ſancti ambroſij, ſed hæres liberat præſtando,& ſoluendo alimenta pro primo anno in dicta die ſancti ambroſij,vt per plura concludit Marchus Mātua.in ſuis apophtheg.apophtheg.1. F.Viuius.

Dominium rei legātæ tacitè non trāsfertur ipſo iure in legatarium ſine traditione,ſicut trāfertur dominium rei expreſsè legatæ ſecundum Bart.in l.1.ff.de leg.1.& in l.emptor.§.ancilla.ff.de rei vend.quem ſequuntur Bald.Ang.Floria. Pau.de caſt.Alex.& Iaſ.in l.ſeruum filij.§.fi.ff.de leg.1.Dec.in l.traditionib.C.de pactis,Bertachinus in ſuo repertorio,in verb.dominium trāsfertur,ver.9.&iſtorum opinionem,aſſeuerāt eſſe communem Soc.& Iaſ.in d.l.j. Sed cōtrariam partem,ꝙ imò dominium rei tacitæ legatę trāſeat ipſo iure in legatarium abſque traditione,tenent Imo.Alex.& Aret.in d.l.1.ad quorum fundamenta reſpondent Soc.& Iaſ.ibi, poſſet tamen interpretari,ac limitari ni fallor,quando res tacitè legata eſſet apud legatarium,tunc quippe transfertur dominium in eum per tex. in §.interdum.inſti.de rerū diuiſio.&per id,quod ſcribit Bald. l.1.C.communia de lega.vbi dicit, quòd quādo teſtator legat rem hæredis,tranſit dominium recta via in legatarium, quando res erat apud eum. idem.

Lego, (verbum)ēt vniuerſitati rerum adiectū ñ habet vim inſtitutionis.Sed erit tūc legatū,vel totius hęreditatis,vel partis eius,ſm quod dictū fuerit, Et cēſebitur hæres inſtitutus iure legati grauatus hæreditatē totā, vel eius partē reſtituere,iuxta l.mulier.§.fi.ff.ad Trebel. Hāc communem eſſe cōcluſionem ſcribit Maria.Soc.Nepos,olim præceptor meus.in rubr, de leg.1.n.73.quam limitat ibidem nu.77.vbi vide, I.Fich.

Legatum factū Sēpronio,ſi duxerit vxorē in mille,& ſi ordinem eccleſiaſticum receperit in 100. ſi efficit clericus gaudet in mille.Hippo.in rub.de fide inſtr.n.127.ff.com.dicit.B.Vill.

Legatum factum mulieri,vel alicui vt contrahat matrimonium cū A ſi ipſa velit:requiſita recuſauit,& ſi poſtea A.velit: nihilominus debetur, etſi non contrahat. Iaſ.in l. cum auum. C.de inſti.& ſubſtit.n.8.communem dicit. Idem.

Legatum relictum vxori,ſi honeſtè vixerit,& durauerit in viduitate, poſt eius mortē quod Titius habeat legatū. ſi ipſa ꝯhit matrimonium,nō expectata morte, Titius habebit legatum.Iaſ.in l.ſi mater.n.2.de inſt.& ſubſt.com.dicit. idem.

Legatum ſi ſit relictum filiæ pro maritanda cū A.ſi filia maritetur cum B.filia nihilomin⁹ habebit reſiduum, Iaſ.in l.filia legatorum,de legat.C.n.3.communem dicit. idem.

legatū factū vxori,per hæc verba,relinquo vxori meæ qcquid ad me peruenit nomine dotis:nō ſunt deducendæ expēſæ factæ,Iaſ.in l.poſt dotem.n.36.ff.ſol.ma.com.dicit. idem.

legatum factum vxori,in quo relinquitur vſufructuaria omnium bonorum,inſtitutis filiis,intelligitur ſolum legata eſſe alimenta.Gozad.conſ.99.nu.8.com.dicit. idem.

legatum factum eccleſiæ intelligitur de parochiali, Iaſ.in l. 1.C.de ſacr.ſan.eccl.n.4.com.dicit. idem.

legatum annuum relictum eccleſię,vel ciuitati non durat, niſi per 100.an.Alex.cōſ.60.vol.1.com.dicit, quàm intellige in vſufructu, relicto eccleſiæ:ſecus tamē in annuo legato:Iaſ. in l.ſol.mat.n.1.ff.ſol.mat. idem.

legatum pium non debetur niſi adita hæreditate. Iaſ.in l.1. C.de ſacroſ.eccl.n.31.& Couar.in repet.ca.Rainutius.de teſt. §.3.communem dicunt. idem.

legatum,ſi factum eſt in teſtamēto, minus ſolēni:hæredes non tenentur ad ſoluendum niſi teſtator legatariis concedat ꝙ propria auctoritate poſſint apprehendere poſſeſſionem rei legatæ.Io.Durand.in arte teſtan.tit.2.cau.3.comm.dicit.

Nota iſtā cōem cum ſequentib.ad intell.l.31.tit.14.part.6.

Fallit ſecundò,in obligatione naturali:per quam hæres tenetur ad præſtandum,ſecundum magis communem opin.vt per Iaſ.in l.cum quis.C.de iur.& fac.ignor.n.2.

Fallit 3.quando teſtamentum eſt nullum, ex eo ꝙ teſtator errauit inſtituens quem credebat coniunctum,cum aliàs non eſſet.Iaſ.in l.eam quam,de fideic.C.nu.5.com.dicit.

Fallit 4. quando teſtamentum eſt nullum ex præteritione: quia non ſunt inſtituti hæredes, qui inſtituendi eſſent, Bello. conſ.53.in pr.com.dicit. idem.

Nota ꝙ ſi legatarius poſſidet,etiam ſi teſtamentum ſit nullum:legitimè retinet etiam in foro conſcientiæ.Iaſ. in d. l.cũ quis.C.de iur.& fac.ign.com.dicit.

Concor.cum l.31.tit.14.par.5. idem.

Legatum relictum ſpuriis à patre,cognatis proximioribus defertur,Coua.epitom.4.c.8.§.5.nu.5.com.dicit ex Iaſ.in l.2. C.de hære.inſtit.& Alex.in l.hæreditas.C.de his quibus vt indignis.

Et cognatis proximioribus negligentibus per duos menſes,defertur fiſco.l.10.tit.13.par.6. idem.

Legatum magnum tollitur rupto teſtamento per natiuitatem poſth.Alc.de preſump.re.1.præſum.13.com.dicit.idem.

Legatum dicitur inutile quod in voluntate alterius relinquitur:niſi ſit in piam cauſam.Io.Durand. in arte teſtan.tit.6. caut.8.com.dicit.

De materia iſtius communis habes l.6.tit.3.par.6.& l.6.tit. 5.lib.3.For.legum.& l.31.cum nouem ſeq.in deciſ.Taur. & l. quæ cum cõi concordat in l.29.ti.9.par.6.quam rogo videas.

Legatum factum cum clauſula, ꝙ teſtator promittit non reuocare, & ꝙ ſi reuocauerit ꝙ donat,non poteſt mutari, & Io.Durand.in arte.teſtan.cau.3.tit.6.com.dicit. idem.

Legatum alternatiuum ſi relinquatur, eſt electio legatarij, & non hæredis,Salice.in l.plerumque.§.fi.ff.de iur.dot.communem dicit. idem.

Legatum relictum certis perſonis certi loci,videtur relictũ contemplatione loci.Io.Duran.in arte teſtan.tit.6.cau.7.Balbus in conſ.1.vol.4.com.dicit. idem.

Legatum de re aliena,ex certa ſcientia teſtatoris efficax eſt & hæres tenetur emere & dare legatario, Alex. in l. alienam. C.de leg.Duran.in arte teſtan.tit.6.cau.32.com.dicit.

Concor.cum hac communi.l.10.& 37.tit.9.part.6.& ſi res legata venit ad legatarium alio titulo quàm legati:hæres tenetur conferre ei pretium.l.44.ti.9.par.6.quia licet cauſa fuit adimpleta:non tamen ceſſauit effectus.l.ſi iam facta & l. conditio.ff.de conditio.& demonſt.Bal.in l. filia legatorum.q.2. C.de legat.de quo per Tiraq.tract.de ceſſante cauſa, in 18.limit.vbi dicit cõem opi.allegat.Pau.de Caſt.conſ.148.vol.1. ibi Paul.concludit ꝙ ſi ea,cui quis teſtõ dotem reliquit : nubat interim antè, q̃ teſtator moriatur, ſitque ab alio dotata, & tamen debetur legatum ad quod etiam accedit. ꝙ ſi teſtator reliquit decem Bertæ, quæ eo tempore teſtamenti erat iã nupta,debetur illi legatum ex Bald.in l.vlt. verſ. pœnæ teſtator.C.de ſent.

Amplia,etſi ſit factum de re eccleſiæ: ſaltem vt detur æſtimatio,Cur.iun.conſ.30.com.dicit.

Contrarium diſponitur per l. 13. tit.9.part.6. vbi dicitur ꝙ res eccleſiæ non poteſt legari,nec hęres tenetur ad æſtimationem:quæ concordat cum cap.filius.de teſtam. de quo vide l. filius.de teſtam.

Amplia,etſi ſit res fiſci.idem ibi.nu.5.

Amplia,etiam ad rem dotalem.ibi,nu.6.

Amplia,etiam etſi ſit res minoris,idem ibi eo.nu.

Amplia dictam concluſionem,etiam ſi legatum ſit factum fratribus minoribus,qui non poſſunt habere propriam:valet tamen vt reddatur æſtimatio,Curt.iun.conſ.30.n.7.com.d.& ſic eſt intelligendus ſignor.de homod.conſ.40. in fin.dicens communem opi.eſſe quòd fratribus mendicantibus non poſſunt legari annui reditus pro alimentis.

Fallit,ſi rem habet teſtator,etſi ſit fideicommiſſum,finiturum tamen morte teſtatoris,quia hæres non tenetur eiicere, nec dare æſtimationem,Iaſ.in conſ.109.vol.4.& idem in emphyteuſim, legatumq; finitur morte teſtatoris, Iaſ.in l.vxor. C.de lega.com.dicit. idem.

Legatum factum,lego priori Bibliam,& fratribus pro emẽda cappa decẽ,ſi prior præceſſiſſet,habebit prior Bibliam tantùm,ſi tamen ſequatur,habebit vtrumque. Imol.in l.coheredi.§.partem.ff.de vul.& pup.& Iaſ.in l.doli.ff.de verb.obl. nu. 4.com.dicunt,vbi vide Aret.pulchrè loquentem. idem.

Legata data ab inſtituto,cenſentur repetita à ſubſtituto,niſi aliud appareat de mente teſtantis. Bell.conſ.63.nu.5.com. dicit.ex l.non iuſtam.C.ad Trebel.& l. licet,de le. 1.& l.vnica. §.pro ſecundo.& §.non aũt.C.de cad.tol.& Iaſ.in d.l.licet.idẽ.

Legatum factum nomine expreſſo hæredis non cenſetur repetitum in ſubſtitutione, Alc.de pręſum.reg.2.pręſum.35. nu.3.com.dicit. idem.

Legatum ſub conditione in primo teſtamento,ſi in ſecundo ſimpliciter legetur,reiecta cenſetur conditio, Cur.iun.conſil.136.nu.14.com.dicit. idem.

Legatum factum creditori voluntario, debetur & creditum.ſecùs tamen & in creditore iuris,vel conſuetudinis,quia pręſumitur factum animo compenſandi. Ioan.Cora.in lib.3. Miſcella.c.1.nu.9.com.dicit.

Nota iſtam communem ad intel.l.15.tit.5. For.ll.& l.3.& vide quæ habes in ver. vxor. j.quæ loquitur de bonis duran. matrimonio.nu.fi. idem.

Legato alicui facto actio,& vel obligatio quæ affixa eſt oſſibus legatarij:non finitur:etſi finiatur tempus appoſitum ipſi legato,ſed exceptio tantum, dominium autem rei legatæ finito tempore,tranſit in hæredem:ſicut tranſlatum erat in legatarium,Iaſ.in l.illud.C.de lega.nu.7.com.dicit. idem.

ADDITIO. Ratio prædictorum eſt quam cum aliis in hac materia ponit M. Ant.Bard.in tract.de tem.vti.& contin. in c.12.ſub.nu.12.

Legatum ſibi ſcribens in teſtamento alieno punitur pœna l.Cornel.de falſ.etiam in teſtamento nuncupatiuo.com.dicit Boſſ.in tit.de his qui ſibi aſcribunt.n.3.Bell.conſ.80.n.3.Contrariam communem atteſtatur Anan.in c.accedens. nu.6.de crim.falſ.ſed prior communior. Clar.lib.5.§.falſum.verſ.aſcribens. P.Fichard.

Legatum à teſtatore alienatum,etiam ſi alienatio nulla ſit, & nullum ſortiatur effectũ, inducit eiuſdem reuocationem: ſatis enim eſt eam demonſtraſſe.Nam ea quę à mera voluntate dependent,licet per tranſlationem non ſortiãtur effectum vtilem tamen ademptionem faciunt in actibus inter viuos, Bart.in l.etſi.ff.de adimend.lega.l.planè.in pr.ff.de leg.3.gl.in §.ſi rem.inſti.de lega.quia actus inter viuos etiam ſi nulli ſint, legati reuocationem inducunt.l.legatum.§.fi.ff. de adimend. lega.l.3.§. rumor. & ibidem gl.& Bart.ff. de fundo inſtruct.l. cùm dominus.§.filiuſ.ff.de pecul.lega.l.& ideò.ff.de adimen. lega.1.Bart.in l.fi.ff.de aur.& ar.lega.quod ita communiter teneri refert ibidem d.reg.108.nu.13.Bened.Cap.Secùs autem in vltimis voluntatibus, quia per inutilem ſiue nullam diſpoſitionem legati ademptio non inducitur.nec videtur quis animum reuocandi teſtamentum habere, ſi ſecundum non valet.Bar.in l.quæſitum.§.ſi quis. ff. de fundo inſtruct.l.ſi iure.l. ne noſtram.ibid.Cy.& Bart.C.de teſtam.

Legatum licet per alienationem ademptum cenſeatur, id tamen inter alia fallit, quando alienatio fieret ex rei familiaris neceſſitate.§.ſi rem.& ibidem gl.inſti.de lega.& l.rem legatam. & ibid.Bar.ff.de adimend.lega.arg.l.1.in pr.ff.de tutel.& ration.diſtrah.l.cum plures.§.cum tutor.ff.de adminiſt.tutel. non enim creditur teſtatorem animum reuocandi legatum habere, quoniam rei familiaris neceſſitate ductus. vel coact' id vendit,vt dicit gl. in l 3.C.de lega.quod verum eſſe & communiter teneri refert ibid.nu.21.idem Bened.Capr.

PRO.legatum ſub modo peti non poteſt ſine ſatiſdatione l.quibus diebus.in §.Termilius.ff.de cond.& demonſt. Bell.

PRO.legati appellatione continetur & fideicommiſſum l. & fideicommiſſum.ff.de leg.3.l.2.comm.de leg. idem.

PRO.legati appellatione etiam hæredis inſtitutio continetur in l.verbis.ff.de verb.ſig.

OB.Contra de l.mulier.§.fi. ff. ad treb. vbi legata portione hęreditatis non cenſetur facta hæredis inſtitutio,& per conſequens reſtitutio ex Trebelliano,nec quartę retentio dabitur.

SOL.Dic quod ex largiſſima ſignificatione verbũ lego,trahitur ad inſtitutionem hæredis.d.l.verbis. ſecus ſecũdum cõmunem vſum loquendi:cui ſtare debemus,quia non trahitur ad actum hæredis.ita Bart.in l.centurio.ff.de vulgari ſubſtitutione. Bellon.

PRO.legata vniuerſalia fideicommiſſis vniuerſalibus,& legata particularia particularib' fideicommiſſis exequata ſunt, l.1.ſecundum communem intellectum.ff.de leg.1. idem.

Legatum eſt acceſſorium teſtamenti,non autem pars.ſecũdum gl.in rub. ff.de le.1.cum qua ſentiunt Cy.Alex.Soc.n.6. Iaſ.n.4.& ſeq.Ripa n. 6. ceteriq; communiter ibi. vt meminit D.Pontanus Peruſ.inibi.nu.6.vnde cautè loquuta eſt d.gl.ſecundum præcitatos doct.non appellans legata partem teſtamentorum,ſed acceſſorium quid ad teſtamenta.quippe cùm teſtamentum poſſit abſque legatis valere.vt l.j.§.qui neq; legatarius.ff.de hær.inſt.ſequitur ergo quod non eſt pars.l.malum.ff.de verb.ſign. F.Viuius.lib.2.opin.154.

Legatum vxori per maritum relictum ſub conditione ſi caſtè,honeſteq;vixerit,poſt eius mortem per ſecundas nuptias non amittit legatum ipſum,nec eo priuatur aliquo modo,ſecundum Bart.in l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Treb. cuius opinionem cõem eſſe appellat Claudius ibi,& ſequiẽ Euerardus in topicis.in ꝯriam verò partẽ ꝙ vxor priuetur legato præmiſſo,ſi poſt mortem mariti nupſerit magna cohors ſcribentium,& eorum opi.cõem eſſe ꝯſtat, teſte Io.Dilect.in tracta.de arte teſtan.tit. 5.cau.39.n.4.& Bermon.de publicis cõcubi.ſed ne erres, ſciaſq; quid ꝯſulendum, iudicandumve ſit caſu eueniente ſuper pręſenti ꝯflictu opinionum inhęreas diſtinctioni in hoc traditæ per Iaſ.in l.fi.C.de indi.viduitate,& per Alex.& Ang.in d.§.cùm proponeret. F.V. lib.2.opi.156.

Legatum alicui factum de re alteri obligata etiam pro æqualente quantitate valet & tenet.atque hæres illã luere tenetur.etiamſi teſtator rem obligatam fore ignoraſſet ſec.glo.in l.prædia.C.de fideic.& in §.ſed ſi rem,inſt.de leg.Alex. & Iaſ. cum aliis quamplurimis ſignatis per eos, in l. ſi res obligata nu.13.ff.de leg. 1.vbi præſupponũt iſtã opinionẽ cõem eſſe.

Contrarium verò aſſeruere Paul.Caſtr.Fulg.& Iaſ.d.l.prædia,Neguſantius de Fano,in tract.de pignoribus par.3.prin.1. membro,ſub n.29.& iſta eſt com.opi.ſec.Soci.in l.1.§.per ſeruum corporaliter,nu.2.ff.de acq.poſſ.ſed 1. opinio gloſæ verior,communiorq; apparet:atq; eam in actu practico ſequendam fore ſuademus. F.Viuius lib.2.opin.155.

Legatum Titio,cùm plures eſſent,relictum,licet ob incertitudinem perſonæ regulariter vitiatur, Bart. in l. ſi ita fuerit, ff.de reb.quia hæres non cogitur ſoluere,niſi apareat,de quo teſtator ſenſerit.l.quidam,ff.e.tit.& ibid. Bart.id tñ fallit in legatis ad pias cauſas.auct.de eccl.titulis,§. ſi quis in noĩe. coll. 9.& c.iudicante & fi.& ibid.Io.And.Ant.Imol.&D.Nic.de teſta.& ita communiter teneri refert Bened.Capr.reg.113.n.3.

Legatum relictum monaſterio S.Mariæ,ſi non apparet de quo ſenſerit teſtator, tunc ſi in ciuitate vel territorio in quo ciuis vel incola eſt,non inueniatur tale monaſterium,debebitur eccleſiæ Cathedrali,domicilij teſtatoris, Aut ſi plura inueniuntur eius nominis monaſteria,tunc ſi vnum eſt in ciuitate alterum in ſuburbiis vel territorio ciuitatis dabitur monaſterio ciuitatis,ſi teſtator habitauerit in ciuitate.Contra ſi ambo in ciuitate vel ſuburbiis vel ciuitatis territorio ſint,tunc dabitur monaſterio exiſtenti in parochia ipſius teſtatoris.Io.And. & Imo.D.Nic.c.iudicante.de teſtam.arg. l. quæ conditio,§.fi. ff.de cond.& demonſt.& ibid.Bar.& auct.de eccleſ. tit.§. ſi qs in nomine,quod voluit Cy.l.1.C.de ſacr.eccl.& ita cõiter teneri refert Bened.Capr.d.reg.113.n.7. Sin autẽ ambo ſint in eadem parochia, tunc ei debebitur à quo recepit aliqua obſequia,vel merita,ſi non recepit,vel de vtroque recepit obſeqa, tunc ei,in quo magis ꝯuerſatur debebiẽ, ſi pariter ꝯuerſatus, pauperiori dabitur.Si æquali paupertate laborãt.epiſcop' poterit gratificari aſſignãdo vni vel diuidendo inter ipſa monaſteria ꝑ ſuo arbitrio,arg.l.ſi quis ſeruum ff.de leg.2.arg.l.qui ſemiſſes,ff.de vſuris.auct.de eccleſiaſticis ti.§.ſi quis in nomine.arg.l.titio.ff.de leg.1.c.1.de paroch.c.qm̃.de decimis.& d. c.iudicãte.poſt Hoſt.voluit Io.And.& tenuit ſpecu.in ti.de inſtru.edit.§.nũc vero aliqua,ver.quid ſi aliquod d.c. iudicante Petr.Anch.Imol. & D.Ant.placuit, & ita communiter teneri ibid.nu.11.refert.idem Cap.arg.d.c.quoniam.& d.c.1.

Legatum licet ob incertitudinem loci regulariter vitietur. arg.l.ſi dom' ff.de leg.1.not.l.generaliter.ff.e.ti.l.3.§.ſi quis in ſulam.ff.de eo quod cert.loco.l.ita ſtipulatus.ff. de verb.obl. id tamen fallit.in legatis ad pias cauſas,maximè ꝯcurrente fauore vltimæ voluntatis.quia talis teſtatoris diſpoſitio ſi mandet monaſterium extruere nõ declarato loco,in quo ꝯſtruendum ſit.iuxt.not.in l.in teſtam.l.legatum.ff.de cond.& demõſtra.l.quidam eo.tit.l.ſi cui,ff.de an.legat.gl.Laur.& Tancred. Goffrid.Inn,Hoſt.AEgid.Io.And.Floria.& Imol.in c.nos quidem.de teſt.& ita cõiter teneri refert reg.113.nu.14.Capr.

Legatum generis quod habet certos terminos ſola hominis deſtinatione vt fundus, non valet, ſin autem habeat certos terminos hominis facto vt domus valebit, & erit electio hæredis,vt in l.quod in rerum.§.1.l.ſi domus.in pr.ff. de le.1. quod eſt verum,niſi teſtator non haberet aliquas domus,vel aliquid de illo genere,de quo legatum fecit,quia tunc nullũ erit,prout notatur d.l.Si domus.& à Doct. ibid. cõiter teneri refert Bened.d.reg.113.n.26.Sin autem legatum generis habeat certos terminos natura,vt homo,equus,tunc ſecundum omnes legatum generaliter valet,vt refert ibid.n.29. Capra.

Legatum dotis meriti ſicut valet l. cum poſt.ff.de iur.dot. l.ſi filiæ.ff.de leg.3.ita quoque legatum cauſa ſtudij in aliqua facultate meritum valebit, quia æquiparantur ſecundũ Bart. & alios in l.1.ff.ſo.ma.arg.l.Stichus.ff.de leg.3.quod communiter teneri refert Bened.Capr.rę.113.nu.49.

Legata niſi præſtentur infrà annum à die monitionis per iudicem factæ, licet Falcidia & omni emolumento priuatur hæres,ſecundum gl.in c.Raynald.in verb. Legitimam, de teſtam.Bart.in auct.hoc amplius,C.de fideicommiſſis.c.ſi hæredes.c.nos quidem,de teſta.gl.in auct.de hæred. & Falc.§. ſi qs non implens, & ita communiter teneri refert Bened. Capr. reg.110.nu.12.id tamen inter alia fallit,ſi teſtator aliud tempus intra quod voluntatem ſuam adimplere vellet, præfixiſſet,nam tunc illud erit attendendum iuxt.not. in l.ſtatulib.§. hærede ff.de ſtatulib.l.fi.§.ſin autem,C.de iure delib.prout voluerunt Anch.Imol.D.Nic.& communiter Doct.d.c.nos quidem,de teſta.quẽadmodũ ibid.n.28.refert idẽ Bened. Capra.

Legatorum vel hæreditatis priuatio non ob quamuis, ſed grauem duntaxat iniuriam inducitur per not.in l.3.ff. de adimen.legat.ſecundum Imol.c.Raynutius,de teſta.& ita cõiter teneri refert Bened.Capr.in trac.ſubſtit.poſt reg.poſito,ſpecie ſecunda,nu.144.

Legatum rei alienæ ſcienter factum, licet valeat, & hæres vel redimere,vel ei' æſtimationem præſtare,debeat.§.non ſolùm.inſtit.de leg.& ibid.gl.l.cum alienam.C.eodem ti.tamen ſi teſtator habebat ius in re vel partem ipſius rei, tunc ius aut partem quod habebat tantum legare videtur, & non totam rem.l.ſerui elect.§.ſi.ff.de lega.1.ſecundum D.Nic.c.filius.de teſtam,quod eſt verùm.niſi res legata inter hæredem & teſtatorem erat communis, quo caſu tota debebitur, ſecundum Bart.d.l.ſerui electione.§.cum fundum.niſi dixiſſet:Lego tibi fundum meum:quo caſu de ſua tantum,& non hæredis parte ſenſiſſe videbitur.ſecũdum gl.& Bart.d.§.cum fundum,quod eſt verum,niſi poſt legatum factum de parte teſtator neceſſariò per adiudicationem redemiſſet aliam partẽ hæredis, quo caſu totum quoque deberetur.per l.Iulianus. §. idem Celſus. ff.de action.empt.ſecundum Bart.ex mente Iacobi de Arena in d.§. cum fundum. alias ſi ſponte aliam partem redemiſſet, ſecus eſſet,quia pars poſteà redempta,legato non cedit,ſecũdum Dy.Iac.de Arena,& Bart.in d.§.cum fundum.cum quib. cæteros Doct.reſidere refert Ben.Cap.reg.105.nu.12. Legatum rei alienæ ignoranter factum,licet regulariter nõ valeat ſecundum gl.fi.in fi.c.filius.de teſta.per tex.§.non ſolum.ver, quod autem.inſti.de lega.ibid.gl.id tamen inter alia fallit quãdo legaretur res aliena coniunctæ perſonæ, quia valebit.l.cũ alienam.C.de lega.& gl.in d.c.filius.& gl.d.§. non ſolùm, ver. quod autem.& ita communiter teneri refert.Ben.Capr. reg. 106.nu.2.&26.Quod eſt verum,niſi de tali legato alia perſona æqualiter vel magis coniuncta eſſet grauata, quia tunc legatum ignoranter coniunctæ perſonæ factum non valeret, vt voluit Bald.poſt gl.d.l.cum alienam arg.l.non ſolùm ff.de ritu nup.& l.cum pater.§.cunctis.ff.de leg.niſi ex cauſa limitata ac certa putaſſet rem legatam rem ſuam, putà ex cauſa emptionis factæ à pupillo vel adulto ſine debita ſolennitate,quia tunc ſimiliter non valebit relictum coniunctæ perſonæ ignoranter factum,vt voluit glo.in l.ſi domus.§.de euictione.ff.de leg.j.ſecundum Imo.in d.c.filius.Similiter fallit qñ legata fuiſſet res aliena ignoranter pro anima:vel ad pias cauſas,quia valebit ſaltem quò ad æſtimationem,quia nulla videtur arctior coniunctio quàm animæ quæ etiam omnibus rebus eſt anteferenda.l.ſancimus.C.de ſacr.eccl.12.q.j.c.præcipimus.c.Matthæus.de ſimonia.eccleſia enim cenſetur mater omnium fidelium,vt q.2.c.quia abſtulerit.idque communiter vtroque iure receptum eſſe tract.ibid.nu.18.&20.Bened Capr.niſi res legata fuerit eccleſiæ,ſecundum communem ibid.nu.20.

Legato rei alienæ tradito ac euicto, licet legatarius contra hæredem legantis de euictione regulariter agere non poſſit. gl.&Bart.in l.ſi domus.§.de euictione.& l.qui concubinam.§. ſi hæres,ff.de le.1.Cy.Bart.& Bald.in l. cum alienam. C.de lega.Pet.Anch.in c.filius.de teſta.Id tamen fallit, ſi legatum rei alienæ in genere ex natura ſeu qualitate ipſius rei relictum foret,glo.& Bart.in l.qui concubinam.§.ſi hæres.ff.de le.3.quia tunc hæres teneretur de euictione, quia obligatus in genere tenetur rem accipientis facere, l. ſi à ſubſtituto.§.hæres. ff. de le.1.l.ex empto.ff.de actio.emp.& vend.quod verum eſſe, & communiter teneri refert Bened.Capr.re.107.num.5.

Legatum factum propriæ concubinæ pro ſeruitute & ſimilibus,pro meritis,inquantum ſe extendunt merita,ſuſtinetur,ſecundum Anch.conſ.247.Nat.conſ.559.nu.1.nu.4.6.& 8.vbi loquitur de clerico & milite legante & donante,de quo vide quæ ſcribit Afflic.deciſ.102.Capel. Toloſ.q.141.Rom. conſ.43.nu.5.conſ.478.

Legatum dotis factum filiæ ſpuriæ valet, & tenet', tam de iure ciuili quàm cano.ſec.communem per Rol. conſ.85.nu. 1.n.7.& 8.lib.3.& qui nu.12.quærit an præſuppoſita validitate legati ſi excedat modum congruum alimentorum: poſſit

auocari à filiis legitimis & naturalibus hæredibus patris? Diſtingue, vt per eum d.conſ.col.fi. vbi tandem concludit ꝙ viuen̄ marito nullo modo id quod excedit veram menſuram dotis: poſſit ab hæredibus auocari, de quo vide quæ ſcribit Bar.in l.fi.ff.de his quib.vt indig.idem Rol.conſ.87.num.17. conſ.89.col.1.lib.3.

Legatum ſibi aſcribens in teſtamento alieno punitur pœna.legis Corn.de falſis.Etiam in teſtamento nuncupatiuo, vt eſt comm.opi.Cla.in §.falſum.ver.aſcribens, vbi communiorem eſſe dicit. Bonacoſſ.

Legatũ ex ſuperuenienti inimicitia reuocatur, vt eſt com. opi.Soarez verbo legatum.nu.57. Bonacoſſ.

Legatum rei pro eo pretio pignoratæ, quod ipſius valorẽ æquet ſeu teſtator rem pignoratam ſcierit, ſeu neſcierit, optimo iure valet; ac ſemper rem onere expeditam luet hæres, vt cõe aiunt Por.in §.ſed non vſque.n.vlt.inſtit.de le.Ant.Gom. de teſta.c.vlt.n.39. verſ.quod tamen limita. & ſi contrarium perperam commune afferat Soci.in l.1.§.per ſeruum.nu.2.ff. de acq.poſſ. E.Suarez.

Legatum mobilium non comprehendit debitorum nomina, vt commune inquiunt Iaſ.conſ.5.lib.3.Io.dilect.de art.teſtan.tit.6.cau.9. idem.

Legatum annuum, vel alicui reipub.vel ciuitati relictũ, non vltra centum annos dilatabitur, vt commune eſſe ꝯſtat ex Alex.conſ.60.lib.j.ex relatis à Rip.in l.2.ff.ſo.ma. Quamuis cõtrariam ſnĩam æternum illud fore aientem meritò amplexi ſint complures veteres iuris interpretes ab Alberic. accerſiti in l.ſi vſufructus municipibus.ff.de vſufr.legat.& in l. an vſufructus.ff.de vſufr. cum an.in laudata l.ſi vſufructus.Soci. in l. 3.§.j.num.6. ff.ad l.falcid.Iaſon. in l. videamus. §.deferre.ff. de in litem iurand.& in l.ſoluto matrimonio.numer. 5. ff. ſoluto matrimonio. Ripa vbi ſupra atque alij. quos laudant Ant.Gomez in tract.de contract.& Dida.à Couar.li.3.reſol.c. 9.num.10.qua de re videbis etiam quæ ſupra obſeruo verſic. annuum. idem.

Legatum in primo teſtamento ſub conditione, & in ſecundo teſtamento ſimpliciter relictum tanquam reiecta conditio fuerit, purè debetur.commune inquit Cur.iun.conſ.163. nu.14. idem.

Legatum. teſtator non ſolum res ſuas quas habet, ſed etiã alienas legare poteſt, & legando res alienas: hęres tenetur eas redimere à dominis earum, vel ſi non poteſt redimere: præſtare æſtimationem, & quando legatur res hæredis nihil refert, an ſcierit, vel neſcierit hoc defunctus, per tex.iuncta gl.1.in §. non ſolum. inſt.de legat.Quod tamen intellige, quo ad ſummas ſpecificatas & certas ac expreſſas, & etiam quo ad bona deſignata in teſtamento per teſtatorem l. ſerui electione §.fi. cum ibi not.de leg.1. ſed quo ad mobilia & credita ſeu nomina debitorum in genere legata intelligitur de pertinen̄ ipſi teſtatori & pro parte ſua tantum, non autem de mobilib.& creditis fratribus ipſius teſtatoris in totum vel in parte ſpectan̄. quia in ea generalitate teſtator cenſetur tantum legaſſe ius quod habebat in ipſis bonis mobilibus, & nominibus debitorum, non autem ius fratribus ſuis cõpetens, quos etiam præſumitur minus grauare voluiſſe quàm ſit poſſibile, l.quod in rerum.§.1.vbi Iaſ.de le.1.ſi tamen talia legata minus onerosa eſſent: ita vt excederent dodrantem, i.tres partes ex quatuor: poſſent ipſi fratres hær.acceptare cum beneficio l.& inuentarij & etiam ꝙ trimeſtre à iure præfixum lapſum foret: haberẽt literas prorogatorias per aliud trimeſtre, non tamen retardatis actionibus creditoribus & legatariis.

Legatum à marito vx. factum rectè illam admittit conditionem, ſi viduitatem ſeruauerit vel donec 2.nupſerit, & ſi 2. nubat amittit auth.cui relictum C.de indic.vid.toll.authent. quod locũ.C.ſi mul.2.nup.nam conditio cælibatus, ac viduitatis, & ſi reiiciatur de vlt.voluntate in his qui nondum coniugium contraxerunt l.ſed ſi hoc.§.fin.& ſeq. ff.de condi.& demonſt.in his tamen qui iam primas nuptias contraxerant: nõ reiicitur, l.2.C.de indic.vid.toll.not.Garon.in rubr.C. de ſec. nup.pœna 9.& in l.1.ſuper gl.nu.23.C.eo.quod comprobat, quia honeſtum eſt à ſecundis nuptiis abſtinere, l.hæc cõditio. ff.de cond.& demon.coraſ.miſcell.lib.3.c.1.ratio eſt in §.perſpeximus. in auc.de non eli.2.nub.& in auc de nup.§.quæ vero 2.fitq; iniuria filiis prioris marit.d.§.perſpeximus ex quib⁹ infertur vx.cui maritus legauit mille, ſi caſtè vixerit 2.nubendo legatum amittere, licet caſtè viuere is dicatur: qui coniugalem vitam elegit, ca.nicena.31.diſt.Alex.& alij in l.mulier. §.cum proponeretur ff.ad treb.vbi declarant prædictam concl u.pro qua vide Iaſ.in l.ſi.col.fi.C.de indic.vid.tol. quamuis Bar. in d.§.cũ proponeretur indiſtinctè teneat legatum vtcũque factum à marito vx.ſi caſtè vixerit minime amitti per vx. etiam ſi 2.contrahat nuptias, quem ſequitur Hypol.ſing.577. & ſi Ang.in d.§.cum proponeretur dicat eam non caſtè viuere fœminam quæ 3.nubit, Barb.conſ.17.li.2.pariſ.conſ.260. lib.4. Quorum opi.non probatur: niſi à marito vel eius filiis dicta clauſula proprio teſtamento adiiciatur, Qua in materia vide quæ ſcribunt pariſ.conſ.95.nu.23.27.lib.2.Iaſ.in l. ambiguitates C.de indic.vid.tol.Boer.q.186.col.fi.Nat.conſ.466. numer.3.

Legatum ſi fiat per maritum vx.de dote tradita non conſtito de numeratione, præſumitur donatio inter eos quæ vbi prohibita non valet, etiam cum iuramento.ſecundum magis communem per Burſ.conſ.32.num.4.& 5.lib.1. Quam intellige, vt per eundem.d.nu.5. nu.31. vbi ex communi ſententia doc.dos, quam vocant, confeſſata poſt lapſa tẽpora ad opponen̄. except. non numer. dotis habet omnia priuilegia dotis, & hypothecæ contra creditores. Hinc, inquit ipſe, tranſacto decennio dos confeſſata pro vera dote habetur, vt nec maritus nec creditores aliquid excipere poſſint.aut.vt exac.dot.in prin. Anch.conſ.307.

Legatum alimentorum, & vſufructus, per illa verba, donec vixerit, vel vidualem vitam ſeruauerit, vſque quo cenſeatur pro primo anno purum, & pro aliis conditionale vide Burſ. conſ.32.nu.8.numer.53.& ſeq.libr.1. vbi concludit quòd ſit pro primo anno purum pro ſequen̄ vero conditionale, & an tranſmittatur ad hæredes ſi filia decedat antequam nubat, Dic, quòd non ſecundum communem d.conſi.in locis ſupra allegat. quas tamen concluſion. intellige vt latius per eundem ibi.

Legatum factum filiæ cum alimentis, interim quòd nubat cenſetur pro dote, & nomine dotis factum, maxime ſtan̄ ſtatuto excluſiuo fœminarum, iux.communem per Burſ. conſ. 32.nu.26.lib.1.

Legatum ſi fiat mulieri de minori ſumma ſi religionem ingreſſa fuerit, de maiori verò ſi matrimonium contraxerit, an per ingreſſum monaſterij amittat pinguius legatum ex quo remouetur dicta conditio impeditiua vitæ contemplatiuæ: Dic, quòd & ſi aliqui communem dixerint eam concluſ. quòd non amittat, contrariam tamen veriorem dicunt doct. in apoſtill.ad Matheſ.ſing.52.Iaſ.conſi.43.colum.4.lib.2.vbi dicit communem obſeruatam à generali conſuetudine, de qua per Oſaſc.Deciſ.126.num. 22.vbi plura de l. titiæ ſi non nupſerit.ff.de condict.& demonſtr. Iaſon.ſibi ipſi contrarius in authentic.ſi qua mulier. col.2. C.de ſacroſanct. eccleſ. vbi quòd nihilominus conſequetur maiorem ſummam, dec. in capit.in præſentia.col.29.extra de proba.Euer.lib.arg. loco à matr.Carn.ad ſpir.Quæ opi.benignior eſt, & pietati congruens, teſte Hypol.ſingul.215.catel.verſic. conditio adiecta vbi concludit eam conditionem reiicien̄ fauore religionis, pro qua vide quæ ſcribit Alex.conſil.35.colum.2.libr.tertio vbi refert communem.Boer.quæſt.3.numer.14.pulchrè. Rolan. conſilio trigeſimoquinto. numero 17. libro tertio. vbi poſt plura concludit pro filia ingredien̄ monaſterium. Quo autem remedio valeat tale legatum? Dic, vt per dilect.titulo de legat.capit.64.Bar.in l.ſecunda.ff.de his quæ pœn.nom. Rol. d.conſ.35.col.fi.num.31.

Legatum eſt donatio quædam à teſtatore relicta ab hærede præſtanda vt luculenter probant text. in l. legatum. ff. de leg. libro primo. & in l. legatum eſt. ff.de leg.libro ſecundo. ponit commune Antonius Gomez in tractatu de teſt. capit. 12.numero tertio. Quamobrem ſi teſtator rem teſtamento legatam viuus adhuc in legatarium ſimpliciter contulerit, legatum ceſſabit, ac donatio inter viuos conflabitur: ſi verò ex cauſa præcedentis legati expreſſim rem legatam viuus tradiderit legatario, legatum ſuis omnibus cum qualitatibus firmum ac ratum permanebit, & conſequenter vt quoduis aliud legatum pro teſtatoris arbitratu imminui, reuocarique poterit, vt ex Dyn.Bartol.Alber.Paul. Caſtr.ac Io. Imol. in d. l. legatum eſt, aſſerit frequenter placitum.Ant.Gom.d.ca.12. nu.4. E.Suarez.

Legatum negociatio non eſt, vt ſi vectigal de quacunque negociatione ſolui iubeatur, ex eo ſolui debeat. commune inquit Stracch. de mercat. parte prima, numero 8. Nec item pars teſtamenti exiſtimanda eſt, ſed inter illius acceſſoria ponendum, vt frequenter placitum ait Pontanus in rub.nu.6.ff. de le.1. idem.

Legatum ſibi ipſi alterius teſtamento etiam nuncupatiuo adſcribens falſi pœnis fit obnoxius. vt commune inquiunt Bello. conſ.80.n.3.Aegi.Boſſ.de his qui ſibi adſcribunt.nu.ẽt 3. ſi tamen per teſtes rei memores probare poterit ſibi reuera id





ra id à teſtatore legatum fuiſſe non tenebitur, vt commune ponit cum Ana. Iul. Clar.in pract. §. falſum. verſic. aſcribens. Idem.

Legatum in alterius voluntate poſitum inutile cenſetur. commune ait Io.dilect.de art.teſtan.ti.6.caut.8.Quin & legatum, quod relinquitur, ſi hæres arbitrabitur, eo, cui relinqtur, è viuis abeunte, antequam hæres arbitrandi moræ argui poſſit, inutile fit.commune dicit Soc.in l.ſi arbitratu, nu.22.ff.de verb.oblig. idem.

Legatum expreſſo hæredis nomine relictum, non videtur in ſubſtitutione repetitum, vt frequenter interpretibus placere ſcribit Alcia.in tract.de præſumpt.reg.2.præſumpt.33.numer.3. idem.

Legatum non inducetur per verba grauamen enunciantia, veluti ſi quis ita teſtamento cauerit, ex centũ aureis, quæ tibi legaui, dabis reſtitues vé Sempronio quinquaginta, vt cõmune ait Ant.Gomez.in tract.de teſtam.c.vlt.n.54.ver. item etiam limita. idem.

Legatum tacitè factum non iure ipſo abſque traditione transfertur in eum, cui fit: quamuis expreſsè relictum tranſferatur.commune ponit cum Iaſ.ac Rip. Viuius libr. 1. opin. 198. idem.

Legatum hoc modo conceptum, Lego Titio rem meam, aut lego Theodato ius meum, id tantum ius comprehendit, quod etiam morte periturum in re teſtator habet: quamuis res tota poſtea à teſtatore cõparata fuerit, at ſi legata res proponatur, longè ſecus erit, vt communia fatur Ant.Gomez.de tèſtam.c.vlt.n.15.ver.quod tamen vltimum. idem.

Legatum rei eccleſiaſticæ, vel rei fiſcalis, vel rei dotalis valet, ratumque eſt, vt ſaltẽ illius rei æſtimatio ei præſtetur, cui res ipſa relinquitur.commune pronunciat Curt.iu. conſ.30. Villalob.in ſua collecta. Idem.

legatum etiam in codicillis ab inteſtato relictum, non aliter debebitur, quàm ſi hæreditas ab hęredibus iuſtis adeatur. commune aiunt Corn.conſ.97.lib.3.Did.à Couar.in c.3.nu. 3.de teſtam.Ant.Gomez.in tract.de teſtam.c.2.n.11. verſ.& in tantùm aſſerunt Alex ac Iaſ.n.4.Soc.Rip.in l.3.ff.de leg.li. 1.legatum tamen pium non idcirco euaneſcet, quia hæreditas adita non ſit.commune efferunt Iaſ.in l.habeat.nu.24. C. de ſacroſanct.eccleſi.Did.à Couarru.vbi ſupra. idem.

Legatum, quod in illum confertur, qui voluntate legantis antea creditor effectus eſt, compenſandi animo relictum nõ videtur: tametſi quod in eum qui vel iure, vel conſuetudine creditor eſt, confertur, compenſandi animo relinqui cenſeatur, vt commune ait Io.Coraſ.lib.3.Miſcell.c.1.nu.9.Si quod autem legatum compenſandi animo relictum ſit, atque expreſſim adiiciatur, ne quid amplius petatur, non quicquam amplius petere poterit, qui illud agnouit, quamquam debitũ multominus, quàm legatũ ſit, vt frequenter placitum renuncio ex Alex.in l.ſi compenſandi.C.de hæredib.inſti.& conſi. 132.n.2.lib.2.Matth.de Afflict.deciſ.44.n.34. idem.

Legatum factũ hoſpitali vel alio pio loco de pecunia quæ reſtaret ſolutis debitis quæ pecunia erat in monte Genuę aut florentiæ, an ſi ſuperueniente teſtatore creuerit, & aucta ſit ſumma legata, puta facto calculo & ſolutis debitis, debeat ẽt augeri legatum? Dic ꝙ non ex no.per doct.in apoſtil.ad Bart. in l.cum ſtipulamur.ff.de verb.oblig. Put.

Legatum ſi fiat de feudo emptitio hæreditario debetur æſtimatio legatario, ſecundum communem per Burſ. conſi. 4. num.17.lib.1.

Legatum pium non debetur niſi adita hæreditate, ex not. per Iaſ.in l.1.lect.1.n.29.& 2.lec.n.34.C.de ſacroſ.eccl.Capel. Toloſ.q.89.214.Boer.q.41.93.Natt.cõſ.231.poſt Alex.conſi.209.lib.2.Cui adde ꝙ cauſa legatorum ad pias cauſas in vtroque foro agi poteſt, teſte eodem Alex.cõſ.170.eod. lib.& peti poſſunt talia legata ab hærede laico, etiam coram iudice eccleſiaſtico.teſte Did.in c.relatum.cl 1.n.13.de teſta. Quòd autem non debeantur legata hæreditate non adita, no. idem Did.in c.Raynaldus.§.3.nu.11.de teſta.vide Rom.conſ.493. Matheſ.ſing.163.

Legatum factum mulieri, ſi vidualem vitam ſeruauerit, an ingrediẽdo religionem legatum habere debeat? Dic ꝙ ſic, teſte Bald.in l.Deo nobis.1.reſp.n.9.C.de epiſc.& cler.Et dic ꝙ legatum factum filiæ ſi nupſerit, eidem debetur ſi intrauerit religionem, teſte Euerard.lib.arg.loco à matrimonio carnal. ad ſpirituale. Put.

Legata res regulariter ab hærede redimi & relui debet, ſecundum communem per Burſ.conſ.5.n.6.lib.1.quæ conclu. fallit ſi quid vniuerſale legetur: vt ibi.

Legata in teſtamento ſolenni non adimuntur nec reuocãtur niſi alio teſtamento vel codicilis coram quinque teſtibus factis, ſecundum magis communem per Burſ.conſ.96. num. 6.lib.1.

Legato feudo, ẽt ne ęſtimatio quidẽ feudi debetur.com.dicit idem Clar.in §.E.q.40.ver.Ex hac concluſione. I.Fich.

Verbum lego, etiam vniuerſitati bonorum adiectum, non importat hæredis inſtitutionem nec directam ſubſtitutionẽ. Eſt magis com.opi.ſec.Alex.conſ.9.viſis verbis.vol.1.M.Ch.

In legatis etiam tacitis ius. & dominium recta via in legatarium tranſit.Eſt magis com.opi.cont.Alex.ſecund.Iaſo.in l. ſeruum.§.ſi.de le.1.Ripa.in l.1.eo.tit. Idem.

Legatam rem alienam à ſcienti ac prudenti teſtatore hæres ſoluere cogetur. commune aiunt Alex. in l. qui alienam. C.de leg. Io.dilect.de art.teſtan.cau.32.tit.6. E.Suarez.

Legatam domũ à teſtatore plures ædes habenti, ſic hæres elargiri tenebitur, vt vel minimã dare poſſit, at ſi domus ſimpliciter ab eo teſtatore relinquat̃, qui nullas ædes oĩno poſſideat, vanum ac ridiculum prorſus legatum erit.commune inquit Mayner.in l.ſemper in obſcuris.n.9.ff.de re.iur. Idem.

Legata licet regulariter non adita hæreditate ex teſtõ nõ debeantur ſm Speculatorem, in ti.de teſta.in prin.verſ.pone qđ nullus, quia ad hoc vt teſtamento relicta debeantur regulariter neceſſaria eſt hæreditatis aditio, gl.in l.eã q̃, & ibidẽ. Bart. C.de fideic.per l.nemo.ff.de re.iur.l.proximè.ff.de iis, quæ in teſtam.delentur, id tñ inter alia fallit, qñ legata fuiſſent ab inteſtato repetita debebuntur ab inſtituto ſi adiuit.Sin ſecùs debebuntur, à venientib.ab inteſtato, nã cum ab inteſtato repetuntur, vident̃ venientes ab inteſtato rogati vt illa ſoluãt, qđ ſm Bart.in l.1.C.de iure codicillo.cõiter tenetur per l.1.& 2. C.de iure codic.refert Bened.Cap.reg.111.n.5. Similiter fallit inter alia qñ hæreditas non põt adiri ex teſtõ, ex eo qđ teſtator errauit inſtituẽdo eum quem filium putabat, cùm non eſſet, quia legata ſimpliciter relicta debebũtur à venientib.ab inteſtato, ẽt non adita hereditate ex teſtõ, vt dicit Bart.& in l. eam quam.C.de fideic.ſecundum lecturam Azonis, quam veriorem & communiter receptam refert ibid.n.18.Capr.

Legata teſtõ nullo ob cauſam præteritiõis vel exhæredationis, nihilomin⁹ debent̃, qa licet quoad hæredis inſtitutionẽ teſtamentũ corruat, cætera tñ firma manẽt. Auct.ex cauſa.& ibidẽ gl.& Bart.C.de liberis præteritis, qđ eſt verũ, niſi primũ teſtamẽtũ validũ ſit, & ſm ex cã p̃teritionis hæredũ inualidum, tunc.n.ex ſecundo non, ſed ex primo, debebũtur legata. Licet aũt teſtõ ex cauſa præteritionis vel exhæredationis nullo, legata ex cõdictione d.Auct.ex cã.Hugo.& Cy.petẽda putent, contraria tamẽ opi.quod dicta legata ex teſtõ debeant̃, & petenda ſint verior eſt, & communiter tenetur. ex Bart.in l.j.C. de iure codicil.l.ita tamen. §.quoties, ff. ad Trebellia.& in d. Auct.vbi idem Petrus Anch.Dy.Iac.de Rauẽna, & Iac.But.& Ang.in conſ.ꝙ incit, Berta habens virum, ſicut refert ibid.n. 15.Bened.Cap.non obſtante quòd Bart.in l.ſi iure, verſi.qui declarationem.in contrarium ponat.

Legata teſtõ nullo ob cauſam præteritionis filij iam nati, licet vti dictũ eſt debeãtur, tñ ſi pater ignorãter filiũ quẽ mortuũ credebat, aut poſthumũ, cũ vxorẽ pregnãtem ignoraret præteriit, legata per Auct.ex cã, C.de lib.p̃terit.q̃ hoc caſu locum nõ habet, ſed incorrectis manẽtib.iurib.antiquis nõ debẽtur ſm Bart.in quodam ſuo cõſilio, quod incipit, Factũ eſt tale Cecchus.& conſ.quòd incipit, Omne illud ꝙ aliàs cõſului.& conſ.qđ incipit, Lapus fecit teſtamentũ, & in d.Auct.ex cã, ver.nunc ad q.propoſitã.& in l.filio præterito, ver.2.eſt vidend.ff.de iniuſto teſt.& in l.tale pactũ, §.pater.in fi.ff.de pac. & ibid.gl. in l.1.ff.iure codic. ꝙ cõiter teneri refert ibid.n.15. idem Cap.ꝙ licet n.ſeq.procedere dicit, ẽt ſi appoſita ſit clauſula ſi ñ valet iure teſtamenti, &c. ſm Bart.in l.j.ff.de iure codic. pro quo collegiũ Peruſinũ ꝯſuluiſſe aſſerit Ang.in l.ſi.ff. eo.ti.tñ idem Bar.in d.conſ.Factũ eſt tale Cecchus. ꝓcedit & dicit oẽs Doctores cõiter tenere.Si dictum ſit in teſtõ.Si non valet iure teſtamẽti, &c.porrigi clauſulam ad caſum præteritionis poſthumi, & antiqua iura p d.Auct.ex cã corrigi, & ſic rupto agnatione poſthumi teſtõ, legata ẽt nõ adita hæreditate deberi, p l.ſi ita ſcripſiſſet, ff.de legatis ſecũdo, lege, ſi ita ſtipulatus fuerim.§.j.ff.de verb.obl.ꝙ d. Auct.ex cã. Cy.& Din. tenent.& Bart.in l.qui filiabus.in fi.prin. ff.de le.1.quam opi. vt refert Bart.in l.j.ff.de iure codicil.tenuit quoq; Beluiſo.qui declarat oẽs Docto.ſui tpis ita ſentire, quod cõiter teneri refert nu.18.& ſequ. idem Capr. cum adiecta ſunt verba futuri temporis, ſecus ſi præſentis, quem tamen articulum adeò dubium dicit, vt indigeat cæſarea, declarat.ibid.nu.22.& 43.Bened. Capr.

Legata regulariter hæreditate non adita nõ deberi, de quo

ſuprà dictum, præter alia etiam fallit fauore libertatis,ſecundum gl.& Bart.in l.eam quam C.de fideicom.per text.glo.& Bart.in l.in teſtamento.& in lege Anton.ff.de fideicom.liber. & Bart.in l.fideicom.§.quoties.ff.de leg.3.& gl. in l. generaliter.§.ſi quis,ver.ex teſtamento.ff.de fideicom.libert.l.pen. ff. de his quæ in teſtam.delent. & licet contrarium tenuerint vltramontani,& eam iuxta l.cum quaſi,§.fi.ver. quanquam.& l.generaliter,§.ſi quis.ver.ex teſtamen. ff.de fideicom. libert. d.nunc veriorē putent,priorem tamen opi. ob tot gl.authoritatem, communiter teneri ibid.n.46.refert Bened.Capr.qđ maximè procederet,ſi in teſtamento etiam aliàs nullo, ratione imperfectæ voluntatis,eiuſmodi legatum ab inteſtato repetitum foret,per clauſulam.Si non valet.&c.aliàs ſi nullum eſſet ratione omiſſæ ſolēnitatis,tunc etiamſi talis clauſula adiecta non foret, omnes conſentiunt legatas libertates deberi per tex.& gl.inſtitu.de eo cui libertatis cauſa.Io.And.in addi. ad Spec.tit.de inſtr.edi.§.nunc autem aliqua.ver.ſed pone.Capra ibidem n.50. Præterea fallit dicta regula, hæreditate non adita legata non deberi ſecundum Bart.& Odefrid.d.l.eam q̄ in caſu Auct.ſi captiui,C.de epiſc.& cler. vbi ſcriptis,hæredibus negatur ſucceſſio ſi neglexerint captiui redemptionem, quia licet ex teſtamento hæreditas non adeatur,firma tamen nihilominus manent legata,gl.in auct.vt cum de app.cog.§.ſi vnum,coll.8.& communiter teneri teſtatur ibid.n.55.Cap.Similiter fallit dicta regu. ſecundum Odofred. quem ſequitur Bart.in caſu auct.lib. C.de epiſc.aud.quoties curā furioſi negligentes eius hæreditate priuantur, & nihilominus hæreditate nō adita,legata debentur,prout voluit gl.d.auct.vt cum de appellationibus,§.ſi quis de prædictis.& §.ſeq.& communiter tenetur,vt refert ibid.n. 56.idem Capr.Similiter fallit dicta regula quando teſtator prohibuiſſet detrahi Falcidiam, quia tunc hæreditate non adita,nihilominus legata debebūtur,per tex.in auct.de hæredi.& Falcid.§. ſi verò expreſſum,ſecundum Bart. Pet.Anch.& Bal.in d.l.tanquam,C. de fideic.& Iac.de Beluiſo.& d.§.ſi verò expreſſum.Bar.in l.nemo.§. 1.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.& in l.cum teſtamenti.&in l.cū teſtator.§.2.c.ff.ad leg.Falcid.& ita communiter teneri refert ibid.nu. 18.Capr.Similiter fallit in legatis ad pias cauſas,quæ etiam non adita hæreditate ex teſtamento debentur.Io.And. in add.ad Spe.tit.de inſtrum.edi.§.nunc verò aliqua. verſ.ſed pone.Bal.in l. 1.C.de ſacr.eccl.arg.l.miles ita.§. 1.ff.de teſtam. mil.quod tenuit Pet.Anch.& D.Nic.in ca.relatum de teſtam. Bald.d.l.eam quam & licet Bart.d.l.j.C.de ſacroſ.ecc.& l.eam quam.vacillet, Imo.d.c.relatum contradicat id tamen ita cōmuniter teneri refert ibid.n.62.Capra.quod verum eſt,niſi tale relictum ad pias cauſas nominatim iniunctum eſſet certo hæredi quia tunc non tranſit ad alium cum onere ſed opus erit aditione.argumēto l.qui 40.ff.ad Trebellia.& Bal.d.l.eam quam.& Bart.in l.Marcell.ff.ad Treb.ibid.capra.

Legata ad certum vſum deſtinata regulariter in alium cōuerti non poſſunt,clem.quia cōtingit de relig.do.l. 1.ff. de adminiſt.tut.vel curat.argumento c.3.c.ſuggeſtum.&ibid.gl.de appel.22.q.2.c.is autem.42.diſt.c. licet.c. inter corporalia.de tranſlatio.epiſcopi.auct.quan. oporteat epiſco.§.ſi vero hoc non fieret.vt ibidem gl.in verb.hæc adimplenda.coll. 1.argu. l.liberto.§.Lucius.ff.de annu. le.ſecundum Spec.tit.de inſtru. edi.§.nunc aliqua,ver.quod ſi quis.& ita communiter teneri aſſerit Bened.Capr.reg.321.nu.4.quod tamen inter alia fallit in relictis ad certum vſum,quia poſſunt per Legatum à latere vel epiſcopum,quatenus conſentiat hæres defuncti,in aliū vſum pium conuerti,ca.nos quidem.& ibid.Nic.de teſtam.& hoc voluit Lapus in cle.2.de relig.dom. & per not.à Vincent. & Io.And.in c.fi.de teſtam.quos ſequitur d.cle.2. Aegid.Bellam.Card.& D.Nic.& communiter teneri d.reg.112. n.9.refert.idem capr.quod eſt verum quando non poſſet diſpoſitio teſtatoris ſpecificè adimpleri,aliàs Papa etiam hærede cōſentiente eam commutare nō poſſet & ne quidem in alium piū vſum magis fauorabilem. quia teſtatoris volūtas pro lege eſt ſeruanda.13.q.2.c.fi.auct.de nuptiis §.diſponat,c.tua.de teſta. c.fi.c.cum Matthæus.de celebrat. miſſ. & eius mandatum ad vnguem,nec in plus aut minus exequendum. Argumento c. cui de ſacerdot.de præb.lib.6.c.cum dilecta de reſcrip.l.diligēter,ff.mādati.& Lap.d.clem. 2.& ibidem Floria.& Imo.quod contra Io.And.& D.Ant.communiter teneri refert Bened. capra ibidem n. 21.& 24. Hæc. tamen limitata ſunt quando teſtator prouidiſſet,quod ſi legatum de iure aut de facto adimplere nequiuit,quod tunc legatum ad hæredem reuerteretur quo caſu legatum ad certum quempiam vſum relictum,ſi in illum voluntas teſtatoris non impleretur ex authoritate ſuperioris non poſſit in alium vſum conuerti,cùm teſtator ad hæredem videre diſpoſuerit,ſecūdum Bar.in l.liberto.§.Lucius & ibidem gl.ff.de an.leg.quod Azonem ſenſiſſe.d.§.Lucius, Bart.aſſerit,&ita communiter teneri refert,ibidem in fi.idem Capra.

Legata &fideicommiſſa iis tantùm caſib. hodie exæquata ſunt,quibus illorum circuitus inutilis habetur. commune dicit Porc. in §.ſed non vſque.n.7.inſtit.de leg.qua de re videto etiam hoſpitem olim meum , ac virum recondita eruditione præditum Iac.Cuiatium Inſtit.de ſingul.reb.per fideicom.relict.2.ſchol. E.Suarez.

Legata & tunc reuocata cenſebuntur, cùm res relictæ poſtea vel inutiliter alteri donabuntur,quamuis non idem iuris ſit,ſi alteri inutiliter legentur.commune inquit Did.à Couarruuias.in rub.de teſta.Tametſi vtrobique, atque vtraque via adimi probet luculenter tex.in l.& ſi transferam.ff.de adim.legat. & nos id alibi copioſius oſtendamus. idem.

Legata inimicitiis poſtea ſubſequutis vſque adeo reuocantur vt ſatis ſuperque ſit inimicitias duobus teſtib.probari.cōmune renuncio ex Aret.in l.Lucius.ff.de vulga.Iaſ.in l.fideicommiſſum.C.de fideicommiſſ.Did.à Couarru.in rubric. de teſtam. idem.

legata in codicillis adempta iure ipſo extinguntur , vt frequens interpretum dogma aſſeuerat Porc.in prin.n.4.inſti.de adempti.legat. idem.

Legata minus ſolenni teſtamento relicta, tum demum hæres ſoluere cogetur, cùm rerum legatarum poſſeſſionem adipiſci teſtator legatariis conceſſit.commune pronunciant Iaſ. in l.cum quis.C.de iur.& fact.ig.Io.Dilec.de art.teſt.ti.2.cau. 3.Non autem dubium eſſe debet, quin teſtator eam copiam poſſeſſionis rerum legatarum propria auctoritate apprehendendæ legatariis facere poſſit , vt frequenter placitum aiunt Iaſ.2.lect.n.48.Rip.n.61.in l.nemo poteſt ff.de ll.libr. 1.Quāuis illis idcirco non liceat rerum legatarum poſſeſſionem , q̄ hæres iam ſuſcepit, per vim renuente ac reluctāte hærede aggredi,quemadmodum receptum eſſe ſcribunt Rip. in l. centurio. numero 52. ff.de vulga. Iulius Clarus de teſtam.q.68. idem.

Legati , quod in diem certam relinquitur, & obligatio & actio cedit.quamuis & exceptio competat,& dominium ſtatim non tranſeat.communia ponit Ant.Gom.in tract.de teſtam.cap.vltim.numero quinquageſimoprimo. verſ.aliquādo & 2. E.Suarez.

Legati illius æſtimatio,quod monachis minoribus,vt vulgus fatur, aut ſimilibus perſonis relinquitur, eiſdem debebitur.commune pronunciat Curt.iu.conſ.30.n.7.Villalo.in ſua collecta. idem.

Legati nomine ne legatarius obligata hæredis bona habeat,diſponere,ac diſertè iubere teſtator,ſi velit,poteſt.commune effantur Alex.numer. 12.Crot.n.45.in l.nemo poteſt.ff.de ll.libr. 1. idem.

Legati fructus ab adita hæreditate duntaxat,non & à teſtatoris morte legatario debentur vt magis frequenter receptū profitetur Ant.Gom.in tract.de teſta.c. 12.n. 5.quamuis contrarium omnino verius,vt idem Gom.ibidem.veriſſimè affirmet. idem.

Legato non ea accreſcunt,quæ à re legata ante aditam hęreditatem acquiſita fuerunt , vt commune dicit Petr.Rauen. in Alphabeto aur.ver. legatum. E.Suarez.

Legata ad pias cauſa etiam hæreditate non adita deberi, contra tritam & communem regulam,qua aſſeritur, teſtamētum corrui,quia hæreditas non fuit adita,corrui & legata, & alia in teſtamento contenta,cùm omne ius teſtamenti ſoluatur.l. ſi nemo ſubiit. ff. de regulis iuris affirmat Barto. in lege 1.repet.numero 65.& 66.verſi.quartò quæro.C.de ſacroſan. eccle.& addit ipſe,legata ad pias cauſas valere, nec requiri aditionem, cùm in eis ceſſet omnis ſolennitas iuris ciuilis. capit.cùm eſſes.capit.relatum.extrà,de teſtamen.Sed Sali. in d. l. 1.numero 18. verſiculo quæro decimo tertiò, an hæreditate adita.& Io.de Imo.in l.qui filio.§.ſeruus.numero 8.verſic. & prædicta faciunt. ff. de hæredi.inſtit. cum multis aliis contrariam ſententiam ſequuntur, allegatis hinc inde argumentis & adductis ſolutionibus Bartoli rationum. Et hanc communem opinionem Doctorum eſſe dicunt Ioan.de Imol.loco iam citato.& Alexand.de Imol.in conſilio duocenteſimonono.numero decimoſexto.in ſecundo libro conſilio.& Iaſ. in d.l. 1.numero 31.in fi.& numero 32.in principio ver.limita hanc communem.& in repet. numero 34. verſicu. tamen communis ſententia & vera eſt contra Bart. quòd legata ad pias cauſas hæreditate non adita non debeantur. & in l.eam quam.numero 19.addens cōmunem concluſionem iſtā eſſe,

cum



cum adductis nonnullis limitationibus.C.de fideicom.Cęterùm alij Bartoli ſententiam magis communem eſſe aſſerunt And.Barb.Sicul.in conſ.8.n. 16.in 1.vo.ver.Et licet Io.de Im. in d.l.qui filio.§.ſeruus.dicat,ꝙ communis opi.eſt contra Barto.tamen ſalua ſua pace dixerim, imò cōmunis opin.ſequitur doctrinam Bartoli,&c.And.de Beſſetis in repet.d.l. 1.nu. 148. vbi ipſe hanc quæſtionem eruditè in vtramque partem explicat.Approbat & hanc ſententiam Hieron.Cagnol.in d.l. 1. n.44.ver. rationes tamen Bartoli in repetitione videntur mihi multùm notabiles & benè fundatæ,&c.Et ita ſeruari indiſtinctè meminit Carol.Mol.in ſuis add.ad conſ.Alex. in d.cōſi.209.in verb.ſecundùm veram.Quam ſententiam ego in d. l. 1.cùm in Academia Roſtochienſi eam explicarem, ſecutus ſum. kirchouius.

Legatis mobilibus,non veniunt nomina debitorum,Iaſo. conſ. 5.vol.3.Io.Durand.in arte teſtan. tit.6.cau.9.commun. dicit. Villalob.

Legata domo,ſi teſtator habet plures domos, erit in arbitrium hæredis dare minimam. & ſi nullam habeat: legatum eſt eluſorium,Maine.l.ſemper in obſcuris,n.9.ff.de re.iur.cōmunem dicit. idem.

Legata relicta,in teſtamento:ad hoc vt valeant,requiritur, ꝙ ex eo adeatur hæreditas l.ſi nemo ff.de teſta. tutel.Bar.in l. qui filio §. 1.ff.de hær.inſti.quæ concl.procedit quādo nullus etiam fiſcus apprehēdere voluit bona defuncti ſed eſt datus Curator,iuxt.not.per Matheſ.ſing. 162.

Fallit in relicto ad pias cauſas ex teſtamento vel ab inteſt. nam illa confirmantur morte teſtatoris,nec requiritur ſolennitas additionis hæreditatis,teſte Matheſ.vbi ſ. n. 4. pro quo vide quæ ſcribit Bar.in l. 1.col.2.C.de ſacr.ſan.eccle. in l. eam quam.C.de fideic.vbi videtur ſibi contrariari.

Legata ad pias cauſas non debentur hæreditate non adita ex teſtamento,vel ab inteſtato,teſte Bar.in l. 1.C. de ſac. ſanc. eccl.vbi dat remedium vt bona teſtatoris adiiciant alicui iſtorum legatorum piorum ſeruandorum cauſa, ſicut fit in libertate,iuxt.ti.inſt.de eo cui.cauſ.bona adic.& not.Rom. in aut. ſimiliter col.37.in prin.C.ad l.falc.& iſta eſt communis opi.p Alex.conſ.209.lib.2.Iaſ.in d.l. 1.n.22.& in l.eam quam.n.20. C.de fideic.vbi limitat tribus modis. licet Bar. in rep. d. l. tenuerit contrarium. & videatur ſequi Deci. in l. ſi nemo ſubiit ff.de reg.iur.Rom.autem in Rep.d.auth.ſimiliter col.32. ver.20.quæſtio diſtinguit,& col.35.ver.ex præmiſſis col.36. & inter alia,limit.dicit,ꝙ ſi hæres etiam hæreditate non adita dat licentiam legatariis capiendi legata pia:ꝙ tali caſu legata valida remanebunt poſito quòd non ſequatur additio.

Legatum eſt donatio quædam à teſtatore relicta ſed ab hærede præſtanda.§. 1.inſti.de leg.& ibi gl.habetur.in l.legatum. ff.de leg.2.Ana.in conſ.77.in prin. P.Andora.

Legatum requirit quinque teſtes.l.fi.§.fi.C.de codicil.glo. in l. fi.C.de don.cau.mor.& ita videtur tenere.Pau.de ca.in 2. vol.conſ.147.incip.ſuper 1.quæſito.

Limita niſi ſit ad pias cauſas quia ſufficiunt duo.c.relatum. ext.de teſta.& ita videtur ſentire.Pau.de ca.in d. cōnſ. 147. & dixi in ver.pia cau.ver. 16.

Non refert per quæ verba teſtator loquatur dummodo eius intentio percipiatur.l.in leg.C.de leg.& ibi gl.& doct.

Nec vitiatur legatum.ex imperfecta oratione vel latinitate ſi conſtet de mente teſtatoris.l.ſi in teſtamento.ff. de leg. 1. & l.verbum volo C.de fideic.

Addo ꝙ ſuffic.ꝙ verba prolata per teſtatorem in legando. ſecundum communem vſum loquēdi habeant certam interpretationem.l.librorum. §.quod tamen caſſius. ff.de legat.3. Imo etiam nutu legatū fieri poteſt.d.l.in legat.& ibi Iaſ.idem.

Hæres tene.ſoluere legata.etiā mota ſibi hæred.quæſtione dummodo ei.de ipſis legat.reſtituen.in caſum euictionis hæred.cauea.l.ſi in fraudem.& ibi doc.C.de leg. idem.

In legat.poteſt fieri ſubſtitutio Alex.in 5.vol.conſ. 170.

Legati titulus.eſt lucratiuus.l.ſi hæred.ff.mand.in l. 1.C.de impo.lucra.deſcrip.lib. 10.Lud.Rom.in conſ.230.Alex.in 1. vol.conſ.49.in prin.Ang.in §.ſi res aliena.inſti.de leg. P.And.

Et in materia.quis dica.titulus lucratiuus.vide Iaſ.in §.item ſi quis.in 5.col.inſti.de actio.

Legatum debe. quamuis nudis verbis relictum ſit. Pan. in c.indicante in prin.de teſta.al.not.in l. 1.C.de fidei. idem.

Legati dies quot modis.& quando dica.eodem vide Ang. §.ſi peculium inſti.de lega. idem.

Legatum pium legatum factum in vnum pium vſum determinatum non poteſt in alium vſum , niſi de voluntate papæ conuerti.Pau.de ca.in 2.vol.conſ.243.incip.ſuper 1.quæſito.al.cleñ.quia contingit de relig.do.& l.legatum.&ibi Bar. ff.de vſuf.leg.& Bal.in l.ſi quis ad declinañ.C.de epiſ. & cler. Et ita vult Barb.in 1.vol.conſ.23.in 1.col.al. multa max. Bar. in l. 1.in fi.C.de his quæ pene.no.vbi dicit ꝙ relictum factum pro virginib. maritandis. non poteſt conuerti in alium pium vſum. quia legitima voluntas non pertinet ad arbitrium alicuius.addo Pau.de ca.in 1.vol.conſ.264.incip.dubitatur.nunquid.repetito.in 2.vol.conſ. 16.&Bal.in 3.part.conſ.67.Dec. conſ.72.in 3.col.Cor.in 2.vol.conſ. 104.in fi.vbi dicit ꝙ non valeret ſta.in contrarium.

Vide aliquid per Ang.conſ.224.

Limita quando voluntas teſtatoris poteſt impleri in ſpecifica forma reſpectu.rei cauſæ & perſonæ.ſed quando non poteſt impleri in forma ſpecifica poteſt epiſcopus commutare. in alium pium vſum.ita in terminis tenet Ana.in conſ.77.al. c.nos quidem.extr.de teſta.& ita videntur tenere.Alex.& Iaſ. in l.ſi fundum.§.fi.in 4.col.ff.de leg. 1.

Limita quoque quando voluntas teſtatoris adhuc nō fuit exequta quia epiſcopus poteſt alterare.voluntatem defuncti hypo.ſing. 194.

Limita etiam vt dixi.in ver.pia cauſa.ver. 15. P.Andora.

Legatum pium factum eccleſiæ.ſi teſtator ibi ſepeliatur.valet dato ꝙ teſtator ibi non ſepeliatur ſui culpa. vt quia erat excommunicatus.Barb.in 1.vol.conſ. 57.in 4.col.Bened.conſi.vlt.Barb.in 3.vol.conſ.vlt.in 10.col. Phi. in rub. de teſta. in 6.in 17.col.& j̃.in ver.legatum eccleſiæ.§.idem phi.in c. 1.§.ſi vero.in fi.de ſepul.in 6.Alex.in l.miles.§.fi.de adul.& in l.j.in fi.C.de inſti. & ſubſti. idem.

In legato pio non reiicitur. conditio viduitat.Iaſ. in l. 1. C. de indic.vid.tol. idem.

legatum vſusfructus factum eccleſiæ perpetuò durat vltra centum annos Barb.in 4.vol.conſ.20. idem.

Libellus contra eum qui pro legato pio pati. ſe vocari in iud.dico ꝙ tal' teſtator.in ſuo vlt.teſtamēto legauit tali eccleſiæ 10.quæ petita fuerunt ab hærede.qui tamē paſſus eſt ſe in iud.vocari.& dictum legatum inficiatus eſt. quia peto ipſum hæredem condem.ad ſolueñ.duplum.Ang.in §.ex maleficiis. inſti.de actio.& eſt materia.auth.hoc amplius.C.de fideic.Panor.in c.ſi hæredes.de teſta.

Quid ſi dicat nego narrata prout narrantur.vide j̃.in verbo lit.conteſt.

idem in leg.Iaſ.in l.ſi quis.C.de inoff.teſt.

vide in ver.pia cauſa.§. 12.& in ver.hæreditas perditur.

An autem poſſit purgari mora.vide not.Barb.in 3.vol.conſil.32. idem.

Legatum calicis in dubio intelligitur de argento.lance. in l.legatum ff.de vſufr.leg.al.Bar. in l. titia.§.ſeia.ff.de aur.& argent.leg.

Vide Bal.in l.ſi nōdum.C.de fur.vbi dicit ꝙ intelligitur de honorabili ſecundum qualitatem eccleſiæ.& facultates teſtatoris.vide aliquid per Pan.in c.indicante de teſta.

Lud.ſing.515.videtur velle ꝙ intelligatur.de calice auri.

Vide etiam pan.in c.ex part.de cenſi. vbi videtur tenere. ꝙ vouens dare calicem non tenea.dare de argento. P.Andora.

Legatum dotis licet hæredes mariti non poſſint cogi ante annum ad reſtitutionem dotis. tamen fallit. quando maritus legat dotem.vxori.vt dixi in ver.dos in 18.priuil. P.Andora.

Si dos nō fuit forte ſoluta & maritus legat dotes vxori.an poſſit ipſa agere.contra hæredes mariti.Bal.in 2. part. conſil. 350.tenet quòd ſic. idem.

Legatum dot.factum filiæ.an poſſit ſtatim peti.vide in verbo dos relicta pro filia maritan. idem.

Si fiat legatum.berte pro ſe maritan.& tempore teſtamenti ſit maritata an ei debea.legatum vide vbi ſ.

Quid ſi legetur mulieri ſi nupſerit.& nubat demum efficiatur.vidua.vide vbi ſ.

Et ibi remiſſiue. quid ſi legatur mulieri ſi fuerit vidua:

Quid ſi teſt'or legat pro dote.deiñ viuēs dotat.vide vbi ſ.

Et ibi poſui plures quæſtiones.in materia.quas vide.

Legatū dot.nō venit in gñali quita.q̄ fecit vxor.de omnib. legat.ſibi fact.vt dixi.in ver.generalis.§. 14.

Legatū dot.vz.cc.vt cōſtat inſtr̄o dotali.an debea.ſi ñ conſtet de inſtr̄o.vide j̃.in ver.legatum vxori factum.§.23.idem.

Legatum alimentorum.Si teſtator legat alimēta in domo an poſſint alibi peti.Bar.in conſ.211.incip. quidam ſibi filios. tenet ꝙ non.Et ita vult Bal.qui refert dictum conſilium.Bar. de verbo.ad verbum.in ſecunda parte conſilio 150.Iaſon.in lege prima.C.de legat.Bened.in conſilio 139.Angelus conſilio 28.

Limita niſi ex ſeuitia hæredum.nō poſſet alimentādus ſtare in domo. & ita. tenent Bar. & Bal. in conſiliis præallegat.

Iaſ.qu

Iaſ.qui infinita al.in l.diuortio in 8.col.ſo.mat.inter cætera alleg.Pau.de Ca.conſ.387.incip.vxor quædam.in fi.quod mihi eſt.389.alias 391.inci.ꝙ vxor.cond.idem Iaſ.in d.l. 1. Bened. in conſ.128. P.Andora.

Et aduerte.ꝙ tunc alimentandus tene.probare. ꝙ non põt habitare in domo.vt in terminis tenet not.Pe.de anch.conſi. 254.refert alio numero.& ſequi.Fel.in ca.ſuper his.in 7.col. de accuſ.Alex.in 1.vol. conſ. 100.repetito in 4.vol.conſ.3.facit quod vult in 2.vol.conſ.101.Iaſ.in l. 1.C.de lega.& in d.l. diuortio.in 8.col.vide in ver.poſitio §.49.

Secus ſi ſimpliciter relinquuntur alimenta.Cor.in 3.volu. conſ.286.vide etiam eundem in 4.vol.conſ.156.

Non tamen tenetur habitare omni momento. l. ſi quis ita legauerit.& ibi Bar.ff.de cond.& demon. idem.

Quid ſi debeat morari cum duobus & vnus expellat an debeat habere legatum alimentorum Cor.ꝙ ſic.in conſ.323.id.

Si hæres grauatus eſt dare alimenta in domo excuſa. dan. in domo eque bona.hypo. in l. 1.§.cum quidam. circa fin. de quæſt. idem.

Aduerte. etiam quia ſi teſtator dixerit ſi habitauerit papie cum filiis ſufficit habitare papie.Secus ſi indiſtincte dixerit ſi habitauerit cũ filiis quia debet ſimul habitare.text.& ibi Bar. in l.qui concubinam §.vxori ff.de leg.3.& in d.l.ſi quis ita.idẽ

Pone quidam reliquit duas filias impuberes. in ſuo teſtamento legauit earum matri alimenta donec ipſe filiæ ſtarent cum ea deinde vnam nuptui tradidit.Altera vero deceſſit nũ quid mater debebit habere alimenta.Ray.de forl.in l. 1. C.de leg.refert quoſdam magnos doct.determinaſſe ꝙ ſic per not. ibi.Tandem dicit ſe reſpondiſſe totum contrarium quia conditio appoſita in legato cenſebatur appoſita fauore filiarum vt inſtruerentur à matre.ar.l.ſed & ſi hoc.§. vlt.ff.de condit.& demon.fac.l.ſi ita relictum §.pegaſus ibi veluti, &c. ff. de leg. 2.& ibi Imo.in 1.not.

De hac materia.vide in ſimili.Ange.in conſ. 150.vbi ponit quæſtionem.quãdo teſtator legat alicui donec vel quoad ſteterit cum hærede.vide etiam Iaſ.in d.l. 1. vbi dicit ꝙ ſi relicta ſunt alimenta alicui donec ſteterit cum tali.ſeu quoad morabitur in domo.debet illa habere.illo tali mortuo.contrarium tenet Lud.Ro.conſ.185.de quo etiam ample ſonz.in 1.part. conſ.68.& ſeq.Cor.conſ.311.Bened.in conſ.4.in 1.dub.Ange.conſ.301. idem.

Sed quid ſi caſu fortuito contingente in perſonam leg.alimentorũ.non poteſt ipſe morari cum eo qui tene.ad alimenta.An habebit legatarius alimenta dum viuit.Pau. de ca. d. l. 1.C.de lega.dicit ꝙ non.quia caſus debet nocere leg.non autem hæredi vt in ſimili no.in l.ſi vno.§.cum quidam ff.loca.

Sed Alex.in d.l. 1.dicit ꝙ de hoc dubitat per not.per Bar.in l.gaio.§.imperator de alim.lega.vbi dicit. ꝙ quotienſcunque ſubeſt iuſta cauſa non habitandi.nihilominus leg.debet habere legatum alimentorum vt dixi s.Bened.in d.conſ.4. idem.

Quid autem ſi teſtator.legat ſimpliciter alimenta.nec dr.in domo an poterint peti.extr.domum. vide s.in ver. alimenta. §.3. idem.

Quid ſi teſtator relinquat alicui alimenta.in parte ſua & in parte fratris ſui cum quo.habebat bona communia?dic ꝙ hæredes tenentur præſtare in ſolidum omnia alimenta. ita Bar. in conſ.211.& volunt doct.max.Alex.& Iaſ.in l.ſi duobus.§. 1.ff.de leg. 1.Quod not.quia quilibet diceret contrarium.Pe. gerar.ſing.44.

Amplia ſecundò,in cauſa criminali in qua etiam nõ requiritur concluſio,Zaſius in §.1.inſtit.de actio.nu.26.com.dicit.

Libellum non vitiat ordinis peruerſio.Fel.in c. qualiter & quando.de accuſa.nu.3.commu.dicit. B.Villalob.

In libello nõ eſt neceſſaria expreſſio nominis intẽtate actionis.Iaſ.in l.edita.n.1.C.de edend.communem dicit,quam amplia quando proceditur ex clauſula, ſola veritate inſpecta,quia tunc non requiritur,ꝙ tempus,nec locus declaretur,vt notãt Deci.in c.dilecti.de iud.& Iaſ.in l.vinum.ff.ſi cert.pe. & in terminis conſuluit Alex.conſ.6.vol.3.& Soc.conſ.109. vol.3.& Soci.Iun.conſ.65.item poſt concluſum in cauſa ſtante d.clauſula,recipiuntur teſtes:quia ſolennitates de iure ciuili requiſitæ,non attenduntur,clem.ſæpè.de verb.ſig.& ibi no.Imol.& Alex.conſ.84.vol.4.nec ꝯcluſio libelli.Not.Ang. Aret.Iaſ.& Alex. in l.omnium.C.de teſt.ſed requiritur. quòd clarè intentio actoris manifeſtetur.Cur.iun.149.n.6.communem dicit.

Concor. cum l.26.titul.2. part.3. & cum l.201.§.3.& 4.in pragma.

Item in criminalib. requiritur expreſſio temporis, & loci delicti:aliàs non valet,etiam parte nõ opponente. Bello.cõſ. 63.n.2.ex Bart.in l.edita.C.de edend. B.Villal.

Libellus non poteſt emendari poſt litem conteſtatam Io. à Ripa in d.l.edita.n.44.communem dicit.

Hoc videtur etiam notari per l.41.tit.2.par.3.& nota iſtam com.cum ſequenti ad eius intellectum.

Amplia etiam ſi ſit in eo clauſula, ſaluo iure addendi, vel minuendi,poteſt mutari,minui,vel addi.Iaſ.in d.l.edita.n.44. comm.dicit.

Limita l.1.tit.3.lib.3.ord.per iſtam communem. idem.

Libellus in quo continẽtur duæ actiões:quæ ita ſe habeãt, ꝙ ſententia lata in vna,obſtat exceptio rei iudicatæ in alia,nõ procedit,Bello.conſ.22.nu.16.com.dicit ex Bart.in l. edita actio.in 4.genera.C.de edendo. idem.

Libelli oblationem die feriata fieri non poſſe.Magis communem eſſe opi. dicit Maran.in 6.par. Specula.tit.de libel.oblat.nu.12.quam limitat,niſi periculum eſſet in mora,vel res tempore peritura,item limitat in libello Appellatorio,qui etiam die feriata in honorem Dei,offerri poteſt. I.Fich.

Libellus cum clauſula,ſaluo addendi,minuendiq; iure propoſitus, nec minui, nec augeri, nec mutari poteſt.commune inquit Iaſ.in l.edita actio.n.53.C.de eden.Quin & præterea ſi libellus aliquo errore oblatus ſit,vt quia actor ex aliqua certa cauſa petat,& eam nõ probet, licet aliam cauſam probet, ex qua à principio deducta obtinere poſſet, eo ĩ iudicio prorſus ſuccumbet,vt eſt communis interpretum reſolutio in l.habebat.ff.de inſti.actio.& in c.examinat.de iudi.tradunt Bart.in l. 1.n.12.ff.de edend.Bald.in l.2.C.de probatio.Alex. in l.diuus. n.8.ad fi.ff.de of.aſſeſſ.idẽ Iaſ.in l.1.n.3.ff.de eden. Iac.in l.nõ idcirco.§.j.illo eodem tit.Non tamẽ præpoſtero ordine libellus offendetur,vt cõmune ſcribit Feli.in c.qualiter,& quãdo. n.3.de accuſatio. Nec.in criminum cauſis concluſionem deſiderabit.commune ait Zaſ.ĩ §.j.n.16.inſti.de actio.ſed & libello ipſo nullum opus eſt,ſufficitque qualis qualis petitio actis contenta, & ſi ille in ſcriptis offerri exigatur, vt frequentius placitum affirmat Ant.de Tremo.in addit.ad Bon.in prac.excep.de impedim.execut.n.17.ver.ſunt & alij. E.Suarez.

Libellus & ſi ab eo qui illum propoſuit declarari poſſit, tamen ab ipſius hæredib.haud poterit.commune inquiunt Bolog.in l.edita.nu.80.C.de edend.& eius diſcipulus vir multæ doctrinæ,atque eruditionis Nico.Ant.Grauat.ad veſtrium li. 5.ca.vlt.nu.20. idem.

Libelli famoſi lector ſi eum ſtatim haud lacerat,eadẽ prorſus pœna afficitur,qua eius conſcriptor : vt frequenter placitum affirmant Placa de delict. ca.3.n.2.& qui de pœna etiam non nihil tradit Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.68.ver. libelli famoſi. E.Suarez.

Libelli ineptitudo omnia prorſus vitiat, labefactat, atque euertit.commune aio ex Bart.in q.inci.lapſus.Alex.conſ.2.n. 9.lib.3.Dec.conſ.302.n.7.& conſ.483.latiſſime Crauet.cõſi. 151.n.2.Bellon.conſ.25.n.1.Rol.à Valle ꝯſ.94.n.32.& Bald. qui poſt ſententiam rei iudicatæ vires nactam, eius inepti exceptionem opponi poſſe aſſerit,in auth.ſi quis litigãtium no. 2.C.de epiſcop.audien.quem amplexantur Crauet.vbi ſupra. Io.Cephal.conſ.100.n.13.Attendetur autem omnino libelli ipſius concluſio vt vel rectus,vel ineptus cẽſeatur,vt frequẽter placitum enuncio ex Bart. in l. certi condictio in prin.ff.ſi cer.pet.Dec.in l.petens.C.de pact.& in c.1.no.1.de of.dele.& conſ.57.in prin. & conſ.62.n.1.& conſi.136.Io.Cephal.d.ꝯſ. 100.nu.15.atque ex iuris pontificij commentatorib.in ca.ex parte.de foro competenti. idem.

Libellus in cauſis ſummariis,etſi generalis ſit:obſcureq́ue compoſitus fuerit:valet tamen parte non opponeñ. teſte Alex.cõſ.32.col.3.libr.4.Dec.in l.edita C.de edeñ.quamuis Iaſ. d.l.edita n.6.voluerit quòd etiam parte opponeñ.libellus generalis procedat in ſummariis, ſecus in ordinariis,ex not.per

Bolog.d.l.edita n.15.qui n.80.dicit libellum per libellañ.tantummodo:non per eius hæredem declarari poſſe, & hāc opi. dicit eſſe communem contra Dec.ibi, item non poſſe procurem̄ niſi cum ſpāli mandato hoc agere, neque demum libellum procuratoris,ſecundum Iaſ.in d.l.edita nu.26. cæterum in cauſis ordinariis libellum reiicieñ. ſi libellus ineptus eſſet, etiam parte non opponeñ. nō procederet,quinimo ſuper eo lata ſententia eſſet ipſo iure nulla,ca.examinata de iudi.Alex. conſ.147.lib.6.conſ.79.lib.2.Fel.in c.literis.col.pe. de off.deleg. Vant.de nullit.c.13.n.22.de concl autem libelli puta,peto ſecundum me ſententiam ferri an procedat? vide quæ ſcribit Iaſ.in l.petēs ex ſtipulatiōe.n.5.&6.C.de pac.vbi plura no.

Libellus an in ſcriptis offerri debeat,nécne,doct.antiq multis rationib.& argumentis diſputarūt, vt liquet ex eorum annota.in c.1.& 2.extrà de libel.obla.& Gl.I.And.in cle.ſæpè.in verb.neceſſariò.de verb.ſig.Sed communi opi. receptum eſt, in ſcriptis dandum eſſe libellum. auth. offeratur. Et ibi communiter Doct.C.de litis conteſta.& in l.1.ff. de eden.copiosè Maria.Socy.ſen.in d.c.1.n.21.vbi ipſe octuaginta quatuor reſtrictiones eius doctrinę addidit.Et in c.ſignificātib.n.69.ver. deciquartò principaliter quæro, vtrum ſcriptura ſit neceſſaria ad validitatem libelli.extrà de libel.obla.Purpu.in l. edita. in primis addi.factis anno 1523.pagi.lib.mei 19.& Hiero.Cagno.ibid.n.9.& 10.C.de eden.Nouiſſimè Hartman.Hartm.in ſuis pract.obſerua.tit.de libello.c.1.pag.195. kirchouius.

Libellus in poſſeſſorio. Licet in libello oblato in petitorio teneatur actor probare cauſam debiti petiti, ſeu titulū rei peritæ,aliàs ſuccumbit.nō tamen in poſſeſſorio.Puta, ſi quis dicat ſe ſpoliatum vel turbatum re ſua,vel annuo reddito ſibi debito,quia ſufficiet probare ſpoliationem vel turbationem, licet non probetur illa res mea,vel redditus ille mihi debitus, ſecundum Inn.in c.quærelam.ad fi.extrà de electio. Pan.ibid. 5.col.& Angel.in l.1.ff.de eden. domi.de Rota in nouiſ.deciſ. 280.in rubr.de reſtit.ſpoliat. Balb.deciſ.295.

Libellus,in quo actor dicit rem quā ſibi reſtitui petit, ad ſe pertinuiſſe iure dominij vel quaſi,procedit de iure,ſecūdum Spe.in tit.de actio.& petitio.§.ſequitur.ver. quid ſi ago cōtra te.& ibi Io.And.in additio.Butri.in c.2.de libel.oblat.Fulg.in l.1.in prin.ff.de eden.do.de Rot.deciſ.328.quia ſufficit libellum cōcludere præſumptiuè.l.omnes.§.Lucius.ff.de his quæ in frau.creditorum.Et quia ad ſuſtinendum libellum verba libelli poſſunt impropriari.l.ſed ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero. ff.de iureiurando.quod procedit maximè quando in concluſione petit ſe declarari dominum: quia attenditur concluſio, non narratio.c.ex parte.& ibi Butrig.& Pan.extrà de for.cōp. Bart.in l.qui ſtipēdia. C.de procurator.licet cōtrariam opin. tenuerit Bart.in l.certum.§.1. ff.de confeſ.& Ang. in d.l.1.per gl.in d.§.j. Balb.deciſ.296.

Libellus generalis. Procedit libellus iſte:Peto omnia prædia quæ poſſides in tali villa vel caſtro,ſecūdum Ang.& Fulgoſ.in l.1.in prin.ff.de edend.Spec.in tit.de actio.& peti.§.ſequitur.ver.ſed quid ſi peto.dum tamen ſecundum ipſum Fulgoſ.omnia petita eadem obligatione & actione debeantur:ſecus ſi diuerſis.l.ſcire debemus.ff.de verb.obl. Nā tunc omnia prædia ſeu res debent exprimi,& numerari. Procedit etiam iſte libellus,peto caſtrum cum ſuis pertinentiis:licet aliter ꝑtinentiæ non exprimantur,ſecundum Inn.in c. cum ad ſedem. de reſti.ſpol.& Ang.in d.l.1.ſecus ſi cum ſuis poſſeſſionib. qa reus poterit me cogere deſignare per confines. Balb.293.

Libellus non eſt neceſſarius, quando imploratur officium iudicis ſecundum gl.ordinariam in rub.ff.de interro.ac.quod temperat Bald. procedere, quando ſimpliciter imploratur & ſine ſtrepitu, ſecus ſi ordinariè & cum cauſæ cognitione, per gl.ī l.2.§. dies.in verbo de plano.ff.quis or.in bo.poſ.ſer.circa quod dic plenius,vt per Io.Pet.Ferra.in forma libelli in actio. reali.in gl.prima. Balb.deciſ.362.

Libellus incertus & generalis admittitur,ſi nō opponatur.l. fi.C.de annali exceptione.& etiam ſi opponitur quādo incertitudo prouenit facto cōuenti nolentis actorem certificare. l.1.§.quod autem.ff. quorum leg.l.1.§.fi.ff.ſi pars hæredi.pet. Item quando actor aliunde eſt incertus,& iurat ſe neſcire vel poſſe aliter certificare vel deſignare,ſecūdum gl.in l.1.§.ſi qs argentum.ff.depoſi.Inn.Io.And.& Pan. in ca.1.de libel.obla. Inn.in c.conſtitutus.ext.de in integrum reſti.in gl. magna ibi nos dicimus.Bart.in l.vbi autem.§.qui illud. ff.de verbo.obl. Niſi ſecundum eos eſſet tanta incertitudo, quod reus nō poſſet ſcire quid petatur:quia tunc non tenetur reſpondere,licet actor iuret vt s̄. Balb.deciſ.294.

Libellus duplex & implicitus, continens contraria, ſeu actiones contrarias & incompatibiles,admittitur alternatiuè, non copulatiuè, propter probabilem agentis dubitationem. l.1.§.quod autem ff.quorum lega.& ſecūdùm Bald.in l.1.col. 2.& in 3.oppoſi. C.de furtis.ita limitantem quod ibi dicitur, allegantem contraria in agendo non audiri. Balb.deciſ.497.

Libellus ciuilis ſuper delicto: In libello ciuili ciuiliter oblato ſuper delicto infamante,debet apponi locus & tempus, ſecundùm Bar.in l.pretor.in prin.ff.de iniur.Secus ſi nō infamet.ad hoc l.item exigit.ff.de dolo. Balb.deciſ.285.

Libellus incertus ſuper fructib.damnis,& intereſſe,vſuris, aut expenſis acceſſoriè petitis admittitur,ſecūdum Iac.de Rauēna,Pe.& Cy.in l.cum propria.C.ſi quis alteri vel ſibi. Bart. in l.1.ff.de eden.Innoc.in cap.cum ad ſedem,de reſtitut. ſpol. Balb.deciſ.24.

Libellum famoſum legens & non ſtatim lacerans punitur eadem pœna qua fabricator, ita communi conſenſu tenere DD.ait Plaza in li.1.delict.c.3.n.2.Clar.d.lib.5.§.fi.q.68. ver. libelli. P.Fich.

Libellus in criminalib.procedit, & in eo poteſt fieri cumulatio,ſi actor principaliter agat criminaliter,& rē ablatam petat incidenter,vt eſt communis opi.Clar.q.2.ver.& hæc quidem.item procedit libellus criminalis, concludens delinquētem puniri & cōdemnari,ſecundum formam iuris & ſtatutorum, cum refectione damnorum, intereſſe, & expenſarum. Bonacoſſ.

Libellus in actione famoſa,debet continere locum & tempus,vt eſt communis opi.Cla.q.12. Procedit tamen parte nō opponente,vt eſt communis opi.ibi. Bonac.

Libellum famoſum lacerās punitur,vt eius ſcriptor puniretur,vt eſt communis opi.Soarez.verbo libelli.n.165.Bona.

Libelli famoſi auctor in alterius infamiam,ↄ veritatem punitur pœna capitis.Cla.q.68.ver.libelli.idem eſt in eo,qui legit,& ſtatim non lacerauit.Sed Clarus dicit, ꝙ nūquam vidit ꝓpter libellum famoſum aliquem mori, ſed puniri extra ordinem,puta pœna fuſtigatiōis,ictuum funis, vel ad triremes. vide Beluiſium in pract.tit.de iniuriis. Bonac.

Libellus ī criminalib. requirit expreſſionē temporis & loci delicti,aliàs nō valet etiam parte nō opponēte, vt eſt communis opi.de qua Bellonus.conſ.63.n.2.Et in cauſa criminali libellus debet eſſe magis ſpecialis, quàm in cauſa ciuili. Et ideo in accuſatione omnia exprimi debent,nec ſufficit certitudo:quæ habeat relationē ad aliud.Et libellus generalis non procedit in crimine.etiam parte nō opponente.Dec.conſ.83. n.1.in 1.vol.vbi fuſius.l.Pomponius.circa pr.ff.de nego.geſt. Et tu cum concludis in libello aliquem puniri, nō concludas ipſum puniri ex forma certæ legis.& determinatæ,ſed intēta generaliter omnem legem, loquentem de materia, vt docet Ang.in l.de quibus,col.fi.ad fi.ff.de legibus. Bona.

Libellus in criminali tenet,licet ſit ordo peruerſus.puta, ſi dicat,peto te compelli,cogi,& condemnari ad centum, quia primò debui petere te cōdemnari,& poſtea executionem fieri,vt eſt magis communis opi.de qua Fel.in c.qualiter & quādo, nu.3.de accu. Et libellus in cauſa criminali non requirit concluſionem.Zaſi.in §.1.de actio. nu.26.communem dicit. Bonacoſſ.

## LIBELLVS.

*Summaria.*

Sufficere apertè narrare factum in libello, nec opus eſſe vt exprimatur nomen actionis.q.1.

Facto aptè in libello narrato & propoſito,non vitiari libellum propter actionem ineptè expreſſam.q.2.

Cùm ciuiliter agitur de crimine, nō requiri in libello ſolēnitatem l.libellorum.ff.de accuſat.Niſi crimen tale ſit, ꝙ infamet.Tunc enim inſerendum eſſe locum & tempus.q.3.

Cauſam actionis in libello exprimendam,quæ ſi inepta ſit, libellum vitiari.q.4.

Libellum emendare,vel mutare ante litis ꝯteſtationem,permiſſum eſt:non poſt eam.Niſi fiat mutatio in ſecunda inſtantia:aut etiam in prima in iudiciis vniuerſalibus.q.5.

Facultatem emendandi, mutandique libellum præreptam eſſe actori poſt litis conteſtationem, licet addita ſit in libello vulgaris clauſula, ſaluo iure addendi, minuendi, & mutandi, &c.q.6.

Impenſas indebitæ fatigationis non litis vel cauſæ petendas officio iudicis,nō per actionem,in factum,vt gl.vult.q.7.

Cumulationem plurium actionum in eodem libello permitti.Niſi cum duæ actiones ita ſe habent,vt vna propoſita,& condemnatione ſecuta,atque executione facta,contingat liberatio ab altera.q.8.

Actiones ciuilem & criminalem,tendentes ad diuerſa,poſſe cumulari in eodem libello, ita tamen vt vna principaliter, altera incidenter intentetur: Secùs,ſi vtraque tendat ad vindictam.q.9.



## QVAESTIO I.

QVAERO,an actio ſit exprimenda in libello? Reſp.de iure canonico hoc eſt expeditum ꝑ tex.c.dilecti.de iud.Sed dubium eſt de iure ciuili. communis tamen & recepta eſt ſentētia,ꝙ ſufficiat factum in libello apertè narrare, abſque expreſſione actionis.Hanc tenet gl.& doct.in l.1.in prin.ff.de eden. & ibi Bald.dicit ꝙ ita obſeruat conſuetudo.Cy.Bal.& alij in l. edita.C.de eden.Et ibi Iaſ.dicit hāc eſſe communem opi.n.2.

## QVAESTIO II.

Quæro,quid ſi in libello ſit aptè narratum,& deinde actio inepta propoſita, nunquid libellus in totum vitietur? Reſp. Licet nonnulli exiſtimarūt libellum in totum vitiari propter ineptam actionem propoſitam.Bal.& Ang.ſibi contrarij in l. 2.per tex.C.de formu.Spec.tit.de act.& petit.§.ſequitur. verſ. pe.Tamen crebrior & receptior eſt ſententia contraria,vt firmat Iaſ.d.l.edita.n.3.Et eam tenet Inn.in ca. examinata.& ibi Imo.& Pan.ext.de iudi.Bar.in l.1.in prin.& ibi Bal. & doctor. ff.de edēdo.Ang.Sal.& Pau.de ca.d l.edita. Io.ī addi. ad Spec. d.ti.de act.& peti.§.ſequitur. ver.pe. Eandem dicit eſſe magis communem Iaſ.l.1.in prin.n.45.ff.de eden. Namque cum de neceſſitate actionis expreſſio non requiratur,ſecūdum receptam ſententiam,vt s̄.& indubitati iuris ſit, ꝙ quādo aliquid non requiritur de neceſſitate ſi illud exprimatur,& ineptè,nō vitiari per hoc actum, ſequitur actionē quoque ineptam non vitiare libellum. Eandem dicit eſſe communem ſententiam Maran.in Spe.par.6.rub.de ſententia.n.69.

## QVAESTIO III.

Quæro,an in libello,in quo agitur ciuiliter de crimine, requiratur ſolennitas.l.libellorum.ff.de accuſat.Reſp.communiter receptum eſt,ꝙ ſi crimen ſit tale,quod infamat, tunc requiri ſolennitatem iſtius l. vt.ſc.inſeratur locus & tempus in libello,ſecùs ſi non infamat,ita tenet Bar.in l.1.in prin.ff.de eden.l.item exigitur.ff.de dolo.l.inde Neratius. ff. ad l. Aquil. Socy.conſ.46.vol.1.Et eam dicit eſſe communem ſentētiam Marant.in Spec.parte.4.diſt.1.n.30.

Vulgaris eſt cōcluſio,in libello de neceſſitate requiri,vt cauſa exprimatur, vt per Bart. & Docto. communiter in l.1.ff.de eden.& d.l.edita.

## QVAESTIO IIII.

Sed quæro,nunquid ſi inepta exprimatur,vitietur libellus? Reſp.communis & recepta eſt doct.ſententia,ſi talis cauſa exprimatur in libello,vt ex ea appareat,agenti nullum ius competere,vt quia dicit:peto talem fundum,quia Rex eſt in Francia,talem libellum eſſe nullum,& non valere,etiam parte nō opponente,ita tenet Bar.Bal.Pau.de ca.& Alex.in d.l.edita.& d.l.1.Et hāc dicit eſſe communem ſentētiam Maran. in Spec. aduo.d.par.6.rub.de ſententia.n.68.

## QVAESTIO V.

Quæro, an permiſſum ſit emendare vel mutare libellum? Reſp.ſecundum receptam doctorum ſentētiam,emendationem & mutationem libelli regulariter permitti ante lit. ꝯteſtationem,nō autem poſt,ita tenet gl.in c.fi.& ibi doct.ext.de libel.oblat.l.edita.C.de edend.§. ſin minus.inſtit.de act.& ibi Fab.Ang.Iaſ.& doct.communiter.Iaſ.& docto.d.l.edita.

Limita,vt procedat in eadem inſtātia,ſecùs autem in diuerſa,quia tunc petere poſſum id,quod in prima inſtantia nō deduxi,vel ꝙ aliter deduxi. Bar.& doc.communiter in d.l.edita. & expreſsè Riminal.Iaſ.& doct.d.§.ſin minus.

Limita 2. vt procedat in iudiciis ſingularib. ſecundum gl. communiter approbatam,in d.l.edita.& ibi Iaſ.n.13.Et licet quidam velint etiam in ſingularib.iudiciis poſt litis conteſtationem ꝑmitti aliquid addere circa rem petitam, vt ſi primò quis minus petiit,& poſtea velit plus petere.Io.Fab.d.§.ſin minus.& ibi Mynſing.Alciat.in d.l.edita.per tex.d.§.ſin minus.q generaliter loquitur,nec facit mentionem litis cōteſtationis, & verbum petierit, quod ad iudicia ſingularia refertur poſt litis conteſtationem accipitur. Tamen illorum opinio communi calculo improbata eſt, ſecundùm Bart. Bal. Alex.& Iaſ. in d.l.edita.& d.§.ſin minus.

Secùs verò eſt in iudiciis vniuerſalib. Namque in iis fieri poteſt emendatio & additio etiam poſt litis conteſtationem. Inn.& Doct.in d.c.fi.ext.de libel.obla.gl.& docto. omnes d.l. edita.& d.§.ſin minus.Licet Bar.& Doct. communiter velint id non procedere in iudicio vniuerſali,ſi agatur ad vnam rem tantùm,vt ſi agatur petitione hereditatis ad fundum,& ita ad vnam rem ſingularem, refragante in hoc Ang.in d.§.ſin minus.num 5.& Fulg.in d.l.edita.

## QVAESTIO VI.

Quæro, quid ſi in libello apponat̄ clauſula vulgaris, ſaluo iure addendi,minuendi,& mutandi, Nūquid poterit libellus emēdari,vel mutari poſt litem ꝯteſtatam? Reſp.communiter in eam itū eſt ſentētiam:non obſtāte tali clauſula proteſtatiua poſt lit.ꝯteſtationem actori præreptam eſſe facultatem emēdandi & mutandi libellū, ex quo facultas illa non dependet à proteſtāte,& arbitrio actoris,ſed ipſius legis ꝑmittentis tm̄ vſque ad litis ꝯteſtationem,& ñ poſt.Ita tenet Bar. & doc. in d.l.edita.& in ſpecie Iaſ.n.41.& ſeq.dicit eam eſſe communem ſentētiam.Eandem firmat Pan.in ca.2.n.28.ext.de libel. obla.Bar.in l.nō ſolùm.§.morte.ff.de noui oper.nūciat.Ang. in l.ſi quis intentione ambigua.ff.de iud.Licet contrarium teneat minus rectè,in l.ius ciuile.ff.de iuſtitia & iure.

Recepti iuris eſt, ꝙ actor emendans vel mutās libellum,tenetur reo reficere expēſas indebitæ fatigationis,non litis vel cauſæ.Bar.& Moderni in d.l.edita.

## QVAESTIO VII.

Sed quæro,an tales expenſæ petantur iure actionis,vel officio iudicis? Reſp.Licet gl.in d.l.edita. exiſtimet petēdas eſſe ꝑ actionem in factum:Tamen eius opinio communiter reprobata, & in eam itum eſt ſententiam, ꝙ tales expenſæ veniant iudicis officio mercenario,ita tenet Bar.& doct.d.l.edita.& ibi Iaſ.n.38.dicit hanc eſſe communem opinionem.

## QVAESTIO VIII.

Quero,an cumulatio plurium actionum permittatur in eodem libello? Reſp.regulariter permiſſum eſſe, ſecūdùm communem doctorum ſententiam.gl.communiter approbata in d.l.edita.vt firmat Iaſ.ibi,n.29.ver.iſtam tenet.

Limita,vt non procedat, qn̄ duæ actiones ita ſe habent,ꝙ vna ꝓpoſita,& ꝯdemnatione ſecuta,& executione facta ꝯtingat liberatio ab altera.ita tenet Bar.d.l.edita.per tex.l.1.§.fi.ff. ſi fami.furt.feciſ.dicat. cuius doctrinā communiter approbatam eſſe firmat Th.Gram.ī deciſ.68.n.2.Iaſ.d.l.edita n.29.Et eam tenēt Ang.Fab.Iaſ.& Plat.d.§.ſin minꝰ.& ibi Mynſing.inſti.de actio. Lanfr.de Orian.repe.rubr.de cauſ.poſ.& propric. pract.Ferra.in for.libel.actionis realis,verb.ſaluo iure.

## QVAESTIO IX.

Hinc quæro, vtrū actio ciuilis & criminalis poſſint cumulari in eodem libello? Reſp.communis & recepta eſt doctorū ſententia,ꝙ ſi actio ciuilis & criminalis tēdunt ad diuerſa,tūc poteſt agi copulatiuè,& ciuiliter & criminaliter,vt ſi criminalis detur ad vindictam, ciuilis verò ad proſecutionem rei familiaris. Si verò vtraq; detur ad vindictam tam ciuilis quàm criminalis,tunc non permittitur cumulatio. ita tenet Abbas, c.1.n.9.ext.de iureiur. Vna.n.electa tollitur alia. Bar.in l.1.C. quan.ciui.act.præiud.crimi.& in l.pretor edixit.§.ſi dicatur.ff. de iureiur.l.2.§.1.ff.vi bo.rapt.Pe.à Pla.in epito.delict.li.1.ca. 6.n.30.Et hanc dicit eſſe communem ſententiam Rober. Maran.in Spec.par.4.diſt.1.n.5.Et firmat Mynſing.li.2.obſeruat. c.25.dummodò tamen eo caſu,quo diximus cumulationem permitti, non vtraque actio principaliter intentetur, ſed vna principaliter,altera incidenter.Bar.& doct.vbi s̄.Abb.c.poſtulaſti.n.4.& ibi Fel.n.2.ext.de iudæ.cum pluribus allegatis,per Pe.à Pla.lib.1.in epi.delict.c.6.n.36.Maran.d.Spec.parte 4.di. 1.nu.20. Michael Graſſus.

Libellus probat,& fidem fac.contra libellantem. vulg.l.cū precum.C.de lib.cau.l.2.& ibi doc.maxime Iaſ. in 2.col.C.de inſti.& ſubſt.l.cum te.& ibi doct.maxime Iaſ.circ. fi.C.de trāſac.Pan.in 1.part.conſ.71.col.3.ver.ex his.& in conſ.fi.2.par. Alex.in 5.vol.ꝯſ.92.& ꝯſ.112.Barb.in 2.vol.conſ.38.col.11. & alibi ſæpe.Fel.in c.ſi cautio.col.10.& 11.de fi.inſtr.& in c. examinata in 2.col.de iud. Iaſo.in l.1.§.edict.in 2.col. ff.de eden.Alex.in 5.vol.cōſ.176.col.1.Are.in l.2.C.de erro.aduo. Lud.Ro.conſ.23.

Idem in reſcripto. Barb.in 2.vol.conſ.42.in prin. Iaſ.in d.l. 2.col.2.C.de inſti.& ſubſt.Phi.in c.fi.col.vlt.de iu.iur.ī 6.Ang. in §.præterea col.6.inſti.de excep.

Idem in ſcriptura exceptionum. ſecundum doct.maxime. Alexand.in l.vnica. C.de his quæ pot.no.all.Bar.in l. certum. §.ſi quis abſente ff.de confeſ.vbi dicit hoc eſſe verum etiam ſi produca. parte abſente, quod eſt no. ſecundum eum & idem volunt doct.in c.fi.de confeſ.Iaſ.in d.l.2.col.2.& in d.l.vnica. & dixi in ver.inſtrumentum producens.adde Ang. conſ.194. circa fi.Ang inſti.de excep.in rub.col.21.

Limitat no.Sonz.in 1.part.conſ.41.in pe.& vlt.col.procede.poſt litem conte.quia tunc probat non autem ante.vide ibi per eum.& in 2.part.conſ.244.in pen.col. Nam ante litem conte.poſſet libellus errorem reparare & ita etiam vult Iaſ.in §.ſi minus in prin.2.col.inſt.de actio.

Et hoc.maxime procedit ſi aduerſarius non habuiſſet copiam libelli.ſecundum.Are.in l.1.C.de erro.aduo.

Limitat etiam Sonz.in d.conſil.244.procede. ſi libellus ſit ſcriptus manu producēt.alias ſecus al.Bar.ī l.nuda.ff.de don.

contrarium tamen ſecundum.Sonz.tenet Imo.in c.ſi cautio.de fi.inſtr.ſed Iaſ.in d.§.ſi minus al.Imo.ibi tene. cum Bar. ſed ipſe Iaſ.reprobat. quia non refert cuius manu ſcriptus ſit libellus.per tex.in l.diuus claudius.§.item ſenatus.ff.de fal.

Limitat etiam Sonz.quia narrata enuntiatiue in libello nō pręiudicatur.al.Bal.in c.cum veñ.col.pe.de excep.de quo ponit multas remiſſiones Iaſ.in d.§.ſi minus.col.2.inſti.de actio. P.Andora.

An autem ſit ſtañ narrat.in libello circa tribuendam iuriſdictionem?vide ample.& no.Cor.in conſ.141. idem.

Libellus requiritur. quia vbi nulla eſt petitio, ibi nulla ſequi.poteſt condemnatio.ca.licet hely.extr.de ſimo.l. vt fundus cum ſy.C.communi diuid.fulg.in conſ.85.dixi.in ver.iudicium.§.3.ver.& in ſummario adde Barb.in 3.vol.cōſ.34.in 5.col.& vol.4.conſ.83.col.2. P.Andora.

Quid in feudis?dic quòd non requi.libellus.Cur.in cōſ.50. col.13.in fi. idem.

Vbi procedi.ſummarie ſuffic.reſcriptum loco petit.Alex.in 2.vol.conſ.201.Iaſ.in l.1.col.2.C.quando lib.prin.da.vide tamen eundem Iaſ.in §.præiudiciales col.5.inſti.de act.vbi hoc. limitat quantum ad iudicem.ſed quantum ad partem.dicitꝙ requiritur libellus.vide ibi per eum.

Caſus in quibus non requi.libellus.vide p Iaſ.in §.tripli.col. 4.in fi.cum ſeq.inſti.de actio.& aliquos poſui.ī ver.iudicium.

Limita præmiſſa.ſi peta.dari libellum.alias valet iud.ſine libello Barb.in d.conſ.34.in fi. idem.

Libelli concluſio eſt attenden.Bar.poſt gl.in l.certi condi. in prin.ff.ſi cert.pet.Bal.in l.cū ſeruum quiſpiam.C.de ſer.fug. & in l.2.in fi.C.de peti.hæred. Alex.in 1.vol. conſ.121.Fel.in c.examinata in 7.col.de iud.& ī c.licet cauſam.col.2.de prob. Barb.in 2.vol.conſ.1.col.vlt.& conſ.8.col.1.& conſ.38. col. 14.Iaſ.in §.1.in 22.col.inſti.de actio.in l.1.in 3.col.ff.de eden. & in l.cum quid.in 1.lectu.col.7.ff.ſi cer.pe.Cur.conſ.82. col. 6.Deci.conſ.57.in prin.& conſ.62.col.1.Alex.in 3.vol. conſ. 83.col.1.Deci.conſ.162.Ang.conſ.36.

Imo concluſio libelli magis attenden. eſt. quam ipſe libellus.l.aurelius §.ſcito.ff.de libe. leg.& l.ſi præſes. ff. de officio præſi.

Et dicit Alex. in 5.vol. conſ.58.quòd tota vis & ſubſtantia libelli conſiſtit in concl.al. tex.in l.non debet.ff.de dolo adde Ang.in conſ.250.& in d.conſ.36.

Et modus agendi colľr. ex medio concludendi. vt habetur in loc.præal.& mag.in ſpecie.per Inn.in c.ſuper lřis.ext.de reſcript.cum aliis al. per Alex.in d.l.certi cond. col.2.adde Paul. de caſt.in 2.vol.conſ.6.& Iaſ.in l.ſi prius in 12.col.ff.de oper. no.nun.

Adde etiam ꝙ modus agendi.ſemp attendi debet.& ita vlt. præmiſſa.tenet Fel.in c.vnico.col.3.de lit.conte.Iaſ.in l.2.§.ꝙ ſi in patris col.2.ff.ſol.ma.in quibus loc.multa allegātur.quæ omitto. P.Andora.

An autem concl.libelli inepta vitiet.ſi cauſa libelli ſit apta? fulg.in conſ.17.tenet quòd nō.al.Inn.in c.examinata. de iud. & doc.contra gl.in l.1.ff.de eden. P.Andora.

Nunquid autem in libello requira.concl.Bar.in d.l.1.ff.de eden.tenet ꝙ ſic.de quo.late.per Alex.ibi col.3.Fel.in ca.1.de lit.conte.Iaſ.in §.1.col.23.inſti.de actio.doc.maxime Bal.in l. edita C.de eden.

Fallit 1.vbi exuberat iudic.officium. ſic.in ſpiritualib.quia ſuffic.narratio congrua concl.autem iudex ſuplet.Fely.vbi ſ̃. in 2.col.

Fallit 2.coram Papa.ad quod Fel.vbi ſ̃.al.infinita.& ſubiungit procede.in omni domino qui in terris ſuis fungitur. vice principis.

Fallit 3.in poſſeſſoriis.Fel.vbi ſ̃.al.gl.in c. quia præſulatus. 1.q.4.

Fallit 4.niſi libellus vta.ver.ſapiente quærelam.ſecundum. Fel.ibi dicentem ſe dixiſſe.in c.fi.de lib.obla.

Fallit 5.reſpectu.executionis cc.quam non eſt opus concl. Fel.vbi ſ̃.

Fallit 6.in criminalibus Fel.vbi ſ̃.col.3.adde. Alex.in d.l.1. ff.de eden.& ibi Iaſ.& in l.vinum.col.16.ff.ſi cer.pe.Ang.Are. in trac.malef.in ver.ſuper quibus.omnibus.

An autem requira.declaratio diei ad requiſitionē part.vide Iaſ.in l.arbitraria.§.ſi quis epheſi.ff.de eo.quod cer.lo.

Et quid opere.concl. in criminalibus. vide Bar.in l.1.ver.item quæro quid ſi C.de ſum.tri.& latius Ang. Are.vbi ſ̃.

Fallit 7. vbi libellus concludit præſumptiue. ſuffic.n.libellum præſumptiue conclude.l.omnes.§.lutius.ff.de his quæ in frau.cre. Fely.vbi ſ̃.vbi dicit hoc declarañ.quinque modis.vt dix.in d.c.fi.de lib.obl.de quo vide etiam per eundem.in c.afferte.col.2.de præſum.

Fallit 8.in excep.in quibus.non eſt opus concl.Fel.vbi ſ̃.al. Bal.in aut.ſtatuimus col.vlt.C.de epi.& cler.

Fallit 9.ſecundum eum de iure diuino. & naturali.al.Imo. in d.c.afferte.in vlt.not.per illum text.tamen ſecundum eum ibi agebat coram principe.ideo ſuperflua fuiſſet concl.

Fallit 10.vbi poteſt procedi ſine figura iudicij.quia non requi.concl.nec etiam inepta vitiat.Fel.vbi ſ̃.al.multa.adde no. Are.in conſ.126.& dixi.in ver.iudicium §.3.ver.nec requi.

Fallit vlt. eum. in odium violenti inuaſoris. quia procedit libellus ſine concl.ſecundum. Inn. ſub dubio forte.in ca.examinata.de iudi.de quo. vide Alex.in d.l.1. de eden. dicentem hoc verum.quando ſubiici. aliquod verbum pregnans.vt cōqueror.habet etiam per Iaſ.ibi.col.4.& in d.§.1. idem.

Valet concl.libelli.ſi peta.cogi licet non peta.condem.Fel. poſt Pan.in d.c.1.de lit.conte.col.3.ibi dum ſubdit Ab.al.multa.maxime.Alex.in l.ſi cum nulla.contra Bar. ibi.ff.de re iudi. Iaſ.in d.§.1.col.24.Alex.in rub.C.qui admit.

Multo magis. valeret ſi petatur. cogi.& condem. quia iſta præpoſteratio non habet vitiari.ita. Fel. vbi ſ̃.& in c.quaľr.& quando.el 1.col.1.de accuſ. Iaſ.vbi ſ̃.Alex.in d.l.ſi cum nulla. de quo per Ang.in §.1.col.7.inſti.de actio. idem.

Nota.quòd in concl. libelli poſſumus vti verbis quibus vti.lex. ſiue lex loquatur proprie ſiue improprie. ita vult not. Bal.in l.1.C.vnde lib. fac. text. & quod vult ibi Sal.in l.vnica. C. de ſent. quæ pro eo.quod inter. vbi valet peti.ſi dica. Peto damnum mihi illatum reſtitui.

idem ſi dicat Peto damnum mihi illatum præſtari.l.1.C.de edil.act.

Bona eſt etiam concl.quando factum eſt narratum. ſi peta. ius & iuſtitiam nu.vt per Iaſ.in §.1.in 25.& 26.col.de actio.& dixi in ver.iuſtitiam nu.in dictionario.

Et maxime.ſi dica.omni meliori modo,&c.vt vult Alex.in 5.vol.conſ.80.& dixi in ver.omni meliori modo.in dictionario. idem.

Libelli cauſa.ſemper eſt attenden.& proban.quando eſt talis ſine qua.libellus non procederet ſeu non eſſet receptus.ſecundum.Inn.in c. ex parte Abbatiſſe. de priuil.fac.quod vult Pau,de ca.in 2.vol.conſ.315.alias.313.

Fac.quod vult Alex.in 4.vol.conſ.32.col.pe. vbi in margine alľo.Ang.conſ.27.& quod dixi latius in ver.iudicij inſtantia.§.27. P.Andora.

Libellus ſine cauſa non valet.l.1.ff.de eden.de quo tamen vide latius per Aret.in §.omnes.inſti.de act.

Plures cauſæ.poſſunt in libello acumulari.quar.quælibet ſit ſufficiens ita no.Bar.in l.ſi duplex.C.de fi.inſtr.& iur.ha.fi.lib. 10.fac.quod no.in l.edita C.de eden.

Et ſuffic.libellum ex vna cauſa deducta verificari.ſeu ſuſtētari.Lud.Ro.in conſ.105.dixi in ver.prob.§.26.

Aduerte quia quando cauſa exprimi.proxima vel remota. oportet ꝙ nō habeat vim alicuius negationis.vt puta dico ꝙ mutuaui tibi centum.& ſic iſtud nō habet annexam negationem cc.obligationē & ſic cc.cauſam proximam. ſecus ſi hřet negationem annexam cc.obl.vt ſi dico peto centum quę mutuaui.& ad quæ fuiſti mihi obligatus.& nō adden.verbum es obligatus.nam tunc includeretur negatio.ita Cy.& doct.in l. edita.in 3.q.prin.C.de eden.no.Bar.in l.certum §.1.ff.de cōfe. Ang.& Iaſ.in §.omnium.col.22.inſti.de actio.vide quæ dixi in ver.rei vendicatio.§.3. idem.

Effectus libelli debet conſiderari.Bal.in aut.dos data in fi.fi. de don.ante nup. idem.

Libellus.ineptus.etiam parte non opponente eſt nullus ita Bar. Bal. & doct.in l.edita.C.de eden.Pau.de ca.in 2.vol.conſ. 259.Iaſ.in l.1.col.8.ff.de eden. P.Ando.

Ineptitudo autem libelli. nihil aliud eſt quam euidens ſeu apparens defectus libelli.vt not.Inn.in ca.1.de officio.vica.& ſequi.Bal.in l.ſi defunctus in fi.coñ.C.de ſuis & leg.& Cur.in conſ.13.col.4.fac.conſ.Ang.167.vbi ponit quòd libellus cōtinens remedia contraria. eſt ineptus.fac.etiam quod vult Alex.in 2.vol.conſ.137. Rota.in nouis deciſ.35.Ang.cōſ.292. col.2.Lud.Ro.conſ.144. idem.

Libellum ineptum poteſt Iudex dentibus lacerare.text.cū gl.in l.1.ff.de officio.aſſe.gl.in c.ſacerdotibus 11.q.j.Lud.Ro. in conſ.69. Fel.in c.dilecti.circa prin.de iud.Iaſ.in l.2.C.vt nemo priua. idem.

Idem in libello calumnioſo.Barb.in 1.volu.conſ.63.col.1. & in 2.vol.conſ.16.col.6.& conſ.38. col.4. Iaſ.in d.l.1.col.2. ff.de officio aſſe.& in l.2.C.vt nemo priua.Barb.in 4.vol.cōſ. 3.col.8. idem.

Producēs libellum ineptum. debet.in expeñ.condem.l.omnes qui.§. ſi vero C.de epi.& cler.l.fi. C. de priuil. fiſc.& ita vult Alex.in l.1.ff.de eden. idem.

Idem in mutāte libellum. vel in addente. ſeu minuente.in materia & forma.quia in expeñ condem. ſecundum Bal.in l. ius ciuile ff.de iuſt & iu.& in c.1.cc.5.col.ext.de ꝯſti.de quo. habetur.in d.l.edita.Et per Spec.in tit.de expeñ. §.ſi ante litē. in ver.hoc autem certum.& ver.30. emendans. Bal.in l.3.§.ſi rem.ff.de leg.3.

Iſtud tamen limita ſi libellus accepte.alias ſecus.Bal.in l.cū precum. C.de lib.cauſa & in l.gallus.§.quidam recte.ff.de lib. & poſth.& Ang.in §.1.col.14.col.inſti.de actio.

Et qualiter debeat acceptari.vide Ang.inſti.de excep.ī rub. col.19. idem.

Idem in variante.ſecundum.Bal.in l.poſtquam liti.ibi 5.quęritur.C.de pac.Bar.in l.ſi quis ſtip.ſit ſticum.ff.de verb.ob.vbi al.no.in d.l.edita.

An autem. quando addi. vel minui. libello. dica.nouus libellus. Alex.in l.1.§. ſi quis ſimpľr.ff.de verb. obl.tenet quòd ſic.in 3.col.

Nam quando additur vel detrahi.actui,dř nouus actus.l.iuris gen.§.adeo ff.de Pact.Fel.in c.quod ſup his.col.5.de maio. & obed.Barb.in 1.vol.cōſ.1.col.16.in fi.fac.quod vult in ꝯſi. 23.col.5.dum dicit.accidēs adueniens enti.&c.Iaſ.in l.ius autem ciuile.in prin.ff.de iuſt.& iu.adde.Bal.in 3.parte cōſ.371. & Alex.in 5.vol.conſ.19.col.2.ver.in ea dubitat.

Limita.nl additio fiat ex eadem cauſa.Alex.in l.ſcire debemus.de verb.obl. idem.

Proceſſus ſuper libello inepto eſt nullus.Bar.in l.1.C.de erro. cal.al.l.1.§.1.C.quæ ſent.ſine app.reſcin.Pau.de ca. vol.1. conſ.65.& in 2.vol.conſ.259.& conſ.392.

Et poteſt quandocunque taľ excep.opponi. & reddit proceſſum retº.nullū.vt dixi ī ver.exceptio ineptitudinis libelli.

Idem in ſententia lata ſuper inepto libello quia eſt nulla. Alex.in 2.vol.conſ.137.Iaſ.in l.vinum in fi.ff.ſi cer. pe.dixi in ver.ſententia.§.Hypo.ſing.119.

Nec poteſt reformari.Ang.in §.appella.col.7.inſti.de exce. & in col.25.

Limita procede.quando requi.libellus alias ſecus. Marſ.in l.vnius §.cuſtodiæ.col.3.ff.de quæſtio. idem.

Adde quòd ſi iudex ſuper tali inepto libello pronunciat officium iudic.app. erit caſſare ſententiam. tanquam latam ſup inepto libello.reſeruato iure apte agēdi.ita Bal.in l.2. in 14. q.C.de reſcin.vēd.al.c.cum dilecti.ext.de emp.& vend. refert & ſequi.Alex.in 5.vol.conſ.53.fac. quod vult Iaſ. in d.l.edita. col.8.& in l.1.col.8.ff.eo.& in §.1.col.21.inſti.de act.vbi dicit quòd iudex.qui videt male actum ex vna cauſa.tamen ex act. apparet quòd potuiſſet apte agi ex alia. debet reſeruare ius apte agendi. idem.

Nec apta probatio libello inepto ſuffraga.Decius qui multa al.in conſ.83.& ita vult Iaſ.in d.l.edita.col.8.& in §. ex maleſiis col.15.& in §. curari. col.4. remiſſiue tamen.inſti.de actio.& ampliſſime in l.1. col.2.cum ſeq.ff.de officio. aſſe. aliquid.in d.l.2.C.vt nemo priua. idem.

Adde tamen quòd probationes factæ ſuper inepto libello non pereunt imo probant illo poſtea apte agente. Fel.not.in capitulo.cauſam quæ.cl 1.col.vlt.ext.de teſti.

Adde etiam quòd vbi eſt confeſſio.non curamus de ineptitudine libelli.vt dixi.in verſ. confeſſio probat.§.1.verſ.& vbi habemus. idem.

Ineptitudo libelli non cura.vbi per citationem.pręſcr.interrumpi.Fel.in c.illud col.4.de præſcrip.

Alias autem per libellum ineptum non interrumpi.præſcr. vt dixi in ver.præſcrip.§.93.

Aduerte etiam quòd ſi vnus ex modis agendi ſit aptus non cura.de inepto.Fel.in c.inter ceteras.col.3.de re iud.Lud.Ro. conſ.245.

Coram principe non curamus de ineptitudine libelli.Fely. in c.1.col.2.de lit.conte.

Tertius aſſiſtens libello inepto.nunquam poteſt eum ad aptitudinem reduce.Fel.in c.cum per ſuper.col.5.de re iud.

Libellus poteſt eſſe pro parte aptus. & pro parte ineptus. Lud.Rom.conſ.240.in fi.

idem in concl.eiuſdem libelli.ita vult idem Lud.Ro.conſ. 245. idem.

Libellus obſcurus & incertus.admitti.in ciuibus.niſi contra eum opponatur.l.fi.C.de anna.exce. Bar.in l.edita.cc.col. 2.C.de eden.doct.maxime.Alex.& Iaſ.in l.1.ff.eo.Iaſ.in §. curare.col.6.inſti.de actio.Pan.in 2.parte.cōſ.vlt.& quòd parte opp.non procedat. tenet etiam Alex. vol.1.conſ.121.col.3. & in 3.vol.conſ.71.

Vide limitat.ad d.l.fi.C.de anna.excep. per Pet.Gerar.ſing. 4.vbi in fi.dicit quòd iudex ex officio poteſt declarari face.libellum.& quòd d.l.non procedit in criminalibus. P.Ando.

Quamuis non oppona. de incertitudine, acta tamen non valent, niſi per acta incertitudo liquidetur.ſecundum. Bar.in l.ſi rem.§.fi.ff.de rei vend.Pan.in c.1.de lib.obl.

Adde.Barb.in 2.vol.conſ.17.col.1.vbi dicit ꝙ incertitudo debet declarari per probat. & idem vult in conſi.25.col.4.& in conſ.58.in pe.& vlt.col.

Et poteſt declarari per poſi.Calca.conſ.42.col.3.

In ſummariis valet libellus obſcurus.etiam parte opponēte.Alex.in 2.vol.conſ.187.

De quo vide Iaſ.in l.vinum.col.vlt.ff.ſi cert.pet.& in d.l.edita in 2.& 3.col.& in d.l.1.col.2.ff.eo.de eden.Aret. in conſ. 102.in 3.dubio.

Contrarium tenet.Alex.in 4.volum.conſ.32.in penul.col. idem.

Sis cautus quando produci.libellus obſcurus.vt non oppo nas ꝙ actor declaret. ſed dicas non teneri reſponde. ita Spec. in tit.de lib.concep.§.1. ver. cautus.Alex.in l.fi. col.2.C.de in inte. reſt.mi. Barb.in 1.vol.conſ.33.col.4. Iaſ.in d.l.edita col. 3.& in §.1.col.22.inſti.de actio.& ī l.1.col.5.ff.de officio.aſſe. & in l.ſi per errorem.col.5.ff.de iur.om. iud. Deci.in c.dilecti filij.in fi.de iud.

Niſi declare.libellus. obſcurus & incertus.etiam leg. cauſa appellandi ita Pan.in c.2.col.1.de lib.obla.

Vbicunque ambiguitas conſiſtit in iure propter ſignificatum verborum. tunc abſque alia expreſſa declarat. fit interpretatio pro libellante.l.ſi quis intentione ambigua.ff.de iud.

Sed vbi conſiſtit in facto requiri.declaratio libellāt.ita Bal. ibi.Alex.in 5.vol.conſ.55. idem.

Licet ille qui produx.libellum obſcurum. poſſit illum declarare.d.l.ſi quis intent.ambigua.Tamen mortuo libellante. hæres eius non admitte. ad dictam declarat.ita dicit glo, in l. Pomp.ſcribit ſi fru.§.fi.ff.de rei vend.gl.in l.inter ſtip.§.1.dum dicit.viuenti.ff.de verbor.obl.Barb.in 2.vol.conſ.38.col.15. Iaſo.in l.non idcirco. quam legit cum l.cum teſtamentum.C. de iu.& fac.ig.& in d.l.edita.col.9.& in l.ſi quis.§.1.ff. de le.1. Phi.in c.2.col.1.de reſcrip. in 6.Alex.in d.l. inter ſtip.§.1.in 2. col. vbi etiam dicit quòd ad declarañ. talem libellum requi. ſpľe mand.

In vniuerſalibus actionibus.vt petit.hæred.actione pro dote.tutele pro ſocio & ſimilibus procedit libellus incertus.Iaſ. in d.§.curare.col.3. idem.

Et vbicunque incertitudo cauſa. ex facto aduerſarij. vt in obl.alternatiua cuius electio ſpectat ad debi.vel quando eſſet debitum in genere.vt hominis.vel quando reus poſſet ſolue. rem vel intereſſe. vel quando eſſet dubium an res extaret. & huiuſmodi.admitti.petitio incerta.Iaſ.vbi ſ̃.fac.quod vult Alex.in 2.vol.conſ.182.Ang.in §.ſi duorum inſti.re.di.

Et in quibus caſibus procedat libellus alternatiuus. vide remiſſiue Fel.in ca.3.loco.col.2.de proba.& Pau.de caſtr.vol.2. conſ.392.& aliquid ſ̃.in ver.libellus alternatiuus.

Libellus incertus procedit quantum ad interrumpeñ.pręſcrip.Iaſ.in d.§.curare.col.4.

Quādo iuriſd.attribui.certo caſu debet ſpecificari.alias nō procedit libellus generalis.Alex.in 4.vol.conſ.32.col. pe.all. Ang.conſ.6.adde Ang.conſ.27.& poſui latius ſ̃.in ver iudicij inſtantia.§.27. idem.

An autem procedat libellus.ſi dicam:Peto caſtrum cum iuribus & pertinentiis Iaſ.in §.1.col.20.& in d.§.curare.col.5.& 6.inſti.de actio.tenet quòd ſic.

Quid ſi dicam.peto quicquid poſſides per uxji.Iaſ.remiſſiue in d.§.curare.in 6.col.adde Alex.in 2.vol.conſ.187.

Sed quid ſi dicam. peto caſtrum mihi reſtitui cum reſt.omnium damnorum mihi illatorum.Iaſ.vbi ſ̃. idem.

Et an procedat libellus.peto declarari ſubiectionē & obedientiam mihi deberi ab hominibus taľ ville.Iaſ.vbi ſ̃.

Valet libellus peto rem. cum omni cauſa. Iaſ.in l.cum fundus in fi.ff.ſi cer.pe.

Debent in libello res ſpecifice declarari.Bal.in 1.parte.cōſ. 106.pľe.Fel.in c.audit.14.15.& 16.col.de præſcr. Iaſ.in §.1.in 28.col.inſti.de actio.

Suffic.tamen in libello.rem vnam. eſſe demonſtratam per duas cohærentias.Bar.in l. demōſtra.falſa.in prin.in 7.q.ff.de cond.& demon.Alex.in 5.vol.conſ.35.& conſ.38.& ſequēti

&c conſ.92.&in 3.vol.conſ.73.col.1.Phi.in c.abbate ſane.col. 1.de re iud.in 6.

Limita quia ſuffic. ꝙ res ſit ſat. demonſtrata per ſe Bal. in l. cùm ſeruo §.demonſtrat.ff.de contrah.emp.in l.cum pater.§. pe.de leg.2.

Limita quando appoſite ſunt ſolum tres cohærẽtie,& due concordãt.ſecus ſi eſſent appoſite quatuor vel plures. & duæ conuenirent & duæ non.quia tunc res reddi. dubia.ita Alex. in d.conſ.38.col.2.& in d.conſ.73.col.2.

Limita etiam quo ad excuſañ. reum à pœna. quia ſuffic.ꝙ aliqua ex demonſtrat.non reperia.vera.Alex.in d.conſ.35.in prin.2.col.

Et quãdo res verti.in dubium.poteſt reus pete rem ad oculum demonſtrari Phi.in c.ſignificãtibus de appel.al.Bar.in l.j. circa medium ff.de eden.& Spec.vide per eum.

Subiungit Alex. in d. conſ.35.ꝙ libellus intellr de confinibus præſentibus non autem pñtis.al.no.per Bar.in l.ſi ita ff.de au.& arg.leg.& in l.1.in prin.ff.de feriis.& in d.l.demonſtr.falſa.in vlt.q. idem.

Aduerte tamen.quia ſuffic.rei demõſtr.etiam non expreſſ confinibus.quando eſt certa ſinglri nomine. Fel.in c.ſuper eo. in prin.de teſti.cogen.fac.quod vult Iaſ.in l.hac conſul.col.6. C.qui te.fa.poſ.vbi in fi. reprehẽdit limitat.quæ ſolet dari vz quando ſta. requireret pro forma ſpecificari nomen & cognomen. quia tunc eſt iſta fieñ. quamuis nomen ſit ſinglr vt gallopreſſus nam ipſe ipſe reprehendit.

Et aliqua in materia.confinium.vide per Fel.in c.cum cauſam.in fi.ext.de prob.

Declaratio libelli.nõ eſt mutatio.Iaſ.in l.2.col.14.ff.de vul.& pup.al.ca.lre. & ibi doct. extr.de dilla.ad quod vide multa accumulata per Fely.in ca. qualiter & quando el 1.in 13.col. de accuſ.

Libellus incertus.poſt litem conte.mutari non poteſt.aut. qui ſemel.quom. & quando iudex.habetur aliquid per Iaſ.in l.1.col.3.C.de carb.edic. idem.

Sed nunquid libellus debeat cõtine.locum & tempus contractus.Iaſ.ĩ l.arbitraria.§.ſi epheſi.ff.de eo.quod cer.lo. tenet quòd ſic quãdo intereſt rei ita fieri.Imo etiam tũc dies apponendus eſt.ſi intereſt accuſati pro defenſione fien.

Saluo errore calculi. iſta verba. reddunt libellum incertũ. ita.Bal.in 1.parte.conſ.106.

Si in libello fiat mentio de aliquo inſtrumento qualificatiue illud exhibeñ eſt tanquam pars libelli.vt s̃.in ver. inſtrumentum producens,&c.§.2.

Quando competunt due act.tene.actor.declarare.Alex.in l.ſi duo rei.ff.de ſolut. idem.

Libellus alternatiuus reglr non procedit.vt in ſpecie.tenet Alex.in 2.vol.conſ.182.& in 3.vol.conſ.20.in fi.

Limita quando alternatiua.ſeu incertitudo cauſatur facto aduerſarij vt vult ibi Alex.Iaſ.in §.actionum. col.17.& in d.§. curare co.3.& in l.1.col.4.C.de fur.& ĩ §.item ſeruiana.in pe. & vlt.colum.Bal.in 4.parte.conſ.178.& in 5.parte.conſil.82. in prin.3.colum.Pan.in ca.conſtitutus num.9. de reſt.in inte. P.Andora.

Et in quibus caſibus procedat libellus alternatiuus vide remiſſiue Fel.in c.3.loco.col.2.de prob. & Pau.de caſt.in 2.vol. conſ.392.

Procedit etiam quãdo alternatiua eſt in narrat.vt no. vult Alex.in l.vbi autem.§.qui illud,de verb.obl.

aduerte tamen quia ibi concludit contrarium.

cum duo alternatiue promiſſa ſunt. non procedit libellus. ſi vnum ſimplr peta. Alex.in l.qui Romæ.§.cohæredes,col.1. de verb.obl. idem.

Libellus contrarius.Non debet admitti l.1.cum ſimilibus. C.de fur.ita in ſpecie.vult Pau.de caſt.in 1.vol.conſ.65.incip. viſo quodam libello.repetito in 2.vol.conſ.392.Alex. vol.5. cõſ.110.in prin.Fel.in c.exhibita.col.4.de iud.al. Bar.in l.natr §.nihil commune.ff.de acqui.poſſeſ.& Bal.in l.ordinarij C.de rei vend.

Imo Barb.in 2.vol.conſ.25.col.1.dicit quòd excep.contrarietat.impedit lit.ingreſſum. P.Andora.

Nunquid perſonal. actio. & Hypo. poſſint ſimul cumulari Lud.Ro.conſ.240.tenet quòd ſic.& ita vult Bal.ĩ l.cum filius §. pe.de leg.2.

Vide tamen. eundem Lud.in conſ.392. vbi videtur tenere cõtrarium.vide etiam remiſſiue per Iaſ.in §. item ſeruiana. in fi.inſti.de actio. idem.

Quid de rei ven.&vti poſſidet.an ſint contraria.vide Iaſ.in §.eque.col.13.inſti.de actio.vbi dicit quòd non.quando agẽs poſſideret ciuilr.tantum.vel natr.tantum.alias ſecus.vide per eum.& in l.nulli.col.4.C.de iud.

Quid de duobus iudiciis poſſeſſoriis.puta retinen. & recuperan. an poſſint ſimul intentari.Iaſ.in l.natr.§.nl.commune. col.27.ff.de acquir.poſſeſ.ponit iſtam materiam. vide ibi per eum. idem.

An autem in eodem libello poſſint plures ex diuerſis cauſis & ad diuerſa conueniri.Ang.in conſ.229.tenet quòd non.

Vide latiſſime Lud. Ro.in d. conſ.240 .& aliquid per Iaſ.in l.de pupillo §.ſi plurium.in fi.ff.de oper.no.nun.

Vide etiam Alex.in 5.volu. conſ.58.vbi dicit quòd plures poſſunt pro eadem cauſa in vno libello ↄueniri.& idem vult in l.ſup.iter.§.caſſius de aqua plu.arcen.& in materia vide eũdem Alex.in l.1.§.1.ff.de duo.re.

Nunquid duo remedia.poſſint conditionalr deduci.ſubordinate vide Bal.in l.fi.C.de reſti. mil. idem.

Libellus impropriatur.vt ſalue.l.ſed & ſi poſſeſſori.§. item ſi iurauero & ibi doc.maxime Iaſ.ff.de iu.iur.Bar.ĩ l.inter ſtip. §.ſi ſticum.ff.de verb.obl.cum aliis al.per Alex.in 1.vol.conſ. 121.& in 5.vol.conſ.58.Are.conſ.126.Fel.in ca.audit.in 1.& 2.col.de præſcr.Pau.de caſt.in 2.vol.conſ.186. Lud.Ro.conſ. 245.Iaſ.in §.1.col.29.inſtit. de actio.& in l.ſi tibi pec.ff.ſi cert. pet.& in l.inſulam. ff.de præſcr. verb. Alex.in l. ſi ſeruum.§.fi. de verb.obl.

Limita niſi quis in libello diceret.proprietatem ad ſe pertine.&in proceſſu probaret de vtili dominio.quia non poſſet obtine.nec verba impropriarentur. vt vult Iaſ.in l.traditionibus.col.3.ibi alibi,&c.C.de pact.

Limita etiam.niſi fideicommiſſarius cui eſt reſtituta hæred. agens contra poſſ. diceret ſe admiſſe hæred. quia verba non improprian.ita no.Iaſ.in l.fi.col.4.ibi contra tamen.C.qui admitti.in d.autem §.item ſi iurauero. de hoc videtur dubitare.

Item limita niſi ex impropriat.ſequere.contrarietas. Alex. in d.conſ.121.col.3.

Vide ſubtiliter Ang.in conſ.36. P.Andora.

adde quòd verba libelli in dubio interpretari.vt intelliga. intentata illa materia.quæ magis pro actore fac.ita Alex.in 3. vol.conſ.38.

Vide aliquid in materia.per Alex.in 5.vol. conſ.55.vbi dicit quòd licet. in dubio debeat fieri interpretatio pro libellante. tamen facta ſemel declarat.non admitti. variatio. vide ibi per eum. idem.

Libellus. clauſula ſaluo iure calculi. poſita in libello. facit libellum incertum, teſte Neuiz.cõſ.94.num.16.pro quo fac. quæ ſcribit Bar.in l.Iulianus.num.39.ff. de cond.indeb. Bertr. conſ.335.nu.15.n.16.lib.2. par.j.& ideo cum T.ſe obligaſſet erga S.in 50.ex cauſa computorum ſaluo errore calculi ex & ſi conſtaret aliquid ſolutum non computatum. deberet deduci, creditor petebat ſummam, apponebatur debere calculari,querebatur, an eſſet danda executio inſtrumẽti:vel prius ponendæ eſſent rationes : de quo cum quæſtio eſſet in actu prac. dictum fuit poneñ eſſe prius rationes, ex doct. Neuiz. d.conſi.aliiſque ſupra alleg.

Procedit libellus petentis compelli,licet non dicat cõdemnari,per ca.olim cauſam.& ibi not.Panor.extr.de cenſi.vbi actor tantùm petiit reum cogi : & tamen Papa illum condemnauit,& ſecundum Fulgo. Imo. & Cu. in l.in ſumma. ff.de re iudi.Beſucium ĩ l.ſi cum nulla.ff.eo.nam qui vult ſubſequẽs, videtur velle omne neceſſarium antecedens l.ad rem mobilem.& l.ad legatum.ff.de procu. & quia valet ſentẽtia. Iubeo te ſoluere quaſi ex hoc videatur condemnare d.l.in ſumma. Et inter libellum & ſententiam debet eſſe conformitas. l. vt fundus.ff.communi diui.cap. licet Heli. de ſimo.contrariam opinio.tenuerunt Bart.& Bal.in l.1.C.de execu.rei iudi.Ang. Are.inſti.de actio.§.1.Prima opin.ſine dubio procedit quando in fine libelli eſſet illa clauſula, ſuper quibus omnibus & ſingulis peto iuſtitiam miniſtrari omni meliori modo via iure, &c.ſecundum Imo. in d.l. ſi cum nulla. nam talis clauſula ampliat concluſionem libelli ad narrata,ſuper quibus non eſt concluſum,ſecũdum Calderi.Butri.& Pan.in c.cum dilectus. extrà de ord.cogn.Procedit etiam libellus,ſi petiiſſet cogi ante condemnari,ſecundùm Bart.in l.2.§.prius.ff.de vul.& pup. Balb.deciſ.298.

Libelli copia. Copia libelli eſt danda reo ſumptibus actoris,ſecundum gl.in verbo pronunciatio.in cle.ſæpè.de verbo. ſignifi.Gemi.in capit.ſi oblato.de litis conteſta.in 6. Innoc.in cap.1.extr.de proba. niſi aliter obſeruaret ſtilus tribunalis loci, ſecundùm Bar. in l. prima. in princip. ff. de edend. Quo caſu poteſt procedere opin. Bal. & Ang. ibi dicentium quòd debet dari ſumptibus rei. Innocent. vbi ſuprà tenet quod etiam eſt danda copia per actorem iurium, de quibus fit



mentio in libello,quaſi ſint pars libelli.Quod videtur intelligendum ſecundum eum & Bar.vbi s̃.& ſpe.in ti.de inſtru.edi. §.nunc dicamus.ver.quid ſi quis ſi in libello quando de talib⁹ in libello fit mentio relatiuè,ſeu limitatiuè,& reus ſine eis inſtructus eſſe non poteſt,ſecus ſi aſſertiuè. Balb.deciſ.189.

Libellus agentis coniunctorio nomine,debet concludere conuentum condemnari ſibi coniunctorio nomine, ad dandum & ſoluendum ipſi pro quo agit, vel alteri pro eo legitimè recipienti : nec procederet, ſi peteret, condemnari ad ſibi dandum & ſoluendum coniunctorio nomine ſecun. Bar.in l. vero procuratori.ff.de ſolutio.& Pan.in c.querelam.in 4.col. extrà,de elec. Balb.deciſ.182.

Libelli incertitudo.Accuſo& denuncio,talis libellus de iure ſuſtinetur, & proceſſus ſuper eo formatus, etiam ſi prædictorum alterum per ſe admitti non debuiſſet:quia ineptitudo in parte libelli non vitiat totum libellum,alias aptum.c.ad diſſoluendum.extrà de deſponſ.impub.& ibi Hoſti.& Io. And. Et ideo libellus continens plures modos agendi ad idem, nõ eſt indiuiduus & vitioſus in parte,non caſſatur in totum,ſec. Butr.& Pan.ibi.Ideo vtilis eſt illa clauſula,Super quibus omnibus & ſingulis peto iuſtitiam miniſtrari omni meliori modo iure &c. Balb.deciſ.299.

Libellus in quo poſſidens ciuiliter tantum petit ſe manuteneri & non turbari in poſſeſſione,& etiam ſe introduci ad corporalem poſſeſſionem per alium occupatam de iure, procedit & ſuſtinetur,nec eſt libellans ſibi contrarius,cùm agat vti poſſidetis, pro ciuili,in qua turbatur per eum, qui naturalem occupauit, & idem vendicet corporalem occupatam petendo ſe in ea mitti. Imò in dicto caſu etiam per ſolum interdictum retinendæ,conſequetur reſtitutionem naturalis.non diceretur ceſſari ab inquietatione ciuilis poſſeſſionis,ſec. gloſ. notabilem in verbo,clam,circa fi.Bart.Ange.& communiter docto.in l.clam poſſidere,in §.qui ad nundinas.ff.de acq.poſſ. Balb.deciſ.490.

Ludus qui conſiſtit in ingenio & induſtria,prout eſt ludus ſchachorum,licitus & permiſſus reputatur,& in hoc neminẽ diſſentire refert Bened.Capr.reg.96.nu.3.addens. ſecundum D.Flor.& D.Nic.Imol.in c.clerici,ſecundo, de vita & honeſt. clericorum. quod ex eo quis lucratur licitè retinere poſſe argum.legis finalis C.de relig.& ſump.fun. & id ſimiliter communiter ibidem refert,&licet multi teneant,ꝙ talis ludus clericis licitus non ſit,idque propter deſiderium & cupiditatem lucrandi & voluntatem proximum ſpoliandi, blaſphemiam, & ſcandalum.Contraria tamen opinio quam tenuit glo.in §. interdicimus.in auth.de ſanctiſ. epiſc. & Inn.in c.lator.de homicid.&Archid.poſt Lauren.in c.epiſcopus,35.diſt.Odofred. Alber.de Roſat.Fulg.d.§.interdicimus. Vincent. Ioan.Andr. D.Floria.Imol.& D.Nic.d.c.clerici,verior & communior eſt, cùm non fortunæ viribus,ſed tantùm ingenij acumiue ac induſtria ludus peragitur.Quod verum eſt niſi dolꝰ alterutrius interueniſſet,quia tunc ludus neque licitus eſt,nec quod quis per dolum lucratus,retinere poteſt,ſed reſtituere tenetur,iuxta l. 1.ff.de dolo,& l. 1.ff. de crim. ſtellionat. & iſtud voluit D. Floria.& imol.d.ca.clerici.& ſimiliter communiter teneri refert ibidem,nu.6.Capra.aut niſi vltra aureum lucratus fuiſſet, qui ad reſtitutionem eius quod plus lucratur teneretur.l.fin. aliàs, alearum vſus. C. de religioſ.& ſump.fun. quod verum eſt,niſi conſuetudo in contrarium eſſet, quæ licitum faceret vlterius ludi. quia ſecundum Bald.& Salicet.ididem,derogaretur dictæ legi finali,vt poſſit licitè vltra aureum ludi, quod communiter teneri ibid.nu.13.& 53.ex Ioan.And. Calderic. Petr.& imol.d.c.clerici,refert idem Bened.addens tamen ibidem han ccomunem vix contra clericos ſuſtineri poſſe.

Ludus taxillorum & tabularum,cui & alearum ludus conformis eſt,cùm partim ingenio partim in fortuna conſiſtat,& ſic miſtus eſt, parificantur, & communiter à pari iudicantur per doct.excepto.Io.An.vt refert reg.86.34.47.capr.& licet clericis his ludis interdictum ſit,poſſunt tamen laici iis vti vſque ad ſummam vnius aurei.gl.in l.fi.de aleator.l.alearum vſus.C.de religio.& ſumpt.fun.& ita communiter tenetur Bened.ibidem nu.41.

Ludus torneamentorum fieri poteſt à laicis, vt eſt comm. opi.Clar.in ver.ludus ver.item quæro. idem.

Ludus ſcommeſſarum eſt licitus,non illicitus, vt eſt communis opinio.Cla.in §.ludus,verſ.quæro etiam. Bonacoſſ.

Ludus regulariter eſt de iure prohibitus, vt eſt comm.opinio.quod intellige in ludis,in quibus ſola ſors verſatur.Sed in his, in quibus mixtura ingenij & fortunæ, vt taxillorum, tabularum & chartarum,ij omnes quoque ſunt prohibiti. Sed tantum ludus ſchachorum eſt permiſſus, quia in eo ſolum verſatur ingenium. Vſus autem modernus admittit ludos illos.Clar.§.ludus.in princ.& ſeq.quod igitur ex ludo ſchachorum lucratur,licitè retinetur,vt eſt communis opi.capr.regu. 86.n.3. Ludus autem non eſt aliquo pacto permiſſus,vbi adſit dolus & fraus. Et poteſt repeti, quod quis lucratus fuerit per dolum & fraudem,vt eſt communis opi.capr.reg.86.nu. 6.Alias de conſuetudine vbi abſit dolus, ludus eſt permiſſus, vt eſt communis opi.capr.ibi.nu.64.& licet etiam clericis ludere ad ſchachos,vt eſt communis opi.Cla.in §.ludus.Et not. ꝙ ſi ſtatutum imponit pœnam pro ludo azardi,ſi inceptus eſt ludus in die, & continuatur in noctè, debet puniri tanquam de die.Bal.in l.pomponius.col.2.circa prin.ff.de nego. geſtis. Nam ludus eſt crimen.vt dicit Bal.in 1.conſt.§.illud.Paris de puteo in trac.ſyndica.§.inquiſitio.nu.12.fol.116.tomo 14.& no. ꝙ contractus factus inter ludentes, eſt nullus. Etiam ꝙ ſit venditio vel mutuum in ludo.Amodeus de ſyndicatu.n.94. tomo 14.Licet practica hodierna, vt eſt magis communis opin.Clar.in d.§.ludus.verſi.item mutuans.Benè tamen poteſt tertius mutuare vni ludentium.Amodeus in tracta.ſyndi.nu. 94.vide ad ſupraſcripta. Troyl. Malui.in tract. de ſortibus, in 2.part.nu.18.& Rochum de Curte in tract. de conſuetudine. nu.136.& 137.tomo 1.vide Soarez in verbo ludus nu. 194. 195.196.197.198.199.200.& 201.Capr.reg.86.nu.6.& 42. & nu.86.& nu.73.per illam totam regulam.& in tractatibus de ludo.Et no.ꝙ ſi epiſcopus ſtatuat,ꝙ quicunque luſerit ad ludum azardi puniatur, comprehenditur archiepiſcopus ludens in tali Diœceſi, vt eſt communis opinio de qua Soc.ſen.

in ca.



in cap.à nobis.nu.15.de ſententia excommun.Et no. ꝙ tranſactio in ludo non eſt licita,vt eſt communis opi.Clar.in §.ludus,ver. præterea. Licet aliter ſe habeat conſuetudo moderna.vt ibi.Et no.ꝙ ludus ſchachorum reperitur à Zerſe Philoſopho,pro correctione Euilmerodach. tyranni, qui ſuos magiſtratus & ſapientes occidere conſueuit. & hoc ſolatio indirectè attractus fuit ad emendationem, vt extat in falciculo temporis.fol.15.& in hiſtoria Mundi.ætate 4.Licet à Palamede in exercitu Græcorum contra Troiam repertum ſchachorum ludum referat Paris de ludo.In princ.nu. 5.ad ocianum milites ſecundum Macrobium Saturnalium primo. Bonacoſſ.

Ludo etiam alearum partum lucrum victus à victore hodie ob ludendi conſuetudinem non repetet,dummodo nulla in ludo fraꝰverſata probetur, vt commune iuris interpretum placitum atteſtantur Barb.conſ.66.nu.7.lib.7. Roch. de conſuet.n.6.Caccialup.de ludo.n.79.I.Clar.in prac. §.ludus.verſ. item vincens.Licet de iure longè aliud verius ſit,vt affirmat, gl.in ſcholio vlt.l.vlt.ff. de aleæ luſ.& aleat.cuius ſententiam communem affirmant Aug.ad Ang.de malef.in verſ.metitore de mali dadi, nu.23.Caccialup. vbi ſupra nu. 40. atque ea proculdubio obtinebit, vbi & hodie aleæ luſu interdicitur. E.Suarez.

In ludo tranſactio facta non valet, neque tenet,ſecundum doct.omnes,& abb.in c.clerici.de vita,&honeſta.cleri.Steph. Coſtæ,in trac.de ludo,in 5.art.prim.n.2.cum aliis ſeq.Pari.de Puteo.in allegato tract.de lud.nu. 21.& Caccialupum in eodemmet tract.in 8.q.nu.34. quia ibi lis eſſe non poteſt, ſed euidentiſſima calumnia,quæ inducere non debet litẽ,vbi non eſt.l.in ſumma.ff.de condi. indeb. & opinionem iſtam retulerunt eſſe communem doc.mentionati,in d.tract.imò ſi ludẽs ipſe ſe obligaret colluſori ex cauſa ludi per inſtrumentum publicum minimè teneret obligatio, & inſtrumentum hoc non ſortiretur effectum,& denique denegaretur ei actio,& ſi ſolutum aliquid foret vigore prędictæ obligationis vſque ad 40.annos repeti poſſet,tex.eſt,in auth.alearum vſus.C.de religio. & ſumpt. funer. & ita in cauſa cuiuſdam militis refert ſe obtinuiſſe Paris de Puteo,in d.tracta.de ludo,nu.21.ac fuiſſe deciſum,declaratumque in ſacro regio Neapolita.inſtrumentum hoc cauſa ludi celebratum nullas vires habere, nec aliquo modo valere,& ſequitur quoque Caccialupus. in d. q.7. nu.34. Aliam concluſionem de ludo in torno alle ſcommeſſe,vide infrà in opinio.pactum. F.Viuius lib.2.opin.166.

Ludos omnes,præterquam ludum propriæ virtutis,imperator propter blaſphemias reprobauit,& penitus inhibuit,in auth.alearum vſus.C.de relig.& ſump.fune.dicens, ꝙ multis lachrymis prodiit,quod declaratũ extitit per Hoſt. in ſumma de exceſ.præla.& doct.in c.clerici,de vit.&honc.cle.& Io.Bernar.Diaz.in pract.crimi.in tit.aleatores.c.63.& Gramma.dec. 11. nu. 7. nam aliqui perditis ſubſtantiis deſperati veneno ſe occidebant,aliqui laqueo ſe ſuſpendebant, & aliqui proprio chyrographo diabolo ſe viui dederunt, & nonnullos homines ob blaſphemiam terra abſorbuit,& fulgure perierunt, ſecundum canoniſtas ibi,& in c.inter dilectos,de exceſ.prælat. & denique,in d.ſumma Hoſt.luſores appellat paganos propter canonis tranſgreſſionem, imò luſores ob ſubſtantiam eorum in ludo perditam imagines Dei, & ſanctorum percutiũt, & euenit miraculum hoc in ciuitate Aquilæ anni, ſuperioribus,ꝙ luſor quidam amiſſa in ludo quadam pecuniarum q̃titate, vti deſperatus percuſſit cũ mucrone imaginem ſacratiſſimę virginis in quadam eccleſia extrà dictę ciuitatis mœnia poſitam,& ex illa percuſſione,ſeu vulnere profluit ſtatim miraculosè maxima ſanguinis effuſio, quemadmodũ profluxit aqua de fonte viuo,& percuſſor iſte vix egreſſus eccleſiã prædictam repentina, ac improuiſa morte præuentus cecidit in terram,& obiit,& ſic intemerata virgo ſolum Deum habuit vltorem, & hodie ſimiliter in dicta eccleſia, quæ nuncupatur S.Maria pontis Rodij, apparent euidentiſſima ſigna ſanguinis,& percuſſionis prædictæ,& iſti tales percuſſores imaginis Dei,& ſanctorum capitaliter ſunt puniendi,vt latè probat Angelus.in leg.ex ſenatu.ff.de ſica.marſ.in ſua practica. crimina. §.& quia, nu.25.& Paris de Puteo in tracta. de ludo.nu.61.& ſeq. vbi refert ſe ita alias conſuluiſſe, ac fuiſſe deciſum in ſacro regio concilio Neap.Grilandus,in tracta.de ſortilegiis.q. 11.nu.18.& ſeq. ideoque præcauendum eſt à ludo ab omnibus,tam laicis,quàm clericis,nam dicta conſtitutio auth.alearum vſus ſeruanda eſt,etiam inter clericos, & perſonas eccleſiæ ſubiectas,ſecundum gl.& doct.omnes communiter, in d. c.clerici,vt fatentur Stephanus Coſtæ,in tract.de ludo,in 3.articu.principali,nu. 8.& Paris de Puteo, in tract.de ludo.F.Viuius lib.2.opin.164.

PRO. lupanaria in multis honeſtorum virorum prædiis exercentur.l.ancillarum.§.fi.ff.de peti.hæred. Bellon.

Luxuria non debet eſſe melioris conditionis quam caſtiſtas,vt eſt communis opi. de D. Hiero. à Monte in ſuis variis. qq.quæſtione 8.nu.35. Bonacoſſ.

Lux.Qui malè agit,odit lucem.l.fi.ff.de rit.nupt. c.conſuluit,de of.deleg.l.cum ipſe.C.de contrah.emp.Alex.in l.ſi conſtante.§.ſi bona.ff.ſo.ma. P.andora.

Lux quanto maior facit domum meliorem,niſi vbi panni venduñt.Flor.in l.ęquiſſimum.§.item nerua.ff.de vſuf. idem.

Luxurioſa filia an debeat à patre dotari.Iaſ. in l. ius autem. col.4.in fi.ff.de iuſtit.& iur.& vide ṡ.in verb.dos.in 4.priuilegio ibi, an pater teneatur dotare filiam ingratam. P.Andora.

# COMMVNIVM OPINIONVM,

## SIVE IVRIS VTRIVSQVE RECEPTARVM

Sententiarum,ex diuerſis Authoribus collectarum,

*LIBER XI.*

## M

MAcedonianum.Non habet locum in duobus fratribus ſub patria poteſtate.exiſtẽtibus mutuantibus in caſtrenſi.vel quaſi. gl. & Iaſ.in l. frater à fratre in 16.col.in lect.ff. de cond.ind. P.Andora.

An excep.macedoniani.poſſit filius cum iuramento.renuntiare?vide Ang.in §.penult.inſtitu. quod cum eo. idem.

Macedoniani excep.habet locum tantummodo.in mutuo pecuniæ.Niſi dolus interueniret in aliis.Ang. in §.item ſi in 6. col.inſti.de excep.Bal.in l.ſed Iul.§.ſed & ff.ad maced.

Habet locum etiam in filiofa.milite ſeu comite.vel doctore.&competit etiam fideiuſſoribus filij.etiam eo inuito Ang. vbi ṡ.in 7.col.

Talis excep.poteſt q̃docunque opponi etiam poſt ſententiam.Ang.in §.item ſi.in 7.col.inſti.de excep. idem.

Macedonianum ceſſat.in mutuo facto filiofa. mercatori. Ang.in §.ṡ.allegato.in 10.col.

Succurritur.ei qui obligauit rem.pro filiofa.mutuum accipiente Bal.in l.2.ff.quæ res pig.obl.poſſunt.

Pignus pro mutuo filiifa.non tenetur.ſic.nec fideiuſſor.l.ſi alius ff.quæ res pig.obl.poſ. idem.

Machometus quo tempore fuerit, & multa in materia vide per Card.in clem. vnic.de iudæis. P.Andora.

Magis.ſi de quo magis.ergo.&de quo minus alľur communiter auth.multomagis.C.de ſacroſ.eccl.Tu allega tex.meliꝰ probantem.in l.rei iud.§.ſocero.ff.ſo. ma. & in auth.ſi captiui C.de epi.& cler.Barb.in 1.vol.conſ.11.in 7.col.Ang.in §.quòd ſi partim per illum tex.inſti.de re.diuiſ. P.Andora.

Magiſtratus officium aſſumens debet puniri pœna criminis læſæ maieſt.procedentis ex vno capite l.lex 12.tabul.in fi. ibi,qui ve priuatus.ff.ad leg.iul.maieſt. P.Andora.

Magiſtratus in iis, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, non poteſt alteri ſe ſubmittere.Io.imol.in l.receptum.nu. 8.ff. de iuriſd.om.iud.magis communem dicit. Villal.

Magiſtratus aut iudex ordinarius poteſt tempore ſummæ neceſſitatis, aut ſeuientis belli ciues compellere ad pecunias reipubl.mutuandas,pro alendis exercitibus.ita Gul.& Nicol. de Neapolita.in l.ſcriniarios. C.de numerariis, actuariis, &c. libr. 10.& per doctrinam quam referunt Bal.in l. 1.nu. 5. verſ. vlti.ſume.& Sichard.n.19.verſ.quod eſt multùm notandum ad morem noſtri temporis.C.de oper.libert. Et hoc caſu vſuras moderatas recipere poteſt ciuis aut ſubditus,qui compulſus fuit mutuare.Et hanc doct. ſententiam communiter pro-

bari ſatis apparet ex iis,quæ notant Paul.de Ca.in l.ſi quis nec ca uſam.n.6.ff.ſi cert.pet.Laur.de Rodolphis,in tract.de vſur. in 3.parte prin.§.expeditis.verſ. in ſecundo autem principali membro.nu.24.cum ſeq.in 16.vol.tract.Io.Crot.in repe.l.nemo poteſt.nu.6.ff.de leg.1.& Vaſq.in lib.1.controuer.illuſtri. c.6.nu.7.Et ita de iure reſpondi, cùm caſus proximis annis in hac difficultate reipub.R.mihi proponeretur. Kirchouius.

Magiſtratus & alij iudices,& poteſtates temporales cuiuſcunque ciuitatis, licet habeant iuriſdictionem temporalem, poſſunt tamen pro ſuo tempore prohibere. ne frumentum, vel aliud extrahatur, de loco illo cui præſunt. vt eſt doctrina Bart.cõmuniter recepta in l.omnes populi.ver.4.quero nunquid iudices,ibi,aut vult facere ipſe ſolus.ff.de iuſt.& iure.Soci.iun.conſ.76.nu.36.vol.4.communem dicit. E.Muſcul.

Magiſtratus,ſi quid iniuſte facit,officiales ſui debent ſibi cõtradicere,& reſiſtere,ſi poſſunt,aliàs tenetur,vt eſt communis opi.curt.ſen.conſ.41.nu.5. Bonacoſſ.

Magiſter, & ſine cauſa, diſcipulos intra modum impunè verberat.commune aiunt Porc.in §. ſed hoc tempore.ad glo. cognita.num.6.inſtit.de iis, qui ſunt ſui vel alien.iur.Anan.in rub.n.5.de magiſt.quem refert I.Clar.in pract.§.vlt.q.56.verſic.poteſt etiam. E.Suarez.

Magiſter, qui ſine cauſa, & non intra modum diſcipulum verberat punitur,vt eſt communis opinio.Soarez.ver.magiſter.nu.1. Bonacoſſ.

Magiſter ſcolæ.non confert lucrum ſuum fratribus nec libros.Bald.in l.ſi donat. C.de collat.habetur in verſ.peculium quaſi caſtrenſe §.4. P.Andora.

Magiſter,poteſt impune corrigere.& verberare diſcipulos ſuos.no.in l.aut facta §.1.ff.de pe.& in l.C.de emend.ſeruo.& in l.1.C.de emend.propin. & in l.4.§.ſi magiſter & ibi Bart.& Bald.ff.ad l.acq.tex.in l.item queritur.§.iul.ff.loca.

Limita ſi leuiter caſtigat.vnde ſi percutit cum pede ſeu forma calcei vel oculum eruit.tenetur.d.l.item quæritur §. item Iul. idem.

In dubio autem non præſumitur.magiſter in dolo ſed cauſa diſcipline verberaſſe ita Bar.in terminis.in conſ.104.incip. viſis teſtibus examinatis ad defenſam. & in d.§.ſi magiſter. dat modum articulandi. vz quòd tempore quo verberauit erat magiſter. & percuſſus erat diſcipulus.& quòd tunc ipſe erat in actu docendi vel monendi & ille tunc diſcebat vel delinquebat. ſed in d. conſil. dicit quòd ſufficit. ſi teſtes dicant quòd magiſter percuſſit animo docendi.

Faciunt no.per Alex.in 3.vol.conſ.75.vbi dicit.quòd dominus poteſt caſtigare.famulum &quòd præſumitur.verberaſſe cauſa caſtiga. idem.

Magiſtri qui ſuſcipiunt mandatum.de docen.poſſunt petere mercedem & etiam cibaria præſtita.Bal.in l.inter cauſas.§. fi.ff.mand.

Magiſtrorum priuilegiis non gaudent repetitores. gl. in l. 1.de decre.decur.lib.10. idem.

Magna vel modica cauſa, perſonarum qualitatibus metitur.commune affirmant Io.Lup.in repetit.rubr.§.11.nu.12. Viuius latè de materia agens lib.1.opin.31.& vide quæ ſuperius poſui.ver.arbitrium. E.Suarez.

Magnanimus quis eſſe præſumitur ex conſtructione ædificiorum.ita no.Bart.in l.2.per illum tex.C.de præd.& aliis reb. pauicul.lib.11. P.Andora.

Maieſtatis læſæ crimen, & aduerſus quoſcunque principes ſuperiorem non agnoſcentes, & aduerſus quemcunque cardinalem committi intelligitur,& cenſetur,vt communia interpretum dogmata ex multis latiſſimè aſſeuerat I.Clar.in prac.§.læſæ maieſtatis.verſ.committitur. cum ſeq.Non tamẽ vnquam alias commiſſum iudicabitur, quàm ſi ille qui eius criminis patrati inſimulatur ei,quem flagitioſè offendiſſe arguitur,vel ob domicilium,vel ob originem ſubditus ſit.commune affirmant Gyg.de crim.læſæ.maieſta.q.68.nu.2.I.Clar. vbi ſ.verſi. vidi quandoque. Quin & illli præterea maieſtatis læſæ crimine irretientur,qui cùm quid de illud affectantibus ſciant,non opportunè deferant.commune ait latè Viuius lib. 2.opi.246.Quamuis contrarium & humanius & verius mihi profectò videatur, quod non pauci alij obnoxij iam ꝯtenderunt.Memineris autem ſemper quod eorum liberi,qui nefario hoc crimine obſtringuntur, tum demum ſubeunt pœnas.l.quiſquis.C.ad legem Iul.maieſt.cùm id criminis contra ipſum imperatorem, vel Romanam rempublicam patratum oſtenditur.commune aſſerunt Andr.Alc.conſ.467.nu.6.in fi. Gyg.de crim.læſæ maieſt.q.23.nu.9.I. Clar.vbi ſupra verſ. vnum tamen. E.Suarez.

Maieſtatis læſæ crimine tenetur, qui quemcunque principem non recognoſcentem ſuperiorem offendit,vel Cardinalem,vt eſt communis opi.Soarez verbo,maieſtatis.Si ſuus ſit princeps ratione domicilij,vel originis,vt eſt communis opi. ibi.nu.6.Sciens autem aliquem crimen læſæ maieſtatis commiſſurum, vel iam commiſſum, nec reuelans tenetur.Licet contrarium ſit equius tenendum.Crimen hoc non comprehendit,niſi eos,qui imperatorem vel romanam rempublicam offendit,vt eſt communis opi.ibi nu.9. Bonacoſſ.

Maieſtatis læſæ crimen.huius criminis.reus nemo efficitur niſi ſit ſubditus.Iaſo.in §.rurſus in 9.col.inſti.de actio.Barb. in 3.volum.conſ.21.in 2.col.in fi.Oldr.conſ.43.Bal.in l.2.C.de fal.mo.

Suffic. tamen quòd ſic ſubditus ratione originis vel domicilij.Bolog.conſ.75.vbi etiam dicit ſpeciale contra offendentes Cardinales & ſimiles. vt neceſſario non requiratur quòd ſit ſubditus. P.Andora.

Proprie non committitur iſtud crimen. niſi contra principem vel rempu.romanam.ſonz.in 2.parte conſ.275.in 2.col. Calde.in tit.de accuſ.conſ.vlt.alias.483.

Vide tamen Barb.in 4.vol.conſ.70.max.in 13.col.Ang. in §.interdum inſti.de hæred.quæ ab inte. idem.

Pœna l.ſi quiſquis C.ad l.Iul.maie.quòd filij priuentur. hæred.non habet locum in crimine commiſſo.contra ciuitatem propriam.quia tunc non priuantur.niſi hæred.patris.non autem aliorum.Cepo.in conſ.pen. idem.

Committens aliquid contra baronem. vt ſunt caſtellani. non incurrit crimen.læſæ.maieſt.Bal.in l.data opera.in 3.col. C.qui accuſ.non poſſ.

Quod intellige proprie ad hoc.vt filij puniantur. ſecus improprie.Ang.&Aug.Ari.in trac.male.in ver.che hay tradito. in 2.col.

Et quòd committatur.videtur.tex.& ibi Card.in 12. no.in clem.paſtoral.de re iud. idem.

In crimine læſæ maieſt. poteſt damnari memoria defuncti. Bal.in 2.parte conſ.60.& in 3.parte conſ.343.

Vz.vſque ad quinquennium.lud.ſing.431.Angel. in §.interdum.inſti.de hæred.quæ ab inte.

Lex quiſquis.non habet locum in fratribus.dec.conſ.64.

Læſæ maieſtatis crimen incurrit clericus, qui turbat ſtatum domini temporalis.Barb.in 3.vol.conſ.21.in 1.col.

Vide tamen ibidem Barba. quia concludit contrarium. idem.

Multa ſingularia contra incurrentes crimen læſæ maieſt.vide per marſ.in l. de minore. in 1.col.& ſeq. ff. de quæſtionib. P.Andora.

Inimicus tamen capital.non eſt idoneus teſtis. Ita marſ.in d.§.de minore.in 2.col.verſ.ſed teneas menti &c.

Nec proceditur.ad torturam ſine inditiis.vt ibi.

Propter crimen læſæ maieſtatis commiſſum per patrem.an filius perdat beneficium eccleſiaſticum. vide Phi. in c. felicis. §.quod ſi quis.de penis.in 6.lud.ſing.686.Alex. remiſſiue. in l.ſi finita §.ſi de vectigalibus.in fi.com.de dam.infect.

An ſi ſciam tractari crimen læſæ maieſt.tamen non poſſum probare.tenear reuelare.vide late hypo.ſing.164.& quæ dixi in ver.patria.§.5.

Generalis gratia ſeu indulgentia.an trahatur.ad crimen læſæ.maieſta.vide.Alex.in l.de pupillo.§.ſi pribus.in 3.col.de oper.no.nun.& in l.1.ff.ad l.iul.maieſt.

In iſtud crimen incidunt qui viuente Papa faciunt conuenticulam de Papatu Alex.in d.l.1.& dixi in ver.hæreticis.§.14.

An pœna l.quiſquis.C.ad l. iul.maie.locum habeat in filiis naturalibus tantum.vide Ang.in §.interdum.inſti. de hæred. quæ ab inteſt.

Et an d. l.quiſquis.habeat locum in matre.Ang.vbi ſuprà. idem.

Maior pars decurionum dicitur eſſe,quando ſunt congregatæ duæ partes ex tribus. Bellon.conſ.39.nu.1.communem dicit. idem.

PRO.maior quæſtio trahit ad ſe minorem.l.per minorem. ff.de iud. Bellon.

PRO. maior caſtitas in fœminis, quàm in maſculis exigitur.gl.in l.palam.§.quæ in adulterio.ff.de ritu nup. idem.

PR.maiori parti ſtandum eſt l. duo ex tribus. ff. de re iud.l. ſi in tres. ff. de arbi. c. 1. de arbi. extr. & c. 1. de his quæ fiunt à ma.par.ca. idem.

Maior poteſt ſe ſubmittere minori vel æquali in iuriſdictione contentioſa:ſecus in volũtaria,quam per ſe poteſt exercere,vt eſt in comite legitimare filios ſuos, vel in conſule emancipare filios ſuos apud ſeipſum, vel donationem inſinuare, quàm ipſe facit,ſec.gl.quæ reputatur ſingularis.quam ſequuntur Guil.Ang.Alber.& communiter doct. in l. eſt receptum. ff.de iuriſd.om.iud.licet Ray.&Dy.ibi tenuerint contrarium. per l.etiam.in §.fi.de manu. vin. & quaſi facilius fiat prorogatio in iuriſdictione voluntaria,quàm in contentioſa,arg.l. 1. & 2. ff.de of.proconſul.& le.Et tenendo primam opinionem poteſt eſſe ratio differentiæ:quia in contentioſa ſubmiſſio minoris vel æqualis eſt neceſſaria de honeſtate,puta quando litigatur cum ſubdito,ſecus in voluntaria. Balb.deciſ.114.



Maior decurionum pars conſilio interfuiſſe cenſebitur,q̃n duæ partes ex tribus adeunt.commune inquit Bellon. conſil. 39.nu.1.Villal.in ſua collecta. E.Suarez.

Maioratus(vt loquendi conſuetudo inualuit)ſucceſſor locationem ad longum temp⁹ aut emphyteuſim ab eo,cui ſucceſſit, conſtitutam non neceſſariò ſeruat, vt receptum ponit Arius Pinel.in l.1.part.3.nu.65.C.de bo.matern. E.Suarez.

Maioratus aut bonorũ pari vinculo obſtrictorum ſucceſſor non offenditur præſcriptione aduerſus antecedẽtem poſſeſſorem abſoluta,vt commune pono ex dec.conſ.445.num. 47.Rub.conſ.83.n.6. Grat.conſ.20.nu.37.& conſ. 101.n.42. lib.1.Pariſ.conſ.23.nu.119.lib.2.& in c.cùm non liceat n.18. de preſcr.atque ex aliis quos laudat liberaliter Arius Pinel.in auth.niſi tricennale.nu.49.C.de bo.matern. idem.

Maioratus ſucceſſorem non damno afficit ſententia in anteceſſorem lata:commune inquit Soc.conſ.181.nu.93.lib:1. magis commune affirmat dec.conſ.445.n.19.&Aym.Craue. conſ.197.n.7.Sed contrarium verius& communius oſtendit diligenter & operosè Pinel.in l.1.part.3.n.48.C.de bo.mat.

Mala fides quocunque tempore ex ſciẽtia rei alienæ emergens,præſcriptionem nondum perfectam diſturbat commune ponit Bald.de præſcrip.2.par. tertiæ partis q.7.& 8.non tamen mala fides poſſeſſoris à quo res comparata eſt,illius præcriptioni impedimento erit,qui eam ab ipſo comparauit. Sic enim reſtringi debet auth. malæ fidei vt frequenter placitum inquiunt Balb.vbi ſ.q.12.n.8.limit.7.Arius Pinel.in auth.niſi tricennale.nu.34.de bo.matern.diluet autem malam fidem, tum iuris error atque iniuſta cauſa, vt cõmune ait Rub.conſil.75.tum 30.an.curſus,vt commune ſcribit latè Viuius li.2. opin.167. idem.

Maior pars vbi agitur de aliquo actu explicando ab vniuerſitate ſuffic.ꝙ in illo actu ſint præſentes duæ partes illius vniuerſitatis.&tunc.quod fac.maior pars illarum duarum partiũ eſt ratum habendum gl.& doc.in auth.hoc ius porrectum.C. de ſacroſ.eccl.Pan.in c.cum omnes.in fi.cõm.de conſti. Alexan.vbi al.remiſſiones.in l.iuriſgen.§.hodie.in 3.col.ff.de pac. & in l.maiorem.& ibi Iaſ.eo.tit.l.vbi abſunt ff.de tut.& cura. da.ab his.l.quod maior.ff.ad muni.l.aliud §.refertur.ff.de reg. iur. gloſſ.in l.nulli. ff.quod cuiuſque vni. no. c.1. de his quæ fiunt à maio.par.cap.cum infinitis ſimilibus.deci.in d.c.cum omnes in 3.col.verſ.2.regu.habetur aliquid Pan.in c.cum dilecti n.2.de elect.Ang.in §.pen.in 21.col.inſti.de excep.

Debent tamen.omnes eſſe.vocati & recte congregati.alias maior pars non præiudicaret minori.l.2.& ibi Bar.& l.nominationum forma.C.de decu.lib.10.Bar.in d.l.nulli.Bar.& Angel.in l.hæredes mei.§.peto ff.ad treb.Alex.in 2.vol. conſ.68. in 2.col.ibi nec ad hoc.obſtat. Vide etiam Calde.conſ.3.Angel.conſ.269. P.Andora.

Quid in continentibus delictum.an maior pars. poſſit minori præiudicare.vide quæ dixi in verb.communitas.§.3.&aliquid per Bal.in l.1.ff.de magi.conue.

Quid de refirmando officiali.in officio?dic ꝙ eſt neceſſe ꝙ omnes conſentiant. & contradictio vnius ſolius irritaret refirmationem.§.fi.in verſ.niſi cuncta ciuitas reluctante nullo. in auth.de defenſ.ciui.col.3.&ita volunt omnes doct.max.Alex.& Iaſ.in d.l.maiorem.vbi multa allegant.adde fely.in d.c. cum omnes.in 10.& 11.col.& in c.ſignificauerunt. in 2. col. de iud.& Lud.Ro.in conſ.352.& in ſing.95.& ſing.662. Angel.conſ.280.in prin.Et alias limit.vide notabiliter per dec.in c.cum omnes in 3.4.& 5.col.de conſti. Adde vnam per Lud. Ro.ſing.44. Si agitur de dan.vocem. per vnum qui non ſit de capl̃o.vnius contradictio impedit alios Alex.in d.l.quod maior. idem.

Maior pars non poteſt ordinare vel diſpenſare ꝙ vnus extraneus qui non eſt.de vniuerſitate vel capl̃o.det vocem.c.ſcriptum de elect. & contradictio vnius hoc impediret.ita compoſt.in d.c. ſcriptum.& ibi Io.And.in nouel.& Pan. Lud.Ro. in l.de pupillo in prin.ff.de oper.no.nun.Refert Iaſ.in d.l.maiorem. vbi adduc.bonum ſimile. nam licet vnus de collegio poſſit dare vocem per alium etiam inuito collegio niſi in electionibus.vt tenet abb.in c.quia propter.§.pen.de elect.Non ta nen poteſt dare vocem ſuam extraneo.cum inter ſit collegij.ne eius ſecreta extraneis pateant.all.Pan.in c.conſtitutus. in pen.col. de app. Si maior pars vellet ordinare. ꝙ cauſa per compromiſſum finiatur.ſi vnus cõtradic.nõ poteſt fieri compromiſſum.Iaſ.in d.l.maiorem.al.Butr.imo.& Pan.in d.c.conſtitutus.& dicit eſſe valde no.& ita etiam vult ibi Phi.An autem maior pars vniuerſitatis. poſſit facere contra illud quod omnes ſimul concorditer ordinarunt prius.dic ꝙ non ſed requiritur.conſenſus.omnium.Iaſ.vbi ſ.al.lud.in rub.ff.de arb. Adde eundem.lud.in conſ.352.in 3.col.Intelligit.Iaſ.ſane niſi ex neceſſitate.vellet alias ſtatuere.vt dic. Panor.in c. humilis. extra.de maio.& obe.Sic dic.eſſe intelligeñ.Bal.in l.1.in prin. C.de aucto.præſtan. idem.

Quid in his quæ ſunt contra priuilegia.vel contra conſuetum.an maior pars poſſit præiudicare minori Iaſ.in d.l.maiorem.tenet ꝙ non.al.Inn.in c.accedentibus de priuil.& Pan.in c.veniens.de præſcr.& Bal.in l.1.ff.de magiſtra.conue.Aduerte quia ſi maior pars non fuit in collegio.& velit ratificare.extra collegium. illud q̃d fecit minor pars tunc requiritur conſenſus omnium.c.in cauſ.de elec.Iaſ.vbi ſ.al.Bal.in l.per fundum.ff.de ſeruit. ru. prædio. & ludo.in d.rub.in 10.col.Bene fac.quod vult Phi.in c.ſi cui de elec.in 6.Quando ex forma.l. vel ſta.requiritur conſenſus omnium maior pars non poteſt ordinare.Iaſ.in d.l. maiorem.al.gl.in c.vbi periculum.§. idem quoque.in ver.ſingulis.de elec.in 6. idem.

Si capl̃m. vult committere. vices ſuas in certo actu aliquibus de capl̃o.tal. commiſſio debet fieri de cõſenſu omnium. Iaſ.vbi ſ.al.ſing.Archi.in c.epiſcop⁹. 16.q.7.adde Fel.in c.non poteſt in 4.col.de re iu.Quando vniuerſitas vellet aliquid ſtatuere. quod principaliter tenderet in præiud. ſingulorum & certarum perſonarum.tunc non poteſt niſi omnes illi expreſſe.vel tacite conſentiant ita. Iaſo.vbi ſ.al.multa max.Ange.in conſ.267.incip.viſ & examinatis quod mihi eſt 271. idem.

Quomodo autem cognoſcatur. quæ ſit maior pars. vide Bar.&doct.in l.4.§.Cato ff.de verb.obl.Alex.in d.l. maiorem. Are.conſ.125.Barb.in 1.vol.conſ.7.in 5.col.In electionibus. quæ dicatur.maior pars.vide notabiliter Phi.in c.ſi cui de ele. in 6. Et quando ag.de impoſitione. collecte. intelligitur maior pars reſpectu. perſonarum non autem reſpectu. bonorũ. Calde.in tit.de cenſi.conſ.1.alias 442.&in conſ.6.in tit.de his quæ fiunt à præla.alias eſt conſ.262.& ita vult fel.in c.cum dilecta in vlt.col.in prin.extra de reſcrip. idem.

Vbi requiritur.maior pars conſiliariorum. non ſuffic. ſi in inſtrumento dicatur. ꝙ conſiliarij ita fecerunt. vt dixi in ver. indiffinita.An autem maior pars aliis non requiſitis valide ſtatuere poſſit Calde.in conſ.3.noſtr diſtinguit vide ibi per eum.

Maior de domo quis dicatur.vide fel.in c.veniẽs. de ſimo. & in rub.de maio.& obed.in 6.col.& in c.ſuper eo el 2. in 2. col.de teſti.Barb.in 2.vol.conſ. 10. in vlt. col.& in conſ.18.in fi.5.& in prin.6.col.& in conſ.30.in 1.& 2.col.in quibus.loc. dicit. quòd intelligatur.de maiori natu ſeu antiquiore. adde Alex.in 4.vol.conſ.4.in 1.col.

Maior ex fratribus ille dicitur qui longiori tempore bona adminiſtrauit.ad propoſitum diuiſionis inter fratres fien. Iaſ. in §.quædam in 14.col.inſti. de actio. Adde Iaſ.in l.2.§.prius autem in 3.col.ff.de vul.&pup.vbi dicit.ꝙ dignior meritis eſt præferendus maiori ſeu antiquiori. fac. quod dixi in ver.doctor.§.16.An autem maiores dicantur vſque ad auum.an vero vſque ad tritauum vide Iaſ.in l.2.§.prætor ait in 1.& 2.col. ff.de in ius.voc.& Alber.in 1.part.q.78.

Maior &minor in iure ſumitur.variis modis.Cor.in 3.vol. conſ.303. idem.

Maiores maiori pœna puniuntur. l. properañ. §. ſin autem vtraque.& ibi no.C.de iud.& in ſpecie.Iaſ.fely.in c.cum quidam.de iu.iur.& in c.mulieres.de ſent.excom. Card. in clem. 2.verſ.dignitatem.in 5.q.de vi. & ho. cler. In contrarium fac. quod vult Iaſ.in l.fi.ff.ſi ex. nox. cauſa agatur. in 2.no.vbi dicit.ꝙ acrius puniri debet ſeruus. ꝙ liber homo. & ignobil. quam.nobil.Vide aliquid per decium.in ca.nouit. in 4.col.de iud.&Phi.in c.quia. de officio deleg.Puto eſſe diſtingueñ.aut loquiñ. de pœna pecuniaria. & grauius puniuntur maiores aut de pœna corporali.& tunc ſecus. Niſi maiores delinquerent in ignominiam officij.vt vult Cepo.quem vide.conſ.40. in 4.col.& ita videtur tenere Alex quem ex poſt vidi.in l.quædam.ff.de pœnis.

Maiori ſumme minor ineſt.Iaſ.in l.cum furti.ff.de in lit.iur. & in l.qui quartam.ff.de leg.1.per l.1.§.ſi ſtip. cum ſimilibus. ff.de verb.obl. Intellige ſcilicet affirmatiue:Amplia & limita. vt per Iaſ.in d.§.ſi ſtip. Alex.in 2.vol.conſ.65.in 2.column.ibi præterea ſi teſtis.& in 4.vol.conſ.40.verſ.vlts.in fi.& in 5.volu.conſ.179.in fi.

Limita etiam in teſtib. Alex.in 5.vol.conſ.50.col.pen.

Maioribus noſtris pares eſſe non poſſumus.l.3.ff.de alien. iud.mut.cau.fact. idem.

PRO. Maius impedimentum eſt tam naturale quam occidentale.l.ſi ſerua.§.fi.ff.de iur.dot. Bellon.

PRO. Maius eſt delictum in committendo, quàm in omittendo.gl.communiter recepta in l.ſi mora.ff.ſol.ma. idem.

PRO. Maius eſt ius in re, quàm ad rem:& minus eſt ius ad rem, quàm in re.c.fi.& ibi no.extra de conc.præb. idem.

PRO. Maximum remedium ad lites finiendas, eſt tranſactio,& iuſiurandum.l.1.ff.de iureiur. idem.

PRO. Maximum, ac præcipuum munus eſt fœminarum concipere, ac conceptum tueri.l.quæritur.ff.de ædil.edict. id.

PRO. Mala electio eſt in culpa.gl.in l.2.ff.ſi menſ.falſ.mod. dixer. idem.

PRO. Mala fides auctoris, nocet hodie ſingulari ſucceſſori. auth.malæfidei.C.de præſcr.10.vel 20.an. idem.

PRO. Malæfidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit. cap.2. extra de reg.iur.nu.6. idem.

PRO. Malæfidei poſſeſſor tenetur de re, & fructibus perceptis & percipiendis.l.domum. C.de rei ven.l.ſi nauis.§.fi.ff.de rei ven. idem.

PRO. Malæfidei poſſeſſores eius quod in rem alienam impendunt, nullam habent repetitionem. l. domum. C. de rei ven. idem.

Mala fides defuncti impedit prȩſcriptionem vniuerſalis hȩredis, vel ſucceſſoris. Iaſ.in l.cum quis.n.22.ff.de acq poſ. magis communem dicit. Et vide quæ habes in ver.præſcriptio.J. B.Villalob.

Mala fides in dubio non præſumitur, ſed potius bona fides. com.poſt multas all.dicit Ferdin.Vaſq.illuſtrium controuerſ. lib.2.c.79.nu.15. I Fich.

Amplia procedere, etiam ſi poſſeſſor non oſtendit illum titulum, quæ ampliatio ſimiliter communis eſt, ſecundum Alc. & Tiraq.vt refertur d.n.15. idem.

in Mala fide conſtituitur emptor per denunciationem ipſi ante emptionem factam, ne rem emeret.com.dicit per multa all.idem Vaſq.d.lib.2.c.80.in prin.vbi tamen. num.5.& ſeq.limitat. idem.

Malæfidei poſſeſſor non lucratur fructus quantuncumque habeat ti.l.certum.C.de rei ven.& l.in mala fide.C.de cond.ex le.& eſt ratio, quia tit.habetur pro non ti.l.iubemus. §.ſane.el 1.C.de ſa.ſan.eccl. & eſt gl.magiſtra.in c.non liceat pape.12. q.2. P.Andora.

Malæfidei poſ.tenetur nedum ad fructus perceptos, ſed ēt ad percipiendos.tex.eſt in l.domū.& ibi doct.C.de rei ven.id.

Malæfidei poſ.percipien. fructus, dicitur furtum committere.Bar.in l.ſeq.§.fructus.ff.de vſuc. idem.

malæfidei poſ. etiam de culpa tene.l.ſi homo. & ibi Bar.ff. de rei vend.

Malæfidei poſ. an repetat expenſam factam pro cuſtodia rei.Lud.ſing.322.tenet quòd ſic. idem.

Mala fides defuncti impedit præſcriptionem hæredis, volentis, eam de nouo inchoare, vt eſt magis comm.opi. de qua Cur.iun.conſ.311.nu.36.vol.3. Bonac.

malæfidei poſſeſſor in vtroque foro nullo vnquam tempore præſcribit, vt eſt com.opi.Arno.Problemate 75.Et quomodo probetur hæc mala fides vbi vide. Et iuris error,& iniuſta cauſa malam fidem excludit, vt eſt com.opi.Soarez,ver. mala fides.nu.17.& ille dicitur malæ fidei poſſeſſor, cui ab aliquo ſit renunciatum rem emendam per ipſum fore ipſius domini, vt eſt com.opi.Soarez ibi.nu.19. Bonac.

mala fides præſumpta 30.annis purgatur, atque extinguitur: & ſic præſumptio malæ fidei tollitur 30. annorum curriculo, ſecun.Bart.in l.cum querebatur.in fi.C.vnde vi. Alexan. conſ.6.volu.1.& conſ.151.vol.2.Affl.deciſ.40.nu.12.Panor. in c.ſi diligenti.de præſcri.Bart.in l.celſus.num.17. vbi etiam Claud.nu.31.& Io.Fran.Balb.in 3.part.nu.41.ff.de vſuc. Iaſo. conſ.57.vol.1.& in §.ſed iſtæ.nu.100.inſtitu.de act.Dec.conſ. 267.& 558.in fi.Curt.ſen.conſ.82.Curt.iu.conſ.52.n.2.& ita conſuluit Crauet.conſ.146.Ruin.conſ.156.n.10.vol.2.conſ. 34.n.10.vol.2.& conſ.118.vol.4.Soc.iun.conſ.115.n.30.vol.1. & eadem opi.inhæret quoque Couar.in rele.c.poſſeſſor. par. 2.n.3.de re.iur.in 6. & Iac.Menoc.in tract.recuper.poſſeſſ.remed.13.nu.70.cum aliis complurib.in locis relatis per eos, in quibus apertè oſtendunt iſtam opi.comm.eſſe poſt Claud. & Balb.in d.l.celſus. F.Viuius lib.2.opin.168.

Mala fides hæredis vniuerſalis ſibi non nocet, ſi aderat bona fides in authore, ſecus hodie.auth.malæfidei.C.de præſcri. long.tempor.Et mala fides quando præſumatur, vide Bart.in l. quemadmodum.C.de agri.& cen.lib.11.Feli.in c.ſi diligenti. col.2.de præſcrip.vbi etiam docet modum probandi bonam vel malam fidem. Et dic, ꝙ quilibet poſt litis conteſtationem dicitur malæ fidei.l.ſed ſi.§.ſi ante.ff.de peti.hær. Put.

malæ fidei poſſeſſor recuſetur, qui à vero rei domino admonitus rem illam ſuam, non verò diſtrahentis eſſe, eam nihilominus emit.cōe pono ex Fel.c.2.n.5.ver.fallit 5.de præſc. Mat.de affl.dec.396.n.10.Balb.in relect.l.celſus.par.3.nu.24. ff.de vſuc.& Ario Pin.qui optimè declarat, in auth.niſi tricennale.nu.14.cum ſeq.C.de bon.mat. E.Suarez.

mala fides autoris non noceat hæredi vniuerſali, quo minus poſſit præſcribere, etiam ſi ipſe hæres eſſet bonæ fidei, dic ꝙ ſic, teſte Iaſ.in l.pomponius.§.cum quis.n.20.ff.de acq.poſ. & an noceat ſingulari ſucceſſori. vide Iaſo.in l.ſi ſic. §.ſi mihi. col.fi.in fi.ff.de leg.1.De hærede autem ꝙ ex mala fide defuncti impediatur præſcribere etiam iure canon. not.Alex.conſ. 84.num.1.lib.1. Quod non procedit ſi non vtatur ſui autoris acceſſione, quia tunc præſcribit in præſcriptione longi temporis, ſecundum Port.lib.4.concl.1.Quid in herede poſſeſſoris malæ fidei an poſſit ex ſua perſona inchoare præſcriptionem, dic, ꝙ ſic, iuxta not.per Alex.conſ.110.num.7.libr.1.vbi apoſtill. pro quo facit quæ ponit Iaſ.in l.pomponius §.quæſitum.num.13.& 14.ff.de acquir.poſſ.vbi de mala fide hæredis quid in eo qui præſcribebat, poſtea cæpit dubitare vtrum res pertineat ad eum, vel non, & ſic non habet bonam fidem nec malam ſed dubitat: dic, ꝙ talis defectus ſuperueniens non interrumpit præſcriptionem, ſecundum Iaſo.in d.l.poſſideri.§. genera.num.19.ff.de acq.poſ.& ad id quod dixi de eo qui dubitat, adde medium conſtitui inter bonam & malam fidem, vt aliud ſit bona fides, aliud mala, aliud dubietas media inter bonam & malam fidem, ſecundum communem per Fich. inter com.opin.lib.11.ver.medium.

Quòd mala fides impediat præſcriptionem, hæc concluſ. procedit etiam in actionibus perſonalibus, teſte Rol.conſ.21. num.19.libr.2. quam declarat ibi num.53.56.& 57.cui adde Oſaſc.deciſ.177.eundem Rol.conſ.9.num.38.& ſeq.lib.3.& an mala fides actoris noceat hæredi bonæ fidei. vide Dyn.in c.poſſeſſor malæ fidei.num.45.de reg.iur.lib.6.vbi concludit quòd non, quem tamen reprobat Roma.conſ.149.col.fin.& conſ.201.col.2.num.5.Aym.conſ.146.in fi. quæ præſcriptio cum mala fide an procedat hodie, & quando: ponit Minſing. cent.4.obſer.6.vbi quòd etſi iure ciuili præſcriptio 30. annorum procedat cum mala fide, l.ſicut. C.de præſcriptio.30.vel 40.annorum.communiter tamen à doct.concluſum leg.omnes leges ciuiles quæ dicunt præſcriptionem certis in caſibus non exigere bonam fidem: à iure cano. correctas & ſublatas eſſe, tam in rebus corporalibus, quàm actionibus realibus, & perſonalibus, quod & Alex.confirmat in realibus loquens conſ.51.num.11.lib.5.Rip.reſponſ.195.vbi quòd l.omnes.& l.cum notiſſimi.C.de præſcript.30.vel 40.annorum. de iure cano.corriguntur, in perſonalibus verò & in debitore non exiſten. in mora. idem dicit ipſe Rip. ſecus in debitore moroſo, de quo vide quæ ſcribit Alexand. conſ.4. libr.2.vbi quòd mala fides autoris nocet ſucceſſori, ſecundum communem opinionem ibi relatam, quam concluſ. non ſolum in tempore 30. vel 40.annorum procedere dicit Miſing. vbi ſ. ſed etiam ſi ſit tempus immemorabile, dummodo conſtet de mala fide præſcriben. quia immemorabilis temporis curſus non ſuffragabitur, teſte Alexan.in l.cum aliquis. C.de iure delib.Iaſ.in l.poſſideri.§.ex pluribus num.6. ff.de acq.poſſeſſ. vbi quòd de iure canon.quandocunque ſuperueniat mala fides interrumpit & tollit præſcriptionem, & ibi etiam quòd dubitans de iure ſuo, vel ſui auctoris poteſt præſcribere, de quo vide quæ idem ſcribit in d.l. poſſideri.§.genera.num.19. Quid in vſucapione? & dic, quo ad eam ſufficere de iure ciuili bonam fidem ab initio, & quòd mala fides poſteà ſuperueniens non interrumpi. vſucapionem, l.vnica. C.de vſucapio. transfor. & tamen in fructibus mala fides ſiue ab initio, ſiue ex poſt facto ſuperueniens ſemper acquiſitionem fructuum impedit, rationem ponit Iaſo.in d.l.poſſideri. §.ex contrario. num.38.& ſeq. ff.de acquirend.poſſeſſ. quam ſententiam declara, vt per eum in l.pomponius.§.quæſitum. num.13.& 14. eod. titul. vbi loquitur de mala fide hæredis. priorem tamen concluſ. limita, vt per Miſing.d.obſer.6. non procedere in actionibus, quæ de ſui natura temporales ſunt, nec pœnam continent, ſed potius dantur ad intereſſe. item iure adeundi per 30. annos, cum ius ſit quærendum, & non quæſitum, denique non procedit in mala fide prædeceſſoris, quæ videtur non impedire inchoare præſcriptionem, Afflict.deciſ.40.numer.7.cuius contrarium not.Cagnol. in l.qui in alterius. numer.16 de regul.iur. Quas opinio.concludunt Abb.in cap.2. num.7.& ſequent.de præſcript. vt negatiua opin. obtineat in ſing. ſucceſſione, affirmatiua verò in vniuerſali, qui tenetur exonerare conſcientiam defuncti, teſte Curt.iuni. conſ.170. numer.14.& habetur per Rolan.conſ.6. numer.42.43.& 45. libr.3.vbi prædictam concluſ.quòd præſcriptio cum mala fide non currat, ampliat procedere in præſcriptione immemorabili, quæ mala fides præſumitur in contrahente: qui ſcit contractum reſcindi poſſe, & præſumitur etiam ex ſcientia rei alienæ.& d.conſ.Rol.numer.47.quòd mala fides defuncti nocet hæredi, vt non poſſit continere præſcriptionem, nec de nouo inchoare ex perſona ſua in quacunque actione, ſecundum communem opinionem, ibi relatam, cui adde, quòd licet malæfidei poſſeſſor non poſſit præſcribere dominium: poteſt tamen præſcribere confirmationem dominij, teſte Minſing.centur.4. obſeruat.28. ex Bal.conſ.303. libr.3. Rub.Alexand.in conſ.3.numer.10. Balb.de præſcript. 4.part. 5.part.princip. quæſtio.22. in fin. Iaſ.de feud.in titul.qualiter feud.conſti.verſ.his conſequens, pro qua quæſtio. præſcript. cum mala fide, vide Matheſ. ſing.23. Rol.conſ.3.numer.93. libr.1. vbi quòd allegatio malæfidei præſumpta non admittitur vltra 30.annos, quæ mala fides probatur per ſola indicia, ſecundum Bal.in l.penult.C.de euict.Hypol.ſing.34. & tollit omnem præſcriptionem, ſecundum communem per Paris.in conſ.15.numer.20.libr.1.Iaſo.in l.poſſideri.§.genera. numer. 18.& ſeq.ff.de acqui.poſſ.vbi pulchrè, cui adde Rol.conſ.21. nu.19.53.56.& 57.lib.2.

PRO. malum eſt peccare, ſed diabolicum perſeuerare.not. in l.conſentaneum.C.quom.& quan.iud. Bellon.

PRO. malum eſt cadere propoſito, ſed peius eſt ſimulare propoſitum.can.certè.12.q.1. idem.

PRO. malorum mores infirmitas animi non excuſat.c.qui reſiſtit.11.q 3. idem.

PRO. male meritus publicè, vt aliis exemplo ad deterrenda maleficia ſit, egeſtate laborare debet. l. bona fides. ff. depoſit. idem.

PRO. maleficiorum nulla ſocietas eſt.l.1.§.nunc tractemus ff.de tut.& rat.diſtr. Bellon.

Maleficium & is commiſiſſe dicitur, qui vel iniuriam intulit, vel verbis quidpiam aliud pœna dignum effutiit, cōmune aſſeuerant Blanc.in pract.crim.nu.51.Iul.Clar.in pract.§.1. verſ. ſed quæro nunquid maleficium. Quamuis contrarium affirmet receptum Alciat.in l.verbum facere.ff.de ver.ſig. cuius opin.magis explodenda verbi ſubtilitate, quàm ſolidis iuris rationibus fulcitur. E.Suarez.

Maleficium non ſolum committitur malè faciendo, ſed etiam malè dicendo, communis eſt contra Bartol.in l.aut facta.in princip.numer.1.ff.de pœn.vt teſtatur Alexand.in apoſtil.ibidem. quem refert Blanc.in pract. crim. numer.41.vide Clar.in lib.5.ſent.§.1.ver.ſed quæro.vbi addit etiam illum malè facere, qui malè cogitat. P.Fichard.

maleficium committitur, non ſolum malè faciendo, ſed etiam malè dicendo.Et ſic maleficium etiam dicitur, quòd verbis committitur, prout blaſphemia, iniuria verbalis. Et ideò punitur ſtatuto pœnam duplicante, ſi de nocte committatur, vt eſt communis opinio.Clar in §.Blaſphemia. verſic.ſed quæro nunquid. Et etiam quis dicitur malè facere qui malè cogitat.Soarez ver.maleficium. Bonacoſſ.

maleficium an comprehendat malè ſcriptum, vel malè dictum, Alexand.in conſil.77.volu.1.repetito in conſ.62.volu. tertio. Angel. inſtitut. de obligation. quæ ex delict. naſcun. P.Andora.

maleficium commiſſum infra duos confines iuriſdictionum ſeparatarum, vterque poterit procedere, com. eſt opin. Graſſus com.opi.lib.1.c.2.q.9. Bonac.

PRO. malitia ſupplet ætatem.l.3.C.ſi mi.ſe ma.dix.ca.de illis.2.extra, de deſp.impub. Bellon.

Malitia ſupplet ætatem, quoad ſponſalia, Couar.in epito.4. c.2.com.dicunt. B.Villal.

PRO. malitiis hominum eſt obuiandum. l.in fundo. ff.de rei ven.c.auaritiæ.de elect.in 6. Bellon.

malitia hominum malitiis obuiañ. eſt. l.in fundo. ff. de rei vendic.l.cum hij.§.ſed cum lis. ff.de tranſact. Hypol.marſil.in l.1.§. cum quis latrones. in 1. col. ff.de quæſtionib. & ſingul. 177. P.Andora.

malus ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali.l.caſſius.ff.de ſenat.l.ſi cui. & ibi Bar.& Alexand. ff.de accuſat. Alexand. in l.metum. C.quod met.cauſa. Felyn. in cap.teſtimonium.in 9.col.de teſti.Iaſo.in repetitio.l.admonendi.in 138.ff.de iureiurando. & in l.de pupillo. §.ſi quis ipſi prætori.in nona columna.ff.de operis noui nunciat.Hypol. ſingul.74.

Non autem in alio, ſed in eodem genere mali. Alexand. in primo volumine, conſilio quinto. repetito in conſilio 93. in 1.col.

Fallit, vbi quis per triennium laudabiliter vixit poſt commiſſum delictum, text. in authentic.de monach. in princip. 1. col.Fel.in c.cum deputati.extra, de iud. P.Andora.

minus malum de duobus eſt eligendum. & ita communiter dicitur.l.exigendi.C.de proc.

Sed iudicio meo rectius diceretur, quòd de duobus malis maius malum eſt fugiendum. & ita videtur velle Iaſo. in l. carbonianum.C.de carb.edict. P.Andora.

Mandans alicui alapas infligi, vel os alicuius vulnere deformari, ſi homicidium ſubſequatur, non illius tenebitur. at qui ſimpliciter vulnus alicui inferri iubet, vel cùm offenſus eſſet, ſeruo iniungit, vt ad ſe non reuertatur, ante quàm nouum de offendenti audiat, ſubſequuti poſtea homicidij tenebitur, vt communia copioſè ponit Iul.Clar. in practic. §.vltim. quæſtio. octuageſimanona. verſ. pone, cum verſ. ſequent. E.Suarez.

Mandans delictum, eo non ſecuto, niſi atrox crimen fuiſſet, non tenetur, eo autem ſecuto, ſi expreſsè reuocaſſet mandatum, ſimiliter non tenetur. Sin tacitè, puta ſi mandatario ſignificaſſet, nulla reuocationis mentione expreſsè facta, ſe in gratiam cum inimico rediiſſe, vel parentelam cum eo feciſſe ſimiliter non tenetur, modò aduerſario tale mandatum notum feciſſet.l.3.ff.de op.legat. per not.in c.cùm audientiam. de homicid. & in capit. cùm quis. de ſentent. excommunicat.libr.6. & ibidem Petrus Ancharan. & canoniſt. communiter in capit.mulieres.cod.titul.& Gulielm.de Cun. quem ſequitur Bart.& reliqui Legiſtæ communiter in l.ſi pecuniam §.ſi ſeruum.ff.de cond.cau.dat.vt refert Bened.Capr. reg.80.nu.9.

Mandans & mandatarius pari pœna puniuntur, ſi ſtatutum in rem loquitur, & eſt ſecutus effectus, ſecundum magis communem opinio.

Secus verò ſi vtatur verbo, ne quis præſumat facere, cum tunc mandatarius non teneatur, iuxta communem per Burſ. conſ.20.nu.1.lib.1.

Mandans non dicitur aſſaſſinus, niſi interueniat pecunia, vel ſpes aliquid quærendi, vt eſt com.opi.Burſat.conſ.20.nu. 4. Bonacoſſ.

Mandans & mandatarius pari pœna puniuntur. Si ſtatutum in rem loquitur, & eſt ſequutus effectus, vt eſt communior opin. Secus verò ne quis præſumatur facere, cum tunc mandatarius non teneatur, vt eſt com.opin.Burſat. conſ.20. nu.1. Bonacoſſ.

Mandans torqueri non poteſt, nec contra illum procedi, niſi conſtet de mandato expreſsè & præſumptiuè, nec mandatarij dictum ſufficit, nec mandantis dictum nocet mandatario, & antequam de auxilio inquiratur, neceſſe eſt, vt de mandato conſtet, vt eſt communis opinio. Burſat. conſil. vigeſimoſecundo.numero ſecundo. Soarez, verb.mandator. n.44. Et ſtatuto punitur conuictus mandatarius, loquente de mandante, vt eſt communis opinio.Soarez, numer.46. ſi exequutum ſit mandatum, vt eſt communis opinio.ibi.nume.48.vbi fuſius. Bonacoſſ.

Mandans alicui alapas dari, vel ſfriſari, ſi homicidium ſubſequatur, non tenetur de homicidio, vt eſt communis opinio Soarez, verſ.mandans. Et præſertim ſi mandatum reuocauit. D.Hierony.à Monte in ſuis quæſtionibus.quæſtio.15.per totum. & delictum non fuit conſummatum. Sed ſi dominus mandet ſeruo, vt non reuertatur ad ſe, donec nouum de offendente audiat, ſubſequuti homicidij tenetur, vt eſt comm.opi. Soarez.ver.mandans.n.46.& ſeq.Et dixi fuſius in meo tracta. de ſeruis vel famulis. Bonacoſſ.

Mandans fieri delictum, non punitur in loco, in quo fuit datum mandatum. Sed in loco, in quo delictum fuit conſummatum, vt eſt communis opi.de qua Clar.quæſt.38. ver.item quæro. Bonacoſſ.

Mandans in vno loco committi delictum in alio territorio, & ibi ſit commiſſum, punitur ſtatuto loci, vbi commiſit delictum, non vbi fuit mandatum, vt eſt com.opi. de qua Ab. in c.licet.nu.27. Bonacoſſ.

Mandans aliquod delictum fieri, puniendus eſt in loco illo vbi factum eſt delictum, non in loco vbi mandauit, communem dicit Abb.in capit.fin.numero vigeſimoſeptimo. de foro competenti. quem refert Probus in capit. inquiſitores. numero quinto. in fin. libro ſexto. Pract.Conrad. in princip.

Duennas reg.378.in 3.ampliat.Plaza lib.1.delict.ca.15.n.17. Remig.de immun.eccleſ.in fall.5.n.3.& eſt ratio, quia mandans non tenetur ex mandato, ſed ex delicto propter mandatum ſequuto.Cla.d.§.fi.q.38.verſ.item quæro. P.Fich.

Mandans dominus poſt accepta iniuriam famulo vel conſanguineo aliquid in aurē, & ille famulus vel conſanguineus paulo poſt aliquem interfecerit,tunc ille mandans tenetur de homicidio.com.dicit Plaza.lib.1.delict.c.14.n.5.ver. his ſanè præmiſſis.ſecundum Bar.in l.ſi vētri.§.fi.n.1.ff. de priuil.cred. Clarus tamen putat dominum non puniendum pœna homicidij,niſi alia concurrerent, puta ꝙ dominus ſolitus eſſe talia facere,& quòd iniuria eſſet talis pro qua veriſimiliter debuiſſet mandare illum occidi,& in dubio putat tutius eſſe torquere dominum, & etiã punire pœna extrardinaria potius quã pœna mortis.Cla.d.§.fi.q.89.ver.fi. P.Fichard.

Mandans famulo ſuo dominus iniuria ab aliquo affectus, vt eat, nec reuertatur donec ipſe(dominus)intellexerit noua de illo qui ipſum iniuria affecit, ſi poſtea famulus illum iniuriantem occiderit, præſumitur ex mandato domini feciſſe. communem dicit Boſſ.in tit.de mandato ad homicid.nu.50. Ruin.conſ.6.n.1.lib.5. Chaſſ.conſ.58.nu.8.hanc etiam communem dicit Aug.ad Ang.de Maleficiis, in verb.& Sempronium.n.42.quem refert pract.Conradi.in decima Ampliatio. Alex.conſ.28.nu.5.li.4.refert Plaza li.1.delict.c.14.n.5.& ca.15.nu.3.Pract.Carer.n.37.& ſeq.quem refert Did.in repe. clemen.ſi furioſus nu.3.de homici.Duen.regula 307. Et hæc opinio locum habet etiamſi iniuria facta ſit domino. vel etiam ipſi famulo.vt communem dicit Carer.ibidem nu.41.Cla.d.§.fi.q.89.verſ.ſed hic. idem.

Mandans fieri homicidium,tenetur de homicidio propter mandatum:non autem ex mandato. com.dicit Marian.in c. propoſuiſti nu.22.verſ.non quæro.de fo.compe.Boſ.in tit.de fo.comp.nu.109.Cla.d.§.fi.q.89. idem.

Mandans non dicitur propriè facere, ſed interpretatiuè. com.dicit Vincētius Paleot.inter conſ.Alex.conſ.65.n.11.li.4.Cla.d.§.fi.q.89.ver.ſed quæro. idem.

mandans non punitur vt mandatarius, in caſu quo ſtatutũ prohibens aliquod delictum fieri,loquatur tantum in perſonam delinquentis,vt ſi dicatur ſi quis occiderit,ſi quis vulnerauerit,quicunque homicidium fecerit,&c.ſecùs ſi loquatur tantùm in rem & ipſum delictum, vt pro homicidio ſit pœna mortis.Hanc doctrinam Bart.in l.ſed ſi vnius.§.ſeruus n.2.& ſeq.ff.de iniuriis.& in l.aut qui aliter.§.fi.n.3.ff.quòd vi aut clam.communiter dicit approbatam,Deci.ĩ l.ſi quis id quod nu.38.& ſeq.ff.de iuriſd.omnium iud.& hanc etiam communem dicit Alex.in l.1.in prin.n.23.ff.de verb.obl.quem refert Aug.in verb.Sempronium.n.33.Boſſ.in tit. de pœnis.nu.14. Pract.Carer.n.59.Plaza.lib.1.delict.c.1.n.8.& c.5.n.22.Villapand.in repet.l.22.c.66.n.6.Tæg.in pract. crim.ca.10.nu.20. contrariam verò, ſcilicet, etiamſi ſtatutum in perſonam loquatur,nihilominus mandans vt mandatarius puniendus ſit, communem dicit Gandi. in tit.de tranſaction. in fi. quem refert Alber.in 3.par.ſtat.q.44.n.15.ita etiam ſeruare iudices atteſtatur prac.Carer.nume.quæ quidē opi.locum habet, ſi ſtatutum talem interpretationem à conſuetudine receperit.ſed abſque tali conſuetudine opinio Bartoli proculdubio eſt magis communis Hæc Clar. dict.§.fi.quæſt.39. verſi.ſed quæro. idem.

Maſculinum non concipit femininum,quando in diſpoſitione fit mentio de maſculino per ſe:& demum de feminino per ſe:quia expreſſum facit ceſſare præſumptum. l.ſi ita. ff.de lib.& poſthu.l.clemens patronus.ff.de hæred.inſtit.not.Bald. l.in multis.ff.de ſtat.ho.& do.Nicellus in l.edicto. ff.de iur.fiſ. Balb.deciſ.265.

maſculinum non concipit femininum,etiam in ſtatutis criminalibus.Menoch.de adipiſcenda poſ.nu.224. Quando adeſt ſtatutum, ꝙ ſtatuta non debeant interpretari. vt ibi. vide Deci.& alios,in l.feminæ.ff.de regu.iur.vbi ponit Deci. ꝙ ſtatutum,ꝙ filij bannitorum expellantur de ciuitate, non habet locum in feminis.Et ſtatutum de adultero non habet locum in adultera.Bald.conſ.6.lib.5.in fi.Tiraq.de retract.§.1.glo.9. numer.186.& 211. vbi etiam limitat plenè Anton. Gabriell. in ſuo communium concluſ.libr.6.concluſ.6. titul.de verbo. ſignific. Fallit in ſtatuto odioſo , quod odium eſt rationabile, & eſt verior,&magis com.opi.de qua Hiero.Gabriel.conſ.14. nu.24. Bonacoſſ.

maſculinum concipit femininum in teſtamentis & ſubſtitutionibus,ſecundum magis communem per Burſat. conſ. 1. nu.22.libr.1.

Maſculinum non concipit femininum in materia differenti,& vbi adſunt coniecturæ, ſecundum com.per Burſat.conſ. 1.nu.36.lib.1.vbi latius declarat.

maſſaritiæ.Quid veniat app.maſſaritiar.vide Panor.in part. 2.conſ.88. P.Andora.

maſſaritię non veniunt in generali obl.l.1.& ibi Bar.C.quę res pig.ob.poſ. idem.

PRO. Mater in teſtamento tutorem filiis dare non poteſt. datus tamen confirmatur.ff.de teſta.tut. Bello.

Mater poteſt filium exhæredare ex cauſa in caſu , ꝙ pater eſſet dilapidator,ne,ſ.hæreditas queratur patri,ſaltem quo ad vſumfructum, & ab eo dilapidetur, dummodò tamen inſtituat alium,qui poſtquàm filius ſit effectus ſui iuris,ei hæreditatem vnà cum fructibus reſtituat.com.dicit Clar.§.teſtamentum.q.41.ver.quæro etiam. P.Fich.

Mater tenetur filium inſtituere, vel exhæredare, nam ſi eum prætereat,teſtamentum nullum eſt,communem dicit in §.teſtamentum. quæſt.47. intellige ſi cauſam nullam inſerat, nam cauſa inſerta , talis præteritio habetur pro exhæredatione.ibid. idem.

Matrem filius non poteſt ſine cauſa in teſtamento præterire.commun.dicit in §.ibidem.quæſt.49. idem.

Mater diues propter inopiam patris tenetur dotare filiam pauperẽ ſecundum Bart.quem omnes communiter ſequuntur in l.neque mater.C.de iure dotium.& in auth.res quæ.C. communia de lega.& opi. iſtam ſequitur & tenet communẽ fatetur Coraſius in repet.l.qui liberos.ĩ 2.lect.n. 112.ff.de iur. dot.imò mater hoc caſu poteſt in dotẽ dare filiæ pauperi bona à lege prohibita alienari in vltima volũtate,ſecundũ omnium doc.communem ſentẽtiam,quam cõmendat,celebrat, & citat Soc.cõſ.75.vol.1.& Boer.deciſ.129.n.4.& ſeq.& opi. iſta interpretatur per Alex.conſ.56.vol.j.non procedere quãdo teſtator expreſsè prohibuiſſet alienari in cauſam dotis dicta bona. F.Viuius.

Mater in dubio non debet excludi à luctuoſa hæreditate filij.Cur.iun.conſ.134.n.6.communem dicit. B.Villal.

Mater acceptãs tutelam filiorum,ſi poſteà accedat ad iudicem dicens velle contrahere matrimonium,ꝙ filiis prouideatur de tutore,locus eſt tutori datiuo,ñ autem legitimo.Cur. iun.conſ.94.n.5.communem dicit. idem.

ADDITIO.ad quam donationem dicit Bart.in l.2.§.confeſtim.ff.ad Tertulianum,ꝙ mater tenetur confeſtim petere tutorem filiorum poſt mortem ſui viri, & intellectus illius dictionis confeſtim,nõ ſeruatur in practica, vt teſtatur Ang.in l.ſciant cuncti.C.de legitimis.hæredib.n.2.Bal.in l.precib.nu. 22.C.de impub.& aliis ſubſtitutioni.dicẽtes ꝙ habet annum ad petendum dictum tutorem.

Mater ſi per ſtatutum priuetur ſucceſſione filiorum ſtãtib. agnatis priuatur etiam auus maternus.Io.Nigo.in l.generaliter.n.45.de ſecun.nu.communem dicit.

Matri non creditur,dicenti ab alio quam à marito filium recepiſſe:etſi multum vagauerit. Boer.deciſ.29.n.6.communem dicit. idem.

Mater alienauit fundum filij, poſtmodũ illum hæredem inſtituit,adita hereditate,filius vẽdicare volebat fundũ.Querebatur, an poſſet diſtinguitur:aut fili' pro debito bonorũ ſubſidio fuit inſtitutus in re particulari,altero hærede vniuerſali inſtituto, quo caſu habetur loco legatarij.l.1.§.ſi fundo.ff.de hæred.inſti.& tũc poterit fundum vẽdicare,ſi verò inſtitutus ſit in quota hæreditatis,tunc pro parte ipſum tangẽte ſibi vẽdicanti obſtabit exceptio, poterit tamen ab altero hærede illud repetere,tanquam ſibi fuerit euictum:debet enim habere huiuſmodi bonorum ſubſidium abſque grauamine,videlicet legatorum,& fideicommiſſorum,nõ tamẽ æris alieni, vt no. Gl.in l.cum à matre.ver.item quid in debito C.de rei ven.cuius opi.comm.teneri Bar.atteſtatur.in l.fi.§.in computatione. ver.contra iſtam gl.C.de iure deliberand. vbi glo.contrariam ſentit. F.Turzan.

Mater à luctuoſa liberorũ hæreditate in dubio excludi nequaquam debet.commune ait Curt.iun.cõſ.134.n.6.Quin ſi à filio ſine cauſa prætereatur nullum teſtamentum dicet:ſi cũ cauſa ſilẽtio inuoluatur,pro exhæredata habebitur,commune prouũciat cũ Guliel.I.Cla.de teſtam.q.49.idemq; atteſtantur Ang.in §.mater.inſtit. de inof.teſtam. Bertr.conſ.1.n.3.& ꝯſ.23.n.2.lib.5.Did.à Cou.in c.Raynutius.nu.3.& ſeq de teſtam.Ant.Gome.de teſta.c.11.n.34. Si autẽ per ſubſtitutionẽ pupillarem excluſa fuerit, nunquam illi legitima aliqua portio debebitur.commune affirmant Alex.conſ.12.lib.3.&qui eum laudat Viuius lib.1.opi.206. E.Suarez.

Mater vel dotata,vel indotata.ſi legitimæ ſibi in patris hæreditate competituræ renũciet,nõ obetit ſui ipſius filiis ad aui hæreditatem adſpirantibus, vt commune inquiunt Rip.in reſponſis titu.de legibus & long.conſuet.ca.6.num.3.Viuius lib.1.opi.202.Videto tamen quę hãc in rem ſcripſi ſuprà ver. filius. idem.

Matri filium ex alio quàm ſuo ex marito ſuſceptũ aſſerenti nulla fides habebitur,etſi multum diuque vagata fuerit.cõmune effert Boer.deciſ.29. nu.6.aſſerunt & ij,quos s.laudaui ver.Filius. E.Suarez.

Matrem ad ſecundas nuptias conuolantem nec filius, nec filia dotare tenetur,cõmmune pronunciat Ripa in l.1.nu.82. ff.ſol.mat. E.Suarez.

Mater, vel frater aſſignãtes, dãteſq́ue ſimpliciter in dotem rem propriam,ſeu communem,illam vtique donare cenſentur, etiam quòd aliàs adminiſtratores bonorum puellæ fuerint,ſecundum Cy.Iac.de Are.& Saly.in l.fi.C.de dot.promiſ. Bald.in l.Neſennius.ff.de nego.geſt.& iſtorum opinionẽ tuetur plurib.& quidem optimis rationib.ſequitur conſulendo, &demum magis veram,magiſq; communem eſſe inquit Iac. Mandellus conſ.12.n.1.cum aliis ſeq.F.Viuius lib.2.opi.171.

Mater habet annum ad prouidendum filio de tutore, quæ ſi eſt minor nõ aſſumens tutelã filij:vel non petens ei dari tutorem, nõ priuatur illius hæreditate, vel ſi adſit aliqua alia iuſta cauſa,ſecundum communem per Burſ.conſ.8.n.40.lib.1. vbi declarat.

mater tutrix debet renũciare ſecundis nuptiis,S.C.Velleiano, & omni iuris & legum auxilio, aliàs tutela ipſo iure redditur nulla, iuxta auth. & quæ ibi notantur communiter per doc.matri & auiæ. C. quãdo mul.tutelæ officio fungi poteſt. Bart.in ver. quæro quid ſi mater nõ renũciauerit.n.11.& 12. Salicet.n.13.& 14.Spec.in tit.de tutore.§.nũc dicendum.n.5. verſ.hodie verò præfertur mater.Pau.de caſtr.in conſ.324.in prin.in 2.part.conſ.ſecundùm nouam impreſſionem.Ang.in §.actionum.nu.41.verſi.19.inſti.de act.Ant.Capycius in Dec. conſ.Neapol.Dec.50.num.5.6.& 7.Et his & aliis quæ copioſius proſequitur Rolãd.à Valle in conſ.76.num.5.6.7.& 8.in 1.Tom.conſil.hanc communem doc.ſententiam eſſe liquet. Kirchouius.

Mater legitima & naturalis mulierem arogantem excludere debet,per text.in l.2.§.impuberem ver.quare & ſi pubes.ff. ad tertul.ſecundum veriorem ſententiam per Oſaſc.deciſ.75. poſt nu.5.

mater impudicè viuens poſt mortem viri. perdit tutelam filiorum.Io.de Garro.in auth.eiuſdem. C.de ſecun.nup.n.21. communem dicit. Bonac.

Mater in medio exiſtens non excluditur ab agnatis ſubſtitutis, à legitima ſibi debita in hæreditate filij per ſubſtitutionem compendioſam verbis communibus factam,ſecundum magis communem per Burſ.conſ.8.n.39. libr.1. vbi articulũ ad partes diſputat.

Mater filiæ defunctæ ſuccedit excluſa matre teſtatoris ſubſtituta filiis per hæc verba,nullis naſcẽtib.liberis,vel natis deficientib. ſi vnus tãtum naſcitur, iuxta communem per Burſ. conſ.19.n.1.n.4.lib.1.vbi n.31.dicit ꝙ mater teſtatoris ſubſtituta nõ excludit matrem pupilli in tacita pupillari,vel ex mẽte præſumpta teſtañ.ſecus in filio teſtatoris,ſecundum veriorem ſententiam ibi relatam.

mater nũquam excluditur à legitima & Trebellianica factaaditione per ſubſtitutionem fideicommiſſariam,ſecũdum communem per Burſ.conſ.19.n.34. libr.1.

matris electio eſt adere vel ex pupillari.vel ex fideicommiſſaria euienente caſu ſubſtitutionis, ſecundũ communem per Burſ.d.conſ.19.n.35.

Mater tutrix tutelã amittẽs ob ſecũdas nuptias,eam nõ reaſſumit mortuo ſo marito,ſm Miſing.centur.3.obſeruat.83.

Mater tranſiens ad 2.vota:priuatur proprietate bonorum quæ filiæ obuenerunt ex hæreditate paterna,retento ſibi vſufructu,l.mater C.ad tertul.Rom.cõſ.405.col.fi.ratio eſt,quia licet per 2.nuptias non faciat iniuriam filio defuncto:facit tamen iniuriam viro,cuius anima triſtatur,in auc.de nup.§.quę verò, ex not.per Rol.conſ.81.n.2.3.& 5.lib.3.& nu.10.vbi ꝙ & ſi mater tranſiens ad 2.nuptias priuetur proprietate bonorum in quibus ſucceſſit filio,id tamen intelligitur voleñ altero filio primi matrimonij ſuperſtite, & declarañ matrem priuatam eſſe proprietate bonorum ſororis vtrinque propter tranſitum ad 2. nuptias quid diceñ quãdo mater conſentieñ filiis, vel de liceñ & conſenſu primi mariti conuolat ad 2. nuptias,& dic,vt per eundem Rol. d.conſ.vbi n.13.& ſequ.ꝙ conſenſus tacitus filiorum ſufficit,vt mater tranſiens ad 2.vota:non priuetur proprietate bonorum filij in quibus ſucceſſit,quid de matre quæ duos habebat filios, quorum vnus deceſſit antequam nuberet,alter poſt,& dic,quòd mater ſuccedit,teſte Bal.in auth.ex teſtamento.col.2.ver. ſed pœnæ C.de ſec. nupt. qua in materia matris vel vidue 2. nubeñ vide quæ ſcribit Rom.conſ.219.vbi inter alia,inquit, aut loquimur de pœnis quas incurrit quia poſt annum luctus mulier 2.nubit, de quibus in l. fœminæ & l. eleganter C. de ſec. nupt. & tunc voluntas viri tacita vel expreſſa 2. nubere permittentis, illas excludit,ſecundum Rom. d.conſi.& ſing.248.crem.ſing.74. Dec.in rub.col.pe.C.de ſec.nup.in c. eccleſia ſanctæ Mariæ.n. 35.de conſti. Boer.q.185.nu.20.Iaſ. in l.filium quem habeñ nu.13.C.famil.erciſc.in l.2.1.not.C. de indic.vid.toll.& hanc communem dicit Garo.in d.rub.par.vlt. C.de ſec.nupt.idem diceñ de matre 2. nubeñ poſt annum luctus, filiorum primi matrimonij voluntatę quòd pœnas prædictas. non incurret ex not.per Rom.d.conſ.219.col.2.n.3.Ang.conſ.396.col.4. Dec.in l.qualiter n.16.C.de inſti.& ſubſti.in l.nemo fraudare, num.5.de reg. iur. conſ.206.ante n.3.cõſ.317.nu.6.396.col. 2.Soc.Reg.272.fall.j. Boer.q.185.nu.20.Pariſ.conſ.29.n.81. & ſeq. libr.3.Rom.d.ſing.248.crem.ſing.74. quibus adde,ꝙ diſpoſitio legum imponens mulieri 2. nubeñ amiſſionem eorum quæ à primo viro conſecuta eſt, locum non habet in acquiſitis



quiſitis ex tit.oneroſo, Rom.d.conſ.219.col.2.nu.4. Dec.in rub.n.15.C.de ſec.nup.Boer.q.185.poſt n.10.ꝙ aũt nõ poſſit mulier 2.nubens tit. dotis plus in virum alienare: quàm in vnum ex filiis primi matrimonij:ſcribit idem Rom.d.cõſ.219. n.6.Boer.q.185.nu.22.ex l. hac edictali quæ lex non includit in ſe alienationem coactam & neceſſariam,teſte Rom. d.cõſ. 219.nu.7.& ſeq.

Mater in ſubſidium tene.ale.filium non econtra.l.tutor ſecundum dignitatem.§.3.ff.de admi.tuto. P.And.

mater ĩ.triennium tene.ale.filium.tex. cum gl.in l.alimenta.C.de neg.ge.& in l.nec filium.C.de patr.pote.& l.3.C.de alen.lib.Bened.in conſ.17.in 4.du.

Vide Pan.in c.2.de conuer.infidel.

Limita niſi ſit paupercula.ſecũdum Alex.in d.l.nec filium. Bal.in l.ſed & ſi §.quod autem.ff.ad exhib.

Limita etiam niſi eſſe.nobilis.Fel.in c.illud de præſump.

Limita inſuper.quando ipſa haberet lac. alias ſecus. Bal.in d.l.alimenta.

Limita etiam niſi eſſet nubilis cui eſſet dedecus lactare.Bal. in d.l.alimenta.

An autem tenea.alimentare ſi pater viuat.gl. in d.l.alimenta loquitur.mortuo patre.ſed dic idem.etiam eo viuẽte.Cor. in 4.vol.conſ.165.in fi. idem.

mater ĩ. triennium, non poteſt expelli ab educat.filij, niſi tranſeat ad ſecunda.vota.Bal.in tertia.parte. conſil.114.& ſequenti.

Non tamen eſt leg.adminiſtratrix bonorum.Alex.in l.filie. ff.de ſolut. idem.

mater non habet filios in põte.§.fœminæ.inſti.de adop.Iaſ. in aut.ex teſtamento.col. 7.C.de colla.Pan.in ca.2.in 2.no.de conuer.infidel.

Limita niſi mater ſit tutrix.quia tunc habet filios in põte.c. ex parte iuncta gl. & ibi expreſſe Phi.in fi.com. extr.de appel. idem.

mater tutrix tene. renuntiare 2.nuptiis, Alex.in 2.vol.cõſ, 103.cc.4.col.ibi 2.poteſt reſponderi.all. aut, mr̃i & auie. cum gl.quando mul.tu.off.fun.poteſt & ibi doct.& Bar. in l.ſi quis ſub condic.ff.de teſta.tu.& in d.aut.mr̃i & auie.Barb.in 3.vol. conſ.11.

Et in con.Phi.in c.vt cc.col.vlt.de elec.in 6. idem.

mater in tutela præfertur agnat.pupilli.Bal.in l.3.C.ad tertul.vide Alex.in 3.vol.conſ.110.

Et ſi p ſta.ab hæred.excluda. Cor.in 3.vol. conſ.101.Barb. in d.conſ.11.in 2.dubio.

mater in tutela.ſucceſſione.& in ſubſtituen.præfertur auo. niſi ſit vilis p'.Bal.in l.humanitat.col.9.verſ.5.quæritur.C.de impub.& aliis ſubſti.idem vult Bar.in d.aut.matri & auie ver. quæro.quid ſi eſt mater. idem.

mater dicitur leg.tutrix voluntaria Bar.in d.aut. matri & auie col.2.

Et præfertur in tutella ſi velit licet non in ſucceſſione. Ale. in d.conſ.110.

Ad hoc. vt mater ſit in mora.& poſſit dari. alius tutor.debet ipſa mater citari.Bar.in d.aut. idem.

matri non poteſt p iudicẽ. decerni adminiſtratio.niſi citat. aliis contutorib.Alex.in 1.vol.conſ.140.ibi & infertur prædicta deciſio.al.Bar.in l.leg.C. de admi.tuto.& Pet.de Ancha.in clem.2.de ſta.mona.

Quid ſi iudex faciat eam tutricem.an valeat. vide Imo.cõſ. 99. idem.

mater ſemper eſt certa.l.quia ſemper.ff.de in ius voc.

Limita in filiis expoſitis quorum parentes ignorãtur.Bar. ibi. idem.

matri dicenti filium non eſſe mariti.non tene. filius crede. vt s.in verbo filius probatur.§. idem.

mater tranſiens ad ſecunda vota deſinit eſſe tutrix.aut.matri & auie.C. quando mul.tu.officio fun. poteſt. & in aut.ſacrim. co.ti.& vbique Bar.& iſta priuatio induci.ipſo iure.l.1. C.qui pe.tuto.quam al.Pe.de anch.conſ.104.

Idem ſi luxuriata eſt.Barb.in 3.vol.conſ.11.col.1.Pan.in c. vxoratus de conuer.coniug.Ang.in §.actionum.col.20.de actis,& de leg.patro.tu.in fi.Bal.in l.his ſolis C.de reuoc.don.

Fac.quod vult.Bal.in 3.parte.conſ.114.& ſeq in quibus locis dicit quòd mater tranſiens ad 2.vota.deſinit eſſe leg. educatrix.

Intellige niſi teſtator aliter ordinauerit,vt vult Phi.in c.ex parte.in prin.ext.ad app.

Limita niſi eſſet tutrix teſtamentaria. gl.& Bar. ſecundum vnam op.in l. omnem. C.ad tertul. de quo.per Angel. Aret. in §.actionum.col.20.inſti.de actio.

Sed contrarium. tenet Bar.in d.l. omnem. & ibi Bal. & in aut.eis de pœnis in fi.de 2.nup.

Limitat.prædictam.etiam ſi eſſet vera.intelligo quãdo tranſiret ad 2.vota.poſt annum luctus.ſecus ſi ĩ.annum luctus.per no.deciſionem.Bal.in l.1.col.2.ibi.ſed pone prior maritus.C. de 2.nup.quam refert & ſequi.Iaſ.in l.filium quem habentem col.7. C.famil.erciſc.vbi in effectu vult,quòd ſi maritus reliquerit aliquid vxori. caſu quo.nubat.ĩtelligitur.ſi nubat poſt annum luctus.& nuben. an. non conſequetur relictum.& ita etiam refert & ſequi.Iaſ.in l.2.C.de indic.vidui.tol.

Limita etiam quando eſt trãſducta.ad domum 2.viri.alias non.Lud.ſing.219. P.Andora.

Quid ſi mater aſſeruit ſe velle nube.& fec. prouideri de alio tutore.& à caſu non nubit an reaſſumat tutelam.Marſ.tenet.quòd non.in l.etiam.ff.de quæſtio.all. Bal.in l.cum ancillis.col.vlt.C.de ince.nupt.adde eundem Bal.in l.Imperialis in fi.C.de nup.& in l.omnem.C.ad tertul.

Fac.quod vult Ang.inſti.de leg. patro.tu.ĩ fi. vbi dicit quòd inconti.quòd mater declarat ſe velle tranſire.ad 2.vota amittit tutelam.idem vult in §.actionum.in vigeſimaprima col.de actio.

Quid ſi mater luxurioſe viuit an priuetur tutella? vide Ang. inſti.de leg.patro.tu.in fi.vide s.§.1.ver.idem ſi luxuriata,&c. idem.

mater quæ habet alios contutores,an tenea.pẽte.prouideri de tutore loco ſui,quando vult tranſire ad 2.vota.Bal.in 2. parte. conſ.155.dicit. quòd ſi alij ſunt ſufficientes. non tenea peter. prouideri de alio, ſed debet notificare iudici. & in eius manibus renuntiarę tutele.& reddere.rationem. vide ibi per eum.

Alias autem antequam tranſeat ad 2.vota.ſi tutelam ſuſcepit tene.pete.prouideri de tutore filio.alias ei non ſuccedit vt etiam in terminis vult Cor. in 2.vol.cõſ.142.& in 4.vol.cõſ. 113.Ang.conſ.37. idem.

An autem mater tenea.petere tutorem filio.qui habet ſubſtitutum.Bal.in 4.part.conſ.441.tenet quòd non.vide Angel. conſ.118.

Et an tunc ſubſtitutus priue.hæred.vide ĩ.§.7. idem.

mater quę tranſiuit ad 2.vota.nõ reddita ratione.an punia. pœna.Aut.eiſdem pœnis.C.de 2.nup.vide Pau.de ca.ĩ 2.vol. conſ.264.incip. pro iſta domina. vbi dicit quòd quã ſõ nulla ſunt reliqua reſtituen. ſi nubat poſt annum luctus nõ incidit in illas pœnas. idem.

mater priuatur ſucceſſione.filij, ſi ĩ.annum eidem de tutore non petierit prouideri.Pau.de caſt.in 2.vol.conſ.265.& eſt tex.in §.fi.inſti.ad tertul.Beñed.in conſ.95.& in conſ.109.vbi quærit an mater tenea.pete.ĩ.50. dies an vero habeat annum & concl.quòd habet annum. & in conſ.148. idem in quolibet.non conſitiente inuent.quia priua.ſucceſſione.Calc.cõſ. 32.col.3.

Ampliat vt priue.etiam leg.Barb.in 3.vol.conſ.67.col. 5.& ſeq. idem.

mater tutrix teſtamentaria tene.face.inuent.alias nõ ſuccedit filio.Barb.in 3.vol.conſ.91.col.1.

Limitat niſi teſtator remiſerit inuentarij confectionẽ.Card. conſ.51.in 1.dubio.

Limita niſi filij eſſent egeni.& multis.creditorib.inuoluti. Lud.ſing.104.fac.quod hab.ĩ.§.9.

Limita. niſi eſſet minor.25.an.l.fin.C.ſi aduer.delict. & ita vult Pau.de ca.in d.conſ.265.Bal.in l.omnem.C.ad tertu & in l.præcib.col.3.de impu.Lud.Ro.in cõſ.279.Bened.de perurio conſ.14.Sonz.in 1.par.conſ.39.in fi.5.col.Cor.in 3.vol.conſ. 40.Ang. in §.actionum.col.22.de actio.

Limita etiam niſi eſſet mater.præuenta morte filij.qui ĩ.annum mortuus eſt.l.2.§.confeſtim.in fi.ff.ad tertul.Pau.in d.ꝯſ. 265.& in conſ.274.alias 276.incip.poſtpoſitis auctorib. Ang. conſ.166.Lud.Ro.conſ.221.

Limita præterea niſi teſtator remiſerit vt s.ver.limita niſi teſtator remiſerit,&c. idem.

Sed quid ſi mater.ſe arctauit in tẽpore. quia forte de anno nõ reſtabant niſi 4.dies.& mori.filius. an mater priuetur.eius hæred. Pau.de caſt.not.in d.conſ.265. tenet quòd ſic.& idem in effectu tenet.in d.conſ.274.Alex.in l.cum ſtip.col.4.de verbo.obli.

Et ĩ.quantum tempus tenea.pete.vide Ang.in §.fi. inſti.ad tertul.

Limita inſuper niſi ſubeſſet leg.impedimentum ĩ.annum, quia poſſet poſtea petere. nec priuaretur. hæred.filij.Paul.de caſtr.in 2.volu.conſ.372.incip.res iſta modicam habet dubitationem.

Limita præterea ſi mater eſſet ruſticana.vt vult no. Soc.in d.conſ.39.col.6. idem.

Quid ſi pupillus habet ſubſtitutum & mater non requirat prouideri de tutore an ſubſtitutus priue.hæred. Paul.de ca.in d.conſ.372.tenet quòd non.

contrarium tenet.Ang.in conſ.118. idem.

Quid ſi pupillus habet tutores leg.an excuſe.mater.ſi non petiit eos vrgeri ad adminiſtrat.Pet.de Anc.in cõſ.104.incip. pro declarat.all. Bar.in l.1.col.2.ff.qui pe.tuto. Cy. in l.Sancimus §.perſonis C.de admi.tuto.& gl.in l.matres. C.ad tertul. tene.ꝙ ſic.ad quòd Bened.in conſil.16.circa fi.& in conſ.148.

Sed ipſe Pe. de anch. intelligit quòd tũc mater excuſa.cum pupill⁹ habet tutorem leg. ideſt à iudice datum leg. vel alium leg.qui per renuntiationem matris ſolũ à iudice confirmatus ſit.& ei decreta adminiſtratio.l.leg.C.de leg.tuto.

Quid ſi pupillus habeat tutorem teſtamẽtarium?dic quòd mater excuſa.Ang.conſ.166. idem.

Quid ſi pupilli ſunt inopes ſeu egeni.an excuſe.mater.à peten.tutorem.vide Pet.de anch.in conſ.præal.col.pe.

Fac.quod habetur.s̃.§.6.verſic. limita niſi filij eſſent egeni. idem.

Sed quid ſi ſuperſit auia.& mater non petierit tutorem.An ipſa auia excuſe.Pet.de anch.in d.conſi.104.tenet quòd non. al.Bar.in l.1.ff.qui pe.tuto.col. vlt. dicens quòd hæred.defertur proximiori.per l.2.§.fi.ad tertul.Cor.in 4. volu,conſ.113. vide Bal.in l.matres.quæ eſt 3.C.ad tertul.

Idem in auo materno.quòd non excuſe.tenet. Benedic.in conſ.95.dicẽs, ꝙ ſi mater non petat tutorẽ ĩ.annum excludit etiam auus maternus à ſucceſſione.& ita tenet Ang.cõſ.108. in fi.vbi reſpondet ad rationem quam adduc. in contrarium. in conſ.37.ĩ.al.

Contrarium tenet Pau.de caſt.in d.conſ.265.in fi.al. Bal.in l.præcibus C. de impuber.& al.ſubſtit.& in l.3.C. ad tertul.& ita tenet bened. de perux. in conſil. 14. & conſil. 59. Angel. conſ.118.

Idem in patruo tenet.Ang.conſ.37.

Vide Bened.diſtinguentem.in conſ.109. idem.

Sed quid ſi mater erat minor. tempore quo. tranſiuit ad 2. vota.ſed tempore mortis filij erat maior an priue.ſucceſſiõe. Pau.de ca.in d.conſ.265.videtur tene.quòd ſic.& ita no.gl.in l.2.§.quid ſi pater.ff.ad tertul.& ibi Ang.& idem videtur ſeq. Sonz.in 1.par.conſ.39.col.6.

Contrarium tenet Bal. in d.l. præcibus.col.3.in l.omnem. C.ad tertul.& bened.in d.conſ.14. & Lud.in d.cõſ.279.Bene. in conſ.118.Lud.ſing.221.

Et in ſimili quæſtione.vide Ang.in §.fi.ver.quæro ſi tempore inſti.ad tertul. idem.

Quid ſi mater.non petiit dari curatorem ventri. Sed petiit infra vndecimum menſem nato filio.vide Bal.in 1.parte. cõſ. 156.vbi dicit paſſum.dubitabilem.propter text.in l.2.§.quod ſi cum pregnans ff.ad tertul. tamen concludit in fauorem matris.

An autem mater poſt annum poſſit purgare moram? Ang. in §.fi.inſti.ad tertul.tenet. quòd nõ.& in d.§. actionũ.col. 22. in fi. idem.

An autem mater pregnans poſſit require.ſe mitti in poſ.bonorum ventris nomine inuito eius Socero.Bal.not.in 3.part. cõſ.114.& ſeq. videtur conclude.ꝙ ſic.intellige.ſ.in bonis caſtrenſibus.vel quaſi. quia in aduentitiis ſolus pater habet vſum fructum.vt ibi.

Quid autem ſi mater tranſeat ad 2. vota poſt mortem.filij. cui in aliquo ſucceſſit an tenea. illud reſeruare. aliis filiis primi matrimonij.Bar.in conſ.54.incip.Angelus.in fi.videtur tene,quòd ſic. Idem.

Sed quid ſi ſit ſubſtituta filio pupillar.an per tranſitum ad 2. vota.priuetur.eo quod habuit ex ſubſtit.Bal.in 1.parte.conſ. 240.tenet quòd non & ſic conſuluit pro matre.

Fac.quod vult Iaſ. in l. præcibus. col. 13.C.de impub. & al. ſub.vbi dicit.ꝙ tacita pu.nõ excludit matrem trãſeuntem ad 2.vota.& dicit ꝙ iſtud communiter tene.al.multa.& idẽ vult in l.2.col.15.in fi.ff.de vul.& pup,

Contrarium tenet ipſe Bal. in eadem 1, parte. conſil. 249. idem.

An autem mater tranſiens ad 2. vota priuetur relictis ſibi factis à marito.Fed,in conſ.36.tenet quòd nõ.etiam ſi nubat ĩ.annum luctus.per dictum apl̃i.mortuo viro nubat in domino.c,pe,& fi.ext.de 2.nup.& 8.q.j.c.ſic.vir.& 2.q.3.c.hinc collig. quia mulier conſiſa de licentia Papæ apl̃i. & canonis. non debet eorum auctoritate decipi. & iſtud maximè procedit in terris eccleſiæ.Cor.in conſ.129.in 1.volu.& conſ.308.in fi.4. vol.ſubiungit quòd ſi nulla ratio. huius dicti haberetur.ſuffice.deberet auctoritas tantorum patrum. Nam ſecũdum eum hoc tenet accurſ.in l.1.C.de 2.nup.& gloſator in decreto 2.q. 3.ĩ fi.dama.& Hoſt.poſt eũ.vt not.in ſum.de 2.nup.in fi.Gofr. eo.tit.in fi.Inn.& Hoſt.qui fuerunt lux iuris. hoc tenent inc. vlt.de ſecund.nup.& propterea concludit ꝙ mulier tranſiens ad 2.vota ĩ.annum luctus.non perdat vſumfructum.ſibi relictum à marito.& ita videtur tene. Are. in cõſ.40.in 2.dubio. vbi tenet quòd mater per tranſitum ad 2.vota non priue.vſufructu ſibi à marito relicto. all. iura q̃ omitto. & ꝙ ſublata ſit omnis pœna.etiam ſi tranſeat ad 2.vota ĩ. tres menſes latiſſime tenet.bened.in conſ.70.Cur.conſ.27.col.2. Cor.in conſi. 21.Deci.in c.eccleſia ſanctæ mariæ. col.15.in fi.de cõſti.Cor. in 4,vol.conſ.308.in fi.Lud.Ro.conſ.182.

Bal.in 5.part.conſ.148.dicit quòd tranſeundo ad 2.vota ĩ. annum luctus priuatur proprietate. non autem vſufructu. & ita tenet Ana. in conſ.73. vbi reſpondet ad illud quòd pœnæ legales ſint ſublate ꝙ procedit quantum ad infamiam. ſecus quo ad alias pœnas.

Iaſ.autem.in l.2.col.1.in fi.C.de indic.vid.tol.dic.ꝙ ſi maritus qui habet filios ex vxore ſi fecerit legatũ vxori.nulla condi.adiecta & mulier poſtea tranſeat ad 2.vota.Siquidem tranſit ĩ. annum luctus in totum priuatur legato. ſi autem nubat poſt annum. perdit proprietatem. rei legate quæ acqui. filiis primi matrimonij. & habet tãtum vſumfructũ. hoc eſt ſecũdum eum. quod vult dice.ille tex.& clarius in l.1.& in l.fœminæ & in l.gñal̃r.C.de 2.nup.Alex.in 3.vol.conſ.66.

Et ita tenet.Sonz.in 1.parte.conſ.39.col. 5.vbi dicit ꝙ licet pœnæ quæ ſunt inductę pp nimiam feſtinationem.ad 2.vota videantur ſublate per dictum apl̃i. tamẽ pœnæ quæ imponũtur mulieri nõ quia feſtinãter nupſit ſed quia 2.nupſit.in quãtum cõcernunt fauorem filiorum primi matrimonij nõ intelligũtur.ſublate.& ita vult Dec.in conſ.87. ful.conſ.63. Alex. in 5.vol.conſ.119.& in 4. vol. conſ.68.col.vlt.& ipſe Deci.in c.eccleſia ſanctæ.M.col.15.de conſti.Are.in l. nullam C.ex q. cau.infa.irro.Lud.Ro.conſ.182.Bal.in l.liberorum.ff.de infa.

Limitat tamen Iaſ.iura prædicta.quãdo maritus fecit legatũ vxori ſimpliciter ſec⁹ ſi legaret vxori.etiam ſi ad 2. nuptias cõuolauerit.quia tunc dummodo nubat poſt annum luctus. habebit legatum.quo.ad proprietatem & vſumfruc.nõ ob.filiis primi matrimonij.al.gl.in §.vnum itaque.ĩ aut.de nupt.& Bal.in l.1.in ver. ſed pone prior maritus.C.de 2.nupt.& in l.filium quem habentem vbi etiam hoc repetit ipſe Iaſ. col.7.C. fam.erciſc.& Lud.Ro.conſ.219.incip. ex themate conſultationis Deci.in d.c.eccleſia ſanctæ.M.

Et quòd nuben.ĩ.annum luctus perdat legatum.etiam quãdo maritus legat ſi ad 2.vota.tranſierit.vide s̃.eo.§.1.ver.limita.prædictam.Lud.ſing.248.

Limita etiam Iaſo.ſi mulier tranſeat ad 2.vota.de licẽtia filiorum quia tunc non perdit proprietatem legati relicti à marito.al.gl.ſing.in aut.de non eli.2.nub.col. 1.quam Ang.dicit ibi eſſe ſing.& Ang.in l.mater.C.ad tertul.& Lud. Rom.in d. conſil.219.& ideo ſecundum Ang.debet eſſe cautus aduocatus quando conſuluit mulieri habẽti filios. & volẽti nube. ꝙ faciat filios conſentire.Lud.d.ſing.248.crem̃.ſing.74. Cæpo. cau.235.incip.ſi mater.

Limita etiam quia ſi nulli extant liberi.ex 1.mr̃io. mulier tranſiens ad 2. vota non perdit comodum eorum quæ ſibi à marito relicta fuerunt.l.fœminæ in fi.C.de 2.nup.Alex.vol.2. conſ.111.repetit.in 4.vol.conſ.45.& dixi latius in trac.ſta.ſta. ſub rub.muliere præmoriente.q.11.Dec.in d.ca. eccleſia ſanctæ Mariæ.Bal.in aut.ex teſtamento.col.2.C.de 2.nup.

Intellige præmiſſa ꝙ trãſitus ad 2.vota.ope.priuationẽ.bonorum.ſ.quę prouenerũt à marito.ſecus autem de bonis quę aliunde prouenerũt.vt vult in terminis Lud.Ro.conſ.279.in fi.& dixi latius in verſi.hæreditas ab inteſtato.ver.tranſitus ad 2.vota.

Ad iſtud vide Cor.in conſ.286.verſ.ſubſtantia autẽ vbi idẽ tenet in fortiorib.terminis al̃an.cõſi. Imo.vide ẽt aliquid per Decium.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.col.15. ver.2.cõcl.in fi. vbi al.Rom.in conſ.405.incip.præſuppoſitis. idem.

Quid ſi teſtator reliquit vxori alimẽta in domo. & ipſa ducit 2.maritum in domum primi.dic.ꝙ perdit legatum. Bal.in l.1.in fi.C.de lega.dixi in ver.legatum vxori factum.§.7.

Quid in donat.vxori.cõtemplat.viri vt in iocalib.quæ dant à cõſanguineis viri.an per tranſitum ad 2.vota. vxor priue.illorum.proprietate.Lud.Ro.not.in cõſ.405.in 1.dubio.tenet quòd non.crem̃.ſing.82.

Contrarium.in ſimili.tenet.Bal.in aut.in donat.C.de 2.nup, idem,





Nota ꝙ ſi mater ſucceſſit filio.ꝙ licet.priuetur.proprietate tranſeundo ad 2.vota.per ſupradicta.tamen illam proprietatẽ recuperat mortuo illo filio cuius fauore fuerat priuata. ita in terminis Bal.in 4.part.conſ.205.al.auth. ex teſtamento. & l.fœminæ. de ſec.nup.& l.mater.C.ad tertul.

Adde Alex.in 3.vol.conſ.66.ibi attamen attento &c.Ang. in §.1.verſ.item dubitari poteſt.inſti.de ſen.conſul.tertul. Vide Bal.in d.auth.ex teſtamento. idem.

Aduerte etiam.ꝙ mater quæ tranſiuit ad 2. vota. ſuccedit filio morienti.vna cum aliis filiis primi matrimonij.etiã quantum ad proprietatem in bonis quæ non prouenerunt à 1.marito. in bonis autem quæ prouenerunt à marito. ſuccedit in vſufructu.ita in terminis Lud.Ro.in d.conſ.405.in fi.& idem de vſufructu tenet Alex.in 5.vol.conſ.175.in vlt.col. ibi ſubdo tamen.Ang.in §.1.inſti.ad tertul.

Aduerte tamen.quia Alex.in 5.vol.conſ.63.videtur tenere quòd non ſuccedat in vſufructu extantibus aliis filiis.dum al. §.hinc nos.in auth.de nup.

Quid in patre tranſeunte ad 2.vota.An priuetur.proprietate.ſonz.in 1.part.conſ.34.multa adduc.pro parte neg.in contrarium tamen concludit videlicet ꝙ pater priuetur.proprietate.& idem vult in 2.vol.conſ.263.in 2.dubio.dec.qui infinita al.in conſ.87.Cor.in 2.vol.conſ.242.in fi.pe.col. & in vlti. col.Bened.in conſ.46.& ſeq.Old.conſ.33.Ang.in d.§.1. Vide in ver.hære.ab inteſtato §.26.Vide tamen Lud.Ro.conſ.182.

Qñ tamen nulli.extant liberi. tunc tranſitus ad 2.vota non operatur.aliquam perditionem.vt dixi.in trac.ſta.ſtatuto.ſub rub.muliere præmoriente.q.11.& dixi aliquid s̃.eo.verſ.limita etiam quia ſi nulli &c. idem.

Quid ſi non ſuperſint filij.Sed nepotes.ex filio vide notabiliter Cor.in conſ.286.vbi tenet ꝙ non inducatur.aliqua priuatio.Ipſe tamen Cor.in 2.vol.conſ.242.multa adducit probãs ꝙ inducatur.priuatio etiam ſi non ſuperſint filij ex eodem matrimonio dummodo ſuperſint.coniugis ſuperſtitis licet ex alio matrimonio. vide per eum quia ſubtiliter loquitur. licet ſua op.ſit contra communem. idem.

Pater vel mater. tranſiens ad 2. vota.non poteſt vſufructũ alienare.Bened.in conſ.46.& conſ.93.Quid ſi ex ſta.conſue, vel pacto coniunx. ſuperueniens lucratur. donationem. propter nup.vel antiphariũm puta 25.pro cẽtenario.Mortu⁹ eſt maritus. vxor fuit lucrata illam quantitatẽ.an in ea ſuccedant filij 2.matrimonij.cũ filiis primi matrimonij.crem̃.ſing. 172.alias vlt.tenet ꝙ non. ſed ſolum ſuccedent filij primi matrimonij. Si mater tranſiens ad 2. vota non reddita ratione. non ſit ſoluen.tenetur. 2.maritus pro ea.l. ſi mater. & ibi Bal. C.in qui.cau.pig.taci.contraha.In hac materia. vide Guidon. Pape.in conſ.44.vbi dicit.quòd diſpo.l.omnem ad tertu.non habet locum,in matre tutrice teſtamentaria. idem.

Matres liberorum tranſeuntes ad 2.vota,coguntur omnia illa quæ à liberis ſuis habent, eiuſdem ordinis filiis reſeruare: Quòd quidem etiam in partib.receptum eſt. etſi autem non habeam⁹ de hac deciſ.expreſſum aliquem textum,qui in ſpecie hoc decidat circa liberos:tñ habemus gl. notatu dignam in l.fœmina.§.illud etiam in verb.poſſeſſione delata.quæ extendit l.à muliere ad virum.C.de ſec.nupt.Deinde l. generaliter.C.e.hoc ſatis innuere videtur,dum dicit,eiſdem caſib.maritum quoque debere communibus liberis ſeruare.Ita doct. communiter in d.l.fœminæ.§.illud.Bart.n.2.Salicet.n.3.verſ. quærit.gl.an quod hic dicitur in muliere habeat locum in viro.Sichard.verſ.ſed hic oritur dubitatio.Marian.Socy.ſen. in conſ.34.n.3.vbi ipſe in vtramque partem valdè eruditè hanc materiam explicat in 1.tom.conſ.& Bened.capr. in conſ.46. nu.5.& hanc communem opi.doct.eſſe referunt Guid. Papa in ſuis deciſ.Grationop.q.228.dec.in conſ.87.nu.3.& in conſil.230.nu.1.& ibi apoſtill.in verb.marito Rol.à Valle in conſil.95.nu.9.in 1.tom.conſ.& Sichard.in d.§.illud.nu.2.in fin. Kirchouius.

Matri aſſeueranti filium non eſſe mariti, ſiue marito, ſiue filio declaret ſibi nequaquam credendum eſſet,ſec.Bald.Floria.& Iac.de S.Geor.in l.fi.§.fi.per tex.celebrẽ ibi.ff.de probatio.Cyn.Ang.Alberi.Saly.in l.ſi vicinis.C.de nuptiis.Bar.in l. filium.ff.de iis,qui ſunt ſui,vel al.iu.marſ.in l.1.§.ad queſtion. in fi.ff.de quæſt.Alc.in trac.de præſum.in reg.1.præſump.19. Paleotum.in trac.de nothis,& ſpuriis.c.24.nu.1.& ſeq.Io.de Neuizanis in ſua ſylua nuptiali,li.j.n.50.& ſeq.& copioſè Boeri.cum aliis congeſtis per eum, in dec.299.n.4. cum aliis ſeq. vbi ampliat opinionem iſtam, atque oſtendit eſſe veram, & communem. F.Viuius.lib.2.opin.170.

Matertera ad feudum admiſſa,propter defectum maſculorum,non debet poſtea priuari,licet ſuperueniant maſculi,Ita decidunt Iac.de Beluiſ.Nic.de Neap.Bald.in d.c.1.de duobus fratrib.à cap.inueſtit.vt per eos.

Et licet plerique teneant contrarium: tamen iſta eſt communis,vt ibi dicit Alua.& Iac.de S.Georg. in ſua inueſtitura, verſ.& fœminis:in fi.Soci.iun.in conſ.22.nu.18.vol.4. E.M.

Matrimonium contrahentes ſcienter in gradu prohibito, bona ipſorum ipſo iure debent publicari.tex.eſt in aut.incœſtas.C.de inc.nup.& §.j.in aut.de ince.nup. & c.cum ſecun.de herę.lib.6.& ita no.Boer.deci.264.n.13.& Coua.in 4.lib.decre.in 2.part.c.6.§.8.nu.5.Confiſcatio autem ipſa fit ipſo iure etiam in eccl.caſib.quos nouiſſimè poſuit, & recenſuit Lud. Greſoles in trac.in quibus caſibus iure ciui.omnium bonorũ vel partis publicatio ſit indicta. vbi ponit ſupra citatos caſus. Præmiſſa verò ampliantur: vt matrimonium hoc non poſſit contrahi cum conſanguinea,vel prohibita etiam ſub iſta conditione,videlicet ſi pontifex diſpenſauerit,ſec.Inno. Card. & abb.in c.ſuper eo.de condi.appo.Cald.conſ.1.in tit.de ſponſ. & iſtorum ſententiam ſequitur etiam Aret. conſ. 143.& in l. apud Iulianum.§.conſtat.ff.de leg.1.quam ait ibi eſſe communem,in contrariam verò partem inclinauit Ant.de Bu.in d.c. ſuper eo,cuius opinio de cõſuetudine ſeruatur,vt refert,atteſtaturq́; Boeri.in d.deciſ.264.nu. 27.& de iſta vltima opinione vide Anc.in c. ex publico de conuer. coniu. Ampliatur ſecundò regula pręmiſſa,vt habeat locum nõ ſolùm ſi nuptias contrahant,ſed etiam ſi acceſſum habuerint ad ꝯſanguineas, vel moniales,vel alias prohibitas perſonas,vt in cle.1.de conſang. & affin. & vltra miſſionem bonorum ſunt ipſo iure excommunicati,vt tenet Iac.de Simancas in lib.inſtitutionum catholicarum c.40.nu.5.Regula iſta ita explicita interpretatur primùm non habere locum in ſponſalib. quia requiritur neceſſariò,ꝙ matrimonium ſit carnali copula cõſummatum,vt in c.& ſi neceſſe,de donatio.inter virum & vxo.quem tex.ita intelligunt ibi Ant.abb.Præpoſ.& omnes communiter.Bald. Nouell.in trac.de dote in 11.part.nu.3.& 7.& Coua.memorato. §.8.n.20.Limitatur ſecundo,quando maritus, ſiue mulier ignoranter commiſerunt incœſtum,vel cõtraxerunt matrimonium illicitum ſecundum glo.in cle.1.de conſangui.& affini.vbi expreſſe tenet,& probat,quod ille,qui in caſu prohibito matrimonium ignoranter contraxerit, non incidit in pœnam illius cle.videlicet in pœnam incœſtus,adulterij illiciti coitus,& denique matrimonium hoc excuſat etiam à proceſſu criminali,quam gl.ſequitur fel.in c.examinata.nu.7. de iudi.& Coua.in d.§.8.nu.19.& hoc procedit,& videtur verũ, dummodo ſtatim quod ſciuerunt matrimonium non ſuſtineri & valere,abſtineant à coitu.text.eſt in l.ſi adulterium cum inceſtu,§.iidẽ imperatores.& ibi Bart.& Ang.ff.de adul.& Io. Bapt.Plotius in reperi.l.ſi quando.nu.289.C.vnde vi.& Paulus Girlandus in trac.de pœnis omnifariam coitus illiciti.q.5. n.3. Hic diſquirendũ eſt congruenter, vtrùm matrimonium hoc putatiuum, data ignorantia in altero ex contrahentibus ita prolem legitimet,ſicut verum,& per conſequens filij nati ex huiuſmodi matrimonio ſint legitimi.gl.in l.qui contra.C. de inceſtis nup.determinauit quod non.quam ſequitur Bald. nu.2.in 2.lect.Cy.nu.8.Saly.nu.5.Bart.in l.fi.nu.4.ff.de cond. ſine cauſa,& ibi Iaſ.Alex.in addit.ad Bart.in l.ſi adulterium,in addit.ſuper nu.2.ff.de adulter.marſ.in l.pen.nu.36.ff.de quæſtio.& hoc per rationem relatam per Caſſadorum in deciſ. vnica.n.1.in tit.de ſponſalibus,& matrimoniis.contrariam verò ſententiam,ꝙ imò ſi vnus eorum duntaxat impedimẽtum ignorauit, filij iſti ſunt legitimi, quoad vtrumque parentem, tenet gl.in c.referenti. in ver.ignorantiam, qui filij ſint legiti. in c.cum inhibitio.§.1.in verſ.ſi ambo.de clandeſt.ſponſ.& in c.in ciuitate. 34.q.2. & hoc dictum ſequitur Iac.de Arenis in d.l.qui contra nu.3.& Bald.ibi nu.4.in 1.lect. ſibimet parum conſtans.Hoc etiam tenet ibi Alberi.nu.2.Bart.etiam ſibiipſi contrarius in auth.de incœſtis nuptiis.in prin.abb.in ca.2.qui filij ſint legiti.Anch.in ca.1.de conſtit.& conſ.185.Præpoſ. in d.c.cùm inhibitio.nu.7.Plotus in d.l.ſi quando.nu.289.& Caſſadorus in dicta deciſ.vnic.nu.1.& ſeq.vbi ait iſtam eſſe communem opinionem,& ita pro hac parte affirmatiua maiorem partem Dominorum Auditorum Rotæ determinaſſe.Sed in iſta ambiguitate,& tam dubia materia laudatur diſtinctio tradita nouiſſimè per Petr.à Duen.in ſuis regulis in reg. contrahentes matrimonium.nu.2.circa fi.ſequendam mihi fore decreui quæ quippe ſemper mihi placuit, & videtur veritati, & æquitati conſona,eamq́; breuitati ſtudendo aliter non recenſeo,ſed videndam totis viribus ſuadeo. accedit etiam pręmiſſis,ꝙ mulier iſta ignoranter contrahendo matrimonium,ſ.ignorando in caſu iſto ius,vel factum abſq; dubio,poteſt repetere dotem,vt in l. ſi cum dotem.§.fi.ff.ſolu. matr. & hoc tenet,

& ſequitur Bart.in l.ſi adulterium cum inceſtu.nu.11. ff.de adulter,& in l.fi.nu.4.ff.de cond.ſine cauſa. & Iaſo.in addit.ad Port.§.fi.nu.16.inſtitu.de nupt.& matrimonium hoc putatiuum bona fide contractum, habet omnia priuilegia veri matrimonij,d.l.ſi cum dotem.§.fi.& ibi not.doct.Bart.in l.ſi concubinam.ff.rer.amo.& in l.de iure.§.fi.ff.ad municip.Hoc autem intelligitur procedere ex parte vxoris;nam ex parte mariti dos putatiua non habet priuilegium tacitæ hypothecæ, vt habetur per Alexan.in d.l.ſi cùm dotem. §.ſi poſt alios per eum relatos.Ratio eſt,quia non eſt idem fauor in marito putatiuo,qui eſt in vxore,quia ratio quare fauetur vxori putatiuæ in dote eſt,vt princeps poſſit facilius nubere.l.2. §.fi. ff.de priuileg.credit.& ita tenet Alex.in d.l.ſi cum dotem.§.fi. quæ ratio ceſſat in marito. F.Viuius.

Matrimonium ſolo conſenſu contrahitur, & non ſunt neceſſaria verba,Hiero.Cagn.in l.nuptias.ff.de reg.iur.n.5.com. dicit. B.Villalob.

conſenſus licet quoad Deum in Matrimonio per voluntatem cognoſcatur : tamen quoad eccleſiam,per verba vel alia ſigna conſenſum demonſtrantia,dignoſcitur.Et hic eſt verus ſenſus,& communis c.tua nos. de ſpon.Couar.epit.4.c.2.par. 2.nu.1. idem.

Matrimonium contrahitur per hæc verba, non,niſi te, habebo in vxorem.Præpoſ.in c.ex parte.nu.7.de ſponſalib.com. dicit. idem.

Concor.cum hac communi.l.15.tit. 5.part.4.

Limita quartò, communem principalem cum ſequentibus, ſi ſit contractum ante pubertatem : quia matrimonium non contrahitur,etſi ſint verba.Præpoſ.in c.2.de ſponſa.communem dicit.

Reſtringe, niſi alias cum alia, copulam carnalem conſummauerit,idem ibi communem dicit.

Reſtringe ſecundò,ſi ſit proximus pubertati,& malitia ſupplet ætatem.c.de illis.el 2.de deſp.imp.& proximus pubertati vir dicitur, cum accedit ad decimum & dimidium ſuæ ætatis annum;in femina ad nouennium cum dimidio.Coua.in epit. 4.nu.5.com.dicit ex gl.in §.pupillus.de inutil.ſtipu. & in l.pupillum.ff.de reg.iur. ipſe concludit arbitrio iudicis relinquendum conſideratis circunſtantiis.

Cum hac communi concor.l.8.tit.31.part.7.

Limita quintò,inter adoptantem & arrogantem. & filiam adoptatam ac arrogatam,& inter eius filios, & vxorem propter impedimentum legalis cognationis.Couar. epit.4.c.6.§. 5.nù.2.part.2.com.dicit.

Amplia in tantum eſſe veram communem, ꝙ ſi contrahatur matrimonium ſoluta cognatione legali,requiritur nouus conſenſus.idem Couar.ibi.nu.3.com.dicit.

Fallit in filiis emancipatis, qui non ſunt ſub poteſtate patris:quia inter eos matrimonium non impeditur. idem ibi in fi.com.dicit.

Limita ſextò,ſi contrahatur ſub conditione contra ſubſtantiam matrimonij.de qua per tex.in c.fi.de cond.app.quam intellige,ꝙ ſi vnus apponat conditionem, & alius non conſentiat,reſultant ex contractu ſponſalia de futuro:quæ per carnis copulam tranſeunt in matrimonium. Iaſ.in auth.ingreſſi.nu. 34.C.de ſacroſ.eccl.com.dicit.

Reſtringe hanc limitationem, ſi alius tacitè, vel expreſsè conſentiat:quia ex hoc ſponſalia quidem reſultant.Couar.in epit.4.c.3.part.2.n.16.com.dicit ex Geral.ſing.21. & Hippol. ſing.286.

Limita ſeptimò,ſi contrahatur matrimonium lite pendente ſuper primo matrimonio : aliàs nullo, quod contrahentes credebant eſſe verum nam tale matrimonium non valet.Præpoſ.c.cū in apoſtolica.de ſpon.com.d.quem intelligit Couar. epit.4.par.2.c.3.§.7.in foro conſcientiæ,non tn̄ in foro fori.

Limita octauò, ſi contrahens non poteſt generare: nam tum non poteſt contrahere,Ioan.de Neuiz.in ſylua nupt.par. 1.com.dicit.

Reſtringe ad eos,qui non poſſunt generare, natura impediente:quia ſunt frigidi à natura,ſecus tamen in aliis qui ſunt ætate & natura habiles,licet impotentes. Panor.in c.impuberes.de deſp.imp.com.dicit.

Reſtringe ſecundò, in non volente cognoſcere vxorem propriam,ſed cognoſcit extraneam.Couar.in epit.4.ca.4.§.1. nu.3.com.dicit.

Limita nonò,in occiſore presbyteri,quia licet non dirimatur matrimonium contractum. impedit tamen contrahendum.Couar.ibi.c.6.part.2.nu.5.com.dicit.

Limita decimò,quia impeditur contrahendum : licet non dirimat contractum fama publica etiam præcedentibus ſponſalibus iuratis.Præpoſ.in c.præterea.2.de ſpon.com.dicit.

Et idem eſt in vno teſte,Præpoſ.ibi in fi.com.dicit. B.Vill.

Matrimonium quo ad torum, diſſoluitur peccato Sodomiæ.Couar.in epit.4.c.7.§.5.nu.6.com.dicit ex Panor.in cap. maritis.de adult. idem.

Matrimonium ſecundum contractum in facie eccleſiæ,præualet,primo clādeſtino probato per vnum teſtem,& famam. Soci.conſ.19.vol.3.com.dicit. idem.

Matrimonium contrahi poteſt etiam à laborante in extremis,& propè inſtante mortis articulo,adeo vt per illud legitimentur etiam liberi anteà ſuſcepti. veram,& com.dicit Alex. in l.ſi quis poſthumos.ff.de lib.& poſthu.multiſque aliis dicit Pet.Du.reg.350.lim.1.Quam ibid.limitat, niſi talis legitimatio in fraudem legatariorum & fideicommiſſariorum fieret, &c. I.Fichard.

Matrimonium iuramento neceſſario coniugum non probatur.Io.Cora.ca.4.in Miſcella.lib.3.com.dicit:quam intellige vt in ver.iuramentum.nu.107.& in ver.confeſſio. B.Vil.

Matrimonium non probatur per nominationem licet faciat aliquam præſumptionem.Io.Cora.ibi n.7.com.d. Villal.

Matrimonium non probatur ex verbis narratiuis,vel enunciatiuis inſtrumenti.Curt.iuni.conſ.95.n.5.Feli.in ca.illud.de præſumpt.nu.2.com.dicit. idem.

Matrimonium nondum conſummatum,vna parte iniuſta, diſpenſatione poteſt diſſolui,Curt.iuni.conſ.170. nu.1.com. dicit. idem.

Intellige ſi eſt cauſa diſpenſandi,quia alias diſpenſatus non eſt tutus in foro.Deci.ibi com.dicit.nu.7. idem.

Matrimonium contrahitur,ſi dico,non mutabo te pro meliori vxore.idem Præpoſ.n.8.ibi com.dicit. idem Villal.

Matrimonium dicitur contractum per hæc verba,iuro vel promitto,ꝙ habebo te in vxorem.Coua.in epit.4.part.2.c.4. §.1.nu.5.com.dicit. idem.

matrimonium contrahitur præcedente expreſſo conſenſu mulieris ex traditione anuli.idem c.4.n.3.com.dicit. idem.

matrimonium contrahitur,ſi parentes præſentibus filiis,ac tacentibus,contrahant nomine filiorum. Præpoſ.in c.tuæ. de ſponſ.com.dicit.

De iure regio dicit l.10.titu.1.part.4.ꝙ ſi pater vult,vt filia contrahat matrimonium cum aliquo,& ipſa recuſet, ſi cùm alio contraxit ſine voluntate patris, quod poteſt illam exhæredare.Et de hoc vide Io.Lup.in repetit.c.per veſtras. de don. inter vir.& vxor. idem.

Matrimonium præſumitur per cohabitationem quadragenariam.Præpoſ.in c.conſultationi.de ſponſ.com.dicit. idem.

matrimonium ſub conditione contractum, adueniente conditione, non eſt neceſſarius alius nouus conſenſus, aut contractus.Couar.epit.4.c.3.nu.5.com.dicit,ex Abb.in ca.de illis.de cond.app. idem.

Limita iſtam communem,ſi à principio illicitus ſit contractus,quia contrahentes erant impediti, & contrahunt ſi cum eis fuerit diſpenſatum.quia adueniente diſpenſatione, nouus requiritur conſenſus.Franc.de Areti.in l.apud Iulianum.ff.de leg.1.com.dicit.

Reſtringe iſtam limitationem ad conſenſum præſumptum: & ſic ſi poſt diſpenſationem ſcienter cohabitauerint, vel ſe commiſcent per carnis copulam,ſufficit ad hoc quod dicatur matrimonium contractum.Ferd.de Loaz.de matr.dub.12.n. 24.com.dicit.quem refert Couar.in epit.4.ca.4.nu.5. & dicit etiam communem.

Limita primò communem, & ſequentes, niſi aliàs fuerit contractum per metum,quia eſt ipſo iure nullum.Panor.in c. cùm locum.de ſponſ.nu.6.com.dicit.& Barbat.conſ.54. vol. 1.nu.10.com.dicit.

Nota iſtam com. cum ſeq. ad intellectum l.15. tit.2.part.4. vbi inuenies concordantias ad ea quæ fiunt per metum.

Amplia limitat.non ſolùm ſi fiat ex metu,ſed etiam ex præſumptione metus.Io.à Rip.in c.cum de conſtit.nu.180.com. dicit. idem.

Amplia ſecundò,etiam ſi metum paſſus dederit cauſam metui,vel coercitioni,gl.in c.veniens.de ſpon.Coua. epit.4.part. 2.c.3.n.7.§.3.com.dicit. idem.

Nota, ꝙ hic metus debet eſſe qui poſſit cadere in conſtantem virum,quod arbitrio iudicantis relinquitur, gl.in l.interpoſitas.C.de tranſactioni.Couarr.in epito.4.capit.3.§.2.nu.8. com.dicit.

Amplia iſtud notabile ad reſcindendum quemcunque contractum,etiam alium à matrimonio.Hieron.Cagn.in reg.omnibus.de reg.iur.ff.in prin.com.dicit.

De iure regio,metus qui p̄t cadere in conſtantem virum,eſt

metus



metus mortis,mutilationis membri,vel tormenti corporalis, vel perditionis libertatis,vel famis vel ſimilium.l.7.tit.33.parte 7. idem.Vill.

Matrimonium carnali copula conſummatum, non poteſt diuidi per diſpenſationem.Hiero.Cagn.in l.nuptias.nu. 5.de reg.iur.ff.communem dicit. B.Villalob.

Matrimonium ſtatutum punitum,intelligitur de conſummato.Hippol.ſing.196.communem dicit. idem.

Iſta communis videtur limitare.l.49.taur.loquentem de contrahente matrimonium clandeſtine: ſed illa lex hanc reſtrictionem non recipit, ſecundum mentem, quæ ſemper eſt attendenda per longè tradita per dec.conſ.261. præcipue cū verba legis ſint intelligenda iuxta materiam,& actum de quo agitur.l.ſi vno.in prin. ff.loc.l.damni infecti.ff.de dam.infect. l.ſi ſtipulatus.de vſu.& Bart.in l.j.per illas ll.C.de negot.geſt. Et in l.3.eius tit.& Iaſ.in l.explicito.§.hoc autem.ad treb.ff.lectur.2. & cùm in matrimonio clandeſtino eccleſia non curat de copula,ad hoc quod dicatur clandeſtinum.c. diuortio & ibi doc.de clandeſt.deſponſa.nimirum quod d.l.tau.copulam non deſideret.Et hanc opinio. per plura tenet doct.Del.caſti. in d.l.Item etiam in adulterio non curatur de copula, vt in l. 2.tit.15.lib.8.in ordi.vbi diſponitur ſponſam de præſenti poſſe occidi per ſponſum, apprehenſam in adulterio repro.2. li. 3.ti.de los adulte,For.ll.ſed hanc l.intellige,quando ſponſalia de præſenti ſunt contracta in facie eccleſiæ:vt diſponitur in l. 80.tau.tamen fiat clandeſtinè:puto procedere d.l.fori.Et nota quod ratione minoris ætatis non ſubuenitur ſi ſit maior 14.ann.l.4.tit.18.par.6.quam vide ad materiam,an minor in delictis excuſetur. B.Villalob.

Matrimonij appellatione in odioſis non veniunt ſponſalia. fel.in rub.de ſponſ.nu.2.communem dicit. idem.

In matrimonio admittitur dandi conditio præter cauſam dotis,quando datur vxori iuueni,vel generoſæ,etiam ſi ſit vilis in præmium iuuentutis.cur.iun.conſ.60.n.20.com.d. Nota quod hęc donatio non tenetur à muliere reſeruare filiis primi matrimonij,ſecundò nubens.Io.à Ripa in l.fœminæ.C.de ſec.nup.n.35.& Io.Lupus in repeti.rub.§.50.n.35.quę faciunt ad intellectum.l.15.tau.& ea quæ habentur ſuprà in ver.binubis. idem.

Conditio appoſita, ſi inuenta virgo, reiicitur & valet matrimonium,etiam ſi inueniatur corrupta.Prępoſ.in c.per tuas de condit.appo.communem dicit.

Vide tu de tali caſu in terminis eleganter conſulentem Angel.conſ.82. incipi.factum ſuper quo petitur conſilium, &c. in 2.dubio. I.Fichard.

Matrimonium ex ſola anuli delatione nō probati,maximè in locis,in quibus hoc ſignum eſt æquiuocum, teſtatur Oldr. conſ.158.nec ex ſola fama,ſec.doct.in c.illud.de præſum.quę Decretalis eſt clauis in materia iſta.conſuluit Bart.conſ.114. proceſſum eſt.facit tex.in c.veniens primò de teſtib.& licet Imol.in d.c.illud.videatur voluiſſe famam cum cohabitatione probare matrimonium, tamen poſtea cōtrarium concludit, & ſic communiter tenent doct.in d.c.illud.Quibus adde Soci.conſ.39.viſis.vbi latè lib.1. F.Turzan.

Matrimonium contrahi non poteſt cum tali perſona quæ honeſtè & abſque dedecore noſtro, nobis vxor legitima eſſe non poteſt,puta ſi nobilis ducat concubinam.ſcortum,aut aliàs vilis conditionis, &c. ita permulti tenent, adeò vt Maria. Soc.iun.conſ.52.nu.11.vol.1.hanc communem,& ab ea non eſſe in conſulendo vel iudicando recedendum aſſerat, vt refert ad longum Petr.Duen.regul.318.in 2.limit.Et idem porrò regul.350.fallen.8.

Contrariam verò multo communiorem & receptiorem eſſe demonſtrat idem Duen. in d. regul. 350. in 6.Amplia.Et hanc poſteriorem,communem eſſe teſtantur Franciſ.à Ripa, Bart.Soci.Matth.de affl.Fran.curt.iun.& nouiſſimè Tiraq.vt in d.Amp.6.refert idem Duen. I.Fichard.

Pœnæ impoſitæ de iure ciuili mulieribus intra annum luctus nubere feſtinantibus,& ſic in odium feſtinantiæ ad ſecūdum matrimonium,de quibus in l.1.& 2.C.de ſec.nupt. & in auth.de nup.§.primæ.De iure canonum ſunt omnes ſublatę, ita ꝙ nunc etiam intra annum liberè & impunè nubere poſſunt.Pœnę verò impoſitæ de iure ciuili mulieribus tranſeuntibus ad ſecunda vota,relictis liberis ex priore matrimonio,& ſic pœnæ impoſitæ in fauorem filiorum primi matrimonij, de iure cano.non cenſentur ſublatę.eſt com.opi.ſec.abb.in c. fi.extra de ſec.nup. M.Chærian.

Libertas matrimonij nec per pactum,nec per ſtatutum pœnale impediri poteſt:& talia pacta vel ſtatuta dicuntur contra bonos mores,& non valent.Eſt magis com.opin.ſec.Alex.in conſ.1.viſo proceſſu ver.& illud quod.vol.3. idem.

Matrimonium tecum volo contrahere:vel volo ducere te in vxorem ſeu placet mihi te habere in coniugem : huiuſmodi verba efficiunt ſpōſalia de futuro, & non de præſenti:& ſic ſolum ſapiſunt ſpōſalia de futuro,ſec.Io.Andr.& abb.in c.ex literis, de ſponſ.Alex.conſ.153.vol.5.in prin.& affl.in conſti. Neap.libr.3.tit.19.Sylueſt.in ver.matrimonium.2.q.9.Boer. conſ.40.nu. 54.& ſeq.& Couar.in epit.de ſponſalibus.2.parte c.3.n.4.vbi præſupponit iſtam eſſe magis communem opi. & eam concordat cum ſententia Card.in d.c.ex literis aſſerentis per verba præmiſſa contractum fore verū matrimonium. F.Viuius lib.2.opin.173.

mercatori neque alij ante, quàm debitor ſuus ſit moroſus in ſolutione, vel reſtitutione pecuniæ ſibi debitæ, puta ſi dilationem ad ſoluendum vel reſtituendum debitori conceſſerit, ad aliquod intereſſe paciſci licet, etiã quòd mercator, in loco mutui facti tantum fuiſſet veriſimiliter lucraturus, quia etiam ſolito negotiari non congruit ante moram de aliquo intereſſe paciſci, neque illud ſibi debeatur ex doct.Aret.conſ.9.dub. 3.dec.in c.cum venerabilis.de excep.in conſilio 116.in fi.conſil.441.ad fi. hac fretus ratione, quia ſi ſibi non debetur ante moram, nec in pactum deduci poteſt, ſic quoque arguit ipſe dec.conſ.119.verſ.in oppoſitum ibi quia demum rem, & hanc ſecutus opin.communem affirmat idem Aret.conſ.152.viſo Themate, dubio 2.& conſ. 157. viſis diligenter ad fin.licet enim dec.contrarium (forſan de dicto Aret.non recordatus) ſequutus fuerit conſ.111.ver.non obſtant quædam reſponſiones, ab authoritate tamen Aretin. non videtur recedendum, quem etiam ſequitur Crauet.conſ.87.incip.Sempronius parte 1.ſubdit tamen ipſe dec. loco præallegato ſe putare, quòd habito reſpectu ad intereſſe veriſimile, puta in caſu l. curabit. C.de act.emp. certa quantitas promitti & de ea conueniri licitè poteſt, cum tunc de verò intereſſe appareat, & ſi communi contingentia inſpecta & fundo vendito tot fructus percipiuntur, qui valent decem plus tamen & minus. ſecũdum varietatem temporis, illa promiſſio à principio facta iuxta illa decem, parum plus vel minus non videtur illicita, quia ad fructus & intereſſe commenſuratur & videtur facta quędam tranſactio, futuro euentu inſpecto, ad ſubmouendum probationis difficultatem, pro quo allegat tex.quem dicit bonum in l. fi.ff. de præto. ſtipul. fatetur quoque, nu. 14. ſententiam illam doct.qui tenuerunt intereſſe tueri, & peti poſſe, communem, quam tamen iure non bene probari, inquit, eò quòd tale intereſſe, dicitur, extra rem, de qua nulla ratio habetur etiamſi ꝯſiſtat in damno, allegat text.in l.ſi ſterilis.§.cum per vẽditorem. de act.emp. F.Turz.

mercator, vel ſolitus mercari, an & quando lucrum ceſſans à moroſo debitore licitè petat? Dic vt per Burſ.conſ.68. nu.11.lib.1.

mercatores noſtri temporis qui libros conficiunt, coguntur edere libros ad inſtantiam creditorum, iuxta communem per Burſ.conſ.39.nu.31.lib.1.

mercatores belli tempore nec merces licitas ad hoſtes deferre poſſunt. commune inquit Bocr.dec.172.nu.10. At in pace ſeu in pactis induciis impunè non veritas merces ad illos aſportabunt. commune cum multis pronunciant Straccha de mercat.1.parte nu.43.& nu.47.in fi.I.Clar.in pract.§.vlt.q.87. verſ.Chriſtiani. E.Suarez.

mercatores rationum codicem poſtulantibus aduerſariis edere tenentur. vt frequentius placitum aſſeuerat Straccha de mercat.2.parte nu.70. idem.

mercatorum liber in magnis ſummis probationem ipſis haud ſuppeditat. comm. dicit Aymon Crauet.de antiq. tempo.parte 1.verſ.vidimus & abundè.nu.3. Si tamen ex partium conſenſu confectus fuerit, & contra tertium quemlibet ſemiplenam probationem dabit. commune effert & idem, & ibid. nu.29. E.Suarez.

mercatorum in cauſis, controuerſiis, ac diſceptationibus æquitas non iuris rigor inſpici, ac ſequi debet, vt frequenter placitum conſtituo ex iis, quos laudant. dec. in l.in omnibus quidem.ff.de reg.iur.Bertr.conſ.149.lib.3.Pariſ.conſ.82. nu. 20.& conſ.89.nu.4.libr.1.Straccha, qui id eleganter, ac verè explicat, de mercat.tit.quomodo in cauſis mercat.nu.1. cum ſeq. idem.

mercator. Pro vna mercantia vel duabus non dicitur quis mercator. Sed ex frequentia mercantiarum. ita dicit Bar. in l. legatis ſeruis ff.de leg.3. De quo vide Alex.in rubr.ff. in 2. col. in add.Arc.in conſ.29.in 7.& 8.col.fel.remiſſiue.in prohe.de cie.in 15.col.& in c.cum I.& A.in vlt.col.de re iud.Pau.de Caſtro in 2.vol.conſ.102.vbi al.deciſiones pro & contra & non decidit. Vide etiam iaſ.in l.ſi quis ex argentariis.§.rationum. ff.de eden.& in l.ſcriniarios.C.de teſtamento mil.& in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.col.8.ff.de oper.no.nun. Adde Gemy.quem nemo al.in c.vnico de vi.& hone.cle.in 6.Cor.in 3. vol.conſ.33.al.Bal.in rub.C.de conſti.pec.circa fi.Phi.in d.ca. vnico.Ang.in prohe.inſti.verſ.cumque.& inſt.quod cum eo. §.1.Bal.in l.1.ff.de trib.

Et dicit.iaſo. vbi s̃. quòd ad hoc.vt mercator deſcriptus in matcula mercatorum gaudeat eorum priuilegiis, non ſuffic. quòd artem exerceat. imo requiritur. quòd habeat maiorem partem fortunarum ſuarũ in mercantia ſeu negotiatione illa. al.Bar.in l.ſemper §.negotiatio per illum tex.ff.de iu.immu.& in rub.C.de nauicul.li.11.& Alex.in 2.volu. conſ.51.Alex. tamen ibi non ponit iſtud. ſed in 4.vol.conſ.108.

Requiritur. etiam quòd talem mercantiam exerceat per ſe non per factores.al.Bar.per illum.tex.in l.fi.in ver.per ſemetipſos.ff.de officio.aſſe.& Arc.in d.l.ſcriniarios quod dicit. eſſe no.contra mercatores noſtri temporis. quanquam. ſecũdum eum. Alex.in l.diem.functo ff.de of.aſſe. reſpondeat ad d. l.ſi. duobus modis. de quibus ibi per eum.

Adde Barb.in 1.vol.conſ.58.in 2.col.vbi dicit. quòd priuilegium mercatori conceſſum. intelligitur ſi effectualiter mercantiam exerceat & idem vult in 2.vol.conſ.13.in 9. col. Ad quod vide Alex. in l. ſemper §.negotiatio. de iu. immu. P. Andora.

mercatorum pl'm intereſt conſeruare. quòd eis fides adhibeatur.§.argentariorum cum ibi no.in auth.de fideiuſ. Alex. in 5.vol.conſ.80.

Et verecundia eſt mercatoribus non obſeruare promiſſa. Alex.in d.conſ.80. idem.

Inter mercatores non eſt licitum allegare quòd non interuenit ſolennis ſtip. Sed nudum pactum, quia eis eſſet verecundia. ita Bar.in l.quintus mutius.ff.man. Alex.in 3.vol.conſ.41. Fel.in c.1.in 1.col.extra.de pac. Bar.& doct.maxime.iaſ.in l.iuriſgen.§.ſed cum nulla.in 2.col.verſ.2.fallit.ff.de pac. Idem iaſo.in l. lecta in 9.col.ff.ſi cert. pet. ſonz.in rub.ff.de verb.obl. char.89.nu.3.

An poſſit allegari quòd non interuenit conſenſus paternus.Barb.in 3.vol.conſ.86.in 1.& 2.col. tenet ꝙ non. idem.

mercatores non poſſunt allegare exceptionem non numeratæ pecuniæ.iaſ.in l.ſingularia.in 19.col.ff.ſi cert.pet.

Aequitas inter mercatores ſeruan eſt.Bar.in l. ſi fideiuſſor. §.quædam ff.mand.Bald.in 3.parte.conſ.170.Cu.conſ.7. dixi in ver.equitas.§.3.Barb.in 4.vol.conſ.35.in 1.col.

Et eorum ſtatuta. inter eos ſeruan. ſunt non quo ad alios. Barb.in 3.vol.conſ.29.in 2.& 3.col.

Inter mercatores fit nouatio pacto nudo. ſonz. in l. qui vſumfr.ff.de verb.obl.char.120.nu.3.

Balle mercatorum cognoſcuntur ad ſigna.Bal.in auth.dos data.in j.col.C.de don.ante nup. Et præſumuntur eorum quorum ſunt ſignacula. vt ibi.& ſequitur.prepo.medio.in c.vt noſtrum in 2.col.verſ.no.ex tex.ibi ſigilli & c.de appel.& in c.ſignificauit in 1.col.eo.tit.& in c.1.in 2.col.in tit.quid ſit inue. vbi dicit. quòd per ſig.cognoſcitur. ſignatum.Cor.conſ. 227. verſ.ex ſignis enim iudicatur &c. idem.

Si veheantur balle plurium mercatorum. & vna caſu fortuito perdatur. an periculum ſit commune. ſi non ſunt ſocij. Bal.notabiliter.in 5.parte conſil.78.tenet quòd non.niſi omnes eſſent ſignate vno ſignaculo. idem.

Qui ſimpliciter dant pecuniam. mercatoribus ad partem lucri & damni.non poſſunt petere. rationem reddi ante annum finitum.Bar.in l.neminem.C. de ſuſcep. poſitis.libr. 10. Alex.in l.1.C.pro ſocio.iaſ.in §.ſequens.in fi. 8. col.inſti.de actio.ludo.ſing. 120. Ang.inſti.pro ſocio in fi.prin.

Et licite datur pec. ad partem lucri. niſi à prin. ſit conuentum de aliqua quantitate Alex.in 3.vol.conſ.80.

Sed ipſe iaſ.in l.nummis in fi.ff.de in litem iuramento.dicit Bar.male dicere. quia imo poteſt quandocunque peti ratio arbitrio boni viri.al.Bar.in l.mutius ſcribit.ff.pro ſocio & idem vult in l.vnica.in 1.col.C.de erro.cal.

Et mercator allegans caſum. tenetur. probare Bar.in l.2.C. de naufr.lib.11. idem.

An autem liber mercatoris. probet. vide. s̃. in verbo libri mercatorum.

Et quid ſi ex diſpoſitione. ſtatuti. credatur. vide in tract. ſta.ſtatuto. Sub rub.credatur.libris mercatorum.

Et an mercator teneatur. exhibere. librum. vide in d.ver.libri mercatorum. idem.

Literæ mercatorum fidem faciunt pro vtraque parte. ſi ille

cui ſcribuntur illas acceptauit ſecundum.Bal.per illum tex.in l.emptor.§.lucius ff.de pac.al.l.filiusfa.ff.ad maced.

Mercator ponens chariſtiam in fru. tenetur. crimine ſtellionatus. Bar. in l. 3. ff. de crimine ſtel. in §. item ſi quis impoſturam.

Statutum loquens de mercato intelligitur de rebus mobilibus tantum. Alex. in 2. volu. conſ. 36. in fin. 2. & in princip.3.col.

Pec.remiſſa mercatori præſumitur.ad mercantiam.Bolog. in conſ.46.in 2.col.Ludo.Rom.conſ.238.in 2. col. verſic.2. reſpondetur.

Verbum merc.porrig.ad omnes negotiationes.Barb.3.volu.conſ.59.in 6.col.

Mercatores appellatione non venit fenerator.Alb.in 2.par. quæſt. 213.

Mercantia eſt quodam corpus vniuerſale.& vna res ſubrogatur loco alterius.Bal.in l.vbi adhuc.in 5.col.verſ.tunc ego formo. C.de iu.dot.

Mercatores noſtri temporis, an ad ſimilitudinem argentariorum rationum ſuarum codices, etiam ad fundandam intentionem actoris exhibere teneantur, magna eſt dubitatio inter doct.ſed communis doct.opinio eſt eos teneri Bart.in l. 1.nu.5.Ang.de Peruſ.nu. 1.Salicet.nu.9.Alex.de imol.nu.10. Bart.Socy.nu.14.C.de edend.Bart.in l.quædam.nu.2.Alberi. in l.1.§.editiones.nu.5.ff.de edend.Pan.in c.1.nu.8.ext.de probat.horum præcipuum & principale fundamentum conſiſtit ſuper conſuetudine ſcribendi rationes per mercatores, à qua omnis diſpoſitio regulatur, & ſecundum eam iudicatur, & actus qui celebratur factus intelligitur.Nam cùm mercatores noſtri temporis libros rationum faciunt, & teneant propter conſuetudinem ſic faciendi, contrahentes ſecum mandare illis cenſentur, quod ita faciant, vt fieri conſuetum eſt, ſicque rationes ſcribant. Ea propter concurrente huiuſmodi tacito mandato & intereſſe ac vtilitate contrahentium, cogi debent edere quemadmodum olim argentarij. l. ſi quis ex argentariis.§.pertinere.ff.de edend. Licet multi alij doct. reclamauerint per rationes & fundamenta non contemnenda, quæ referunt iaſ.in d.l.1.nu.15.dec.nu.18.& idem dec.in d.ca.1.nu. 27.verùm communis, Socy.d.nu.9.dec.d.nu.18.& d. nu.27. atteſtantib.eſt in contrarium, à qua communi tanquam ęqua & rationabili, vt in lucem veniat veritas.l.2.l.iuſtum.l.non eſt nouum.C. de edend. recedi non debet.quæ æquitas maximè inter mercatores & in curia ipſorum obſeruanda eſt. Io. Maria.Riminald.in d.l.1.& Cagn.d.nu.88.in fi. Kirchouius.

PRO. merces laboris eximij, appellanda eſt, quæ contemplatione ſalutis, certo modo æſtimanda non eſt.l.ſi pater.§. fi. ff.de don.cauſ.mort. Bellon.

PRO. mercedes loco ſunt fructuum.l.mercedes.ff.de peti. hæredit.

PRO.mercenarius dignus eſt mercede ſua.Matth.11.Cor. 3.c.cùm ſecundum apoſtolum.extra de pręb.c.ſuper ſpecula. ext.de ma.

Merces licitę cum illicitis non confiſcantur.communis eſt opinio Soarez verbo merces.nu.134. Bonacoſſ.

Merces ob non ſolutionem Pedagij incidit in commiſſum, & dominium tranſit in pedagiarium. Non tamen tranſit poſſeſſio earum, niſi interuenerit factum hominis, id eſt iudicis ſententia competentis, vt auferatur poſſeſſio. communis eſt opinio. de qua Rol.à Valle.in conſ.42.n.5.in 3.vol.Et vbi facta eſt profeſſio mercium, ſed non ſolutio, res non incidit in commiſſum, ſed tantum quis liberatur ſoluendo duplum eius, quod aliàs ſolui conſuetum erat, vt eſt communis opin. Rol.à Valle.ibi nu.8.in 3.vol. Bonacoſſ.

Merces licitæ cum illicitis deprehenſæ non vna proſcribũtur.commune aiunt Alber.in 2.part.ſtatut.q.4.nu.5.I.Clar.in pract.§.vlt.q.82.ſtatu.7.verſ.vlt. E.Suarez.

Merces ſaluas in aliquem portum vel locum quando paciſci & ſtipulari liceat: iaſo.in l.illa ſtipulatio.nu.2.ff.de verborum obliga.

PRO. meretrices vitæ vilitas dignas legum obſeruatione non credidit.l.quæ adulterium.C.de adult. Bellon.

PRO.meretrices fuge.in can.meretrices.32.q.4.

Meretrix non poteſt eſſe teſtis in criminalibus. communẽ dicit iaſ.in l.cunctos populos.in 2.lect.nu.54,C.de ſumma trinit.Pract.Conrad.num.18.d.§.fi.q.24.verſ.item meretrix. P. Fichard.

Meretricis matrimonium à mortis pœna illum excuſat, atque eripit, qui ipſi meritò addictus erat.commune aſſerit Viuius lib.1.opi.45 verſ.3.etiam.Quæ ſententia inſigniter mihi probatur.ea etenim ratione tùm multorum barathrum de medio aufertur, tùm non leuiter plectitur, qui tale ſibi conſortium aſciuit. etſi illam vſu non ſeruari cum multis atteſtatur Iul.Clar.in pract.§.vltim.quæſtio.98. verſic.quæro etiam. E.Suarez.

Meretricis raptor pœnas l.vn.C.de rap.virg.ſanctas non incurrit.commune affirmant Hippol.ad eandem met.l.num.26. Ant.Gome.in l.80.tauri.nu.45. I.Clar.in pract.§.raptus verſ. ſed quęro, Viuius lib.1.opi.256.Quin nec is, qui meretricem vi coegerit, vt ſecum rem habeat, illi iniuriarum tenebitur, aut vllas alio vllo nomine pœnas dabit, commune aiunt Alc. conſ.469.nu.1.I.Clar.in d.pract.§.fornicatio.in finem princi. Amplia etſi meretrix matrimonij vinculis alij conſtricta ſit. quippe quia & qui hanc permoluerit, ac ſubagitauerit, nullis adulterij pœnis irreitetur, nullis aliis omnino ſuppliciis plectetur.commune effantur Riminald.conſil.17.nu.2.I.Clar. in d. pract.§.adulterium.verſ.quæro nunquid.Amplia ſecundò vt idem iuris prorſus futurum ſit, quamuis vterque carcere concluſus tunc temporis fuerit, cùm ſic veneri petulanter indultum eſt.commune ait Boer.dec.317.n.10. Quod tamen non procedet ſi ipſe carceris cuſtos illi vim intuliſſe arguetur. vt commune ponit Iul.Clar.d.§.fornicatio.verſ.cum carcerata. E.Suarez.

Meretrices in criminalibus cauſis teſtimonij dicendi ius non habent.commune pronunciant iaſ.in l. cũctos populos. lect.2.nu.54.C.de ſumma trinit.Conrad. in tract. de decur.li. 1.c.9.§.2.nu.17. E.Suarez.

meretrix non poteſt eſſe teſtis in criminalibus, vt eſt communis opi.Cla.q.24.ver.item meretrix. iaſ.in l.cunctos populos.nu.54.C.de ſum.tri.& fide catholica.Soarez verbo meretrix. Bonacoſſ.

meretricis matrimonium excuſatur à pœna mortis, vt eſt communis opi.Soarez verſ.meretricis.nu.135. licet vſu non ſeruetur. Bonacoſſ.

meretricis raptor non punitur.l. 1.C. de rapto.virgi.vt eſt com.opi. Soarez verbo meretricis.Etiam violenter.com. eſt opi.ibi n.137.& 138. Etiam, ſi maritata, etiam ſi ambo eſſent in carcere, vt eſt communis opinio. Fallit in cuſtode carceris, vt ibi. Bonacoſſ.

meretrix.Non poteſt petere quod ſibi promiſſum eſt.Bart. in l.3.ff.de cond.ob tur.cauſam.

Vide tamen latius iaſonem. multa pro & contra. allegantem. in lege generaliter in vltima colum.ff. de verbor. oblig. P.Andora.

Vicini poſſunt inſtare. mulierem inhoneſtam ſeu meretricem repelli à vicina. ne alias inficiat ſecundum Bal. in l. 1. C. de ſumma trinitate.& fi.cath. iaſo. poſt alios in lege prima. in 3.col.ff.de iuſt.& iu.

Et dicit.Bal.in l.mine. C. de epiſ.aud. quòd iſte meretrices poſſunt cogi portare aliquod ſignum. vel habitum. vt à matronis dignoſcantur. idem.

Socius non poteſt inuito ſocio meretricem ducere ad domum.gl.not.in l.non aliter.ff.de vſu & habita.gl.& Angel. in l.ſi pendentes.§.1.ff.de vſufruct.& Angel.Aretin.in §.1. inſtit. de vſu & habita. idem.

Inquilinus poteſt expelli ſi conducat meretrices ad domum conductam ita Bal.in l.edem.C.loca.in vlt.col.

Limitat procedere Bal.quando eſſet tal.perſona.quam veriſimile non fuerit inhoneſte verſari.puta religioſa.Secus autem in ſcolari.& ſimili.

Et idem ſi ratione loci puta ſi domus ſit prope lupanar. vł in contrata mulierum inhoneſtarum fac.quòd not.ſpec.in ti. de iud.§.generalia verſ.& hoc no.

Iudex poteſt cogere illum qui tenet concubinam cum vxore vt concubinam dimittat ita doct.max.Pau.de Caſtr.in l.iuſtitia. ff. de iuſt.& iu. all. bonum text. in l.conſenſu.§.1. C. de repud.

Quod intelligunt.quando non conſtaret de adulterio.ſed ſimpliciter tenet mulierem inhoneſtam. Alias autem ſi conſtaret de adulterio.eſſet pena capitał.de iure toto.ti.ff.& C.de adul.& §.item lex iul.inſti.de publ.iud.

Attinentes. mulieris meretricis diſcurrentis. & inhoneſte viuentis poſſunt officium iudicis implorare.vt eam compellat honeſte viuere.quod poterit facere.pena & mulcta.impoſita.Alber.& doct.in d.l.iuſtitia.

Si apponitur. ſcalla pro capienda meretrice. punitur. quis pena extraord.gloſ.23.q.3.c.illud.& in §.ope.inſt.de obl.quæ ex delic.

Si autem cauſa violandi honeſtam punitur. pena mortis Bal.in l.fi.verſ.ſed hic quæritur.ff.de re.diuiſ.

Vide aliquid per Ang.in §.ſcte quoque.inſti. de re.diuiſ.





An autem carnalr cognoſcẽs meretricem poſſit puniri. Alex.in 5.vol.conſ.157.in fi.tenet ꝙ non. quia tał coitus tollera.limita niſi meretrix eſſet in carcere.Hypo.ſing.150.

Et dicit Bar.in l.vxor.& in l.ſi quis vxori §.ſed ea.ff.de adul. quòd non puni.etiam cognoſcens meretricem nuptã.contra glo.in l.quæ adulterium.C.de adul.

De materia.vide Pau.de ca.in 2.vol.conſ.183.Barb.vol.4. conſ.63.col.4.Matheſ.no.102.Hypo.ſing.150.

Vide etiam eundem Pau.in conſ.307.alias 305. & Fel.in c. paſtorał in 2.& 3.col.de iud.vbi ponit an pœna impoſita contra meretricem. habeat locum in nupta inhoneſta & impudica.

Adde quòd raptus mulieris.non cõitti.in muliere nupta inhoneſte viuente.& talis rapiens non puni.pœna capit. Marſi. in l.maritus.col.8.ff.de quæſtio. idem.

Vide etiam Barb.in 1.vol.conſ.27.in prin. vbi dic. quòd licet mulier meretrix poſſit incarcerari.tamen ſecus eſt in meretrice nupta.

Et idem vult Iaſ.in l.plerique in fi.ff.de in ius voc. & in l.ad eg.col.vlt.ff.de iu.iur.

Vide tamen Decium.in c.paſtorał.alias fi.de iud.

Meretrix turpiter fac. ꝙ ſit meretrix.tamẽ lucrari poteſt.& de lucro teſtari.Bal.& doct.max.Alex.& Iaſ.in l.4.§. ſed quod meretrici.ff.de cond.ob tur.cauſam.

An autem meretrici donari poſſit.vide s̃.in ver.don. milit.

Meretrix.ſuccedit proximiori defuncto.Ang. in §.1.per illum tex.in aut.qui.mo.natura.effi.leg. licet teneat cõtrarium in aut.de trien.& ſemiſ.§.conſideramus.col.3 poſt gl.ibi.

Modos probandi aliquam eſſe meretricem. vide remiſſiue per Alex.in l.non hoc.C.vnde cog.& Cor.in 2. vol.cõſ.232. idem.

Meretrix.non venit niſi de ea fiat ſpłis mentio.vbi crĩoſi admittuntur ad aliquem actum contra regulas iuris.Pan.in c.tãta nu.3.de ſimo.

Meretrices ſunt magis tenaces quam alie.Bal.in l.virum.ff. de cura.furio. idem.

Meritus intelligitur quicunq; non demeretur.Bal.in auth. hoc lucrum.C.de ſęc.nup. P.And.

PRO.meritis magis ſunt filij ad paterna obſequia prouocãdi, quam pactionib.adſtringendi.l.ſi quando.§. illud. C.de inoff.teſta. Bellon.

Merita probantur per aſſertionem electorum aſſerentiam interueniſſe in donatione facta inter perſonas inter quas non eſt prohibita donatio.Curt.iun. conſil.97.nu.5.communem dicit.& de iſtis meritis vide ſuprà in verbo donatio. num.97. B.Villal.

Merita alicuius delinquentis in Principem vel rempublic. quãdoque faciunt pœnam remitti (vel ſaltem mitigari) vt dicit gl.in §.planè.in verb.ob meritum.inſtit.de iur.nat.gent. & ciuil.quam in hoc ab omnibus approbatam ait Gram. conſil. 29.num.40.verſic. quod maximè debent autem talia merita probari. Clar. dicto §.final. quæſtio 60.verſiculo vtili etiam. P.Fichard.

Meritorum probatio in criminalib. prodeſt reo, in Principem, vel Rempublicam, quia multum ſeruiuit, vt eſt communis opi.Cla.q.60.ver.vtilis etiam. Bonac.

Merita quæ ius agendi non præſtant, nec obligationem naturalem producunt. vt frequentius placere, ac iuris rationib. magis conſonare diligenter oſtẽdit inſignis Pinelus in l.1.parti.3.de bonis matern. E.Suarez.

Merita alicuius, qui eo in actu ineſſe affirmat, q & alioquin abſque illis valiturus eſſet, plenam fidem faciet.commune inquiunt Cur.iun.conſ.142.n.3.Bellon.conſ.74.nu.17. Guido Papæ dec.95.ſed ſi actus aliàs irritus, atque inualidus futurus ſit, nulla fides huiuſmodi merita aſſerẽti habebitur.vt frequẽter placitum renũcio ex Alex. Iaſ.ac Dec. in l.ſi donatione.de collat.Soc.conſ.65.& ſeq.lib.1.Iaſ conſ.154.lib.2. Crauet.de antiq.tempor.2.par.à n.10.Bello.conſ 64.n.5.Bertr.cõſ.138. n.22.lib.5.I.Cla.de don.q.3.verſ.adhuc occurrit. Ar.Pinel.in l.1.par.3.n.23.ver.nona limit.C.de bon.mater. quem circa iſthæc merita ſemper adi.& Io.Cephal.conſ.94.nu.16.& ſeq. E.Suarez.

Meritorum aſſertioni etiam quòd fuerint ſpecificata non creditur, etiam quod fuerint iurata, niſi merita legitimè probentur, alioquin vnicuique licitum eſſet legem fraudare, interpoſito iuramento contra l.ſi quis inquilinos.§ fi.& ibi tradunt Doctores.ff.de legat.1. Ita hanc opinionem tenet Alex. Corn.Deci.in l.ſi donatione.C.de collation.Soc.ſen.conſ 66. fruſtra plenitudini. verſi.4. reſpondetur & vltra hanc opinionem proſequitur, & defendit, & videtur communis opin. vt conſtat ex dictis per Andr. Tiraq.in l.ſi vnquàm. C.de reuoc. donat.in gl.donatione largitus.n.79. vbi poſtquam allegauit plurimas authoritates vſque ad numerum 19. ſubdit, Quod hanc opinionem credit veriſſimam ratione, de qua ſupra, vt hæc refert Socin.iun. conſil.8.numero 29. volumin. quarto. E.Muſcul.

PRO.merum & miſtum imperium, de iure ciuili eſt indelegabile.l.1.ff.de of.eius cui mandat.eſt iuriſd. ſecus de iure canonico: quia poteſt delegari.gl.communiter approbata, in c. quod ſedem.extra.de off.iud.ord. Bellon.

merum, ac miſtum imperuim & iuriſdictio non præſcribitur niſi per tantum tempus de cuius initio non eſt memoria hominum in contrarium.Cur.iun.conſ.174.n.152.communem dicit.licet præſcribi poſſit. Bello. conſ.46.n.1.commun. dicit. Villalob.

merum Imperium præſcriptione vel conſuetudine poteſt acquiri.com.dicit Io.Imo.in c.cum contingat, in fi.ext.de foro compet.vt allega. Iacobi.de S.Georg.in ſuo tract.feudo.in verb.cum mero imperio.n.13.ſequitur Zaſ.in l.imperium.n. 26.ff.de iuriſd.om.iud.licet olim controuerſę (vt ibi dicit) dubitationis fuerit. I.Fich.

merum dicitur quod eſt ab omni mixtura ſeu qualitate abſtractum.Corn.conſ.35.col.1.vo.1.alleg. Ang.& moder.in l. 5.in prin ff.de verb.obl.l.imperium.ff.de iuriſd.om.iud. Ang. inſtit.de diuiſ.ſtipul. P.Andora.

meri & mixti Imperij cauſæ delegari non poſſunt.l.ſolet.in prin.ff.de of.procon.l.nemo poteſt.ff.de reg.iur.quia propter magnitudinem cauſarum & dignitatem perſonarum quib. committuntur, cenſetur electa induſtria perſonæ, non poteſt actus per alium explicari.Iaſ.in l.1.n.28.ff.de of.eius cui manda.eſt iuriſ. ſed de iure canonico delegari poſſunt cauſæ meri vel mixti Imperij gl.& ibi Pan.n.1.ĩ c.quod ſedem.ext. de of. iud.ord.gl.& Pan.in c.in archiepiſcopatu.n.2.ext.de raptor.incend.& viola.eccleſiæ.Et Card.Zabar.in c.1. in Cle. de offi.& poteſt.iud.deleg.Iaſ.ĩ d.l.1.n.29. vbi ipſe plures authoritates allegat.Et hanc communem opi.doc.eſſe ſcribit conſulendo Alex de Imol.in conſ.106.n.21.in 2.lib.conſ. Kirchouius.

merum & mixtum Imperium non præſcribitur, & iuriſdictio, niſi tanto tempore, cuius memoria hominum non eſt in contrarium. Cur.iun.conſ.174.n.157. communem dicit.Licet præſcribi poſſit.Bellonus conſ.46.n.1.communem dicit. Bonacoſſ.

Metus reuerentialis eſt ſufficiens ad non cauſandam præſumptionem iuris, & de iure ex copula ſuperuenienti.Præpo. in c.is.qui fidem.de ſpon.com.dicit. idem.

Metum illatum fuiſſe, potius creditur duobus teſtib. affirmantib.quàm centum abſque metu eſſe contractum. Dec.in c.fi.de appel.com.dicit. idem.

metus reuerentialis mariti, non eſt potens ad faciendum quod contractus reſcindatur.Alc.in ca.cùm contingat.de iureiur. n.1. communem dicit. & vide ſupra in verb. matrimonium.n.40.cum ſeq. B.Villal.

Si per metum fiat aliquis actus, tenet actus licet reſcindatur. Martinus Naua.in rele.c.accepta.de reſti.ſpoli.oppo.5. nu.8. communem dicit.

Amplia iſtam communem ad renũtiationem beneficij factam per metum, idem naua.ibi communem dicit.idem Vil.

metum iuſtum præſentia ſuperioris cui reuerẽtia debetur, non cauſat, ita quòd conſenſus præſtitus ab eo qui reuerentiam debet reſcindi poſſit.Eſt com.opi.ſecundum Decium in c.cauſam matrimonij.extra.de officio deleg. M.Chærian.

metus, & dolus nullo pacto præſumũtur, niſi probẽtur.text. eſt in l.interpoſitas.C.de trãſactio.vbi Bald.Are. & alij. Doct. Hinc eſt ꝙ metus reuerẽtialis nõ eſt ſufficiens ad reſcindendũ ꝯctum ex eo, quia dicatur initus inter virũ & vxorẽ patrem & filium prælatum & clericum, vel dominum & ſeruum, ſeu alios quib.debet reuerentia niſi præcedãt verbera, vel minæ: & ita probent ſecundũ Bart.in l.1.quæ onerandæ, vbi ẽt Bolog. Alex.& alij in apoſti.ad Bart.ff.quar.rer.actio. Ripa in 1.li.reſpõſ.ſub rub.de do.& gra.per fi.reuoc.in reſpon.15 n.8.Iuno. Bal.Card.Zaba.Ab.Sicu.Ancha.Fel.& alij omnes ſcriben.in c. cauſam matrimonij.de of.deleg. & iſta eſt communis opi.teſte Franciſco de Accoltis Aret.in d.l interpoſitas.Boeri.deciſ. 100.n.11.& ſeq.& doc.præcitati: & ſimiliter ſola prẹſentia patris nõ cauſat iuſtum metum ad reſcindendũ ꝯctum vel matrimonium carnale, vel ſpirituale filiæ ſecundum communẽ opi.omnium doct. in locis allegatis, quam ſequitur & refert Cag.in l.in omnib.cauſis pro facto, n.8.ff.de reg.iu.ſed vbicũque eſſet probatus metꝰ iſte ex quo Titius amiſit bona ſua ſtari debet iuramẽto Titij de quãtitate, & æſtimatiõe bonorum

contra illum qui intulit metum ſecundũ Ab. Pan.& alios ſcriben.in c.ſi.ext.quòd metus cauſa,& Boeri.deci. 55. F.Viuius.

Metus qui poteſt cadere in cõſtantem virum. eſt ex communicatio.Roma.conſ.369.communem dicit. B.Villal.

metus reuerẽtialis pręcedentib.minis eſt ſufficiẽs ad annullandum cõtractum matrimonij.Soc.cõſ.261.vol.2. Coua.in epiſ.4.c.3.§.6.par.2.n.4.communem dicit. idem.

Limita,niſi cum timore reuerẽtiali enormis læſio accedat: quia non.requiruntur minæ.Couarru.ibi & Aret.in conſ.24. com.dicit. idem.

Limita ſecundò, in profeſſione, quia metus reuerentialis ſufficit.Iaſ.conſ.3.vol.1.& Coua.vbi ſ.com.dicit,licet ſibi nõ placeat,cum tanta libertas requiratur in matrimonio carnali, quàm in ſpirituali.

Limita tertiò, in precib. importunis ſine minis, Mathe.ad Affli.in deciſ.69.communem dicit.

Metus non probatur per vnum teſtem.Alcia.de præſump. reg.3.præſump.7.n.6.communem dicit.

metum excludit præſentia patris,vel propinquorum. Hieronymus Cagn.in regula in omnibus.ff.de reg. iur.n.8.commun.dicit.

Metus,qui in virum grauem,& cõſtantem cadere poſſit,in arbitratu iudicis ponitur. commune effatur accuratè Dida.à Coua.in trac.de ſponſal.2.par.ca.3.§.4.n.8.Is autem & in perſonam propriam, & in filium illatus matrimonium vitiat.atque euertit,commune dicit Card.Alex.in c.cum locum,verſ. ſuccedit q.de ſponſ.ſed & huiuſmodi metus à potentiori illatus à mortis pœna excuſabit illius alioquin reum, vt frequẽter placitum aſſeuerant Corſ.in ſing. verſ.metus. Gram.voto 28.Viui.lib.1.opi.45.ad fi. E.Suarez.

Metus reuerentialis,hoc eſt.qui ex mariti,vel patris,vel domini obſeruatione, atque cultu proficiſcitur, nõ eſt idoneus ad contractus reſciſſionem. vt frequenter placitum pono ex Alex.in l.interpoſitas.n.5.C.de trãſac.Alci.in c.cũ contingat. n.1.de iureiur.Did.à Coua.de ſpon.2.par.c.3.§.6.à n.3.Viuio lib.1.opi.213.Excipe niſi ſi minæ præceſſerint:commune ponit Soc.conſ.261.lib.2.excipe 2.niſi inſignis inde læſio emergat.commune inquit Aret.cõſ.24.quod iudicis arbitrio metietur.quemadmodum vt commune ſcribit Viui.d.lib.1.opi. 57.in fi. idem.

Metus contractum, qui illo geſtus, áctusúe eſt,non reddit nullum,etſi reſciſſioni obnoxium faciat. cõmune aſſerit Martin.Nauar.in relect.c.accepta oppoſit.5.no. 8.de reſti.ſpoliat. Excipe niſi ſi dotis vel per ſtipulationem promiſſæ cõtractus ſit.commune effantur Bald. Nouel.de dote.6.part. priuil.36. Viui.lib.1.opi. 57. idem.

Metum illatum eſſe,vel interceſſiſſe,aſſerẽtib. duob.teſtib. maior fides habetur,quàm mille aliis aliud affirmantib. commune inquiunt Dec.in c.vlt.de appel.Pariſ.cõſ.138.n.8.lib.4. Did.à Coua.de ſponſal.2.par.c.3.§.5.n.10. E.Suarez.

Metus.ad hoc vt quis audia.contra iur.metu præſtitum requiri.ꝙ ſit metus qui cadat in cõſtantem virum. ita Pan. in c. cum dilecti.col.vlt.quod me.cauſa.al.c.ſi vero ext.de iure iur. de quo etiam vide Fel.in c.peruenit.ext.de iu.iur.

In muliere autem attendi.metus qui cadat in conſtantem mulierem.Lud.ſing.226.

Relinqui.iudic.arb.qui dica.iuſtus metus.Cor.in 2.vol.ↄſ. 41.verſ.prout, &c. Phi.in ca.vnico in fi.quod me.cauſa.in 6. Alex.in l.de pup.§. ſi quis ipſi prætori col.6. de oper. no.nun. P.Andora.

Metus iuſtus dicitur. terror armor. l.3. §. armis deiectum. cum §.ſeq.ff.de vi.& vi.ar.cum aliis al.per Alex.in 5.vol. cõſi. 156.col.1.& in 3.vol.conſ.99.repetito.in eo.3.volum. conſ. vlt.in 1.col.& illud conſil. eſt etiam repetitum. in 4. volum. conſ.48.

Etiam depoſit.armis.Cor.in 2.vol.conſ.41.

Metus iuſtus dicitur. quando inferuntur mine capitales ab eo qui potens erat ad mandandum minas exequi. l. metum C.quod me. cauſa. cum aliis all.per Alex.in d.conſ.156.Ang. conſ.215. idem.

Crutiatus corporis induc.iuſtum metum.ca.cum dilectus. quod me.cauſa.l.interpoſitas.C.de tranſac.Alex.in dict.conſ. 156.& in 3.vol.conſ.c.repetito in 4.vol.conſ.47. Cor.in dict. conſ.41.

Nec eſt nece.ꝙ expectet ſe vulnerari.Alex.in d.conſ.99.

Iuſtus metus iudic.proba.ex eo quòd conſueuit app.carcerare.vel iniurias & violentias inferre. Alex. in 3.vol.conſ.16. col.vlt. idem.

Minæ inducunt iuſtum metum ſi inferens erat conſuetus illas exeq.demandare Bar.in l.de pupillo §.ſi quis ipſi prętori. ff.de oper.no.nunc.cum aliis all.per Fel.in c.afferte.col.vlt.de præſump.Pau.de ca.in 2.vol.conſ.177.Alex.in d.§. ſi quis ipſi prætori.col.4.

An autem requira. binus actus ad probañ. quòd ita cõſueuerit face.Alex.vbi ſ.tenet.quòd non.

Metus reuerentialis paternus.dicitur iuſtus.Barb.late.in 1. vol.conſ.61. maxime in col.3. vbi ampliat etiam ſi non probetur de minis.

De quo tamen.an probe.metus eo ipſo ꝙ eſt pater. vel maritus erga vxorem.vide Bar.in l.ad inuidiam.C.quod me.cauſa.Alex.in l.ſi cum dotem.§.eo autem tẽpore.col.4. ff.ſol.ma. & in l.q̃ dotis.in 9.& 10.col.e.tit.& Iaſ.poſt Ang.in §.quadrupli.ĩ 9.& 10.col.inſti.de act.& in l.pactũ.col.vlt.circa fi.C. de collac.vbi dicit ꝙ præſumi.metus reuerentialis in patre & marito ſecũdum.gl. & Bar.in l.1.§. quæ honorande.ff.qua.re ac. non da.Imo ſecundum eum præſumi. metus reuerentialis ẽt in fratre.qui eſt maior natu.& gubernat minorem.ſecundum Franc.de Are.in conſ.24. incip.quatuor dubia.

Adde Sonz.in 2.par.conſ.263.col.3.Barb.in 4.vol.cõſ.38. col.vlt.

Vide tamen Decium.in c.cauſam mr̃ij. col.2.& ſeq.de offi. deleg. Phi.in ca. quamuis.de pact.in 6.& Pan.in ca.ſi.qui cler. vel vouen.

Nõ præſumi. metus.ex eo.ꝙ donatio ſit facta alicui in eius caſtro. Alex.in 2.vol.conſ.157.col.3.

Fac.quod vult in 3.vol.conſ. 16.col.3.ibi nec.ob.

Illud autem certum eſt.ꝙ ſi apparet de minis patris vel mariti dicitur iuſtus metus vt per infinita vult Barb.in d.conſ.61. col.5.

Item ſi interueniat enormis læſio Deci.in d.c. cauſam.col. 3.Ang.in §.quadrupli col.4.inſti.de actio. idem.

Præſentia amicorum. & conſanguineorũ fac.præſumi metum abeſſe Bar.in l.trãſact.C.de tranſact.& ibi Iaſ.& in §.quadrupli.col.9.Barb.in 2.par.conſ.59.col.5.Cur.conſ.43.col.5. & 6.Ang.in d.§.quadrupli.col.4.

Et idem dicunt ſi interuenit præſentia & decretum iudic. vt vult Cur.in d.cõſ.43.in princ.6.co.al.Bar.ĩ l.frater.à fratre. ff.de cond.indeb.& alia multa.adde Barb.in 2.volu. conſ.53. col.7.Pe.gerar.ſing.57.

Fac.quod vult Barb.in 4.vol.cõſ.45.col.11.vbi dicit quòd factum coram ſuperiore præſumi.iuſtum.

Limita niſi probaretur minas vel verbera preceſiſſe.quia tunc preſentia amicorum,&c.nl.opera.ita no.vult Imo.in ca. cauſam matrimonij.extr.de offi.deleg.refert & ſequi.Barb.in d.conſ.61.col.5.

Limita etiam quando amici non eſſent potẽtes ad reſiſteñ. Ang.conſ.215.

An autem proteſtatio facta per vxorem.in abſentia mariti aliquid operetur. Barb.in dict. conſ.61.colum.5. tenet quòd ſic.all. Card.in dict.capitul.cauſam matrimonij. Petr. Gerar. ſing.81.

contrarium.tenet Fel.in c.cum M.Ferrarieñ.col.22.de conſti.adde Ang.in conſ.218.Decius.in d.c.cauſam matrimonij. col.2.in fi.

Et quòd debeat fieri prote.quòd per metum ita aliquid fit. alias autem præſuma.ſponte factum.vide Alex.in 5.vol.cõſi. 146. col.vlt. idem.

Metus mortis eſt time.crudelitatem hominis potent.l.3.ff. de.don.cauſa mor.ita vult Bal.in rub. extr.q̃d me.cauſa.refert & ſequi.Barb.in d.conſ.61.col.6.

iuſtus metus eſt timor excommunicationis. Barb.in d.cõſ. 61.al.gl.in ca.cum dilectus.quod me.cauſa.late idem Barb.in 3.vol.conſ.30.col.2.& ſeq.

Secus in excommunic.cõiata.Phi.in c.vnico circa fi.quod me.cauſa.in 6.

Vide etiam eundem Phi.in c.1.de ſen.exc.in 6.

Iuſtus metus eſt timor amiſſionis rerum.Barb.vbi ſ.al.glo. in l.aduocati.C.de aduo.diu.iud.quę vult ꝙ pec.eſt vita hominis.Pan.in c.2.quod me.cauſa.

Fac.quod vult Bal.in l.quod mater C.de reuo.do.

Idẽ dic.in amiſſione magni lucri. vel honoris al.multa quæ vide Phi.c.vnico circa fi.quod me.cauſa.in 6.

Non dr̃ iuſtus metus eo ꝙ quis rem magni valoris pro modico remiſerit l.interpoſitas.& ibi doct.max.Iaſ.C.de tranſac.

Vide tamen ſ.eo.§.10.

Et dicit.ibi Iaſ.poſt Saly.quòd metus debet probari per indicia propinqua non autem per remota & extrinſeca.

Limitat niſi quis remitteret minimo prætio rem magni valoris tiranno quia per iſta duo.bene præſumeretur metus.all. Bal.in l.decernimus C.de ſa.ſan.eccle.





Et ſubiic.quòd in proban. metu multum ſta.iudic.arbitrio. ſecundum gl.& Bal.ibi.

Preces inſtantiſſime ſuperioris inducunt iuſtum metum. Barb.in 3.vol.conſ.30. col.3.& volu.4.conſ.45.col.5.Calca. conſ.119.col.5.

contrarium tenet.Pan.in c.cum inter.R.de elect.

Vt.autem ſola præſentia ſuperioris cui reuerẽtia debe.cauſet iuſtum metum.adeo ꝙ contractus ſeu conſenſus reſcindi poſſit.vide ample Decium.in ca.cauſam matrimonij col.2.& ſeq.de officio.deleg. Panor.in ca.cum dilectus n.7.quod me. cauſa.

Vide aliquid per Pan.in c.ſi.qui cler.vel.vouen.

Vide etiam eundem Pan.in c.2.quod me.cauſa.vbi dicit,ꝙ preces tiranni inducunt iuſtũ metum alias nõ. de quo hr̃ aliquid per eundẽ Pan.in c.cum dilectus n.8.quod me.cã.idem.

Magis creditur.duob.teſtib.dicentib.violentiam vel metũ interueniſſe.quam centũ dicentib.ſpontaneam voluntatem interfuiſſe.vt dixi in tract.de teſti.§.25.

metus illatus conſanguineis dicitur iuſtus. Rota. in Nouis deciſ.463.Iaſ.in l.1.col.2.C.de indic.vidui.tol.& in l.de pupillo §.ſi quis ipſi prætori.in 9.& 10.col.ff.de oper.no.nun. Phi. in c.ſciant de elec.in 6.Phi.in d.c.vnico.quod me.cauſa. circa fi.Alex.in d.§.ſi quis ipſi prætori.col.6.

metus iuſtus dicitur.quando quis occupat fortalitia.Bar.in tract.tirannidis in 6.q.ar.c.piſſanis.de reſti.ſpol.

Et tirannus dicitur tene.pl̃m in ſeruitute.Cor.in 2.vol.cõſ. 127.col.7.ver.quia tirannus.

Maxime ex terribilitate ipſius occupant.per ea quæ no.Io. And.in c.quia propter.de elec.& Bal.in ti.de pace.iur. fir.in §. iniuria vbi dicit quòd vultus terribilis potentis infert iuſtum metum.& ita vult Alex.in l.metum.ff.quod met.cauſa. Iaſ.in d.§.quadrupli col.10.& in d.§.ſi quis ipſi prætori.col.8.& ibi Alex.col.4.idem in minaci officialium furore Bal.in l.vnica l. ſi quacunque præd.põte.Guido.conſ.175.

In contrarium tamen fac.quod vult Alex.in 2. vol. conſil. 157.col.3.ibi non ob.etiam eidem.& in 3.volu.conſ.16.col. 3.ibi nec.ob.

Paria ſunt quid fieri coacte.vel metu coactionis. Bal.in l.nouiſſime in prin.ff.quod fal.tu.aucto.& in 1. parte.conſil.223. & in 4.parte.conſ.475.Iaſ.in l.2.C.de tranſact.& in d.l.pe.col. 3.al.multa no.Barb.vol.4.conſ.70.col.2.Ang.inſtit.de excep. in prin.col.vlt.

Fac.quod vult Alex.in 3.vol.conſ.99.repetito in eo. volu. conſ.vlt.ibi accedit.vbi vult quòd ſolus timor violentię inferrende dica. iuſtus metus ad infirmandam electionem tanquã metu factam.al.gl.in c.bone el 1.in ver.metuebat ext.de elec. ſubiungit quòd ſuffic. ſubeſſe cauſam. propter quam timere debemus futuram violẽtiam.al.Inn.in c.cum à nob.olim.per gl.ibi eo.tit.

Et ita vult Alex. in 3.vol.conſ.c. repetito in 4.vol.conſ.47. ibi.circa ſecundum.& in 5.vol. conſ.156.col.vlt. verſ. & non requi.

Faciunt multa acumulata per Hypo.in l.1.col.10.ff.de quæſtio.& in l.quæſtionis col.4.eo.titul.& Corſe.in verſic.metus. idem.

Metus dicitur purgatus. per ratificationem ſubſecutam.l. pe.cum ibi no.ff.de cond.ob tur.cauſam.l.2.C.quod me.cauſa.& c.ſi.eo.tit.

Metus purgatur per ſolutionem. ſpontaneam ſubſecutam. d.l.pe.ff.de cond.ob.tur.cauſam.& l.2.C.quod me.cauſa.præ. al.Alex.in 5.vol.conſ.127.col.1.Pan.in c.ſi.de rap.& in ca.ſuper hoc.n.43.de renun.

Limita procede. in ſoluto. ſecus in ſoluen. quia. ratio dictorum iurium eſt.quia tunc præſumi.donatum.iſta præſumpta donatio cadit in ſoluto non in reſiduo. Iaſo.format iſtam. qu.in dict.l. pen.& dicit quòd iura magis.inclinant.in contrarium.

Sed pro iſta limitat.fac.quod vult ipſe Iaſo.in l.2.in fi. C.de fideicom.vbi habetur quòd hæres ſoluens.ſcienter. vnum legatum ex inutili teſtamento.ſibi non præiudicat in aliis.& dicit ibi Iaſ. idem eſſe in tempore. vide per eum. Fac.quod not. vult Rota in no.concl.233.

Limitat Iaſ.dictam regulã procede.qñ ageret act.quod me. cauſa.vel.condi.ob tur.cauſam. tunc poteſt opponi. ꝙ metus eſt purgatus.per ſolutionem ſpontaneam.

Secus vbi agetetur aliquo remedio poſ. ſeu interdicto recuperan.quia cũ ſpoliatus an omnia ſit reſtituendus,non poſſet opponi iſta except.purgationis. ca.2.& ibi no. Bal.de reſt. ſpol.cum aliis quæ al.

Limitat etiam in ſolutione quę tendit in pręiud.ſoluentis. ſecus eſt in receptione pretij, quæ tendit in fauorem:nam per eam quis non videtur contractum approbare,vnde ſi per metum vendidi tibi fundum & tradidi,poſtea ex interuallo recepi pretium,iſta receptio non purgat metum pręcedentẽ,quia videtur facta vt magis ſit cautum. all.Bar.Ang.Ful.& Paul.de caſt.ibi poſt Inn.in c.ſuper hoc.de renun.& gl.in l.4.& ibi Bar. & doc.C.quod me.cau.ſecus eſſet vbi nulla vis vel metus pręceſſiſſet,vt in filio exhæredato recipiẽte legatum ſibi factum, quia ſibi præiudicat in querela.l.ſi.ff.de inoffi.teſt.

Limitat quoque,quãdo tempore factæ ſolutionis ceſſabat metus, tamen ſuberat neceſſitas ſtat. diſponent. ꝙ contra inſtrumentum pu. non poſſit opponi except. doli, nec metus: quia ſolue. tunc dicitur neceſſitate ſtat. nec dicitur purgatus metus.al.multa.max.Bal.in l.omnem.in fi.C.ad tertul.vbi dicit,ꝙ ſta.ſemper loquitur ſemper terret, & continuum infert timorem.fac.quod vult Bar.in l.illicitas.in prin. ff.de of.præſi.& ita vult Bal.in d.l.2.in fi.vbi dicit,ꝙ tunc vr̃ ſolue.vt ſe liberet ne carceretur.Hyp.ſing.89.fac.quod vult Im.conſ.144.

Limitat inſuper,quando duraret eadem cauſa metus,vt donec durat tyrannus qui me impulit metu ad promittendum. al.c.1.& ibi Inn.extra quod me.cau. Inn.& alios in c.cauſam matrimonij.extr.de offi.del.Bar.& docto.ibi.& in d.l.2.quod me.cau.& refert Bar.de facto dixiſſe,cum maritus egregie verberaſſet vxorem,quia recuſabat conſentire contractui.ſi poſt ea ex interuallo conſentiat,donec durat idem matrimonium, ſemper cenſetur idem metus durare,per tex.optimum in c.accedens.de conuer.coniu.alleg.multa alia.maxi.Cyn.in l.2.C. quod metus cauſa. vbi vult,ꝙ ſi ſemel officialis mihi metum intulit,adhuc dicor eum timere,licet non ſim in eius conſpectu ſi adhuc eſt in officio.& ſeq.Bal.in l.nouiſſime.ff.quod fal. tut.auct.& Alex.conſ.366.quod mihi eſt in 3.vol.conſ.1. adde Barb.in 1.vol.conſ.42.col.3.& conſ.54.col.17.& in 2.vol. conſ.vlt.col.12.Fel.in c.cum M.Ferrar.col.10.de conſtitutio. Alex.in 2.vol.conſ.144.& in 3.volu.conſ.100. repetito in 4. vol.conſ.47.ibi quantum autem Cald.in tit.quod met.cauſa. conſ.1.alias 108.Calca.conſ.112.

Fac.quod vult Alex.in 3.vol.conſ.52.in fi.vbi dicit,ꝙ confeſſio incarcerati præſumitur facta per metum.Barb.in 4.vol. conſ.70.col.2.

Et talis illatio torturæ probatur per coniecturas.Alex.in 3. vo.conſ.99.repetito in eo.vol.conſ.vlt.ver.accedit probatio. & iſtud conſ.eſt etiam in 4.vol.conſ.48.

Si tamen ſit repoſitus in libertate, non præſumitur metus, ſi reiterat confeſſionem.Alex.in l.queſtionis.ff.de q.

Limitat inſuper,vt procedat quando ſolutio fit ex interuallo poſt coactionem, ſecus ſi tempore coactionis, vel modicum poſt,quia quæ inconti.fiunt,cenſentur ineſſe. l.lecta.ff.ſi cert.petat.all.Bar.& doct.ibi.& in d.l.2.C.quod met.cauſa. & alia infinita,maxi.Alex.in 3.vol.conſ.99.& confirmat multis pulchris ſimilibus. adde Alexand. in 5.volumin. conſil. 156. col.3.

Et pro hoc facit, quia metus præſumitur durare. vt vult Angel.in l.ad inuidiam.C.quod metus cauſa. maxi.ſi inconti. fiat proteſtatio,quòd metu contraxit.vt vult Alex.in 3.volu. conſ.100.repetito in 4.vol.conſ.47.in fi.idem vult in 5.volu. conſ.156.col.penult.Cor.in 2.vol.conſ.41.col.2. Panor.in c. 1.quod met.cau.

Subdit ibi Iaſon pro alia limitatione, quòd omnis modica præſumptio ſuffic. ad tollen. prædictam præſumptionem, ꝙ ſpontanea ſolutio purget metum.all.Abb.not.in c.ad audientiam.ante fi.quod met.cau.

Limita vlterius, niſi ſit iur. quia ſoluen. non dicitur purgatus metus.Hyp.ſing.89.all.Ang.in d.l.2.C.quod met.cau. id.

An autem inductus metu ad promitten. ſi ſoluat poſſit repete.vide ample doc.max.Iaſ.in l.qui ſe debe.col.j.ff.de cond. ob cau.vbi tenet quòd ſic.

Sed quid ſi fiat contractus per metum,& ſimpliciter confirmetur per ſuperiorem, an talis confirmatio purget metum, adeo ꝙ contractus valeat.Bal.in l.ſed hic.ff.de reb.eo.videtur tenere quòd ſic.all.Inn.in c.1.de confir.vtil.vel inutil.

In contrarium fac.quod vult eleg.Bar.in l.auctoritatem.C. vnde vi.vbi dicit, ꝙ confirmatio emanata ſuper eo quod fuit in extortum,non valet.fac.l.1.C.de fun.limit.lib.11.& l.2.C. de fun.pat.quæ iura all.Alex.in d.l.auctoritatem.vbi & all.remiſſiue auctoritates doctor.adde quòd ita in terminis tenet Barbat.in 1.volum.conſ.41.col.5.& conſ.64. columna decimatertia.

Fac. quia cum tal. contractus à prin.non val. non poteſt ex confirmatione conualidari.l.qui in poteſtate.§.j.& l.eius qui. ff.de teſta.reg.quod ab initio.de reg.iur.in 6.

Faciunt not.per Alex.in l.legata inutil.col.1.ff.de legat.1.

Præterea, confirmatio facta non expreſſis defectibus, non valet,vt vult Barb.in 1.vol.conſ.43.col.21.cum ſeq. idem.

Sed quia ſi ille, cum quo contrahi. nullum metum intulit, an contractus ſit reſcindendus. Pau.de caſtr.in l.ſi per impreſſionem.C.quod met.ca.quem refert ibi Ale.tenet quòd non: quia ſecundum eum cum illa l.loquatur de inferrēte metum ſeu impreſſionem & contrahente. Non debet extendi vltra terminos in quibus loquitur. Et quòd non debeat reſcindi, videtur text.apertus in l.metum.la grande §.ſed licet. ff.quod metus cauſa.vbi deciditur, quòd metus per alium illatus non extenditur ad contractum cum alio celebratum.&hoc etiam tenet gloſſ.in l.2.C.ſi quis aliq.te.prohi.

Facit l.nam & ſeruius. ff.de negot.geſt. vbi valet promiſſio facta per incarceratum tertio vt redimatur à carceribus. Et ita vult Lud.Rom.in conſ.316.& Alex.per multa quæ alle.in 5.vol.conſ.127.col.1.

Contrarium videtur verius, & ita recte intuenti vult Paul. de caſt.& poſt eum Alex.in d.l.ſi per impreſſionem. & de hoc videtur text.apertus in l.vlt.C.quod met.cau. quam Alex. ſic ſummat, quilibet contractus metu potentis celebratus venit reſcindendus.de quo etiam eſt tex.in l.non intereſt. illo eo.ti. vbi in vlt.parte ſummarij dicit Alex.Nec refert an venda.metum inferrenti,vel alij.de quo etiam vide Bal.ibi.

Et tenen. iſtam partem, poteſt reſponderi ad contraria, & primo ad d.§.ſed licet. & ad d.l.nam & ſeruius. quòd non loquuntur in metu illato ad contrahen. ſed loquuntur in promiſſione facta tertio.ergo,&c.

Non ob.gl.in d.l.2.ſi quis aliquem te prohi.ꝙ R°.ꝙ glo.tenet contrarium in rub. ff.eod.tit. quam ſeq.doct. com.reprobata.gl.d.l.2.ex quor.dict.etiam patet ſol.ad d.§.ſed licet.

Vide aliquid remiſſiue in ver.carcer.§.13. idem.

Contractus factus per incarceratum à carcere extractum, & poſt ea reductum, an valeat?vide not. Cu. conſ.68. vbi tenet quòd non.& Bal.ample in 1.part.conſ.223.Panor.in c.accedens.nu.2.de proc.

Facit quod habetur in ver.eccleſia.§.14.

Proteſtatio ob metum facta non eſt reiteranda,nec per actum ſequentem dicitur metus purgatus.Fel.in c.cum M.Ferr. col.22.de conſtit.

Et proteſtatio incont.facta,probat metum durare. Alex.in 3.vol.conſ.100.repetito in 4.vol.conſ.47.in fi.

An ſufficiat probare per teſtes fuiſſe proteſtatum coram vno.vide in ſimili Alex.in l.de pup.§.ſi quis ipſi prætori.in fi.de ope.no.nun.

Metus allegari non poteſt per eum qui illius cauſa fuit. l. ſi mulier.ff.quod met.cau.

Metu quis feciſſe videtur,ſi fac.vt euitet penam.Are.in l.ſi-ue.C.de neg.geſt.

metus illatus per familiam alicuius potentis,non præſumitur de voluntate domini.Bal.in l.ad inuidiam.C.quod me.ca.

Metus non præſumitur in acceſſorio,quando prin. contractus eſt ſponte factus.l.cum te.& ibi Bal.C.de pig. idem.

Metus, aut vis excuſatur in delictis. Et ideò, ſi quis metu mortis alium interficiat,non eſt puniendus pœna homicidij, vt eſt com.opi.Clar.q.60.ver.quæro modo. Bonacoſſ.

Metus duobus probatur teſtibus affirmantibus,quàm mille negantibus,vt eſt com.opi.Soarez verbo metum.nu.157.

metus reuerentialis mariti non eſt potens ad faciendum, vt contractus reſcindatur. D.m. Alc.in c.cum contingat.nu. 1.de iureiur.communem dicit. Bonacoſſ.

metum excludit patris præſentia, vel propinquorum. Cagnol.in l.in omnibus.nu.8.de reg.iur.communem dicit.

metus, qui poſſit cadere in conſtantem virum requiritur. ad hoc,vt actus per metum reſcindatur.Cag.in l. in omnibus. ff.de reg.iur.communem dicit. Bonacoſſ.

metus in matrimonio non probatur per vnum teſtem.d.m. Alc.tract.de præſumpt.reg.3.præſumpt.7.n.6.com.d. Bonac.

metus, licet à principio interueniat: tamen per actum voluntarium purgatur,ſi ex interuallo poſtmodum interuenit, & tempore, quo non durabat metus, nec eius cauſa, vt dicit text.in l.2.vbi Bar.& omnes ſcrib. com.accumulantes multa. C.quod me.cau.Paris.conſ.76.n.12.vol.4.vbi fuſius. Bonac.

metus ſuſpicio tollitur per ratificationem actus ſubſequuti,vt eſt com.opi.de qua Soc.iu.conſ.77.nu.10.& 62.volu.1. Bonacoſſ.

Metus indiciis & coniecturis iudicis arbitrio probatur, ſecundum communem per Burſ.conſ.72.n.13.lib.1.& ibi n.32. quòd iudex terminat quis ſit metus cadens in conſtantem virum, ſecundum communem ibi relatam. cui adde, ꝙ iudicis arbitrio ſtatus,an ſit vel ne, probatus metus,ex communi per eundem d.conſ.nu.17. qui metus licet in actu non interueniat,ſed ante illum, tamen reſcindit, ex communi per Burſat. conſ.72.nu.26.

Metum iuſtum non incutit gens armata,niſi ſit coram principe vel officiali ſolito tyrannicè in ſuos non obedientes ſæuire,ſecundum communem per Burſ.conſ.72.nu.38. neque ſola dignitas alicuius iuſtum metum incutit. d.conſ.nu.40.

metu omnes actus geſti regulariter annullantur ope exceptionis,iuxta magis communem,quę concluſ.fallit in matrimonio tam carnali,quàm ſpirituali:quia ipſo iure reſcinditur ſecundum communem per Burſat.d.conſ.72.n.19.lib.1.

metus aut vis excuſat in delictis.com.dicit Dec.in l.vt vim. in 2.not.ff.de iuſtit.& iur.vt illum refert pract.Carer.nu.173. ideoque ſi quis alium interficiat metu mortis,non eſt puniendus pœna homicidij. vt com.dicit Bolenc.in repetit.l.capitalium.§.famoſo.nu.200.ff.de pœnis.de quo etiam Clar.d.libr. 5.§.homicidium.ver.excuſatur autem.& ſeq. Et hinc pro muliere quadam quæ per metum adulterium commiſerat, conſuluit Abb.conſ.4.libr.1.Clar. d.§.fi. q.60. verſ.quæro modò. P.Fichard.

PRO.meum eſt,quod ex re mea eſt,l.ſolum. §.meum.ff.de rei vend.Bellon. Toloſ.

Meorum appellatio iura & actiones concludit. commune ponit latè ac diligenter inſignis Pinelus in rub.part.1.nu.7.C. de bon.mat. E.Suarez.

Meum ex vna cauſa an poſſit fieri meum ex alia.Bart.in l.3. §.ex pluribus. ff.de acquirend.poſſeſſ. Feli. ample in capit.inter dilectos.col.10.de fid.inſtrument.Panorm.in conſ.3.part. 2.Iaſo.in §.ſic itaque.col.3. inſtitut.de act. & in l.ſi duo patroni.§.item Iulianus.ff.de iureiurand.Areti.in conſilio ſecundo. in fi. P.Andora.

Meum.De hoc pronomine poſſeſſiuo meum, vide Iaſo.in l.indebiti.§.ſed ſi nummi.col.1. ff.de cond. indebit. vbi dicit, quòd intelligitur etiam de vtili dominio quod præſcriptione acquiſitum eſt.Et quòd meum dicitur illud quod mihi debitum eſt.Philip.in capit.ſi tibi abſenti.de præbend. libro ſexto. idem.

Meum quod non eſt,ſcire debeo ad alium pertinere.l.fi.C. vnde vi.Alex.conſ.36.vol.1.repetito conſ.79.vol.3. idem.

Meum & tuum non ſemper important dominium,ſed verificantur etiam ratione adminiſtrationis. Philip.in c.priuilegium.de ver.ſig.in 6. idem.

Meum,tuum,& ſuum. De iſtis verbis vide Imol.conſ.21. Bal.in l.1.ff.de ſtat.ho. Et nota, quòd tempus præſens & non futurum ſignificant.Ang.conſ.261.col.2. idem.

Miliare conſtat ex mille paſſibus. Iaſon.in §.rurſus. col.13. inſtitut.de actionibus.& in lege,prima. ff.ſi quis cautionibus. P.Andora.

PRO. milites ab omni bellorum tumultu rempublicam, à qua aluntur,defendere debent.in l.milites.C.loc. Bello.

PRO. milites plebeiorum pœnis,nec tormentis ſubiici debent.l.milites. C.de quæſt. quod nota quia idem in clerico & doctore. idem.

miles inſtituens vnum in caſtrenſibus alterum in paganicis,& vnus eorum repudiet,tunc alter non admittitur ad partem repudiatam per ius accreſcendi, ſed venient hæredes ab inteſtato.com.in §.T.q.16.ver.aliquando & tertio.& verſicu. ſeq. P.Fich.

Miles ſi non prohibuit ius accreſcendi, tunc inſtitutus in re certa per ius accreſcendi, ſuccedit in tota hæreditate.commun.dicit Clarus,in §.T. quæſtio.16. verſ. aut verò. intellige tamen,ſi miles habeat bona caſtrenſia & bona paganica,tunc inſtitutus in bonis caſtrenſibus non habet per ius accreſcendi reliqua bona paganica in quibus nullus reperitur inſtitutus vel econtrà, ſed illa deferuntur hæredibus ipſius militis ab inteſtato venientibus communem dicit.d.q.16.ver.aliquando autem. P.Fich.

milites auraræ militiæ,vt ſunt milites noſtri temporis,non gaudent priuilegio.l.1. ff.de iuris & facti ignorantia. Iaſon.in authentic.ſi qua mulier. C.de ſacroſanct.eccleſ.nu.7.com.dicit. B.Villalob.

Amplia,ad milites cæleſtes,Iaſ.ibi com.dicit. idem.

Milite breuiloquè ſubſtituente perſonis imparibus, probata eius voluntate, quod etiam poſt aditam hæreditatem haberet locum ſubſtitutio in perſonam pupilli habebit locum pupillaris directa,per quam pupilli ſuccederent,ſi in perſonam fratris maioris haberet locum militaris directa. Iaſon. in lege, ex teſtamento. numero vndecimo. C. de teſtament. milit.communem dicit. idem.

Militum



Militum priuilegia dupliciter conſideranda ſunt. Aliqua enim concernūt perſonam ipſius teſtantis,& iſta priuilegia milites non amittunt, etiamſi extra caſtra ſint. alia verò concernunt modum teſtādi,& illa priuilegia eis non competunt,niſi donec ſunt in expeditione belli.com.dicit.in §.T.q.15.ver. Sed quæro. idem.

Milites licet olim non poterant accuſare, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequerētur,per l.non prohibentur. & l.crimine.C.de accuſat.quia milites ea tantùm curare debēt quæ ad militam pertinent. Tamen hodie milites noſtri temporis indiſtinctè admittuntur ad accuſandum.com.dicit Nouell.in trac.ad defenſam.n.32.Cla.d.lib.5.§.fi.q.14.ver.quęro etiam. P.Fich.

Milites nō poſſunt de iure torqueri,per tex.in lege milites. C.de quæſtion.idque etiam militibus noſtri temporis obtinere.com.dicit Grilland.de quæſtionib.& tort.ſexta quæſt.principali.n.3.Boſſ.in tit.de indiciis.n.104.intellige tamen de illis ſtrenuis militibus,quos hodie Equites vocant, de capitaneis, ſeu ductoribus militum, ſecùs enim eſt de militibus priuatis, nam illi quotidie torquentur, & in hoc nemo dubitat, vt ait Boſſ.in loco allegato.n.108.Cla.d.§.fi.q.63.ver.quęro etiam. P.Fichard.

Milites,licet olim non poterant accuſare,niſi ſuam vel ſuorum proſequerentur iniuriam, qui milites ea tantum curare debent,quæ ad militiam pertinent.Tamen hodie noſtri milites indiſtinctè admittūtur ad accuſandum.Cla.q.14.ver.quęro etiam. Bonac.

Milites non poſſunt de iure torqueri,idque etiam in militib. noſtri temporis, vt eſt communis opi. ꝙ intellige de iſtis ſtrenuis militibus,quos hodie equites vocāt.&de capitaneis, ſeu doctorib. militum. Secus eſt enim de militibus priuatis, quia illi quotidie torquētur,vt eſt communis opi.Clar.q.64. verſ.quæro etiam.Boſſ.de iudiciis.nu.108.communem dicit. Bonacoſſ.

Milites delinquentes caſtigat capitaneus, donec in Caſtris exiſtunt,& in delictis militarib.Cla.q.35.ver.quęro modo.Et in multis puniuntur pœna mortis. Clar.q.68.verſi. medicus. Bonacoſſ.

Miles inſignis debet mitius puniri in criminalib. communis eſt opi.Cla.q.60.ver.item prodeſt. Bonac.

miles.rempu.potius quam patrem defende.tene.tex.& Bal. in l.militem C. de procur. faciunt quæ vult Sonz.in 1.parte. conſ.35.col.vlt.vbi multa no.adduc.ad propoſitum. P.And.

Si miles vadit ad bellum pro ciuitat.defenſiōe.& ei equus occida.tenetur ciuitas damnum emendare. ſecūdum Alex.in l.1.ff.ad l.Rod.de Iac. idem.

Quis præferri debeat an doctor an miles. vide in verſ. doctor.§.11.

Qui miles non eſt, alium militem creare non poteſt Alex. in l.cum quo.§.ſticum.ff.ad l.falc.

Militia an ſit dignitas Iaſo. tenet quòd non.in l.fi. col.1.C. de teſtamento.mil.

Milites noſtri temporis an incidant in pœnam. l. ſi quis in tantam.C.vnde vir.vide Alex.in 1.vol.conſ.103.col.5.vbi videtur tene.quòd ſic. idem.

Miles armate.& miles celeſtis militie. an equiparētur quo ad priuilegia.vide Alex.in l.miles.ff.de re iud.

Natus ante militiam patris, an dica.filius milit.Alex.in l.1. ff.de decurio.

An milites noſtri temporis gaudeant priuilegiis militaribus.Ang.in §.filiusfa.inſti.quib.mo.ius pa.po.ſol.tenet.quòd non.& in §.plane inſti.de teſtamento.mil.

An poſſint torqueri.& pro debito carcerari.vide Ang.in §. item maior inſti.de excuſ.tuto.

Priuilegia milit.in teſtan.vide per Ange.in §. ſed & ſi quis. inſtit.de te.mil.

Miles non poteſt donare vel relinquere ſue cōcubine.Ang. vbi ſ. idem.

Militia vbi per patrem filio empta vendi poteſt,licet ad hæredes non tranſmittatur,imputatur filio in legitimam.Ita elegāter declarat Bald.in l.omnimodò.§.imputari.n.3.inquiens, ſecundò eſt reperire militiam, ſeu officium ſeu quod poteſt vendi,non tamen ad hæredes tranſmitti, & de tali militia ſeu beneficio de precio patris acquiſito dicendum eſt, quod imputetur in legitimam,exēpli gratia:In Repub.ſunt aliqui redditus,qui à principe impetrantur ad vitam, ita vt etiam ad vitam impetrātis poſſint vendi: ſicut reperiunt aliqua feuda huiuſmodi lege conceſſa, quia tunc huiuſmodi beneficia ſunt quid patrimoniale,& ſunt in cōmercio, & ab aſcendenre procedunt, meritò igitur conferuntur, & legitimè imputantur. Ita intelligitur tex.in d.§.imputari.in verb.vt vendatur. plura exempla refert ibidem Bal.ex Bart.in l.1. §.nec Caſtrēſe.ff.de collat. bonor.eodem modo & alij doc.hoc voluerunt in d.§. imputari.Licet Nicol.de Vbald.in trac.de ſucceſſ.contrariam ſententiam defenderit.Hanc tñ ſententiam veriorem ſcribūt Ripa.in l.in quartam.n.163.verſ.ſed an officium ſcriptoriæ apoſtolicæ.ff.ad l.Falcid.Io.Cror.ĩ l.frater à fratre.ver.decimo tertiò quæritur.n.39.ff.de condi.indeb.& com.opi.eſſe Rol. in conſ.12.n.10.in 2.Tom.conſ. Kirchouius.

Minæ factæ à potente, vel à ſolito ponere minas in executione,eſt ſufficiens indicium ad torturam,Marc.Ant.in tract. de indiciis.n.175.com.dicit. Idem cum communi dicit.l.60. ſtili. B.Vil.

Minæ potentum,vel eius,qui ſit ſolitus eas exequi, faciunt indicium ad torturam. vt eſt communis opi. Soarez ver.minæ.n.158.Blancus in tract.de indiciis.n.183.communem dicit. Bonac.

Minantē alicui mortem,ſtatim percutere licet, vt eſt communis opi.Cla.in §.homicidium.ver.ſed quomodo.Et poteſt occidi etiam ſi aliàs erat ſolitus minas exequi.Graſſus cōmuni opi.c.2.q.3.Blancus in l.fi.n.183.ff.de quæſtio. Bonac.

Minæ ab eo fuſæ,qui potentia polleat,vel verba ad rem cōferre ſit aſſuetus,ſatis indicij ad quæſtionem præbēt.commune ꝓferunt Anan.in c.1.n.10.de maledic.arc.Ant.de indiciis. n.183.l.Cla.in pra.§.vlt.q.21.ver.minę effuſæ.quamuis Imo. in l.vlt.nu.10.ff.de hæred. inſtit. perperam ſcribat receptum, & ad infligendam pœnam illas ſufficere. E.Suarez.

Minantem alicui mortem, ſtatim licet percutere.com.dicit Bart.inter conſ.crim.diuerſ.conſ.88.nu.21.lib.2.& conſil. 89.n.3.eo.vol.Cla.lib.5.ſent.§.homicidium.ver.ſed quomodo. P.Fichard.

Minimis in rebus nulla cura impēditur.communem regulam effatur Gome. in §.pœnales. poſt nu.3.inſtitut. de actio. E.Suarez.

Minimum.de minimis non curat prętor.l.ſcio.ff.de in intereſt.Bal.in l.in rebus.§.poſſunt.ff.como.

Et multa ad propoſitum.adduc.Barb.in 1.vol.conſ.10.col. 5.& 6.Iaſ.in c.vnic.col.9.in ti.qui feu.da.poſſunt & in l.ſcieñ. col.4.& 5.ff.qui ſatiſd.cog.& in repe.l.quominus col.16.ff.de flu.Barb.in 3.vol.conſ.61.col.3.

Inter minimum & nl.nulla quaſi eſt dr̄a.Cor.in 2.vol.cōſi. 77.in fi.Barb.in 4.vol.conſ.74.col.1.

Aliqua.in materia.vide.in ſta.alienatio.in forenſem.q.12.

Limita niſi ſit actum de minimis. vt quòd emphiteota ſoluat vnum denarium.ita Barb.in 1.vol.cōſ.40.col.15.de quo. per Sonz.in l. quamuis cc.vlt.col.ff.de cond.& demon. Iaſ.in l.2.in 16.& 17.col.C.de iu.emphi.al.multa.maxime.gl.in aut. qui rem.C.de ſa.ſan.eccl.& Alex.in conſ.470.incip.mag.prætor.quod eſt volu.3.conſ.106.col.5.de quò. dixi in tract.emphi.§.30.

Ad illud tamen quod ibi dixi in §.31.quòd vbi aliquid debet fieri ſub pœna.vel in pacto adiectionis in diem,&c.quòd ſi deficiat vnus nummus cōitta.pœna,&c.vide in cōtrarium Iaſ.in l.5.§.fi.ff.de verb.obl. vbi dicit quòd licet omnes ita teneant tamen ipſe tenet contrarium. quia vbicunque ſolutio deffic.in tam modica quantitate.ſc.vnius denarij taľ defectus videtur potius ab errore quā à malicia proceſſiſſe. ergo excuſandus.l.quamuis & ibi no.Bal.ff.de cōd.& demon.item propter.dictam regľam ꝙ de minimis non curat prætor. item qa qui parum delinquit non incurrit in pœnam.vt dicit Bal. in l. quicunque C.de ſer.fug.

Et ad dictam limitat.adde Barb.in 4.vol.conſ.34. col.5.vbi per multa dic. quòd in diſpo. hominis curamus de modic. & quòd de minimis curañ ſit.tenet Phi.in ca. quia ſepe. de elec. in 6.Card.in prohe.clem̃.vide aliquid per Ang.in §. gallinarū inſti.de re.diui. P.Andora.

Quid autem dica. minimum. relinquitur iudicis arbitrio. gl.fi.in l.2.ff.quod cum eo.

Et dicit.Bar.in d.l.ſcio. quòd minimum dicitur ex qualitate rei.gl.in l.res bona.ff.de contrah.emp.

Et tex.in l.ſi oleum in fi.cum l.ſeq.ff.de dolo.dicit. ſummā modicam vſque ad duos aureos.

De quo vide no.Iaſ.in l.imperium.col.20. in fi.ff.de iuriſd. om.iud. vbi ponit quæ dicantur cauſæ minime.

Statutum.generaliter.loquens non extendi.ad minima.Alex.in 1.vol.conſ.104.in fi. P.Andora.

Minor ante 20. annum non poteſt accuſare niſi ſuam, vel ipſorum iniuriam perſequatur. Anton.de Tre.in addit.ad Bonac.in prac.excepti.in rub.quib.mod.ſuo.au.n.6.ver. ad iſtos caſus com.dicit.

Concor

Concor.cum l.2.tit.1.par.7. ſed diſcordat ꝙ ſufficit per dictam l.quòd ſit maior 14.annis. Et in d.l. habes qui dicantur ſui ad hoc quod minor poſſit accuſari. Villalob.

Minor ante 25.annum, non poteſt conſtitui procurator in iudicialib.in extraiudicialib.ante 17.ſic Iaſ.in l.exigẽdi. C.de procu.n.19.com.dicit. idem.

Minor rem ſuam repetens, poteſt accumulare in eodem li bello, officium iudicis reſcindens, & actionem reſciſſoriam, dicendo hoc modo, Peto me reſtitui per officium iudicis, & poſtmodum reſtitutione mihi conceſſa, talem condemnari, ad reddendam vel reſtituendam talem rem, &c. Hanc magis com.dicit Iaſ.in §.rurſus.inſtit.de act.Hippol.Rimi.in §. fi.nu. 83.Inſt.quib.alie.non licet. I.Fich.

minor 25.annorum de omnib.geſtis per eum, dum eſt maior habet reſtitutionem, Iaſ.ĩ l.ſi quis ſuas.C.de rep.& abſtin. hære.n.6.com.dicit. B.Villal.

Amplia, etiam ſi per legem, aut ſtatutũ reputetur maior: nihilominus reſtituitur, Lud.Ro.conſ.90.n.2.com.dicit.

Nota iſtam com.ad intel.l.47.tau.quę diſponit, ꝙ filius matrimonium contrahẽdo ſit emancipatus, & liberatus à patria poteſtate.

Fallit primò, ſi ſciens ſe læſum, iurat: non poteſt contrauenire etiam prætextu enormiſſimæ læſionis. Curt.iun.conſil.44. communem dicit.

Nota iſtam cõmunem ad ampliationem l.16.tit.11.par.3.

Fallit ĩ doctore minore, ſi dicit eſſe læſum. Boer.deciſ.350. n.6.com.dicit quia intelligit ſi dicit ſe læſum in allegatiõe iuris: ſecus tamen, ſi in aliis, lederetur circa bona quæ tanquam verè philoſophantes contemnunt lege in honorib.§.philoſophis.ff.de vaca.ab execu.nume. idem.

minor ac mulier debet certiorari de ſuo iure expreſsè, aliàs non valet renunciatio, Io.Nico.in addi. Alci.de præſumptio. reg.1.præſump.42.n.2.communem dicit.

Reſtringe iſtud notabile, & eſt ſecunda fallentia ad regulã ſi minor obligatur iuramento mediante quia tunc non requiritur certioratio, Iaſ.in auth.ſacramẽta.C.ſi aduerſus vend.n. 56.communem dicit. idem.

Minor 14.annorum, maior autẽ capacitate: ſi iurat obligatur iuramento ſecundum canoniſtas.Pan.in conſ.108.vol.2. ſecus tamen, de iure ciuili, Iaſ.in auth.ſacramenta. C.ſi aduerſus vendi.n.10.communem dicit.Deci. tamen in l.pupillum. de reg.iur.& Io.Mau.in trac.de reſt.in integ.c.112.dicũt ſimpliciter obligari iuramento, licet Alci.in c.cum contingat.de iureiu.n.141.dicat magis communem ſimpliciter nõ obligari iuramento.

Cum Alciat.concor.l.6.ti.5.par.5.quam intellige, & limita ſi minor cum iuramento promittat nõ contrauenire prætextu minoris ętatis.l.16.ti.11.par.2.& l.6.ti.9.par.6.& vide quę habes ſ.in ver.iuramentum.n.95.

Fallit tertiò, ſi pecunia minoris perdatur caſu fortuito, nõ reſtituitur, Io.Mau de reſti.in integr.c.175.com.dicit. idem.

Maior non tenetur probare eſſe infra tempus petendi reſtitutionem Io.Nico.in add. ad Alc.rub.1.præſ.42.nu.8.com. dicit. idem.

Minor non habet vocem in concilio, nec in electione, nec in conſtitutione ſyndici, Iaſ.in l.de pupillo.n.4.ff.de no. oper. nun.communem dicit. idem.

minor p̃t ingrediendo religionẽ teſtari vel aliàs diſponere de bonis ſuis, etiam ſine auctoritate tutoris, ſi quem habeat. com.dicit Clar.in §.T.q.28.ver.Sed nunquid. P.Fich.

Minor non p̃t pro debito carcerari ſecundũ Bald. in l.1.nu. 24.qui bonis cede poſ.quem ſequitur Iac.de S. Georg.ĩ l.nec impuberes.n.3. ff.de in ius voc. Chaſſane.in conſuetu.Bur.in tit.des rentes, rub.5.§.2.nu.14.pro qua eſt gl.in l.3.§.ſed vtrũ. ff.de minor.& ita tenet Ang.in repeti.l. nemo carcerem. C.de extract.tribut. lib.10. & Rom.conſ.120.nu.4.contra verò gl. prædictam expreſsè tenet Bart.in tract.de carcerib.n.6. vbi dicit ꝙ iſta gl.communiter reprobatur, idem Bart. in l.ſi filio.ff. ſol.mat.docto.in l.filius.ff.de procurat.Bald.poſt Cy.in l.alio. C.quod cum eo.Marſ.in ſua prac.cri.in §.attingant.n.69.& ita communiter teneri firmat Caccialupus in trac. de debitore ſuſpecto, & fugitiuo.q.5.n.8. vbi dicit d.gl.habere locum, & poſſe ſaluari quandocũque minor eſſet filius familias: nam tunc non poteſt pro debito carcerari, quem ſequitur Pariſius ſuper hac diſt.conſ.94.n.41.vol.1. F. Viuius.

Minor petens ſe reſtitui cõtra, & aduerſus aliquem actum iudicialem, vel extraiudicialẽ, tenetur neceſſario probare ſe minorem, læſumque ad cauſam, quam quippe ſi defendiſſet, foueret bonam cauſam, ſecundum Bar. in l. nam.& poſteà.§. ſi minor.ff.de iureiur.quem ſequitur Paul. Caſtr.cõſ.181.vol. 2.Capel.Toloſa.in q.54.& 99.Cor.conſ.181.vol.2.& omnes ſcriben.communiter in d.§.ſi minor.de qua communi faciũt mentionem omnes ferè doctor.ibi, & Boer.dec.79.n.6.ratio huiuſmodi communis videtur iſta, quia quilibet tenetur probare, id quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, vt per Parpali.in l.ſi quis maior.in 1.nota.C.de trãſact.& Corſetum in ſingu.in ver.qualitas.& Fel.ĩ c.examinata.de iud. Iaſ.& Dec.in l. qui ſe patris. C.vnde liberi. & clarius in l. ſi emancipati. C.de collat.& Fel.in c.in præſentia.de probat.in gl.in ver.2. idem.

Minor annis quin pro debito in carcem detrudatur, nihil impedit commune ait Caccialup.in trac.de debit.ſuſpecto, & fugit.q.5.n.8.

Quod intelligo proceſſurum, quamuis ille ſit filiusfam.cũ vbique eadem iuris ratio verſetur. nec multum hac in re moror Viuium cum iis, quos laudat, lib.1.opi.243. E.Suarez.

Minor annis 25.ac iam 20. annis maior accuſare generaliter ac regulariter quemuis poteſt.commune affirmant Ab.in c.j.de accuſat.Viuius li.j.opi.20. & quãuis regulariter in quauis iuris ſui allegatione læſus reſtitutionem impetrare poſſit. tamen ſi doctor aduocatusque fuerit, vt vel minor 18.annis eſſe põt, non reſtituetur.communia ſcribunt Boer.deciſ.350. Viuis d.lib.1.opi.86. idem.

minor, qui ſe maiorem annis iurauit, etſi beneficium reſtitutionis idcirco perdiderit, tamen contractum non ideò minus nullum dicet ſi conſenſus propinquorum ſtatuto loci requiſitus, nõ interuenerit. commune aiunt Ferr. de Benintẽd. deciſ.47.Viuis lib.1.opi.296. idem.

minor annis ſi hæres ab aliquo inſtitutus hæreditate non adita deceſſerit, tanquã eo ipſo læſus reſtitutionis beneficium ad hæredes tranſmittit.commune dicit Ant.Gomez de teſta. c.9.n.vlt. idem.

Minor, qui cùm ſe enormiſſimè lædi noſſet reſtitutioni nihilominus cum iureiurando renunciauit, nec abſolutionem à iuramento, nec in integrum reſtitutionem impetrabit.commune aiunt Cur.iun.conſ.44. Viuius lib.1.opi.221. idem.

minores ob rem vilius venditam, non ad ipſam rem omnino auocandam reſtituuntur, ſed ad reſarciendum precij iacturam, fietque ea in ſpecie aduerſario optio, num rem num precij reliquum præſtare malit.vt frequenter placitum renuncio ex Gozad.conſ.44.n.14.Ar.Pinel.in l.2.par.2.c.3.n.2.in fi.C. de reſcind.vend.atque ex iis quos ipſi laudant. E.Suarez.

Minores nec aduerſus pecuniam fortuitò perditam reſtituuntur, vt commune inquit Io.Mauric.de reſti.in integrum c.175.Nec aduerſus ordinariam actiõis redhibitoriæ, & quãto minoris præſcriptionem, nec aduerſus triennalem inſtãtiæ curſum, nec denique in lapſum inuentarij cõficiendi tempus reſtitutionem vllam obtinebunt.quemadmodum receptum ponit Turzan.opi.125.Nec item rurſus reſtituentur, ſi ſe non aduerſum ituros contractui geſto, vel generaliter iurauerint. commune aſſeuerant Aymon. Crauet.conſ.7.Tuzananus opinio.132.& opin.109. Etſi aliud auxilium præter reſtitutionem non obſtante eo iurerando intentare queant. commune dicit Alciat.in ca.cum contingat. nu.162.de iureiur. Alioquin & in minimis reb. imploratam reſtitutionis opẽ adipiſcẽtur.vt verius ac receptius ꝯtra aliquammultos meritò profitentur duo mihi nõ pœnitẽdi doctores Ar.Pinel.atq; Emanuel à Coſta.ille in l.2.par.1.c.1.n.26.C.de reſcind.vẽd.hic in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.par.2.n.77.cum ſeq.ff.de liber.& poſth.Quin & aduerſus fœneratores reſtituẽtur, ni mutuum fœnebre.in eorum rem verſum probẽt, vt frequẽs eſſe interpretum dogma cõſtituo ex Alex.in l.ciuitas.n.11.ff.ſi cer.pe. Dec.in l.ſingularia.n.21.ff.illo e.tit.Rip.in l.1.§.ſi is qui bona. n.12.ff.de pigno.Soc.conſ.115.lib.1. E.Suarez.

Minores, qui ob delicta puniri poſſunt, de ſui ipſorum facti quæſtione & iuſiurandum dare, & reſpõdere coguntur.commune renuncio ex Hippo.in l.pe. num.72.ff.de q.& in pract. §.poſtquam.n.4.Ant.Gome.de delict.c.1.n.65. E.Suarez.

minores quin ab alio ementes pacto rei vendẽdę obligentur, nihil prohibet, vt receptius ait accuratè doctor meus Ar. Pincl.in l.1.part.3.n.53.C.de bonis matern.æquius & vtilius affirmat idem Pinelus in l.2.part.1.c.3.n.1.ad fi.C.de reſcind. vendit. idem.

minores cura vel tutela liberati, non poſſunt locationem ab ipſorum vel curatore factam improbare, vt commune aſſeuerare auſim ex Alex.in l.ſi filio.§.ſi vir.ff.ſol.ma.Soc.ꝯſ.125. n.6.lib.1.Did.à Couar.lib.2.reſolu.c.15.n.5.in med.& n.6.in prin. idem.

Minores ſi quempiam ꝯctum ſibi vtilem, & conducibilem non ritè tamen nec ſolẽniter geſſerint, nihil egiſſe videbũtur. quippe quia nullus erit eiuſcemodi contractus, quantumuis illis



uis illis expediat, vt cõmune renuncio ex Iaſ.in l.cum ij.§.eam. nu.2.ff.de tranſact.& in l.contra iuris.in fi.principij.ff.de pact. Fel.in ca.cauſam.n.8.de iudi.Tiraq.de iure marit.gl.8.n.56.cũ duobus ſequentib.Poterunt tamẽ illum, iis etiam inuitis, quibus cum contraxerunt, ſtatis ritibus circũſepire, vt frequẽter placitum pono ex Iaſ.vbi ſupra.Tiraq.d.gl.8.n.92.Ar.Pinel.in l.1.par.3.nu.32.C.de bon. mater. quamuis perperam contractum id gen' à principio valere affirmauerit.accur. in d.§.eã, & illum complures ſint ſequuti, vt conſtat ex Corſ. in ſingu. ver.puni.ex Iaſ.in §.actionum.n.43.inſti.de actio.Tiraq.vbi ſ. n.62. idem.

Minores non magis alienãdi copiam habent, cum actio illis ad rem ſolis conuenit, quàm cùm iam dominium rei aſſequuti ſunt.commune aiunt Tiraq. de retract.§.1.gl.7.nu.17. Ant.Gomez.de contract.c.10.Arius Pinel.in rub.par.1.n.33. & in l.1.par.3.C.de bon.mater. idem.

Minorum tutores illorum nomine pacem cum iis inire poterunt, qui ipſorum parentes offenderũt.commune aiunt Io. de Amicis conſ.89.n.4.& qui diligenter hanc rem agit I.Cla. in pract.§.vlt.q.58.ver.quæro an tutor. E Suarez.

minor litigãs cum conſanguineo compromittere tenetur abſque ſolẽnitatib.& ſic ad compromittendnm compelli poteſt ſtante ſtatuto, ꝙ cauſæ inter conſanguineos debeant compromitti, vt voluerunt expreſsè, & elegantèr Ang.Paul.caſtr. Alex.& Iaſ.in l.ſi plures.ff.de pactis, quam legit ipſe Iaſ.in l.& ſuum.§.hodie, e.ti.& hoc idem firmarunt optimis quidem rationib.Bald.Saly.Aret.Pau.caſtr.Alex.& Iaſ.in l.fi.C.de integ. reſti. vbi iſtam opinionem veram eſſe aſſeuerat. & licet Bart. conſ.40.quæritur an ſtatutum.affirmet, teneatq; cõtrarium, videlicet, ꝙ ſtatutum de compromiſſis non liget minores.tñ primam ſentẽtiam ex relatis authoritatib.com.fore nõ ignoramus, quam ſequitur etiam, declarat, atq; ab omnib.ꝯriis tuetur Marc. Ant.Blanc.in trac.de compromiſſis.q.3.n.30 cum aliis ſeq.& pro hac parte com. cõſuluit pariter doctiſſimè Alex.conſ.254.vol.6.& vocauit Rota Bononienſis, teſte Petro de Benintendis deciſ.20.n.11.cum aliis ſeq.& obtinuit Alex. vt ipſe recenſuit, in d.l.ſi plures. F.Viuius lib.2.opi.178.

minor ſi enormiter lęſus eſſet, an poſſet petere abſolutionẽ à iuramento, petiturus in integrum reſtitutionem, multi doc. voluerunt eum petere nõ poſſe, per tex.auth.ſacramenta, ibi, inuiolabiliter cuſtodiantur.C.ſi aduerſ.vẽdit.& quædam alia, vt latè ꝯſulẽdo tradit cum multis adductis authoritatib. Ale. de Imo.in conſ.222.lib.2.conſ.ſed communis & ęquior ſententia eſt, referente Hieron.Cagnol.in l.2.n.109.C. de reſcin. vend. ad oppoſitum, ꝙ data enormi læſione nõ habet locum diſpoſitio.d.auth.ſacramenta puberum.& ꝙ minor poſſit petere abſolutionẽ à iuramento, petiturus in integrum reſtitutionem, quia propter læſionem iuramentum dolo cẽſetur extortum. l.ſi quis cum aliter.cum ibi no.per.doct.ff.de verbo. obl. ergò nõ debet eſſe obligatorium.c.2.de pact.in 6.c. cùm contingat. ext.de iureiur. Pan.in ca.cùm cauſa.n.19.ver.item iuramentum eſt de iure diuino.ext.de emp.& vẽd. Fel.in ca.ſi diligenti.n.15.ver.ſecũdùm corollarium.ext.de for.compet. Dec.in conſ.31.n.2. & in conſ.551.n.2.& 3. Gozad.in ꝯſ.97. n.14.& hanc com.opi.quoque eſſe dicit idem Dec.in c.in pręſentia.nu.36.ver.vltimo ſecundùm Are.cum multis adductis authoritatib.ext.de probat. Kirchouius.

minores 25.annis & maiores 18.arbitri eſſe poſſunt de voluntate partium ſi vellẽt.ſecùs ſi nollent, & ſic ad aſſumendũ arbitrium inuiti compelli nequirẽt aliquo modo, ſecun.gl.& omnes Legiſtas vno ore, in l.quidam conſulebant, ff.de re iudi.per tex.ibi, vbi Alex. recitat iſtam eſſe com.opi.Legiſtarũ. & Are.in §.pe.n.17.inſti.de exce.

In contrariam verò partem, videlicet.ꝙ minor.20.annis arbiter eſſe nõ poſſit, & eius ſententia nõ valeat inclinauerunt gl.Ab.& cęteri omnes canoniſtæ communiter in c.cũ vigeſimũ.de of.deleg.Spec.in ti.de arbitris, §.p̃t.ver.itẽ minor, Hoſ. in ſum.de arb.§.2.Ale.& Io.de Imo.in d.l.quidã.Lanfr.in trac. de arbitris, §.hactenus, & Bapti.de ſanct.Blaſio.in trac.de arbi. q.9.& opi.iſtam canoniſtarum inquit veriorem eſſe Ale.ĩ d.l. quidam, & Marcus Ant.Blãcus, in trac. de compromiſſis q.2. n.22.par.35.vbi eam ſequitur declarat, & denique ab omnib. ꝯriis veriſſimis reſponſionib.ſuis tutã derelinqt, ideò eidẽ tãquã tutiori, ac veriori libẽter inhęrem'.F.Viuius.li.2.op.179.

minor 20.annis repellitur ab accuſando, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur.com.dicit Ant.de Tremo.ĩ addit. ad Bonac.in prac.except.ĩ rub.quib.mod.ſuo no.ani.n.6.ver. ad illos caſus.Ab.in ca.1.n.10.de accuſatio. Si verò ſit maior 20.annis, licet minor 25. tamen poterit indiſtinctè accuſare, etiamſi ſuam vel ſuorum iniuriam non proſequatur.com.dicit Alex.in l.de pupil.n.8.ff.de noui oper.nunciatio. quam legit.cum § præcedent.qui incip. Si in publico. Nouel.in tract. ad defenſam.n.13. Zanetin.in ca.1.de accuſatio.Salicet.in l.ſi cautiones.n.3.C.qui accuſa. non poſſunt. Sed quicquid ſit de iure, conſuetudo indiſtinctè admittit minores ad accuſandũ, dummodò 14.annos ex ceſſerint.Hęc.Cla.d.§.fi.q.14.ver.ſed quid. P.Fich.

Minores 14.annis non debẽt torqueri, receptã ſententiam ait Plaza.li.1.delic.c.32.n.12.tex. in l.1.§.impubes.ff.ad Sylleian.Ana ĩ c.1.n.10.de delic.puer.Ant.Gomeſ.c.1.delic.n.67. Igneus in l.excipiuntur. nu.49.ff.ad Sylleian. Cla.d.§.fi.q.64. ver.quæro nunquid. P.Fichard.

Minor 20.annis repellitur ab accuſando, niſi ſuam, vel ſuorum proſequatur iniuriam.Si verò ſit maior 20.annis, minor tñ 25. Tamen poterit indiſtinctè accuſare etiam ſi ſuam, vel ſuorum non proſequatur iniuriam, vt eſt communis opi.Sed quicquid ſit de iure.conſuetudo indiſtinctè admittit minores ad accuſandum, dummodo 14.excedãt annos.Clar.q.14. ver.ſed quid Ant.de Tremolis ad pract.Bonacur.ti. quib.modis ſuo nomine, &c.n.6.verſ.ad illos caſus communem dicit. Bonacoſſ.

Minores 14. annis non debent torqueri, vt eſt communis opi.Cla.q.64.ver.quæro.nunquid. Bonac.

Minores, q ob delicta puniri poſſunt de ſui ipſius facti quęſtione, & iuſiurandum dare, & reſpondere cogũtur, vt eſt cõmunis opi.Soarez ver.minores n.179. Bonac.

Minores poſſunt facere pacem cum iis, qui eorum parẽtes offenderunt, cum auctoritate tutorum, vt eſt communis opi. Soarez ver.minores.ver.n.187. Bonac.

Minor non poteſt puniri de eo delicto effectus maior, pro quo in minori ętate puniri non poterat, vt eſt communis opi. Cla.q.60.ver.ſed nunquid. Bonac.

Minor propter ætatem excuſatur in pœnalib. poteſt tñ in carcerib.detrudi pro debito, cõmunis eſt opi.Graſſus de communi opi.lib.2.c.7.q.3.Niſi ſit filiusfamilias.vt ibi. Bonac.

Minor vbi deliquit non dolo puta ſit omittendo deliquit, quia eſt ob culpam, reſtituitur, vt eſt communis opin.de qua Menochius conſ.100.n.282. Bonac.

Minori nũquam ſubuenitur per reſtitutionem in integrum, quando deliquit ex animo, id eſt dolosè ſiue loquamur in adulto, ſiue in pupillo, qui eſt plenè doli capax, vt eſt communis opi.Rol.à Valle in conſ.78.n.5.punitur tamẽ pœna extraordinaria.Rol.à Valle.in d.conſ.78.& iſta eſt communis opi. vt ibi per eum.n.12. Fallit ꝓpter ſceleris immunitatem, quia minores & pupilli puniuntur.Nouellus reg.45.& in reg.173. n.3. Bonac.

minor etiam cum curatore non poteſt in iudicio ſtare, ſed proceſſus eſſet nullus. Vantius de nullitatib. proceſſ.fol.143. n.35. Bonac.

minor non debet puniri ſtatuto de homicidio, ſed aut legari, aut pecuniariè, vt eſt cõis opin.de qua Gram.deciſ.Neapol. 23.nu.12.& per totum.Tiraquellus de pœnis temperan.caute.44.n.47.Arnonus commentario 11.Marſi.in pract.crim.§. quoniam.n.96.Rol.à Valle in conſ.63.n.33.in 2. vol.Folle.in pract.cri.canonica.tit.& ſi cõfeſ.n.95. vbi etiam declarat tex. in l.auxilium.§.in delictis.ff.de minorib. Menochius de arbitrio iudicis. caſu 329. Dominus Chachera.deciſ.60.Placa Epitome delict.ca.32.nu.10.vbi fuſiſſimè.Zuccardus in rub. C.qui admitti.nu.23.poſt Alex. & alios p eum citatos, vbi dicit ſe obtinuiſſe in minore 25.annis, qui fuit punitus in pœna arbitraria, & mitiori, quàm à ſtatuto Ferrarienſi ſit poſita. Et ita etiam conſuluit Rol.à Valle in conſ.78.per totum in 3.vol. Aſinius inter conſ.crim.conſ.110.tom.2.Ant. Gomez tit.de delictis.n.63.ad fi.fol.336.to.3.ca.1.Riminaldus nouiſſimus inter conſ.cri.conſ.135.Caccialupus inter conſ.cri.conſil.92. tom.1.Duennas reg.259.Folerius ĩ prac.crim.canonica pagi. 395.n.17.Gandi.in malef.tit.de homicidiariis.n.23. Cagnol. in l.ferè.ff.de reg.iur.Grammaticus voto 14.n.2. & per totũ. Aret.conſ.70.ad fi.& obligatur iudex.ad hoc vt ibi per Grammat.d.deciſ.23.Paulus.Girlan.in tract.de relaxa.carcera.quæſtione 8.nu.7.Rolan.à Valle in conſ.51.nu.41.ad fi.in 1.volu. Carrer.in pract.crim.in §.circa.num.5.fol.99. Etiam ſi minor geminaſſet delictum gratus reſponſo.52.in 2.vol.Dec.& cæteri.d.l.fere.Firma.in repertorio.verſi. ſacrilegus punitur.vbi dicit, quòd ratione ætatis in Capitolio Romano fecit punire minorem in membri mutilatione propter minorem ætatem. Marſ.ſingu.628.Cæpolla cautela 2.num.15.Roma.ſingu.77. D.m.Alcia.diſpunctio.lib.1.cap.17.vbi pœna exilij eſt in minore delinquente.Franc.Mar.deciſ.791.Corn.conſ.198.in 4. vol.Nouellus regu.101.nam ſtatutum puniendo delictum,

genera

generaliter loquens non vindicat ſibi locum totaliter in minoribus, etiam doli capacibus. vt per Soc. ſenio. in c. 1. n. 3. de ſententia excommunica. fallit de rigore iuris, vbi pœna eſt ipſo iure impoſita, quia minor doli capax debet puniri ſtatuto, nec iudex in ſentẽtia poteſt pœnam alleuiare. vt ibi per Soci. n. 4. & ſeq. Nec opus eſt curatore minori in delictis. Clar. in q. 55. verſ. vlterius. vide omnino. D. Ioſephum Ludoui. in deciſ. Peruſi. 13. n. 10. vbi communem obſeruauit opinionem. Et iudex maleficiorum poteſt dare curatorem liti criminaliter mouendæ coram eo, nõ autem poteſt dare curatorem generalem, vt credit Bal. in l. ſolemus. §. latrunculator. ff. de iudiciis. & communis ſe habet opinio omnium. ſecundum Marſil. in l. de minore. nu. 55. ff. de quæſt. fol. 77. Quòd in his quæ fiunt ad ordinem iudicij, nõ valeant factum à minore, ſine tutore, vel curatore, in his autem, quæ pertinẽt in inquiſitione veritatis veleant factum ſine illis. Nec etiam eſt neceſſaria in criminalibus curatoris auctoritas minori in confeſſione legitimè extorta, ſecus in ſpõtanea, quæ emanat in forma iudicij. Et poteſt torqueri adultus, & ſtabitur eius cõfeſſioni abſque curatore. vt per Bal. in l. auxilium. ff. de minoribus, Si tamen minor in tortura, ex reſponſione, vel confeſſione eſſet læſus, reſtituitur. Iaſ. conſ. 133. nu. 1. in 1. volu. & per totum. & conſil. 188. 2. vol. & ſi minor abſque aliqua probatione erroris & læſionis in cauſa criminali cõfitetur delictum, de quo nõ cõſtat aliter, quàm per confeſſionem, debet reſtitui. Alex. in cõſ. 116. lib. 3. Ang. in l. certum. §. in pupillo. ff. de cõfeſſis. in verſ. & ideo dicitur quòd dictum dicit nota. Alex. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. col. pe. ff. de iureiur. aliàs autem ſentẽtia lata cõtra minorẽ indefenſum, & abſque curatore, eſt ipſo iure nulla. Iaſ. in conſ. 19. n. 1. vol. 3. Vantius de nullitatib. proceſſ. fol. 142. n. 28. Marſ. conſ. 445. & not. quòd teſtes dicẽdo aliquem eſſe minorem, poſſunt reddere rationem ex aſpectu. Bal. in conſ. 220. in 4. vol. Bonac.

Minor contrahens & iurans non venire contra, ratione minoris ætatis, ſi eſt deceptus vltra dimidium iuſti precij, non præiudicate iuſiurandum in beneficio. l. ſecundę. C. de reſcin. ven. ſed tantum in beneficio reſtitutionis in integrum, ratione ætatis, vt volunt gl. in l. ſciendum. ff. de verborum obligationibus, & gl. in d. c. cum cauſa. Io. Andr. Card. Hoſt. in c. cùm contingat. de iureiurãd. Cy. d. l. 2. C. de reſcind. vẽdi. Salicet. in auct. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus venditio. Baldus in l. ſi duo patroni. §. Iulianus. ff. de iureiurand. & id communiter teneri teſtatur Bened. capr. regula. 87. nu. 138. Et tunc quò ad illud remedium d. l. ſecundæ. non habet neceſſe petere abſolutionem, quia iuramentum non ſolum quando ſpecificè in vno interpoſitum, ſed etiam quando generaliter præſtitum eſt, potius reſtringendum quam extendendum eſt, ad hoc vt minus obliget iurantem: iuxt. notat. in ca. ad noſtram. 2. de iureiurand. & ca. 1. eodem tit. lib. 6. Quare contrahens & iurans nõ venire contrà, ratione læſionis vltra dimidium iuſti precij, ſibi tantùm præiudicabit in remedio dictæ l. ſecundæ, & dicti capituli cum cauſa. ſed non in beneficio reſtitutionis in integrum. nam quando quis habet duo remedia, & in vno ſpecialiter renunciat. non præiudicat ſibi in alio, vt tenuit Petrus de Bella pertica. & Io. Andreas & Imola dicto capitulo cum cauſa. de emptio. & venditio. vt Salicet. in d. auct. ſacramenta puberum. & iſto caſu ſic iurans quò ad beneficium ætatis, non habet neceſſe petere aliquam à iuramento abſolutionẽ, cùm ſuper eo nõ intelligatur iuraſſe, & hoc ſimiliter communiter teneri refert Benedictus capra reg. 87. nu. 141. & n. ſeq. addit, ſi minor ratione ætatis & læſionis non contrauenire iurauit, præiudiat ſibi in vtroque, & hoc caſu cẽſibitur vt maior quare iiſdem caſibus quibus maior poterit relaxationem iuriſiurandi impetrare, & eandem facilius conſequi. Bart. Salicet. dicta auct. ſacramenta. & Bal. d. l. 2. & Imol. d. c. cum cauſa. argumento. l. ſecundæ, §. ſed videndum. de ſucceſſorio edicto. Sin autem ſimpliciter iurauit non contrauenire, ſi appareat quòd voluerit ſe reſtringere ad beneficium ratione ætatis, tũc tantum ſibi præiudicabit quò ad beneficium reſtitutionis & nõ quò ad in l. 2. vt voluit Salicet. d. auct. & Imo. d. ca. Bart. & Bal. dicta lege ſecunda argumento. l. primæ. C. ſi maior factus. ibidem nu. 144. & ſeq. Sin non appareat, tunc ſiue de beneficio fuerit certificatus, ſiue non, tamen ad euitandum periurium, ſibi in vtroque præiudicaſſe videtur, & quod ſatis ſit eum in genere facultatem contraueniendi abs ſe abdicare voluiſſe, iuxt. not. in ca. ſi. de maiorit. & obedient. & D. Nicol. d. ca. cum cauſa. de empt. & venditio. vt notat in cap. iuuenis. de ſponſalibus. quod tanquam verius communiter per Modernos teneri etiam in practica, refert Bened. capr. ibid. n. 160.

Minorem quòd vulgò dicitur ĩ diuiſionibus eligere, maiorem autem partem facere debere, falſum eſt, ſecundum Bart. in l. 1. C. de his qui ſe deferunt. lib. 11. exceptis caſibus quibus id minoribus pro priuilegio concederetur, quia Bartol. ibidem non loquitur de minori 25. annis, ſed minore ratione ætatis, relatione ſcilicet facta ad maiorem natu, quòd communiter teneri refert Bened. capra reg. 109. n. 16.

Minor licet non poſſit diuidere, nec ad diuiſionem ſocium vel cohæredem prouocare. l. ſi pupillorum. de rebus eorum. l. pen. C. de prædiis minorum, id tamen fallit inter alia quando ipſi minori diuiſionem facere expediret, puta ſi ſocium haberet rixoſum & contumelioſum. l. iubemus. 2. & ibidem Bart. C. de ſacroſanctis eccleſiis, & ita communiter teneri refert Benedictus capr. ibidem nu. 19. Similiter fallit, ſi res communis ipſi minori foret damnoſa. Cy. Bart. & Bald. d. l. iubemus. quod etiam communiter teneri ibidem nu. 20. refert idem Bened. capr. Similiter fallit ĩ fructib. quos indiſtinctè diuidere poteſt, ſecundum Barto. d. l. iubemus. & Bal. in l. 1. ff. de rebus eorum. & id quoque communiter teneri refert ibid. num. 21. Benedict. capra.

Minor 18. maior autem 14. annorum, ab alio quam à principe iudex dari non poteſt, etiam ſi partes conſentiant, vt probatur ſecundum gloſſam in capitulo cùm vigeſimum. de off. delegat. quam communiter approbatam affirmant capra regu. 31. nu. 13. contra gloſſ. in l. cùm prætor. §. non autem. ff. de iudic. & lege, quidam conſulebat. ff. de re iudic. Sin à principe detur aliud erit, vt ibidem nume. 14. dicit, quo caſu non ſufficeret annus vltra 14. iam cœptus iuxt. l. ad rempubli. ff. de muner. & honor. ſed requiritur vt ſit completus, iuxta ca. cùm in cunctis. de electio. c. ad noſtram. de regulis iuris, cap. ſignificatum. ca. identitatib. in princ. de electio. libr. 6. capitulo vnico. de ætat. & qualitat. idque ſecundum Archid. & D. Florian. regulariter verum eſt, niſi cõtrarium reperiretur in iure expreſſum, aut fauor aliud ſuaderet, quia quando de fauore agitur annus cœptus habetur pro completo, niſi aliud iure reperiatur expreſſum, vt volit gl. mag. in l. 3. §. minorem. ff. de minoribus, vide ſuprà annus.

Minor 25. annorum regulariter non poteſt eſſe procurator pro alio in iudicio, ca. qui generaliter. §. ſi. de procura. libr. 6. l. minor. ff. eo. tit. gl. in l. exigendi. eo. tit. gl. in c. non iniuſtè. eodem tit. quod etiam tenent citramonta. maximè Iaco. Butrig. & Barto. d. lege minor. & eam opinionem dicit approbatam & communem Benedic. capra reg. 61. nu. 2. quod tamen in iudicio voluntario poſſeſſorio ſpiritualibus cauſis fallit, in quibus non tantùm pro ſe, ſed etiam pro aliis eſſe poſſit, fallit ſimiliter ſi mandatum ſuſcipiens iuraſſet nõ contrauenire vel reſtitutionem petere, aut quando contra minorem nõ oppugnaret ætas legitima, aut ſi ex parte actoris haberet mandatum, quia poſſit ĩ iudicio vt procurator eſſe. nec reſtitueretur dominus ſi inde læderetur, vt ibidem, nu. 3. & ſeq. vſque ad ſi. reg. videre eſt, ſibi enim dominus imputare deberet, quod talem elegiſſet.

Minor 15. annorum, maior autem 17. an. licet ſecundum Hoſt. & Io. And. in c. non iniuſtè. de procurator. poſſit eſſe in iudicio, per ea quæ habentur. in §. iuſtè, inſtit. qui ex quibus cauſis manu. qui ex hoc videntur velle, quod iudicium agitatum cum minore procuratore alterius, non ſit nullum, iuxt. gl. in lege exigendi. C. de procura. vbi Bar. idem quoque tenere videtur, & gl. in lege ita demum. C. eo. tit. de procu. & ibid. Bal. vt in lege licet. C. eo. & Petr. de anch. in c. qui generaliter. de procur. lib. 6. contrarium tamen videntur velle Bart. & gl. in lege minor. ff. eod. ex eo quia non habet perſonam legitimam ſtandi in iudicio pro ſe, ergò multò minuus pro alio, vnde videtur quod iudicium ſit nullum, & exceptio quandocũque opponi poſſit, iuxt. not. ca. in noſtra. de procur. & hoc tenet in d. c. non iniuſtè Do. Ant. & Imol. quibus accedit quod no. Bart. in l. filiusfamiliàs. §. veterani. ff. de procur. idem tenet Dominicus in ca. qui generaliter. de procur. lib. 6. & ita communiter teneri, refert per Modernos Bened. capr. reg. 61. nu. 9. & 10.

PRO. Minus malum exiſtit, viam domini non agnoſcere, quàm poſt agnitam retroire, in cap. quidem, extra de apoſtat. Bellon.

PRO. minus tribuit, qui nihil tribuit. l. minus. ff. de verbor. ſignifi.

Minor præſumitur quem apparet curatorem habere, niſi maior doceatur ſecundùm Bal. in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iuramen. calum. Quod procedere credere, niſi aſpectus oſtenderet eum maiorem, vel longus lapſus temporis poſt curam. Balb. deciſ. 199.

Minor nunquam pœna ordinaria punitur, ſecundum com-





munem per Burſ. conſ. 77. n. 19. lib. 1.

Minor qui iurauit, nec etiam ex enormiſſima lęſione contrauenire poteſt, ſecundum vnam magis communem, cuius contrariam veriorem & magis communem dicit Burſ. conſ. 75. nu. 5. lib. 1. vbi quòd maior excluditur ex veriori & magis communi ibi relata.

Minor non poteſt approbare contractum contra formam ſtatuti initum, licet cederet in eius vtilitatem, ſecundum cõmunem per Iaſ. in l. cum hi §. eam trãſactionem. n. 2. ff. de trãſ. teſte Burſ. conſ. 82. n. 21. lib. 1. Oſaſc. deciſ. 166. nu. 13.

minor vel alius debitor, qui bona non ſeruatis ſeruañ alienata cũ fructibus vult recuperare: an teneatur pecuniam debitã cum legitimo intereſſe reſtituere creditori & dic, ꝙ ſic, ſecundum Oſaſc. deciſ. 160. per tex. in l. vtere. & l. ſi prędium. C. de præd. minor. quas leges, declara, vt per eum ibi.

Minor ſtatutum diſponens quòd minoris contractus non valeat, etiam ſi fuerit iuratus: non ſeruata certa ſolennitate, & al'r factus: præſumatur minor dolo inductus, non valet tale ſtatutum ſecundum magis communem per Rol. conſ. 99. nu. 15. lib. 3. poſt doc. in l. omnes populi. ff. de inſtit. & iur. ſecus ſi nihil dicat de iuramento, quia quando ſtatutum pręſumit circa contractam & actum temporalem, & de iuramento nihil dicit: nec illud tangit reprobando. valet, teſte Abb. in eccleſia ſanctæ Marię col. pe. ver. 7. caſus de conſti. Rol. d. conſ. col. 5. per tot. vbi declarat.

minor quando citatur, an cenſeatur citari vt legitimè compareat, licet expreſsè nõ dicatur in citatorio: vide gl. in l. ſi minor. ff. de bon. author. iudi. poſſid. vbi quòd ſic. de quo plura no. Alex. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. oblig. & doct. in apoſtil. ad Bartol. in l. 1. C. qui pet. tut. vbi Bald. & an minor poſſit petere declarari proceſſum nullum nondum lata ſententia? Dic vt per Caſtr. in l. cum & minores. C. ſi aduerſ. rem iudi. vbi quòd acta ſunt in pendenti, per l. non eo minus. C. de procur. poſſe tamen minorem id petere: litigantem autem cum eo, non ex quo dubitatur quando fiunt expenſæ in cauſa contra minorem in qua acta ſunt nulla, quis ipſorum veniat in expenſis condemnandus: vide Cy. & Bald. vbi doct. in apoſtil. ad Bart. in d. l. 1. C. qui pet. tut. tex. in l. properandum. §. ſi. C. de iudi. & faciunt no. in l. ſancimus. §. ſed & ſi quis. C. de adminiſt. tutor. Quod autem agens cõtra minorem debeat vt ſibi prouideatur de tutore vel curatore, not. Bart. in l. 1. C. de iur. reipubl. aliàs ſibi imputet ſi iudicium non tenet, quia videtur contra tex. in l. 1. C. qui pet. tut. Et quòd valeat iudicium cum adulto curatorem non habente, text. eſt in l. acta. §. ſi. ff. de re iud. tex. in l. contra pupillum. e. ti. vbi Bart. & Caſtr. & l. ſi curatorem. C. de in integ. reſtit. & an geſta per minorem valeant, vide Bart. in l. neque. C. de procur. Rom. conſ. 318. Soc. conſ. 235. curt. iun. conſil. 168. facit l. 2. C. ſi aduerſ. don. & intellige tex. d. l. ſi curatorem procedere in perſonali obligatione. gl. in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebell. in l. 1. de nouat. ſed quo ad realem ſecus, niſi decreto interueniente. l. 1. & toto titul. ff. de reb. eor. & C. de præd. minor. Bald. in l. certi. C. locat. q. 8. Iaſ. in l. ſi conſtante. col. 32. ff. ſol. mat. poſt Bart. ibi. niſi iuramentum interuenerit. auth. ſacramenta puberum. & quòd in iudicio interuenire non poſſit minor non habẽs curatorem, no. gl. in d. l. ſi curatorem. vbi ꝙ non valent acta. & ſi habet curatorem, an tunc ipſe ſolus in iudicio interuenire debeat. vide tex. in §. ſi. inſti. de curat. vbi conſtituit actorem. l. neque tutores. C. de procur. l. pe. C. ſi aduerſ. rem iudic. l. curatorem. & l. in vniuerſis. C. qui dar. l. 1. §. in cauſis. ff. de adminiſt. tut. Alex. conſ. 122. lib. 1. Ad prædictam autem concluſ. ꝙ agens cõtra minorem, debeat petere prouideri de tutore, aut curatore adde doct. in l. C. de in integ. reſtit. qui tutor vel curator defenſionem promittere debet, iuxta text. in l. ſi. §. pe. C. de adminiſtr. tut. Alex. conſ. 163. lib. 1. Put.

Minoris iuramentum confirmat renunciationem ſeu donationem per eum factam, etiam quòd eſſet omnium bonorum, & etiam factam per impuberem dummodo doli capacẽ, ſecundum Corn. conſ. 240. lib. 1. Alc. verò conſ. 107. n. 11. videtur tenere contrarium vbi ex donatione reſultaret enormis læſio, puta, ſi donaret vltra dimidiam bonorum ſuorum, quia tali caſu videtur dolus re ipſa, & hanc opi. ſequitur Rip. Reſponſo. 138. & latè eam defendit Neuiz. conſ. 22. vbi dicit inferiorem à Papa tali caſu poſſe & debere concedere abſolutionem à iuramento, & ibi pulchrè artic. examinat concludens nu. 40. non poſſe eum etiam cum authoritate curatoris donare, licet donationem minoris iuratam valere dicat Soc. conſ. 279. viſa donatione in prin. non facta mentione de curatore, Quam concl. declara, vt per Nat. conſ. 166. col. 9. conſ. 173. 295. & limita vt per Iaſ. in l. ex hoc iure. nu. 63. ff. de iuſt. & iur. poſt Alex. conſ. 125. lib. 1. Dec. conſ. 232. qua in Re, dixerunt aliqui donationem factam à minore nõ valere etiam quòd appoſitum ſit iudicis decretum, niſi ratam illam habuerit poſt decem annos, à tempore perfectæ ætatis inter præſentes, poſt viginti inter abſentes, l. ſi. in ſi. C. ſi maior fac. alie. fac. ſine Decret. rat. hab. Dec. d. conſ. 232. Caſtr. in l. 2. C. ſi ad. don. conſ. 342. 468. n. 3. libr. 1. in quo principali articulo vide quæ ſcribit Nat. d. conſ. 173. vbi pulchrè q. explicat cui adde, quòd idem Nat. d. conſ. 166. col. 9. circa ſi. dicit minorem non poſſe facere ſimplicem donationem, nec habere curatorem ad donandum etiam ſi iuret in contractu, & ibi etiam loquitur in ſtatuto diſponeñ. quòd contractus factus cum minore ſine authoritate curatoris non valeat, etiam ſi minor iurauerit, declara, vt per eum ibi, vbi quando & quibus caſibus ſuſtineatur minoris contractus, quando non, pro cuius reſolutione dic, quòd minor non poteſt donare ſimplici & abſoluta donatione, ſed ex cauſa ſic, l. 1. C. ſi ad. do. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admin. tut. Nat. d. conſ. 295. col. 2. num. 2. vbi dicit hoc probari per locum à contrario ſenſu in l. non ſolum in l. prædia C. de præd. minor. inter ceteras autem cauſas legitimas donandi, eſt Remuneratio, quia minor remunerare poteſt, ſicut etiam prælatus, tunc enim non læditur: cum tantundem habeat, ex prædictis tamen opi. ea receptior videtur, ꝙ valeat minoris iurata donatio, teſte Alex. dict. conſ. 125. lib. 1. cum iuramentum minoris ætatem ſuppleat, ex no. per Guid. Pap. q. 35. 494. cuius donationis per minorem factæ inualiditati proſpectum legitur Antiq. Ducal. ſubalpinæ nr̃æ patriæ Decretorum diſpoſitione li. 3. pag. 63. ti. de donationib. vẽditionib. & recatis, ꝓ cui⁹ Decreti intelligẽtia: vide curt. iun. ꝯſ. 141. col. ſi. circa ſi. vbi inter alia, quòd in terminis illius Decreti iuramentum non operatur, Quid in donatione facta per maiorem quãdo & qua ex cauſa reſcindatur? Dic vt per Aym. conſ. 192. col. 2.

minor ætas dicitur magis priuilegiata, quàm abſentia, vel alia. cauſa. vt ſignanter docet Bald. in l. in contractibus in prin. in 3. notat C. de non numera. pecun. Quem curt. ſen. in conſi. 58. ſuper præmiſſa dubitatione ver. 4. principali fundamento & allegauit, & vltra eum ita voluit Alex. in l. finita. §. Iulianus in ſi. ff. de damno infecto, & dicit curt. vbi ſupra, Quod iſta opin. eſt verior, & communior. & eam ſequitur Ruy. in conſil. 199. viſo ſtatuto, & c. n. 5. vol. 1. cum ꝯcordantib. ibi Soc. iun. in conſ. 46. n. 11. vol. 4. vbi etiam reſpondet ad contraria, vt ibi per eum. E. Muſcul.

minor ſuccedẽs maiori, licet circa geſta per authorem eius maiorem, vel curſum temporis ab eodem præſtituti, non reſtituatur ratione minoris ætatis: Tamen ex capite ignorantię reſtitui poterit ex generali illa clauſula, Si qua mihi iuſta cauſa videbitur. ita in ſimili voluit Bart. in l. 2. C. ſi aduerſus vendit. pignor. & in l. cum filiusfamil. §. in hac. ff. de verb. oblig. vbi etiam videtur ſequi & multum nota. Ioan. de Imola. & Socinus. Senior & Iaſon. dicentes: Quòd ita communiter tenetur.

Et licet hæc opinio non videatur communis, quia multi antiqui & moderni contra eam tenuerint. quos refert Soc. iu. conſ. 46. ſub n. 35. vol. 4. Tamen in d. conſ. 46. dicit, quod prędicta opinio videatur verior, & magis communiter recepta, & quod ex hoc iudex non debeat terreri hãc noſtram opinionem ſequi, quia quis tenetur iudicare ſecundum opinionem veriorem. & melioribus rationibus munitam etiamſi contraria opi. eſſet magis communis. vt ibi per eum in d. conſ. 46. n. 6. & 35. E. Muſcul.

Minor an reſtituatur aduerſus dolum præſumptum. Bart. in l. minor. ff. de minorib. Bald. in l. 1. §. ſi. in ſi. ff. de edend. vbi declarat quid ſit dolus verus & præſumptus: & quãdo minor in eo reſtituatur. vide etiam Iaſ. in d. §. ſi. & Bart. in l. 1. §. nunciatio. ff. de no. ope. nunciat. & an aduerſus dolum præſumptum ſuccurratur minori, vide Bart. in l. vbi exigitur. ff. de edend. Et ꝙ minor nõ reſtituatur aduerſus dolum præſumptum de futuro, prout in caſu productionis teſtium poſt didicita teſtificata, not. caſtr. in d. l. 1. §. editiones, in ſi. ff. de edend. vide quæ ſcribit Abb. in capit. auditis. 8. not. extra, de in integ. reſtitur. Put.

Minoris 14. annis contractus non firmatur iuramento, & ſic pupillus doli capax nulliter contrahens, etiam quòd iurauerit huiuſmodi iuramentum contractum non firmat, quia auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. vendi. non procedit in pupillo doli capace, ſed in pubere, & non in impubere, vt voluerunt gl. Pet. de Bellaperti. Cy. Butr. Bal. Ang. Odofre. Saly. Fulgo. & Iaſo. n. 10. ibi, vbi ſimul cum aliis ſcriben. recitant iſtam eſſe communẽ opinionem Legiſtarum, quam ſequitur

quoque Federi.de Senis ɔſ.30.Paul.caſtr.in l.qui iuraſſe,ff.de iureiu.& Alci.in c.cùm ɔtingat, n.141. de iureiu. vbi profert vtile, & magnum quidem verbum, iſtorum opinionem magis communem fore, atque eam limitat Alflic. cũ aliis ſignatis per eum deciſ.322.n.3.

Cæterum contrarium aſſeruit Barto.in d.auth.ſacramenta puberum,videlicet,ꝙ minor 14.annis,maior autem capacitate obligetur iuramento, & d. auth. ſacramenta puberum habeat locum in pupillo doli capace,vt mediante iuramento tenaciter obligetur quemadmodum pubes eſſet, & cum Bart. ſenſere Hoſt.Io.And.& Io.de Imo. & cæteri omnes, in d.cap. cùm contingat, Archid.in c.quamuis de pactis,in 6. Pan.cõſ. 108.vol.2.Decius in l.pupillum,ff.de re iud. Io.Mau.in tract. de reſtit. in integrum cxij. Salycet. & Paul. caſtr. in d.auth.ſacramenta puberum,vbi aiunt iſtorum ſententiam procedere de iure canonico,& veriorem preſupponit Alex.in d.l.qui iuraſſe,& ſecundum eandem iudicatum fuiſſe per ɔcilium Neapolitanum. refert Afflict.in d.deciſ.322.nu.1.2.3.4.& 5.& in deciſ.393.ſub n.10.ideò ob obſeruantiam iuramenti,& fauorem animarum, & propter deciſiones ſacri cõcilij Neap. quæ ſub nomine regis proferuntur,ſucceduntque loco Imperialis interpretationis vt poſuimus.in 1.par.in opinio.iudex in iudicando cum hac vltima communi, & veriſſima canoniſtarum libenter concurrimus. F.Viuius lib.2.opi.180.

Monachus clauſtralis ſimplex in ciuilibus conuenire non poteſt,cùm non habeat proprium 12.q.1.c.nolo.& c.non dicatis.de ſtatu monachorum, & ibidem notatis, ſibi enim imputare debet qui contrahit impudẽter cum monacho,& hoc tenuit Inn.& Hoſt.in c.quanto.de of.ord.Lignan.in cle.ſecũda,de ſtatu monac.& D.Nic.in c.cùm cõtingat, de foro competenti,& capitulo ſi quis contra.de foro compet.& ita communiter teneri refert Bened.Capr.reg.84.n.44.Quod tamen fallit quãdo monachus de licẽtia Abbatis eſſe in ſtudio,quoniam tunc videtur conceſſa poteſtas contrahendi in iis ſine quibus commodè in ſtudio verſari non poſſit,vt no. in ca.ex parte.de accuſ.quia obligatur monaſterium ex mutuo vſque ad probabilem ſummam,gl.in c.non dicatis.2.q.1.Archid. in c.vt periculoſa. ne clerici vel monachi.& Inn. in d.c.quãto.& D.Nic.d.c. cùm contingat.& d.c.ſi quis contra.& communiter tenetur quod monachus tali caſu agere & ꝯuenire poſſit, quo tamen caſu, cùm Abbas monaſterium defendere teneatur,non poterit eſſe iudex, neque enim par eſt partem iudicẽ eſſe,c.nullus.4.q.4.& ideò conuenietur monaſterium coram epiſcopo,ſecundum D. Nic.d.c.ſi quis contra. aut ſi ſit adhuc in remotis coram rectore,vel iudice ordinario ſtudij vel loci. vt dicit Imo.d.ca.quanto.argumento.l.ſi longius.ff.de iud.vt refert Bened. ibidem.n.49.& ſeq. Quod tamen non procedit quando monachus ſine licentia Abbatis verſaretur in ſtudiis, quo caſu cùm monaſterium non obligetur, coram Abbate erit conueniendus,quia ceſſat ſuſpicio,vt tenet Inn.& D.Nic. d.c.quanto.& Archid.in c.vt periculoſa. Ne clerici vel monachi.& Ligna.d.cle.2. & ita quoque communiter teneri refert

ibid.numer.52. idem Benedict.Capr.

Monachus neminem poteſt in iudicio denunciare,niſi proprium abbatem,extraiudicialiter autem, & ad pœnitentiam, poteſt quemcunque denunciare.com.dicit abb.in c.ex parte nu.6.de accuſat.ſed hoc rarò contingit in pract.Clar.d.§.fi.q.7.ver.item quæro. P.Fichard.

monachus ſi occidatur vel offendatur, & habeat filium legitimum quem ante monachatum generauerit, tum ius faciendæ pacis vel remiſſionis,pertinet ad filium non ad monaſterium,ita com.dicit Boer.deciſ.121.nu.9.quem refert Plaz. c.6.delict.n.16.& Carauita ſuper 275.ritu mag.cur.in fi. contrariam verò com.dicit Alc.in l.4.§.Cato.nu.175. ff.de verb. oblig.quem refert do.Ant.de padilla in l.tranſigere.nu.38.C. de tranſact. Clar.diſtinguendum putat an fiat offenſio reſpectu religionis,an reſpectu perſonæ offenſi tantum.& in illo caſu monaſterium,in hoc verò filium præferendum putat in dubio verum vtrumque admittendum, & hoc in caſu quo offenſus religionem profeſſus ſit aliàs enim ſimpliciter præferendum filium.& ita dicit ſe vidiſſe iudicari d.§.fi. q.58.ver.vlterius quæro. P.Fichard.

monachus habitum ſuæ religionis non deferens, incurrit pœnam excommunicationis.c.vt periculoſa.ne cleri.vel mo. in 6.Et licet aliqui dicant ꝙ ſi occultè deferat non incurrat penam excommunicationis,ſec.Archid.d.c.vt periculoſa.cuius opi.Claud.in repet.l.vt vim.n.99. ff.de iuſt.& iur.dicit docto. communiter ſequi. Tamen contrariam,ſ.ꝙ monachus nihilominus incurrat excommunicationem, etiam ſi occultè habitum deferat.com.dicit Calc.conſ.123.nu.1. per gl.in cle.fi. in ver.extrinſeci.de vi.& hon.cler.quæ opi.Clar.magis placet quam prior.ita tamen,niſi cum cauſa & licentia ſuperioris occultè habitum ferret.Clar.d.§.fi.q.77.ver.monachus. P.Fich.

monachus neminem poteſt in iudicio denunciare,niſi proprium abbatem extraiudicialiter autem & ad pœnitentiam, vt eſt com.opi.Cla.q.7.ver.item quæro.dicens,hoc rarò contingit in practica.

monachus ſi occidatur vel offendatur, & habeat filium legitimum, quem ante monachatum legitimè ſuſcepit, ius faciendæ pacis ad ipſum ſpectat,non autem ad monaſterium,vt eſt com.opi.ſed cum diſtinctione recipitur à Claro. Nam aut fit offenſio reſpectu religionis, aut reſpectu perſonæ offenſi tantummodo,& in primo caſu ſpectat ad monaſterium,in ſecũdo ad filium.In dubio,verò ad vtrunque ſpectat. & in hoc caſu, quo offenſus religionem profeſſus ſit. aliàs ſolus filius præfertur.& ita vidiſſe iudicari ait Cla.q.58.ver.vlterius quæro. Bonac.

Monachus habitum ſuæ religionis non deferens, incurrit pœnam excommunicationis, etiam ſi occultè deferat. vt eſt communis opi.Clar.q.77.Niſi id faciat cum cauſa,& licentia ſuperioris.Sed poteſt ab eius ſperiore abſolui. vt eſt communis ibi. Bonac.

Monachus ſi interficeretur, & poſtea interueniret tranſactio vt daretur certa pecuniæ ſumma ratiõe factæ occiſionis, illa abbati ac monaſterio,non autem eius patri, ſi quempiam haberet,relinqueretur,ita voluerunt multi doc.referẽte Dec. in c.in præſentia.n.57.extrà,de prob.quorum ſententiam cõmu.eſſe Alci.arbitratur in l.4.§.Cato.ff.de ver.obli.licet ab ea diſcedat Boer.aſſeuerans contrariam eſſe communiorem.deciſ.121.n.8.9.cuius ſententiam Pet.à Placa,in epito. delictor. lib.1.c.6.n.18.approbare videtur. kirchouius.

Monachus percutiens alium monachum extra clauſtrum, poteſt abſolui per Abbatem,vt eſt communis opi.de qua Ab. in c.cum illorum,de ſentẽtia excom.in fi.Bertach.in ver.monachus delinquens. Bonac.

Monachi clauſtralis correctio videtur ad Epiſcopum pertinere in criminalib.ſi in forma iudicij agatur,vt eſt com.opi.ſecus ſi non in forma iudicij. Sed contrarium eſt verius ad ſolũ Abbatem ſpectare,vt eſt com.opi.Capra regula 84.nu.2.& 3. Abbas autem non cognoſcit de crimine ſui monachi, ſi priuilegium extaret in contrarium alterius ſuperioris.Idem in notariis,ſcilicet actu permanentibus vel actu interpolatis. vt eſt com.opi.Capra ibi.nu.28. Bonacoſſ.

'Monacho inſtituto hærede, cui ſubſtitutum ſit vulgariter, repudiante hæreditatem,Abbas cum conuentu,vel monaſterium,ipſo monacho inuito poteſt adire hæreditatem, & ſubſtitutum excludere quod non tam vigore iuris,quàm ex ęquitate canonica procedere,dicit Bal.in l.Deo nobis. C. de epiſcopis & clericis,& in l.1. C. qui admitti ad bon.& Inno.& Io. And.in ca. præſentia.de probat.imol.in c. Raynutius.de teſta. Franc.de Ramponibus.in l. poſt aditam. C. de impub. & aliis ſubſtitutionibus.Larto.in l.1.ff.de vulg.& pup.& ibidem Im. & communiter can.d.c.in præſentia. & ita communiter teneri refert Bened.Capr.in tractat.ſubſtit. poſt regulas poſito.in prima ſpecie.nu.61.& 63.

monachus profeſſionem faciens omnia bona ſua acquirit monaſterio, teſte Deci.ca.in preſentia.extra de probat.quam concl.limita,vt per Bertac.ver.monachus acquirit.nume.20. de monacho autem vide quæ ſcribit prac.pap.for.lib.act.real. ver.iure dominij.nu.57.& ſeq.Matheſ.ſing.43.Ab.in ca.2.de conſuet.Rol.conſ.2.nu.111.libr.1.vbi quo modo & quid acquiratur eccleſiæ,& quomodo in eam ſine traditione vel apprehenſione tranſeat poſſeſſio?Matheſ.d.ſing.43. vbi doct.in apoſtil.tractant de materia l.fi.C.de ſac.ſan.eccl.Quid de monacho & abbate?& dic,vt per doct.ad prac.Bonacur.tit.quib. mod.ſuo no.ciuil.nu.18.& ſeq.& quando quis profeſſionem facere cenſeatur:& quibus caſibus not.Guid.pap.q.502.quid an monachus æquiparetur filio,& dic,vt per doct.ad Bar.in l.3.ff.de condi.furt.Iaſ.in l.cum fundus.§.ſeruum.col.pen.& fi. ff.ſi cert.petat.& ibi nu.18.an filius egreſſus monaſterium debeat habere hæreditatem patris,& quid ſi monachus inſtituatur hęres:dic,ꝙ poterit abbas ſolus ſine monacho adire hęreditatem,ſecundum eundem Iaſ.qui plura not.in materia monachi,in l.ſi quis mihi bona.§.ſeruus municipum. ff.de acqui. hæredita.& ibi nu.4.& 5. quid de monacho effecto epiſcopo vel cardinali, & ſi monachus inſtitutus nolit adire an monaſterium excludat ſubſtitutum.vide Iaſ.in l.1.nu.42.ff.de vulg. Zaſ.tract.ſubſtit.titu.de vulg.nu.43.vbi an monachus magis æquiparetur filiofam.quàm ſeruo. de quo per eundem Iaſ.in l.quicquid filius. ff.de acq.poſſ. quibus adde ꝙ monachus eſt ſuus,& habet omnia iura ſuitatis ac ſi remanſiſſet in patris poteſtate: & ſic patris hæreditatem non aditam tranſmittit ad monaſterium ex potentia ſuitatis, ſecundum communem per Iaſ.in l.ſub conditione.nu.1.ff.de libe.& poſthu.in d.§.ſeruus municipum.in l.Gallus. §.& quid ſi tantum.nu.7. vbi dato quòd per monachationem filius deſinat eſſe in patris poteſtate, retinet tamen iura ſuorum, & ſuccedit patri vt ſuus, teſte Alex.conſ.57.col.penult.lib.2.conſ.13.libr.3. Deci.in c. decernimus. col.11. & ſeq. de iudic. Et an abbas vel prælatus legatum vel hæreditatem monachi ſolus abſque conſenſu capituli vel conuentus repudiare poſſit? dic,vt per eundem Iaſ. in l.legatum.num.13.& ſeq.ff.de legat.1.vbi concludit,quòd ſic,ſecundum communem ibi relatam.pro qua vide quæ ſcribit Roma. conſ.184. quid ſi monachus decedat ante aditam hæreditatem, non tranſmittit ad abbatem vel monaſterium, teſte Bart.in l.3.ff.de cond.furt.

monachus ſuccedit parentibus, ſicut alij filij.l.Deo nobis. C.de epiſc.& cleric.18.q.2.ca.1.habetur plene in c.in preſentia. extra de probat. Et ita in terminis vult Are. vbi loquitur de moniali. in conſ.113.col.1.adde Bal. qui loquitur in moniali ſancte Clare.in 2.parte.conſ.309. P.Andora.

monachus quicquid acquirit,acquirit monaſterio.18.q.1. c.vnic.Bolog.late in conſ.40.col.6.

Etiam ſi ſit fugitiuus.Iaſ.in l.1. §.per ſeruum qui in fuga. ff. de acq.poſſ.

Et etiam ſi ſit ab alio poſſeſſus.Iaſon.in l.quicquid.ff.de acquir.poſſ.

Limita etiam niſi poſſideatur ab alio mon.bona fide. Ang. inſtit.per quas perſ.&c.

Limita niſi mon. fuerit negligens in repeten. monac. apoſtatam.Barb.in 4.vol.conſ.65.col.4.

An autem ſi tranſeat ad aliud monaſterium recuperet bona.Soc.in 2.part.conſ.222.diſtinguit, quòd aut licite recedit, & recuperat bona,ne aliud monaſterium grauetur, aut illicite,& non recuperat.de quo etiam vide per eundem in conſil. 270.& per Iaſ.in l.gallus.§.& quid ſi tantum.col.12.ff.de libe. & poſth. vbi tenet quòd non recuperet, etiam ſi ſit diſpenſatus à papa.

Et in materia monaci tranſeunt.ad aliud monaſterium,cuius monaſterij eſſe debeant bona. vide Cor.in 2.volum.conſ. 88.Bened.in conſ.96.Barb.not.in 3.vol.conſ.19.dub.2. Card. ample & ſubtiliter in conſ.28.Alex.in l.1.§.item acquirimus. col.1.ff.de acq.poſ.

Vide etiam aliquid per Bal.in l.ſi vt proponis.la 1.C.de nuptiis. idem.

Monachus non poteſt admitti ad regim.eccleſiæ parrochial.ſine diſpenſatione epiſcopi.Alexand.in 3.volum.conſi. 70. idem.

An autem ingrediens monaſterium poſſit ſibi reſeruare bona,& conſñr an talis reſeruatio bonorum valeat.vide Iaſ.in l. cetera.§.1. col.2.ff. de legat.1. & latius in authentic.ingreſſi. poſt alios.C.de ſacr.ſanct.eccleſ. Et communis concluſio eſt, quòd



quòd non valeat talis reſeruatio. idem.

Monachus deſinit eſſe in poteſtate patris. Iaſ.in d.§.& quid ſi tantum.col.1.& in l.in pupillari.col.3. ff.de vul.& pup. vide in ver.religioſus.§.13.

Vide Angel.in §.filiusfam.inſtit.quib.mo.ius pat.& in ver. epiſcopus.§.6.

Et in materia, an ordo ſacerdotalis liberet à patria poteſtate.vide Bar.in conſ.61.& Phi.in c.fi.§.fi.de iud.in 6.& aliquid in §.7.ver.limitat etiam.& in ver.ſacerdos.§.7.

Quid ſi pater efficia.ſacerdos,an retineat filium in poteſtate.Phi.in d.§.fi.tenet quòd ſic.

Quid ſi pater fiat monachus. vide Bal.in l.patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui,&c.

Monachus factus epiſcopus, non deſinit eſſe monachus. 19.q.1.c.2.doct.in cle.1.de elect. Soc.in l.demonſtratio falſa. §.1.ff.de cond.& dem.Alex.in 5.vol.conſ.32.verſ.& ſimiliter. Phi.in c.quorundam.de elect.in 6.

De quo vide pulchre Iaſ.in d.aut.ingreſſi.col.2.& 3.vbi dicit,ꝙ non poteſt habere proprium,nec poteſt comedere carnes, nec mutare habitum, & ſi aſſumat roch.eſt excommunicatus.vide tamen Phi.in d.c.quorundam. idem.

Monachus non poteſt condere teſtamentum.Iaſ.d.auth.ingreſſi.col.2.not.2.Phi.in rub.de teſta.in 6.col.31.

Limitat de licentia Papæ,& dicit ſufficere ꝙ licentia ſuperueniat.al.Bal.in l.fi.C.vnde leg.& alia quæ vide.

Limitat 2.niſi efficiatur epiſcopus,quia tunc poteſt teſtari, non de bonis monaſterio iam quæſitis,ſed de aliis poſtea obuentionibus,de quo tamen vide latius per eum.

Limitat 3.niſi haberet filios.auth.ſi qua mulier.C.eo.tit.

Sublimita niſi eſſet ingreſſus ordinem fratrum mino. quia non poterit teſtari.doct.max.Iaſ.d.aut.ſi qua mulier.col.1.

Limitat 4.quia licet monachus non poſſit facere teſtamentum,tamen teſtamentum quod fecit in ſeculo,poteſt effectus epiſcopus reuocare.al.Bar.& doct.in d.aut.ſi qua mul.& alia.

Limitat 5.quia habet teſtamenti factionem paſſiuam, quia poteſt inſtitui.

Limitat etiam,quia licet ingreſſus monaſterium non poſſit teſtari,tamen eius filius poterit teſtari,quia libera.à patria poteſtate.al.Bar.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel al.iu. id.

Quando contractus eſt celebratus cum monacho,non poteſt ſibi referri quæſtio dominij.Alex.in 4.vol.conſ.104.in fi.

Monachus an deſinat eſſe nobilis.vide in ver.religioſus.§.2.

Monachus tenetur potius obedire abbati quam epiſcopo loci.Phi.in c.ſi religioſus.de elect.in 6.

Dic.tamen ibi Phi.ꝙ epiſcopus inuito abbate poterit eligere monachum in ſuum cubicularium.

Monachus delinquens,conueniendus eſt non eccleſia.Phi. in c.quia ſæpe.in fi.de elect.in 6.

Quid pro contractu.vide Card.in cle.religioſus.q.5.& ſeq. de procurat.

Monachus non dicitur poſſidere etiam veſtem quam portat.Phi.in rub.de teſta.in 6.col.31.

Nec poteſt agere etiam pro iniuria ſibi illata.Phi.vbi ſ.

Nec ſi ſpoliaretur capa vel libro poſſet agere ad reſtitutionem.Phi.vbi ſ.

Niſi eſſet in ſtudio de vol.abbat.quia tunc poteſt agere pro fact.ſtudij.Phi.in c.2.col.vlt.ne cler.vel mona.in 6.

Monachus de lic.abbat.poteſt eſſe in iud.vbi ag.vtilitas monaſterij.Card.in cle.2.q.21.de reſcript.

Item vbi eſſet adminiſtrator.Card.in cle.1.q.9.in fi.de procur.Fel.in c.cum dilecta.col.21.de reſcri.vide tamen eundem in cle.religioſus.oppo.1.eod.tit.de proc. idem.

Monachus æquiparatur ſeruo.Phi.in c.fi.de ſepul.in 6.

Cui tamen ęquiparetur ſeruo,ſ.an filio.vide Alex.l.1.§.per ſeruum qui.col.4.de acqui.poſ.licet monachus non eligat ſepulturam,tamen ſeruus poteſt eligere.Phi.vbi ſ.

Monachus deſerens habitum,vel portans illum copertum, dicitur apoſtata.Phi.in c.2.col.1.ne cleri.vel mo.in 6. vide tamen in ver.apoſtata.Et Phi.in c.fi.de reg.iur.in 6.

Monachus poteſt eſſe tutor legitimus.Panor.in c.ex parte. de ſepul.& in c.non minus.nu.15.de im.eccl.

Vide tamen Bal.in l.pen.C.de curat.furio.

Sententia in actione reali eſt proferen. perſonarum monaſterij,non autem monach. Panor.in ca.dudum.not.1.de conuer.coniug.

Monachus portans arma, eſt ipſo iure excommunicatus. Panor.in c.clerici.nu.8.de vi.& ho.cler.

Vide tamen Card.in cle.1.§.præfate.de ſta.monac.

Monacho contrahenti, an ſolui poſſit. vide aliquid per Alex.in l.eum qui ita.§.2.de ver.ob.Ang.inſt.quod cũ eo.in pr.

Monachus vnius monaſterij tranſiens ad aliud ſine licentia,poteſt vendicari per ſuperiorem.Lud.Rom.conſ.341.

Monachus poteſt petere ab abbate, quòd eum veſtiat,&c. Bal.in l.1.§.ſed ſcimus.C.de lati.lib.tol.

Si monachus fecerit depoſitum,poteſt ei reſtitui ſine licentia abbatis.Bal.in l.quod ſeruus.ff.depoſit. idem.

Quando haberet adminiſtrationem,poteſt eſſe in iudicio. Card.in cle.1.q.9.in fi.de proc.

monachus regulariter non agit nomine proprio. Fel.in ca. cum dilecta.col.20.cum ſeq.de reſcript.Card.conſ.28.in fi.

Et ponit ibi Fel.8.limitat.quas vide.

Reſpectu monaſterij dicitur habere proprium. ideo petit reſtitutionem ad monaſterium.Phi.c.fi.de ſepul.in 6. idem.

Actiones tranſeunt in monaſterium,& ſi monachus exiit non tenetur amplius monaſterium.Fel.d.ca.in preſentia.col. 17.de probationib.alias tenetur Iaſo.in l.fi.§.titius. ff.de condi.indebit.

monachus indebite tortus,poteſt exire de monaſterio.Iaſ. in l.cum ſeruus.col.1.ff.de cond.ob cau.

monachus cui æquiparetur an ſeruo,an filio. Iaſo.in l.cum fundus.§.ſeruum tuum imprudens.col.11.ff.ſi cert.petat.

monachus legitimatur per ingreſſum monaſterij.Iaſo.in l. vnica.col.14.C.quando non peten.par. habetur etiam in ver. religioſus.§.4. idem.

Monialis non poteſt petere legitimam, quando pater poſuit ſuper altari.Fel.in c.non ſatis. de ſimo.

Si monialis moriatur impubes,dos data reſtituenda eſt.Soci.conſ.222.al.Cald.conſ.9.in tit.de regula. incip.dedit pater. alias eſt 393.

Ingreſſus monaſterium, ſi infra triduum moriatur, an præſumatur velle quòd bona ſint monaſterij.vide Bened.in conſ. 145. idem.

monialium appellatione venit abbatiſſa.Barbat.in 3.volu. conſ.19.dub.2.col.antepen.Phi.in c.1.in prin.de ſtat.reg.in 6.

monialis poteſt agere nomine proprio.Rot.in no.dec.221.

monialem corrumpens qua pœna puniatur, & per quem poſſit abſolui.vide Phi.in c.vnic.in prin.de ſtat.regu.in 6.Pan. in c.monaſteria.in fi.de vita & hon.cleri.dicit, ꝙ laicus debet decapitari,& eius bona monaſterio applicari. idem.

monachus retinet iura ſuorum, ſecundum communem per Aym.conſ.152.nu.2.Iaſ.in l.patre furioſo.nu.47.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.vbi etiam dicit,quòd ſolutus eſt à patria poteſtate, quòd autem poſſit monachus præfici beneficio curato ſine diſpenſatione,communem dicit Abb.in capit.quod Dei.nu.7.de ſtat.mo. Quid de monacho inſtituto hærede,& repudian.& dic,quòd monaſterium poteſt acceptare, & adire hæreditatem.teſte Iaſ.in l.cum proponas.C.de hæred.inſti. Zaſ.tract.ſubſt.cap.1.verſ.primo caſu.Quid de abbate,& dic, quòd poteſt abbas ſolus hęreditatem monacho delatam adire,ſecundum eundem Iaſ.in l.ſi quis mihi bona.§.ſeruus municipum.col.1.ff.de acquir.hæreditat.Quid de ingredien.monaſterium, vel profiten.ſub conditione retinen.bona? & dic, quòd vitiatur ea profeſſio, teſte Villal. inter co.opi. lib. verſ. profeſſio. vbi refert duas communes opiniones contrarias, quæ concordari poſſunt ex not. per Iaſ.d.auth.ingreſſi. n.30. 37.vbi in apoſtil.plura not.

PRO. Monaſterium habetur loco filij.in authentic.ſi qua mulier.vbi gloſſ.C.de ſacroſanct.eccleſ.cap.in preſentia. extr. de probat. Bellon.

Pactum factum ab ingrediente monaſterium, de retinendo bona propria, non valet. Ingreſſus verò remanet validus, & purus.Eſt com.opin.ſecundum Iaſ.in auth.ingreſſi.C.de ſacroſ.eccl. M.Chærian.

Filia cui relicta ſunt mille,ſi nupſerit:& quingenta,ſi ingreſſa fuerit monaſterium:ſi ingrediatur monaſterium,nihilominus conſequetur mille.Eſt commun.opin.ſecund.Iaſ.in auth. ſi qua mulier.C.de ſacroſ.eccleſ.Deci.cap.in præſentia.ext.de probat. idem.

Monaſterium habętur loco filij. Iaſon. in authentic. ſi qua mulier.numero decimo octauo.C.de ſacroſanct.eccl.comm. dicit. B.Villal.

Amplia iſtam communem, etiam vt excludat ſubſtitutum filio inſtituto,ſub conditione,ſi deceſſerit ſine filiis. Alexand. in conſilio centeſimovigeſimoprimo.volumine ſecundo. numero vndecimo.Et plures alij, quos congerit Couarru. reſolut. libro primo. capite decimonono. numero vndecimo, communem dicunt,etiam ſi ſit additum,ſi deceſſerit ſine filiis legitimis,& naturalibus de matrimonio habitis.Apoſtillat.in additio. ad Alexand. in conſ.121. verſicul. contrariam communem dicit.ex Deci.in conſil.406.

Reſtringe hanc ampliationem, ſi pater, vel teſtator excludit monaſterium:quia valet excluſio. Apoſtil.ad Alex.d.conſ. 121.communem dicit ex Paul.&Bal.in l.Deo nobis.C.de epiſ. & cler. idem.

Monaſterium non inducit præciſam coercitationem,Fely. in c.tuæ.de ſimoni.communem dicit. idem.

Monaſterium tenetur pro monacho qui deliquit aliquid in tantum quatenus ad eum peruenit.communem dicit Alb. in aut.ingreſſi.nu.2.in fi.C.de ſacroſ.eccl.Clar.d.§.fi. verſ.ſed nunquid. P.Fichard.

Monaſterium ſi quis aſtu inductus ingrediatur,licet ingreſſus non obſtante caliditate illa ac dolo teneat,tamen quò ad bona ingredientis non acquirentur monaſterio, ſed relinquuntur eius heredib⁹,iuxta communem doctorum ſententiam, quod verum eſt, quando principaliter ob auaritiam & bonorum auiditatem ſeduct⁹ fuiſſet,non ab vno ſed toto monaſterio, ad vitam monaſticam, refert Bened.Capr.reg.87.n. 50.vide ſuprà dolus.

Monaſterium poſt teſtamentum abs ſe factum ingrediens, quod nil poteſt habere proprij,vt eſt ordo medicantium,quia ciuiliter cenſetur mortuus,bona ſua ſtatim poſt ingreſſum ad inſtitutos teſtamenti, ſicuti teſtamento non facto deuoluerentur ad venientes ab inteſtato,c.vnico.& ibidem Lapus de relig.li.6.quia hoc caſu mors ciuilis comparatur morti naturali, & eundem operatur effectum, iuxta notata in l.1.& ibidem Bart.ff.de teſta.vt canoniſtæ.d.c.vnico,& clem.exiui. de verb.ſig. & ita communiter teneri refert Bened. capr. regula 103.nu.31.Si verò monaſterium proprium habere poſſit,tũ ſi minus legitima relinquatur mortuo teſtatore monacho,ad ſupplementum aget,Sin nihil relictum ſit,rumpitur teſtamentum inſtar poſthumi natiuitate.l.1.& 2.ff.de lib.& poſth.l.poſthumos.C.de bo.poſ.contra tab.& ibidem gl.quòd communiter ſimiliter teneri ibid.nu.43.refert Bened.

Monaſterium tenetur pro monacho,quem deliquit aliquid in tantum,quatenus ſcilicet ad eum peruenit,vt eſt com.opi. Clar.q.58.verſ.ſed nunquid. Bonacoſſ.

Monaſterium in emphyteuſi laicorum ſuccedit,ſecundum communem per Burſ.conſ.60.nu.29.lib.1.

Monaſterium loco filij ſuccedit, & ſubſtitutum excludit. iuxta communem per Burſ.conſ.97.nu.23.

Monaſterium loco filij ſuccedit,& facit deficere conditionem fideicommiſſi,ſi bona ad ipſum deueniant,ſecus ſi alij relinquantur,ex not.per Burſ.conſ.52.nu.8.nu.41.lib.1.

Monaſterium ſuccedens loco filij hæredis vniuerſalis excludit ſubſtitutum,licet vna tantum res fuiſſet alienata,niſi eſſet ſubſtitutio facta de filiis ex ſuo corpore natis, ſecundum communem per Burſ.conſ.52.nu.41.lib.1.vbi concluſ.latius declarat.

Monaſterium habetur loco filij, ſecundum communem per iaſ.in auth.ſi qua mulier.num.18.C.de ſacroſ.eccleſ. Quæ concl.ampliatur, vt excludat ſubſtitutum: filio inſtituto ſub conditione,ſi deceſſerit ſine filiis,teſte Alex.conſ.121.nu.11. lib.2.etiam ſi dictum ſit, ſine filiis legitimis & naturalibus, de matrimonio habitis,Apoſtill.ad Alex.d.conſ.121.dec.conſil. 426. Quam ampliationem reſtringe, ſi pater vel teſtator excludat monaſterium: quia valet excluſio, ſecundum caſtr. & Bal.in l.Deo nobis C.de epiſ.& cler.Aym.conſ.152.col.1.& habetur per prac. pap. for. lib. ex ſubſt. verſ. filio ſuo pulchrè per Oſaſc,deciſ.126.n.11.& quod dicitur monaſterium haberi loco filij,limita,vt per iaſ.d.auth.ſi qua mulier.nu.19.num. 20.& ſeq.Declara,vt per Did.qui videtur aliter ſentire Reſol. lib.1.c,19.num.6.vbi eleganter & Soc.conſ.92.col.2.&3.Iodoc.inter com.opi.in enchirid.verſ.eccleſia parochialis.

Monaſterium habetur loco filij.§.ſed & hoc præſenti.in authen.de S.Epiſcopis.col.9. vnde ſumitur. auth. niſi rogati. C. ad treb.& c.in præſentia.extra.de prob.& vult late.Bar.in aut. ſi qua mulier.C.de ſa.ſan.eccl.& ibi iaſ.in 4.col.

Limita per ingreſſum.aliter monaſterium.non habetur.loco filij.Sal.in l.ea lege. C. de cond.ob cauſam.& in d. auth. ſi qua mulier.refert & ſequitur.iaſ.in l.ex facto. in 18.col. ff. de vul.& pup.& ita vult Bal,in 3.par,conſ.71.vbi dicit. quòd hæres non poteſt priuare. ſubſtitutum. inſtituen. monaſterium. P.Andora.

An monaſterium.excludat ſubſtitutum.ſub conditione. ſi filius deceſſerit ſine filiis.& ſic an iſto caſu. monaſterium. habeatur loco filij.Bart.in conſ.1.tenet quòd ſic.& ibi in apoſtilla.Bernar.de landr,multa allegantur.pro & contra. Iſtam partem. quòd excludat ſubſtitutum. tenet ample Barb.in 1.vol. conſ.20.idem tenet iaſ,in l. cum fundus §. ſeruum tuum in fi. ff.ſi cert.pet.vbi dicit,quòd excluditur.ſubſtitutus. etiam ſi dexeat monachus poſt profeſſionem.Secus ſi ante & moriatur. quia non excludetur.ſubſtitutus.fel.ample.in d.c.in preſentia in 14.& 15.col,Calca.conſ.19.Alex.in 2.vol.conſ.121. repetito in 4.vol.conſ.92.& in 3.vol.conſ.35.Bened.in conſ.147. in fi.Calde.in tit.de teſta.conſ.43.alias.371.lud.ſing.434.Angel.conſ.80.

Contrarium per.multa.tenet Barb.in 1.volu.conſ.13.in 2. col.& ſeq.& Cor.in 4.vol.conſ.18.quando fuit mentio de filiis legitimis.& naturalibus & in con.253.

In monaſterio autem quod eſſet incapax. ſucceſſionis.& bonorum.non excluderetur ſubſtitutus.imo incontinenti.admitteretur non expectata morte naturali.ingredientis. Alex. ample.in 3.vol.conſ.13.ſonz.in l.cum auus.in 68.col.in 9.q. ff.de cond.& demonſt.vide ĵ.in ver.mors.§.3.

Licet contrarium teneat ipſe Alex.in 3.vol.conſ.35.præallegato.ibi & iſtam partem.

Quid in clerico ſeculari. an eccleſia habeatur loco filij & excludat ſubſtitutum Bened.in conſilio 20.tenet. quòd non. P.Andora.

Monaſterium.in contractibus.non venit app.filiorum. Pan. in d.c.in præſentia.Barb.in d. conſ. 13. vide quæ dixi in tract. emphy.§.135.

In ſententiis.monaſterium.non venit appellatione.filij.Angel.in conſ.235.

An ſi feudatarius ingrediatur monaſterium. feudum tranſeat ad ipſum monaſterium.vide ample Alex.in 5.vol.conſil. 10.& quæ dixi in trac.feu.in rub.de ſucceſ.feu.verſ.clericus.

Monaſterium.non poteſt adire mortuo monacho.imo nec inuito Cor.in 2.vol.conſ.13.& conſ.88.

Vide tamen.Bened.in conſ.24.vbi tenet.quòd filius qui ingreſſus eſt monaſterium. tranſmittit in monaſterium. ius adeundi iure ſuitatis.

Et quòd etiam mortuo monacho, competat ius monaſterio.tenet Bened.in conſ.40.circa fi.Ang.in §.alienus quoque. inſti.de hæred.inſti.

An monaſterium.teneatur.pro mutuo facto monacho.qui expoſuit in proſequutione.elect.de eo facte.vide ample & notabiliter.Ang.conſ.245. idem.

Monaſterium quando ſuccedit monacho:ideo non tenetur vltra vires hereditarias,quia monaſterium ſuccedit monacho non iure hæreditario,ſed iure cuiuſdam naturalis acquiſitionis, ſicut dicimus de bonis eius, quem arrogauimus, ex no.per Bar.in auth.ſi qua mulier col.pe.C.de ſac.ſan.quem ſequitur abb.in c.in præſentia col.pe.de proba. Quamuis contrarium tenuerit gloſſ.in d.auth.& in d.c.in præſentia,ſed primum communiter tenetur,quod patet,quia adhuc ipſe monachus conueniri poteſt, & cauſa cum eo agitari auth. cauſa quæ fit cum monacho C.de epiſc.& cler.& ſic non habet hæredem l.1.§.pro hærede l.qui ſuperſtitis.ff.de acq,hęr.ita Rol. de inuent.q.12.nu.9.

Monachus ſi teſtetur ante religionis ingreſſum contemplatione tamen ipſius ingreſſus poterit teſtari etiam ſine ſolennitate iuris communis.comm.in §.teſtamentum.q.28.verſ.in primo. P.Fichard.

Monialem qui ſubagitauerit, inceſtus crimine obſtringetur, quod eiuſce generis coitus generaliter inceſtus ducatur communiter receptum apud iuris Pontificij interpretes ait Bermond.de concub.nu.2.in fi. E.Suarez.

Monialem carnaliter cognoſcens vel etiam attentans,vt rapiat, & carnaliter cognoſcat, vel cum ea de facto matrimonium contrahens,punitur pœna mortis.Cla.q.68.ver monialem.Soarez ver.iſto.. Bonacoſſ.

Monialem ſubagitans inceſtum committit, vt eſt communis opinio.Soarez verbo monialem.num.210.vide omnino per D.Oſaſcum deciſ.Pedemonta.103.& not.quòd ſi Epiſcopus carnaliter cognoſcat monialem,deponi debet,idem ſi eſt clericus, ſed laicus excommunicatur. Bertachi. in tracta. de Epiſcopus parte 7.partis prin.numero 33.& monialem ſubagitans committit inceſtum,adulterium & ſacrilegium.D. Oſaſcus ibi ſuprà.dec.conſilio 338.numero 1.& conſilio 579. numero 5.& punitur capite, eius bona confiſcantur, & monialis ipſa in aliud durius monaſterium cautius cuſtodiendam detrudi debet. & vterque iudex præuenire in puniendo poteſt.Franc.Mar.deciſ.Delphi.966.Forma autem purgationis monialis à tali crimine habetur per Lapum alleg. 54.nu. 6.& rapiens monialem, debet habere pacem à Papa. Boſſ. de pace.nu.27. Bonacoſſ.

Monetam falſam imperatoris efficiens,aut cudens igni cōburendus eſt.l.2.C.de falſa moneta.ſm iſtius tex.communem interpretationem quam ibi tradi derunt gloſ.Cyn. & omnes,

& omn



& omnia eius bona publicantur. Sed ſi quis crimen hoc commiſerit circa monetam principis inferioris,qui non eſt imperator,puniendus erit pœna capita.l. 1. C. de falſa moneta, & not.omnes doct.communiter in d.l.2.& gl.ſcribenteſque in c.quanto.de iureiur.Nec quicquam refert in punitione iſtius criminis ꝙ ſit moneta aurea,ærea,vel argentea,ſecundum Sa. li.in l.2.& affl.in conſtitu.Neapol.lib.3.tit.40.hæc tamen pœna capitalis,de qua in d.l.2.nota, ſeu digna deportationis eſt, gl.in l.fi.C.de veter.numiſma.poteſta.lib.10.nota.Sali.in d.l. 2.Alex.conſ.104.lib.1.poſt Bald.in d.l.2.& iſta videtur verior communiorque opinio doct. Conſtitutione verò Neapolitana incip.adulterinam monetam,adulterans monetam principis punitur pœna capitis,& publicatione bonorum. F.Viui⁹.

Monetam radens,vel minuens,ſi liber eſt,beſtiis ſubiicitur, ſi ſeruus vltimo ſupplicio punitur.l.quicunque.ff.de falſis. vbi omnes doct. hoc pro conſtanti tenent & firmant, & in l.2. C.de falſa moneta.& in c.Quintauallis.de iureiur. quod procedit in tundente,radenteve monetam auream,aut auro tingente nummos alterius metalli non in alio ſecundum marſ. conſ.71.Sed conſtitutione regni Neap.exordiente, qui nummos aureos, condemnatur quicunque raſerit, vel minuerit pecuniam auream, vel argenteam ad mortẽ cùm publicatione bonorum omnium & tondens iſte per priuatos homines capi poteſt impunè abſque ſuperiori licentia,& ad eum duci, vt probat marſ.in l.qui falſam monetam num.99.& ſeq.ff.de falſis. idem.

Monetam falſam ſcienter expendens ſi nummi plumbei, vel ſtannei ſint, pœna ordinaria falſi punitur, quæ traditur in l.1.§.fi.ff.de falſis.ſi verò nummi ſint alterius materiæ, pœna erit extraordinaria,ita tradidit Bart.eleganter per text.ibi in l. lege Corn.ff.de falſis.& abb.in c.quanto.de iureiur.Ceterùm Sali.in l.2.C.de falſa moneta,tenet indiſtinctè ordinariam pœnam falſi eſſe in caſa iſto infligendam,quem ſequitur marſ.in l.qui falſam.nu.64.ff.de falſ.dicens opinionem iſtam ſeruari in practica, & eandem ſententiam ſequi videtur conſ.47.nu. 2.Conſtitutione autem regni Neap. inchoante adulterinam monetam, & cætera, monetam adulterinam cudentes, accipientes,& vtẽtes ſcienter puniuntur capitis pœna & bonorũ publicatione:& his occurrit congruenter hic,ꝙ his præſumitur reus falſę monetę ſi non indicauerit illum à quò eam monetam adulterinam habuerit,ſicuti voluerunt Pet.& Cy.in l. maiorem.C.de falſis not.Aret.in l.eleganter.§. qui reprobos. ff.de pign. act.vnde conſtat etiam ignorantiam falſi eius præſumi,qui expenderit adulterinos nummos ſi eum non indicauerit,à quo eos habuerit. idem.

moneta noua in qua eſt valor aurei de præſenti aliqualiter deteriorata, licet in maiori numero, ſubintrat in locum paucioris,& aliqualiter melioris,in qua erat valor aurei tempore obligationis.Soc.Sen.in conſ.298.pro reſolutione præſentis conſultationis,&c. vol.2.vbi etiam poſt abb.in c.tanto.de iureiu.dicit,quod ita ſe habet com.opi.tam legiſtarum,quàm canoniſtarum,&c.Hoc etiam in effectu voluit,ſi rectè ponderetur Guid.Papa in q.493.ſi fiat monetæ mutatio, & clarè firmauit capr.in conſ.29.punctus fuit quidam in 2.dubio,Brun. in ttac.de augmen.& diminut.monet.in 6.in verſi.vbi autem interueniſſe,&c.Vbi dicit,quod ita eſt com.opi.Idem nouiſſimè firmarunt Hier.Grat.in conſ. 12. contra quam plures nu. 44.cum multis ſeq.vol.1.& in nu.51.& 52.conſiderat,ꝙ augmentum valoris aurei prouenit à diminutione bonitatis intrinſecæ monetæ minutæ,vt per eum,& Aymo.Caruc. conſ. 47.magnificus dominus Carolus nu.6. vbi facit eandem conſiderationem diminutionis,vt hæc refert Soc.iun.in conſ.44. nu.8.in 4.vol. E.Muſcul.

moneta quando debeatur noua,& ſic in vſu currenti,& q̃do ea,quæ currebat tempore contractę obligationis,vide Socy.iun.in conſ.44.nu.9.vol.4.vbi plures caſus ponit.

Sic enim diſtinguit, ꝙ aliquando, & primo in obligatione eſt certa moneta,puta centum ſcuta aurea,& poſt contractam obligationem contingit mutatio aureæ monetæ in bonitate intrinſeca,vt in materia,vel pondere:Et tunc vera eſt concluſio,ꝙ in ſolutione facienda,habenda eſt ratio,& conſideratio temporis contractæ obligationis,& ſic ſolui debet de illa moneta, quæ tunc erat, quia de ea intellexerunt contrahentes, quæ tunc currebat, & ſi non reperiatur,debet fieri ſolutio de præſenti,& vſuali pecunia ad æquiualentiam illius antiquæ.

Aliquando, & ſecundo obligatio conſtituitur in certo numero librarum, quæ ſunt monetæ imaginabiles, ſ. quia non reperitur ſpecies,ſeu petia alicuius monetæ cuſæ,quæ appelletur libra,ſed illa cōficitur ex certis paruis monetis, puta 20. ſolidi,vt Bononienſes faciunt libram in Tuſcia,vel Bononiæ referendo ſingu.ſingulis, & tunc libra variatur: ſimili modo debet inſpici tempus contractæ obligationis,& illæ libræ ſolui debent,quæ conſiderabantur,& in vſu erant illo tempore. aliquando,& tertiò dimiſſis pluribus aliis caſibus qui conſiderari poſſent conſtituitur obligatio in certa aurea moneta, in cuius bonitate intrinſeca,nulla accedit poſteà mutatio,ſed ſolùm ex vſu hominum mutatur ei⁹ valor,& tunc ſiue creſcat, cum id extrinſec⁹ accedat, non alteratur in aliquo obligatio, & ſolui debet moneta aurea, prout eſt in obligatione:& ſicut diminutio eſſet ad damnum creditoris,ita & augmentum erit ad eius commodum per regulam l.ſecundum naturam. ff. de reg.iur.Et ſi pro aurea moneta,velit debitor ſoluere valorem in alia moneta,debebit ſoluere ſecundum valorem, qui reperitur tempore ſolutionis, vt per eum. Et vltra allegatos ibi in d.conſ.44.addit etiam inſignem moder.And.Alciat.in l.cum quid,in gl.eadem bonitate ſoluatur.ff.ſi cer.pet. E.Muſcul.

moneta.expendens falſam monetam.qua pena puniatur. vide in ver.falſificans monetam.§.3. P.Andora.

Et ibi in §.1.poſui.quæ ſit pena falſificãtis.monetam.idem.

Si moneta eſt mutata de qua fieri debeat ſol.vide Bar. in l. cum certum.ff.de au. & arg.leg. & in l.res in dotem. ff.de iu. do.& in l.Paulus.ff.de ſol.ſeg.conſ.74.Lud.Ro.conſ 123.Panor.in 2.par.conſ.56.Card.in clem.2.in 13.q.de deci.Alex.remiſſiue in 1.vol.conſ.104.Calca.conſ.14.Are.conſ.11.84.& conſ.111.Paul.de Caſt.in 2.vol.conſ.155.in fi.Alex.in 5.vol. ↄſ.37.Soc.1.par.ↄſ.6.& part.2.conſ.298.Cor.ↄſ.279.& 287. in 2.dub.& in 2.vol.conſ.181.in vlt.carta.& 4.vol.conſ. 109. Barb.in 4.vol.conſ.19.dec.in d.l.quod te.Old.conſ.31.& conſil.168.& conſ.250.Bal.in 2.par.conſ.339.& conſ.424.

Vide etiam iaſ.in l.2.in 30.col.C.de iu. emphi. & in l. cum quid.in 1.lect.in 7.col.ff.ſi cer.pe.& in l.quod te.in 7.& 8.colum.e.ti.Et in effectu.ſecundum eum fit diſtinctio. Aut mutata eſt antiqua moneta. in materia. vel in forma. Aut non eſt mutata in materia nec in forma ſed eius qualitas hoc eſt.eius valor.

Primo caſu.ſi quidem reperitur.de moneta antiqua.& eius curſus non ſit reprobatus.poterit de illa moneta.antiqua ſolui.Si vero illius curſus ſit reprobatus.tunc debet ſolui de moneta noua.ſecũdum tamen æſtimationem antiquæ monetæ, vt habetur in ca.olim cauſam.& in cap.cum canonicis.extra. de cenſi.

Secundo.vero caſu.quando mutata.eſt moneta in qualitate. vt quia eius valor ſit variatus, & tunc aut deb. non fuit in mora ſoluendi.& tunc poteſt ſoluere.de illa moneta.quæ currebat tempore.celebrati contractus alias ſecus.

In legatis autem indiſtincte attenditur.tempus teſtamenti. gl.in l.pen.ff.de fun.inſtr.iaſ.qui multa all.in d.l.cum quid. in 7.col.Contrarium tenet.Lud.Ro.in conſ.123.& ſing.513.

Idem dic.in ſtatutis.al.multa maxime.Bal.in l.illud.circa fi. C.de ſa.ſan.eccl. idem.

Et qualiter intelligatur.ſtatutum. loquens de moneta currenti.vide Alex.in 2.vol.conſ.21.repetito in 5.vol.conſ.37.

Si in vno inſtrumento.fiat mentio de aliqua moneta.intelligitur in eodem repetitum de eadem imo etiam in diuerſis ſcripturis.Cor.in 2.vol.conſ.244.in 7.col.verſ.his tamen &c.

Fac.quod dixi.in ver.præcedentia.§.1.verſ. & per vnam.cũ verſ.ſeq.Si aliquis ſciat.ꝙ moneta debet variari per decretũ. principis.& contrahat cum ignorante.poteſt conueniri ad intereſſe. Calca. conſ. 14.el 2.in pen.col.fac.ſing.Lud.Ro.282. Fac.quod vult Alex.in l.qui rome.in 4.col.verſ. Paul.de Caſt. ff.de verb.obl.Debitor in ducatis tenetur.ſoluere in ducatis. vt ſ.creditor.§.11.

Recipiens monetam nouam loco veteris ſibi non præiudicat.licet. ita perſeuerauerit.Bal.in l.qui fideicom.de leg.2. id.

moneta,pecuniave non diminuta,vel mutata,ſiue aucta in pōdere,aut liga,ſed in valore,æſtimationeque ex conſtitutione principis tunc illius pecuniæ periculum,ac incommodũ, commodumve pertinet ad creditorem,& ſic volens ſoluere ſcuta in auro ſecundum formam obligationis nulla habetur conſideratio valoris augmenti, aut detrimẽti,ſed numeri tãtum ſecundum Zaba.Anch.& imo.in cle.2.de decim.Soc.Alcia.circa fi.alioſque,in l.cum quid,ff.ſi cert.pet.& Boer.deciſ. 327.ſub nu.13.vbi oſtendit iſtam eſſe communem opi. & ſequitur Rota Bononienſes, teſte Petro de Benintend. deciſ. 39.ſub nu.1.& Bolognet.in d.l.cum quid,ſub nu.74.faciendo etiam mentionem de communi præmiſſa. & hoc idem concludendum eſt in dote,nam deterioratio dotis contingens ob variationem in bonitate extrinſeca,vt quia valor duntaxat ſit alterat⁹ remanẽte eadẽ argẽti bonitate,tunc tempus ſolutionis, nō aũt contractus attendi debet,ſm Bar.in l.Paulus, in fi.

ff.de

ff.de ſolu.Bal.conſ.137.&424.vol.2.&in l.cùm quid,ff.ſi cer. pet.& Aret.conſ.11.vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem,& Boeri.deciſ.327.ſub nu.4. F.Vi.lib.2.opi.185.

Monetæ promiſſæ æſtimatio, quæ cõtractus tempore erat, debebitur,ſi poſteà vel omnino in perpetuum improbetur, vel ponderis imminutionem ratione aliqua patiatur. vt ſi non ipſa moneta ſed valor illius atque indicatio imminuatur, vel augeatur,eius ſeu in tertrimentum,ſeu cõmodum ad creditorem ſpectabit.communia inquiunt Boer.dec.327.n.12.& nu. 13.Bolog.in l.cum quid,n.69.& 70.ac 74.ff.ſi cert.pe.Craue, cõſ.47.n.6.Pet.de Benintend.dec.39.n.j.Verum.n.vero ſi quã moram debitor in ſolutione contraxerit, monetæ æſtimatio quanti plurimi ſubditicetur.commune ponunt Boer.ac Pet. de Benintend.vbi ſ.monætæ porrò,quæ teſtamento relinquitur,is valor in conſideratione eſt, qui ipſius teſtamenti tempore fuit, non qui tunc eſt, cum ſolui ipſa debet.commune aio ex iis quos laudant Soc.conſ.6.libr.2.Arius Pinel.in rubr. parte 1.c.3.nu.22.& ſeq.C.de reſcind.vend. E.Suarez.

Monetam minutam pro aureis ſolui poſſe conſuetudo iure potior atque antiquior admiſit,quamuis nullam mentionem de illa faciat obligatio,vt frequẽter placitum enunciant Rub. conſ.148.n.1.curt.iun.conſ.24.n.5.Arius Pinel.qui id eleganter declarat,in rub.1.par.c.3.n.16.&ſeq.C.de reſcin.ven.E.S.

Monetarum valor atque indicatio, vel à ſolo principe abſque populi cõſenſu immutari poteſt. commune aſſerit Boer. dec.327.nu.6.& ſeq.requiritur tamen iuſta aliqua ad id cauſa, vt alibi latiſſimè probo. E.Suarez.

Moneta variata , ſeu mutata, tunc tempus ſolutionis, non autem contractus attendi debet,& ſic ſi mutuaui,vel in dotẽ dedi libras centum Benonienſes. vel centum vncias Neap. in aureis,& poſtea contingat ꝙ præcium,ſeu valor ipſorum aureorum augeatur vel diminuatur,hoc caſu debitor teneretur ſoluere aureos in illa eſtimatione, quę currebat tempore cõtractus,ac fieri poſſet ſolutio in ea,quæ tunc eſt,quoniam creditor cenſetur eſtimaſſe illos aureos in illa ſumma,& perconſequens omne cõmodum in ipſa pecunia, ita & taliter appreciata contingens pertinet ad ipſum debitorem,vt voluerunt Bart.nu.10.Bald.Ang.Alber.Alex.Pau.caſtr.Alc.& cæteri recentiores,in l.cùm quid.ff.ſi cer.pet.vbi Bolog.nu.74.atteſtatur iſtorum opinio communem eſſe,& ſequitur etiam Ferrarien.in pract.papien.in for.libelli,in actio.hypothecaria,§.relaxandum,ſub n.3.&Boer.cum aliis ſignatis per eum deciſ.326. nu.10. F.Viuius.lib.2.opin.187.

Monetam cudere nemini alij,quàm principi ius faſque eſt. commune ponit Arius Pinel.alioqui principium non aſſentator.in rub.par.1.c.3.nu.4.C.de reſcin.vend.Poterunt etiam liberæ quæuis ciuitates illam cudere, vt vbique receptum eſt. Si autem quis monetam imperatoris nomine falſum cuderit, vel aliter adulterauit,ignis ſupplicium dabit:quamuis qui cuiuſpiam ciuitatis monetã adulteraſſe probabitur, non aliam, quàm deportationis pœnam luat. communia affirmant Did. à Couar.in pract.q.num.3.I.Clar.in pract.§. falſum ver.dixi etiam. E,Suarez.

Monetam qui abraſerit, vel attonderit, ſi liber erit, beſtiis ſubiicietur,ſi ſeruus vltimo ſupplicio afficietur.commune aſſerunt Did.à Coua.in prac.q.nu.3.I.Clar.in prac.§.falſum.verſic.radens aũt.ac Vi.lib.j.opi.217.at qui monetã falſam expenderit,ſi nummi,quos expendit,euidenter plumbei,vel ſtannei ſint,pœnas legis cornelię de falſis luit ſi id gen'illos eſſe haud ſtatim appareat,pœna duntaxat extraordinaria pro iudicis arbitratu punitur.commune pronunciat Alex conſ. 121.nu.3. lib.7.quem refert & probat I.Clar.d.§.falſum. verſ.expendẽs. Quamuis aliud in praxi ſeruari teſtetur marſ.in l. qui falſum. nu.65.ff.ad l.Corneli. de falſ. Contra quem æquitas profectò omnis eſt,& quod generaliter vbicũque eſt.commune aiunt Socy.iun.conſ.39.nu.83.lib.2. Viuius lib.1.opin.218.

Monetarum valorem ſolus princeps abſque populi conſenſu mutare poteſt,ſecundũ l.Fabr.in aut.hoc niſi debitor, C.de ſolutio.&inſt.qui.mo.tollitur obligatio.in prin.& Boer.cum aliis congeſtis per eum deciſ.327.nu.6.& ſeq.vbi deducit iſtã opi.cõmunem fore,& ipſa moneta debet tantum valere formata quantum in maſſa, & ſic tantum in pondere,quantum in valore eſſe debet, & expenſa debet fieri de publico, ſecundum Bart.in l.qui falſam,ff.de falſis,& in l.2.§.mutui datio. ff. ſi cert.pet.imol.in l.Paulus.ff.de ſolut.Soci.in l.cùm quid.ff. ſi cert.pet.Brunum,in trac.de mutatio.monetarum, in princ.& affl.deciſ.90.nu.4.& gl.in l.1.ff.de contrah.emp.

In contrariam verò opinionem inclinarunt,ꝙ imò de iure debet detrahi expenſa cudendi,& ꝙ minus ponderis ſit in ea, quàm valeat.Inn.& abb.in c.quanto,curt.& Zaſ.in d.§.mutui dati,& Cagn.in l.2.C.de pactis inter emp.& ven.q.74.n.213. & 214.ſed prima opinio glo. Bart.ſequaciumque obſeruatur vbique. F.Viuius lib.2.opi.189.

Moneta mutata,variataque poſt moram debitoris, tunc ipſe debitor quantitatis moroſus ſoluere teneretur æſtimationem quanti plurimi à tempore moræ prædictæ,ſecũdum Bar. ſub nu.6.& ſeq alioſque omnes.in l.cùm quid.ff.ſi cert.pet.& in l.quod te,eod.ti.curt.in trac.monetæ, Laud.in trac.de moneta,& Boeri.deciſ.327.ſub n.4.& 13. vbi iſtam opinio.limitat,&communem eſſe aſſerit.& ita determinauit Rota Bononienſis in facti contingentia,teſte Petro de benintendis deciſ. 39.in fi. F.Viuius lib.2.opin.186.

Moneta non diminuta,aut mutata in totum,ſed diminuta ob diminutionem ligæ,vel ponderis tunc periculum ſpectat, ac pertinet ad debitorem qui valorem prioris monetæ ſoluere tenetur, ſecundum Bartolum in lege paulus, ſub numero ſexto ff.de ſolutio.Oldra.conſilio 250. abb.Sicu. alioſque canoniſtas communiter,in c.quanto,de iureiur. Soci. Purpura. & cæteros,in l.cum quid,ff.ſi cert.pet.& Boeri.deciſ.327. numero decimotertio. vbi oſtẽdit iſta opinionem communem eſſe vtriuſque aulæ,& ſequitur Oldra. conſilio trigeſimoprimo & 250.Spec.in titu.de oblig.& ſolu.§.nunc aliqua.in fine & ibi Ioannes Andr.& Baldus in addit.Aret.conſilio vndecimo affl.deciſione 90.ſub numero primo & ſeq.abb.conſ.56. volumine ſecundo,imola in clemen.fi.de decimis.Corn.conſilio 287.numero quarto volumine primo conſilio 181.numero 71.volumine ſecundo & conſilio 321.numero duodecimo volumine tertio Socy.conſilio 298.volumine ſecundo And.de Iſer.& affl.numero decimoquinto & vigeſimo in tit. quæ ſint rega. verbo monetæ, in vſi. feudorum: Gudo Papæ deciſ.493.numero primo Baldus in lege tertia numero quarto.C.communia de leg.& in l.illud.C.de ſacroſ.eccl.q.fi.Bert. conſ.168.261.& 312.vol.1. & Crauet.conſ.47.nu.6.cum aliis ſignatis per eum , vbi atteſtatur de cõ. & ita debet intelligi deciſ.Neapol.præcitata 194.teſte Petr.de Benintendis deciſ.49.ſub numer.2.quoniam ex tali ſolutione non eſt,facienda deterior conditio creditoris,ſecundum Ferrarien.in pract. Papien.in for.libelli.in actio.hypothecaria.§.relaxandum,ſub nu.2. F.Viuius lib.2.opin.184.

moneta de iure, & ex generali conſuetudine, ſolui poteſt moneta argentea,pro aurea,& groſſa pro minuta,&econtra, ſecundum Nat.conſilio 454.nume.1.& 2. vbi quòd ſi moneta antiqua non ſit deteriorata:ſed eadem, licet auctum ſit aurum,poteſt tamen fieri ſolutio monetæ antiquæ,niſi debitor ſit in mora, quam conclu.declara, vt latius per eum ibi dicto conſilio.

In moneta debita ex teſtamento inſpicitur æſtimatio tempore teſtamenti,ſecundum laudens.trac.mon. numero 27.ſi autem debetur ex lege vel ſtatuto, tempore ſolutionis, teſte cur.de mon.numero 17.& ſeq.Socy.iunior conſilio 142.numero 6.lib.2.

moneta curſu temporis deteriorata, puta, quia fiat ligæ deterioris, debet ſolui prout valebat tempore contractus,& de ea ſi reperiatur,alias debetur ad æſtimationem antiquæ,ſecundum Soc.iun.conſ.145.nu.94.95.lib.1.

monetam abradens vel tondens,ſi liber eſt, beſtiis ſubiicietur,ſi ſeruus,vltimo ſupplicio afficitur,vt eſt com.opi.Soarez ver.monetam.nu.196.ſed qui eam expenderit,quæ ſit euidẽter plumbea,vel ſtannea,lege Cornelia de falſis punietur.Sed ſi ſtatim non apparet,falſa extraordinariè eſt puniendus iudicis arbitrio,vt eſt com.opi.ibi.n.197.& 198. Et hæc omnia ſi quis dolo malo fecerit,quia vbi dolus non eſt, ibi falſi pœna eſſe non debet,vt eſt communis opin.ibi nu.200. Bonacoſſ.

monetam expendens auream defectiuam ratione ligæ,vel ratione ponderis,nullo modo poteſt puniri pœna ordinaria, vt eſt communis opinio,de qua curt.iun.in conſil.137.nu.2. in 3.vol. Bonacoſſ.

monetam prohibitam expendens forenſis ob proclama, vel ſtatutum loci,non incurrit in pœnam ipſius, & poteſt forenſis aduerſus.tale proclama petere reſtitutionem in integr. ex capite probabilis ignorantiæ.ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur,vt eſt vera & cõmunis concluſio. curt.iun.in conſ.37.nu.45.& ſeq.in 3.vol. Bonacoſſ.

monetam fabricari facere poteſt princeps, quæ aliquando minus valeat in forma quàm in materia, maximè qui non ſit multũ diues, & dato, ꝙ de hoc poſſet redargui p ſuperiorem, non tñ per hoc eſt,ꝙexpendens talem monetam,non dicatur habere iuſtam cãm expendẽdi,quę habeat excuſare,non ſolũ à pœna ordinaria falſi, ſed etiã ab extraordinaria, vt eſt com. opi.de qua curt.iun.in conſ.237.nu.53.in 3.vol. Bonacoſſ.

Moneta



Moneta, ſeu pecunia promiſſa, ſi in totum ſimul ac in perpetuum reprobaretur vtique æſtimatio eius ſoluenda foret in noua pecunia,& ſic mutata pecunia ipſa conſideraretur bonitas,quæ erat tempore contractus,atque ſolueretur æſtimatio monetæ antiquæ,ſec.Barto.in l.Paulus.la 1.ſub nu.6.ff.de ſol.Pet.& Cy.in l.minorum.C.in qui.cau.in integ.reſt.non eſt neceſ.Io.And.Abb.Ant.& Im.in c.quanto.de iureiur.Curt.in l.quod te.ff.ſi cert.petat.Rom.& Soc.in l.cum quid.eod.tit.vbi recentiores,præſertimque Bolog.nu.69.& ſeq. exiſtimant iſtam eſſe com.opi.& Boer.deci.327.n.12. F.Viuius libr.2. opin.183.

Moneta,ſiue pecunia minuta de conſuetudine ſolui poteſt pro ducatis, & econuerſo, quamuis moneta non ſit in obligatione,ſec.gl.not.in l.ſi quis argentum.in princ. C.de donat. Bar.in l.qui ſtipulatus fuerit decem.ff.de ſol. Cur.iu.conſ.24. num.5.& Brun.in tract.de aug.monet.limitat.2.quæ quidem conſuetudo in hoc ſeruanda eſt.Bar.& Im.in prin.in l.Paulus. ff.de ſol. & iſtam tradit eſſe generalem conſuetudinem Io.de Plat.in l.1.C.de arg.pre.lib.10.& Rub.conſ.148.n.1.& ſic inter partes ſemper tacitè cenſetur actum,vt ſecundum conſuetudinem loci ſoluatur ipſa pecunia,vt per Afflict.in titul.quæ ſint regal.ver.monetæ.n.21.in vſibus feud.& iſtorum opinio cõmunis eſt,teſte Cur.d.conſ.24.n.5.F.Viuius lib.2.opi.188.

Monendi alicuius atque inducendi præceptum non præſefert coertionem,vt commune ait Fel.in c.tuam.de ſimo.

Monitione opus eſt,vt pœnæ locus fiat,quæ ſimpliciter ac nulla temporis mentione facta aliquid non agenti imponitur.commune inquit Præpoſ.in c.quidam.5.q.1. E.Suarez.

Monitio requiritur ad incurrendam pœnam , quando aliquid præcipitur fieri ſine tempore. Et propter non factum pœnam imponet,Præp.in can.quidam.5.q.1.com.d. B.Vill.

Concord.l.12.tit.9.par.1.

Monitio ſiue inquiſitio iudicialis, quoties requiritur, licet ad hoc vt pœna ipſo iure incurratur,trina eſſe debeat,vel vna pro omnibus peremptoria, vt tenet Bal.in authen.item nulla communitas.C.de epiſ.& cler. vt not.in c.conſtitutionem.de ſent.exc.lib.6.gl.in cle.1.de vita & ho.cle.tamen id fallit in caſu illicitæ exactionis per iudicem laicum contra clericum factæ,quia ſufficeret ad hoc vt excommunicationem incurrat, vnica competente termino facta, idque ſec.Hoſt.& Io.Andr. c.non minus.de im.ecc. odio tyrannorum & eccleſiæ fauore, communiter teneri refert Bened.Cap.reg.96.n.81.

Monitio requiritur ad incurrendam pœnam , quando lex mandat aliquid fieri ſine tempore,& propter non factum pœnam imponit.Præp.in c.quidam.5.q.1.com.dicit. Bonac.

Monitio non requiritur,quando ſumus in caſu contrauentionis,vt eſt com.opi.de qua Alba.in conſ.48. Bonac.

Monitio trina requiritur, vt quis excommunicetur, vt eſt com.opi.de qua Soc.in c.perpendimus.n.106.de ſent.exc. & ſi fiat vnica monitio,debet habere dies expreſſos,ſicut faciũt & ſeruant executores communiter. videlicet. Damus duos dies pro primo,duos pro ſecundo,duos pro tertio,& peremptorio termino,& ita communiter practicatur & ſeruatur,vt dicit ibi Soc.n.109.& ſeq.aliàs ſententia excommunicationis eſt nulla,ſi talis monitio amittatur.ibi n.132.com.dicens. id.

Monitio generalis ſufficit,vt res ſingulares ſint excommunicatæ,nec eſt opus probare,vt ſint hæreditariæ.Soc.ſen.in c. perpendimus.n.242.de ſent.exc. idem.

Monopolium eſt conuentio plurium mercatorum bono publico obuians:puta de vendendo certo pretio tantum.Fel. in c.accedentes.col.1.de præſcript.al.Hoſt.in ſum.tit.de ſynd. §.quid ſocietas.ver.corpus autem.de quo per Bart.& doct. in l.1.C.de monop. P.Andora.

Moræ purgatio intra quantum tempus fieri poſſit, iudicis arbitrio committitur.Eſt com.opi.ſec.Deci.conſ.138.& diligenter.vol.1. M.Chærian.

In diſpoſitione legis vel vltimæ voluntatis,ad hoc vt propter moram pœna committatur,requiritur monitio,vel interpellatio.Eſt magis com.opin.ſecund.Soc.conſ.133.perfecto. vol.1. idem.

Ad actionem quærendam , non eſt licitum actori moram purgare:ſecùs,ad quæſitam conſeruandam. Eſt com.opi. ſec. Alex.conſ.9.attentis verbis.circ.fin.verſ.ſecundo reſpondeo. vol.7. idem.

In contractibus dies & pœna conuentionalis moræ purgationem excludit.Eſt com.opin.ſec.Alex.& moder.in l.ſi inſulam.de ver.obl.etiam in contractibus bonæ fidei,propter bonam fidem , quæ magis exuberare debet , & moram grauiorem facit.Eſt com.ſec.Rip.d.l.ſi inſulam.n.43. licet in contrarium adducatur tex.in l.Lucius.de actio.empt. idem.

Moræ purgatio debet eſſe celer ad arbitrium iudicis,vt per Deci.conſ.452.nu.25.& Afflict. deciſ.73. Hinc eſt,ꝙ fideiuſſor, qui ſub pœna promiſit aliquem in iudicio repræſentare die , ſi poſt moram repræſentauerit , non tenetur ad pœnam, quia potuit moram purgare , & hoc etiam iuramento interueniente,vt per Iaſ.in l.ſi ex legati cauſa.nu.14.ff.de verb.obl. & ita iudicaui in facti contingentia dum eram iudex criminalis in ciuitate Pergami,anno Domini,1561.Sed hoc limitatur non procedere in fideiuſſore de repræſentando aliquem ſub pœna certa,& cum iuramento,ſecun. Afflict. deciſ.173.& Crauet. d.conſ.95. De hoc non eſt nimis mirandum, quia iuramentum excludit facultatem purgandi moram : & ſi iuramentum obſtat prædictæ purgationi, iuxta com.opi.Bart. & omnium doctor.in l.ſi quis maior.C.de tranſact.& in l.ſi inſulam.ff.de ver.ob.quam ſequuntur,& atteſtantur inibi moder. Rom.ſing.454.& Rip.in repet.l.fi. n.110. C.de reuoc.donat. Sed vtrùm iſta moræ purgatio admittatur ad æquitate canonica,vide Rip.latè declarantem in d.l.fi.nu.100.cum ſeq. His occurrit ſimiliter, ꝙ ſi quis ageret contra fideiuſſorem de iudicio ſiſti ex eo capite, ꝙ mora fuerat commiſſa in ſiſtendo & eo caſu peteretur intereſſe , debet conſtare de quantitate ipſius,& debet probari verum debitum principalis, in quo ille tenebatur ſecundum communem ſententiam doct.quam ſequitur citatque Alex.in l.2.§.fi.n.6.ff.qui ſat.cog. F.Viuius.

mora purgatur in tranſactione. Iaſ.in l.ſi quis maior annis. n.3.C.de tranſact.com.dicit. B.Villal.

Intellige iſtam communem quando purgatur per tranſactionem factam ſiue ante , ſiue poſt litem conteſtatam ante ſententiam,Iaſ.ibi communem dicit. idem.

mora purgatur in omnibus caſibus ante ſententiam. Iaſ. in l.pacto.n.8.C.de pact.com.dicit. idem.

Idem dicit Ang.in l.cùm proponas.2.C.de pact. I.Fich.

ad inducendam Moram in legatis ad pias cauſas,in quibus dies certus eſt , non requiritur interpellatio , tamen ad incurrendam pœnam requiritur monitio,Goza.conſ.34. nume.6. com.dicit.

Fallit ſi per conſtitutionem generalem epiſcopi fiat præceptum ꝙ legata pia adimpleantur quod tunc dies interpellat ad incurrendam pœnam.idem Goza.n.8.ibi commu.dicit ex Aret.conſ.67 & Abb.conſ.59. B.Villal.

Nota,ꝙ tempus per quod purgatur mora:relinquitur arbitrio iudicis.Deci.conſ.138.n.7.com.dicit.

Concor.cum l.13.tit.11.par.3. idem.

PRO.mora eſt debitoris vitium. gl.in l.fi.C.in quib.cauſ.in integ.reſt.non eſt neceſſ. Bellon.

PRO. mora rei fideiuſſori quoque nocet.l.mora.ff.de verbor.obl.

PR.mora purgari poteſt. l.interdum.§.Stichi.ff.de ver.obl.

OB.contrà de l.magnam.C.de contrah.& com.ſtip.

SOL. ibi erat dies,& pœna appoſita,quo caſu non purgatur. idem.

PRO.moram videtur facere,qui maluit litigare,quàm reſtituere.l.nemo.§.1.ff.de ver.ob. idem.

PRO. moræ litis non inſtruunt cauſam poſſeſſoris, ad inducendam longi,temporis præſcriptionem.l.morę litis.C.de rei ven. idem.

moræ contrahendæ ſufficit facta etiam extra iudicium interpellatio. vt eſt Accur.ſententia,l.qui Romæ. §.cohæredes. ver.extra.ff.de ver.ob.communis iuxta Tiraq. lib.2.retract.§. 4.gl.6.n.39.ac ſatis ſuperque eſt quibuſlibet verbis eam fieri, vt tradit Bart.communiter approbatus in l.ſi quis mihi. §.pater Scio.in prin.ff.de acq.hær.Quin & vnica tantum interpellatio ad id exigitur,vt docet idem Bar. poſt gl.in l.Titia Seio. §.vſuras.ff.de legib.lib.2. & eſt commune interpretum placitum teſte Alex.d.§.cohæredes.n.2.Fel.c.ex literis.n.8.de conſtit.Purp.in l.vinum.n.24.ff.ſi cer.pe.Coraſ.lib.2.Miſcel.c.6.à nu.4.debebit tamen fieri congruo & loco tempore.l.mora.ff. de vſur.iuxta declarationem Barto.communiter interpretib. probatam,in l.cum filius.§.vlt.n.2.de ver.obl.intellige tamen neceſſe eſſe præterea tranſeat poſt interpellationem tempus aliquod,vt cenſet gl.in l.æmilius.verſ.reſtitu. ff.de min.quam receptam ponit Alex.in l.1.§.ita.n.9.ff.ad l.falc.quibus autem in caſibus etiam abſque vlla interpellatione incurratur mora, tradit poſt Deci.copioſè Purp.in l.quod te mihi. à nu.90. ff.ſi cert.petat. E.Suarez.

Moræ expiatio ſeu purgatio quando celeriter ac ritè facta cenſeri debeat,judicis arbitrium metietur.cõmune inquiunt Dec.conſ.138.nu.7.Rip.in l.ſi inſulam.n.35.ff.de ver.obl. Viuius libr.1.opin.219.quamuis Iaſon.in omnibus caſibus ante ſententiam purgari moram,poſſe frequenter placitum affir-

met in

met in l.pacto.nu.8.C.de pac. Sed verior proculdubio ac receptior ſententia eſt. Memineris, tamen quod nec moræ purgatio admittitur in ſpecie.l.ſi quis maior.C.de tranſ.vt commune ponit dec.conſ.454.nu.12.Nec moram generaliter ac regulariter in quantitatis debitoribus difficultas ſoluendi excuſat, vt frequenter interpretibus Alex. ætate recentioribus placuiſſe contra antiquorum dogma teſtificantur dec.iaſ.nu.33.Rip.53.Purpur.63.in l.quod te mihi.ff.ſi cert.pe.Rui.conſil.150.n.3.lib.1.Viuius lib.1.opi.61.& hanc etiam in rem videto, quæ ſuperius obſeruo verſ.difficultas. idem.

Moram qui ſemel contraxerit, non liberabitur, ſi res poſtea perimatur, ſeu ſimiliter illa interitura apud creditorē proponatur, ſeu ſecus commune inquint Alex.in l.nemo.ff. de ver.ob.& in l.cum res.§.vlt.ff.de leg.lib.1.& iaſ.nu.28.Bolog.nu.71.in l.quod te mihi.ff.ſi cer.pet.Io.à Medina de reſt.q.6.Quāuis ad hoc recepto dogmate non immeritò defeciſſe videantur cum Mart.fulg.iaſ.nu.27.dec.nu.16.curt.iun.nu.33.Rip.28.Bologn.72. cum ſeq.in d.l. quod te.ſed ea de re alib. Deo dante, vberius agemus. E.Suarez.

mora ex contumacia.Mora contumacialis in parendo mādato ſuperioris ſeu iudicis ex qua eſt inflicta pœna ſucceſſiua, puta excōmunicationis, priuationis ab auditorio, vel ſimilis, purgari poteſt etiam poſt ſententiam: imò & executionem: caſus eſt no.in c.ex literis.extra.de conſti.& fuit elegans dictum do.Conſtan.in l.ſi inſulam.ff.de verb.ob.& eſt limitatio ad id quod dicitur poſt ſententiam non admitti purgationem moræ. Balb.deciſ.358.

Moræ purgatio non admittitur vbi iuramentum interuenerit, per tex.ſing.in l.ſi quis maior.vbi Bar.n.11.ver.& ex hoc no.Alex.7.iaſ.26.curt.44.Parpalias.n.78.Cagno.110.& 111. hoc annotarūt.C.de tranſ.quia vbicunq; executio à lege fit, eo caſu purgatio moræ nō admittitur.l.ſi is cui.ff.de le.2.Ale.de imo.in conſ.158.n.5.verſ.prærerea vbicunq; in contractu appoſitum eſt iuramentum, nūquam eſt locus purgationi moræ, in 2.li.& idem Alex.in conſ.105.n.9. verſ. præterea omnis defenſio partis in 3.lib.ita communiter doct.affirmare inquit Alex.in conſ.76.n.15.verſ.item attento.li.5.con.iaſ.in l.ſi cōuenerit.n.11.ff.de iur.om.iud.Et hanc communem doct.ſententiam eſſe referunt dec.in conſ.452.nu.12.in fi.& Io.Franc.Ripa in l.fi.32.q.n.112.C.de reuoc.don.licet multi doct.illam concl.de æquitate canonica limitari poſſe voluerint, quos recenſent Alex.de imo.in d.l.ſi quis maior.n.7.circa fi.iaſ.n.26.circa fi.dec.in d.conſ.452.n.5.Ant.de Petru.in l.1.n.112.§.vigeſimus effectus eſt in repe.vol.2. ſed optimè reſpōdent dec.ibid.n.13.& Apoſtill.in addit.ſuis marginalib. ad conſ. Alex.in d.conſ.158.in verb.iuramentum.litera C.quamuis aliter reſpondeat iaſ.in conſ.10.n.2.verſ.circa.ſecundum dubium. tamen concluſiuè, diſtinguendo inter ius ciuile & canonicum, quoad forum ciuile, non recedit ipſe quoque à præcedentium doct.ſententia.in 1.vol.conſ. Kirchouius.

Moræ purgatio.Poſt lapſam primam dilationem ad probādum admittitur purgatio moræ, ſi velit incontinenti poſt ipſam dilationem probare abſque alia petitione dilationis, ſecund.Cy.in l.mancipiorum.ff.de op.leg.Bal.in l.fi.ff.de feriis. tutius tamen eſt ſecūdùm eos aliam dilationem petere. Balb.deciſ.356.

Mora conſtituit aliquem in delicto, & inducit delictum, vt eſt com.opi.Graſſus com.opi.lib.2.c.1.q.15. hoc tamen delictum conſiſtit in non faciendo, ideoque læuius reputatur, quàm ſi conſiſteret in faciendo.ibi. Bonacoſſ.

Mora celeriter dicitur purgata intra octo dies, vel arbitrio iudicis, ſecundum magis communem ſententiam per Burſat.conſ.26.nu.44.lib.1.

Moræ purgatio ante lit.conteſt.ſuper commiſſo, operatur quòd res in commiſſum non incidit, ex communi obſeruata teſte Burſ.conſ.26.nu.45.lib.1.

Mora contracta per diei lapſum: amplius purgari nequit, ſecundum communem per Burſ.conſ.68.nu.43.lib.1.

## M O R A.

*Summaria.*

Prima quæſtio duplicem habet deſcriptionem moræ: quarum vtraque non caret difficultate.

Vnam interpellationem ſufficere ad conſtituendum debitorem in mora.q.2.

Interpellationem qualemcunque ſufficere, quibuſcunque verbis fiat, ſiue generalibus ſiue ſpecialibus.q.3.

Moram ſemel commiſſam, per ſecundam interpellationem non purgari, aut tolli.contra ſententiam Bart.q.4.

Pupillum non poſſe interpellari, neque per interpellationem abſque tutoris authoritate in mora conſtitui.q.5.

Debitorem ſpeciei poſt moram teneri ad periculum, & interitum rei.q.6.

Debitorem, ſpecie poſt moram perempta, non teneri, ſi certò conſtare poſſit, eandem ſpeciem etiam penes creditorem perituram fuiſſe.q.7.

Euentum diei non conſtituere debitorem in mora.q.8.

Diem tacitam à lege inductam interpellare pro homine, & conſtituere debitorem in mora.q.9.

Difficultatem non excuſare debitorem quantitatis: Niſi difficultas non ſit ſimpliciter quantitatis, ſed vt ſpeciei, aut oriatur ex ſuperueniente aliquo caſu.q.10.

Debitorem quantitatis, perempta quantitate, non liberari, ſiue in mora fuerit, ſiue non: Niſi etiam ſit debitor quantitatis reſpectu certæ ſpeciei.q.11.

Debitorem quantitatis in certa moneta, quæ poſt moram debitoris reproba facta eſt ex conſtitutione principis, non poſſe ſoluere in moneta antiqua: ſed teneri de noua ſoluere: niſi in mora non fuerit, tunc enim & de antiqua poteſt ſoluere.q.12.

Debitorem generis, re ſeu ſpecie aliqua perempta, non liberari, niſi omnib.ſpeciebus ſublatis.q.13.

Genus in omni obligatione generali accipiendum, non generaliſſimum, vel ſubalternum, ſed quòd certos habeat & limitatos fines, vel à natura, vel arte.ead.q.

Vbi promiſſio eſt nulla, ibi nec mora conſiderari poteſt, nec ſequi liberatio.ead.q.in fi.

Re poſt moram perepta, liberari debitorem offerendo æſtimationem: Niſi vltra æſtimationem amplius interſit creditoris. Tunc enim & pro eo creditori tenetur.q.14.

Moram inducere delictum conſiſtens in non faciendo: Ideoque leuius puniri.q.15.

Moram commiſſam purgari poſſe per debitorem, æquitati conſentaneum eſt.q.16.

Moræ purgationem, vtpotè æquitate ſcripta nitentem nō excludi ſtatuto, quo cautum eſt, vt in cauſis decidendis rigor iuris ſeruetur.ead.q.§.ex hac communi.

Aequius eſt moræ purgationem admitti, etiam ſtante ſtatuto, quòd inſtrumentum confeſſionatum habeat executionem paratam, ac ſi lata eſſet ſententia. Niſi creditoris interſit. ead.q.§.2.infertur.& §.ſeq.

Purgationem moræ ceſſare poſt litis conteſta.Item multò magis poſt ſententiam.ead.q.d.§.ſecundò infertur.

Purgatio moræ locum non habet in promiſſione pœnæ facta cum iuramento.q.17.

Iuramentum habere vim litis conteſtationis.ibid.

Iuramentum in obligationibus facti, præciſè obligat ad factum.ibidem.

Moræ purgationem denegari in contractibus conuentionalibus, in quib.eſt expreſſa pœna & dies: niſi aut debitor veniat poſt modicum tempus, aut dies expreſſa ſit incerta.q.18.

Moram purgari non poſſe facta executione ipſo iure à lege, vel ab homine.q.19.

Muræ purgatio an locum habeat adiecta clauſula, rato manente pacto.q.20.

Effectus clauſulæ, rato manente pacto eſt, vt pœna & ſors ſimul peti poſſint.ead.q.in fi.

Moræ purgationi locum eſſe, vſque ad lit.conteſt. excepta ſtipulatione iudicatum ſolui. Item ſi mora in ipſa litis conteſtatione, vel pòſt, committatur. Tunc enim purgatio conceditur vſque ad ſententiam.q.21.

Moram præcedentem purgari nouatione.q.22.

Morā nō purgari per ſtipulationē inutilē, vel nullam.q.23.

Emphyteutam eccleſiæ ceſſantem in ſolutione canonis, poſſe moram purgare. Secùs eſſe in emphyteuta priuati: Aequius tamen eſſe & humanius, vt & in hoc locum habeat, ca.potuit.ext.de loca. cùm moræ purgatio infra modicum tempus denegari minimè debeat.q.24.

Ceſſante diſpoſitione iuris ciuilis, recurrendum ad diſpoſitionem iuris canonici.ead.q.

Modicum tempus quodnam dicatur quò ad purgandam moram, relinqui arbitrio iudicis.q.25.

Moram purgare intra modicum tempus poſſe vaſallum, qui infra diem & annum inueſtitura non petita, ſtricto iure feudum amiſit, æquius eſſe.q.26.

Ceſſante diſpoſitione iuris feudalis, recurritur ad ius ciuile commune.ibid.

Mimorem ꝯuentum ex cōtractu paterno reſtitui aduerſus moram per ipſum ex iuſta ignorantia commiſſam.q.27.

### Q V AE S T I O I.

Quæro, Quid ſit mora? Reſp.ſecundum accur.in l.mora.ff.de vſur.



ꝙ mora eſt, cùm quis maior 14.an.curatorem nō habens, interpellatus per diei appoſitæ lapſum, vel per eius, cui debetur denunciationem congruo loco & tempore factam, cùm intelligat ſe debere, vel intelligere debeat, non ſoluit. Hæc definitio videtur deſumpta ex l.ꝙ te.ff.ſi cert.pet. Aliam definitionem tradit Alber.in ſuo lexico, ſ.ꝙ mora eſt detrectatio ſolutionis ab adulto facta, per denunciationem, vel per diei lapſum nullo modo remiſſa ab eo, qui ſciuit, vel non potuit iuſtè ignorare. Et dicit Ant.Corſ.in ſuo reper.ad Pan.verbo, mora.hanc deſcriptionem à doct.communiter approbatam eſſe, in qua contineatur vtraque mora regularis & irregularis. Sed iudicio meo neutra harum definitionum tranſit ſine difficultate.

### Q V AE S T I O I I.

Quæro, An vna interpellatio ſufficiat ad conſtituendum aliquem in mora? Reſp.com.& recepta doct. opinio eſt, ꝙ ſic, & eam tenet Bart.l.qui Romæ.§.Seia.ff.de verb.obl.quam ſequuntur omnes ibi, Bald.Ang.imol.Cuma.Aret.& iaſ.Et eam dicit communem Bauer.in ſuo trac.moræ.in princ.verſ.2.dicas.Et ſequitur Ferret.& Romul.in trac.moræ.3.par.n.14.Eandem dicunt communem eſſe mod.in l.inſulam.ff.de verb.ob.& in l.quòd te.ibi iaſ.ff.ſi cert.pet.

Amplia, vt hæc interpellatio extraiudicialis adeò requiratur, vt debitor nō ꝯſtituatur in mora etiam per libelli oblationem.Hanc dicit eſſe communem opi.Crot.in l. ſi inſulam. ff. de verb.obl.Licet contrarium teneat ſolus dec.d.l.quòd te.

### Q V AE S T I O I I I.

Sed nunquid qualiſcunque interpellatio ſufficiat, quibuſcunque verbis fiat, ſiue ſpecialibus ſiue generalib facta? Reſp. ꝙ ſic, & eſt com.opin.vt teſtatur iaſ.l.ſi ex legati.nu.15.& 16.de ver.ob.Eandem dicit eſſe magis cōem Alex. l. ſi quis mihi bona.§.ſed quid ſi mandauit ibi Lud.Ro.& iaſ.n.9.& ſeq. dicens à ſententia Bart.non eſſe recedendum. Hanc tenet Bald.l.eum qui duobus.§.j.ff.de acq.hæ.& Bart.l.ſi quis mihi bona.§.ſed quid ſi mandauit.eo.ti.Bald.l.ꝙ te.ſi cer.pe. Dicit tamen iaſ. contrariam partem in puncto iuris eſſe veriorem, quam tenet Alber.de Roſa.dicens ita fuiſſe obſeruatum, vt per verba generalia non fuerit introducta interpellatio.

### Q V AE S T I O I I I I.

Quero, Vtrum debitor ꝯſtitutus in mora, ſi denuò interpelletur à creditore, ꝯſtituatur in mora? Reſp.ꝙ non, ſed mora eius purgatur.Ita tenet Bar.l.æmili⁹.ff.de minori. & ſequuntur do.cōiter ibi & in d.l.ꝙ te.& d.l.ſi inſulā.licet ſolus iaſ.teneat ꝯrium.com.dicit Romul.3.par.trac. de mora.nu.47. Vbi ipſe quoq; inclinat ſn̄iam iaſ.tanquàm veriorē, quam ēt tenet dec.d.l.vinum.n.14.& videtur mihi quoque æquior & verior.

### Q V A E S T I O V.

Quæro, An pupillus poſſit in mora conſtitui per interpellationem abſq; tutoris authoritate? Reſp.Diuerſæ ſunt opiniones.quidam diſtinguunt inter proprium contractum pupilli, vt tunc non ꝯſtituatur in mora, ſecùs ſi obligatus ſit ex facto authoris, quia tunc poteſt interpellari abſq; tutoris authoritate, & moram committit.Ita tenet Ang.& Cuma.d.l.ſi ex legati.ff.de ver.ob.pupill⁹.n.defuncto ſuccedens, debet vti iure defuncti: & ſicut defunctus poterat ſolus interpellari, & ita pupillus.

Sed magis communis opinio eſt, in contrarium, ꝙ indiſtinctè pupillus nō poſſit interpellari, & in mora conſtitui per interpellationē, ſed requirit̄ authoritas tutoris.eam tenet Rom.imo.Alex.d.l.ſi ex legati.Bauer.in trac.moræ.3.par.Romul.4.par.n.71.vbi dicit eā eſſe magis cōem.Ratio eſt, q̄ pupill⁹ nō habet ꝯſenſum, & per ꝯſequens nō pōt obligari: vnde ſequit̄, ꝙ nō poſſit ꝯſtitui in mora, Nam ſine actione nemo requirit̄.

### Q V AE S T I O V I.

Quæro, An debitor ſpeciei poſt moram teneatur ad periculum & interitum rei? Reſp.com.eſt opi. quòd ſic, & probatur expreſsè per tex.l.quòd te.ff.ſi cert.pet. & eam dicit communem iaſ.Socy.& omnes moder.

### Q V AE S T I O V I I.

Sed nunquid hoc procedat, vt debitor in mora conſtitutus re perempta teneatur, ſi ſpecies peritura fuiſſet penes creditorem? Reſp. Diuerſæ ſunt opiniones gloſſarum & doctorum. Vna eſt Io.gloſſatoris, quem refert & ſequitur accur.in d.l.ꝙ te. verb. detrimentum. ꝙ videlicet indiſtinctè teneatur, ſiue res ſit peritura apud eum, cui debebatur, ſiue non. Et hāc eſſe com.opi.teſtantur ibi Bal. & Ang. Et eam tenent Ro.Paul.de Caſt.Ang.imo.& Alex.qui com.dicit, idemque iaſ.l. nemo.§.1.ff.de verb.obl.iaſo.d.l.quòd te.Bar.ibidem, qui licet diſtinguat: Tamen magis in hanc inclinat partem. Eandem tenet Sali.ibi in ſua repet.

Alia eſt opinio contraria Martini gloſſatoris, qui diſtinguit, an ſpecies peritura fuiſſet penes creditorem, necne. Hanc partem ſequitur Raph.Cu.fulg.& iaſ.d.l.ꝙ te.Socy.Aret. & omnes recentiores, ita vt ſi nunc numerentur authoritates, proculdubio ſit magis communis & verior, pro qua textus eſt expreſſus l.ſi plures.§.fi.ff.depoſ.ad quem nulla data eſt realis reſponſio, & ipſa æquitas, vt in d.l. Poſſent tamen hæ opiniones non incommodè conciliari, iuxta textus in quibus ſe fundāt doct.ex vtraq; parte, vt procedat opinio Martini eo caſu, quo certò conſtaret, ꝙ res eſſet peritura tam penes debitorem, quàm creditorem, vt ſi ratione naturali peritura fuiſſet.ſ.morte vel ſimili, vt patet in d.§.fi.vbi Iuriſconſultus conſiderat interitum rei naturalem. Sin verò non conſtet, vt quia caſu fortuito peritura fuiſſet, tunc procedat opinio Ioannis & ſequacium, ita tamen, vt habeatur ratio temporis, an intra modicū tempus vel longum interuallū perierit.ita ꝙ ante caſum contingentem creditor potuiſſet vendere, & pretium conſequi, vt l.item ſi verberatum. §. fi. de leg.1. ſicut hæc latiùs declarant doct.d.l.ſi plures.§.fi.

### Q V AE S T I O V I I I.

Quæro, An euentus diei ꝯſtituat debitorem in mora? Reſpon.communis & recepta doc.opi.eſt, ꝙ non, ita firmat iaſ.l.ſi ex legati.n.11.ff.de ver.ob.& tenent poſt Bar.cōiter omnes in l.quoties in die.ff.e.ti.ibi iaſ.n.2. nō enim poteſt eodem tēpore quis obligari, & in mora ꝯſtitui.Eandem opi. tenet Bar, poſt Cy.in l.minorem.C.de in inte.reſt.minor.& d.l.ꝙ te. ff.ſi cert.pet.& dicit Bar.d.l.quoties.quod omnes ita tenent.Et dicit Alex.hanc eſſe communem, à qua in iudicando & conſulendo nō ſit recedēdum.Hanc quoque tenet Ang.imo.Paul.de caſtr. d.l.quoties.Bar.l.ita ſtipulatus.q.3.ff.de verb.ob.Eandem dicit eſſe communem Sali.l.euictis.ff.de vſuris.

### Q V A E S T I O I X.

Quæro, an dies tacita inducta à l.interpellat & conſtituat in mora? com.& recepta opi eſt, ꝙ ſic.vt teſtatur iaſ.in l.quoties.nu.5.ff.de ver ob.quā tenet Bar.l.ita ſtipulatus.q.2.ff. de ver.ob.Bal.rub.C.de conſt.pec.q.3.Quamuis ꝯrium, ſed male teneat Alb.de Roſ.l.2.& l.3.§.nūc de officio.ff.de eo qđ cer.loc.

### Q V AE S T I O X.

Quæro, Vtrum difficultas excuſet debitorem quantitatis à mora? Reſp.Doct.in hac q.ſententiis variant.Vna eſt illorum, qui volunt debitorem excuſari.& eam tenet Sal. Raph. cum Roma.& Aret.d.l.quòd te.dicens, eam eſſe communem.

Alia eſt opinio contraria, quam tenet Bar.d.l.ꝙ te.& ibi iaſo.n.32.dicit eam eſſe magis communem.& Alex.Soc.& omnes recentiores, Bauer.in trac.moræ.3.par. Eandem dicit eſſe magis com.Ripa, d.l.ꝙ te.n.52.licet contraria fortè fuerit cōmunis vſq; ad tēpora Alex.& dicit magis cōem Fran. Purpur.nu.38.in fi.d.l.& tenet ibi curt.iun.nu.87.Zaſ.nu.38. Iac.n.3.& eam dicit eſſe communem Bar.Socy.ibi, n.32. Lancel. dec.ver.in debitore autem quantitatis.Pan.c.breui.n.4.de iureiu.& ibi Ant.de Bu.Et hanc opi.dicit eſſe cōmunem Carol.Rui.conſ.150.nu.3.vol.1.Poſſent tamen hæ opiniones conciliari inſpectis fundamentis vtriuſq; partis, vt ſi loquamur in difficultate quantitatis non ſimpliciter, ſed vt ſpeciei, vt ſi debitor eſt in certa moneta, procedat opinio affirmatiua.Sin verò loquamur in debitore quantitatis ſimpliciter, & difficultas oritur ex caſu ſuperueniēte, ſimiliter locum habeat affirmatiuā, aliàs ſi conſideretur difficultas ſine caſu aliquo, procedat opinio magis communis, & hęc diſtinctio fundatur expreſſo textu.c.ſignificante.de pign.& eſt ex mente doct.vt patet ex eorum allegatis.

### Q V AE S T I O X I.

Quæro, An debitor quantitatis, perempta quantitate liberetur? Reſp.com.& recepta doct.opi.eſt, ꝙ ſi ſit debitor quantitatis ſimpliciter, teneatur indiſtinctè, ſiue fuerit in mòra necne, eo, quia debitor eſt in genere, genus verò perire non poteſt, & expeditum per tex.l.incendium.C. ſi cert.pet.iaſ. d.l.ꝙ te.n.14.& 15.com dicit, & ibi recentiores omnes.

Limita hanc cōem, vt non procedat, quando eſſet debitor quātitatis reſpectu certę ſpeciei.Namq; perempta illa ſpecie, liberabit̄ ēt à quātitate.Hanc opi.tenet Bar.d.l.ꝙ te.Alb.Pau.de caſt.& Ale.Cy.Bar.& Bald.d.l.incendium.Bar.l.& ſi certos.ff.de verb.obl.Ang.imo. & omnes moder.in l.ſi ex legati.eo.tit.Et eam dicit eſſe communem iaſ.d.l.quòd te.num.15.licet contrarium teneat Raph.fulg.ibi, & Raph. Cuma.in l. Titiæ textores.§.fi.ff.de leg.1.

### Q V AE S T I O X I I.

Sed pone, ꝙ debitor eſt quantitatis in certa moneta, quæ reproba facta eſt, ex ꝯſtitutione principis, nunquid debitor liberetur, perempta illa moneta, quia reproba, facta eſt, an verò

tenea

teneat ad ſimilem monetam?Reſp.ꝙ in hoc articulo eſt controuerſia inter Doctores, tamen com.opi. ꝙ ſi debitor eſt in mora, non liberatur, nec poteſt ſoluere in moneta antiqua, ſed tenetur de noua ſoluere, iuxta ca.canonicis.de cenſib.Ita tenet Bar.l.Paul.ff.de ſol.Ful.& Paul.de caſt.d.l.ꝙ te.Eandem tenet Ant.Bu.c.quanto.de iureiur.Pet.de Anch.clem.beneficiorum.de deci. ſecùs ſi debitor non fuit in mora, quia tunc poteſt ſoluere de moneta antiqua, ita tenet Cy.Bal. Lud.Ro. in l.cùm quid.ff.ſi cer.pet.& ibi dicit eſſe communiter approbatam Bart.doctrinam iaſ.nu.27.Eandem tenet Alb.de Roſa. in trac.ſtatu.in 1.par.q.4.& in effectu imo.& Alex.d.l.ꝙ te.& d.l.Paulus.Et hanc dicit eſſe communem ibi iaſ.l.ꝙ te.nu.16. & hoc ſecundo caſu procedit doctrina Bar.ibi. Eandem opinionem tenet pract.Papien.in for.libel.actio.hypoth.ver. relaxandum iure pignoris.

QVAESTIO XIII.

Quæro, An debitor generis, re aliqua perempta liberetur? Reſp.com.opi.doct.eſt,ꝙ liberatio non contingat, niſi peremptis omnibus ſpeciebus, vt teſtatur iaſ.d.l.ꝙ te.nu.18. & omnes Modern. Debet autem hæc limitatio intelligi de genere, ꝙ licet ſit incertum, tamen limitatos habet fines à natura, vt eſt equus, bos, & ſimilia, vel ab hominis arte, vt nauis, lanx, ſcyphus, vel deſtinatione: vt fundi, vineæ & huiuſmodi. aliàs ſi de genere generaliſſimo, vel ſubalterno intelligatur, impoſſibile eſt, vt debitor in mora conſtituatur, Nam promiſſor animalis nullo modo tenetur & eſt nulla obligatio, Vnde succedit regula, ꝙ vbi promiſſio eſt nulla, nulla conſiderari poteſt mora, nec liberatio contingere, ſecùs ſi quis promiſit equum vel lancem, quo in caſu in dubio videtur intelligere de equis, quos domi habet, quia tunc prædictæ res caderent in obligatione, & in his mora debitoris, & iis peremptis liberatio contingere poſſet, vt pulchrè aduertit Zaſ.d.l.quòd te.

QVAESTIO XIIII.

Quæro, An re perempta poſt moram debitor liberetur, offerendo æſtimationem? Reſp. communis & recepta opinio eſt ꝙ liberetur æquè, ac liberaret ſe offerendo rem ipſam, antequam periret, vt firmat Romul.in tract.moræ.4.par.n.162. Et eam tenet Bart.in l.inſulam.q.7.& ſequuntur omnes doct. Cùm enim impoſſibile ſit, vt res perempta tradatur, neceſſe eſt, venire ad æſtimationem rei, propter naturæ impoſſibilitatem, & licet res ſit in obligatione, tamen reſoluitur in æſtimationem. Intelligenda tamen eſt hæc communis doct. ſententia, vt licet debitor re perempta liberetur offerendo eſtimationem: ſi tamen creditor poſſit prætendere intereſſe, vltra æſtimationem rei teneatur ad intereſſe, iuxta l. vinum. ff. ſi cert. petatur.

QVAESTIO XV.

Quæro, An mora inducat delictum? Reſp.ꝙ ſic, iſta eſt commu.opi.quam tenet gl.com.approbata in l.ſi mora.ff.ſol.ma. vt teſtatur Romul.d.tract.5.par.n.163. iſtud tamen delictum conſiſtit in non faciendo, ideoque leuius reputatur, quàm quòd conſiſtit in faciendo.

QVAESTIO XVI.

Quæro, Vtrum mora commiſſa purgari poſſit per debitorem nec ne? reſp.ꝙ ſic, & hoc conceſſum eſt ex æquitate quadam contra iuris ciuilis rigorem, text. eſt de hoc clarus in l. ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verb.obl. ibi de bono & æquo, & tenent doct.communiter in d.l.ſi inſulam.

Ex hac communi concluſione infertur, moræ purgationẽ non concedi, ſtante ſtatuto, ꝙ in cauſis decidendis rigor iuris ſeruari debeat, ita not.Ang.in d.l.ſi inſulam. & ſequuntur imo.Alex.& iaſ.aliique doct.omnes.vt teſtatur Roma.in rub. de arbit.Et ꝙ hæc ſententia non habeat contradictores, exceptis paucis recentioribus, dicit Romul.in d.tract.moræ.parte. penult.nu.168.licet ipſe inclinet in contrariam partem, quæ & mihi videtur probabilior, iniquum enim eſſe ſtatutum excludens moræ purgationem ex æquitate prouenientem. Præterea ſi hoc eſſet de mente ſtatuentium, vt æquitas excluderetur, illud intelligendum eſſe de æquitate in genere, non de æquitate incluſa in corpore iuris, vt hoc caſu.

Secundò infertur, ſtante ſtatuto, ꝙ inſtrumentum confeſſionatum, ſiue Guarantigiatum habeat executionem paratã, ac ſi lata eſſet ſententia, purgationem moræ non admitti, ita ſentit Ang.in d.l.ſi inſulam.& ſequuntur ibi moder. vt firmat Claud.de Seyſel. Eandem tenet Corn.conſ.141.inci.viſo themate.lib.4.Si enim poſt lit.conteſt.non admittitur moræ purgatio, multò minus poſt ſententiam concedetur. Præterea in illo inſtrumento eſt confeſſio ſolennis cùm omnibus renunciationibus, ita quòd omnis exceptio ſublata ſit, vnde ſequitur etiam moræ purgationem denegari, quæ in æquitate fundatur, ſicut & exceptio, & exceptio quoque appellatur.

Contrariam tamen opinionem, ꝙ ſcilicet moræ purgatio non ſit ſublata, tenet Alex.imo.& Lud.Ro.in d.l.inſulam.Eandem tenet Socy. in conſ.199.incip.in cauſa. Et eam dicit eſſe communem Romulæus.d.trac.par.penult.nu.163. ſtatuta enim debent intelligi, ne quis indebitè dãmnum patiatur ſecũdum communem & receptam doct.opinionem, vt teſtatur iaſo.in l.fi.§.in computatione.nu.12.C.de iure delib.

Prædicta concluſio tamen, ꝙ mora poſſit purgari, procedit ita demum, ſi creditoris non interſit, vt quia non ſit paſſus damnum ex dilatione facta, ita tenet Bar.& iaſ.nu.11. aliique omnes in d.l.ſi inſulam.& eſt ab omnibus recepta opinio vt teſtatur Romulæ.d.tract.par.penult.nu.185.Cùm enim purgatio moræ fundetur ex æquitate, non debet in præiudicium creditoris, qui damnum ex mora paſſus eſt, concedi.

QVAESTIO XVII.

Sed quæro. Si in promiſſione pœnæ accedat iuramentum de non contraueniendo, nunquid daretur moræ purgatio? Repon.com.doct.opi.eſt, ꝙ non, vt teſtatur Alex.& iaſ.nu.35.d.l. ſi inſulam. Iuramentum enim habet vim litis conteſta.poſtquam non admittitur purgatio moræ.d.l.ſi inſulam.Præterea in obligationibus facti iuramentum precisè obligat ad faciendũ, vt non ſuccedat obligatio ad intereſſe, vt tenet Rom.Ale. & Do.communiter per gl.ſingularem in l.ſi pecuniam.verſic. neceſſe.ff.de cond.ob cau.quam communiter approbatam dicit iaſ.in d.l.ſi inſulam.nu.35.

QVAESTIO XVIII.

Quæro, An purgatio moræ concedatur in contractibus conuentionalibus, in quibus eſt expreſſa pœna & dies? Reſp. Diuerſæ ſunt opiniones in hoc articulo. Quidam voluerunt moræ purgationem non denegari, hanc opinionem tenet Petrus de Bella pert.d.l.ſi inſulam: Andræ.de Piſis.Ang.Rom.& fulg.aliique plures relati per Alex.& iaſo.num.15.& ſeq.d.l.ſi inſulam.

Contrariam opi tenet ibi Dy.Bar.& reliqui, & gloſ.d.l.etſi poſt tres.ff.ſi quis caut.Et hanc dicit eſſe communem Alex.& iaſ.nu.15.d.l.ſi inſulam.Exiſtimo tamen com.opi. intelligendam eſſe, vt denegetur moræ purgatio poſt longum tempus. Secùs ſi poſt modicum tempus debitor velit moram purgare, quia hoc ei concedi debet, non obſtante ꝙ dies & pœna ſit appoſita, de quo text. eſt expreſſus, c. potuit.ext.locati.& ita procedat opinio contraria. Quando autem ſit modicum vel longum tempus, arbitrio iudicis relinquitur.

Limita quoque communem, vt non procedat, quando dies eſt expreſſa incerta, vt promitto ſub pœna, quod titius ratum habebit, cùm erit legitimæ ætatis. Hanc opi.tenet Bald. & Saly.l. ſi pacto quo pœnam C.de pact.Alex. d.l. ſi inſulam, ibi Bart. Et eam dicit communiter receptam idem Alex.in l. quoties in diem.ff.de verb.obl.Quando enim dies incerta eſt, debitor admonendus eſt ad hoc, vt in mora conſtituatur, quod ſecùs eſt, quando dies eſt certa, Ideoque imputari non debet debitori, propter diei incertitudinem.

QVAESTIO XIX.

Quæro, An mora purgari poſſit, quando executio facta eſt ipſo iure à lege, vel ab homine? Reſpon.communis & recepta doct. opinio eſt, ꝙ non, vt teſtatur Romulæ.d.tract. moræ.dicens omnes doc.ita tenere in d.l.ſi inſulam.Eandem tenet Calca.conſ.16.col. 10. Crauet. conſ. 166. & probatur expreſſo tex.l.ſi is cui.de leg.2. Eandem dicit eſſe communem iaſo.l.ſi quis maior.nu.26.el 2.C.de tranſa.

QVAESTIO XX.

Quæro, An admittatur purgatio moræ, ſi adiecta ſit clauſula, rato manente pacto? Reſp.iſta eſt quæſtio difficilis. Petr. de Bellapert.quem ſequitur in d.l.ſi inſulam.& d.l.ſi pacto.tenet, ꝙ moræ purgatio non concedatur.Eandem tenet Saly.ibi.q.18.Ang.ſibi contrarius.d.l.ſi poſt tres dies.& ibi fulg.Eandem in puncto iuris ſibi magis placere dicit iaſ.d.l.ſi inſulam.n.28.

Contrariam opi.ꝙ ſcilicet talis clauſula non impediat moræ purgationem tenet Bart.in d.l.ſi inſulam.& ibi Ang. imol. Cuma.Paul.de Caſt.& Alex.qui com.dicit, Ang.l.cùm ſtipulatus ſum mihi.ff.de verb. obl. Eandem dicit eſſe communem Crot. d.l. ſi inſulam. nu. 60. Namque effectus huius clauſulæ non eſt, ꝙ moræ purgatio denegetur, ſed vt promittens pareat promiſſioni, & vt pœna & ſors ſimul peti poſſint, quod de iure aliàs non conceditur.

QVAESTIO XXI.

Quæro, Quamdiu concedatur moræ purgatio? Reſp.vſque ad iudicium, ſiue litis conteſta. concedi moræ purgationem, poſt iudicium verò acceptum denegari, hoc eſt expeditum per tex.d.l.ſi inſulam, ibi Bart.iaſ.nu.8.& 23.& doct.cõiter.

Limita



Limita hanc communem, vt non procedat in ſtipulatione de iudicato ſoluendo, quæ continet clauſulam de defendendo.Namque ibi admittitur moræ purgatio poſt lit.conteſt.vſque ad ſententiam, ita tenet Bar.d.l.ſi inſulam. & ibi dicit eam communem iaſ.nu.25.

Item limita communem, vt procedat, quando mora præceſſit lit.conteſt.ſecùs ſi in ipſa lit. conteſt. vel pòſt contrahatur, quia tunc purgatio conceditur vſque ad ſententiam, ita probat textus in l.ſi maior.el 1.C.de tranſ.vbi facta tranſactione poſt lit.conteſt.ſuper actione principali, promittens ſi fuit in mora, põt ſoluere promiſſum in trãſactione vſque ad ſententiam, & ſic purgare moram.Hanc opi.tenet Bar.Ang.imo. Cuma.Alex.iaſ.& doc.in d.l.ſi inſulam.Bart.& Ang.l.qui fide. ff.de tranſ.Bart.in d.l.ſi maior, & ibi iaſ.dicit eam eſſe communem.nu.3.Licet contrarium teneat Lud.Rom.d.l.ſi inſulam. fulg.in d.l.qui fide.Paul.de Caſtr.in d.l.ſi maior.

QVAESTIO XXII.

Quero.an nouatio purget moram præcedentem? Reſp.ꝙ ſic, vt eſt tex.expreſſus.in l.ſcire debemus, ibi Bart.iaſ.nu.4. & doct.communiter.ff.de ver.ob.vt teſtatur Romulæus.d.trac. de mora.4.par.n.156.Quod tamen intellige ſec.doct.ibi, ſi res extet, ita ꝙ oblatio fieri poſſit, & per ꝯſequens mora purgari.

QVAESTIO XXIII.

Quæro, An ſtipulatio inutilis vel nulla purget moram præcedentem? Reſp.ꝙ non, & eſt com.opi.vt teſtatur iaſ. d.l. ſcire debemus §.fi.nu.6.& 7.licet contrarium teneat Raph.Cuma. Per actum enim nullum non poteſt ſequi actus validus.

QVAESTIO XXIIII.

Quæro.Vtrum emphyteuta, qui ceſſauit in ſolutione canonis, poſſit moram purgare? Reſp. in emphyteuta eccleſiæ nulla eſt dubitatio apud doct. quin moram poſſit purgare infra modicum tempus, vt eſt textus expreſſus in c.potuit.ext.locati.Sed in emphyteuta priuato magna eſt diſputatio, vt per iaſ. in l.2.n.73.C.de iure emphyt. Communis tamen & crebrior ſententia eſt, diſpoſitionem d.capi.potuit. non habere locum in priuato emphyteuta, vt teſtatur Fran. Ripa. d. l. ſi inſulam, nu.38.quam etiam tenet iaſ.vbi ſ.Mihi tamen ſemper placuit opinio contraria, cùm de iure ciuili hic caſus clarè deciſus nõ ſit, quo caſu recurritur ad diſpoſitionem iuris canonici, & hoc maximè in hac materia noſtra purgationis moræ, quæ ex æquitate deſcendit, cui maximè innititur ius canonicum. Ad contrariæ opinionis omnia fundamenta facilis eſt reſponſio, non denegari moræ purgationem infra modicum tempus, vt patet expreſsè in d.c.potuit.& l.ſed etſi poſt tres.ff.ſi quis caut.

QVAESTIO XXV.

Sed quæro, Quando dicatur infra modicum tempus fieri? Reſp.ꝙ iſtud relinquitur iudicis arbitrio, & hæc eſt com.opi. vt teſtatur Fran.Rip.d.l.ſi inſulam.n.35.dec.in conſ.139.n.7.

QVAESTIO XXVI.

Quæro, An idem dicendum ſit in vaſallo, & an vaſallus nõ petens inueſtituram infra diem & annum, quo caſu cadit à iure feudi, poſſit moram purgare? Reſp.In hac q.doct.ſententiis variant.Vna eſt illorum, qui volunt moram purgari non poſſe, & hanc tenet expreſsè Bal.c.1.quo tempore miles.in vſib. feud.& ibi Aluarot.Mart.Lauden.idem Aluarot.ca.1.quæ ſit pri.cauſ.benef.amitten.Iacobi.de S.Geor.in trac.feud.verſic. qui idem.nu.37. vbi dicit, quòd hanc ſententiam ſequantur cæteri doct.

Contrariam opinionem tenet Iacob.Artizo.in ſum.ti.qui.mo.feud.amitta.per d.ca.potuit.Et hanc dicit æquiorem eſſe Præpoſ.d.c.1.quæ fuit pri.cau.idemque Bald.d.c.1.quo tempo.mil.Eandem ſententiam dicit veriorem eſſe, & equiorem, iuſtam & rationabilem Matth.de affl.d.c.1.quæ fuit pri. cauſ. Et eam tenet Socy.conſ.115.nu.21.lib.2.Et hæc ſententia mihi magis placet, & ſi caſus mihi contingeret, ita conſulerem & iudicarem. præſertim cùm hoc de iure feudorum non ſit deciſum, quo caſu recurritur ad ius Romanorum, & certum eſt, de iure communi ſemper concedi moræ purgationem infra modicum tempus. Et facilè per hoc reſponderi poteſt ad fundamenta contraria Baldi, vt patet in præced. q. maximè, cũ ex cauſa non petitæ renouationis inueſtiture vaſallus non cadat ipſo iure à feudo, ſed requiratur ſententia declaratoria ſecundum magis communem & receptam doct.opinionem, vt teſtatur Socy.iun.conſ.115.nu.21.lib.2.Non tamen placet mihi ſententia Matth.de affl. & Socy. qui vaſallo concedunt tempus vſque ad lit. conteſta. ꝙ iniquum eſt, ſed infra modicum tempus non denegari exiſtimo, vt ſuprà dictum eſt.

QVAESTIO XXVII.

Quæro, An minor conuentus ex ꝯtractu paterno reſtituatur aduerſus moram contractam per ipſum ex iuſta ignorantia? Reſp.ꝙ ſic, ſicut etiam maiores ex clauſula generali reſtitui conſuerunt.ita tenet Specul.tit.de locat.§.nunc aliqua.q.15.& 16.quem ſequitur poſt relatas omnium opiniones iaſ. l.2.C.de iure emphy.Et hanc dicit communem opi.Gram.deciſ.52.nu.5.cum pluribus per eum alleg. Michael Graſſus.

Mora.vltima mora nocet.l.ſemel.mora & ibi doct.ff.ſo.matri.l.ſi per emptorem.ff.de actio.emp.l.illud.ff.de peric.& comod.rei vend.l.prætor ait §.fi.& ibi iaſ.ff.de oper.no.nun. Alex.in l.ſi ſeruum ſtichum.§.ſequitur.vide.ff.de verb.obl. Ale. in 3.volu.conſ.72.in 2.col.Pan.in c.cum homines.in fi.com̃. de deci.

Fallit fauore rei pu.Vnde ſi res pu.tenetur ſoluere ſalarium alicui puta medico. vel aduocato & offerat tempore debito. & ille noluerit acceptare & ſic fuerit in mora.licet poſtea interpellet rem pu. vt ſoluat non conſtituetur res pu.in mora. imo amplius ſoluere.non tenetur.tex.eſt not.l.fortiſſimi.& l. nulli.C.de erro.mil.anno.& ita no.Bal.in l.acceptam.in 16.q. C.de vſu.vt refert Alex.in d.l.ſemel mora.& in d.§. ſequitur. videre.iaſ.in d.§.fi.& in l.quod te in 8.col.ff.ſi cert.pet.Alex.in l.ſi ſeruum.§.1.verſ.item dictam regulam. de verb. obl. ludo. ſing.696.

Sed profecto dici poteſt. quòd ille text.in l. fortiſſimi. amplius non eſt in vſu.quia nunc.nedum nõ offeruntur ſtipẽdia. imo ſepiſſime petita in.longum protrahuntur.vt docet experientia rerum mgr̃a.vt in ſimili dicit.Alex.in 1.volu. conſ.83. in fi. quòd cond.indebiti receſſit ab aula. quia homines vix vera debita ſoluunt.

Et de intellectu.d.l.fortiſſimi.vide Alex.in d.l. ſemel mora. & iaſ.in d.§.fi.poſt Bal.in d.l.acceptam.in 16.q.

Limita etiam in caſu.l.1.C.de inſti.& ſubſti.ſ.quando fit inſti.de filia ſi nubat tali.Et ipſa eſt parata nubere. & ille recuſauit.& poſtea ipſe voluit & filia recuſauit.quia tunc vlt. mora non nocet.vt ibi volunt omnes doct.maxime.Alex.& iaſo.& Alex.in d.§.ſequitur.& in 1.volu.conſil. 102.incip.viſ & ponderatis.

Secus in eo cui impoſitum eſt onus implendi modum.Alex.in d.conſ.102.ibi 2.reſpondeo. P.Andora.

Quid ſi debitor & creditor. ſimul ſint in mora. Puta quia cred.dixit nolo recipere.& deb.dixit & ego nolo dare quis erit in mora.dic quòd ſolus cred.d.l.ſi per emptorem & ibi gl. de actio.emp.iaſ.in d.§.fi.adde Alex.in 2.vol.conſ.49. vbi dicit.quòd in pari mora melior eſt conditio rei.

Vnica interpellatio ſuffic.ad conſtitueñ.in mora.l.titia ſeio §.vſuras.ff.de leg.2.Alex.in d.l.ſemel mora in fi.com̃.fel. in c. cum M.Ferrarieñ.in 21.col.de conſti.iaſ.in l.quod te.in 8.col. ff.ſi cert.pet.

Vide limitationes.ſuprà.in ver.interpellatio.

Et an tal.vnica interpellatio requiratur.iudicialis vel extraiudicialis vide iaſ.in l.ſi ex legati cauſa.in 6.col.ff.de verb.ob. vbi tenet quòd ſuffic.extraiudicialis.& ibi Bar.al.tres gl.& ipſe iaſ.al.aliam.in l.vinum.in gl.mag.in prin.ff.ſi cert.pet.&tex. in l.denunciaſſe in prin.& ibi Bar.qui illum legit cum l. qui vxori.ff.de adul.

Ampliat iaſo. etiam ſi interpellatio extraiudicialis fiat per verba enuncia. puta quia cred. diceret deb. ego pec. mea. al. multa. & dicit. quòd iſta eſt magis communis opinio. quam tamen ipſe impugnat.

Limita iaſon poſt Bar.non procedere in his quæ per ſolum iudicis officium ſunt expedien.per tex. in l. cum poſtulaſſem. vbi etiam Bart.ff.de dam.infec.& per alia multa quæ al. intelligen.tamen de officio iudicis no.Secus de mercenario.

Limita 2.niſi cred. prius fuiſſet in mora.quia tunc requireretur.lit.conteſt.al.tex.in l.ſed ſi alia.ff.de conſti.pec.

Subiungit quòd iſtam limitationem. reprahendit Ale.in l. ſi inſulam. in vlt.carta.ff.de verb.ob.& in l.qui Romæ.§.coheredes.in 5.col.eo.tit.& in d.l.vinum in 5.col. & quòd ipſe reputat hunc paſſum ſubtilem.& multa all.pro. & contra. vide ibi per eum.

Limitat etiam.quòd interpellatio. extraiudicialis conſtituat in mora. eſt verum dicit ipſe. quando debitor prius non fuit in mora. Sed quando præceſſit alia mora debitoris. tunc ſecunda interpellatio creditoris.nedum non conſtituit debitorem.in mora imo purgat moram præcedentem.eo quia interpellan.2.loco.videor remittere.moram præcedentem. all. tex.cum gl.& Bar.in l.emilius.ff.de mino.& Bart. in l. non ſolum.§.morte.in 2.ſpecie proteſtationis.in prin.ff.de oper.no. no.nun.

Ipſe tamen iaſ.licet veſtigia Bar.vt ait, in terris adoret.putat in hoc indubitanter contrarium.adduc.multa maxime.Alex. ad aliud propoſitum.in l. cum procurator. §. ſi dominus in 2.

col.de oper.no.nun.

Limitat vlt.vt procedat quando debitor tempore extraiudicialis interpellationis. poterat ſoluere. alias autem difficultas excuſat à mora.al.gl.in d.l.vinum.& ibi doct.maxime.Alexan.& tex.in l.quod te.ſi cert.pet.

Limita etiam quando interpellans alium ad aliquid facieñ. puta menſurañ compareat ipſe alias interpellatus non dicitur in mora. Alex.in 5.vol.conſ.90.circa fi. idem.

An autem requiratur.interpellatio.vbi adeſt iuramentum. iaſo.in d.l.quod te.in 9.col.contra Alex.vbi tenet quòd non. pulcherrimis rationibus.& fundamẽtis.& idem vult in l.nam & poſtea.§.ſi is qui.in 2.& 3.col.ff.de iureiur.

Mora non committitur.abſque interpellatione.vbi dies eſt incerta.Bal.in l.& ſi poſt tres ff.ſi quis cau. & in l.magnam. C. de contrahen.& cõmitt.ſtip.Paul.de Caſt.in 2.vol.conſ.238. Barb.in 1.vol.conſ.51.in pen.col.fel.in c.prohibeas.de magiſtris.aliquid in c.ſi autem. in 2. col.de reſcrip. Alex.in 2. volu. conſ.49.

Fac.quod vult iaſ.in l.1.in vlt.col.in prin.C.de his qui.vt in dig.vbi dicit.quòd quando propter negatiuam.imponitur.alicui pena.ſine determinatione temporis nunquam quis incurrit talem penam niſi præcedat monitio iudicis.

Faciunt multa acumulata per Barb.in 2.vol.conſ. 50.in 3. col.vbi conclud.quòd terminus ad aliquid facien.non currit niſi à die ſcientię.& ita in terminis propriis tenet Pau.de Caſt. in 2.vol.conſ.274.incip.videtur diceñ.

Et intelligitur tempus.in quod comode fieri poſſit. Cor. conſ.208.in pen.col.verſ.quia promiſſio.dixi latius.in ver.pactum.§.15. idem.

Quid ſi promitto centum ad paſcha. & ab inde.ad omnem requiſitionem.an ego debitor poſt paſcha dicar in mora.abſque alia interpellatione.Barb.no.in p°.vol.conſ.7. in 16.col. & ſeq.tenet quòd ſic.al.Ang.& im.in l.cum ſtip.ſim.ff.de verbo.ob.& in conſ.50.in 5.col.in prin.ſonz.in 2.par.conſ.288. in 15.col.iaſ.in d.l.vinum in 5.& 6.col.& in d.l.ſi ex legati cauſa.Alex.in d.l.cum ſtip.

Si quis promittit ſe facturum & curaturum quòd aliquis ratificabit.requiritur.interpellatio.ad hoc.vt conſtituatur. in mora.dec.in conſ.2.

Adde quòd qui promiſit aliquem præſentare.ĩ. octo. dies ſub pena.non incidit in penam niſi fuerit requiſitus de preſentañ.vt s.in verſ.fideiuſſio.§.12.

Quando pena committitur.propter moram.requiritur.monitio.Secus quando committitur propter factum.Barba.in 2. vol.conſ.17.col.vlt.

Mora contrahitur.minori re ipſa.abſque interpellatione iaſo.in §.ex maleficiis in 9.col.inſtit.de actio.& in l.1.in vlti.colum C.de his qui.vt indig.

Idem.in eccleſia.& fiſco.vt ibi per eum.& in minore idem tenet Alex.in 2.vol.conſ.7.in 3.col.Bal.in l.vnica. C.ſi ſecundo nup.&c.

Vide tamen eundem.in auth.hoc amplius.in 2.col.C.de fideicom.vbi dicit.quòd illa mora.non ſuffic.quo ad priuandũ hæredem hæred.al.Ang.ibi in lectu. peruxina notabiliter loquentem. idem.

In pupillo vero vt conſtituatur.in mora.debet oñdi.inſtrumentum tutori ita iaſon.poſt Barto.in d.l.ſi ex legati cauſa. in fi.de verb.obl.

Vbi non eſt mora non committitur.pena.l.ita ſtip.ff.de verbo.obl.iaſ.in l.ſi pacto in 4.col.in fi.de pact.

Et vbi non eſt petitio.ibi non cadit mora.l.ſi pupillus.& ibi Alex.de verb.obl.

Propter periculum more multa conceduntur.iaſ.in l.in prouinciali §.ſi ego.in 2.& 3.col.& in l.de pupillo.§.ſi quis riuos ff.de oper.no.nun.

Interpellatio ante diem.non conſtituit quem in morã. Alexan.in l.ſi ſtichus.& in l.cum filius §.ſi.ff.de verb.obl.iaſ.in d.l. ſi ſtichus.circa prin.

Impoſſibilitas excuſat à mora.iaſ.in l. ſi deceſſerit in 1. col. in fi.ff.qui ſatiſd.cog.

Mora non committitur.vbi quid non eſt.liquidatum. Alc. in 2.vol.conſ.49.iaſ.in l.ait prætor §. ſiue autem circa fi. de oper.no.nun.

Et tunc caueñ eſt de adimplen.cum fuerit liquidatum. iaſ. in l.quod te.in 3.col.ff.ſi cert.pet.& in l.ſancimus in 4. col. de iud.& in l.1.in 1.col.ff.qui ſatiſd.cog.Barb.in 2.vol.conſ. 36. in 17.col.in prin.Alex.in 1.vol.conſ. 102.in 2.col.& in 4.vol. cõſ.130.in 3.col.verſ.& ſic etiam. idem.

Ad conſtitueñ in mora.eum qui tenetur.adimplere contẽta in teſtamento non requiritur. quòd fiat prote. de agen. ad priuationem &c.Alex.in 1.vol.conſ.102.in 3.col.ibi nec fuit neceſſarium.

Vbi electio loci ſolutionis eſt in poteſtate creditoris. antequam creditor eligat locum debitor non dicitur in mora. Alex.in 5.vol.conſ.45.in 2.col.in fi.

Ad conſtitueñ in mora requiritur. manda. ad interpellañ. Alias autem interpellans ſine mandato.non conſtituit in mora.Alex.in 5.vol.conſ.78.in 2.col.

Moræ purgatio.debet fieri incontinenti.ſeu in paruo tempore.Cor.in conſ.178.ĩ.mora non purgatur.§.10.

Pignus non excuſat debitorem à mora.Cor.in 4.vol.conſ. 166.ver.ſola enim.

Ignorantia iuſta.excuſat à mora.ſupra ignorantia §.28.

Non eſt in mora.qui ex legitima.cauſa litigat.Ludo.Rom. conſ.244.

Vtrum. impedimentum illatum per tertium impediat moram committi? vide Lud.Ro.conſ.352.in 2.col. idem.

Non admittitur. purgatio more. vbi aliquid promittitur. pro intereſſe.donec illud intereſſe ſoluatur.Alex. in l. ſi inſulam.in 3.col.de verb.obl.

Non etiam admittitur.purgatio more vbicunque poſt lapſum certi termini induc.conſti.canonem late ſententię.Ita Ludo.Ro.conſ.352.in 2.col.verſ.2.quia vbicunque. idem.

Mora non purgatur vbi eſt dies cum pœna l. traiectitiæ.§. de illo.ff.de act.& obl.l.magnam.C.de contrah.& cõmit.ſtip. l.qui fundum.ff.de contrah.emp.l. qui Rome. §. calimachus. ff.de verb.obl.doct.communiter.exceptis,Pet.& Cy.in l.ſi pacto quo penam.C.de pac.& in l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cau.& in l.ſi inſulam.ff.de verb.obl.Alex.in 3.vol.conſ.106.fel.in c. ſi autem.in 3.col.de reſcrip.iaſ.in d.l. & ſi poſt tres. in 6.& 7. col.ſonz.in 2.part.conſ.288.in 18.col.Phi.in c. præterea in 6. col.de app.Pau.de caſtr.in 2.vol.conſ.274.inci.videtur diceñ. Alex.in 2.vol.conſ.158.reperito in eodem.vol.conſ. 207. & in 4.vol.conſ.130.in 3.col.verſ.non ob.quod dicatur.Cor.in 2.vol.conſ.102.in fi.Alex.in d.l.ſi inſulam.in 6.col.Ang.con ſil.43. idem.

Vbi eſt appoſitum iuramentum. non admittitur. purgatio moræ l.ſi quis maior.C.de tranſ.& ibi doc.in d.l.ſi inſulam.& in locis præal.Alex.in 2.vol.conſ.59.& conſ.158.iaſ.in §.item ſi quis.el 2. in 3. col. de actio.& in d.l. ſi quis maior. in 6.col. Phi.vbi s. idem.

Limita procedere.in maiore.ſecus in minore 25.an.Card. in conſ.148.

Limita etiam de ęquitate cano.iaſ.in d.l.ſi quis maior in 7. col.in prin.

Vbi eſt exequutio ipſo iure non eſt locus purgationi more Alex. in 2.vol.conſ.57.circa fi.al.multa quæ vide iaſ.in l.2.in 24.col.ibi 8.& vlt.C.de iu.emphi.adde Alex.in 2.vol. conſil. 14.Barb.in 4.vol.conſ.45.in 6.col.Phi.in c.cupientes §. quod ſi per 20.de elec.in 6.

Idem ſi inſtrumentum habet exeq.paratam.Barb.in 3.volu.conſ.86.in 9.col.Cor.in 4.vol.conſ. 149.verſ.& inſtrumentum habens. idem.

In iudeis non habet locum purgatio more iaſ.in d.l.& ſi poſt tres in 1. col.

More geminatio.excludit purgationis facultatem.Lud.Ro. in conſ.352.quod refert iaſ.in d.l.2.in 26.col.de iu.emphi.vbi etiam al.alia max. Alex.in l.ſi inſulam.in 15. col. ff. de verb. obl. Adde eundem.iaſ.in d.l.vinum.in 9.col.ſi cert.pet.

An emphiteota qui non ſoluit canonem poſſit purgare moram.vide in trac.emphi.§.25.

In conditionibus.non admittitur.purgatio more.iaſ.in l. ſi ſuper.C.de tranſ.& in l.1.in 3.col.in fi.C.de inſti.& ſubſti.

An autem poſt terminum iudicis elapſum admittatur. purgatio moræ.vide iaſ.in l.ſi.in 5.col.ibi 2.limita.ff.de feriis.

Moræ purgatio.admittitur.ĩ.modicum tempus.Alex.in 4. vol.conſ.24.alias non.vt etiam vult Cor.conſ.178.ver.præterea purgatio moræ.imo.conſ.15.Lud.Ro.conſ.352.in 2.col. & iſtud reſidet iudicis.arb.dec.conſ.138.in 3.col.

More purgatio non admittitur. ad querendam actionem Cor.conſ.208.in pen.col.verſ.nec videtur.Ludo.Rom. conſ. 352.in 2.col.verſ.3.aduerteñ.

Quando plura copulatiue debentur.non admittitur.purgatio more Cor.in 4.vol.conſ.149.in 6.col.verſ. Et ſi plura.

Non admittitur purgatio more. vbi prohibetur. app. Phi. in c.cupientes §.quod ſi per 20.in 1.col. in prin de elect. in 6. idem.

Mora purgari non poteſt vbi adeſt iuramentum,ſi ſequuta fuerit lit.conte.poſt damnum paſſum per creditorem,vbi eſt geminata contumacia,quando adeſt clauſula,renuncians omni le



ni legum auxilio,ex inſtrumẽto publico,ſecundum communem per Burſ.conſ.84.nu.6.lib.1.

Mora tollitur ex celeri ſatiſfactione , adeò ꝙ caducitas incurſa euitatur,iux.communem quæ concl.maximè procedit in emphyteuſi eccleſiæ,ſecundum communem per Burſ.con ſil.26.nu.42.43.lib.1.

Moroſus tenetur ad omnia damna & intereſſe,iuxta communem per Burſ.conſ.103.nu.11.lib.1.

PRO. morbus impedit iudicium.l.quæſitum.ff.de re iud.l. 2.§.ſi quis in iudicio.ff.ſi quis caut. Bellon.

PRO.mors omnia ſoluit.in §.deinceps. in aut.de nup. coll. 4. Bellon.

PRO.mors ciuilis & naturalis ęquiparantur.l.ſi deceſſerit. ff.qui ſat.cog.l.1.§.pen.ff.de bo.poſſ.contra tab. idem.

PRO.morte proteſtantis extinguitur proteſtatio.l.non ſolum.§.morte.ff.de no.ope.nun. idem.

PRO.mortuo boue neque caro, neque corium debetur.l. mortuo boue.ff.de leg.2. idem.

mortis cauſa ſe donare dicens,& tamen etiam promittens illam non reuocare,cenſetur potius eſſe donatio inter viuos. com.in §.D.q.4.verſ.Sed pone. P.Fich.ex Claro.

Mortis mentio ſi fiat in donatione,tenendum eſt, ꝙ ſit donatio cauſa mortis.Intellige tamen,non ſi ſimpliciter mentio fiat mortis, ſed ſi etiam collata ſit donatio in tempus mortis. com.in §.D.q.4.verſ.cæterum. idem.ex eod.

Mors ciuilis,& naturalis ſolum æquiparatur,in caſu,in quo ex ciuili effectualiter cauſaretur idem quod& per naturalem. Aret.in l.eam partem.§.in inſulam.ff.de verb. obl. communem dicit. B.Villal.

Nota ex hac communi iuncta l.28.tit.4.par.3.ꝙ monach°, ſeruus,& in perpetuum exulatus,effectualiter dicitur mortu°: quod nota.Et vide Gul.Bened.in rep.ca.Ray.de teſta.in verb. mortuo.de hac materia. idem.

Morienti creditur ad ſuum præiudicium,non autem ad alterius,Marc.Ant.de indiciis,nu.393.com.dicit. idem.

Per mortem alicuius voluntas ceſſare dicitur,ſed non reuocari.Eſt com.opi.ſec.dec.in conſ.208.iſta videtur.in prin.vol. 3. Chærian.

Mors defuncti in longinquis partib.per ſolam famam plenè probatur.Eſt comm.opi.ſec.dec.in conſ.652. viſo conſ. in prin.vol.4. idem Gribald.

Si plures aliquem percuſſerint, & conſtare non poteſt , ex cuius vulnere deceſſerit,nullus ad mortem condemnabitur. Eſt com.opi.ſec.Alex.in conſ.15.viſo proceſſu.vol.1. idem.

Mors ficta,& ſic ciuilis naturali morti nunquam æquiparatur,niſi in caſibus à iure expreſſis,ſec.gl.in c.ſuſceptum, de re ſcri.li.6.& in c.placuit 17.q.1.Alex.n.5.& ſeq.& Coſta. par.2. in prin.in l.Gall.§.& quid ſi tantum,ff.de li.& poſth. Vincen. Hercul.&Rip.n.11.in l.ex facto,§.ex facto,ff.ad Treb.fel.in c. in præſentia,n.55.de probatio.Soc.in l.cùm auus,n.103.cum aliis ſeq.ff.de cond.& demonſt.&Boer.deciſ.323.ſub n.6.vbi exiſtimat iſtorum opinionem communem fore,& I.Bapt.Bouius,in trac.de ſtatutaria vrbis præſcriptione,ti.de eod.habente apodiſſas.c.102.gl.12.nu.2.& ſeq.F.Viuius lib.2.opi.190.

Mors ciuilis iis duntaxat caſibus naturali confertur , atque exæquatur,quos ius expreſſim recenſet. commune pronunciat Boer.deciſ.323.nu.6. E.Suarez.

Morti qui ſententia iudicis ex ſtatuti forma in contumaciam addicitur,non ante ſeruus pœnæ efficitur, quam reapſe capiatur eſt iuxta iuris communis formam iudicatus ſtatim pœne ſeruus efficeretur.commune aiunt Boer.deciſ.268.nu. 8.Viuius lib.1.opin.330. E.Suarez.

Mors illius,qui accuſatus eſt,tunc demum accuſationem perimet,cum ob illud crimen bona fiſco non addicuntur, quẽadmodum frequenter interpretibus probari teſtantur Tiraq. in l.ſi vnquam ver.reuertatur.n.241.C.de reuoc.don.An. Gomez.de delict.c.1.nu.80. verſ.7.caſu,& qui accurate de materia agit I.Cla.in prac.§.vl.q.51.ver.ſcias etiam.Sed & mortuorum memoria & accuſari & damnari ob læſæ maieſt. crimen poteſt,ſi tum crimen ipſum contra rempublicam Romanam directò ſuſceptum ſit,tum quinquennio præſcriptum nondũ fuerit,vt cõia placita affirmant Gyg.de cri.læſ.ma. n.24.q.23. n.1.I.Clar.in pra.§.læſæ maieſt.vel.item licet,Verum.n.vero ipſa mortuorum cadauera puniri nec vnquã poſſunt, nec vnquam debent,vt eſt An.poſt Cyn.ac Pet.doctrina in l.2.C.qui teſta.fac.poſſ.quam receptam aio ex Bal.in l.vna C. ne ex delict.defun.Ang.de malefic.ver.qui iudex videns.dec.& Cagn. in leg.pupillum.§.hęredes.ff.de reg.iur.Non tamen idcirco ſe pelliri illi poterunt,quo viuis cadauerum patronis ingredi nõ licuit,vt eſt mirabilis Bar.ſententia à nemine hucuſq; impro- bata in l.ſecund.ff.de cadauer.punit. E.Suarez.

Mortis ſupplicio qui damnantur, bonis etiam hodie fiſco applicandis labuntur.commune ait Cephalus vir non paruæ doctrinæ atque eruditionis,in conſ.69.n.4.Vi.li.2.opi.243.li cet cõtrarium vſu ſeruetur,vt & ipſi atteſtantur.quam autem huic mortis infœlici ſupplicio addicti factionem teſtamenti habeant,differit eleganter cum receptis ſententiis I.Cla.de teſta.q.21. E.Suarez.

Mortem ſibi conciſcere annixus , nec vnquam bonorum confiſcatione idcirco plectitur. vt commune ait Bertr. conſ. 134.nu.2. li.3. nec vllum omnino ſupplicium pendet, ſi non ductus ſceleris alicuius conſcientia id molitus fuerit:quemad modum commune cum multis verè atteſtatur I.Clar.in practica §.vlt.q.63.verſ.ſe ipſum. E.Suarez.

Mors dicitur à morſu primi hominis, qui per eſum pomi mortem incurrit.Card.in cle.1.vt lit.pend.in 2.no. P.Andor.

Mors ſemper prouenit ex Dei diſpoſitione.gl.inſt.de ca.di. in pr.fel.in c.ſi de homic. idem.

Mors ciuilis & naturalis non æquiparantur, niſi in caſibus expreſſis.iaſ.in l.1.in 2.col.C.de hæred.inſti.& in l.ex facto.in 12.col.ff.de vul.& pup.& in l.gallus §.& quid ſi tantum. in 1. & 2.col.ff.de lib.& poſth.Alex.in 2.vol.conſ.139.in 1.col. in fi.De quo vide latiſſime.ſonz.in 1.parte.conſ.92.& Alex.in l. ex facto.§.ex facto.in 5.col.ff.ad treb. vbi tenet ꝙ grauatus reſtituere.hæred.Si deceſſerit ſine liberis. non tenetur reſtituere.poſt ingreſſum religionis.Sed erit expectan.mors. naturalis.& ita videtur tenere.in 4.volumi.conſil.117. ibi præterea teſtes.

Et quòd mors ciuilis & naturalis.non æquiparentur niſi in caſibus à iure expreſſis.tenet.ample Barb.in 4.vol.conſ.82.in 2.col.& ſeq.Phi.in c.ſuſceptum.circa fi.de reſcr.in 6.

Aequiparantur. in caſu ca. ſi is cui.de officio deleg. in prin. vbi Phi.

Sed idem Alex.in 3.vol.conſ.13.tenet ꝙ facta profeſſione in religione incapace hæreditatis. vocabitur. ſtatim ſubſtitutus.& dicit. ꝙ iſta eſt comm.opi. Et ita vult Sonz. in d. conſ. 92. quia tunc eſt idem effectus mortis ciuilis. & naturalis.& ita videtur.tenere.iaſ.in locis præal.idem vult Bened.in conſ. 83.in prin.

Vide s.in ver.monaſterium.§.2.&Crotum in repe.§.& quid ſi tantum.in 3.col.& ſeq.maxime.in 7.col.Ang.in §. 1.verſ. & prædicta faciunt &c.inſti.qui.mo.ius.pa.po.ſol.

Vide aliquid per Bal.in l.ſi quis ſic.ff.ſo.ma.vbi dicit.quòd verbum mortis ſimpliciter probatum intelligitur de ciuili & naturali. idem.

Quantum quis viuere præſumatur.vide doct.max.iaſ.in l. ſi.in vlt.col.C.de ſa.ſan.eccl.& eſt concl.quòd præſumitur. viuere vſque ad centum annos.

Poteſt tamen viuere annis centum.& 20.§.1.& ibi Ang.in auth.de mona.

Subiungit iaſ.ꝙ taľ præſump.eſt allegan.al.Bal.in c.ex tenore in 2.col.de teſti.fac.quod dixi in ver.præſump.§.11.

Dic.etiam ibi iaſ.quòd vnus teſtis de viſu mortis tollit hanc preſumptionem quamuis non probet ipſam mortem.al.Bal. in c.1.§.ſi.in tit.qui feu.da.poſſunt.

Adde ꝙ vita proban. eſt per eum qui all. aliquem viuere. Bar.notabiliter.in l.ſi quidem.C.ſol.mat.Alex.in 5. vol. conſ. 175.in vlt.col.in prin.vbi alia al.Cor.in 1.vol.conſil.10. in 2. col.verſ.pu.autem vox.& conſ.119.in vlt.col.

Subſtitutus debet probare mortem hæredis Cor. in 3.vol. conſ.195.

Mors probatur per famam.iaſ.in l.cum ea.C.de tranſ.marſ. in l.de minore §.pſm.in 15.col.ff.de quæſtio.

Mors probatur.per inſtrumentum teſtamenti.quantum ad iud.poſ.alias ſecus.iaſ.in l.ſi.in 5.col.C.de edic.di.adr.tol.Cor. in 2.vol.conſ.85.in pen.col.

Et de aliis modis probandi mortem.vide Bar.in l.quotiẽs. C.de naufr.li.11.& in d.l.ſi quidem.& ibi Alex.& in l.2.§.ſi dubitetur.ff.quemad.te.aper.& in 4.vol.conſ.25.& in conſ.117. & pulchre in 2.vol.conſ.4.in 3.col.

Adde fel.in c.ſi.in vlt.col.vt lite non conte.& in c.cum cauſam in 8.col.de teſti.& Cor.in 1.vol.conſ.10.Pan.in c.in præſentia de ſponſ. idem.

In mortis articulo ſeu in extremis eſſe dicitur.ille qui in infirmitate procedit.abſque ſanis interuallis.Bal.in c.1.ad fi. extra de pac.per tex.in l.alũne.§.ſi.ff.de annu. leg. refert & ſequitur.fel.in c.præterea.in fi.com.de of.ord.adde iaſ.in l.1.§.is videtur.in 3.col.ff.ſi quis iuſ.l.

Conſtitutus in articulo.mortis.an poſſit examinari.fel.ibi al.remiſſiue.max.Alex.in l.hac conſul.C.de teſta.

Et an poſſit facere pacem.ibidem.

Et an credatur.ei culpan.vel exculpan.aliquem. ibidem.de quo vide latius in ver.vulneratus.

Et de eo.qui deſponſat concubinam.ibidem. vide latius in verbo legitimatio.§.34.

Et de renuntiante benef.in arti.mortis.ibidem.al.c.2.de renun.in 6.& Ana.de collu.c.2.alias 3.

Et de Baptizato à laico in arti.mortis.ibidem.al.tex.in c. 1. §.ſacram.& ibi doct.C.de ſum.tri.& alia.

De teſte examinato in arti.mortis. vide Alex.in l.hac conſultiſſima.in 3.col.C.qui te.fa.poſ. idem.

Subdit fel.quòd nutrix chryſtiana poſſet Baptizare clanculo infantem iudei conſtitutum in arti.mortis.al.Fran.paui. in conſ.poſt conſ.Oldr.

Laborans in extremis.etiam iam balbutiens poteſt condere teſtamentum.l.quoniam.& ibi doct.max.iaſ.C.de teſta.

Limita dummodo ſit intelligibil.&poſſit articulate loqui. alias non l.iubemus.C.eo.& ibi Bar.& doc.iaſ.in d.l. quoniã. al.multa.max.ludo.conſ.306.Paul.de caſt.conſ.366.incip.viſo puncto.Alex.in 3.vol. conſ. 33. & idem vult ipſe iaſ. in d.l. iubemus in 1.col.

Et ita intelligo quod vult iaſ.in l.ſi mihi & tibi.§. 1.de leg.j. vbi dicit.quòd conſtitutus in vlt.arti. vite non poteſt teſtari.

Subiungit ibi iaſo.ꝙ contractus etiam poſſunt fieri vſque ad vltimum vite ſpm̃.Si memoria non ſit læſa.al.tex.in l.ſeya. §.fi.in verſ.in extremis vite conſtitutus.ff. de don. cauſa mor. quem ad hoc reputat ſing.Bal.in c. quoniam frequenter vt lite non conte.& idem vult iaſ.in d.l.ſi mihi & tibi.§. 1.

Addit ias.quòd alibi dicit.gl.in c. 1.in ver.mutus.in tit.epiſcopum, vel abba. quòd quilibet in articulo mortis efficitur. mutus.& idem repetit in d.§. 1. idem.

Sententia contra mortuum eſt nulla.Barb.in 3.volu. conſ. 42.in 5.col.& ĩ.in ver.ſententia.§.35.

Et multa ad illam regulam.quòd mors omnia ſoluit. vide per marſ.in l.fi.in 5.col.& ſeq.ff.de quæſtio.

Verbum moriatur.eſt directum.c.ſi pater de teſta.in 6. Ludo.Ro.conſ.158.circa fi. idem.

Moritur quis taliter,qualiter vixit.Bald.in l. 1. in fi. prin. C. de latin.libert.tollend. idem.

Mortuus aperit oculos viuentis. Bald.in l.fi.C. communia de manumiſſ. idem.

Mortui aduocati,quorum opera conducta erat, pendente locationis anno, integrum nihilominus ſtipendium ad ipſorum hæredes tranſmittent,commune ait Curt.iun. in l. diem functo,nu. 53.ff.de of.aſſeſ.Vt & prætores intra ſui officij tempus præmorientes autoramentum ſuum ad illorum hæredes tranſeunt.commune inquiunt iaſ.n.38.deci.n.15. curt.iun.n. 29.in d.l. diem functo idemque iuris erit doctoribus ad profitendum conductis, atque anticipata morte præreptis, vt frequenter placitum teſtificantur curt.iun.vbi s.& Calefatus de Plumbin.in l. 1.n.265.cum ſeq.ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſd.Ac denique idem etiam in medicis ſtipendio alicubi honeſtatis procedet,quia & illorum hęredibus integrum inchoati anni ſalarium præſtabitur.commune cum Cephalo conſ.6. & ſeq.lib. 1.ponit Viuius lib. 1.opi. 87. in fi. & par abſque dubio in omnibus ratio verſatur. E.Suarez.

Mortuos capones nequit ſoluere,qui ſimpliciter par caponum præſtare obligatus eſt:ita enim cenſet Bart.in l.quod te. in vltimis q. ff.ſi certum pet. cuius doctrinam ponit communem Viuius l. 1.opi.66.in fi. E.Suarez.

Mortuo delinquente ante ſententiam crimen & pœna maximè corporalis, & bonorum confiſcatio extinguuntur, ibi pœna non eſt irrogata ipſo iure & facto,vt eſt com.opi. At ſecus vbi memoria defuncti damnari poteſt, quia in hæredes tranſit,vt eſt com.opi.de qua Burſ.conſ.77.nu.20.& 23.Bon.

Morte damnatus reus ex forma ſtatuti in contumaciam, nõ ante ſeruus pœnæ efficitur,quàm ſit captus.Licet ſecus de iure communi,vt eſt com.opi.Soarez ver.morti nu.227. Bon.

Morte accuſati perimit accuſatio,dummodo eius non confiſcantur bona.communis eſt opi.Soarez.verbo mors.n.228. Fallit in crimine læſæ maieſt.ſi elapſum non ſit quinquenniũ, quia mors non ſoluit accuſationem, vt eſt com.opi. Clar. ibi. nu.229.& 230. Et mortuus, nunquàm eius cadauer punitur, eſt com.opi.ibi nu.23.Licet ſepeliri non poſſit. vbi in vita reus adeſſe non poterat,vt eſt communis opinio.ibi.nu.232. Bon.

Mortis ſupplicio damnatus, etiam eius bona hodie confiſcantur,vt eſt com.opi.Licet vſu contrarium ſit receptum. Et an reus de eis teſtari queat.ibi. Bonacoſſ.

Mortem ſibi conſciſcere nixus,bona non amittit.vt eſt cõmunis opi.Soarez verſ.mortem.nu. 235.& 236.Nec aliqua pœna punitur, ſi non ductus ſcæleris conſcientia id faciat, vt eſt com.opi.Sed doloris impatientia. Bonacoſſ.

Mortuus aliquis,qui à pluribus fuit percuſſus, & conſtare non poteſt,ex cuius vulnere deceſſerit, nullus ad mortẽ condemnatur,vt eſt com.opi.Cherianus in ſuo communium opi. ver.mors. Bonacoſſ.

Mortuus poſt delicti confeſſionem, vel conuictus vel condemnatus ante executionem mortuus, vel naturali morte, vel ſibi mortem conſciuit.omino eſt puniendus pœna, qua merebatur,ſi non fuiſſet mortuus. Et ita ſeruatur, ſi pendet proceſſus,alias ſecus.Clar.q.38.ver.ſed hic incidenter.vide omnino Fran.Mar.deciſ.Delphi.756.Et an ſententia contra defunctum ferri poſſit? Idem deci.ſeq.Et an ſi moriatur accuſatus ante ſententiam perimatur incidium? ibi deci.659.& in ſeq.vſq; ad deciſ.777.764.& pluribus.ſeq. Bonacoſſ.

Morientis aſſertioni in ſuimet ipſius damnum,non & in alterius fraudem fides adiungitur.commune aiunt Marc. Ant. de iudiciis.nu.393.I.Clar.in practica §.vlt.q. 52. verſ. poteſt etiam. E.Suarez.

Morienti creditur ſolum ad ſui præiudicium, & non alterius.Blanc.de iudiciis.nu.303.communem dicit. Bonacoſſ.

PRO.Mos maiorum ſeruandus eſt.l.more maiorum.ff.de iuriſd.om.iud.l.hac conſultiſſima.C.qui teſt.fac.poſſ.vel non. Bellon.

PRO mores quos quis in ſe approbat,non poteſt in alio reprobare.l.in arenam.C.de inof.teſt. Bellon.

Motus primi non ſunt in poteſtate hominis.6.diſt.c.pẽſañ. de peni.diſt.2.c.ſcieñ.& c.temperatio.fel.in c. 1.de hære. fac.l. quod calore.ff.de reg.iur. P.Andora.

multa non irrogatur niſi ob veram contumaciam, nam fictus contumax mulctari non poteſt.Bar.in l.vnica. §.fi. incip. hoc iudicium.nu.4.verſ.& ex hoc dicebat.ff.ſi quis ius dicen. non obtemp.Et dicit ibi Alex.de imo.n.11.& 12.ita communiter doct.aſſerere.Idem inquit marant.in trac.de ordi.iud.in 6.part.de contuma.nu.9.& in tit.de app.in 2.actu.nu.277.verſic.illa ergò.Cagn.in d.l.vnica.§.fi.nu. 20. pulchrè & copioſè per multas adductas.allegationes Rol.à Valle,in conſ.47.nu. 16.17.18.cum ſeq.& nu.62.in 2.Tomo.conſ. kirchouius.

mulcta geminata. Quando officialis vno contextu multiplicat impoſitionem mulctæ, non omnes exigi poſſunt, ſed vna tantum,ſcilicet maior,per quam videtur à minori recedere.l.eos.C.de modo mulct.ſec.ſpec.in tit.de contuma.§. nunc dicamus.verſ.ſed pone index.Alb. in 2. parte ſta. q. 34. exordien. 5.q.Quod enim vno contextu fit vnum factum reputatur.l.quod ait.§.fi.ff.de adul.l.illud.§.fi.ff.ad leg.Aquil.gl. in l. ſi conuenerit, la 1.ff.de pig.actio. Et ſi pareatur vltimo præcepto pœnali, non debet pro aliis præceptis inobſeruatis mulctari.ſec.ſpe.vbi s.in ver.ſed quid ſi iſte paruit.Balb.deciſ.214.

mulcta aut bannum non imponi debet in aliquem pro ficta contumacia,vt quia fuit citatus ad domum,vel per proclama. ſec.Bal.do.Cato.& communiter doct.in l. 1. §.fi. ff. ſi quis ius di.non obtempera.& bannum dicitur mulcta:glo.in l.præſes. C.de ſuſpe.tut.ad hæc faciunt no.per doct.in auth.qui ſemel. C.quomodo & quando iud.in l.fi.ff.de in integ.reſti.Balb.deciſ.371.

mulctari quiſpiam illicitò non debet, quamuis inobediẽs fuerit, & mandatis principis non paruerit, niſi prius ipſe ad faciendam excuſationem & defenſionem citatus fuerit, quare mulctari non debeat,vel ad videndum talem ſibi pœnam imponi vigore mandati & præcepti ſpreti.l.2.§.1.ff.ſi quis in ius voc.Bar in d.l.vnica.nu.13.verſ.ſed quæro.Cagn. ibid. in §. is non videtur.nu.23.Hipp.de marſ.in l.de vnoquoque.n. 123. ff.de re iud.& in ſua prac.criminal.in §.examinanda.nu.34.in fi.§.illius.Rol.à Valle,in conſ.39.nu.33.verſ.redditur.in 1.& in conſ.47.nu.43.vbi ipſe dicit hanc doc. communem ſententiam eſſe,in 2.Tom.conſ. kirchouius.

mulctari non poteſt quis ſine noua citatione, vt eſt communis opi.de qua Nicellus de concor.gloſſarum.nu.325.Tomo 1. Bonacoſſ.

mulctari quis illico non debet. Niſi prius ad faciendam excuſationem & defenſionem fuerit citatus,quare mulctari nõ debeat.Chircouius communi.opi.lib.2.cent.5.concl.70.nu. 125.communem opinionem dicens.Rol.à Valle in conſ.47. nu.43.in 2. vol. Et magis communem dicit Nicellus in tract. de concor.gl. nu.325.& Rol.à Valle ibi num.49.allegat Iſerniam dicentem,ꝙ iudices debent ceſſare ab exceſſiuis multis & perſuaſionibus, quas faciunt principi, vt capiant hoc non bona ſubditorum,quia hoc eſſet facere auaritiæ cauſa.Et ſubdit Rol.nu. 53. ꝙ mulcta inſolita iniuſta non eſt ſuſtentabilis, vt per Ang.in l.fi.C.de cano.largi.lib.10.Cagn.in l. 1.in prin.





nu.21. ff. ſi quis ius dicen. non ob.Bertach. in repert. in ver. mucla,ver.22.Riminal.conſ.270.n.46.vbi etiam dicit,quod mulctans vltra modum ſibi à iure conceſſum, condemnatur in duplum,propter modum exceſſum.Et dicitur mulcta inſolita,quando eſt facta contra ſtylum curiæ,& contra determinationem iuris,Rol.d.conſ.39.num. 52.&ſeq.Et hæc quidem nullitas exceptio quandocunque opponi poteſt, & impedit executionem,vt eſt communis opinio de qua Gallus in conſil.21.nu.4.Et no.quòd qui non habet iuriſdictionem mulctare non poteſt.iaſo.in l. 1.in prin.num.15.ff.de in ius voc.vel ſi quis iuſdicen.non ob.Boſſ.in pract.cri.tit.de mulctis. Et quidem contentioſam,vt probat Rimi.conſ.270.num.17.vbi & Cagno.vbi ſupra nu.44. Menochius de arbitrio iudicis q.74. nu.13. vbi communem opinionem dicit.nu.8. ſubdit ibi. nu. 9.ꝙ ſolis magiſtratibus conceditur ius mulctandi.Et ille dicitur magiſtratum non habere, qui extra ordinem ius dicit. Et iuriſdictio eſt meri imperij.Et ideò officiali principis non cõceditur,niſi expreſsè appareat in actis,vt ibi per Menochi.numer. 12. Et hæc quidem eſt communis opinio. de qua Rimi. d.conſ.270.Et procurator Cæſaris,vel fiſci mulctare non poteſt.D.Benedictus.Plotus inter conſ.crim.conſ.3.nu.3. Et delegatus. Principis non poteſt mulctare, niſi vſque ad ſex ſolidos.Neuiza.in conſ.61.n.46.Io.Bapt.Caſtellione.In additio. ad Dictio.Albe.in ver. Mulcta. Chirchouius. de communi opi.Centuria.5.concl. 37.Et niſi aliter ſuam iuriſdictionem exercere.poſſit.iaſ.d.l. 1.nu.18.& mulcta, vltra quam iudex poteſt,eſt ipſo iure nulla.In addi.ad abb.in c.de cauſis.nu.12.litera H.de of. deleg. Et quid ſit mulcta, tradit abb.ibi Rolandus d.conſ.47.& ſequenti,in 2.vol.Plotus d.conſ.3.Monta.in tracta.de appellatio.lib. 1.c.vlt.nu.92.vbi dicit,quod mulcta debet reſpondere delicto, & non grauior interrogari debet, quam admiſſi facinoris ferat quantitas, & ideò modus adhibetur ſecundum magiſtratus authoritatem. Et mulctare verbum eſt pecuniariter punire,vt ibi per Monta.nu. 95. vnde ſi mulcta eſt exceſſiua,nulla eſt ſententia.& dici poteſt nulla abſque appellatione. Nat.conſ.594. nu.4. & Cagnol.vbi ſupra. nu.21.Et ita practicari dicit ipſe Cagnolus.Et in cauſa appellationis à declaratione pœnarum pronunciatum vidiſſe aſſerit, bene proceſſum,& malè appellatum,moderando tamen taxã condemnationis ad talem ſummam,quę ſibi videtur cõgrua. & honeſta.& poteſt appellari in his,quæ iudicis arbitrio committunt, ſi malè arbitretur, vt ibi latius per Cagnol.nu.22. Et not.quod mulcta non infamatur. Specula. tit.de ſenten. in §. ſecundo, verſiculo 7. nu.8. & plura alia de mulcta congerit. Soc.Sen.in c.ea,quæ,num. 1.& in diſcurſu ibi.de pœnis. Bonacoſſ.

Mulctare eſt iuriſdictionis,vt eſt communis opi.legiſtarum & canoniſtarum.de qua iaſ.in l. 1.nu.16.ff.de iuriſd.omn.iud. Bonacoſſ.

Mulcta applicatur fiſco.l.mulctarum.C.de modo mulcta.

Si tamen ſint parue. iudex poteſt eas exponere. pro adaptan.cameram.Bar.in l.diuus ff.de bo.dam. P.Andora.

Mulcte & pene applicantur.domino.Bar.in l.fi.ff. ſol. mat. Bal.in l. 1.C.de fruc.& litis expeñ.Ang.in l.ſi conſtante §.quotiens ff.ſol.mat.Lud.Ro.in conſ.70.in vlt.col.Alex.in l.diuortio §.ſi fundum in pen.col.ff.ſo.ma.

Fac,quod habetur in ver.iuriſdictio.§.8.

An delegatus poſſit mulctare. vide ample Angel. in conſilio 8.

Mulcta extra ordinem. per iudicem tuendo eius iuriſdictionem contra inobedientem poni poteſt & tunc potius dicitur pena quæ exigi poteſt.Alex.in 2.vol.conſ.35. in fi. 2. col. Oldr. in conſilio. 15. Fac.quod habetur in ver.pena.§.26. idem.

Mulier teſtis eſſe in teſtamento ad cauſas prophanas non poteſt tam de iure canonico, quam ciuili. communem dicit in §.teſt.q.55.verſ.ſed quid ſi. idem ex eod.

Mulier eſſe poteſt teſtis in teſtamento militis.com. in §. T. q.55.verſ.ſed hic. idem P.Fichard.

Mulier iuuatur Velleiano, ipſi autem renunciare poteſt.l. pen.C.de pact.Sed aduerte, quòd antè, quàm ipſa renunciet, debet certiorari de beneficio Senatuſconſulti Velleiani per Notarium.&eo caſu ſtabitur tali inſtrumento,ſec.gl.in l.fi.C. quando mulier offic.tute.fungi pot. quam gl. ſequitur Hoſt. in ſumma,§.& quis ver.idem eſt.Archi.& Dominic.in ca.placuit.de for.comp.38.diſt fel.in c.ſi diligenti. doct. omnes in l. ſciendum.de verb.ob.& iſta eſt com.opi.de qua fecit mentionem Alc.in trac.de præſump.in regu.3.præſumpt.13.nu.4.& latè Tiraq.in repet.l.ſi inquam.nũ.98.C.de reuoc.dona. Hoc tamen non procedit, ſi Notarius neſciret,quid eſſet Velleianum, nam ſicut teſtibus interrogatoria fieri poſſunt, vt per Bar.in l.j.ff.ſi cer.pet.quem ibi omnes ſequuntur,ita Notario certi iuris eſt,fieri poſſe huiuſmodi interrogatorium,quid ſit Velleianum,& ſi fortè dixerit neſcire, talis renunciatio nihil operabitur,ſec.Alb.in l.ſi mulier.§.ſi mulier.ff.ad Velleia.&in l.2.C.de hære.in prin.dec.in 3.lectu.nu.53.& Nigrum.nu.31. in d.l. 1.ff.ſi cert.pet.marſ.ſingu.661.& in rub.de fideiuſſ. nu. 39.Cæpol.licet hoc non firmet in caute.196.fulg. & Alex. in d.§.ſi mulier,& quamuis hoc pluribus rationibus aliqui doc. impugnent,tamen hodie in regno Neapo.eſt ſublata hæc ambiguitas per pragmaticam exordientem.Don.Petr. de Tolledo,in qua expreſsè diſponitur, mulieres non poſſe renunciare Velleia.etiam certioratæ per notarium de dicto Velleiano. Imò fortius diſponitur ibi mulieres ipſas non poſſe renunciare,etiam cum interuentu iuramenti, & renunciando, renunciatio facta dicitur ipſo iure nulla. F.Viuius.

Mulier ſi de facto ordinetur, non recipit characterem,Mainer. in l. fœminæ. de re.iur. ff. numero 8. communem dicit. B.Villal.

Mulier ſimpliciter nubendo,non videtur dare omnia bona ſua in dotem,curt.iun.conſ.168.nu.4.com.dicit. idem.

Mulier pro dote non præfertur anterioribus creditoribus habentibus hypothecam expreſſam.Rip.in l.quæſitum.nu.7. de pri.cred.nu.3.ff.Io.Cora.in l.qui liberos.nu. 117. ff. de rit. nup.com.dicit. idem.

Mulier non poteſt relinquere bona ſuis propinquis.quorũ conſenſus requiritur in teſtamento.I.Dur.in ar.teſt.ti.11.caut. 2.nu.2.com.dicit. idem.

Mulier dotem non habens, vel paruam: habebit ex bonis viris mariti quartam partem:ſi non ſunt vltra tres filios, ſi tamen ſunt plures habebit virilem portionem,I.Dur.in arte teſtan.tit.6.c.20.com.dicit. idem.

Mulier non iuuatur Velleiano,ſi interceſſit pro dote.I.Cora.in l.qui liberos.nu.112.ff.de ritu nup.com.dicit. idem.

mulier ſi per ſtatutum debet lucrari certam partem bonorum mariti,intelligitur de conſummato.Hipp.ſing:106.communem dicit. idem.

mulier maritata non dicitur in odioſis, quæ eſt ſponſata,Bened.in c.Rayn.in verbo,duas habens filias.n.151.Idem,communem dicit.

mulier quòd ſine conſenſu patris non poſſit contrahere: non poteſt induci ſtatuto,iaſ.in l. 1.§.huius ſtudij.nu. 12.ff. de iuſti.& iur.com.dicit. idem.

mulier, ſi ſecundum formam ſtatuti non poteſt contrahere:bene poteſt tamen quaſi ꝯhere,iaſ.in l.Barbarius. n.4. ff.de of.præſid.com.dicit:licet ipſe teneat contrarium. idem.

mulier de iure ciuili indiſtinctè admittitur in teſtem de iure tamen canonico,in criminalibus non admittitur:niſi in caſibus à iure expreſſis: in ciuilibus tamen etiam criminaliter intentatis admittitur indiſtincte,Pan.c.qm̃.de teſti.nu. 12.com. dicit. De iure autem Regio, mulier non poteſt teſtificari, niſi in rebus quæ pertinent ad mulieres,vel in defectum probationis.l.8.tit.8.li.3.For.ll.& l.ſtyli.96.& nota verbum ſatis notabile in d.l.ſtyli. Mas en aquellos lugares do hes cierto quel hecho fue fecho ante hombres,no ſon creidas,ſi los hombres que ſe acertarono alguno dellos no teſtimonia eſſo miſmo quellas diz en en ſu teſtimonio. Ex quibus notatur,ꝙ habilitas vnius teſtis habilitat omnes alios etiam inhabiles.quod etiam eſt ex mente Bal.l.Gallus. §.ille caſus.ff.de li.& poſth.qđ intellige,quando teſtes inhabiles non ſunt ex toto inhabiles, ſed ſolum habent diminutam fidem:quia ſi ex toto eſſent inhabiles non habilitantur:vt per eum Bald.& Fran.Cur.in trac. de teſtib.concl. 1.per totum.Et ſic procedit d.l.ſtyli.Et nota,ꝙ ad hoc, ꝙ teſtes inhabiles poſſint recipi ex defectu probationis:requiritur ꝙ actu & habitu ſit defectus probationis:attento communi curſu:per gl.in c.licet.de probatio.Et producenti incumbit onus probandi,ſec.Ant.& imol.in c.dilectis.de teſtib.cogen. & niſi probentur hæc duo,non admittuntur. Alc. conſ.64.vol. 1.& de teſtimonio mulieris, vide I. Lupum in alle.hære.priui.

Concor.cum l.3.tit.12.par.5.de qua per I. Lupum in repe. tit.& de qualitate teſtium in cauſa criminali.De iure regio vide l.12.tit.14.par.3.& l.26.tit.1.part.7. idem.

In teſtamento tam de iure ciuili, quàm de iure canonico mulier non poteſt eſſe teſtis,licet de iure canonico ad pias cauſas poſſit Bellon.conſ.14.nu.8.com.dicit. Villalob.

Adde Car.§ teſtamentum.q.55.

Mulier non tenetur ſtare colono,vel locationi per maritũ factæ,ſo.ma.Coua.in reſol.li.2.c.15.com.dicit ex Modern. in conſuet.pariſ.§.30.q.22.vide in verbo locat. idem.

Mulieri dicenti ſe imprægnatam, non creditur, ſecun. Ang. Peruſ. in l. illud. ff. ſi pars hæred. peta. & doct. communiter in c. per tuas. & c. Michael. de fil. presb. & c. tranſmiſſæ, qui fil. ſunt legit. & Io. de Ana. in c. ſicut. 2. de homic. amplia etiam ſi dicat ex quo ſit prægnans. Bart. in l. 1. in fi. ff. de lib. agn. I. Fich.

mulier conſtante matrimonio, conditionalis eſt creditrix mariti, ratione dotis, matrimonio enim durante, actio de dote nata non dicitur. l. 1. C. de repu. l. cum notiſſimi. §. illud. C. de præſcr. 30. an. & l. in rebus. §. omnes. C. de iur. dot. & tenent doct. in l. ſi conſtante. §. 1. ſol. mat. hancque opin. com. eſſe tradit Alex. conſ. 106. viſis. lib. 5. F. Turz.

mulier nubens, viro dote non conſtituta in dubio, omnia bona ſua in dotem ipſi viro dediſſe cẽſetur, quando viro congruit matrimonium. ſic voluit gl. in l. mulier bona. ff. de iu. do. quæ tamen (vt Deci. refert in auth. vnde vir. nu. 6. C. vnde vir & vxor.) communiter reprobatur, illamque & Ariſtot. allegatam auctoritatem, & ſententiam improbat Bart. in diſp. ſua incip. mulier habens amplum matrimonium, tanquam contra legem concludens, ꝙ vno caſu tantùm omnia bona ſua in dotem viro dediſſe cenſetur, ſ. quando priori viro in dotem dederat, & ſimpliciter ſecundo viro tradidit, quia tunc dos ipſa repetita videtur, ſi ex priore matrimonio non extant liberi, aliàs ſecùs, vide per eum ibidem. F. Turz.

PRO. mulieres ſunt ſubditæ viris. ad Epheſ. 5. 1. Petr. 3. ad Col. 3. in can. ſatis. & can. mulierem. 33. q. 5. Bellon.

PRO. mulieres virilibus officiis fungi non poſſunt. l. 1. §. ſexum, ff. de poſtul. l. cùm prætor. ff. de iud. l. 2. de reg. iur. in canon. mulierem. 33. q. 5.

OB. contrà de c. dilecti. extra de arbit. vbi mulier arbiter eſſe poteſt ex compromiſſo. contra l. pen. C. de arb.

SOL. illud verum eſt de conſuetudine præſcripta, vt in regina Francorum, vt ibi.

OBIEC. Preterea contrà de can. Meuiam. 2. q. 4. vbi delegatur, mulieri ius ſpirituale.

SOL. ibi quia princeps ſcienter commiſit cauſam.

PRO. mulieres vagari non debent, nec virorum cœtibus immiſceri. c. mulieres. de iud. in 6. idem.

mulier omni iuri, quod habet in bonis paternis renuncians cùm iuramento, poterit, priùs abſoluta à dicto iuramento, contrauenire ex capite enormiſſimæ læſionis. vt voluit Corne. conſ. 146. vol. 1. conſ. 139. & 214. vol. 3. & Deci. conſ. 170. abſolutio autem iſta debet de iure, & æquitate concedi, ne iuramentum ſit iniquitatis vinculum. c. & ſi Chriſtus. & c. quanto. de iureiur. gl. in auth. quod eis. C. de nupt. docto. in c. cùm contingat. de iureiur. Pau. caſt. conſ. 175. contra ſuperius. libr. 1. cum aliis citatis per Alex. conſ. 213. viſis. vol. 7. & per Curt. conſ. 44. ſuper contingentia. circa fi. nam euidenti, & enormi læſione præſumitur dolus, etiam ſi ceſſio etiam facta patri, l. ſi ſuperſtite. C. de dol. cum relatis per Soci. conſ. 263. & ſeq. capio primum. & iſtorum opin. dicit com. Deci. conſ. 203. nu. 5. & concluſ. hæc ampliatur etiam habere locum in tranſactione iurata, quæ certè reſcinditur ratione enormiſſimæ læſionis. ſecundum Deci. conſ. 170. vnde mulieribus enormiter læſis neceſſe eſt ſuccurri, non obſtante iuramento, quia iuramentum non tollit remedium. l. 2. C. de reſcind. vend. & not. omnes doct. ibi. Rip. in 3. lib. reſponſorum. tit. de donat. reu. c. 15. vbi recitat iſtam eſſe com. opi. & Crauet. conſ. 190. n. 2. & Gram. deciſ. 102. nu. 54. 103. & 104. ſed vbicunque, aduerte, in tranſactione iſta non interueniſſet iuramentum, tunc non poteſt reſcindi prætextu læſionis vltra dimidiam iuſti precij, vt volunt Cyn. Bald. Sal. & alij doct. in d. l. 2. C. de reſcin. vend. in l. ſi quis cum aliter. ff. de ver. ob. in c. cùm cauſam. de empt. & vend. & Afflict. deciſ. 220. nu. 2. vbi refert cum iſta opi. ferè omnes docto. communiter tranſire, & Gram. deciſ. 66. nu. 63. ampliatur etiam præmiſſa concluſio in minore enormiter læſo, cui profectò ſuccurrendum eſt per relaxationem iuramenti, & hoc non habet dubitationem aliquam. Sed quando minor ipſe ſciens euidentem læſionem ſponte, & ex certa ſcientia, & benè conſultus ceſſit, &c. tunc per relaxationem iuramenti minori ſuccurri non eſt permiſſum, prout communiter teneri per omnes docto. dicit Curt. conſ. 44. hoc autem, & hoc quod docuimus de minore enormiter læſo, cui prius petita abſolutione à iuramento ſuccurrendum eſt, declarant vtiliter non procedere in maiore renunciante cum dicto iuramento. c. quamuis. & auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendi. vbi omnes ſcribent. not. & in d. l. 2. & ita ſe habet communis opi. vt refert Gram. deciſ. 102. ampliatur quoque dicta concl. habere locum ſimiliter in ruſticis enormiter læſis, quibus neceſſe eſt ſuccurri non obſtante iuramento, vt per Crauet. conſ. 192. nu. 2. & per doct. s. citatos. iſta reg. ſeu concluſ. ita ampliata limitatur quotieſcunque in inſtrumento reperiretur ſcriptum, mulier ſciens hæreditatis æſtimationem ſponte, & ex certa ſcientia ceſſit, &c. tunc mulier contra pacta quaſi decepta venire non poterit: nam ſcienti, & conſentienti non fit iniuria, neque dolus, l. cum donationis. C. de tranſact. ita tenet Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. ob. per not. per Bart. in d. l. 2. præcipueque ſi iuraſſet non contrauenire ratione enormiſſimæ læſionis, ſec. d. Ant. in d. c. cùm contingat. & Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. quæ quidem limitatio, ſeu ſententia ſequenda non foret, quando ſubeſſent veriſimiles coniecturæ, ꝙ mulier ſponte donare voluerit, ſec. communem aſſertionem omnium doc. vt patet ex dictis, relatiſque per Deci. conſ. 379. requiſitis. in fi. F. Viuius.

mulier non poteſt agere ad dotis repetitionem, conſtante matrimonio. l. fi. in prin. ff. de doli excep. & l. 2. ff. ſol. mat. & regula iſta interpretatur primò non procedere, ſi maritus ſæuiens in vxorem eam abſque cauſa à ſe expellat, tunc enim certè tenetur vxori ſuæ vir, conſtante matrimonio, reddere dotem, ſec. Bald. in l. ſi. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. Sed contrarium tenent Alex. cæterique omnes communiter in d. l. 2. & Alex. conſ. 78. volu. 2. declaratur ſecundo loco non habere locum in caſu emergentis inopiæ mariti, vel alterius obligati ad dotis reſtitutionem, quia tunc actio dotis oriretur, conſtante etiam matrimonio, ſec. com. opin. quàm latè diſputando ſequitur, atteſtaturque Alex. in l. ſi conſtante. §. 1. ff. ſol. ma. & Neguſ. de Fano. in tract. de pign. & hypoth. 3. memb. 8. partis. num. 1. & iſta communis probatur in d. l. 2. & ita concludit glo. communiter approbata in l. ſed ſi alia. ff. de bon. damn. & in l. ſi rem. §. omnis. ff. de pigno. act. & in l. ſi cùm dotem. §. mulier. ff. ſolu. mat. Limit. iſtam ꝙ mulier poteſt conſtante matrimonio dotem à marito repetere, quando maritus vergeret ad huiuſmodi inopiam, & euidentiſſimè appareret eius facultates deducto ære alieno ad dotis exactionem non ſufficere. d. l. ſi conſtante. dic procedere de iure fforum. ſed de iure. C. ſatis habuit, ſi conſtaret maritum ad inopiam perueniſſe, & facultates non eſſent idoneas ad ſatisfaciendum vxori, & creditoribus ſuis, l. vbi adhuc. C. de iur. dot. amplius lege nouiſſima Iuſtinianus conſtituit, vt ſtatim cum maritus cœpit vti malè ſubſtantia ſua ad dotem mulier liberè agere poſſit. §. illud. authentic. de æqualit. dot. & ita firmat Bart. in d. l. ſi conſtante. in prin. & Panor. in ca. per veſtras. de donat. inter vir. & vxorem. & alia cautela, ſeu remedio conſultum, prouiſumque fuit mulieri contra maritum bona diſſipantem, videlicet, vt poſtulet dotem ſequeſtrari. l. ſi cùm dotem. §. ſi verò dotem. ff. ſol. ma. Quocirca doctor. in d. l. ſi conſtante. communiter interpretantur d. §. ſi verò loqui in marito conſumente dotem. & l. ſi conſtante. loqui in viro conſumente bona ſua. Declaratur vlteriùs regula præmiſſa, vbi ſeparatur thorus matrimonij culpa viri accuſati, & de adulterio conuicti ab vxore, ca. 1. vt lit. non conteſtat. exploratum eſt itaque propter adulterium matrimonij conſumati vinculum non diſſolui, ſed thorum duntaxat ſeparari. c. tuæ. de procurat. & ca. ex literis. de donat. & hoc verificatur iuxta illud, Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. can. quos Deus. 33. q. 2. vnde non licet viro adultera vxore repudiata aliam ducere. vt omnes cano. & theologi ſentiunt variis in locis, ergo quantum ad facultatem criminaliter accuſandi diſpar eſt cauſa mariti, & vxoris, ſiquidem maritus accuſat vxorem, ſed non contra vxor virum. l. 1. C. ad leg. Iul. de adult. c. apud miſericordem. §. fi. 32. q. 1. quantum verò ad accuſationem ciuiliter eorum cauſa par videtur & æqualis. Vnde ſicut maritus accuſat ciuiliter vxorem ſuam de adulterio, aut thoro ſeparato dotem lucretur. §. plerunque. de don. inter vir. & vxor. & §. de adulterio. auth. vt lic. matri & auiæ. ita mulier accuſat virum ſuum, vt ſeparato thoro dotem recipiat, & donationem propter nuptias, quam fecit maritus, ipſa lucretur, ſec. Rom. conſ. 166. F. Viuius.

Mulier recipiens centum in dotem in primo matrimonio, & tranſiens poſtmodum ad ſecunda vota ſimpliciter, & promittens dotem, quam non expreſſit præciſe, quemadmodum expreſſerat in primo matrimonio, intelligitur tunc dare tantam dotem, ſecundo marito, quantam dedit primo viro ſuo, & ſic dos data primo viro cenſetur data ſecundo, vt voluit Bart. in l. penult. §. ſi vxor. ff. ſol. mat. in l. cum de in rem verſo. ff. de in rem ver. & in diſputat. ſua mulier, gl. in ver. fortuita. in l. ſi mulier diuertit. ff. ſol. mat. Cyn. & Sal. in auth. ſed quamuis. C. de rei vxor. actio. Paul. caſtr. in conſ. 283. ſecundum antiquam impreſſionem. & in d. l. ſi mulier. Cuman. in conſ. 109. Abb. conſ. 46. volum. 1. Alexand. conſ. 144. volum. 5. & conſil. 122. volum. 7. Ber. conſ. 160. vol. 4. Ruin. conſ. 4. volum. 3. conſ. 61. in princ. vol. 3. & conſ. centeſimo trigeſimoſeptimo. volu. 4.



Socy. iun. conſ. 29. volum. 1. & Pariſ. conſ. 34. volum. 3. vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem,. & Sal. in d. auth. ſed quamuis. & Dominus meus Raynal. Rodulph. primarius lector in ciuitate Peruſij, dum eum audiebam ſuperioribus annis publicè in Gymnaſio Peruſino legentem, à quo iſta, & omnia alia, quæ ſcripſimus, & ſcribenda ſunt in hoc opuſculo, veritatem confitendo, didicimus. F. Viuius.

Mulier ad ſecundas nuptias tranſiens, perdit dominium rerum, quas ex liberalitate primi viri conſequuta eſt, & ſolam poteſtatem fruendi retinebit, illaſq; filiis ex primo matrimonio genitis reſtituere cogitur. l. fœminæ, C. de ſecundis nupt. vbi doct. & in auth. ex teſtamento, C. e. tit. & Socy. Seni. conſ. 56. viſo teſtamento. lib. 3. Ratio eſt, quoniam pœnæ ſecundo nubentium inductæ fauore liberorum, ſublatæ non ſunt per dictum illud Apoſtoli, mortuo marito mulier nubat in domino. c. pen. & fi. de ſec. nup. vbi hoc tenet abb. & Corn. conſ. 21. videtur, vol. 1. Bart. & dec. in l. 1. C. de ſec. nup. Iſtorum autem opinio eſt communis, ſecundum dec. conſ. 87. pro reſolutione, & conſ. 230. proponitur. & in d. l. 1. confirmantur quoque præmiſſa alia ratione, nam mulier ad ſecunda vota tranſiens tria negligere videtur, Deum, defuncti memoriã, & filiorum charitatẽ, vt dicit tex. in §. ſin autem tutelam. in auth. de nupt. & in §. quæ verò nunc ſequitur, e. tit. vbi dicitur, ꝙ per ſecundas nup. contriſtatur anima mariti defuncti, & propter huiuſmodi iniuriam, mortuo marito, filiis relictis, tam multa leges ſtatuerunt contra viduas ad ſecundas nup. tranſeuntes, de quibus abundè habetur per doct. in d. auth. ex teſtamento. Pœna iſta impoſita viduæ ſecundò nubenti, militat etiam in viro ex identitate rationis, ſec. gl. in l. fœminæ, §. illud. C. de ſec. nupt. quam approbat ibi Bart. & nonnulli alij relati per Boer. deciſ. 187. n. j. quorum ſententiam dicit eſſe communem dec. in præcitatis conſ. & Boer. in loco, de quo ſuprà. Præmiſſa ampliantur primum nõ ſolum procedere in matre, & patre, ſed etiam in aliis aſcendentibus tam maribus, quàm fœminis, vt puta. auis, & auiis, proauis & proauiis, & cæteri deinceps aſcendentibus, ſec. doc. in l. generaliter per illum tex. C. de ſec. nup. Bald. in l. humanitatis. C. de impub. & aliis ſubſt. Aret. in §. preferuntur, inſt. ad Tertylia. Alex. in d. auth. ex teſtamento. in addit. ad Bald. in ver. conſuetudo. Ampliantur etiam ſecundo loco prædicta, vt mulier non modo perdat dominium rerum ſibi per maritum relictarũm ob tranſitum ad ſecunda vota, ſed etiam tutelam, vnde mulier relicta à marito defuncto in teſtamẽto tutrix filiorum pertranſitum ad ſecundas nuptias perdit tutelam, & geſta ab ea tanquam tutrice videntur ipſo iure nulla, ſec. Saly. & alios in auth. matri, & auiæ, C. quando mulier offi. tute. fungi poſſ. Cy. Fab. in l. omnem, per illum tex. C. ad Tertilia. & alberi. ibi, vbi refert iſtam eſſe communem opi. Boer. deciſ. 123. n. 12. & Aug. Beroius in c. dilecti filij. n. 37. de arbitris, ratio videtur iſta, quare mater tutrix tranſeundo ad ſecunda vota priuetur tutela, quia mater & auia poſſunt eſſe tutrices ſi velint, quamuis non cogantur d. auth. matri & auię, imò ante alios filiorum tutelam poſſunt ſuſcipere, & ad eam admiti, ſi ſec. nup. Velleyano, & omni legum auxilio in fauorem mulierum introducto renunciauerint, alioquin iſtis non concurrentibus tutela ſuſcepta eſſet ipſo iure nulla, vt probatur in d. auth. matri & auiæ, vbi Bart. Ang. & Saly. notant, & alij quamplures congeſti per Boeri. in d. deciſ. 124. n. 9. vbi ſcribit iſtam eſſe veriorem opinionem, tamen Petr. de Bellaperti. Cy. & Alberi. in d. auth. matri, & auiæ, tenuerunt expreſsè contrarium, & eorum opinio ſeruatur de conſuetudine, videlicet ꝙ mater tutrix, vel auia teſtamentaria non tenetur renũciare ſec. nup. & omni iuri in fauorem mulierum introducto: & de iſta conſuetudine mentionem fecit Guido Papæ deci. 539. Fab. in d. auth. matri, & auiæ, & Boer. in d. deciſ. 124. nu. 13. hiſque occurrit ꝯgruenter hoc in loco, ꝙ mater habet annum ad petendum tutorem dari filiis, niſi velit ipſa tutelam ſuſcipere, ſec. Bald. in l. precibus, C. de impub. & aliis ſubſt. abb. in c. ex parte, de appel. Aret. in §. fi. in prin. inſt. ad Tertyl. vbi ponit iſtam eſſe communem opi. & dec. in c. ex parte, num. 33. ſuperius citato, quod habet locum in muliere maiore 25. an. ſecùs in minore, quæ non poteſt de iure eſſe tutrix, l. fi. C. de legiti. tute. & tenet Bald. in d. l. omnem. & in auth. iiſdem pœnis quem ſequitur ibi Iac. de S. Geor. & Moder. C. de ſec. nup. & dec. in d. c. ex parte, nu. 34. niſi extaret conſuetudo in contrarium, ꝙ mater minor poſſit habere tutelam, ſec. Bald. conſ. 101. vol. 2. Præmiſſa ita ampliata, & declarata interpretantur non procedere, quando vir licentiam daret vxori ad ſec. nup. conuolãdi, tunc quippe non perdit per iſtum tranſitum dominium rei ſibi legatæ, ac à marito relictæ. Ratio eſt, quia pœna. ſecundo nubentibus eſt impoſita ex eo, quia videtur inferri iniuria primo viro per ſecundas nuptias, §. quia verò. in auth. de nupt. & nulla iniuria fit volenti. l. 1. §. vſque adeo. ff. de iniur. ſec. Bald. in l. 1. C. de ſec. nup. & per Roma. conſ. 219. ex Themathe conſultarionis, & dec. conſ. 620. caſus de quo quæritur. Limitaẽ etiam ſecundò, quando filij ſec. nup. conſenſum accõmodauerint, tũc enim mulier non perdit ea, quæ habuit ex liberalitate primi viri, ſec. gl. in auth. de non eligen. ſec. nu. in ver. copulaẽ, quoniam iniuria, quę fit filiis primi viri, ſi mater conuolaret ad ſecundas nupt. tollitur eorum conſenſu §. ſoluto. in auth. de ſecun. nup. l. cum donationis. C. de tranſ. & hoc comprobatur ex latius dictis per iaſ. in l. ambiguitates, C. de ind. vidui. tollen & in l. filium quem habentem. C. famil. erciſ. & conſ. 53. volu. 1. & per dec. conſ. 206. quæritur. Limitãtur tertiò, vt mater tranſiens ad ſecunda vota debeat duntaxat priuari ꝓprietate ſubſtantiæ paternę, quæ peruenerat ad filium, non autem ſubſtantiæ auitę, ſec. Bart. & alios communiter in d. aut. ex teſtamento, iſtam communem ſequitur, & citat Beroius deciſ. 192. n. 5. licet Bald. & Ang. & malè in d. auth. ex teſtamento, aſſeuerint cõtrarium. Interpretatur poſtremò præmiſſa communis in matre, quæ tranſiuit ad ſecunda vota ſuperſtite, filio, vel filiis de hoc non conquerentibus, his igitur ſtantibus, ſi filius decedat, non priuatur mater eius hereditate, quia filius non conquerendo de matre videtur remiſiſſe ſibi iniuriam factam per eam, per dictum tranſitum, argumento l. fi. C. de reuo. do. & ita per illum tex. tradit & firmat Bald. in aut. ex teſtamen. s. citata. dec. conſ. 206. & in rub. C. de ſec. nup. Ripa. in l. ſi. C. de reuo. do. in q. 61. & Soc. iun. conſ. 61. nu. 2. & 11. vol. 2. F. V.

Mulier, licet proprio pacto etiam iurato, repellatur à ſucceſſione patris: Tamen filiꝰ, & etiam heres eius ſi ex propria perſona veniat ad ſucceſſionem aui non repellitur. vt eſt doctrina Bart. communiter approbata in l. qui ſuperſtitis. ff. de acq. hære. ad quem etiam ſe refert Soc. iun. in conſ. 53. ſub nu. 5. volu. 4. E. Muſcul.

Mulier qua fragilitate inducitur ad intercedendum, eadem etiam inducitur ad renunciandum, ideo etiam ei renuncianti ſuccurritur. Ita voluerunt Iac. de Aret. Pet. Cyn. Nic. de Matarell. in l. fi. C. ad Velleian. Et in terminis ita tenent Bar. Bal. Angel. & Sali. ibi, & eſt com. opi. Quod etiam voluit Bar. & ibi ſequitur Alex. in Apoſti. in l. fi. ff. ad Velleia. Et dicit Bart. ꝙ iſta ſit veritas, cui inhærendum ſit, quicquid dixerit fulg. in d. §. fi. vt hæc refert Soc. iun. in conſ. 20. nu. 40. vol. 4. E. Muſcul.

Mulier non incarceratur. Non incarceratur mulier etiam in cauſa criminali, quando pœna eſt pecuniaria. Imò ſi fideiuſſorem non reperit, cauet iuratorie, auth. nouo iure. C. de cuſto. reo. ſec. Bald. & domi. Cato. in l. plerique. verſ. ſed & ſi is. ff. de in ius vo. niſi eſſet meretrix: quia etiam pro debito ciuili incarceratur, ſec. Bald. in repertorio ſuorum ſingularium, in verbo meretrix, dicẽtem idem tenere Dy. in d. auth. niſi eſſet coniugata. ſec. Bald. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iu. & I. And. in addi. ad ſpec. in rub. de iniur. Balb. deciſ. 303.

Mulier & minor poſt dicicita teſtificata, poſſunt alios teſtes producere, quia dolus qui præſumitur in ſubornando teſtes, non habet locum in talibus perſonis, ſec. gl. primam in l. vbi exigitur. ff. de eden. Guil. Rayn. & do. Cato. ibi facit quod no. Inn. in c. auditis. ext. de in integ. reſt. & Spe. co. tit. §. fi. quicquid contra ſenſerit An. in d. l. vbi exigitur. Balb. deciſ. 187.

Mulier in criminalibus eſt teſtis idonea, vt eſt communior opi. Burſ. conſ. 20. nu. 22. Bonacoſſ.

Mulieres virorum raptores tenentur. l. vnic. C. de rap. virg. vt eſt com. opi. Soarez ver. mulieres. nu. 251. Bonacoſſ.

Mulieres ſicut viri ſtatutorum pœnis ſubiiciuntur. & ideò ſi de nocte vadunt cum armis, vel ſine lumine, vel veſtes portant prohibitas, puniuntur, vt eſt com. opi. Soares ver. mulieres. n. 252. Nam mulieres ita ligantur ſtatutis terrarum, generaliter loquentibus, ſicut maſculi, niſi ſpecialiter inueniantur expreſſi. marſ. conſ. 85. n. 22. & eſt dictum, Bal. in l. ne paſſim. C. de iur. & fa. ign. vide marſ. in l. ſi quis viduam n. 4. & ſeq. maximè. n. 8. ff. de quæſt. fol. mihi. 55. Præſumuntur tamen mulieres ignorare leges & ſtatuta. Et ideò excuſantur. Socy. iun. in conſ. 72. n. 12. in 2. vol. vbi plura allegat, vide omnino Aemyl. conſ. 124. per totum. vbi conſuluit mulierem, quæ habitabat Ferrariæ tempore proclamatis facti in caſtro Lugi, ꝙ frumentum nõ poſſet extrahi inde, niſi prius denunciaretur ſub pœna non incidiſſe in pœnam. de qua in d. proclamate. Bonacoſſ.

Mulier luxurioſè viuens poſt mortem viri, ſtantibus filiis primi mariti prædefuncti incidit in omnes pœnas, impoſitas. mulieribus ſecundò nubentibus Io. Nic. in l. generaliter. C. de ſec. nup. nu. 24. Bonacoſſ.

Mulieri habenti hypothecam etiam expreſſam poſteriorẽ in bonis mariti præfertur creditor habens anteriorem hypothecam

thecam expreſſam. quam opin. dicit communem Rip. in l. 1. nu.1.ff.ſo.ma.Neguſ.de pig.2.pars.4.memb.n.110.Et an mulier quę pro reſtitutione ſuę dotis accepit in ſolutum vinum prædium, quod tamen reperitur prius ſpecialiter obligatum creditori poſt receptam dotem, an cogatur illud prædium remittere,Corn.conſ.246.lib.1.dicit quòd non. Put.

Mulieres duæ ſe mutuo vt viri ſubagitantes.ac actum venereum,ſeu libidinem earum exercentes,& in ſimul corrumpentes pœna vltimi ſupplicij puniri debent,l.fœdiſſimam, in prin.ſec. vnam lecturam gloſæ, quam ſequitur ibi Saly.C.de adulter.Cy.Albe.& Saly.in l.cùm vir.e.tit.Ang.in trac.maleficiorum,in verſ.che hai adulterato la mia donna,in verſ.quæro,quæ ſit pœna ſturpi,n.53.& Carreri.in prac.crim.in §.circa verſ. circa quartum itaque quibus ex cauſis excuſetur homicidium,n.303. & opinio iſtorum nullam habet dubitationẽ, & eſt communis,ſecundum criminaliſtas variis in locis,& ita deciſum extitit in curia Burdegalenſi in facti contingentia, teſte Boerio deciſ.316.nu.14. F.Viuius lib.2.opin.191.

Mulieres dotium hypothecis renunciare nequeunt, ſi alia viris bona non ſuppetant ex quibus dotes ſeruari poſſint.cõmune aiunt Paul.in lege Mæuia.§.fundus.nu. 8.ſol. mat.Pan. in c.peruenit nu.2.de emp.& vend. E.Suarez.

Mulieres,quibus ſtatuto non licet abſque duorum propinquorum conſenſu contrahere, non licebit item abſque illo mortis cauſa donare.commune aiunt Tiraq.de legib.connubialib.gl.3.q.4.Pontan.in l.2.ff.de leg.lib.1.Sed verior eſt contraria ſententia quam receptam teſtificantur Soc.& iaſ. Alci. nu.2.Clau.Aquen.n.7.Soc.iun.nu.60.in d.l.2.Viuius li.1.opi. 296.Nec iis proderit cõſenſus,in eorundem propinquorum vtilitatem accommodatus:vt receptum inquiũt dec.ↄſ.612. ad fi.Io.Dilec.de art.teſtan.tit.12.caut.2.n.2.Villal.in ſua collecta. Viuius d. opi. vbi multas exceptiones & declarationes ad huiuſce generis ſtatuta memorat. Quibus adde, quod huiuſmodi ſolennitas non exigitur, vbi pater cum filia contrahit,etiam ſi contractus renunciatio in patris fauorem ſit.commune aiunt Alc.de præſum.reg.1.præſum.2.n.6.I.Ceph.conſil.109.n.11.vbi cum nu. ſeq. aliquot alias exceptiones vtiliter ſubtexit.Memineris autem ſemper quod ſi propinqui nulla probabili cauſa ducti conſentire noluerint, cogi à ſuperiore poterunt, vt frequenter placitum efferunt Plot.in l.ſi quando nũ.152.C. vnde vi.ac Viuius vbi ſupra. Memineris porrò quod ſi iuſiurandum adiungatur, defectus authoritatis propinquorum de medio tolletur, tametſi ſtatutum ſpecialiter id prohibeat. commune affirmant Ferrat.cau.6.latè Bolog.in repe.legis,omnes populi nu.97.ff.de iuſtitia & iur,ac Viuius. qui multos contrarium receptum pronunciantes allegat,lib. 1. opi. 297. Sed mihi certe ea in diſcordia iuſiurandi religio potior,atque omnino ſeruanda eſſe videtur:vt ea de re copioſius alibi agens oſtendo. E.Suarez.

Mulieres libidinis ergo virorum raptrices, pœnis. l. vn. C. de rap.vir.ſanctis,obnoxiæ fiunt,commune ait Hipp.ad illam l.nu.223. idem.

Mulieres æquè ac viri ſtatutis illis plectentur, quæ iubent, ne quis de nocte cum armis,vel ſine lumine incedat, vel pœnam aliquam indicunt genus aliquod veſtium ferenti.vt communia ponit Viuius lib.1.opi.283. idem.

Mulieres inhoneſtæ etiã ac meretrices ſi nuptæ ſint,pro pecuniariis debitis in carcerem coniici nequeunt commune ait prolixè Did.à Coua.in trac.de ſpon.2.par.c.vl.& §.11.n.vl.At pro criminibus omnes regulariter in carcerem à viris ſeiunctæ trudi poſſunt: vt de conſuetudine receptum latè teſtatur I.Clar.in prac.§.vlt.q.28.verſ.quæro igitur. idem.

Mulieres,quæ inhoneſtè vixerunt,ſi ad frugem bonam redierint, non debent perſonæ turpes reputari, vt voluit Bal. in l.ſi filiam.C.de inof.teſt.dicunt receptum Rip.in l.vl.nu.223. & ſeq.C.de reuoc.do. Viuius lib.1.opi. 130.etſi non mediocriter illud aduerſetur.

*Læſa pudicitia eſt,deperit illa ſemel.*

& illud alterius.

*Neque amiſſos colores.*
*Lana refert medicata fuco.*
*Nec vera virtus,cùm ſemel excidit.*
*Curat reponi deterioribus.*

Sed hæc alibi latius & opportunius. idem.

Mulieres generaliter,ac regulariter in cauſis omnibus tum ciuilibus,tum criminalibus præterquam in vltimis voluntatibus teſtimonij dicendi ius habent.commune inquiunt Pan.in c.quoniam nu.2.de teſtib.Aret.in l.qui teſtamento §. mulier. ff.de teſta.copioſè Ant.Gomez.de delic.c.12.n.13.Vi.li.1.opi.383.I.Clar.in prac.§.vlt.q.24.ver.quæro igitur. Quin & in codicillis teſtes eſſe poterunt.commune dicit Porc.in §.vlt.n. 11.inſt.de codicil.Et in teſtamento etiam ad pias cauſas condito eſtes putabuntur ſolennes,vt frequenter placitum enunciant Belio.conſ.14.n.8.ac latiſſime I.Cla.de teſta.q.6.ver.3. infertur. Sed & tum in militari teſtamento locupletes teſtes habebuntur,commune affirmat Bauer.in §.plane.n.5.inſti.de teſta. milit. Tum in teſtamento inter liberos exarato à perhibendo teſtimonio haud arcebuntur. commune cum multis aſſeuerat I.Cla.d.trac.de teſta.q.8. ver. ſecundo infertur. quæ omnia intelliges ad Cæſarũ ius referri debere.Nam iure Pontificio in cauſis criminalibus mulieres regulariter teſtimoniũ non dicent.commune ſcribunt.dec.in l.fœminæ n.24. & ſeq. ff.de reg.iu.Duen.reg.315.in prin.I.Cla.d.74.ver.de iure aũt. Quamuis in teſtamentis generaliter eodem Pontificum iure idonei atque aſſidui teſtes ducantur, vt frequẽs interpretum dogma eſſe miſerunt in literas Pariſ.conſ.2.n.16.lib.3.Did.à Coua.in c.cum eſſes nu. 14.de teſta.Cuius tamen contrarium longè verius mihi videtur quod etiam frequenter receptum memoriæ prodiderunt Alex.conſ.70.n.13.li.2.Io. Dilect. de art.teſtan.cau.2.nu.7.& qui de materia diligenter differit Iul. Clar.d.trac.de teſta.q.55.ver.ſed quid de iure canonico ac Viuius lib.1.opi.382. idem.

Mulieribus vtiles contractus valebunt,ac rati erunt quamuis in illis propinquorum cõſenſus ſtatuto requiſitus non interponatur commune aio ex Bal.in l.neq;.C.de contr.&com. ſtip.Ang.& imol.in l.mutum.§.vlt.ff.de acq.hær.Viuio li.1.opi. 296. ver: fallit vndecimo. atque ex iis iuris interpretibus quos inferius laudò ver.ſolennitas. E.Suarez.

Mulieribus,quæ ſecundas nup.inierint,pœnę in liberorum fauorem ſpectantes adhuc impendent. cõmune pronunciant dec.conſ.83.& conſ.230.Io.Nic.conſ.1.de ſec.nupt.ad Io.Dilect de art.teſtan.tit.6.caut.18.& vide infra ver.nuptias. E.S.

Mulier.nupta eſt in poteſtate.patris.& mariti fel.in c.mulieres.de ſent.excom. Vide in ver. filius ſemper. verſ.filia etiam nupta.&c. P.Andora.

Mulier habet conſilium debile & ter mutatur.in hora.Bal. in rub.C.de re.permu.tex.in l.filia.C.de inof.te.& in c.forus in fi.de verb.ſig. idem.

Multa contra mulieres inuehit præpoſit.in c. 1.§.& quia.in 10.col.qui feu.dare poſ.vbi inter cetera dicit,ꝙ cuiquam fidẽ non ſeruat. iuxta illud, Dallida Sanſonem decepit & Salomonem.Item ꝙ eſt auariſſima. gl.in l.ſi ego §.fi.ff.ad Veilei.idem.

Mulieri archana reſeraſſe pœnituiſſe Catonem.refert iaſ.in l.1.in 2.col.ff.ſi quis cau. idem.

Mulieres ſepe gaudent de morte maritorum gl. in l. pater ſeuerinam §.Socrꝰ ff.de cond.& demon.Bal.in l.fi.C.de iu.do.

Mulier ſterilis dicitur.infamis.iaſ.in l. 1.in 3.col.ff.ſol.mat.

Non tamen eſt ſibi imputañ ſed nature.Ang.in §.Sed nos. ad tertul.Et magis faueñ eſt mulier quę parit Ang.inſt.de ſen. conſul. tertul. Honor enim eſt. habere filios. vt ſ. in ver. honor.§.4.

Mulier dicitur ſolum illa quæ eſt corrupta. j. in ver. virorum appellatione.

Contrarium tamen.tenet.Phi.in c.vnico de ſponſ.in 6.per illum tex.vbi dicit.quòd app. mulieris venit mulier etiam ſoluta.&matrimonio non copulata.Card.in cle.cum de quibuſdam.in j.no.de ſta.mo.Imo largè app.mulierum venit etiam virgo.l.ſeruis legatis.iuncta gl.ff.de leg.3. idem.

Mulier non poteſt pro debito carcerari. ſupra. in verſ. carcer.§.19.

Mulier non poteſt conſue.introducere.iaſ.in l.legem.C.de pac.& in l.1.in 3.col.ff.de ll.

Mulier mortuo viro poteſt retinere.bona ſibi pro dote hypothecata.ita iaſ.in §.item ſeruiana.in 11.col.de actio.vide latius in ver.Dos.in 19.priuillegio.

Mulier non poteſt eſſe.de conſilio iaſ.in d.l.1.in 3.col.de ll.

Mulier non poteſt eſſe procuratrix pro marito etiam abſente.pro patre autem abſente ſic.&etiam poteſt allegare cauſas abſentie mariti.iaſ.in l.quia abſente.C.de procur.

Multos caſus in quibus poteſt eſſe procuratrix.vide per decium in c.cum dilecta.in 5.col.de confir.vti vl inutil.

Mulier debet eſſe magis caſta quam vir.iaſ.in l.in harenam in fi.C.de inof.teſt.

Fac.quod vult ipſe iaſ.poſt Pau.de Caſt.in auth. cui relictũ in fi.C.de indic.vidui.tol.vbi dicit. quod mulieri vidue magis conuenit abſtinentia à 2.matrimonio.quam viro.

Mulier non tenetur.ire ad iudicium.Bal.in 1.part.conſ.28. in 2.col.& in 4.par.conſ.345.c.mulieres.&ibi Phi.de iud.in 6.

Maxime.in pregnante quę non renetur.comparere.tex.eſt in l.2.§.ſi vero mulier ff.ſi quis cau. idem.





Mulier ſecundò nubens, cadit in pœnas introductas in fauorem filiorum.Dec.conſ.83.& conſ.230.Duran.de arte teſtan.tit.6.cautela.16.Io.Nic.in l.1.C.de ſec.nup. communem dicit Io.de Garo.in d.l.1.de ſec.nupt.n.23.ſuper gl.cõmunem dicit.Soarez.iſta voce. Bonac.

Mulier de iure ciuili indiſtinctè admittitur in teſtem.de iure tamen canonico in criminalib.non admittitur.Niſi in caſibus à iure preſſis in ciuilibus tamen,etiam criminaliter intentatis admittitur indiſtinctè.Pan.in c.quàm de teſtib.n.2.communem dicit.Rol.à Valle in conſ.24.n.13.in 1.vol.Duennas. Regula.315.Clarus in §.fi.verſ. Quæro igiť,Gratus Reſp.57. n.3.vbi magis communem dicit.Et communem dicit, Fel.in c.quoniam.nu. 1.de reſti.tanquam in practica ſeruatam.& æquam,vbi aliter veritas haberi nõ poteſt, vt ibi per eum.vide Soc.cõſ.54.in 3.vol.vbi hoc limitat n.6.& n.9.vide Bened.de Vado.in Reperto.Fel.verſ. mulier poteſt eſſe teſtis iure cano. Soarez verbo mulieres.n.258. Bonac.

Mulier ſecundò nubens de licentia mariti,euitat pœnas ſecundo nubentis.Coraſius Miſcellanea.lib.3.c.1.n.12.cõmunem dicit.Quod intellige,ſi non habet filios,alias ſecus, quia & filiorum requiritur licentia.Corraſ.in l.filium quem habẽtem.n.30.cum ſeq.C.famil.erciſc. Bonac.

Mulieris maritatæ appellatione,non venit ſpõſa in odioſis. Bened.in c.Raynutius.in ver.duas.n.151.com.dicit. Bonac.

Mulier non repetit dotem,etiam ꝙ maritus ſit excõicatus. Corraſius.in l.qui liberos.n.112.ff.de ritu nuptiarum.Bonac.

Mulier,quæ proprio ſeruo ſe ſupponit,punitur pœna mortis.Cla.q.68.ver.ſi mulier. Bonac.

Mulieres non tenentur ire pro abſolutione ad ſedem apoſtolicam.etiam ꝙ non ſint ſui iuris.Soc.in ca.mulieres.n.5.de ſent.exc.Quando ſcilicet inciderunt in canonem.Si quis ſuadente diabolo.communem dicit. Bonac.

Mulier credẽs virum ſuum,qui lõgo tpe abfuit,mortuum, ſi certũ nuntium de morte eius habuerit,vel fama publica ita fuerit,ſi nubat alteri debet excuſari,alias punitur de adulterio vt eſt communis opi.Cla.in §.Fornicatio.ver.ſed pone.Bona.

Mulieres ñ poſſunt de iure pſonaliter detineri ĩ carcerib. ſi nobiles,vel aliàs honeſtę ſint,vt eſt cõmunis opi.Sed qcquid de iure ſit.hodie tñ mulieres de ↄſuetudine indiſtinctè capiũtur,& in carcerib.ſeparatis ponũtur.Cla.q.21.ver.quæro.igiť. Blanc.in prac.cri.fol.5.n.27. nõ tamen poteſt mulier etiã pro maleficio capi in domo.Marſ.ſing.248.Soc.in l.plerique. nu. 38.ff.de in ius voc.vbi ampliat & limitat. Bonac.

Mulier grauida ñ teneť in dubio ↄparere ĩ iudicio,nec ẽt cogi vt ſit teſtis ĩ iudicio.Mõteleo in pract.arbitria par.4.n.683. cum poſſit dicere Grauida ſum nolo iurare.ſed extra iudiciũ pro teſtimonio ferẽdo pt iurare.Frãc.Mar.deciſ.Delph.182. n.11.in 2.par.limita nõ habere locum in meretrice pregnãte, quia vilitas vitæ eorum nõ meretur legum laqueis innodari. l.quæ adulterium.C.de adulte.Guid.Pap.deciſ.256. Bonac.

Mulier prçſumitur meretrix ex præſumptione violẽta,quãdo quis eſt viſus exire de nocte de domo illius. & probatur aliquod ex ſignis venereis, de quibus ĩ d.l.quod ait.ff.de adulteriis.Et hæc eſt communis opi.D. Ioſephus Fontanella inter conſ.cri.conſ.97.n.35.vol.2. Bonac.

Mulier inhoneſta probatur per teſtes ſingulares,quorum vnus probaret de vna re inhoneſta,alius de alia,vt eſt communis concluſio.de qua Alex.in conſ.13.n.23.in vlt.vol. & licet ſit fama,ꝙ aliqua ſit meretrix,nõ ideò probatur ꝙ per hoc ſit publica meretrix,niſi palam quæſtum faciat.Bal.conſ.394.n. 9.in fi.in 2.vol.& not.ꝙ ſi alicui mulieri ſit factum legatum,ſi publicè & honeſtè vixerit,cõuerſando turpiter. licet nõ committat ſtuprum,dicitur impudicè viuere,&cadit à legato.Bal. conſ.207.in 4. vol. & qualiter poſſit probari mulier inhoneſta & impudica.ponit Alex.in conſ.13.nu.23.in 7.vol. Bal.in cõſ.131.lib.2.Dec.in l.eius qui.§.fi.col.pe.ſub.n.6.ff.ſi cer.pe. Bene per Caſſane.in cõſuet.Bug.pag.143.faciata prima. in fi. cum ſeq.in prin.pag.143. Bonac.

Mulieres oẽs,etiam cuiuſcunq; ſint ſtatus. poſſunt abſolui ab epiſcopo,ſi pcutiant clericos, vt eſt communis opi.de qua Ab.in c.muliere.de ſent.exc.mulier committens adulterium, hodie debet detrudi in monaſterium iure nouo, & hæc eſt eius pœna,vt eſt communis.opi.de qua Nicellus de concordia gloſſarum,n.162.to.1.mulieres quæ ad vitæ frugem ſe receperunt,perſonæ turpes non ſunt dicendę,vt eſt communis opi.Soarez,verbo,mulieres. Bonac.

Mulieri dicenti ſe ab aliquo fuiſſe vi cognitam, non creditur,teſte Boer.q.319.col.fi.n.7.Quid ſi dicat ſe prægnantem? vide Cag.in l.ſi quis prægnantem.de reg.iur. Alex.conſ.157. n.1.lib. 5.Afflict.deciſ.236.Quid ſi dicat ſe prægnantem ex aliquo,cum iuramento?no. Boer.q.299. & ſi dicat ſe pepeiiſſe filium aut filiam ex me. dic vt per Catel.in verb. hæres ſuus. Pro cuius queſt.reſolutione,dic quòd mulieri aſſerenti ſe eſſe vel fuiſſe pręgnantem ex ſemine alicuius cui propterea intendit partum conſignare, vti ſuum, & ſe exonerare ab alimentatione ſui partus,non creditur cum iuramento. Vall.conſil. 377.lib.2.Alex.cõſ.157.lib.5.Neuizan.in ſylua.nupt.pag.17. col.4.in princ.Bert.conſ.167.in fi.lib.3.part.1.Boer.tamen d. q.299.n.12.dicit hoc eſſe verum in iſtis mulierib.ad quas paſſim à plurib.acceditur:& etiam in his mulierib.quas quis pro ſuo arbitrio habere non poteſt, ſed furtiuè tantùm: ſecus in concubinis, vel aliàs retentis in domo: quia eo caſu mulieris dicto ſtabitur. Put.

Mulier non poteſt de dote teſtari, quando eſt ad alium applicata vigore contractus,& intereſt non reuocari, quæ concl.procedit etiam ſtañ ſtatuto de foreñ aliquam partem dotis marito vel proximioribus,quo caſu nõ poteſt in eorum prçiudicium inter viuos,vel in vlt.vol.talem portionem alienare,cum illam habeant beneficio legis,vel ſtatuti, quo caſu nõ valet diſpoſitio,ita ſecundum veriorem ſententiam ſcribit O.ſaſc.deciſ.20.n.6.vbi etiam alleg.Rol.ita teneñ.de dote q. 82. Mandel.ↄſ.50.n.1.& ſeq.& vide quæ ſcribit Crem.ſing.155. Deci.conſ.76.n.8.& ſeq.n.15.lib.1.

Mulier credens virum ſuum, qui longo tempore abfuit, mortuum,ſi certum nuncium de morte eius habuerit,vel fama publica ita fuerit,ſi nubat alteri debet excuſari,aliàs punitur de adulterio.commu.atteſtatur Anto. Gomeſ.ſuper l.80. Tauri.num.31.Clar.libr.5.ſent.§. fornicatio.verſic.ſed pone. P.Fichard.

Mulier in cauſis criminalibus de iure ciuili teſtimonium ferre poteſt.comm. dicit Grammat. conſ. crim.12.nu.17. Abb. in cap.quoniam.numer.2.de teſtibus.Fel.ibid.numer.1 & 18. Bertrand.conſ.259.num.2.lib.4.Crot.de teſtib.num,57.Gratus conſ.57.num.3.libr.2.Duennas reg.415.in limita.2.& ita quoque in practica ſeruari dicit Soci.conſ.54.numer.6.lib.3. Idque procedit etiam in cauſis capitalibus, vt communem dicit Alex.conſ.10.nu.6.lib.1. Imola in l. qui teſtamento.§.mulier,circa fi.ff.de teſtam. Vitalis de malefic.in rubric.de teſtib. num.37.de iure canonico autem non admittitur ad teſtificandum,vt communem dicit Blanc.de indiciis. nume.351. Abb. in d.ca. quoniam num.2. & Duennas in d. regu.315.in princ. Intellige tamen vt procedat in cauſis criminalibus criminaliter intentatis,tunc enim mulier de iure Canonico nõ admittitur ad teſtificandum communem dicit Io.de Imola in dic.§. mulier.circa fi.& Io.de Anan.in conſi.17.num.decimoſexto. Pract.Conradi.nu.75.Secùs in ciuiliter intentatis. Clar.d.lib. quinto.§.fina. verſiculo quæro igitur,& ſequentibus. P.Fichard.

Mulier quæ ſe proprio ſeruo ſubiicit, punitur pœna mortis communem dicit Ant.Gomeſ.ſuper l.80.Tauri.n.23.Non tamen econtra ſi dominus item rem habeat cum ancilla, punitur,l.fi.C.com.de manumiſſ.Cla.d.lib.5.§.fornicatio.ver. Mulieris. P.Fich.

Mulieres non poſſunt de iure perſonaliter detineri in carceribus ſi nobiles vel aliàs honeſtę ſint,per text.cap.mulieres. de iudic.in 6.& eſt. comm. vt atteſtatur Boer.in repeti l. conſentaneum.numer.114.C.quomodo & quand.ſed quicquid ſit de iure,hodie mulieres de conſuetudine indiſtinctè capiuntur, & in carceribus ſeparatis ponuntur, vt atteſtatur Imola. in cap.ſecundo. numero 15.de pigno.quem refert Marian.de citat.artic.5.q.17.ver.16.fallit.& Gram.deciſ.33.n.11.Blanc. in pract.cri.nu.47.Cla.d.§.ſi.quæſt.21.verſ.quæro igitur. P. Fichard.

Mulier vidua,licet pro communi opin. tradatur mulierem viduam mortuo viro etiam poſt annum non poſſe conſequi ab hæredibus viri interuſuria dotis ſibi non reſtitutæ maximè ſi ipſa habuerit vnde ſe alere, & dictam dotem exigere potuerit, vt poſt alios de communi not. Alexand. conſil.74. 141.libr.quinto.conſi.27.libr.quarto. Afflict.deciſ.184.Rol. conſi.quinquageſimoquinto.libr.ſecundo. plura Didac. Reſol.libr.3.ca.1.poſt num.3.verſi.ſexto hinc. attamen id.intelligi & reſtingi ſolet, niſi mulier dotem in iudicio petierit, faciendo quicquid potuerit, vel aliàs 2. marito ſuſtineñ onera ſit obligata ratione dotis promiſſæ nõ traditæ,ſaltem per proteſtationem, cum eo caſu vti damnum emergens poſſit mulier à dictis hæredibus dicta interuſuraria,vulgò alimenta,cõſequi teſte Burſat.conſ.8.numer.41. lib.1.ex Alex.conſ.200. libr.6.Pariſ.conſil.64.libr. quarto. Aym.conſil.189. numero ſeptimo,in fi.& aliis ibi alleg.vbi quid quando facta fuit oblatio per hæredes de bonis inuentarij: nec adhuc liquidatum

eſt, vel declaratum per iudicem qd & quantũ ſolui debeat? an dicantur in mora? & quid quando creditrix oblationem acceptauit? quòd ea oblatio offerenti noceat, Dic, vt per eundem Burſ.d.conſ.8.nu.44.45.& ſeq.vbi declarat,& ibi quòd intereſſe debetur pro credito incerto & illiquido ratione modi, non autem rarione quantitatis.

Mulier priorem hypothecã habens prefertur pro dote ſua habenti ſpařem ratione rei ſuæ, ſeu quòd res ipſa ematur ex propria pecunia, ſecundum communem per Burſ. conſ.56.n.13.lib.1.vbi inter alia plura allegat tex.in §.his conſequens.in auc.de æqual.doct.

Mulier conſtante matrimonio poteſt agere contra tertios poſſeſſores ſi maritus cœperit malè vti ſubſtantia ſua: ſecundũ Pariſ.ↄſ.80.n.46.li.1.Quæ cõcluſio quomodo procedat: & an præcedere debeat diſcuſſio: & quid quando cum hypothecaria concurrit conſtitutum: & an propter inopiam dicatur verè reſtitui dos.vide Nat.conſ.81.col.1.& per totũ cõſ. & plura no.Boer.q.200.col.fi.vbi docet cautelam ꝙ in pacto de dote reſtituenda apponatur precarium, quo caſu poterit, inquit ipſe, mulier abſque alia ſolẽnitate authoritate propria poſſeſſionem ingredi Nat.conſ.453.n.5. de veritate autem q. prædictæ, an requiratur & præcedere debeat excuſſio antequam agi poſſit contra tertios poſſeſſores bonorum mariti, diſputat idem Boer.d.q.vbi pro affirmatiua inclinare videtur: quam tamen temperat.pro qua vide etiam quæ ponit Iaſ.in l. Neſennius.§.fundum.n.8.ff.de re iud.Rol.conſ.9.nu.5.& ſeq. libr.1. vbi dicit communem, quòd etiam in dote requiratur excuſſio ante quam veniatur ad extraneos poſſeſſores.

Mulier minor habens curatorem, non poteſt dotẽ ſibi cõſtituere ſine authoritate curatoris,& iudicis decreto.l.quero.l ſiue generalis.ff.de iur.dot.l.lex quæ tutores.vbi gl. C.de adminiſt.tut.ſi verò nõ habeat curatorem, poteſt ſibi ſine eo dotem conſtituere, dummodo non exceſſiuam.l.1.à contr.ſenſ. C.ſi aduerſ.dot.ita tenet Cur.iun.conſ.168.n.17.& ſeq. caſtr. in d.l.1.ſi aduerſ.dot. & tamen vtroque caſu in immobilibus requiritur decretum iudicis, vt ibi per curt. Put.

Mulier in criminalib.non eſt teſtis idonea, ſecundum magis communem per Burſ.conſ.20.n.22.lib.1.

Mulier per tranſitum ad ſecunda vota poſt annum luctus non poteſt priuari legatis & relictis ſibi factis à marito, iuxta no.in l.1.C.de ſecund.nupt. Alex.conſ.111.col.1. libr.2. Par. conſ.95.nu.23.libr 2.vbi hanc concluſ.latè declarat.cui adde Iaſ.in l.ambiguitates.C.de indict.viduit.toll.Boer.q.185.col. fi. Quid ſi habet filios ex primo matrimonio? dic ꝙ licet per tranſitum ad ſecundas nuptias priuetur proprietate legati mariti, tamen id locum non habet quando maritus fecit legatũ vxori etiam quòd ſecundò nuberet, teſte Rol. conſi.95.n.20. lib.1.Accedit ꝙ licet mulier per talem trãſitum priuetur omni largitate quæ à viro ad eam peruenit, non tamen priuatur aliis contemplatione viri acquiſitis: quia ſecundũ magis communem opi.reſeruãtur communib. liberis vt ſcribit idẽ Rol. cõſ.86.n.32.lib.2. quia in materia odioſa & pœnali priuatiua iuris quæſiti non eſt licita extenſio de caſu vero ad fictũ, nec de proprio ad improprium.clem.quod circa.de elec.Quò autem ad priorem concluſ. de muliere tranſeunte ad ſecũda vota extantib.liberis primi matrimonij, vide Alex.conſ.66.col. 2.n.7.libr.3.& ibi quid ſi dicti filij deceſſerint, quòd dicta bona ad eam pleno iure remanebunt, non tamen priuabitur ſucceſſione filij defuncti, ſi nõ ſint alij liberi prioris matrimonij. Alex.conſ.211.col.1.lib.7.

Mulier ſi vellet ipſis propinquis, quorum conſenſus, ſtatuto diſponente, deſideraretur in teſtamento mulieris, bona ſua relinquere, illi non poſſent ad propriam vtilitatem conſenſum accommodare, gl.& Bar.n.6.in l.1.ff.de autho.tut.Bar.in l.frater à fratre.n.50.cum ſeq.ff.de cond.indeb. Et hanc doct. commu.opi.eſſe inquiunt Philip. Dec. in conſ.612.num.6.vbi ipſe plures authoritates adducit. & Io. dilect.in tract.de arte teſtan.titu.1. de his qui non hab.fact.teſta. caute.2.num.4. kirchouius.

Mulier, ſecundùm iuris canonici diſpoſitionẽ, in cauſa criminali teſtis eſſe non poteſt.c.mulierem.33.q.5.c. forus.§.teſtes autem conſiderantur. extrà de ver.ſig. ſed ea ſententia de iure ciuili non procedit, quæ magis communis eſt, vt inquit Alex.de Imol.in conſ.11.n.6. allegans bonum textum in l.ex eo.ff.de teſtib.& ibi apoſtil.in verbo.ciuili.in libr.1.conſ.& in conſ.24.n.11.in lib.2.con.Ang.Are.& ibi Aug.Ariminẽſis in verb. comparuerunt dicti inquiſiti coram d. iudice.nu.14.in tract. de malef. Et hanc communem opinionem eſſe inquit Tho.Gram.in conſ.12.n.17.& eam ſeruari in praxi refert Fel. ex ſententia Io.And.in c.3.extrà de teſtib.latè Nicol. Arelatanus in ſuis additionib.in præſump.46.in 1.reg.prin in Andræ Alcia.tract.de præſumpt.vbi ipſe latè, quòd mulier tanquam teſtis, quando veritas aliter haberi non poſſet, admitteretur, proſequitur. De cuius doctrinæ veritate egregiè conſulendo ſcribunt Alex.de Imo.in conſ.64.in 1.lib.conſ.Barth.Socy.in conſ.54.n.9.in 3.vol.conſ.& Rol.à Valle, in cõſ.24.n.13.14. & 63.cum ſeq.in 1.To.conſ. kirchouius.

PRO. Mulier familiæ ſuæ caput & finis eſt.l.familiæ.ff.de verb.ſig. Bellon.

PRO. Mulier præfertur omnibus creditoribus tacitam hypothecam, non autem expreſſam habentibus.l.aſſiduis. & ibi communiter omnes ſentiunt.C.qui pot.in pig.hab. idem.

PRO.Mulier,& fiſcus in priuilegiis pari paſſu ambulant.l. 2.C.de priuil.fiſc. idem.

PRO.Mulier regulariter teſtis eſſe poteſt.in l.qui teſtamento.§.mulier.ff.de teſta.l.ex eo.ff.de teſtib.in can. ex eo.11.q.4. idem.

OB.contrà de can.mulierem.33.q.5.& ca.forus.in fi.extrà de ver.ſig.& §.teſtes.inſti.de teſt.ordi.vbi mulier teſtificari nõ poteſt, quia fragilis & mutabilis.

SOL. In criminalib. iudiciis mulier eſſe non poteſt de iure canonico, vt in contrariis.in ciuilib.verò teſtis eſſe nõn poteſt in teſtamento.d.§.teſtes.

PRO. Mulier quamuis docta, & ſancta, in conuentu viros docere non præſumat.can.mulier.23.diſt. idem.

PRO.Mulier duob.viris nupta eſſe non poteſt.§. affinitatis. & §.ſocrum.inſtit.de nupt. idem.

Mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamẽto, attamen in teſtamento ad pias cauſas, mulier poteſt adhiberi in teſtem.com. in §.teſta.q.6.ver. Tertiò infertur.item poteſt eſſe teſtis in teſtamento inter liberos com.in §.T.q.6.ver.ſecundò infertur. P.Fich.

Muliere in matrimonio decedente ſine liberis, ſi proximiores hæredes, ſeundùm ſtatutum vrbis Roſtochienſis, habere debeant dimidiam dotis acceptæ, alia verò dimidia dotis lucro mariti cedat, an illa de iſta dimidia quæ ad hæredes peruenire debebat, teſtari poſſit. Docto.multi ſunt in ea ſententia, mulierem non poſſe de dote teſtari, quando eſt ad alium applicata vigore ſtatuti vel contractus.l. cùm maritus.§. fi. ff.de pact.dotal.Bal.in l.pro hæreditariis.nu.8.C.de hæred.act.latè Cag.in l.fi.n.99.& 100. C.de pact.licet alij contrariam ſentẽtiam amplexi fuerint, quorum argumenta cumulat Iaſ.in cõſ. 127.incip.redemptoris noſtri.in 1.vol.conſ.ſed priorem ſententiam communiter approbatam eſſe inquiunt Rol.à Valle, in quæſt.ſuper ſtatuto. de lucro dotis.q.82. Cacheran. in deciſ.Senat.Pedemon.deciſ.20.n.7.in fi.non obſtante eo, quòd mulieri libera diſponẽdi facultas de reb.ſuis tollatur, cùm ea poſſit ad libitum teſtari, etiam virum in aliis bonis ſuis inſtituendo, vt Cagnol.d.numer.100. verſ. quando autem refert. kirchouius.

Mulier quando maritus vergit ad inopiam, nõ poteſt ſecũdùm communem Doctor. ſententiam agere contra tertios poſſeſſores, niſi prius præceſſerit diſcuſſio in bonis viri, ita inquit Bar.in l.ſi conſtante.verſ. ſecundò quæro vtrum.n.72.ff. ſoluto matrimonio. Et hanc ſentẽtiam magis veram & communem eſſe teſtatur Ant. Neguſantius in trac.de pignorib.& hypothe.in 8.par.prin.1.memb.n.23.verſ. nonò fallit regula. Et hanc opi.com.Iaſ.appellat in d.l.ſi conſtante.n.207.ver.qd tenendum.vbi ipſe ſententiam contrariam defendit, pro qua etiam conſuluerat Lud.Rom.referente Alex. de Imol.ibid.n. 22.ver.item circa ea.ſequendo tamen Bartol.concluſionem. De hac quæſtione in vtramque partem diſputat Rol.à Valle, in conſil.9.cuius argumenta quilibet per ſe videre poterit. kirchouius.

Mulier poteſt retinere & habere omnia bona defuncti, etiã quæ allegarentur feudalia cum bona omnia præſumantur libera, ſecundum communem per Burſ.conſ.8.n.17.lib.1.

Mulier poſt annũ luctus non petit interuſurium dotis ſuæ ab heredib.viri, niſi proteſtata ſit contra ipſos, vel fecerit quicquid poterit, ſecundum communem per Burſ.conſ.8.nu.41. libr.1.

Mulieri ageñ hypothecaria ad excludeñ alios creditores mariti ſufficit oſtendere de confeſſione mariti confitentis ſe recepiſſe dotem; dummodo elapſum ſit tempus præfixũ opponeñ exceptionem non nu.dotis, ſecũdum communem per Alex.conſ.90.n.5.lib.3.conſ.142.n.3.lib.5.Aym.cõſ.40.doc, in apoſtil. ad Alexãd.d.conſ.Rol.qui artic.pulchrè examinat conſ.74.n.9.10.& ſeq.li.4.ex Bar.in l. aſſiduis C.q.pot.in pig. & aliis plurib.ibi all.& ẽt per Rom. conſ.445.col.fi.3.dub.Iaſ. in §.fuerat.n.91.inſti.de act.Bal.Nouel.de dote par.10.nu.11. Quomodo



Quomodo autem poſſint bona auocari à quocunque poſſeſſore bonorum debitoris? dic, vt per Caſt.in l.ſi marito.ff.ſo. mat.vbi de muliere agen. ad dotem confiſcatis bonis mariti, & an ac quando poſſit mulier impedire creditores ſe inueſtien.de bonis mariti, & quando creditores poſſint offerre dotem vxo.volente auocare bona mariti? vide Caſt.in l.1.col.1. nu.3.ff.ſol.mat.poſt Bar.in l.ſi conſtante.q.7.3.part.princ.vbi Alex.quid de muliere quæ dedit dotem marito, qui poſtea deceſſit relictis quibuſdam ouibus, quæ vendite fuerunt per fratrem ipſius mariti? & dic, quòd facta excuſſ.de bonis viri, & re præſcripta vel perempta ipſa mulier aget contra fratrem viri ad pretium in ſubſidium, teſte Bar.in l.1.in fin. ff.de diſtract. pign.Iaſo.in l.ſi duo ſerui.in fi.ſi cert.petat. & fac. quæ ſcribit. Bal.in c.1.§.ſimiliter.col.1.ver.extra not.de contro.inueſtitu. Bar.in l.moſehis.ff.de iur.fiſci.Bal.de dot.7.par.15.priuil.& 8. par.34.priuil.

Mulier pregnans non poteſt torqueri. l. pregnantis. ff. de pœnis.

Vide latius in materia prægnantis, in titul. de teſtib.§.84. P.Andora.

mulier prægnans præſumitur parere tres.l.ſed ſi reſtituatur. §.ſi pater.& ibi doct.ff.de iud.

Licet poſſit parere quinque.l.vtrum.ff.de reb.dub.

Vide in materia l.fi.ff.ſi pars hæred.pet. idem.

mulier vltra quinquaginta annos non concipit. l.ſi maior. C.de leg.hæred.not.gl.in l.ſi ſterilis.ff.de act.emp.& dicit Bal. in d.l.ſi maior.quòd eſt raro contingens quòd quinquagenaria pariat.

Contrarium tamen quandoque euenit. vt dicit Bald. in 3. part.conſ.59.

Vir autem vltra ſexageſimum annum, non concipit, ſeu verius generat.l.ſi pater.§.fi.& ibi gl.ff.de adopt. fac.l.pen. C. de nupt. Et ita conſuluit Fulg.cum Cum.& aliis in conſ.212. incip.quædam mulier. idem.

mulier poteſt portare partum vſque ad 10.menſes.Alex.& Soci.in l.gallus.in prin.ff.de lib.& poſth. Et ibi Iaſ.col.14.vbi tandem dicit.iſtud eſſe phiſic.relinquendum.vide in ver.filius probatur.§.10.& in ouidio faſtor.lib.1.in prin.ſuper glo.verſus. qui ſatis eſt vtero matris dum prodeat infans: hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſat.

Et quid ſi naſcatur in 11.menſe.vide Bal.in aut.eiſdem penis.C.de ſec.nupt.

Bar.in d.l.gallus.in princ.col.4.dicit gentilem poſuiſſe mirabile, quod iura noſtra non admittunt, ꝙ in 12.& 13.menſibus, quandoque contingit ſed raro ꝙ mulier parit, ſed homo ſecundum eum phiſic.eſt relinquendum.

Bertach.in ver.partus.§.24.all.Plinum, dicentem, ꝙ partus poteſt naſci in 16.menſe.ſubiungit eſſe viden.Alb.in l.1.C.ad orphi. idem.

Mulier eſt capax iuriſdictionis, quando venit iure hæreditario.Decius in conſ.32.in fi.

Mulier præſumitur ignorare iura etiam communia.Cor.in in conſ.152. verſ.ideo non videtur. & in conſ.226. verſ.nam femina.

Mulier eſt auariſſima regulariter.vt s̃.in ver.auaritia.§.3.

Et max.meretrix.vt s̃.meretrix.§.17.

Et eſt quodam miraculum, quòd mulier donet.Bal.in l.ſi à ſponſo.C.de don.ante nup.

Mulieres propter partum ſæpe moriuntur. Angel. in §.ſed nos.inſtit.ad tertul. idem.

Mulier intercedens non poteſt renunciare Velleiano, quia, qua fragilitate intercedit, eadem renunciare videtur.teſte Caſtr.in l.doli mali exceptio.nu.2. ff.de noua.& not. Alex.conſ. 199.num.5.lib.7.conſ.27.nu.3.lib.1.Rom.ſing.327.quando autem & quibus caſibus locum habeat Velleianum? dic, vt per Tremol.ad prac.Bonacur.tit.de peremp.excep.nu.3.verſ. velleiani.vbi quòd mulier tuta exceptione fauorabili velleiani: ſoluens quocunque errore, repetit, & locum habet velleianum, quoties mulier in quolibet contractu, ſiue re, ſiue verbis, literis, vel conſenſu, pro alio, ſiue patre, marito, vel filio, aliave quacunque perſona intercedit, l.2.§.fin.ff.ad vell.cui adde, quòd pluribus modis dicitur mulier intercedere: primo, alienam obligationem in alterius perſona iam natam: in ſe transferen.puta, quod Titius Seio debebat: mulier eidem ſeio promiſit animo nouandi, alios autem modos ponit Tremol. vbi s̃.vbi not.xj.caſus, in quibus ceſſat velleianum, de quibus vide etiam Catel.ver.mulieres iuuantur, vbi quòd poſſunt ei renunciare, & tunc iuramento obligantur, premia tamen certioratione, quam concl.declara, vt per eum ibi, & per Iaſ.in l. duobus.§.item pomponius.col.2.& 3.de iureiur.& vide doc. in apoſtill.ad Bar.in l.ſi mulier.§.fi.ff.ad vell. Quid de muliere quę fideiuſſit cum iuramento? an teneatur cum effectu, etiam ſi non renunciauit velleiano? & dic, vt per Alex. conſ.146.lib. 7.vbi concludit quòd ſic, licet doct.in apoſtil.ibi teneant contrarium, cuius tamen Alex.ſententiam ſequitur Rol.conſ.25. nu.14.lib.2.quòd obligetur mulier quæ renunciauit velleiano, quo caſu, querunt etiam doct.an certiorari debeat mulier velleiano renuncians? qua in q. aliqui concludunt quòd ſic, inter quos eſt Soc.lib.com.opi.ver.renunciatio mulieris.Capel.Thol.q.37.vbi Aufr.docet cautel.ad euitan.opinio.repugnantiam, quæ cautela eſt, quòd mulier renunciet cum iuramento, quam opinio.ſequitur Suarez.lib.commun.opinion. in verſ. velleiani. licet in contrarium videatur ſtare Bar.in l.ſi. quis ſub conditione. numero 19. ff. de teſtament. tutel. vbi quòd non renuncietur velleiano, ſecundum veriorem ſententiam, pro qua vide quæ ſcribit Iaſ.in l.in repudianda. ff. de acquirend.hæreditat. contrariam tamen communem dicunt doctor.in apoſtill.ad Bar.in l.2.& in l.doli mali. poſt nume.2. ff.de nouat.de qua vide quæ ponit Cæpol. cautel.196.& ſeq. vide quòd certioratio tutius fit per iudicem, vel alium peritum, de conſenſu partium, quam cautel.improbant Alexand. & Fulg.in l.ſciendum.de verbor.obligat.dicen.ad euitan.opinio. ſcriben. eſſe in inſtrumento diſpoſitionem velleiani cui mulier renunciat. quæ certioratio an fieri debeat ſtan. iuramento, vel illud ſufficiat? dic, vt per Iaſ.in d.l.in repudianda.ff. de acquirend.hæreditat.Port.libr.4.conclu.33. accedit, quòd iuuari poteſt. ſenatuſconſult. velleian. exceptione mulier, ſi pro marito, vel alio ſe obligari paſſa ſit, qua etiam poſt ſententiam vti poteſt, quia directſententiam non impugnat, teſte Imbert.in d.Enchirid.iur.gall.verſ.mulier. vbi declarat,& prac. docet in duobus caſibus ibi relatis. vno, in quo mulier vnà cum marito inſolidum ſe obligauerat erga creditorem: altero, in quo pro marito carceribus liberando ſe obligauerat, de quo velleiano vide quæ ſcribit Roland.in conſilio ſecundo.numero quadrageſimoſeptimo.libro primo.Bal.conſilio quinto.libro quinto.in capit.ex reſcripto.doctor.in capi. cum contingat.de iureiurand.Caſtr.conſilio octauo. libro 2. Tiraq.de leg.connub.gl.8.num.285. Alexan.conſilio vigeſimoſeptimo. numero ſexto. libro primo. quibus adde, quòd licet mulier regulare tuta ſit velleiano, ſi fideiubeat: tenetur tamen ſi fideiuſſerit de ſoluenda dote, l.fin. C.ad velleianum. Nat.conſilio quinquageſimoſecundo. columna quinta. & fac.quæ not.Iaſon.in l.de die.§.qui mulierem.numero tertio. ff.qui ſatiſdar.cogant. vbi limitat iura quæ volunt mulierem non poſſe fideiubere etiam pro marito: quia iuuatur velleiano.authentic.ſi qua mulier.C.ad velleianum.in l.1.C.ne vxo. pro marito. Nam illa iura, inquit ipſe, limitantur per text.in d. §.qui mulierem.niſi vx.fideiuberet pro marito in cauſa fundi dotal.quia tunc bene poſſet.quid in marito? & quòd poſſit eſſe fideiuſſor pro vxor. in omni caſu ciuili, ſiue criminali.not. idem Iaſon.in l.fideiuſſor. §.prætor ait. in princip. ff.qui ſatiſdar.cogant.

Mulier poteſt eſſe executrix, non ſolùm in negotiis, ſed etiam in vltimis voluntatibus ad pias cauſas, vt dicit Bald.in l. id quod pauperibus. C. de epiſcopis & clericis. Leges enim quæ repellunt mulieres à limine iudicij loquuntur, quando non ſuo nomine habent actionem, ſed volunt fungi nudo miniſterio, iuxta l.qui aliqua. §.quanquam. ff.de negot.geſt.ſecundum Baldum ibidem, cum quo cæteros tranſire refert Benedict.Capr.in tractat.executionis teſt.memb.2. num.45. vide s̃.Fœmina.

Mulier ne remaneat indotata, poteſt in ſubſidium recurrere ad bona mariti, quibus legitimè renunciauit, quæ concluſio fallit, niſi mulier iuraſſet, quia tunc excluderetur, ſecundum magis communem per Burſat.conſilio quinquageſimo ſexto. numero decimoquinto.libro primo.cui adde quæ ſcribit Roland.conſilio ſeptuageſimo.libro ſecundo.vbi quærit an mulier poſſit renunciare iuri hypothecæ, ſi maritus habeat bona, ſuper quibus mulieri conſulatur in caſu dotis reſtituendæ: & dicit, quòd ſic, ſecundum communem opinionem, ſecus ſi non habeat alia bona.Roland.d.conſil.in princip.quam concluſ.ampliat procedere etiam ſi maritus tempore renunciationis haberet alia bona, ſed non tempore repetitionis dotis: quia tunc vxor poſſet agere, & habere regreſſum ad bona alienata: vt d.conſ.n.20.pro qua concl.vide Afflict.deciſ.311. & 313.Pariſ.conſ.75.n.17.lib.3.tex.l.etiam.l.iubemus.in aut. ſiue à me.C.ad vell.Bart.in l.mæuia.§.fi.ff.ſolut.ma.Et ꝙ non poſſit mulier in ſubſidium recurrere ad bona mariti, quibus aliàs legitimè renunciauit cum iuramento, magis commun. dicit Burſ.conſ.56.n.15.vbi alle.Mich.Graſſ.com.opin.lib.1.

c.10.q.6.ca.7.q.12. cuius contrarium videtur tenere Pariſ.d. conſ.75.n,13.& ſeq.lib.3.ſed Rol.d.conſ.70.n,20,& 25.ſuſtinet renunciationem iuris hypothecę iuratam marito nõ exiſtente ſoluendo,valere, intelligendo tamen vim iuramẽti,vt per eundem d.conſ.n,33.& 34.

Mulio portans res meas ſuper mulo ſuo ſi non ſoluat pedagium , non confiſcantur res meas ſed ipſe mulio præſtat ipſarum rerum æſtimationem,ſecundum Barto.in l.fi. C.de naui. nõ excuſ.lib.11.de quo per Alex.in l.cotem ferro.§.dominus. ff.de publican.& in l.1.C.vt mero priuat.& cum.conſ.5.incip. nauta quidam. P.And.

Mulio tenetur ſi accedendo per viam inſolitam derobetur. Iaſ.in l.1.ff.ſi quis caut. idem.

PRO.multa fiunt incidenter per directum.quę principaliter directè fieri non poſſent.l.quoties. C.de iudi.l.cum ciuili. C.de ord.cog. Bell.

PRO.Multa fiunt propter ſcandalum euitãdum, quæ aliàs non fierent.l.qui cedem.ff.ad l.Corn.de ſicca.c.cũ teneamur. extra de præb.

OBIEC,contrà de c.qui ſcandalizauerit.ext.de reg.iur. vbi vtilius naſci permittitur ſcandalum,quã veritas relinquatur.

SOL.ibi de veritate bonæ vitæ,quæ propter ſcandalum relinquenda non eſt:ſecus in veritate diſciplinæ, vel iuſtitiæ, vt hic,& ibi vide gl. idem.

PRO.Multa fieri prohibentur,quæ ſi facta fuerint,tenent.l. patre furioſo,ff.de his qui ſunt ſui, vel alieni iur.c.ad apoſtolicam.de reg.ext.in can.neque furioſus.33.q.2. idem.

PRO.Multæ hominum ſpecies,& rerũ diſcolor vſus, Velle ſuum cuique eſt,nec voto viuit̃ vno.gl.in fi.ff.de off.p̃tor.

PRO.multa tolerantur per patientiam,quæ ſi deducta fuerint in iudicium exigẽte iuſtitia,non debeant tolerari.c. cum iamdudum.extrà de præb. idem.

PRO.Multa tranſeunt cum vniuerſitate,quæ aliàs nõ tranſirent.in modicis.ff.de contr.emp.l.quædam.ff.de acq.rerum dom.l.1.ff.de fun.dot.

OB:contra de l.perinde.& l.ſi patroni filius.ff. ad Treb.vbi operarum pactio & iura ſepulcrorum non tranſeunt cum vniuerſitate ad fideicommiſſarium,ſicut nec ſpecialiter tranſire poſſent.

Hæc regula fallit in iurib. ſepulcrorum, & obligationib.operarum,ſecundum gl.in d.l.quædam.

PRO.Multæ hominib,viæ ad malum ſunt.in §.mitiores.in auth.de nup.coll.3. Bellon.

PRO,multo tempore diſce,quæ poſtmodum doceas,& inter bonos ſemper ſectare meliores.ca.ſic viue.16.q.1. idem.

Multi dicuntur quatuor.l.j.§.hoc reſcriptum. ff.ad ſilla.no. in §.fi.inſti.de iu.perſo.Alex,in l.1.cc.9.col.de leg.1.

Imo tres dicuntur multi.Alex.in l.licet imperator. ff.de le.1.Bal.in l.excuſantur ff.de excuſ.tuto. & in l.2.§.1.de his qui no.infa,

Etiam duo dicuntur multa.Alex.in l.imperator.col.5.ff.ad treb.Cor.in 4.vol.conſ.199.ver.profecto.al.text.inſti.de iure perſo.in fi.& ibi Ang.Ale.in l.ſæpe.col.1.de re iud.dicit quòd multis vicibus factum dicitur. quod bis duntaxat factum eſt. Ang.in §.ſingulorum.inſti.de re.diuiſ.vide Alb.in 1.par.q.10. P.Andora.

Multum tempus. quandoque capi. pro triennio.l.1. & ibi doc.max.Iaſ.C.de fideic.

Alibi accipi.pro quinquennio & biennio.§. multum cũ gl. inſtit.de literarum obl.l.in contractibus.cum gloſſ. C.de non num.pec.

Et quomodo intelliga. multum temp⁹. ponit remiſſiue Iaſ. in d.l.1.col.3.in fi. P.Andora.

PRO.Multiplex innoxiæ paupertati incommodum infligi non debet.l.omnes.§.præterea.C.de ſacroſ.eccl. Bellon.

P R O. Multitudo numeroſa nihil habet honeſtum. §.1. in auth.de referendar.coll.3. Bellon.

Muros qui alterius ciuitatis,quam Romæ tranſcendit,non alias pœna luet, quàm quas iudicis arbitrium ſtatuerit. commune aiunt Rol.conſ.84.n.25.lib.2.I.Cla.in pract.§.vlt.q.68. verſi,muros.quod magis humanitate pœnarum mitigatrice, quàm ſolida aliqua iuris ratione innititur. ſed hæc alibi vberius. E.Suarez.

Munera ſiue onera perſonalia miſta,qualia ſunt illa quæ exhibentur corporali obſequio, alienis ſumptib.abſque erogatione proprij patrimonij,vt dicit Inn,in ca.non minus. de immun.eccleſ.Bart.in lege reſcripto.§.ſciendum.ff. de munerib, & honorib,laicus cogi poteſt præſtare,& ſimiliter ciuis in loco in quo eſt ciuis,etiam ſi alibi domicilium habeat,ſubire debet.lege Incola iam.ff.ad municip.l.2.C.de munerib.& honoribus lib.10.vt tenuit Dy. & Old.quos ſequitur Bart.d.l.reſcripto. § ſciendum, & ita communiter teneri refert Bened.capr. regula 96.nu.14. Licet autem clerici regulariter ad tale cogi nequeant, id tamen inter alia fallit ſi habeant poſſeſſionem à principe quia tunc ad onera perſonalia tenentur,vt ſunt Angaria,& Parangaria,vt notat.in ca.non minus de immunitate eccleſiarum per Inn.& D.Ant. & ita communiter teneri ibid. n.21.Bened.refert.

PRO.Mutare formam nocet.l.prlatam.C.de ſent. & interlo.om.iud.l.non ſunt liberi.ff.de ſtat.hom. Bellon.

Mutus poteſt præſtare teſtimonium gl.3.q.9.cap.teſtes,& eſt communis concluſio,ſecundum Ant.& Præpoſ.in c. cum apud.de ſponſal.vt refert,& ſequitur Alciat.in rub.extra de iureiur.n.13.& dicit eam opinionem ſibi placere,& eſſe approbatam in practica. B.Villal.

Mutus & ſurdus natura licet teſtari non poſſit,lege diſcretis.C.qui teſtamenta facere poſſunt,tamen ſi ex accidẽte mutus vel ſurdus ſit,& ſcribere norit,teſtari poterit,etiamſi ſtatutum diſponeret quod poſſit teſtari , niſi id à principe cui hoc ſolum reſeruatum eſt, haberet, lege ſi mutus, ff.de teſta.l.1.§. de qua re.ff.de poſtul.quod voluit Bart.in l.ſi quęramus.ff.de teſtam.& Imol.in d.c.quia ingreſſa.eo.ti.Surdus verò,ſi idem non mutus,rectè teſtari & codicillari poterit, dic.l.diſcretis.l. mutum.& ibidem no.ff. de legatis tertio, quod communiter teneri refert Bened.capr.reg.103.n.22.

Muto ac ſurdo,cùm teſtari nequeat,perinde atque furioſo ac prodigo pater exemplariter ſubſtituere poteſt , cùm enim eadem iuris ſit ratio,ęquum eſt permiſſionem legis ad caſum ſimilem quoque extendere,iuxt.l.Gallus.§.& quid ſi tantum. ff.de liber.& poſthm.prout voluit Barto.poſt Gulielmum de Cuneo,& Rayne.in l.ex facto.ff.de vul.& pup.& Bald.in l.humanitatis.C.de impub. & aliis ſubſtitutionib. quod cõmuniter teneri ſecundum Imol.in ca.Raynutius.de teſtamentis.refert Bened. capr.in tractat ſubſti. poſt regulas poſito in ſpecie 3.n.46.

Mutus non poteſt eſſe tutor.l.muto.ff.de tutel.faciunt no. per Bal.in l.1.§.mutus.ff.eo. P.And.

Mutus an poſſit contrahere matrimonium. Alex.in l.ex facto.col.1.ff.de vul.& pup.tenet ꝙ ſic.& ibi Iaſ.col.1. & ad ca. tue de ſponſ.vbi habetur.quòd in m̃rio requiruntur verba reſpondetur ꝙ intelligitur in valentib.loqui.habetur per Bar.in l.mutum.ff.de acq.hæred.adde.Barb.in 2.vol.conſi.59.col.8. & Iaſ.in l.diſcretis.col.2.& in fi.com̃.C.qui te.face.poſſunt.

Amplia etiam ſi ſit mutus & ſurdus ſimul.Iaſ. in d.l.diſcretis col.2.per c.cum apud de ſponſa.ſic inducen.nam dicit tex. vt.mutus & ſurdus poſſit alicui matrimonialiter copulari. & determinat ꝙ ſic.ponderat quòd dic.in ſingul.poſſit.ergo.loqui.in vna pᵃ in qua vtraque qualitas ſimul cõcurrebat.& ſic erat ſiř mutus & ſurdus alias tex.dixiſſet in p̃ri.poſſint Alex.in l.1.col.1.ff.de verb.obl.

Limita tamen niſi eſſet mutus & ſurdus à natura.quia tunc non poſſet contrahere. matrimonium. nec carnale nec ſpirituale & ſic non poſſet religionem profiteri. ſecundum doct. in d.l.diſcretis.& ibi Iaſ. in fi. qui etiam alleg. doct.in dict.l.ex facto.& in dict.l.mutum. & in dicto capit.cum apud. P.Andora.

Mutus & ſurdus à natura.non poteſt teſta.nec vltimam voluntatem conde.d.l.diſcretis.& ibi doct.Phi.in rub.de teſta.in 6.col.5.

Limita in milite.vt volunt communiter doc.in d.l. diſcret. vbi tamen vide Iaſ. hanc limitationem. ſubtiliter impugnantem.

Limita etiam niſi teſte.ad pias cauſas.ita firmat Alex.in d.l. diſcret.ſed Iaſ.ibi tenet cõtrarium.al.Lud.ibi.& Bal.in l.1.col. 2.C.de ſa.ſan.eccl.Phi.vbi s̃.tenet hanc vlt.col.

Limitat etiam Alex.ex diſpo.principis,quia tunc poterit teſtari.

Sed etiam in hoc.contrarium.tenet Iaſo.ibi.al.multa. max. Are.in l.ſi mutus.ff.de teſta.vbi hoc.tenet viua ratione. quam vide per eum.

Mutus & ſurdus à natura.non poteſt donare.doct.maxime Iaſ.in d.l.diſcret.col.2.al.gl.in l.qui id quod.§.mutus.ff.de dona.quam ſeq.ibi doct.& in aliis multis locis.licet.Pau.de caſt. ibi,& Bal. in lege, iure militari, ff. de teſta. mil. teneant contrarium.

Simpliciter autem mutus poteſt donare.Alex. in 1.vol.cõſ. 12.col.1. idem.

Mutus & ſurdus per accidentiã.poteſt teſtari ſi ſciat ſcribere,& non ař. dict.l. diſcretis. & ibi doct.Phi. in dict. rubric.in quinta columna.

Nec poſ



Nec poſſet per ſta.ař induci.doct.maxime Iaſ.ibi.col.3.

Mutus & ſurdus ex accidẽti poteſt donare. Alex.in l.1.col. 1.ff.de verb.obl. idem.

Mutus tantum.ita demum poteſt teſtari.ſi ſciat ſcribe.d.l.diſcret.& ibi doc.

Nunquid autem poſſit nutu codicillos face.vide doc.maxime.Iaſ.in d.l.diſcret.

Mutus an poſſit eſſe teſtis. Iaſ.remiſſiue. in dict.l.diſcretis. in fi.

Mutus an poſſit torqueri. & an per confeſſionem factam ſignis.poſſit corporař.puniri.Iaſ.remiſſiue.in dict.l.diſcretis. in fi.

Et ibi ponit etiam remiſſiue quař notarius debeat confice.inſtrumẽtum de actu geſto per mutum. & idem remiſſiue ponit.in l.item quia.in 3.no.ff.de pac.

Mutus & ſurdus non cogi. eſſe ſindicus. ſed non excuſatur à tributis & collectis. Bal. in l. prima. §. mutus. ff. de tutel. idem.

Muto & ſurdo dandus eſt curator.Alex.in l.1.in prin. ff.de verb.obl. idem.

Mutuans pecuniam ludẽti,licet id iuxta veriorem & communiorem doctorum opinionem repetere poſſit,id tamẽ inter alia fallit in colluſore,quia lex pręſumit dolum interueniſſe, & in eodem ad reſtituendum compellit, quemadmodum refert Bened.Cap.reg.86.n.72.vide s̃.Ludus.

Mutuanti pecuniam ad alicuius rei emptionem non aliter in re illa ſui ipſius nummis empta quęretur hypotheca,quam ſi expreſſim ita inter ipſum, ac debitorẽ conuenit. commune inquit Bald.in authentica quo iure.in fi. C. qui pot.in pignore habean. E.Suarez.

PRO.Mutuum quaſi de meo tuum fiat, dictum eſt.l.2.§.appellata eſt autem mutui datio.ff.ſi cer.pe. Bellon.

Mutuum non ideo minus mutuum erit,quod cõtrahentes paciſcuntur,vt illud in deteriori cõditione reddatur.commune inquiunt Iaſ.lect.1.n.2.& lect.2.n.21.Purpur.n.4.in l.cum quid.ff.ſi cer. pe.defendit Zaſ.lib.1.ſingular.intellect.c.2.n.5. Bellon.lib.1.ſupputa.c.5.Nec itẽ mutuum eſſe deſinet,quod debitor eandemmet pecuniam, quam mutuo accepit, inuito etiam creditore,ac nulla inde tamen re læſo ſoluat commune affirmant Dec.in l.2.lect.1.num.8.ff.ſi cer.pet. Viuius.lib.1.opin. 60. Tum demum autem mutuum repeti poteſt.cum vel longa ſolutionis mora interuenit,vel facilis atque commoda ſolutio eſt. vt receptiſſimum ex Ripa. & aliis ſcribit Eman. à Coſta in l.ſi ex cautione,limitat.2.nu.6.C.de non numer.pec. E.Suarez.

Mutuum. dici. quòd de meo fiat tuum.l.2.§. appellata.ff.ſi cer.pe. P.Andora.

In mutuo non poteſt referri qõ dominij.Iaſ.in l.ſi à furioſo. col.4.ff.ſi cer.pe. idem.

Agens ex mutuo an debeat probare numerationem pec.& an proban de cõfe.illius cui mutuauit.debeat obtine. vide.in ver.Probatio.§.13.& ſeq.verſic. idem.

Et quař dica. probatum mutuum per confe. vide Paul. de ca.in 2.vol.conſ.304.alias.302. idem.

Mutuum præſumi.quando probata eſt numeratio pec. Alex.in 3.vol.conſi.37.col.2.in fi.

Libellus in mutuo.ſic forma.dico quòd mutuaui titio.ducatos 10.qr̃ peto ipſum cõdem.ad mihi reſtitueñ.dictos duc. 10.Ang.in §.ſequens inſtitut.de actio.

Mutuans in certam negociationem præfertur aliis cred. Lud.ſing.569.vide in ver.hypotheca.§.13.

Mutuans an poſſit ſtatim age.ad reſtit.Alex.tenet.quòd nõ. in l.ſi pœnam.ff.de verb.obl.

Si mutuum fiat de mea pec.non queri .mihi actio.niſi actũ ſit cum recipiente quòd mutuum eſſet nomine meo.Alex.in l.ſi ita ſtip.§.griſogonus.col.4.de verb.obl. idem.

# COMMVNIVM OPINIONVM,

## SIVE IVRIS VTRIVSQVE RECEPTARVM

Sententiarum, ex diuerſis Authoribus collectarum,

*LIBER XII.*

## N

NATVRALES filij ſuccedunt in emphyteuſi, ſi emphyteuſis ſit data à priuato , ſed ſi ſit eccleſiaſtica,tunc naturales non ſuccedũt, commun.in §.feudum.q.30. P.Fich.

Diſpoſitio.§.ex imperfecto, locum nõ habet in filio naturali.Eſt communis opi.ſecũd. Dec.in conſ.610.viſo themate.nec etiam in legitimato:ſecũdum eius opinionem ibidem : ſed communis eſt in contrarium,in l.Gallus.§.& quid ſi tãtum.vbi Iaſ.Crot.& moder.Hiſpa.de liber.& poſthu. M.Chærian.

PRO.Naturalis ratio auctoritate iuris mutari non poteſt.l. 2.§.1.ff de vſu.ear.rerum quæ vſu.conſu. Bellon.

PRO. Naturalis hominum eſt ad diſſentiẽdum facilitas.l.ſi vnus §.principaliter.ff.de arbitr. idem.

PRO.Naturalis vis,veluti terræ motus nõ præſtatur.l.Martius.ff.locat. idem.

P R O. Naturalis obligatio tollitur ipſo iure per pactum.l. Stichum.§.naturalis.ff.de ſolut.

OBIEC.contra de l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pactis. & §.præterea.inſtit.de except. vbi pactum ipſo iure non tollit obligationem.

BOL. dic quòd pactum ipſo iure tollit naturalem ciuilem autem elidit tantum,vt in contrariis. Bellon.

PRO.Naturale vitium eſt negligi,quòd communiter poſſidetur.l.2.C.quand.& quib.quar.par.deb.lib.10. idem.

PRO.Naturalia nõ poſſunt tolli.l.eas obligationes.ff.de ca. diminut.l.ius agnationis.ff.de pact.l.iura ſanguinis. ff. de reg. iur.& §.pe.inſtit.de iure natur.gent.& ciuil.& §.at hi qui inſti. de hæred.ab inteſta.

OBIEC.contrà,quia ius cognationis eſt naturale,& tamen tollitur per capitis diminutionem maiorem, aut minorem.in §.fi.inſtit.de leg.agn.tut.iuncto §.cum autem. inſti.de ca.dimi.

SOL.Tollitur ibi quantum ad ius ſuccedendi ſeu tutelæ:ſecus quoad conſanguinitatem naturalem.

OBIEC. item ius libertatis, quod eſt naturale, tollitur iure gẽtium.§.ius autem gentium, inſtit.de iur.nat. gent.& ciuil.l. manumiſſiones.ff.de iuſti.& iur.

SOL. dic quod nihil tam naturale eſt, quam vnũquodque eodem genere diſſolui, quo colligatum eſt, omnis.n. res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.l. nihil tã naturale.ff.de reg. iur.c.1.de reg.iur.ext.ſed libertas à iure naturali deſcendit.non mirũ igitur,ſi & tollatur per ius gẽtium, quod eſt naturale.§.ſingulorum.inſti.de rer.diuiſio.

OBIEC.præterea obſtat,quia ius naturale vult neminẽ fieri debere cum alterius damno locupletiorem.l.nam hoc natura.ff.de condi.indeb.& tamen per vſucapionem quis rem alienam acquirit cum alterius damno.

SOL.dic ꝙ æquitas ſcripta in ſpecie præfertur æquitati ſcriptæ in genere,& vide Dy.in reg.locupletari.de regu.iur.in 6. Vel ſol.generaliter dicendo,ꝙ ius naturale in ſuo genere tolli non poteſt, tamen in ſpecie poteſt, vel dic quòd mutari poteſt,quantum ad obſeruantiam ipſius,ſecus quoad eſſentiam ſui, quia in ſe ſemper bouem, & æquum eſt.ita gl.in l.ius ciuile.ff.de iuſtitia & iur.

PRO.Naturales debitores abuſiuè debitores intelliguntur & qui ab his pecuniam recipiunt,debitum ſibi recepiſſe intelliguntur.l.fideiuſſor obligari.§.fideiuſſor.ff.de fide.

PRO.Naturaliter videtur poſſidere, qui vſumfructum habet.l.naturaliter.ff.de acq.poſſ. Bellon.

Naturalis non ſuccedit in duabus vnciis ſubſtantiæ paternæ,niſi aliquib.concurrentib.& matre vel aliis filiis legitimis & naturalib.non exiſtentib.ex teſtamento verò ſuccedit vt alij filij ſpurij,ſecundum com.per Burſ.cõſ.83.n.1.lib.1.quam declara vt per eum ibi.

Naturalis tantum non admittitur ad ſuccedendum in duabus vnciis ab inteſtato patri , ſi adſint legitimi & naturales, ſi vxor viuat, nec ſit probatum amaſiam matrem naturalis vti vxorem indubitato affectu fuiſſe in domo retentam,ſecundũ communem per Burſ.conſ.62.n.8.lib.1.de qua vide quæ ſcribit Rol.conſ.67.n.77.& ſeq.lib.3.quam concluſionem procedere dicit idem Burſ.d.cõſ.etiam ſi vxor vel filij legitimi repudiarent hæreditatem.

Naturales

Naturales liberi, etſi à parentibus nihil dono, nihil legato nanciſci poſſint, poſſunt tamen ab eiſdem parentibus ſubſtitui aliis liberis impuberibus atque omnino illorum facultatibus potiri, quibus ſubſtituētur. commune aiunt Alex. ac. Iaſ. nu. 3. in l. ſi is quis ex bonis. ff. de vulgari & Rip. in l. Lucius. ff. illo eod. tit. Gulielm. in ca. Raynutius. ver. & vxorem. nu. 69. de teſtam. Matri autem cuicūque naturales liberi, ex alio quocunque coitu, quam ex damnato ſuſcepti, ſuccedent, atque auiam etiam à legitima excludent, commune pronūtiant Caſſado in deciſ. vna. in tit. de ſucceſſ. ab inteſtato, Viuius lib. 1. opi. 137. quod verò ad generis ſtemma attinet, parentum nobilitate non cohoneſtantur, nec generis ſplendore cenſentur. commune ponit Tiraq. de nobilitate ca. 15. Duennas reg. 69. E. Suarez.

Naturales liberi ex parentibus genere, & cenſu diſparibus ſuſcepti quamuis eorundem matrimonium poſtea ſubſequutum ſit, legitimi non efficiuntur. commune ſcribit ex aliis iuris interpretibus aliud ipſe verius, æqus & receptius oſtendēs Did. à Cou. in tract. de ſpōſal. 2. par. c. 8. §. 2. n. 9. vt nec illi eam item ob matrimonij ſubſequuti cauſam netalib. reſtituentur, qui ex concubina non rite habita procreabuntur. commune inquiunt Cur. iun. conſ. 136. n. 9. Crauet. conſ. 166. n. 8. Viu. li. 1. opin. 137. ſed hanc in rem tu videto quæ ſuperius obſeruo ver. legitimatus. idem.

Naturales vel ſpurij liberi inſtar legitimorum ad ſucceſſionem parētum admitti ſtatutis nequeunt. commune aiunt Io. Baptiſt. de ſanct. Seuer. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Viuius lib. 1. opi. 203. Si tamen ius ſuccedendi cum fratribus iuſto matrimonio ſuſceptis habuerint, ſubſtitutum indiſtinctè excludent, commune ponunt Dec. in ca. in præſentia, n. 43. de probat, Ema. à Coſta in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. vlt. par. n. 62. ff. de lib. & poſthu. Quem etiam excludēt, tametſi teſtator in dignitate aliqua poſitus ſit. ſi de illis alicubi in teſtamento meminerit, commune aiunt iidem iiſdem in locis Dec. n. 29. Coſta. n. 71. Quin. & iidem liberi naturales conditionem tum tacitam, tum expreſſam generaliter in dubio faciunt deficere, ac ſubſtituto potiores habentur commune pono ex Angel. Pau. & Alc. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. n. 6. ff. ad S. C. Treb. Alc. in l. cognoſcere. §. liberorum. ff. de verbo. ſig. Viuio lib. 1. opi, 138. atque ex aliis, quos ſuperius laudo, ver. filius, quamuis nonnulli neglecto rationis naturalis pondere in contrarium perperam abierint. idem.

Naturales liberi ad eccleſiaſticam emphiteuſim, quæ alicui & eius filiis conceſſa eſt nō admittūtur commune aiunt Rip. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus ī 1. n. 62. ff. ad S. C. Trebel. Pariſ. in c. in præſentia, n. 86. de probat. Quamuis ad emphyteuſim ab aliis indultam generaliter, & indiſtinctè admitti debeant. commune inquiūt Rip. vbi. ſupra n. 58. Pariſ. d. c. in præſentia. n. 87. rub. in l. Gallus §. quidam recte. n. 154. & ſeq. ff. de libe. & poſthum. idem.

Naturales inter liberos conditum imperfectè à patre teſtamentum nullius ponderis ac momenti eſt. commune aiunt Decius. conſi. 610, nu. 2. in finem. Boer. deciſ. 240. n. 13. latè I. Clar. de teſtam. q. 12, in prin. at conditum inter eos nō ſolēniter à matre teſtamentum valebit, ac ratum, firmumque prorſus habebitur. commune affirmant Boer, vbi ſ. Guliel. in repe. c. Raynutius. ver. teſtamentum, 1. n. 84. de teſta. vberius Cla. d. q. 12. ver. & hæc quidem concluſio. idem.

Naturales filias pater iure Pontificio, vbique hac in re valituro, dotare non cogitur. commune tradunt Cur. iun. cōſ. vlt. & qui eum laudat Viuius opi. 138. idem.

Natus ex vxore mea in domo mea, præſumitur meus. l. ſi vicinis. C. de nupt. & l. filium ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iuris, adeò etiam ſi probarem vxorem adulteraſſe. l. miles. §. defuncto, & quòd ibi notant Doctores ff. ad leg. Iul. de adulter. Et traditur communiter in d. l. ſi vicinis, & in dict. l. filium. Socinus iunior in conſil. 67. numero 8. volum. 4. communem ait. E. Muſcul.

Natus ex cōcubina in domo retenta, præſumitur filius concubinarij. vt eſt textus & ibi no. Abb. in 1. notab. in c. per tuas. extra de probatio. Eſt de hoc communis doctrina Fel. Deci. & aliorum, & etiam gl. communiter recepta in c. Michael. de fil. Presbyt. & tradit hoc etiam Gozad. in conſ. 12. in hac cauſa. vbi alios plures allegat, vt per Socinum iunior in conſ. 67. n. 9. vol. 4. idem.

Natos ex damnato coitu ita lex abhorret, vt nolit eos ſuccedere nedum patri, ſed nec etiam matri, iuxta Auth. ex complexu, & ibi tradita per gl, & Doc, C. de inceſt. nupt. & videtur tex. in auth. licet, in fi. C. de natural. libe. Et in filio ſacerdotis eſt pulchra deciſio Archidia. per illum tex. in cap. cum multæ, in fi. 15. q. 8. Nam cum ibi tex. ſimpliciter dicat, filios ſacerdotis ad hæreditatem admittendos non eſſe, dicit ibi Archidia. poſt Lauren. antiquum doct. quem allegat, quòd debet ſimpliciter intelligi de hæreditate, tam materna, quam paterna, vt per eum. Et quòd natus ex coitu accuſabili, ac punibili, etiam matri non ſuccedat, tametſi largè ſpurius dici poſſit, eſt gl. nota. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic. quam ibi ſequūtur Cy. Bart. Odof. Alberi. Pau. de caſt. Salicet. Fulg. & alij communiter. Et Bar. in l. fi. in 1, & 2. q. ff. de his, qb. vt indig. & eſt de hoc magiſtralis doctrina Ang, in §. fi. n. 18. in auth. quib. mod. naturales effic. ſui. &c. Et ita etiam firmat Alex. in conſ. 174. ſuper eo, de quo quæritur. lib. quinto. Et nouiſſimè dicit Cur. in d. l. ſi qua illuſtris, quod à tali opinione, nullo modo in deciſiuis eſt recedendum. vt hæc refert Soc. iun. in conſ. 48. nu. 8. vol. 4. E. Muſcul.

Nati ex illicito coitu indiſtinctè ex teſtamento capiunt, ſecus verò ex damnato, ſecundum communem per Burſ. conſ. 76. n. 34. li. 1. & vide quæ idem ſcribit conſ. 62. n. 7. cōſ. 1. n. 32. conſ. 83. n. 2. eodem.

Naturalis non legitimatur, niſi expreſsè de legitimis & naturalibus fiat mentio, ſecundum communem per Burſ. conſ. 76. n. 23. lib. 1.

Naturales tantum filij non excludunt filiam fœminā legitimam & naturalem, vigore ſtatuti excluſiui fœminarum, ſecundum communem per Burſat. conſilio 98. numero 14. lib. 1.

Naturalis verè non præſumitur, niſi probetur, etiam quòd pater illum naturalem in teſtamento nominet, & licet habeat vnde ſe alat: eidem tamen legari & donari poteſt, ſecus verò nato ex damnato coitu, licet earum matri donari & legari poſſit, ſecundum communem per Burſ. conſ. 62. n. 7. lib. 1. vbi latius declarat.

Naturalis filia conſequitur Alimenta à patre, vel ſuis heredibus, ſecundum communem per Burſa. conſ. 60. numero 7. libr. 1.

Naturalis non conſequitur alimenta ſi habet exercitium aliquod vnde viuere poſſit, ſecūdum magis communem per Burſ. conſ. 83. n. 2, lib. 1.

Naturalis tantum admittitur ad feudum conditionatum, vel ad empyteuſim laicorum, ſecundum communē per Burſ. conſ. 85. n. 10, lib, 1,

Natus ſexto vel octauo menſe, qui naturaliter viuere non poteſt, habetur pro mortuo, nec ſuccedit nec facit deficere fideicommiſſum, ſecundum communem, in quo ſtatus dicto matris, nec fœmina in feudo excluditur per maſculum, qui poſt patrem illico decedat, ex communi per Burſ. conſ. 63. n. 18. lib. 1. vbi pulchrè declarat, & ibi quomodo mēſes nouem in filiorum natiuitate conſiderentur: & quòd filius dicitur natus nono menſe: dummodo de nouem lunis tetigerit in ventre matris.

Natus infallibiliter moriturus, facit deficere fideicommiſſum ſub illis verbis, ſi ſine liberis, iuxta veriorem ſententiam per Burſ. conſ. 63. poſt n. 19. lib. 1.

PRO. Necare videtur, qui alimenta denegat. l. necare. ff. de lib. agnoſcen. Bellon.

PRO. Neceſſaria alienatio non venit in prohibitione alienationis, ſed voluntaria. l. peto, §. prædium. ff. de legat. 2. Bellon.

PRO. Neceſſariæ electionis facultas propriè liberalitatis beneficium non eſt. l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia, ff. de leg. 2. idem.

PRO. Neceſſitas non habet legem. in l. 1. vbi not, ff. de offic. conſ. in capit. quanto. extra, de conſue. in capit. 2, extra de obſer. ieiu. in capit. quòd non eſt licitum, extra de regul. iur. idem.

Neceſſitas extrema inculpatam furtis non petulantibus feneſtram aperit. vt frequentibus doctorum ſuffragiis clementer inductum conſtat ex Marian. in cap. ſi quis propter. num. 12. de furt. Cagnol. in l. quæ propter neceſſitatem nume. 3. ff. de reg. iur. Nec quidquam reſtituere cogetur factus poſtea ditior qui ea vſus eſt. commune aſſerit ſumma Sylueſtr. quam refert Didac. à Couarru. in repet. capit. peccatum, & cum improbanda diſtinctione probat Iul. Clarus in practic. §. furtum. verſic. vidi. verius etenim indiſtincte contrarium eſt: quod etiam commune effatur Mari. vbi ſupra. Sed ea de re alibi copioſius. E. Suarez.

Negans præceptum, de omni actu; deque omni vice intelligi debet. commune proferunt Alcia. ac Tiraq. limit. 7. in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignifi. Marc. Mantua. de ſoluend. argument. poſt princip. Emanuel à Coſta in lege, cum

tale. §. ſi



tale. §. ſi arbitratu. limita. 5. n. 2. ff. de condi. & demōſtrationib. E. Suarez.

Neceſſitas Non eſt legib. ſubiecta. l. 1. C. de oper. lib. l. 1. ff. de off. conſul. doc. in l. 2. ff. ſi cer. pe. P. And.

Propter neceſſitatem licet piſcari in diebus feſtiuis c. licet. & ibi no. ext. de feriis. & faciunt multa accumulata per Fely. in c. querelam. col. 4. de iure iur. & in c. cum acceſſiſſent col. 8. de conſt. & in c. 2. in fi. com̃. de ſponſ. & per Iaſ. in l. 1. col. 25. ff. de officio. eius cui mand. eſt iuriſd. & per Barb. in 3. vol. conſ. 1. in 22. & ſeq. maxime. in 28. vbi ponit an neceſſitas & publica vtilitas ſint idem. idem.

Magis ſuccurri. poſito. in neceſſitate quam in voluntate. l. rem legatam. ff. de adimen. leg. l. fideiu. §. ſi necīa. ff. qui ſatiſd. cog. Alex. in l. diuortio. col. 14. ff. ſol. ma. Feli. in c. cum bertoldus col. 9. in prin. de re iud. & in ca. de hoc. extr. de ſimo. Alex. in 4. volu. conſ. 32. colum. 2. Barb. in 3. volu. conſ. 91. in 7. col. idem.

In neceſſitatibus Nemo liberal̃ exitit. d. l. rem legatam. Iaſ. in l. ſi arrogator col. 14. ff. de adop.

Et propterea vide. ꝙ minus merea qui ieiunat ex voto. quā qui ex libera. voluntate. de quo. eſt gl. in ca. fi. de obſerua. ieiu. & in c. qui ſint 33. q. 5.

Sed gl. tenet contrarium in clem̃. 1. § ſinglis. & ibi Card. de reliquiis & vene. ſancto. & Phi. ī c. accuſatus. §. fi. de hære. in 6. Pan. in c. magne ext. de voto. idem.

Tempore neceſſitatis omnia communia. Fel. in c. omnes leges. col. vlt. diſtinct. 1. Pan. in ca quoniam de ſimo. & in ca. ſi quis. de fur. Bal. in l. 2. §. ſed ſi voluntate. ff. ad l. Rhod. de Iac.

Neceſſitas fac. actum probabilem. & prælatus ob magnam neceſſitatem poteſt alienare. & infeudare ſine conſenſu capituli. præpo. 1. ti. feu. c. j. col. 3. ad 1. vide Bal. in l. 1. in repe. col. 4. C. vnde vi. idem.

In caſu neceſſitatis poſſunt prælati congregare concilium irrequiſito Papa Fel. in capit. ſuper literis. in 11. colum. de reſcript.

Faciunt quæ habentur. per eundem. Fel. in ca. nonnulli. col. 22. de reſcrip. & per Iaſ. in l. omnes pli in 1. lect. in fi. ff. de iuſti. & iure. in l. 1. in 24. & 25 col. ff. de officio eius in l. principalib. col. 2. & 3. ff. ſi cer. pe. in l. adino. in 102. col. ff. de iur. iur. & in l. teſtamenta omnia. C. de teſta. in quibus loc. infinita adduc. ad propoſitum.

Fac. etiam quod vult Ang. in l. diuus ff. de peti. hæred. vbi dicit ꝙ ſi ex ſta. prohibea. quis face. propoſtā in conſ. poterit tamen ita face. tempore neceſſit.

Et neceſſitas fac. actum probabilem. Pan. in c. tua. nos. maxime. nu. 8. de eccl. ædifi. vbi dicit quòd neceſſitas fac. ceſſare iuris ſolennitates.

Neceſſitas & vtilitas pu. ſemper intelľr. exceptata in omni priuilegio. ita doc. moderni. in l. iubemus: C. de ſa. ſan. eccl. dixi latius in ver. priuilegium. §. 46. idem.

Neceſſitas excuſat à furto. Pan. in d. c. quoniam. de ſimo. & in ca. ſi quis de fur. Card. in clem. 1. de homic. in 5. op. Cepo. in aut. ſed no. iure. col. 17. de ſer. fug.

Non tamen excuſat mulierem à fornica. Card. vbi ſ.

Omne neceſſarium eſt triſte Bal. in l. neque ab initio C. de nup. idem.

Neceſſitate extrema ductus furtum faciens excuſatur, vt eſt communis opi. Soarez verbo neceſſitas n. 17. Nec illud tenetur reſtituere ad pungiorem redactus fortunam, vt eſt communis opi. ibi. n. 18. Bonac.

PRO. negans ſe dominum dominio vti non poteſt. l. non alienum. ff. de inter. act. Bellon.

PRO. Negantis nulla probatio. l. actor. C. de probat. cano. accuſator. 6. q. 5. idem.

Negans primò ſi poſtea fateatur, obtinet priuilegium confitenti conceſſum, iuxta communem per Burſ. conſ. 79. nu. 7. lib. 1. pro qua vide quæ not. doc. in Apoſtil. ad Rom. conſ. 70. n. 6. vbi tangunt quæſt. an is qui primò negat, mox pœnitentia ductus confiteatur, beneficium confeſſionis conſequi valeat? de quo per Iaſ. in l. ſicut autem. §. fi. 3. limitat. ff. de re iudi. Bart. & Iaſ, in l. eum qui. in prin. n. 3. ff. de iureiurand. Iaſ. in §. omnium. n. 86. in §. ex maleficiis. n. 28. vbi Gomeſ. nu. 40. inſtit. de act. & vide Clarum in pract. q. 81. ſtatut. 9. in fi.

Negans homicidium commiſiſſe, ſi conuincatur, poteſt dicere ſe ad ſui defenſionem feciſſe, vt eſt cōmunis opi. de qua Cagnolus poſt alios. in l. nemo ex his. num. 4. ff. de regul. iur. Bonacoſſ.

Negans in delictis, non eſt in dolo, & ideò non punitur quia ſcriptum eſt. Non tibi dico, vt te perdas. Boer. q. 134. per totū. & negans illud, quod ſi confeſſus fuiſſet, non potuiſſet ei præiudicare, non facit indicium hæc ſua negatio, nec ei præiudicat, vt dicit Marſ. in conſ. 51. n. 67. & conſ. 15. & Mantua cōſi. 213. circa fi. in 1. vol. vbi dicit hoc eſſe veriſſimum, & dicit Io. de Amicis in conſ. 134. quòd inquiſitus poteſt negare impunè, & variare, & hęc negatio non facit indicium ad torturam, etiam quòd aliàs eſſet fur. Nam mendacium non punitur, niſi in caſibus à iure expreſſis. Menochius de arbitrio iudicis. caſu 276. numer. 8. Burſat. conſil. 21. communem dicens. Lucius inter conſilia crim. conſ. 160. n. 33. tomo 1. Clar. qu. 21. ver. mendacium. & negans etiam cum iuramento non dicitur periurus in criminali, vt tenet Alex. in addi. ad Bart. in l. 1. ff. de bonis eorum, qui ſibi mor. confiſci. de quo Maran. in pract. vbi de interrogatione agit. n. 9. fol. 185. item negans nō punitur, quando mentitur non circa ſolemnem actum, vel inualidum. Bald. in l. edita. in lec. Padua. in verſ. expedita prima. C. de eden. de quo Cotta rerum memora. verbo negans vide omnino Blan. in l. fi. n. 265. & ſeq. ff. de quæſtio. vbi dicit, ꝙ licet contraria dicere & proponere propter ſalutem. Et mendacium non eſt delictum, cum quis contra dolum & fraudem mentitur, vel cum quis ex officio id facit, dum ſuum alteriuſue ſanguinem redimit, vt dicit D. m. Alcia. de duello. n. 20. nec facit indicium ad torturam mendacium. Folleri. in pract. cri. tit. item quòd ſororem venenauit. nu. 29. & eſt communis opi. vt ſuprà in ver. mendacium. & non punitur mendacium, niſi ī caſibus expreſſis Menochius de arbitrio iudicis. caſu 276. n. 8. Burſ. cōſ. 20. n. 21. vbi communem dicit. item mēdacium nō pręſumitur. l. Labeo. §. Tubero. ff. de ſuppellectili lega. Fortu. in trac. de vltimo fine iuris cano. & ciuilis. n. 478. to. 1. Negligens iudex priuatur officio. Sed hodie officiales negligentia non ſyndicantur. Et ita ſeruat conſuetudo. Clar. quæſt. 64. Bonac.

Negatiua quando eſt cauſa intentionis alicuius, ille qui dicit, probare debet, teſte Bar. in l. ergo ff. quibus. ex cauſ. maior Quæ negatiua probatur etiam per inſpectionem ſcripturæ, ſecundum Bar. vbi etiam Iaſ. col. 3. in l. titie textores n. 2. de leg. 1. Aym. conſ. 1. num. 7. vbi qui allegat negatiuam probare debet, & ibi videt̃ modos. probañ negatiuam, de qua per Dec. conſ. 467 col 3. 483. num. 4. Alex. conſ. 24. lib. 2. pract. Maſueri. tit. de proba. n. 18. Seb. de nullit. c. 7. num 12. caſt. in l. in illa. numer. 3. de verb. ob. vbi quando negatiua eſt cauſa actionis dandæ: ille qui agit & fundat ſe in negatiua, probare debet, contra Reg. quòd negatiua probari non poſſit, & quòd negāti incumbit onus probañ vt in l. actor. C. de proba. & ſic ibi no. caſus contra Reg. doct. in d. l. in illa vbi Iaſ. & in l. is poteſt col. pe. vbi ponit exempla no. & in l. nec is col. 1. ff. de acquir. hær. qua in materia, adde quòd non eſt differentia inter negatiuam & affirmatiuam, quoad neceſſitatem probañ. ſed quicunque eam proponit ad fundamentum ſuæ intentionis ille probare debet, doc. in d. l. in illa quæ negatiua licet difficilioris ſit probationis: non tñ ſimplex eius ꝓpoſitio trāsfert onus probañ in aduerſarium Nat. ꝯſ. 199. col. fi. Quid de teſtibus deponeñ ſuper negatiua? & vide doct. in c. bonæ de elect. in cap. quoniam contra vbi Dec. nu. 18. de proba. Dec. conſil. 56. col. fi. in fi. in l. 1. col. fi. C. de bon. poſſ. ſec. tab Rom. conſil. 24. col. fi. & Dic, quòd ſuſpectus eſt ille qui ſe fundat in negatiua nō coarctata loco & tempore, Alex. cōſ. 65. n. 4. lib. 1. quomodo autem debeant teſtes deponere ſuper negatiua? vide practic. quam docet Nat. conſ. 231. num. 6. Fel. in c. in noſtra de teſtib. Bar. in l. ei qui ff. de proba. vbi Bal. plura dicit, & ponit diuiſionem & in l. actor eo. tit. Alex. conſ. 23. num. 3. lib. 2. Rip. in ca. cum eccleſia ſutrina col. 14. de cauſ. poſſ. & propriet. & quāuis pars negatiua non coarctata loco & tempore, nec habens implicitam affirmatiuam: non grauet negantem onere probañ c. bonæ. el 1. de elect. ſi quis tamen fundet ſe in negatiua principaliter, puta opponendo crimen aut aliud, cogitur eam probare, aliàs ſuccumbit, Feli. in ca. ſuper his col. 7. in fi. de accuſ. & vbi negatiua facti habet annexam determinationem loci, temporis, vel alterius rei, tunc indirectam habet probationem, l. 3. vbi Bal. ff de proba. & tunc teſtes deponeñ de negatiua præferuntur teſtibus affirmañ etiam dignioribus, Bal. tamen ſibi contrarius in l. fi. C. de teſti. dixit, quòd in proba. intuitiua quando teſtes deponunt vidiſſe factum, & in ſufficienti numero, & quando qualitas teſtium eſt approbata in iure: tunc non admittitur probatio negatiua in contrarium, ſed quando negatiua eſt coarctata vt ſupra videtur poſſe probari, quia tunc æquipollet affirmatiuæ, ad prędictam autem cōclu. de teſtibus, Dic, quòd præferuntur teſtes affirmantes negātib. iux. gl. in l. diem proferre §. ſi plures. ff. de arb. niſi plures vel meliores teſtes negarent, remouēdo actum à ſenſu, id eſt, non ſolum aſſereñ ſe neſcire, ſed ſe ſcire hoc non eſſe, quia

æquæ be

æquæ bene videtur probari negatiua ſicut affirmatiua, ex no. per Bar.in d.§.ſi plures Feli.in ca.in noſtra de teſti. quæ omnia declara, vt per Nat.conſ.283.Iaſ.conſ.81.in fi.lib.3.Dec.conſ.127.Rol.conſ.63.n.47.lib.2.poſt Alex.conſ.156.nu.3.libr.5. Quid de teſte deponeñ per taxatiuam tantum, qui tacitè negatiuam aſſeruit? & dic, ꝙ non probat teſte Iaſ.in l.1.nu.12. ff.ſi quis ius di.non obtemp.vbi n.13.quærit an talis teſtis debeat crimĩr de falſo puniri tanquam falſarius, & poſt plura concludit nõ poſſe puniri de falſo crimĩr pro quo vide Dec. conſ.137.cui Adde, quòd negatiua multum difficilis ad probañ inducit præſumptionem cõtra teſtem ſecundum Bal. ꝯſ. 352.col.2.lib.1.Corn.conſ.125.Quæ negatiua poſtpoſita ſigno vniuerſali facit æquipollere ſuo contrario, & ſic vniuerſali negatiuæ, de quo exempla ponit Iaſ.in l. ſi ſeruus §.ſi plurium col.1.in prin.ff.ſi quis cau.cuius negatiuæ.hoc eſt prac. probañ & capĩnadi in ea, vide per Iaſ.in l. inter ſtipulantem 1.reſponſo n.3.ff.de ver.obl. Bal.in l.1.nu.7.de bon.poſſ.ſec. tab.Catel.ver.neg.& omnium melius per vincentium hercu. peruſinum in trac.negatiuæ.

Negatio.fac.rem dubiam.l.3.C.quibus.ad lib.procla.nõ licet.gl.& doc.in l.1.C.de proc.

Fallit ſi probat.contra negantem eſſent in promptu.gl.no. in l.ſi poſt rem.ff.de tranſac.

Et ſĩr.dicit Inn.in c.in tua.de cohabi.cler.& mul.in fi.& in c.ex parte in xp̃o.de verb.ſig. ꝙ per negationem fit res dubia in his in quibus probabiliter. poteſt eſſe inficiatio. in aliis ſecus puta ſi negę.id quod eſt notorium.& idem not.Bar.in d.l. poſt rem.

Idem vbi præſumpt.eſſet contra negantem. vt not.glo.in l. ſi vero.§. qui pro rei qualitate.ff. qui ſatiſd.cog.quam ita alle. Ang.in repe.l.tale pactum.§.qui prouocauit ff.de pact.

Iſta omnia refert Alex.in d.l.1.colum.4. C.de procu.vbi etiam dicit quòd Negatio iudicialis fac.rem dubiam ſecus in negat.extraiudiciali.al.Inn.in c.ven.ext.de cenſi.

Adde in materia.Fel.in c.ſi clericus ext.de fo.comp.& in c. ad noſtram col.1.de prob. & in ca.ſuper eo.de teſt.cogen. P. Andora.

Due negationes faciunt vnam affirmationem.l.duobus veris negatiuis ff.de verbo. ſig.gl.in l.1.vbi doct.maxime Iaſ.remiſſiue C.de ſeruis fug.c.1.& ibi Phi.de proc.in 6.Ang.ĩ prohe.inſti.ver.cumque.

Fallit in teſtibus macharonibus ſeu groſſis Fel.in c.cum clamor in fi.de teſti.

Item quandoque vna negatio habundat Alex.in l.2.§.1.in 2.no.de verb.obl.

Tres neg.faciunt vnam negationem.l.1.C.de cada.punitor. Ang.in d.l.1.C.de ſeruis fug.

Quis negare poteſt id.quod ſemel ad alium effectum confeſſus eſt.gloſſ.not.in aut.item poſſeſſor. C. qui potio.in pig. habe.

Limita quando contra illam cõfeſſionem. iudicatum fuit aĩr non.ſecundum Bar.in l.pamp.§.ſed nec impuberis ff.de inof.te.& ita vult Alex.qui multa al.in l.magiſtratib.circ.2.col. ff.de iuriſd.om.iud.

Vide ſ̃.confe.probat.§.3. idem.

Cui incombat onus probandi neg.vide ĩ.in ver.prob.§.10. cum ſeq.

Quid ſi dicat nego.narrata, &c. vide ſ̃.in verſi.litis conteſt. §.19.

Contra negantes.vide multa per Iaſ.in l.quod te.col.13.ff. ſi cer.pe.

Negans debitum perdit benefi. vt non excuſetur. à mora. propter difficultatem.Lud.Ro.& multi alij.in d.l.quod te.

Fideiu.negans ſe fideiu.perdit benefi.diuiſionis.item excuſſionis.Iaſ.vbi ſ̃. idem.

Negans ſe ſotium. perdit benefi.ne exiga.vltra quam face. poſſit Iaſ.vbi ſ̃.

Quid ſi dicat nego.narrata,&c.vide in ver.lit.conte.§.19.

Negans.ſe maritum.etiam perdit benefi.ne teneatur. vltra quam facere poſſit Bar.in l.etiam.§.1.circa fi.ff.ſolut.matr.Iaſ. vbi ſupra.

Limita ſi perſeueret in nega.Alex.in l. non tantum.§.quod autem de re iud.

Hæres negans rem legatam eſſe hæred. non detrahit falcid. Iaſ.vbi ſ̃.

Filius emancipatus qui non tene. de contractu celebrato dum eſſet in poteſtate ſi negat ſe filium. perdit illud benefi. Iaſ.vbi ſ̃.

Limita ſi dolo negauit alias non Alexand. in l. qui cum ſe. de re iudic.

Conuentus act. reali.negans ſe poſſide.ſi conuinca. perdit benefi.poſſ.l.fi.ff de rei vend.Iaſ.vbi ſ̃.dixi.in ver. rei vendica. §.2.ver. ſecus qui in veritate.

Vaſallus negans ſe vaſallum.perdit feudum.Iaſ.vbi ſ̃.

Eodem modo libertus qui impetrauit ius ingenuitat.ſi negat ſe libertum perdit illud ius.

Et iſta omnia ponit etiam idem Iaſo. in l.fi.C. de fideicom. idem.

Perdit etiam beneficium ſtatuti Bal.in l.ſi vnus §. ſi vnus.ff. pro ſotio.

Adde ꝙ inquiſitus negans homicidium non poteſt poſtea probare.quòd fec.ad ſui defenſionẽ. Io.And.in regula nullus pluribus.de reg.iu.in 6.Pau.de ca.& Sonz.in l.nemo prohibe. ff.de excep.al.Bal.in l.vnica.C.de confe.Adde.Pau.de ca.in 2. vol.conſ.36.

Subiungit tamen.Sonz.quòd communis op.eſt in contrarium.per deciſionem.Imo.in l. titia ſi non nupſerit.ff. de cõd. & demon.vbi ſi conuentus rei vendica.ab eccleſia.negauit rẽ eccleſiæ.& conuictus.al.rem liuellariam admittitur.& tamen in nullo puni.vide Pan.in c.is qui.nu.3.de ſolut. idem.

2.per auctoritatem Imo.in c.fi.col.24.de ſolu.vbi ſi reus negat numerationem eo caſu quo. non habet locum. aut.contra qui propriam.C.de non nu.pec.conuictus poteſt oppone. excep.ſolut.& tamen in nullo puni.al.etiam Bal.in l.peremptorias.col.3.C.ſent.reſcin.non poſſ.adde Ang. Are.in §.1.col. 14.inſti.de excep.

Quid in tutore vel curatore.negante ſe talem.an perdat benefi.competentia tutori & curatori.Iaſ.in l.1.col.3.& 4.C.de tranſac.tenet quòd non.& dicit ita conſuluiſſe.& quòd multi ſe ſubſcripſerunt.& idem vult in d.l.quod te.

Adde etiam quòd negans perdit beneficium ſolennitatis extrinſece.Iaſ.in l.ſcieñ col.8.in fi.ff.de verb.obl. idem.

an autem & quãdo negantem poſſit penite. vide Iaſ.in §.ex maleficiis.col.7.inſtit.de act.& in l.eum qui col.3.ff.de iu.iur. & dicit quòd vbicunque tracta.de pœna augenda propter negationem. intelligimus ſemper de ea negatione. in qua quis perſeuerauit ſed ſi confitetur.nondum liquidato negotio per probationes, tunc euitat pœnam.ſeu damnum quod ex negatione emergebat.

Tamen in d.l. eum qui. dicit quòd vera ſententia eſt.quòd admitta.vſque ad litem conte.excluſiue.

Neg.non poteſt induc.impoſſibilitatem.vt habetur in l.gallus.in prin.ff.de lib.& poſthu.& in c.1.de reg.in 6.

Neg.mag.negat quam affirmatiua affirmet. Dec.in conſ.3. col.4.in prin.al.gl.c.cum dilectus.de conſue.

Neg.non verificatur in primo actu.Deci.vbi ſ̃.

Ex verb.neg nunquam ſum.arg.à contrario ſenſu, quia verba inducta ad negan. non debent operari contrarium effectum.Alex. in 5.vol.conſ.150.col.pen. idem.

Neg.probatur ex inſpectione actor.Cur.in conſ.59.col.12. Iaſ.ample in l.titie textores.col.3.de lega.1.Bar. cum apoſtill. in conſ.81.Barb.inter conſ.Alex.in 4.vol. conſ.123. col.8.& in 5.vol.conſ.55.col.2.Cor.conſ.191.verſ. fac.quia neg. & in conſ.222.col.vlt.

Et in materia quomodo negati. poſſit probari. vide Bat.& Alex.in add.in l.fi.C.de iureiur. Alex.in l.nec is. ff.de acq.hæred.& in l.1.§.ſi dubitetur.ff.quemadm.teſta.aperi.& in l.1.C. de bo.poſ.ſec.tab.& Alex.in 4.vol.conſ.91.in fi. & in 5.volu. conſ.156.col.pen.ver.item reſpondeo. Barb.in 3.vol.conſ.3. col.1.& 2.

Vide aliqua in ti.de teſti.§.112.

Per inſpectionem inſtrumenti proba.ſolennitatem non interueniſſe vltra præmiſſa. vide in verſ. ſolennitas. §.2.verſ.aduerte tamen.

Hæres probat neg. ꝙ facultates defuncti non ſunt ſoluen. hoc modo, dico tot eſſe in hæred.& non plura. Et qui vult dicere contrarium probet l.fi.§.licentia.& ibi doct.max.Iaſo.C. de iur.delib.al.multa ſimilia ad proban.neg. & conclud.iſtud proced. quando concurrit præſumpt. cum ſic.aſſerente.alias non, vide per eum, & quæ dixi in verſ. probatio. §.8. Et facit quod vult Alexand.in 4.vol. conſ.34. ibi tertio ad idem.Et in conſ.71.circa fi.

Vide in ver.proba.§.8.ver.5.limita. idem.

Negatio probari ab illo debet, cui propoſiti fundamentum eſt.commune dicit Iaſ l.qui ſe obtulit.§.cõdemnatum.n.7.ff. de re iud.& in l.illa ſtipulatione.nu.14.ff.de verb.obli.Erit autem probatu impoſſibilis, niſi loco & tempore coarctetur. qua in ſpecie æque atque affirmatio quæuis probari poterit. commune aiunt Ruin.conſ.97.ad fi.lib.4.Iul.Clar.in pract.§. vlt.q.52.ver.ſcias autem. E.Suarez.





**Negatio.** Per negationem nõ fit res dubia, qñ ipſa negatio eſt euidenter calumnioſa, ſecundum Ang. in l.1.ff.de tranſac. facit l.1.in §.ſi ea.ff.de ven.in poſ.mitten. Balb.deciſ.103.

Negatio ſimplex non facit dubium de mandato, vt habeat locum cautio rati. Sed quando etiam tantum ſemiplenè de mandato cõſtaret, vel ſi ipſe procurator haberet iura principalis ſui penes ſe, iuxta gl.1.in l.fi.C.quando fiſcus vel priua.His enim & ſimilib.dicitur eſſe dubium de mandato per negationem, vt habeat locum dicta cautio ſecundùm doc. communiter in l.non ſolum.in §.qui alieno.ff.de proc.licet Fulg. ibi attentauerit contrarium. Balb.deciſ.191.

Negatiua cum eſt fudamentum intentionis: dicenti incumbit onus probandi, Iaſ.in l.qui ſe obtulit, §. condemnãdum, ff. de re iud.nu.7.com.dicit. Villal.

Negatiua probatur ſic, in bonis Petri nõ ſunt alia bona, qui vult dicere aliud, probet, Curt.iun.conſ.150.n.10.com.dicit, quam intellige, qñ pro hærede, vel dicẽti eſt alia præſumptio, vt ꝙ confecerit inuentarium, Coua.in reſo.c.6.n.4.lib.2.communi.dicit, ex Alciat.de præſump.re.3.præſum.20. idem.

Nota iſtam communem ad intelle.l.17.& 44.tau. idem.

Negatiua non poteſt probari, l.actor. C.de probat. & ideò pro regula dicitur in l.2.ff.eo.tit.quod probatio incumbit ei, qui dicit, non qui negat: Tamen quando negatiua eſt fundamentum intentionis agẽtis, ille tenetur eam probare eo meliori modo, quo poteſt. Prout de hoc eſt doctrina Bart. ſatis nota.in l.in illa ſtipulatione, ſi Calendis.ff.de ver.obl. cõcord. multis ibi alle per Ale. ver.extra gl.tangit hic Bar.q ſequẽdo Bart.in fi.dicit, Quod ita eſt cõis opi.& ita ſequiť, & dicit ibidẽ Iaſ.n.15.allegans & alios concordantes, allegando etiam meliora iura, quàm ibi facit Bart.videlicet l. pe.§.docere prout in bino.Bart.ff.ne quis eum, qui in ius vocat.vi exim. & l. itẽ ait Prætor.§.hæc autem, & in l.ſeq. ff.ex quib. cauſis maio.&c.& vtrobique notat Bart. Et ita etiam firmat, & plures alios allegat Io. Igneus in l.neceſſarios.§.non alias.ff.ad S. C. Syllania. n.307.& 308.Soc.iun.conſ.67.n.4.vol.4. E.Muſcul.

Negatiua ſimplex & indeterminata eſt improbabilis.per gl. in c.bonæ.1.in verb. per rerum naturam. de elect.communiter approbatam vt atteſtatur Pariſ.in ca.quoniam contra.nu. 8.de probat.nega.n.127. ſi tamen coarctetur loco & tempore, tunc probatur vt affirmatiua, quando ſcilicet teſtes deponunt ipſam negatiua, & reddunt rationem quòd nõ potuiſſet eſſe vel fieri, quin ipſi teſtes vidiſſent vel ſciuiſſent, ita dixit gl. in §.ſi verò abſunt, in verb.& vidiſſe.auth.de hæred.& Falcid. quam communem dicit & in practica obtinere.Fel.in c.in noſtra.nu.8.in fi.de teſtib. ſecundum dictum Aret.vt ipſe refert. Ruinus.conſ.97. circa fi.lib.4. Simancas de hæret.c.26.nu.4. Cauebunt tamen teſtes ne eo ipſo quòd deponunt ſuper negatiua, dicantur ſuſpecti de falſo.ſecũdum ea quæ tradit Cla. in d.lib.5.§.falſum verſ.ſolet etiam.Hæc.Clar.d.l.fi.q.52.verſ. ſcias autem. P.Fichard.

Negatiua, quando eſt fundamentum intentionis alicuius per illum probanda foret, ſiue ageret, ſiue exciperet, Bar.in l. in illa ſtipulatione nu.5.quam legit cum l.hoc iure & ibi poſt Alex.Iaſ.n.14.latiſſime qui etiam fatetur opinionem Bar. cõmuniter teneri.ff.de ver.obl.Bar.in l.ſi per alium.§.docere, n. 2. ff.ne quis eum qui in ius voc.1.& ibi not.Gemini.de cõfeſ. lib.6.Inn.& Io.And.in c.ſuper his, de accuſat.& Corn. conſil. 340.vol.1.n.3.& Iaſ.in l.qui ſe obtulit.§.cõdemnandum, n.7. ff.de re iud. F.Viuius lib.2.opi.192.

Negatiua ſimplex & indeterminata eſt improbabilis, vt eſt communis opi.Sed ſi ſit coarctata loco & tempore probatur vt affirmatiua, quando teſtes deponunt ſuper tali negatiua, & reddunt rationem. Quod non potuiſſet aliter eſſe, vel fieri, quin ipſi teſtes, vidiſſent, ſciuiſſent, vel cognouiſſent, vt eſt cõmunis opi.& practica obtinet.Caueant autem teſtes, ne in deponendo ſuper negatiua reddant ſe ſuſpectos de falſo, vt eſt communis opi.Cla.q.52.ver.ſcias autem.vide Hercula.de negatiua. Bonac.

P R O. Negligentia alterius, alteri nocere non debet.l.3.ff. de tranſact. Bellon.

Negligentia quando ſit iuſta cauſa priuandi quẽ ab officio, & quomodo probetur, vide Fel.in c.irrefragabili. de off.ordi. & Alex.cõſ.81.vol.4. Card.cõſ.55. & contra negligentes vide Barb.cõſ.57.col.7.vbi adducit multa notab.vol.2.& negligentia reprobatur, maximè in prælatis.Card.in clem.dudum. verb.ſuper cathedram. de ſepultur.quando autem quis dicatur negligens reſidet in iudicis arbitrio.Phil.in ca. quanto.de elect.in 6.& in ca. ſi clericus.de præbend.eo.lib.Et eſt cautela vt moueatur per ſuperiorem ad hoc vt poſſit poſtea priuari tanquam negligens.Phi.in c.ad apoſtolicæ.§.fi.in fi.de re iudi. in 6. P.Andora.

Negotiorum geſtor. poteſt ĩ.annum petere inueſtituram Bal.in cap.1.in tit. quo.temp.mil.refert Fel.in c.cum M.in 16. col.de conſtit.Alex.in l.ſi ſeruum.§.1. col.vlt.de verb.obl. P. Andora.

Si non admiſiſti. neg. geſtorem meum volentem ingredi poſſ.meam mihi acqui.interd.vnde vi.Fel.vbi ſ̃.al. Bal.in q.accuſatus de vi, &c.col.13.ver.quid autẽ dicemus. vbi al.l.prohibe.ff.quod vi aut clam.

Libellus.in hac materia.ponitur per Angel. in §. omnium. inſti.de act.dixi ſ̃.in ver.libellus.

Negotiorum geſtor.non obliga.pro mutuo ei facto.nomine domini.Cor.in 3.vol.conſ.223.

Negotiorum geſtor repetit expenſas factas in cuſtodia rei. Barb.in 4.vol.conſ.46.col.1.& ſeq.max..in 3.& 4.5.fac.quod vult in eo.4.vol.conſ.71.maxime.in 3.col.

Negotiorum geſtor. quando vult recede.tene.notificare domino.alias tene.ad intereſſe.Lud.ſing.239.

Negotiorum geſtor.interpellan.deb. an conſtituat eum in mora.Alex.in l.ſi ſeruum §.1.col.vlt.de ver.obl.Ang.in §.1.inſti.de obl.quæ ex quaſi contractu. idem.

Negotiorum geſtor poteſt facere proteſtationem incitatoriam debitori, vt ſoluat domino, & conſtituit eum in mora, non tamẽ ſi incitat vt ſibi ſoluat, Io.à Ripa in c.cum M.Ferra. de conſti.n.41.communem dicit.

Nota iſtam communem ad intellect.l.5.par.6.& l.7.ti.6.li. 3.For.leg. B.Villal.

Negocij geſti nulla tũc actio oritur, cùm negotium quamuis vtiliter, domino tamen inuito geſtum eſt nec quidquam proderit, quod eius negotij geſtor non rebus alicuius ſeſe immiſcuerit, ſed vel illius.debita ſoluerit, vel alia id gen⁹ fecerit cõmune dicit Porc.in §.1.n.7.Inſti.de obliga.ex quaſi contrac. E. Suarez.

Negotiorum geſtor qui vniuerſaliter procurat negotia alicuius, cum de non geſtis teneatur, non minus quàm procurator, Syndicus, atque defenſor à ſententia contra ſe lata non ſolùm tenetur appellare, lege ſi pupilli. ff. de negotiis geſtis, idque ſecundum Nicol.in gl.c.non iniuſte.e.tit.communiter teneri refert Bened.capr.reg.65.n.10.ſed etiam appellationẽ proſequi, Io.And.Ant.& Imol.in c. non iniuſtè de proc. & id ſimiliter communiter receptum ibidem numero 33. aſſerit Capra.

Nemo aliene litis idoneus defenſor ſine ſatiſdatione intelligitur.l.qui proprio.§.qui alium.ff.de proc. idem.

PRO.Nemo cogitur de ſuo facere beneficium.canon. precariæ.10.q.2. Bellon.

P R O. Nemo dat quod non habet. in l. traditio.ff.de acq. rer.domi.l.ſi filiusfamilias.C.de don.l.ſi vniuerſæ. C.de lega. vbi Bart. not. Italicum prouerbium.Mal da qui non la, dit la campana de ſancto Petro. Vide text.in cano. ventum eſt. 1.q. 1. idem.

OBIEC.contrà, de l.non eſt nouum.ff de acq.rer.domi.vbi dominium quod nõ habeo, in alium transfero.& l.interdum. ff.de acq.poſ.vbi poſſeſſionem, quam non habemus, in alium transferimus.& l.quod noſtrum.ff.de acq.rer.domi.vbi quod noſtrum non eſt, transferimus in alium.

SOL.ibi tres caſus ſunt ſpeciales, regulariter contra, vt hic.

P R O.Nemo debet commodum conſequi ex ſuo delicto. l.ex dolo.ff.de dol.l.itaque fullo.ff.de fur.l.non fraudantuř. §. nemo.ff.de reg.iur. idem.

PRO.Nemo debet commodum cõſequi ex eo quod inuitus facit.l.nam quod.§.qui compulſus, & l.ſi patroni.§. qui fideicommiſſariam.ff.ad Trebel. idem.

PRO.Nemo diuinare cogitur. l.ſi fideiuſſor.§.ſi cum debitor.ff.manda.l.ſi putator.ff.ad legem Aquil.in c.vnic.extra, vt eccle.benef.ſine domi.conſ. idem.

OBIEC.opponitur de l.antiqui.ff.pars hæredi. pet.& l.qui vxori.ff.de au.& ar.leg.& inſti.de leg.par.tut.in prin.vbi diuinatur in dubio etiam in futuro in certo euentu.

SOL. dic ꝙ per legem dubia facta deciduntur ex mente legis veteris, vel teſtatoris.licet ex verbis expreſsè nõ appareat, & ex his quæ ſæpius eueniunt, de futuris prouidetur, vt patet per totum tit.ff.de reb.dub.vt in contrariis.

P R O. Nemo eam ſibi legem imponere poteſt, vt à priore voluntate recedere non liceat.l.ſi quis.in principio teſtamenti.ff.de leg.3. idem.

PRO.Nemo errans rem ſuam amittit.l. ſi procurator.ff.de acq.poſ. idem.

PRO.Nemo experiri poteſt ſine actione.l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de negot.geſt.

PRO. Nemo furto commiſſo ea intētione vt lucrifaceret. pœnitentia ſua nocens eſſe deſiit.l.qui ea mente.ff.de furt.

PRO.Nemo gladij poteſtatem,vel cuiuſlibet alterius coertionis ſibi demandatam iuriſdictionem in alium trāsferre poteſt.l.ſi ſolent.ff.de of.proc.& leg. idem.

SOL.Nemo in re ſua debet eſſe iudex,vel arbiter.l.vnic.C. ne quis ī ſua cau.iud.vel ius ſib.dic.l.pe.ff.de arbit.l. Iul.ff.iud. l.qui iuriſdictiōi præeſt.ff.de iur.om.iud.ratio eſt, quia nemo ſe prohibere,vel ſibi imperare poſſet.

OBIEC.contra de l.in re manda.vbi quis in re ſua moderator & arbiter eſt.

SOL.ibi arbirer primus diſpoſitor intelligitur,vt ibi gl.

OBIEC.præterea,contra de l.& hoc Tyberius.ff.de hær.inſti.vbi imperator in propria cauſa ſerui ſui iudicat.

SOL.Hæc regula non habet locum in principe.vt ibi.

OBIEC.item obſtat l.hæc venditio ff.de contrah.emp.& l. ſi libertus ita iurauerit.ff.de opc.lib.vbi in re ſua quis arbitrat̄.

SOL.ibi non eſt arbiter,ſed arbitator in re ſua:vnde ſi æque arbitretur,ſtabitur, aliàs, reducitur ad arbitrium boni viri.vt ibi. idem.

PRO.Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.Matth.6. can. clericus.21.q.in cano. acutius.26.diſt. idem.

OBIE C.contrà de l.duorum.ff.de oper.liber.vbi libertus duorum operas diuerſas poteſt facere inſolidum, & eodem tempore.

SOL.dic quod nemo poteſt duobus dominis ſeruire intellige contrariis,alias ſecus,vt ibi. idem.

PR O.Nemo poteſt duo officia ſimul, & eodem tempore obtinere,l fi.C.de aſſeſ.vbi no.gl.hos verſus.

Qui binos lepores,vna ſectabitur hora:
Vno quandoque,quandoque carebit vtroque.

Nec duas dignitates.l.libertus.§.pręſcriptio.ff.ad municip. nec duas militias.l.his quidem.§.in poſterum.C.qui milit.nō poſſ.li.12.nec duo loca collegij.l.1.§.1.ff.de coll.illi. nec duas eccleſias.c.referēre.c.præterea.c. cum ſecundum apoſtolum. extra.de præb.cano.ſanctorum.70.diſt.can.ſicut vir. q.1.can. clericus.& can.clericum.20.q.1.&in extrauagan.execrabilis. Io.viceſ.ſecund.nec duas vxores.§.affinitatis. inſti.de nuptiis. Bellon.

PRO.Nemo poteſt venire contra factum ſuum.l.poſt mortem ff.de adop.l.ſi quis maior.C.de tranſac.

OBIEC.contrà de l. 1.C.de lib.cau. vbi poteſt pater venire contra factum proprium.

SOL.verum eſt nomine filij,cui præiudicare non potuit,nō autem ſuo,vel dic,quòd quis poteſt contrauenire proprio facto,quod eſt ipſo iure nullum,vt ibi.

OBIEC.ſecundò, oppono de l.quemadmodum.C. de agrico.& cenſ.lib.11.& l.iubemus.& auth.caſſa.C. de ſacroſ.eccl. & c.noſti.de elect.extrà,vbi quis venit cōtra factū proprium.

SOL.ibi,quia erat factum contra legem. Bellon.

PRO.Nemo poteſt facere,quin leges habeāt locum in ſuo teſtamento.l.nemo poteſt.ff.de leg.1. idem.

PRO.Nemo poteſt vnius rei partem acceptare, & partem repudiare.l.vnic.§.his ita definitis.C.de cad.tol.l.neminem.ff. de leg.1. idem.

PRO.Nemo poteſt ſibi mutare cauſam poſſeſſionis.l.cum nemo.C.de acq.poſ. idem.

PRO.Nemo præſumitur immemor ſuæ ſalutis.in l.fi. C.ad leg.Iul.repetun. idem.

PRO.Nemo præſumitur velle impugnare iudicia ſua l.ſi miles.ff.de milita.teſta.l.omnium.C.de teſt. idem.

PRO.Nemo rem ſuam vtiliter ſtipulatur.l.nemo rē ſuam. ff.de ver.obl. idem.

PRO.nemo tenetur parare arma contra ſe.l.1.C. de eden.l. nimis graue.C.de teſt. idem.

PRO.nemini inferenda eſt iniuria.l.iuſtitia.ff.de iuſt.&iur. §.iuris.inſti.eodem. idem.

Nepos qui ſuus eſt,& quem nemo in gradu præcedit, non poteſt ab auo ſub conditione caſuali vel mixta inſtitui. com. in §.T.q.39.ver.Et hæc concluſio. P.Fich.ex Cla.

Nepotem legitimum ex filio ſpurio,Auus inſtituere poteſt ſibi hæredem. com.in §.T.q.32.intellige quando auus legitimam ſobolem non haberet,vt in d.q.32.verſ.item ſcias.cum ſeq. idem ex Claro.

Nepos obtinens primum gradum non poteſt inſtitui ab auo ſub conditione caſuali,vel mixta,niſi ad inſtar filij in defectum exhæredetur.Et licet quæſtio ſit multum dubia,& vtraque pars facilè ſuſtentabilis tamē negatiua hic relata,eſt magis æqua.& com.ſec. Iaſ.in l. ſi pater.ver.in 4.par.gl.& verſ.ex prædictis omnib.C.de inſtit.& ſub. M.Chærian.

Statutum excludens filias,ſtantib.filiis maſculis, extēditur etiam ad nepotem:eſt com.opi.ſec.Alex.conſi.203. viſo themate.ver.ſed ita eſt vol.7. idem.

In vltimis voluntatib.appellatione filiorum veniunt nepotes,eſt com.opi.ſec.Alex.in conſ.9.viſis.verſ.veriorem.vol.1. & Iaſ.in l.Gallus.§.inſtituens.ver.& per illum tex.ff. de libe.& poſth.contrarium firmat Dec.in conſ.95.& protenui ver. venio ad ſecundum.vbi dicit,hanc opi.in pūcto iuris veriorem. vol.1. idem.

Nepos legitimus & naturalis ex filio ſpurio ab auo inſtitui, vel ſubſtitui poteſt:& nō obſtante vitio paterno, capax eſt eorum,quæ ſibi relinquuntur,dummodo non conſtet,ꝙ contēplatione patris ei relictum fuerit.Eſt com.opi.ſec.Corn.in ɔſ. 1.volu.3.Et eſſe communem etiam teſtatur Alex.in conſ.74. circa primum.ver.& dicit Pau.vol.3.intellige,non exiſtentib. legitimis. Vide Dec.in conſ.85.verſi. vlt.in 4.dub.vbi videtur cōtrarium tenere:ſed loquitur.ab inteſtato. Vide Bart.& doc. præſertim Iaſ.l.Gallus.§.quid ſi is.col.pe. & fi. de lib.& poſth. Vide infra in verb.Spurius.n.2. idem.

Prohibitio de non alienando, tanquam odioſa facta filiis, non extēditur ad nepotes.Eſt com. opi.cum Bart.in l. filiusfa. §.diui.de legat.1. idem.

Nepotes in ſubſtitutionib. appellatione filiorum non veniunt eſt magis com.opi.ſec.Soci. conſ.104.quoniam patris. in prin.vol.3.refert Dec.in conſ.391.in caſu, in princ.Tamen contrarium tenet ibi Dec.& dicit com.eſſe contra Soc.ver.ſuper eſt. ſed ꝙ nepos non veniat, etiam quādo verba teſtatoris ſunt collata in futurum, voluit idem Dec. ſibi contrarius in conſ.95.vol.1. idem.

Nepos natus ex primogenito patre prædefuncto excludit filium ſecundogenitum patruum ſuum à ſucceſſione Regni, & primogenitura ſecundum Bald.in auth.ceſſante,C.de legitim.hæred.& conſ.389.conſuetudo. vol.2.& hoc idē firmāt nonnulli Doct. quos refert & ſequitur Soc.rationib.per eum relatis conſ.252.viſis inſtrumētis, & opinionem iſtam ſcribit expreſſe eſſe communem Barb.conſ.10.lib.1.Couar.in tract. de variis reſolutionib.iuris ciuilis,ca.5.lib.3.n.8.& Grammati.deciſ.1.vbi refert in facti contingentia ita in ſacro Conſilio Neapolitano fuiſſe deciſum. in contrariam verò ſententiam, videlicet quòd nepos ex primogenito non pręferatur filio ſecūdo genito in ſucceſſione Regni,inclinauit Io.And.in addi. Spec.in tit.de feudis,Bart.in auth.poſt fratres.C.de legit.hæredib. & opinio iſtorum videtur æquior, ſi primogenitus mortuus ſit, viuo patre, & ſic nondum ei iure quæſito ſecundum veriorem,&magis communem opi.quam ſequitur,audacter atteſtatur Alex.conſ.4.ponderatis,vol.4.& Dec. conſ.444.in caſu ad me tranſmiſſo.in fi. & ſententiam hanc approbat in d. auth.poſt fratres,& confirmat Ant.de Roſ. tractatu de ſucceſſio.ab inteſtato,in verſi.de legitimatis,& Couar.in loco ſuperiùs citato. Sed quid concludendum in hoc opinionum conflictu,& in tanta doctorum ambiguitate?dic ꝙ Bald.in l.cum antiquiorib.C.de iure delibe.& in l.fi.C.de ſuis,& legi.arguit ad vtranque partem.& tandem dicit, ſoluat Apollo, & Io.de Sylua.in tract.de primogenitura,q.35.li.1.locupletiſſimè ſcribit omnia,quæ in vtranque partem poſſunt allegari,& demū recitat ſententiam Othonis imperatoris qui dicebat quæſtionem iſtam eſſe gladiatorio iudicio dirimendam, & ipſe Io.in hoc opinionum conflictu diffinire non auſus fuit, remanet ergo res dubia. & ob hoc mihi ſequēdam fore decreui optimā, & tutiſſimam diſtinctionem ſuper hoc articulo traditam nouiſſimè per Aug.Beroium in c.dilecti filij,n.52.cum ſeq.de arbitris, vbi doctè iſtam arduam, & confuſam quæſtionem diſtinguendo reſoluit. F.Viuius.

Nepos ex primogenito præfertur ſecundogenito in ſucceſſione regni.Barb.conſ.4.vol.2.Io.Duran.in arte teſtan.titu.3. cau.8.communem dicit.Sed Alex.conſ.4.vol.4.&in conſ.54. vol.3.quem refert Iaſ.in l.maximum vitium.C.de libe.præte. n.4.communem dicit contrariam.quam intellige ſi primogenitus moriatur viuo patre,Deci.conſ.44.maximè ſi filius poſſidet.n.38.

Opinio Barb.& Duran.eſt approbata indiſtinctè per l.40.in ord.rau. B.Villal.

Nepos qui eſt ſuus,quem nullus præcedit in gradu:nō poteſt inſtitui ſub conditione caſuali,vel miſta.Iaſ.in l.ſi pater.n. 19.C.de inſti. & ſubſti.communem dicit. idem.

Nepos legitimus ex filio ſpurio ab inteſtato auo nō poteſt ſuccedere.curt.iun.conſ.157.n.1.communē dicit & Pyrrhus. Angleber.in conſue.Aure.de ſucceſſorib.c.6. idem.

Nepos legitimus, vel naturalis ex filio ſpurio, deficiente prole legitima poteſt ab auo inſtitui hæres,Coua.in epi.4.ca. 8.§.5.n.13.com.dicit ex Decio,conſ.462. idem.



Amplia etiam ſi proles ſit legitima ex reſcripto principis, idem ibi ex Decio.conſ.175. communem dicit.

Fallit in nepote ex filio inceſtuoſo.idem ibi ex Salic. in l.ſi quis inceſti.C.de inceſtis nupti.communem dicit.

Fallit ſecundò, in nepote legitimo ex filio clerici inſigniti ex ordine ſacro.idē ibi ex Corſ.in ſing.in ver.fornicatio, communem dicit. B.Villal.

Nepos ſuccedit cum patro in ſucceſſiōe legati patrui:ſecus in fideicommiſſo,Deci.conſ.1.n.5.com.dicit. idem.

Nepos ex filia mortua,& viuente auo,habet ius petendi legitimam ex perſona propria:etiam ſi mater renunciauerit legitimæ,Io.à Ripa de leg.li.j.c.6.n.3.cōmunem dicit limita tamen ſi interuenit iuramentum per Decium conſ.181. idem.

Nepoti patre repudiante hæreditatem aui:vel lapſo tempore quærelæ de inofficioſo teſtamento, cōpetit quærela de ſucceſſorio edicto,Iaſ.in rub.de ſucceſſo.edicto.C.n.5.in fi.com. dicit. idem.

Nepotes non obſtante renūtiatione matris,etiam mediante Iuramento facta,ſi viuo pātre decedat illa ſuccedere nihilo minus poſſunt, ex perſona nimirum propria cōmunem dicit Alex.in l.pactum dotali C.de collat.Et Gozadi.cōſ.75.I.Fich.

Nepotes ex filio parricida, priuantur hæreditate auita. ſuccedit enim patri parricida, ſed fiſcus aufert ab eo hæreditatē, tanquam ab indigno.ita contra Bald.in l.ſi quis inceſti.n.3.C. de inceſt.nup.communiter teneri ait Boer.deciſ.25.n.8.&17. Cla.lib.5.§.homicidium. verſ.priuatur etiam idem obtinet.in nepotib.vt ibid.Clar. P.Fich.

Nepotes ex filio parricida priuantur hæreditate à vita. Nā licet parricida patri ſuccedat,tamē ei vt indigno aufert fiſcus, vt eſt communis opi.Clar.in §.homicidium.verſi. priuatur etiam.idem in nepotibus ex fatre fratricidæ eſt conſtitutum ibi. Bonac.

Nepos ex filio primū nato,ac vita iam defuncto ortus pręfertur in ſucceſſione regni ac ſimilium bonorum patruo deinde genito.vt commune ponunt Barb.conſ.4.li.2.Dec.cōſi. 443.Io.Dilect.de arte teſtan.tit.3.cau.8.quamuis contrarium commune dicat.Alex.conſ.53.lib.3.& conſ.4.libr.4. late Viuius lib.1.opi.225. E.Suarez.

Nepotes filiorū nomine,etiam ad fœminas ob ſtatuti vim à parentum ſucceſſione excludendas,comprehenduntur,cōmune ait late Viuius li.1.opi.315.poſt.Iaſ.in l.de quib.nu.16. ff.de leg.Soc.nep.conſ.144.n.83.lib.3. quam etiam in rem videto quę ſupra obſeruo ver.filiorum Quin &idcirco nepotes iiſdem pœnis plectentur,quibus illorum filij deuouētur, qui læſæ maieſtatis crimine damnati ſunt,dummodo tamen illos propriè intelligamus, atque vltra primum gradum non proferamus.vt commune effatum tradunt Did.à Couar.lib.2.reſolut.c.8.n.2.I.Cla.in prac.§.læſæ maieſtatis.ver.præterea quęro. E.Suarez.

Nepotes naturales.mortuo ipſorum patre, quin ab auo natalib. reſtitui per reſcriptum principis poſſint nihil omnino prohibet. commune ait Did.à Coua.in tractatu de ſponſal.2. par.c.8.§.2.n.20. E.Suarez.

Nepotes vocati ordine ſucceſſiuo in ſubſtitutione facta nomine collectiuo,& per dictionem alternatiuam,vel, non ſubintrant in locum patris, nec admittuntur vnà cum patruo, ſecundum magis communem pe Burſ.conſ.71.n.6.lib.1.

Nepotes licet dicantur hæredes, & nati de corpore aui, nō tamen veniunt appellatione filiorum nominatorum in teſtamento,vel aliàs quomodolibet expreſſorum, iuxta communem per Burſ.conſ.52.n.33.& 36.lib.1.

Nepotes ex fratre in ſucceſſiōe patrui,vel aui, de iure communi ſuccedunt in ſtirpes,non in capita, ex magis communi. quod ad feuda & teſtamenta extenditur,iuxta communē per Burſ.conſ.67.n.10.lib.1.

nepos etſi in ſucceſſione aui cum patruo cōcurrere ſoleat. §.cùm filius inſtit.de hæred.quæ ab inteſta.defe.ea tamen ſententia tum dicitur procedere.quando ſuccedit titulo hæreditario,& ſic diſpoſitione legali, ſecùs quando titulo fideicommiſſario,& ſic ex diſpoſitione hominis.ita voluit Bald.in l.cū ita.§.in fideicommiſſo.in fi.verſi. quæro an filius fratris.cuius ſententiam alii approbarunt Raph.Cuma.ibid.in fi.ff.de le.2. Ang.Are.ī d.§ cùm filius.n.2.ver.deinde iſta regula,quòd nepos ſuccedat in locum patris ſui,habet locum quando ſucceditur titulo hæreditario,non autem quando titulo fideicommiſſario.ratio ſecundùm Bal.eſt; quia ſuccedendo iure hæreditario,cōſideratur iuris diſpoſitio quæ habet vt filius ſuccedat in locum patris,in ſuccedendo verò titulo fideicommiſſario cōſideratur affectio, quam natura debet habere magis ad filios vti proximiores,quam ad filios filiorum. Alex de Imo. in conſ.204.n.6.lib.2.& in conſ.129.n.3.verſ.iſtis ſic præſuppoſitis.in lib.5.conſ.& Bened.capr.in conſ.5.n.4.5.& 6. Hanc doctrinam Dec.dicit eſſe communem opi.Doc.in conſ.1.nu. 7.ver.ex quib.omnib.patet.& in conſ.480.n.10. & ita ipſe inquit Romæ in Rota eo cōſulente iudicatum eſſe, in l.ſi auiæ. n.6.in fi.C.de ſucceſ.edicto. Plures authoritates doct. allegat Rol.à Valle,in conſ.68.n.11.cum ſeq.in 1.Tom.conſ.

Hac ſententia non obſtante,alij doc.cōtra Bal.Cum.& Decium opinionem magis communem eſſe referunt,approbantes gl.communiori calculo approbatam,in d.l.cum ita §.in fideicommiſſo.volentem in relicto facto familiæ, & in quo admittuntur prout quiſque eſt proximior, nepotem ex fratre præmortuo admitti ſimul cum patruo.auth.ceſſante.C.de legit.hæred. cum teſtator videatur in dubio voluiſſe illos de familia vocari eo modo,& eo ordine quo fuiſſent ſucceſſuri ab inteſtato de iure communi,per nota.in l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de lib.& poſth.quia verba teſtatoris &contrahentium, à iure communi,à ſtatuto & conſuetudine recipiunt interpretationem Bar.& doct. in l. hæredes.§.cum ita.ff.ad Treb.cum multis aliis authoritatib.& argumentis hinc inde in vtranque partem adductis,quæ latius deducuntur per Aym. Crauet.in conſ.67.n.4.& 5.in 1.par.& prædictum Rol.à Valle,in d. cōſ. 68.n.31.cum ſeq.n.46. hanc ſententiam communiorem eſſe ex doc. ibi relatis atteſtantes. Quid autem reſpondendum ſit ad illam diſtinctionem in prin.adductam de ſucceſſione legali ad diſpoſitionem hominis,reſpondēt Tiraq.d.loco, & Rol. à Valle,in d.conſ.68.n.52.verſi.non obſtat.nec Baldi,Cum.& Decij ſententiam ante illos Seb.Sapia.in l.ſi auiæ.C.de ſucceſ. edicto.& latè Tiraq.in trac.de iure primigen.q.40.nu.191.& 192.probarunt. Et Moder. Pariſ.in ſuis addit.margina. Decij ſentētiam improbat in d.ɔſ.1.in qbus locis Tiraq.& Apoſtil. allegatis Decij conſ.probant illum ſibi contrarium fuiſſe.& idem Apoſtill.in ſuis addit.ad cōſ.Alex.in d.conſ.204.in verb. prout.& in d.conſil.129.in verb. præmortuo huius doctrinæ prædictæ etiam meminit. kirchouius.

nepos an app.nepotis veniat filius fratris præpoſit. medio. in §.ſi&r.in ti.qui.mod.feu.amit.& Fel.in c.per tuas.col. 1.cum ſequ.de prob.faciunt regulam cum fallentiis. & Iaſ.in loco ſ. allegan.

Regula eſt ꝙ non.l.iuriſcon.§.2.gradu.ff.de grad.Io. Andr. in c.fundamenta de elec.in 6.& ibi Phi.& in c.ſi pater.col.54. de teſta.in 6.Ang.in §.4.inſti.de grad.

Fallit niſi ſubiecta materia.aliud ſuadeat.vt quia ſta. loqui. de ſucceſſione tranſuerſali &fac.mentionem de nepote.tunc intelligitur.de filio fratris.ſecundum.doc.in l. ſi dotali vbi late Alex.ff,ſol.ma.& vol.1.conſ.49.col.3.

Et vide quæ dixi in ſta.ſub rubr. extante nepote ſoror non ſuccedat.

Fallit 2.ſi ex præcedentib.a&r appareat ꝙ voluerit diſponēs intellige.de filio fratris.c.ſi capitanei.in titul.de feu.march.ita doct.max.Alex.in l.2.C.de ſucceſ.edic.

Fallit 3.vbi communis vſus.ita ſe haberet. vide ibi per eos. & per Fede.in conſ.30.per Alex. in 1.vol.conſ.49.& in l.quæro.ff.de inof.te.Sonz.in l.cum vir ff.de cōd.& demon. per Iaſ. in l.ſi auiæ.col.4.cum ſeq. C. de ſuc.edic. Bal.in l.vxor.C.qui. accuſ.non poſſ.Pan.in c.2.de arb.crem.ſing.91. P.And.

nepotis app.an veniat pronepos.Alex.in 5.vol.conſi.125. tenet ꝙ ſic.contrarium tenet.Cor.in 3.vol.conſ.143.& conſi. 179.vide Ang.in §.duorum autem inſti.de nupt.An autem in ſubſtitu.teſtatoris.filiorum app.veniant nepotes.Alex.vol.1. conſ.1.concludit quòd non.

Vide latius in ver.filiorum app.§.5.

Ang.in §.1.inſti.de ſen.conſul.tertu.dicit ꝙ app.filij non cōtine.nepos maxime in materia exorbitanti. & idem d[t]. inſtit. de ſenat.conſul.orfi. idem.

Quando agitur de præiudicio tertij filiorum appellatione non venit nepos.Bald.in l.ſed & milites.ff.de excuſ.tut.idem.

communis vſus loquendi operatur vt appellatione filiorū non veniant nepotes.Alex.in l.liberorum.col.2.ff.de verbor. ſig. idem.

nepotes dicuntur deſcendentes ex fœmina ſicut ex maſculo.Ang.in §.fi.inſti.de hæred.quæ ab inteſt. idem.

nepos teſtatoris, & ſic filius præmorientis non admittitur ad ſubſtitutionem etiam iure trāſmiſſionis, ſi pater eius pendente conditione deceſſit, quādo in ſubſtitutione vocabatur filius ſuperſtes,ſeu ſuperueniēs.Vltra Bald.in l.quidam Eulogio.C.de iure delib.firmant Alex.in conſ.252 in prin.lib.6.& Corn.in cōſ.290.per totum.vol.4 Similiter cōſuluit Soc.ſen. in conſ.77.in prin.1.vol.Dicens.poſt Fulgoſ. quod contraria

opi.non eſt tuta,quia cõtra etiam communiter tenetur.vt refert hæc Soc.iun.in conſ.14.n.7.vol.4. E.Muſcul.

Nepoti ſemper fauendum eſt,quãdo agitur de primogenitura proueniente,ex ordine teſtatoris aſcẽdentis,& ſic de ſucceſſiõe,quoniam ipſe dicit̃ patris locum ſubintrare.§.cum filius,inſtit.de hæred.quæ ab inteſtato,&c.cum concordantib. de quib.ibi per doct.& ibi egregiè concludit Io.Faber in ver. ſi verò nepos filius primogeniti, & ſatis apertè voluit Bar.in auth.poſt fratres la 1.C.de legit.hæred. idem vult cum multis aliis magnæ authoritatis doc.quos refert & ſequitur And.Sicul.aliàs Barb.in conſ.10.ſapienter ſcribitur primo Reg. vol. 2.vbi etiam dicit,quod de hoc eſt communis opi.

Et licet plerique tenuerint cont.tamẽ iſtam opi. latè cõprobat,& ab obiectis defendit Soc. ſeni.in conſ.252. viſis inſtrumentis,ꝙ inter cætera maximè cõſidit in authoritate Io.And. & Bart.qui fuerũt duo luminaria magna, alter iuris canonici, alter ciuilis. ver.ex quib.ſunt ſublatæ rationes:cum cõcordantib.per Soc.iun.in conſ.3.n.10.vol.4. Muſcul.

Nobiles non gaudent priuilegio,quod nõ cõueniantur vltra id quod facere poſſint,Coua.in reſolu.libr.2.c.1.n.4.communem dicit. B.Villal.

De iure regio nobiles qui vulgo dicũtur,heſos dalgo, non poſſunt pro debito incarcerari l.4.ti.2.lib.4.ĩ ord.quam intellige niſi aliàs debitum deſcendat de delicto,per l.79.tau.vel ſi alias eſt locator bonorum fiſcalium,vel pro debito regio per d.l.4.item nec executio in domib.ſuæ habitationis,nec in armis,vel equo,vel mula l.3. eiuſdem tituli nec poteſt torqueri per d.l.4.& per ll.regni. nobiles in multis diſtinguuntur ab aliis.vt apparet in prag.1.de blaſphemiis.& in l.5.tit.22.libr.8. ord.& in l.Tolle.75.de 1525.compila.noua.ti.7.li.8.l.1.Et de conſuetudine nobilis.decapitatur, plebeus traditur furcæ, vt per Bal.in conſ.426.vol.1.vbi vide quæ ſit maior pœna decapitationis,aut furcarum Et nota,ꝙ ex æquali facto,magis punitur plebeus quàm nobilis.gl.in l.ſeruo. C.ad l.Iuli.de vi publi.& Sali.in l.2.C.vt ne.priua.Et nobilis quis dicatur,vide l.2. tit.11.par.2.& doc.de pala.rub.in repe.rub. & qualiter nobilis ſit carcerandus,& l.4.ti.26.par.7. idem.

Nobilitas non perditur per ingreſſum religionis, Boerius in conſuetudine Bitur.rubr. des couſtumes concernantes les mariages.§.5.communem dicit. idem.

Nobilitatis priuilegium nõ ſuppetit ne nõ procedat cõuentio,vltra quam nobilis facere poſſit. commune affirmat Did. Couar.li.2.variarum reſolutio c.1.n.4.Prærogatiuam tamen elargitur,ne nobiles vel ſuſpendant̃,vel alis viles pœnas luãt, vt generali vſu receptum aſſeuerant Marcus deciſ.32.latius I. Cla.in pract.§.vlt.q.40.ver.prodeſt. E.Suarez.

Nobilitatis & dignitatis allegatio & probatio prodeſt delinquenti,ita vt in pœna corporali imponenda,mitius puniri debeant nobiles vel in dignitate conſtituti,quàm plebeij.per gl.in c.cum quidam de iureiur.quam communiter receptam dicit Didacus lib.2.reſolu.c.9.n.3. Cla.d.§.fi. q.60.ver.prodeſt etiam. P.Fich.

Nobilitatis & dignitatis allegatio, & probatio ꝓdeſt delinquenti,ita, vt in pœna corporali imponenda mitius puniri debeant nobiles,vel in dignitate conſtituti, quàm plebei, vt eſt communis opi.Cla.q.60.verſi. prodeſt etiam.Et ideò nobilis non debet ſuſpendi, vel alias viles pœnas pati, vt generali vſu receptum eſt.Soarez verbo Nobilitas.nu.32.Limita,niſi talis nobilis fuerit proditor.Marſ.ſing.16.Arno.problema.71.Bo.

Nobilis. Nobilitas proueniens ex doctoratu. eſt maior ea quæ prouenit ex ſanguine. Cyn.in l.prouideñ.C.de poſtul.Alex.in 1.vol.conſ.94. Feli.aliquid in c.cum adeo.in fi.cõm.de reſcr.Deci.in c.clerici.col.7.de iud.Pan.pulchre in c.pe.de p̃b. Lud.ſing.644. P.And.

Nobilitas eſt triplex.& compenſa.cum diuitiis. Fel.in c.ſuper eo.el 2.col.2.de teſti.Barb.in 2.vol.conſil.57.col.13.cum ſeq. idem.

Nobilitas induci.à conſue.Pau.de ca.in 2.vol.cõſ.230.col. 2.ver.4.

Ad quod vide multa no.per Paliotum.in conſ. Cur.conſi. 17.col.2.

Et quid ſit nobilitas.vide Pan.in c.1.de purg.cano.

Nobilitas non naſci.in ictu oculi.l.ſtemmata.ff.de grad.Decius conſ.53.

Ad eſſe nobilitat.inter.cætera requi.quòd ſit diues Barb.in 2.vol.conſ.53.col.5.

Imo tria copulatiue requiruntur.ſ.natales.honores & diuitiæ.ita Barb.in d.cõſ.57.col.5.al.l.nobiliores.C.de vecti.alias de commer.& merca.

No.non poteſt dici exercens artem mechanicham.Fel.in d. c.ſuper eo.col.2.Bar.in l.1.C.de dig.lib.12.Bal.in d.l.nobiliores. idem.

No. in ciuitate habitans plus æſtimatur quam habitans in Rure.Iaſ.in §.item ſeruiana.col.4.inſti.de actio.

Vide in ſimili.Alb.in 2.part.q.134.& j.ruſticus§.18.

Nobiles debent præferri.ad regimen ciuitat.Barb.in d.cõſ. 57.col.3.

Et ditiores.Ang.conſ.68.

No.habens filios.debet præferri non habenti.Iaſ.in l.j.col. 3.ff.ſol.ma.

Minus no.præfertur magis no.forẽſi.Fel.in c.ſicut tuis col. 1.de ſimo.

Sed in rub.de maio.& obed.dicit.quòd debet attendi.quis ſit de meliori ſanguine.nã cæteris paribus ille præferri debet.

Si no.moleſta.in ſeden.vel præcedendo.poteſt agere actione iniuriarum.Iaſ.in l.ſi non ſortem.§.libertus in 8.& 9.col.ff. de cond.indeb.vide latius in ver.honor.§.5.

Vnius domus,ſeu familie.poſſunt eſſe no.& ignobiles.Soc. in 2.par.conſ.246.col.2.

No.non tene.eſſe ita literatus ſic.plebeius.Barb.in 2.volu. conſ.34.col.23.

Et no.illiteratus poteſt eſſe officiał.Ang.in §.ſilr inſti.de excuſ.tu.

Præſumi.pro nobilibus Barb.in 1.volu.conſ.63.col.4.& in 2.vol.conſ.3.col,16.& cõſ.35.col.1.faciunt quæ dixi.in tract. feu.in rub.quæ ſint reg.ver.de caſtro, &c.fol.8.ibi nota etiam quòd caſtellanus.Barb.in 4.volu. conſ.46.col.10.& conſ.65. col.2.Pe.Gerar.ſing.30.Bal.in l.ſi furioſi C.de nup.

Nobilitas & virtus proban. per famam.Fel.in c.cum oporteat col.8.de accuſ. idem.

Nobilium appellatione non venit baſtardus Bald.in l.cum legitimæ ff.de ſtat.homin. idem.

Nobilitatur vxor per maritum.non econtra. Fel. in d.c.ſuper eo.in prin.de teſti.Iaſ.in l.fi.col.3.C.de verb.ſig.

Vt.autem nobilitas traha.ex parte matris.vide Fel. in c.nouit in 1.col.de iud.& in d.c.ſuper eo.col.2.& Barb.in d. conſi. 57.col.5.& concludunt quòd nõ.Alex.in l.aſſumptio §.filius. ff.ad municip.Bal.in l. liberos.ff.de ſena.

Nobiles pro maiori parte ſunt ſuperbi & inimici popularium guloſi & luxurioſi.plusquam populares.Bal.in l.per adoptionem.ff.de adopt.vbi etiam dicit. verba formalia. Non dico de illis quos virtus nobilitat quia illi ſunt perfecti nobiles. quamuis careant diuitiis. ſed de illis qui abundant diuitiis, qui neſciunt facere reparari aliquid niſi comede.bibere & ſuperbire.

Nobiles an ſint mitius puniendi.Bolog.in conſil.37.col.6. al.Bal.in l.nemo poteſt in prin. C.de ſum. tri.& fi.cath.tene.ꝙ ſic.Niſi ſint pœne determinate. quia pariter puniuntur. nobiles & ignobiles.ſecundum.Bal.ibi.

Limita quando pœna venit applican.parti.ſecus quãdo venit imponẽda ad caſtigationem ita Bolog.vbi s̃.al. Barb.poſt Bal.in c.1.de conſti.in appoſtil.ad Inn. idem.

Mulier no.nubens ignobili. perdit nobilitatem. Sonz.in l. 2.ff.ſol.mar.char.139.n.20.

Propter affluentiam diuitiarum filiæ no.quãdoque collocan.filiis vilium ruſticorum Cardi. in clem̃. vnica.in 6. qu.de baptiſ.

Subiungit Card.quòd diſputans de nobilitate. diſputat de no.ſtercore.

Nobilitas nõ ſuplet defectum lr̃ature in cler. Bal.in l.in dãdo.ff.de tut.& cura.da.ab his.

Nulla ſine honeſtate nobilitas.Bal.in l.2.C.de 2.nup.& nobilitas perdi.per turpitudinem vite. Bal.in l.ſenatoris.ff.de ri. nup. idem.

Nocte commiſſum dicitur illud delictum, quod commiſſum eſt ante ſolis ortum.communem dicit Alex.in l. more.n. 5.ff.de feriis. Alij diſtinguunt,dicentes:Aut ſtatutum expreſsè determinat, quando dicatur dies vel nox, puta ad ſonum certæ campanæ, vel huiuſmodi, & tunc illud ſeruandum eſt. aut non expreſsè determinat, & tunc ſtandum arbitrio iudicis, & in dubio mitiorem partem ſequendam. & hæc opinio fuit Io.And.in c.ſi perfodiens. de homicid.quam tenent communiter canoniſt.vt atteſtatur Aug.ad Ang.de malef.in verb. de nocte.n.4.Cla.in pract.§.fi.q.82.ſtatut.9.verſ. quæro quomodo. P.Fich.

Nomẽ verbale poteſt intelligi actiuè & paſſiuè:vt de verb. violenter,dixit Bart.in l.ſi vxor.§.ſi quis vxorem.ff.ad leg.Iul. de adulter.vbi docet quomodo & qualiter articulandum ſit, vt probetur violentia in muliere. qua in materia nominum verbaliũ vide Bart.in rub.col.3.ver.aduerte.in procem.ff.Put.

Nomina



Nominã debitorum, nec mobilia, nec immobilia ſunt, ſed tertia ſpecies,ſeundum Bar.& doct.in l.poteſt. ff.de aucto.tuto.l.mouentium,ff.de verb.ſig.& communem dicit Iaſ.in ꝯſ. 5.vol.3.Quare in donatione omnium bonorum,nõ comprehenduntur nomina debitorum,vt firmat ibidem Iaſ. I.Fich.

Nomen quodcunque ſit, non ſufficienter probat eum aliquo ex loco oriundum eſſe,qui illo nũcupatur. vt receptum aſſerit Alex.in rub.num.9.ff.ſol.mat. Boer.deciſ.13.num.24. E.Suarez.

Nominis expreſſio,ſi vel à lege,vel ab ſtatuto pro forma in actu aliquo exigatur,non ſufficit euidenti demonſtratione illud indicari commune inquit Ant.Gomez.de teſtamentis.ca. 2.n.17. E.Suarez.

Nominis mutatio,ſi in alterius fraudem nõ fiat,licita,ac permiſſa liberis hominib.eſt. commune dicũt Alex.in rub.n.7.ff. ſol.ma.Bonifac.de Vit.in tract.malef.in rub.pœna mutãtium ſibi nomen.n.1. idem.

Nomina propria imponuntur ad beneplacitum,l.ſi quis in fundi vocabulo,ff.de leg.1.& mutari poſſunt quandocũque, ceſſante tamẽ fraude,& ſic iſta nominum mutatio liberis hominib.impunè cenſetur permiſſa,dum tamen fiat ſine fraude, vt s̃.in l.1.cùm ibi no.C.de muta.nomi.& firmat.Sebaſtianus Brant.in expoſitionibus titulorum iuris ciuilis,& canonici,ſuper titulo de muta.nomi.Frãciſcus Marci.deciſ.211.n.3.Boſſius, in pract.crim. in tit.de mutatione nominis.gl.in l.2.C.de conſti.pecu.& in l.ſi quis, vbi eam ſequuntur omnes doct.& ſequitur quoque Alex.& ait eſſe communem in rub. nu.7.ff. ſol.mat.& Bonifacius de Vite.in tract.malef.in rubr.de pœna mutantis ſibi nomen,n.1. cum aliis ſeq. vbi declarat,quando liceat mutare ſibi nomen, & quando, & quomodo puniatur nomen proprium, pronomen & agnomen ſibi mutans dolo sè,vel in fraudem,& aduerte hic ad vnum valdè no.quòd nõ ſequitur, talis vocatur Peruſinus, ergo eſt de Peruſio, & ideò repræſaliæ conceſſæ Bononiæ contra Peruſinos, ſi vnus qui vocetur Peruſinus reperiatur,ſeu commoretur Bononiæ,nõ poſſunt tunc exerceri dictæ repræſaliç contra iſtum Peruſinũ, niſi ſubeat munera Peruſina per ſe,vel per alium,quoniam nõ poteſt appellari municeps.l.1.ff.de municip.& per Bart. cum quo ſentiunt omnes,in rub.ff.ſol.mat.& Alex.pariter ibi,n.9. cum aliis ſequ. vbi aſſeuerat iſtam eſſe communem opi.& d. Pontanus Peruſinus,n.35.cum aliis ſeq.item nota, quòd bonum eſt habere bonum nomẽ.C.de ſum.tri. & fide cath.l.j.§. hanc enim legem,& vide gloſ.in prooe.cle.& prouer.22.hinc Accur.gloſator extollebat nomẽ ſuum, ex eo quòd occurrit contra tenebras iuris ciuilis,vt ipſe inquit in l.facta,§.ſub conditiõe,ff.ad Trebel.& hinc quoque eſt, quòd ex bono nomine oritur bona præſumptio, & econuerſo ex turpi nomine oritur ſiniſtra ſuſpitio,ſecundum Cardi.& alios in c.grauis, ex. de depoſi.& clariſſimum d.Tobiam Nonium Peruſin.virum nuſquam ſatis laudatum ſuper ſuis interpretatiõib.inſtitutio. in tit.quibus modis re contrahi.oblig.num.41.quia nonnulli modicæ fidei credunt illud fuiſſe impoſitum ex inſpiratione diuina,& ſic ſæpe euitãt tales,ſicut experientia docuit,& hinc refert Io.And.in ca. cùm ſecundum apoſtolum,de præb.vxorem ſuam Milantiam dixiſſe,quòd etiam ſi nomina deberent emi,deberent capi pulchra, & bona:& inter pulchra nomina poſt nomina apoſtolorum poſſent poni illa,de quibus,in c.3. & in c.tanta.de ſimo.& per Fel.in procem.decretalium,in ver. Gregorius,& per Ang.Are.in tract.maleficio.in ver.fama publica,& ſimilia,qualia recitat Franc. Sabba, nel li ſuoi ricordi vel ricordo.114. oue biaſma quelli padri che pongono nomi di gentili,& pagani,di beſtie,& altri nomi à lor figliuoli,& ꝙ cauere debeamus à nomine turpi tenet gl.in l.aut facta,§.dãda,ff.ad Trebel.Iaſ.in d.rub.ff.ſol.mat.& Dec. in c.1.de iudi.imò ꝙ peius eſt,ſecundum Frãc.Brun.in trac. malef.de indi.& tortu.poſt Io.And.relatum ibi per eum,quando inter torquẽdos reperiretur vnus habẽs turpe nomẽ, vt puta Spezza Croce,Scalabrino,Falamiſcha,Garbuglio,Malacoccia, Fericolo, Fracaſſo,Cane,Maſtino,& ſimilia nomina, tũc incipi deberet ab eo,qui eſſet huiuſmodi nominis,& hoc refert.approbat, & ſequitur Marſ.in pract.crim.in §.expedita,nu.52.& Carrerius poſt alios quamplures congeſtos per eum in ſua pract. crim. in l.obſeruare curabis.nu.185. & nomẽ turpe eſt demum tãtæ infamiæ ꝙ ſi Iudæus effectus chriſtianus retineret nomen iudaicum, ac eo vteretur poſt baptiſmum aſſumptum argueret abſque dubio retentionem affectus,& ipſe iudaiſmum approbare cenſeretur,vt voluit ita conſulendo Crauet.conſ.73. n.13.& ſeq.& aduerte hic vltimo loco, ꝙ quando ſit inquiſitio cõtra aliquem debet poni nomen,agnomen,& cognomẽ delinquẽtis,& rei inquiſiti.ne corruãt inquiſitio ipſa,citationes; & bãna ex ea prouenientia, ſecũdum Ang.Aret.in d.trãc. malef.in verſ. Caium Sempronij,in prin.n.1.cum aliis ſeq.vbi hoc limitat, & optimè declarat. Et quatenus ſuperius docuimus,ꝙ nomina aſſumuntur ad placitum,dic etiam,ꝙ ſicũt nomen,ita & inſignia quis aſſumere poteſt, ſecundum Pan.& alios communiter,in c.dilectæ.de excelſib.prælat.& quod licitum ſit vti inſigniis,& armis alienis,dum tamen non tendat in alterius præiudicium,tenet etiam Bart.in tracta.de inſign.& armi. & Bald.in l.1.C.quæ res vendi poſſunt, ſed inſignia dignitatis ſi non habet illam dignitatem aſſumere non poſſet,aliàs eſſet falſarius,l.eos, & qi ibi no.ff.de fal.facit, ca.1.de clen.non.ord. miniſt. F.Viuius lib.2.opi.193.

Nomen proprium.pulchra nomina imponenda ſunt.Iaſo. in l.1.in 6.in 2.lec.C.de ſum.tri.Fel.ĩ prohe.decr.col.12.Hyp. in l.1.col.16.ff.de quæſtio.

Etiam ſi magno prætio deberent comparari.Iaſ.in l.1. col. 3.ff.de ll.& in rub.ff.ſol.ma.col.4.

Bonum enim eſt habere pulchrum nomen.& per contrarium turpe.malum eſt.gl.in l.facta §.ſi in dãda.ff.ad treb. Phi. in prohe.6.adde Bal.in rub.ff.ſol.ma.vbi in ãddic.alſu.plutarchus.Pe.gerar.ſing.75. P.And.

Nomina propria ſunt mutabilia. appellatiua immutabilia l.ſi quis in fundi vocabulo. & ibi not.de legat.primo.Philip. vbi s̃.

Aſſumptio ſp̃is nominis non fac.generale nomen amitte. ita.no.Bar.in l.Alex.C.de decurio.li.10.fac.l.iuriſgen.§.quod fere.ff.de pac. idem.

Propriorum nominum interpretatio. pertinacibus eſt relinquẽda. Iaſ.ĩ §.ſic itaque col.1.de actio.fac.quod vult Fel.in c.quanto de præſump.Alex.in rubr. de oper.nõ.nunc.col.14. circ.fi.Bal.in rub.de no.C.compo.cõl.1.

Nominis mutatio non prodeſt. Fely.in capit.in tantum.de ſimo.

An valeat arg.à proprio nomine.Fel.ĩ prohe.decre.col.12. & Phi.vbi s̃. idem.

Pro nominato debet haberi. id quod non poteſt niſi de vno intelligi.l.nominatim ff.de lib.& poſth.Bal.in 4.part.conſ. 168.fac.quod vult Alex.in 1.vol.conſ.28.repetito.vol.2.cõſ. 31.in prin.&idem vult in vol.1.ꝯſ.80.col.3.ibi nec etiam ob. fac.quod vult Cor.in 2.vol.conſ.240.ver.vnum tamen.Hyp. Marſ.in l.1.§.ſi ſeruus.col.2.de quæſtio Ang.inſti.de exhæred. libe.

De nomine non curamus.dummodo habeamus effectum. Iaſ.in rub.C.vnde libe.in fi.fac. illud.aut alio quouis nomine. Numme.vni.Ang.in §.ſi quis in nomine.inſtit.de leg.

Error proprij nominis vel cognominis eius contra quem fit commiſſio illam non vitiat Rota. in no.conclu.133.& s̃. error.§.12.de quo habetur aliquid per Phi. cap.fi.de for.compe.in 6.

Fac.quod vult Hyp.ſing.144.vbi dicit.quòd error nominis app.non vitiat bannum.

Error.n.nominis proprij. vel appe.nõ vitiat dummodo de corpore conſtet vt habetur in iuribus alleg.per doct. in locis præall.& Petr.gerard. ſingu.90. Angel. in dict.§. ſi quis in nomine.

Limitat Pe.gerar.vbi s̃.in baptizãte.quia ſi credat baptizare maſculum imponen nomen Petrus. & ſit filia.non erit baptizata.

Item limita in errore ſui proprij nominis. Alex.in l.ſi in nomine de ver.ob.Lud.Ro.conſ.179.

Item in errore nominis ſui filij.Alex.vbi s̃.niſi filius eſſet editus & educatus abſente patre.

Error in nomine app.vitiat niſi res ad oculum demonſtre. Alex.in l.huiuſmodi in fi.de ver.ob.

Per nomen quiſque dignoſci.Ang.in §.ſi generaliter.inſti. de leg. idem.

Nominatio conuentus actione reali vel miſta per nominationem domini non euitat iudicium,&an excuſetur nominãs alium in iudicio?vel quid operetur nominatio? vide Soc.in c. quoniam frequenter §.quod ſi ſuper extra vt lit.non conteſt. Fel.conſil.24. Dec.in l.velle non creditur.de regul.iur.Bart.in auth. qua in prouincia C. vbi de crim. quibus autem caſibus, & quando permiſſa ſit nominatio domini vel non? vide Miſing.Cent.2.obſer.58.Afflict.deciſ.217.cui adde,quòd nominatus condemnari non poteſt ſine nouo libello,teſte Dec.ꝯſ. 62.nu.3.Abb.in c.ſi.§.fi.nu.28.vt lit.non conteſt.qua in materia, dic, quòd nominatio domini in iudicio, tunc demum locum habet,& procedit,quando cõuentus, vel nominatus nõ ſuo, ſed alieno nomine poſſidet, & ipſe nullum ius habet in re, vt ſunt depoſitarius commodatarius, colonus, inquilinus,

& ſimiles,ſin autem non tam alieno,quàm etiam ſuo nomine ſuoque iure poſſideat: quales ſunt vaſallus, emphyteuta, fructuarius,& ſimiles,qui ius habēt, & ſuper illo iure ſuo poſſeſſoriè conueniatur, & non ſuper iure domini, tunc locum non habet nominatio,ex not.per doct. poſt gl.in l.locum §. 1. ff.de tab.exhib.Bar.in l.2.C.vbi in rem act.Abb.in c.quoniam frequenter §. in aliis n.22.& 23. ver.qđ ſi ſuper vt lit.non cōteſt.vbi dicunt eſſe communem opi. Nominatus autem in iudicio, ſi ſit perſona priuilegiata, puta clericus,non poteſt declinare forum, & cauſam ad ſuum forum auocare, ſed tenetur defendere conuentum.in foro illius,l.venditor ff.de iudi. l.j.C.vbi in rem act.Abb.d.§.in aliis,intelligen.vt ibi per eum, ſi clericus veniat ad cauſam defenſor voluntarius,non neceſſarius, puta, quia non principaliter contra ipſum, ſed contra poſſidentem agitur,alioquin locus erit not.per Corn. conſil. 79.in fi.lib.4.vbi inquit,generaliter dicēđ eſt in omni caſu, ꝙ tertius veniens ad cauſam principaliter pro defendendo iure ſuo,nō aūt aſſiſtendo alteri:remitti debet ad ſuum iudicē, de quo vide quæ ſcribit Seb.de nullit.c.4.poſt nu.20.Nat.conſil. 99.col.pe.in fi.Rom.ſing.630.conſ.347.doc.in c. captm ſan. crucis.in gl.pe.de reſcr.Nat.d.conſil.99.col.pe.circa med.vbi dicit,ꝙ tertius comparēs pro ſuo intereſſe: etiam ꝙ ſit neceſſarius defenſor,ñ pt exceptiones priuilegiatas ex perſona ſua, maximè fori declinatoriam opponere, Bal.& Saly. in d.l.1.C. vbi in rem act.vbi reprobāt Bar.ibi teneñ contrarium, & hāc communem opi.dicit Nat.d.conſ.quæ nota,quia ſæpe occurrunt in actu pract. vt euenit in caſu cuiuſdam laici vendicañ domum detentam.per clericum,qui clericus alium clericum autorem nominabat,& tunc allegabatur Nat.conſil.324.qui loquitur in clerico, & inter alia etiam dicit, ꝙ nominato domino:datur nouus libellus abſoluitur nominans ab obſeruatione iudicij,remittitur cauſa iudici nominato.

Nominatio domini in iudicio,tunc demum locum habet, & procedit,quando conuentus,vel nominās,nō ſuo,ſed alieno nomine poſſidet,& ipſe nullum ius habet in re,vt ſunt,depoſitarius,commodatarius,colon⁹,inquilinus,&c.Si autem nō tamen alieno quàm etiam ſuo nomine,ſuoque iure poſſideat,quales ſunt Vaſallus,Emphyteuta,fructuarius,& ſimiles qui ius habent, Et ſuper illo iure ſuo poſſeſſorio cōueniatur, & nō ſuper iure dominij, tūc nō habet locum nominatio.ita communiter cōcluditur poſt gl.ī l.locum §. 1.ff.de tab.exhib. & Bart.in l.2.C.vbi in rem actio.& canoniſtæ,maximè Pan.& Marianus Soci.eius diſcipulus,in c.quoniā.§.ī aliis.& §.quod ſi ſuper,vt lite conteſt.vbi dicit,quòd d.gl.in l.locum.ab omnib.approbetur. I.Fich.

Nominatus in iudicio,ſi perſona ſit priuilegiata(puta clericus) nō poteſt declinare forum, & cauſam auocare ad ſuum forum,ſed tenetur defendere cōuentum,ī foro illius, per tex. claros in l.venditor.ff.de iudi.& l. 1. C.vbi in rem acti.& tenēt communiter doc. in d.§.in aliis, quæ tamē intelligenda ſunt, (vt declarat Pan. vbi ſ.) ſi clericus ad cauſam veniat defenſor voluntarius,& nō neceſſarius,puta,quia nō principaliter contra ipſum,ſed ꝯ poſſidētem agitur,&c. Alioquin eñ obtinet quod ſcribit Cor.conſ.79.in fi.vol.4.generaliter,inquit,dicēdum eſt quòd in omni caſu, Tertius veniens ad cauſam principaliter pro defendendo ſuo iure,non autem aſſiſtendo alteri debet remitti ad ſuum iudicem,&c. idem.

Notarius ipſe qui inſtrumentum rogatus recepit,poteſt etiā ſine auctoritate iudicis extēdere imbreuiaturas à ſe factas, ſecundum ſtylum, & conſuetudinem ſuam. Secus eſt in alio notario ſubrogato,qui inſtrumētum nō recepit:quia ſine iudicis auctoritate imbreuiaturas alterius notarij extendere nō poteſt. Eſt communis opi. ſecundum Alex. in conſ.163.viſis narratis.vol.7. M.Chærian.

Si vnus ex plurib.teſtib.à notario receptis accuſetur de falſo,& ipſe teſtis dicat notarium aliter ſcripſiſſe,quā ipſe depoſuerit:quo ad crimē falſi, nō magis creditur ſcripturæ notarij contra teſtem.quàm teſti contra notarium. Eſt com.opi.ſec. Alex.in conſ.73.viſo teſtamento.vol.1. idem.

Ex ſtipulatione notarij, tāquam publicæ perſonæ,nomine abſentis facta,acquiritur abſenti vtilis actio ſine ceſſione. Eſt verior & magis com.ſec.Alex.in conſ.31.viſo themate verſi. fuit etiam.vol.6. idem.

Notarius probato errore ſuo, poteſt illum propria autoritate corrigere,Eſt indubitata & com.opi.ſec.Iaſ.in conſ.28.reuerende domine vol.1. idem.

Notarius paſſim pro alio ſtipulatur,§.ſi quis alij, inſtitutio. de inutil.ſtip.& ibi doct.Bart.Alex.& Iaſ.nu.14.in l. ſtipulatio iſta,§.ſi ſtipuler,ff.de verb.obl.Bald.in l.certi condictio,§.quoniam,ff.ſi cer.per. Bart.Bald.Pau.de caſt.& alios in l.1.§.huius ſtudij,ff.de iuſtitia & iure,& de hoc latè diſputat Tyraquel.in tractatu de cōſtitutione poſſeſſo.3. part. limitatio.30.nu.16. cum multis ſeq.hoc autem nō ſolùm habet locum in præſente acceptante,& recipiente,ſed etiam in abſente, ſecūdum gl. in l.2.ff. rem pupilli ſaluam fore, quam ſequitur ibi Bart. Alex. in add.ad ipſius,cùm infinitis aliis cōgeſtis per Tyraq. in dict. tract.in 3.par.30.limita.n.23.vbi ſcribit iſtam eſſe communē opi.& hinc notāt Bart. & Doc.in d.§.ſi ſtipuler,quòd propter ſtipulationem Notarij quęritur vtilis actio abſenti ſine ceſſione,ſed tamē ſecuta prius ratificatione abſentis,& opi.iſtam fatentur eſſe communem Alex.in d.§.ſi ſtipuler,n.2.& Iaſ.n.15. ꝙ etiam firmat Soc.conſ.125.in fi.vol.1. Pariſi.cōſi.78.n.99. libr.3.& cōſ.69.n.136.eod.lib.& Couar.in ſuo libr.variarum reſolutionum ex iure Pontificio,Regio,& Cæſareo.in primo lib.cap.14.nu.11.& ſeq poſt alios ibi relatos per eum,vbi pulchrè declarat iſtam concluſionem,ſequitur, & dicit eſſe communem, & aduerte quòd quando compertum eſt ius quæſitum eſſe parti ex facto Notarij,vel iudicis, vel teſtis, tunc non eſt in facultate eorum dicere aliquid,propter quod ius quæſitum tollatur, ſecūdum doctrinam Bart. communiter approbatam in l.ſi quis in graui. §. ſi quis moriens, ff.ad Silla. & de Notario ipſo aliquid poſuimus ĵ.ver.teſtis.in concluſione incip. Notarius cui eſt facta commiſſio examinationis teſtium. Et in concluſione exordiente.Notarius faciendo mentionem in teſtamento teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis. F.Viuius.

Si Notarius priùs deceſſerit,quam de inſtrumēto per ipſum recepto ſe rogatum fuiſſe atteſtatur, vel alias de illius rogatu cōſtare poſſit,communis eſt Doct.ſentētia, eum nō præſumi de inſtramēto huiuſmodi fuiſſe rogatum,ideoque inſtrumētum hoc nullius eſſe momenti,vt Inn.& plerique alij voluere in c.1.de fid.inſtr.vbi Inn.admonet.vtile futurum,ſi notarijs id in inſtrumento dixerit,idemque tradidit Io.And.in add.ad Spec.tit.de inſtrum.edit.§.breuiter,ver.& not.& in tit.de teſtibus.§.1.verſi.quid ergo ſi dicatur.in fi.refert & ſequitur Alex. in conſ.290.videtur in prima conſideratione,in fi.volu.2. F. Turzan.

Si Notarius aliquid ī ſua ſcriptura atteſtatur,quod eius rogitum, vel aliquem iudicis actum nō concernat,talis atteſtatio nō probat, nec illi prodeſt, qui huiuſmodi atteſtationi innititur.Verba enim Notarij id tantum probant, de quo ipſe à partibus fuit rogatus,vel quòd factum ſit à iudice,ſi de tali facto, vel actu atteſtatur. idque Inn. & alij communiter tradiderunt in c.quoniam contra.de proba.& ſentit Io.And.in addit.ad Spec.in titu.de teſtib.§.ſequitur.& Butr.in c.fraternitatis.de teſtib.vbi dicit quòd licet notarius dicat ſic,videlicet,talis teſtis iuratus,&c.ex hoc tamen nō probatur iuramenti pręſtatio. F.Turzan.

Notarius quis non præſumitur,niſi probetur titulus:etiam ſi conficiat inſtrumentum vt notarius,Alc.de præſum.reg.3. præſum.13.com.dicit. B.Villal.

Si Negetur inſtrumentum eſſe confectum à Notario: non ſufficit,quòd probetur haberi pro tali:ſed eſt probādum eum eſſe talem:aliàs inſtrumentum non valet.Iaſ.in l. Barbarius.n. 48.de offi.prætor.ff.com.dicit. idem.

Fallit in antiquiſſimis,in quibus præſumitur titulus notarii, Aym.de antiq.temp.in 3.par.ver.vidimus in genere.n.8.communem dicit.ex Bal.in auth.quas actiōes in fi.C.de ſacroſ.eccle. & vide Boe.deci.36.nu.11.vbi concludit hoc eſſe verum quando cōſtat alia inſtrumenta recepiſſe ante vel poſt illam, de qua quæritur,quia hoc ſufficeret vt transferatur onus probandi in negantem eſſe notarium, vt tenet Bal. Alex.& Iaſ.& Deci.& Iaco.de Sancto Georgio in l. 1.C.qui admitti.ad bon. poſſe. idem.

Notarius non conficit inſtrumentum, niſi rogetur à partibus:nec ei creditur nec poteſt rogari niſi de his,quæ tūc fiunt à partibus, Curt.iun. conſil.166.numer.2.communem dicit. idem.

Notarius nō præſumitur eſſe rogatus niſi ipſe in inſtrumēto dicat eſſe rogatum, Boer. deciſ.75.n.7.etſi dicat ego ſcripſi,communem dicit. idem.

Notarius ſi non dicat in teſtamento teſtes eſſe rogatos, & ad hoc ſpecialiter vocatos:non valet quod agitur,Boe.deciſ. 34.n.4.communem dicit.

Fallit ſi ſit ad pias cauſas,idem ibi n.5.communem dicit.

Fallit ſecundò,ſi teſtes ſubſcripſerūt, idem ibi communem dicit.n.8. idem.

Notarius acquirit alteri.Pan.in procem.Decr.communem dicit nu.22.quam intellige in actionib.vtilibus,non tamen in directis,Alc.in cap.cum contingat, de iureiurand.133. communem dicit.



Fallit,ſi ſtipuletur pacem pro abſente nō.n. acquirit ius abſenti,Alc.in c.cum contingat.de iur.iur.nu.237. idem.

Notarius nō computatur inter teſtes:niſi à iudice ſit examinatus Matthæ.de Affli.Deci.neap.25.comm.dicit. idem.

Notarius nō poteſt ſine auctoritate iudicis committere alteri notario ingroſſationem inſtrumenti, Boer.Dec.36.nu.8. com.dicit.

Hæc opi.communis cōcordat cum l.8.ti.8.par.2.loquente de notario prīcipis cui commiſſa ſunt aliqua ſecreta alicuius ſecreti:alij autē notarij ex infirmitate, vel ex alio caſu poſſunt committere ingroſſationem inſtrumēti:dummodo ſeruetur traditum per l.55.ti.18.par.3.& l.5.ti.19.par.ea.& l.7.ti.8.lib. 1.For.ll.& vide legem ſtyli.289. idem.

Ingroſſatio inſtrumenti requirit ſignum Notarij defuncti Boe.ibi communem dicit. idem.

Notarius publicè excommunicatus ſi conficit inſtrumentum,non valet quod agit,Io.à Ripa in c.2.libr.3. de don.communem dicit. idem.

Notario dicēti certioraſſe mulierem de velleyano creditur, & firmat inſtrumētum.Alc.de præſum.re.3.præſum.13.com. dicit.& vide in verb.iuramentum. idem.

Notario aſſerenti ſibi commiſſum non creditur niſi cum fide alterius notarij,Cur.iun.conſ.166.n.3.com.dicit. idem.

Item nō creditur notario dicenti in teſtamento ægrum eſſe ſanæ mentis tempore cōditi teſtamenti, Iaſ.in l.ſenium,n. 3.C.qui teſta.facere poſſunt,com.dicit. idem Villal.

Notarij inſtrumentum confectum in loco ſubiecto illi qui eum creauit,vbique valet & probat,cōfectum vero extra territorium illius,qui eum creauit,non vbique fidem facit.com. dicit Bened.vadus in Notat.ad Fel.in ver.Notarius.ver. Notarius qui fecit inſtrumentum,&c. I.Fich.

Notarius poteſt ſcribe. inſtrumentum. contra ſe.Bal.in 3. par.conſ.435. P.And.

Notarius an poſſit ſcrībe.inſtrumentum. pro patre. Bar.in conſil.61. dicit ꝙ non.niſi ſit emancipatus.& idem vult in l.ſi pater.ff.de fal.& in l.quod diximus §.fi.ff.de aucto.tut.

Notarius poteſt ſcribe.inſtrumentum pro mr̃e. quia nō eſt in eius poteſtate.Bar.in d.conſ.61.

Quid econtra an pater pro filio poſſit confice.inſtrumentū. Bar.in d.l.ſi pater.tenet quòd ſic.

Sed videtur intelligeñ.quòd poſſit ſi filius ſit emancip.vt videtur velle.ipſe.Bar.in l.impuberem.§.1.ff.de fal. idem.

Quid ſi vnus notarius fuit rogatus de aliquo inſtrumento. & demum notarius ſucceſſit illi in cuius fauorem eſt inſtrumentum. an inſtrumentum probet in fauorem ipſius notarij. Bar.in l.de eo.§.illud ff.de fal.tenet quòd ſic.Lud.ſing,346.

Notarij officium.vile eſt.Barb.in 4.vol. conſil.81.col.6.vide ĵ.§.9.

Notarius debet iter.leuare inſtrumētum.quod dicitur perditum.vt in ver.inſtrumentum perditum.

Et ibi habetur an talē amiſſio inſtrumenti probetur per iur. idem.

Notarij officium.vile eſt.Barb.in 1.vol.conſ.43.col.5.vide ſ.§.6.imo infamis poteſt eſſe notarius.Bar.conſ.77.

Limita non procede.in notario principis.qui dicitur habere dignitatem.Bar.in l.vnica.C.de mand.princi.Ang.in §.cum autem. inſtitut. de adopt. & in §.quibus autem inſtitut.de capi.di.

Notarium actorū. poſſum.vt ſuſpectum recuſare.& ſuffic. iur.Alex.in 5.vol.conſ.104.& ſ.in ver.iudex recuſatur.§.

Notarium actor.ſemel electum.non poteſt iudex ſine cauſa mutare.Bal.in l.2.C.quomodo.& quando iudex. Fel.in ca. quoniam contra.col.1.de prob.

Et ſi alius ſcribat non valet proceſſus Bal.in l.1.per illū tex. C.de ſpor.Bar.& Ang.in l.cum ſententiam.C.de ſenten. Fely. vbi ſ.

Et acta debēt ſcribi per notarium.qui incepit ſcribe. in cauſa.Bal.in l.nec.honore.C.de epi.& cler.

Propter ſimplicitatem notarij pręſumi.potius error.quam falſitas Cu.conſ.135.Alex.in l.quotiens §.ſed ſi non.ff.de hæred.inſti.Fel.in c.ex lr̃is.col.2.de fi.inſtr.& in c.ad audientiam. co.2.de præſcr.& in c.cūm dilecti col.4.de accuſ.Iaſ.in l.errore.col.1.C.de teſta.

Faciunt quæ dixi in verſi. falſum.§.39.& ita vult Alex.in 1. vol.conſ.70.col.vlt.ibi bene faciunt.

Famulus notarius effectus. ſi recipiat inſtrumenta ad opus domini.an poſſit mercedem pete.Lud.Ro.conſ.25. idem.

Notarius de falſo condemnatus an poſſit inſtrumenta recipe.vide in ver.falſum.§.65. P.And.

Notario non credi.ſi dicat ſibi commiſſum quòd ſcriberet acta.vt ĵ.verba enunciatiua.§.9.ver.fac.etiam.

Notarius non computatur.in num.teſtium.quando agi.de proban.actum p inſtrumentum. ſecus quando ag.de proban. actum per teſtes.Alexand.in 2.volu. conſil.146.& conſ.153. col.vlt.

Notarius an præſuma.apposuiſſe aliquas clauſulas ex ceruice ſua.vide in ver.falſum.§.

Notarius præſumi.peritus.Cor.195.in fi.

Notarius debet appone. ſignum alias inſtrumētum nil valet Cor.in 4.vol.conſ.70.

Gerens ſe pro notario cum nunquam fuerit creatus.pœna mortis puniendus eſt.Hyp.ſing.35.

Notarij habent iuriſd.in volentes.quia ſunt iudices cartularij. Alex.in rub.de oper.no.nunc.in prin.3.col.

Inſtrumenta cōfecta per notarium putatiuum non valent. Alex.ample.in l.1.col.pe.& vlt.C.de teſta.

Notarius ſi efficia.doctor.poteſt tamen inſtrumenta recipe. Ang.in §.quib.autem.inſti.de capi.dimi.

Non credi.notario dicenti ſe falſum inſtrumentum feciſſe. in præiudicium part.Bal.in l.generaliter.colum.1.de non nume.pec.

Nec ſi dicat ſe erraſſe.Bal.in l.cum proponeba.ff. de lega.2. idem.

Notarius & infamis eſſe poteſt,& vilis iure ipſo hr̃ commune aiunt Boe.deciſ.222.n.7.& 1.Bern.Diaz.in pract.cri. c.53. Aym.Crau.cōſ.163.Nec in aliis fidem facit,quàm in iis, quæ à contrahentib.rogatur,nec in aliis rogari poteſt,quàm in iis, quæ de præſentib.geruntur.communia inquiunt Cur.iun.ꝯſ. 166.n.2.Soc.iu.cōſ.178.n.3.lib.2.nec item de aliis rogari poterit,quàm quæ inter aliquot partes conficiantur. commune ponit Turz.opi.58.& rurſus opi.69. nec rogatus aliter cenſebitur,quàm ſi ſe in ipſo inſtrumento rogatum dicat.commune inquit Boer.deciſ.25.n.7. E.Suarez.

Notarius ex iudicis commiſſione expedire illa poterit,quę tametſi ab ipſius officio pendeant,plenam tñ cauſæ cognitionem nō exigunt, commune aio ex Bar.n.14. Plat.Rebuf.n.3. atque ex Pyrrho poſt Lucam de pen.in l.2.C.qui admit.Hyp. in l.de minore §.plurium à n.10.ff.de quæſt. idem.

Notarius alteri proculdubio quærit,commune dicit Pan.de re.n.22.non tamen abſenti, vel per ſtipulationem directas actiones,ſed vtiles tātùm quęret.commune.inquiunt Alc.in c. cum cōtingat.n.234.de iureiur.Viuius li.1.op.228.Quin nec ſi abſentis noīe ſtipuletur,illi quidpiam antea acquiret,quam abſens ipſe rem totam agnoſcat atque accipiat.commune teſtificantur Alc.in d.c.cum contingat.n.237.Tiraq de conſtit. poſſ.3.par.limit.30.n.10.& ſeq.Did.à Couar.in rub.par.3.nu. 113.de teſta.Viuius li.1.opi.77.Quamuis contrarium cōmune affirmant Alex.n.11.Iaſ.ver.ſecundo videndum in lege ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler.ff.de ver.ob. Pariſ.conſ.69.nu.136.& 148.cum ſeq.lib.3.Crauet.conſ.50.lib.1.late Io.Cephal.cōſi. 33.n.8.& ſeq. Quamobrem ſi prius quiuis habeat,quàm rem geſtam agnouerit,illius hæres nihil ex illa ſtipulatione nanciſcetur, nec eam aliquo modo approbare, ac ſibi ipſi conciliare poterit.commune proferunt Alci.in l.2.§.ex his. nu.3.ff.de ver.obl.Did.à Couar. lib.1.reſolut.ca.14.nu.11.& ſeq.Viuius lib.1.opi.227.& in locis ſuperius laudatis. E.Suarez.

Notarius non aliter in teſtibus numerabitur,quàm ſi à iudice exploretur,ac diligenter examinetur.commune inquiunt Matth. ab Afflict. deciſ.25. Franciſc. Marc.deciſio.144. E. Suarez.

Notarius quin de re ſibi ipſi debita inſtrumentum concinnare poſſit, nihil omnino vetat. commune pono ex Angelo in §.idem iuris.n.32.inſtit.de exce.Iaſ.in l.ſciendum.ff.de ver. ob.Fel.in c.ſcripturam.n.vlt.de fid.inſtr. idem.

Notarius ſi eum ritum, vel ſolennitatem interueniſſe aſſerat,quæ inſtrumenti tempore interſeri non potuit, nullam fidem merebitur.commune aio ex Iaſ.in l.ſciendum.n.12.ff.de ver.obl.& in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de of.procōſ. Fel.in c.ſicut.n.27.de re iud.Ant. Burgen.in ca.cum dilect.de empt.& vend.Ferrer.caut.vlt.Alc.de præſump.reg.3.præſum. 10.Quinimò ſi faciendi teſtamenti tempore illum, qui id exarauit ſcribi ue iuſſit, mente cōſtitiſſe affirmauerit, nulla ipſi fides adiungetur.cōmune dicunt Iaſ.in l.Senium.n.6.C.qui teſta.facer.poſ.Io.Dilect.de arte teſt.caut.6.n.3.Viuius latè lib. 1.opi.373. idem.

notarij ſignum inſtrumentis apponi neceſſe non eſt quamuis ad comparationem conducat. commune inquit Alex. in rub.n.44.ff.de no.oper.nūc.At illius titulus & neceſſarius eſt, & niſi probetur, non præſumitur. commune affirmant Boer. deciſ.36.n.7.Alc.in tract.de præſump.reg.3. præſump.13.nu.

15.Craue.de antiquit.temp.par.3.n.18.latè tradidit an idem in antiquis & antiquiſſimis inſtrumentis proceſſurum ſit. E. Suarez.

Notarij fides vacillat ac ruit,ſi in cauſis criminalib.aliter ſe depoſuiſſe teſtis iuret,quàm ab illo ſcriptũ fuerit,tametſi longe aliud ius in cauſis ciuilibus ſit. commune inquiunt Gram. deciſ.60.nu.18.Io.de Amicis conſ.119.n.5.latè Viuius lib.1. opi.105.& qui id rectè explicat I. Cla.in prac.§.vlt.q.53.quintus eſt caſus.At falſi notarius tenebitur,& cùm falſum inſtrumentum fabricatur,& cùm aliquid inſtrumento inſerit,quod re ipſa verum non eſt,& cùm de re illicita inſtrumentum exarat,& cùm denique ſe rogatum de inſtrumento conficiendo negat,de quo reuera rogatus fuit.vt frequēter placita copioſè oſtēdit,alia ad materiam apposita ex receptis interpretum ſententiis eleganter tranctans I.Cla.in d.pract.§.falſum.à ver. fabricans falſum inſtrumentum. cum complurib. ſequentib. Non tamen antea notarius officio priuatus cenſetur, quàm falſi damnatus ſit. commune pronunciat Alex. in l.ſi quis ex argentariis.§.1.n.6.ff.de edendo. E.Suarez.

Notarius infamis poteſt eſſe notarius,excepto notario principis.Bar.in l.1.C.de manda.prin.& Ang.conſ.284.quia notarius principis habet dignitatem,& retinet primum locum,ſeu honorem inter notarios, vt late deducit, & probat Boeri.deciſ.222.nu.13.ſed notarij regulariter acta inter priuatos recipientes poſſunt eſſe infames.ſecũdum gl.in l.pedius.ff.de arb. Iaſ.in rub.C.de proc.nu.6.& Bart. vbi ſupra. quorum opinionem ſequitur, & dicit crebriori calculo receptam per Docto. Boeri.in d. deciſ.222.nu.7.& 9.& hoc non mirum. nam officium notariatus dicitur vile. Oldr.conſ.75.& Boeri.in præcitata deciſ.222.n.8.& ideo clerici officium tabellionatus exercere nequeunt,ca.ſicut,ne cleric.vel mona.quoniam eſt vile, & ſeculare,ſecundum Abb.ibi,& hoc plene explicat,& declarat.Io.Bern.Diaz.in pract.cri.can.in c.53.imo quod peius eſt, nobilis exercens tabellionatus officium perdit priuilegia nobilitatis ſuæ,ſecundum Guid.Papæ,in q.90.& ita voluit conſulendo.Crauet.conſ.163.per totum.& clericus pariter in ſacris ordinib.conſtitutis exercendo officium hoc perdit beneficium. F.Viuius lib.2.opi.194.

Notarius inſtrumentum ꝯficiens ſuper re illicita, extra caſus à iure permiſſos incidit in pœnam falſi.Bart.in l.1.ver. venio ad tertiam.C.de petit.rer.ſubla.lib.10.cuius opi.ab omnibus approbatam dicit Aug.ad Ang. de malef.in verb.falſario. n.46.quem refert etiam Pract.Conrad.n.10.in fi. Cla.d.lib.5. §.falſum.ver.adde. P.Fich.

Notarius negans ſe eſſe rogatum de inſtrumento, de quo reuera fuit rogatus,punitur pœna falſi.com.dicit Curt.iun.in l.qui accuſare.nu.12. C.de edendo.Limita.niſi notarius eſſet vir bonæ opinionis, & factum eſſet ante lõgum tempus Cla. d.§.falſum ver.item notarius. idem.

Notarius non ſolum dicitur falſum committere,falſum inſtrumentum fabricando, ſed etiam ſi aliquid in inſtrumento apponat quod verum non ſit,puta ſi in inſtrumēto mutui apponat verbum numerauit,cùm tamē tempore cõtractus nulla pecunia numerata ſit vel ſi ſcribat.rogauit Titius,ſpopõdit Meuius, & probetur quòd tempore cõfecti inſtrumenti. Titius fuerit abſens:communem dicunt doct.& in ſpecie Iaſ. in l.ſingularia.ff.ſi cer.pe.& Dec.ibid.n.33.item curt.iu.n.36.nõ enim debet notarius inſtrumentum conficere niſi de his quę ſenſu corporis tunc percepit. ſecundum doctrinam Bart.cõmuniter receptam in auc.ſi quis in aliquo.circa.fi.C.de edẽd. Clar.lib.5.ſent.§.falſum ver.notarius. idem.

Notarius omittens apponere ſolennitates requiſitas in inſtrumento de quo rogatus eſt, incidit in pœnam falſi magis communiter teneri Corn.conſ.53.in litera G.lib.4.nõ tamen puniretur propter hoc niſi in caſibus à iure expreſſis.ſecundũ communem,vt dicit Aug.ad Ang.de malef.in verb. Falſario, in fi.Clar.ibid.ver.pariter. idem.

Notarius non præſumitur rogatus,ſecũdum communem per Rol.de inuent.3.par.q.37. reprobata gl.in §.nos autem in auc.de tabel.

Notarius principis,quem vulgò Secretarium dicimus,dicitur habere dignitatem,propterea ſi ipſe infamis fuerit,eo officio fungi non poteſt.l.vnica.& ibi Bart.& Salicet.C.de mand. prin.l.laudabile.C.de aduoca.diuerſ.iudic.& ibi Aret. Bart.in in l.ead.§.hac lege.ff.ad l.Iul.rep.latè Tiraq.in tract.de nobilita.c.30.n.8.Et hanc opi.communem eſſe meminit Did.in ca. 19.n.5.ver.prima concluſio prac.q.To.1. kirchouius.

Notarius ñ præſumit eſſe rogatus in dubio,niſi aliter de rogatu appareret.Vnde Inn.& alij in c.1.poſt eum.ext.de fid.inſtr.dicũt,vtile eſſe,ꝙ notarius in inſtrumēto atteſtetur ſe fuiſſe rogatum,aliàs autem ſi hoc non faceret,& decederet,vel aliter conſtare non poſſet de rogatu,inſtrumentum nullius eſſet momenti.Et hanc communem ſententiam eſſe conſulendo ſcribit Alex.in ꝯſ.153.n.9.in 2.lib.cõm. refert quoq; Rol. à Valle,in cõſ.38.n.4.in 1.To.conſ.ſed veritatem in cõtrariũ eſſe,eo ipſo ꝙ notarius ſcribit & ſubſcribit,eũ præſumi rogatum.refert apoſtil.ad Alex.in verb.contrarium. in d.cõſ.153. in ſuis marginalib.addit.ita ꝯſulẽdo tradit ipſe Alex.in ꝯſ.48. n.3.cum ſeq.in 5.vol.ꝯſ.Iaſ.in l.ſciendum.n.40.ff.de ver.ob.& hanc communem eſſe cum aliis adductis authoritatib. ait Apoſtil.in alleg.conſ.153.in d.verbo,contrarium. kirchouius.

Notarius omittens opponere ſolemnitates requiſitas in inſtrumento, de quo eſt rogatus, incidit in pœnam falſi, vt eſt magis communis opi.non tamen puniretur ob hoc,niſi in caſibus à iure expreſſis,vt eſt communis opi.Clar.in d.§.falſum. ver.pariter. Bonac.

Notarius condemnatus,quia deliquit in officio, vt quia fabricauit falſum inſtrumentum,cenſetur officio tabellionatus priuatus,ſi quidē notariatus eſt officium,& dr̃ officium communis operæ & artis.Dec.conſ.40.in 1.volu.& ideò de nouo non poteſt conficere inſtrumenta poſt condemnationem,vt eſt communis opi.Cla.q.73.ver.notarius.plura Bened.de Vado foro Sempro.in reperto.Feli.verſi.notarius condemnatus de falſo.ſecus ſi eſt condemnatus pro alio delicto,nõ concernēte officium notariatus.Caſtr.in l.quamuis.n.1.ff.de ſol.Nã debet notarius apponere tantum ſubſtãtialia in inſtrumēto, non omnia verba verboſè apponere. Et illa ſubſtantialia debet apponere,de quibus eſt rogatus à partib.tantum.Alex.in conſ.190.n.4.in vlt.vol. Quæ autem requirantur ad probandum inſtrumentum auth. vide per Alex. in conſ.198.nu.1.in vlt.vol.vbi etiam.nu.4.ponit practicam,& remedium,ac modum probandi tabellionatum. Bonac.

notarij ſcripturæ non creditur in criminalib.ſi ageretur de falſo contra teſtem & produceretur ſcriptura ipſius notarij,& teſtis negaret ſe ſic dixiſſe.vt eſt communis opi. de qua Ab.in c.ad audientiam.n.7. de præſcr.notarij tamen alicuius Curiæ, vel Banchi, qui ſcribunt præcepta ex conſuetudine in perſona prætorum, vel prælatorum vel iudicum, qui id ignorant, non poſſunt puniri de falſo.Rochus de Curte in tract.de conſuetudine.n.126. Bonac.

Notarius qui in veritate non eſt notarius,neque habet priuilegium notariatus. Tamen cõi opin. reputabatur notarius & erat in quaſi poſſeſſione,qa inſtrumenta publica fecit multa.an inſtrumenta per eum facta teneant?queſtio fuit maximè antiquitus diſputata.Et multi dixere,ꝙ ſic. Tamē communis eſt opi.in contrarium Bened.de Vado foro Sempro.in Reperto.Fel.verbo Notarius,qui in veritate.vide Alex.in conſ.198. n.4.in vlt.vol.

Notarius. ſi ſtipulatur pacem pro abſente, non acquirit ius abſenti.D.m.Alc.in c.cum contingat.n.237.de iureiur. communem dicit.

Notarius infamis quis eſſe poteſt, vt eſt cõmunis opi. Soarez ver.notarius n.37. Bonac.

Notarij fides vacillat in cauſis criminalibus,ſi teſtis aliter dicat & iuret quam in inſtrumento ſit ſcriptum,vt eſt communis opi.Soarez verbo Notarij n.45.Et falſi tenetur notarius,ſi aliud ſcribat in inſtrumento, ꝙ à partibus non fuerit dictum. Vel de re illicita cõficit inſtrumentum, vt eſt communis opi. vel ſi ſe rogatum de inſtrumēto negat, vt eſt communis opi. ibi n.47.& plurib.ſeq.Notarius tamen ob falſi crimen officio non priuatur,niſi prius ſit condemnatus, vt eſt communis opi.ibi.n.51. Bonac.

Notarius tenetur dare inſtrumentum, vel prothocolum, niſi probet abſque eius culpa peremptum, deperditum, vel combuſtum, vt eſt communis opinio. Gomez in tracta.de locatione.num.22.cõl.2.circa prin.fol.197.Et notarius doloſus, vel negligens tenetur ad omnia damna & intereſſe partium, vt eſt deciſ. Delphi. per Franc.Mar.193. D.m. Cephal. conſ.170.num.2.6.& 9. Et punitur iudicis arbitrio. Menoch. de arbitrio iud.caſu.370. num.1.& ſeq. Non poteſt tamen in hoc notarius torqueri,vt dicit. D.m. Alcia.in conſ.18.libr.7. Sed ſtatur eius iuramento de amiſſione,quoties conſtare poſſet coniecturis de ipſa amiſſione, nam debent concurrere alia indicia. Bald.in lege fi.ad fi.C. de eden.Alex.in l.ſi quis.§.fi.ff. eodem.titul. Notarius ſi quidem eſt perſona honeſta. cap.audientiam, de præſcript. Portius conſil.39.numero quarto,& 7.Si igitur terremotu,qui eſt vis maior & naturalis, vt dicit I. C.in lege Maritus.ff.loca.amiſit inſtrumentum,creditur de amiſſione iuramento ipſius notarij, vt dicit ibi Bal. & eo ipſo, quòd facta diligenti inquiſitione res non reperitur, probatur amiſſio



amiſſio ipſa.Firma.verbo amiſſio.& ver. notarij fides. Syluanus conſ.29.nu.7.in 1.vol.D.m.Alc.in conſ.18. per totum li. 7.nu.2.vbi etiam dicitur,quòd notario creditur de amiſſione vbi adſunt aliquæ coniecturæ.Et iſta eſt communis opi.vt ibi per D.Alc. idem.

notarius abſque iudice vel eius mandato iuramētum teſti deferre non poteſt partibus etiam aſſentientibus, neque teſtium dicta recipere,Bal.ad ſpec.lit.de teſti.col.vlti. verſ.nunquam reperitur in l.illud.C.de ſac.ſan.eccl.in l.interrogatam. C.de lib.cauſ.tit.de pace conſtan.verſ.ſecundum mores & leges.fel.in c.quoniam contra col.7. de proba. vterq. imol.in l. acta.ff.de re iud.& quòd non poſſit teſtes examinare not.affl. deciſ.317.nu.5.245.nu.8.Boer.q.258.iaſ. in rep.l.admonendi.nu.183.& ſeq.vbi Rip.nu.190.de iureiur.ratio eſt,quia officio iudicis ſpectat teſtes interrogare, quod tamen temperandum eſt,vt per eos ibi,niſi notarius teſtes in mortis articulo exiſteñ examinaret, aut illi eſſent in remotis partibus, aut eſſet periculum in mora, Quo caſu ſine iudicis commiſſ. eos examinare poſſet, non tamen vt plenam fidem facerent, ſed aliqualem præſumptionem,Butr.in c.fi.de iureiur.Rom. in l. ſi vero.§.de viro. 54.fall.ff.ſol.mat.neque etiam extra locum iudicij poterit eos examinare,iaſ.vbi ſupra.nu.184.cui de cõmiſſione ſibi facta & per eum ſcripta non creditur,cum per alium notarium ea ſcribi debeant, doc.in d.cap.qm̃ contra. de prob.Alex.conſ.212.lib.2.conſ.104.in fi.lib.5. vbi dicit communem opi.& conſ.212.col.4.lib.6.Guid.Pap.q.126.affl.deciſ.317.curt.conſ.166.n.3.quicquid velit Bart.in l.ex ſententia.ff.de teſta. Quinimo nec confeſſionem abſque iudicis licentia recipere poteſt,teſte Bal.ad ſpec. d.tit.de teſti. col. vlti. verſ.nunquam.Cum recipere teſtimonium iudicis ſit,ſcribere verò tabellionis,iaſ.d.l.admonendi nu.184.affl.deciſ. 245. nu.8. quibus accedunt text. in l. quinquaginta de proba.in l. eos in l.ſi quando C.de teſtib. vbi probationes iudici ſunt faciende,adeo quòd ſi teſtes coram notario abſente iudice, falſum depoſuerint:falſi non tenentur,Bart.in l. ſi quis legatum ff.de falſ.quem ſequitur Ang.in l.1.C.de ſepul.viol. Quod autem ſupra dicitur, confeſſionem coram ſolo notario factam non valere, intellige, ad plenã probationem, ſecus ad leuem, affl.d.deciſ.245.n.8.gl.Bal.& doc.in l.iubemus C.de lib. cauſ. Alber.in l.ſi ſine §.1.de interrog.act.Tiraq.de vtroq.retrac. §. 36.gl.2.nu.54.fac.affl.deciſ.324.nu.15.quamuis loquatur in caſu diuerſo.

Ex notarij ſtipulatione acquiritur actio vtilis ipſo iure ſine ceſſione.Alex.de imo.in l.ſtipulatio iſta habere licere.§. ſi ſtipuler.nu.11.ff.de verb.ob.vbi ipſe inquit poſt alios hoc communiter ita obſeruari.& iaſ.ibidem n.15.dicit, hanc communem doct. opinionem eſſe. quemadmodum ante eum idem Alex.dixerat in conſ.185.n.7.& in conſ.31.n.13.vol.6.conſ. Ita quoque dicit Bart. Soci. in conſ. 125. nu.1.in 1.vol.conſ. ſequitur dec.in conſ.407.nu.14.in 3.par.conſ.Rol.à Valle,in conſ.19.nu.17.in 1.Tom.conſ. pulchrè Apoſtill. in addi ſuis ad conſ.Alex.in d.conſ.31.in verb.vtilis.Licet Alciat. voluerit ſententiam hanc communem eſſe, non acquiri actionem vtilem ſine ceſſione,niſi ratificatio interuenerit,eaque ſecuta fuerit.c.cùm contingat.n.111.ext.de iureiu.tamen prior ſententia verior eſt,& magis communis, vt liquet ex authoritatib.tum per Aym.Crauet.in conſ.252.in 2.par.tum per Rol. à Valle,in d.conſ.19.nu.22.adductis. Kirchouius.

Notarius computatur in numero teſtium vbi agitur de probando actum per teſtes,& non per inſtrumentum,l.domitius vbi Bar.ff. de mil.teſt.Secus vbi agitur de probando actum per inſtrumentum.quia tunc non computatur in numero teſtium,l.hac conſultiſſima vbi gl.& doc.C.de teſtam.communem dicit Rol.conſ.43.col.fi.nu.21.lib.3.

Notarius creatus ab inferiore à ſupremo principe non poteſt indiſtinctè recipere inſtrumenta in alieno territorio, ſecundum communem per Rol.conſ.91.nu.10.nu.11.lib.3.vbi quòd notarius creatus à non ſupremo domino, non poteſt in alieno territorio recipere inſtrumenta inter ſubditos illius domini qui illum creauit. quem articulum latius examinat d.conſ.nu.14.& ſeq.vbi inter alia,quòd attenditur ſolennitas loci vbi conficitur inſtrumentum, ſecundum communem ibi,vbi quæſtio eſt de mandato confecto non ſeruatis ſolennitatib. de quibus in ſtatuto de quo ibi, quæ omnia plenè tract.prac.Pap.for.produc.inſtr.ver.exhibens poſt nu.4.

Notarius inſtrumentum conficiens ſuper re illicita, extra caſus à iure permiſſos incidit in pœnam falſi, vt eſt communis opi.Clar.in §.falſum.verſ.adde. Bonacoſſ.

Notarius negans ſe eſſe rogatum de inſtrumēto,de quo re vera fuit rogatus punitur pœna falſi,vt eſt com.opi.Niſi notarius eſſet vir bonæ opinionis, & factum eſſet de longinquo, & ante longum tempus.Clar.in §.falſum,verſ.item notarius. Bonacoſſ.

notarius non ſolum dicitur falſum committere,qui falſum facit inſtrumentum.Sed qui aliquid in inſtrumento apponit quod non ſit verum,vt ſi in inſtrumento mutui apponat verbum numerauit,cum tamen tempore contractus nulla fuerit facta numeratio, Vel ſi ſcribat contrahentes,qui tamen aberant, vt eſt com. opi.Non enim debet notarius conficere inſtrumentum, niſi de his,quæ ſenſu corporis tunc percipit, vt eſt communis opi.Clar.in d.§.falſum. verſ.notarius. idem.

Notarius quis non præſumitur,etiam ſi cõficiat inſtrumenta,niſi probetur verus titulus tabellionat.ſec.inn.in c.veniẽs, de ver.ſig.Bal.in repeti.rub.de fi.inſtr.Bar.& Alex. l. ſciendũ, ff.de ver.ob.& opinionem hanc ſequuntur etiam:& communem eſſe dicunt Alc.in trac.de præſum.reg.3.præſump.13.nu. 15.dec.in c.1.nu.55.de fid.inſtr.Boeri.deciſ.36.num.7.& ſeq. & copioſè Crauet.in trac.de antiquitate tempo.in 3.parte.numero 18. Sed hoc limitatur non procedere in inſtrumentis antiquis. ſeu antiquiſſimis, in is enim opus non eſt probare, quod notarius, qui ſcripſit fuerit tabellio. cæterum propter antiquitatem temporis ille præſumitur,ſecundum inno.in d. c.veniens,Ancha.conſ.213.Bal.in l.comparationes.C.de fide inſtrumento.& in auth.quas actiones,in fine.C.de ſacroſanc. eccleſ.Ant.de Butr.abb.deci.numero 44.cum aliis ſeq.& cæteros in d.ca.1.de fide inſtrum.Alex.conſ.101.volum.7. Boeri. cum aliis relatis per eum, in d. deciſ.36.numero 10. & late etiam Crauet. in memorato tractat. de antiquita. tempo. in prim.parte numero 316.& latius in 3.parte.numero.18.cum aliis ſeq.vbi præſupponit iſtorum opinionem magis communem fore,ſacrum vero conſilium Neapolit.teſte.affl. deciſio. 245. per totam, contrarium determinare cenſetur. videlicet. quod inſtrumentum confectum præteritis annis circiter.80. requirat notariatus probationem, aliter non probet,ſed ſi tēpus centum annorum tranſactum eſſet, tunc quippe producens inſtrumentum ex huiuſmodi ſpatio decurſo centum annorum non teneretur probare notariatum,vt docte declarat & reſoluit Crauet.in d.3.part.nu.18.cum aliis ſeq. F.Viuius lib.2.opin.195.

Notitia. Quando quis dicatur.habuiſſe notitiam. vide fel. in c.cum contingat in 3.& 4.col.de reſcrip.

Et quomodo probetur.certa & indubitata notitia.vide gl. & Phi.in c.cupientes.de elec.in 6. P.Andora.

Notifica.facta ad domum.fac.currere tempus.Bal.in l.ſcire oportet.§.1.in fi.ff.de excuſ.tut. idem.

Notorium quamuis releuet quem ab onere probandi, & inducat plenam probationem ſecundum Hoſt. in ſumma de probatio. §.fi.& eſt tex.in l.emptorem in prin.ff.de actio.empt.vbi dicitur,ꝙ notorium æquiparatur ſententiæ, de quo vide Bal.in l.1.C.de curat.furio.& dixit idem Bal.in l.1.C.de reuoc.his,quæ in frau.cred.aliena.ſunt,quod notorium eſt probatio probata,vel ſaltem de facili probabilis, tamen iſtud notorium debet allegari,& proponi. ſecundum gl. in cle. appellanti de appellatio.in verbo iudicis,notat Cato Saccus in l. ſi verò §. qui pro rei qualitate, ff. qui ſatiſda. cogan. idem tenet Bar.in l.cum qui ita.§.quinta,ff.de verb. obl.& in l.cum quid, ff.ſi cert.pet.Ant.in c.peruenit de cenſi.& fel.iſtos referens in c.cum ordinem.de reſcript.& Barba.conſilio 7.viſis,& accuratè,& idem Bart.in d.l.1.ff. de excep.& hoc ꝙ notorium debeat allegari intelligitur quando debens allegare eſſet præſens in iudicio,ſecus,ſi abſens licet citatus citatione habente vitium notorium,ſecundum Pan.& præpoſ.in c.ex parte tua ext.de appella. quia citatio notoriè nulla non aſtringit citatũ ad comparendum ſecundum gloſſ.in canone placita 15.q.4. idem dicit glo.in ca.veniens.extr.de accuſ.in gl.fi. & inno. in c.ex parte.il primo,de verborum ſignificatio.quòd citatus ad Synodum, ſi eſt notoriè exemptus non tenetur comparere. Item ſecus,quando de eo conſtat ex actis,tunc enim iudex poteſt, pro parte allegare,ſecundum innoc.& canoniſtas omnes communiter in c.ex inſinuatione,ext.de appellat.ſpecu.in tit. de of.iud.§.impedir.circa prin.quam communem ſequuntur, & citant doc.in locis præcitatis,& in d.c.ex inſinuatione,imò iudex poteſt ſumere informationem etiam parte non citata an aliquid ſit notorium.ſec.Bald.ex mente Archid.in ca.cùm inter vos.ext.de conſuet.& tenet.Cato in d.§.q.1.pro rei qualitate,ſed Bald.ibi dicit, ꝙ vbi aliquid eſt notorium, non iuratur de calumnia,per l.at qui natura,§.cùm me abſente.iuncta gl.in verb.cõmittit cir.fi.ff.de neg geſt.Aduerte ꝙ notorium probatur per duos teſtes,ſec.gl.in §.fi.2.q.j.& gl.& Archi.in §. item ſæpe.4.q.3.Bart.in l.hæredes palam. ff.de teſta.ſpec.ti.de

noto.cri.in §.qualiter,Bald.in l.data opera,C.qui accuſa. non poſſunt.& fel.in c.3.loco.de præſum.& Follerius in prac. crimi.in ver.item ꝙ eſt notorius delinquens.nu.16.17.&18.vbi hoc optime declarat quomodo,& qualiter procedat. F.Viui.

Notorium allegandum.& opponendum eſt, ſed non probandum,ſec.gl.in clem.appellanti de appella.quam dixit ſingularem abb.ibi.Fran.in c.1.de app.in 6.Barba.in c.1.de offi. ordi.iaſ.in l.ſi vero.§.qui pro rei.n.12.ff.qui ſatiſ.cog.& commendat Rocchus curt.in c.fi.de conſuet.q.3.circa fi. relectionis.& marſ.in repeti.rub.C.de prob.n.120.& ſequuntur eam doct.communiter teſte eodem marſ.in l.1.§.ſi quis, nu. 24.ff. de queſtio.

opem quis dr̃ præſtare maleficio plurib. modis, ante maleficium, præſtando ferramenta, vel ſcalam ad furtum, vel perſuadendo, aut conſilium dando, & iſto caſu & ſequenti auxilium poteſt eſſe cauſa delicti. Secundò, in ipſo actu delinquendi, vt in aſſiſtendo, vt facilius cõmittatur delictum. Tertiò poſt delictum commiſſum, non tamen perfectè conſumatum & finitum, ſed quando adhuc durat, vt quando quis à fure recipit rem furtiuam, vt illam cuſtodiat & occultet. Quartò, poſt delictum perfectè conſumatum & finitum, vt quando poſt homicidium commiſſum præſtat opem in aufugiendo. ita Rui. conſ. 82. n. 4. vol. 4. vbi defendit quendam hæbreum, qui emit res furto ſubtractas. vide s̃. ver. furtum. vide Bal. conſ. 402. vol. 1. vbi dicit, ꝙ in ope præſtanda reperiuntur tres gradus: nam quidam præſtãt paruam opem, & multum remotam ab actu, vt in eo, qui ɔmodat ſcalas. Quidam prȩſtant mediam opem, vt in eo, qui ſtat armatus, tñ ipſe non vult homicidium ſequi, & iſti non puniuntur, tanquã interfectores, ſed media pœna, hoc eſt pœna remiſſionis, & non pœna vltimi ſupplicij, vt no. doc. omnes antiqui doc. in l. eius qui. ff. de furt. & in c. ſicut dignum. de homic. vbi caſus. Quidã verò ſunt, qui prȩſtant ſubſtantialem opem, vt ſunt percuſſores, qui læthaliter vulnerãt, & cãm conſubſtantialem morti prȩſtant, & ij puniuntur tanq̃ interfectores, & dictio tanquàm eſt nota varitatis. Bonac.

Operarij excuſantur fabricando vel operando aliquid in re alterius ex mandato conducentis. gl. l. in rem. §. tignum. in fi. ff. de rei vendicat. quam in hoc communiter approbari dicit Soci. conſ. 4. nu. 23. libr. 4. & Iaſo. in l. pupillo. §. nunciationem. nu. 7. ff. de nou. oper. nunciat. hanc etiam communem dicit Boſſ. in titul. de mandat. ad homicid. num. duodecimo. ſi tamen illis eſſet facta denunciatio ſiue proteſtatio, vt ab opere deſiſterent, eo caſu non excuſarentur. communem dicit Deci. in l. velle non creditur. numer. 3. ff. de regul. iur. ſimiliter non eſſent excuſandi ſi de nocte acceſſiſſent ad laborandum, vel act



vel actum clandeſtinè feciſſent commun. atteſtatur Plott. in repet. l. ſi quando. nu. 790. Cla. d. §. fin. q. 60. ver. ſolet dubitari. circa prin. P. Fichard.

operarij, ſeu laboratores, vt fantur interpretes, quibus ritè enuntiatur, ne agrum colant, ſi aliter fecerunt, & ad omne damnum, & ad pœnam tenebuntur. commune pronunciat Dec. in l. velle. nu. 3. ff. de reg. iur. E. Suarez.

operarij, quibus eſt proteſtatum, ne operentur in tali loco, ſi nõ deſiſtant puniuntur, & ad intereſſe & damnum tenetur, vt eſt com. opi. Soarez ver. operarij. nu. 15. vide s̃. in ver. laboratores. Cla. q. 60. ver. ſolet dubitari. circa prin. Bonac.

operas ſuas in perpetuum nemo non iure locat. commune inquiunt Porc. in prin. nu. 6. inſtit. de vſufr. Ange. in §. vſusfructus. nu. 1. eo. ti. Did. à Couar. in trac. de ſponſal. 2. part. cap. 7. nu. 5. E. Suarez.

PRO. operis effectus in partes diuidi non poteſt. l. in executione. ff. de ver. ob. Bellon.

PRO. opera quæ facimus, teſtimonium perhibent veritati. c. quod Dei timorem. ext. de ſta. mo. idem.

opinio quæ conſuetudini probatur, cæteris omnibus confligentibus præferri debet. commune dicit Remig. de charit. ſubſid. q. an eccleſia & clerici ſint immunes. reg. 240. E. Sua.

opinionibus receptis tunc ſemper adhæreſcẽdum eſt, cùm ſingularis opinio potiori ratione euidenter, ac liquido non innititur. vt frequens effatum ponunt Deci. conſ. 481. nu. 12. Bellon. conſ. 59. nu. etiam 12. vel cum aliorum ſententia conſuetudine non probatur. commune inquit Remig. laudatus, nu. s̃. prox. vel denique cum grauiorum iuris auctorum iudicium aliò non tetendit. cõmune affirmat Turz. opi. 160. in fi. quamuis latiſſimè ac perperam, meo quidem animo, contendat Viuius lib. 1. opi. 182. ſemper ac mordicus communes opin. eſſe arripiendas. qui etiam illic latius diuagatur circa varias doc. opin. atque illarum ſenſum. qua de re nos alibi alia trutina ac menſura copioſius, & verius. E. Suarez.

PRO. opinio præfertur veritati: plus. n. valet opinio quàm veritas. l. Barbarius Philippus. ff. de offic. prætor. l. is qui putat. ff. de acquir. hæred. l. 1. C. de teſta. in c. nuper. extra de bigam.

OBIEC. Contrà de l. 2. §. ſi ſub conditione. ff. pro emp. & §. ſi rem alienam. inſtit. de leg. vbi veritas præfertur opinioni: huc accedit tex. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. prȩſid. vbi veritas erroribus non mutatur.

SOL. In his, quæ in ſolo animo conſiſtunt, vt eſt aditio hæreditatis: opinio præualet: in his autem, quæ in facto veritas præfertur: hanc diſt. ponit Bart. in l. gerit. ff. de acq. hær. Bello.

PRO. opinio doctorum eſt probabilis tantum, non neceſſaria. not. Accur. in l. 1. C. de leg. doc. in §. reſponſa. inſti. de iur. nat. gen. & ciuil. idem.

opiniones doctorum, quas illi, vel in Lecturis, vel in Tractatibus, vel denique in Conſiliis aſſeruerunt, quæ ſint potiores habendæ, aut præferendæ, maximè quando doc. vel etiam à ſeipſis diſcrepant, non otioſæ quæſtionis eſt. teſte Neuiz. in ſua ſylua nuptiali. lib. 5. ver. ſed quæro ſtante varietate, &c. ſolummodo tamen loquitur, de vno eodemque doc. à ſeipſo in lecturis & conſiliis diſcrepante. Et reſpondet, eam potius opin. ſequendam eſſe, quam vel in tractatibus, vel in conſiliis doc. aliquis aſſeruit. De prima huius reſponſi parte, nihil video controuerti. quis. n. ambigat doctorem, qui ex profeſſo materiam aliquam tractandam, examinandam, & illuſtrandam, ſibi elegit, atque ſumit vltro, non omnes ingenij neruos (dummodo ſani ſit iudicij) intẽturum, vt illam quantum omnino poteſt elaboratè ac pfectè abſoluat. nec eum quicquam perperam, vnde pro laude vituperium ſciat, tradere velle? De poſteriore verò illius reſponſi parte, ſanè nõ mediocriter nec immeritò, dubitatur, verùm, videlicet conſilia ſint lecturis anteferenda, maiorque fides illis adhibenda, Neuizanus ſcribit, negari non poſſe, quin ea, quæ conſulendo dñr eſſe magis appenſata, & digeſta &c. Et video eadem ſententiam & Alex. conſ. 85. viſo titulo qõis. vol. 2. Cur. ſen. conſ. 75. in fi. Io. Fran. Purpurato in l. edita. n. 14. C. de eden. quibuſdamq; aliis, quos idem Neuiza. allegat, placuiſſe. Quam nouiſſimè, noſtra ȩtate ſecutus eſt etiam Henningus Godenus conſ. vlt. n. 207. quod conſilium tamen ei falſum adſcribitur, & non eſt illius, ſed D. Florenci, à Vennigen, olim in Palatinatu Cancellarij clariſſimi, quod vtrunque multis argumentis euinci poteſt. Sed vt lecturarum dignitatem & fidem tueamur, quid prohibet quȩſo (arrogantem tamen ingenij oſtentationem, & vanam ambitionem, tum in veteribus, etiam bene habentibus, conuellendis, tum aliis commentatoribus reprehendendis inſectandiſque excipio) quo minus, etiam legendo, doctor omnia diligenter perpendere, digerere, atque ſecundum veritatem tradere ſuis auditoribus poſſit: adeoque velit etiam? Quis enim profeſſor tam ſit impius, vt non pari (ſi non maiore) cura, fideque auditorum ſuorum cœtum intueri ac conſiderare velit, atque conſulens quæſtionem, ſibi ad conſultandum propoſitam; maximè cum hic conſultorem tãtum & iudicem, quem ſolùm perſuaſum cupit, ſtudetque, ille verò totum Auditorium, quod falſis doctiinis imbuere, adeoque inficere, certè inexpiabile ſcelus eſt, ſibi propoſitum videat? Quaſi verò non manifeſtiſſimum ſi doc. conſulentes, non ſolum inter ſeſe creberrimè diſſentire, verum etiam ſæpenumero ſibiipſis contradicere? Nec etiam obſcurum eſt, multum in conſulendo affectioni, amicitiæ, gratiæ, ne dicam (quod eſt quidem ſordiſſimum, & iuriſconſulto, iuris nimirum & iuſtitiæ Sacerdote, indigniſſimum) etiam pecuniæ dari? vtinam verò conſulentibus omnibus perpetuò verſetur ob oculos græcus ille verſ. ἱερὸν ἀληθῶς ἐστὶν ὁ συμβουλία, id eſt, Sacram eſſe rem conſilium, tunc enim (proculdubio) maiore, quàm vulgo fit, religione conſulerent, deque iure reſponderent. Itaque rectiore iudicio, ex vetuſtioribus And. Siculus, ſiue Barbatia, & ex recentioribus noſtríque ſeculi iureconſultis, doctiſſimi quiq; diuerſum ſenſerunt, & Lecturas fide digniores Conſiliis (vtpore ſuſpectis) cenſuerunt. Zaſius præceptor, c. 7. num. 11. ſingul. intell. lib. 1. Hier. Schurpff. conſ. 2. num. 18. cen. 2. Quale verò de conſiliis Doct. D. Alciati fuerit iudicium, ex c. fi. lib. 12. Parerg. ſatis apparet, quo in dubium vocatur, an publicæ vtilitati conducant Iuris conſultorum Reſponſa. Et ipſe poſt relatã longam Pauli Pici præceptoris ſui hac de re diſſertationem, tandem ita concludit. Quȩ à me hic obiter dicta, maioris quidem ſunt ponderis, quàm vt tã ſuccinctè & leui manu, tractarentur, ſed ſatis ſit duntaxat attigiſſe, vt non temerè locutum eſſe Picum oſtenderem, ſtudioſoſque admonerem, vt vllis cõſiliis certam omnino fidem adhiberent &c. Et vt finiam, adiiciam grauiſſima verba laudatiſſimi Iureconſulti Aymonis Crauettæ ex ipſius celebri tracta. de antiquis tempo. in 1. parte §. Propoſitum noſtrum principale &c. n. 48. Reperio, inquit, quod Doct. legendo magis nituntur veritati, quàm conſulendo. quia in lectura ceſſat affectio, & cupiditas æris, cuius libido (heu) quot mortalium animas ad inferos protrahit: in qua ipſa re, minus excuſationis habent viri doctores, qui ſeculi huius bona caduca eſſe, non ignorant, & quod alius nobis theſaurus apud ſuperos quærendus ſit. I. Fich.

Opiniones per diſtinctiones ad concordiam ſunt redigendæ, c. ſuper literis. & ibi, Imol. de reſcript. & eorum opinio qui bene diſtinguunt præ cæteris tenenda eſt. ſecund. doct. alleg. per Rimi. in tit. dona. in princ. numero 23. inſtit. idem.

Opinio communis excuſat iudicem à Syndicatu. Corrat. in tract. de cõi opi. in præfatione. n. 28. fol. 7. Iaff. deciſ. 25. Bar. in l. 2. per illum tex. ff. ad Maced. vbi & Apoſtil. & vide Ang. in l. cum quidam. ff. de acq. hȩr. vbi dicit. Nota tu aduocate, vel doctor, vt nunquàm contra cões opi. ſis pertinax. vide D. Donat. in ſuo Enchi. lib. 4. ver. Opinio, Syluanum. in tract. de feudo in 1. q. n. 26. Et cõis opi. excuſat à delicto & dolo Dec. conſ. 690. n. 6. Et cõis & generalis opi. facit cenſeri aliquid eſſe licitum, & non eſt recedendum ab opi. generali & cõi. quia eſt deſeruiendum opi. in eo, quod eſt poſſibile, & quod vulgus non debet decipi. Bal. in l. Athletas. ff. de iis, qui not. infa. & opi. ſecundum quàm aliàs fuit iudicatum & deciſum collegialiter, eſt ſequenda. Rimin. con. 224. n. 20. in 2. Corrat. in ſuo cõmunium opi. Et illa dicitur com. opi. qñ doctores maior. ponderis & auctoritatis ſunt pro vna parte, quia nõ debet attendi numerus, vt dicit Alex. in conſ. 202. n. 6. in vlt. vol. Corrat. fol. 25. & ſeq. n. 5. lib. j. cõium opin. tit. 3. fruſtra igitur membranas implent, qui tot Doct. & tot quotas colligunt, vt per Neuiza. in Sylua. nuptial. lib. 5. nec eſt ſequenda ſaturnita opi. nunquàm recepta, vt dicit Soc iu. conſ. 128. n. 48. in 1. vol. alias iudex præſumeretur per imperitiam iudicare. Alex. conſ. 134. n. 14. in 1. vol. Et qñ receditur à cõi regula ex cauſa, opus eſt, ꝙ cauſa exprimatur & probetur, Dec. conſ. 349. n. 3. Rimi. conſ. 120. n. 1. in j. vol. Et vbi nõ requiritur cõis opi. bonum eſt habere iudicem proprium, & tunc, ſi iudex tenet eam partem, quam vult, non tenetur in ſyndicatu. Dec. c. canonum. 2. lect. n. 12. de conſtit. Corat. cõi opi. & quando lex habet plures intellectus, nõ conſtito de cõi ad cauſarum deciſionem allegari non ſolet. Bar. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. & in 1. q. inci. Lucanæ ciuitatis. in 3. part. Et quando communis opinio ſe habet, quod non imponatur pœna mortis, eſt maximè amplectenda. D. Ioan. Bap. de Roſellis inter conſil. crim. conſilio 34. numero 28. & vide conſilia ſubſequentia ad ipſum. Et quando eſt aliqua opinio approbata in aliquo foro per obſeruantiam, non debet iudex in tali foro ab ea recedere. etiam ꝙ cõis eſſet in contrarium.

ergo

ergo fortius cum communis eſt contra reum inter conſ.crimi. conſ.59.n.28.tomo 2.opinio tamen communis veritati contrarię non facit, ꝙ actus ſit illicitus, qa hoc eſt verum, quò ad actum nō prohibitum de iure. in quo ſuperioris decretum non ſit neceſſarium Rui.conſ.85.n.12.in 4.vol.& iſta eſt cō. opi.Cur.iu.conſ.63.n.3.in 1.vol.vbi etiam dicit, ꝙ à ſententia imperatoris recedi poteſt, ſi non eſt clauſa in corpore iuris. Et no. ꝙ communis opi.trasfert onus probandi in aduerſarium. Pariſi.conſ.160.n.52.in 4.vol.quia debet ſequi quòd cōmuniter practicatur & obſeruatur. Riminal.conſ.120.n.j.in 1.vo. Barba.conſ.470.nu.4.in 1.vol. Licet communes opiniones mutari poſſint temporis curſu.Soc.iu.in conſ.158.n.70.in 2.vol.prura de communi opinione ſcribentes vndique.vide tu quoque in repert.conſ.Bruni feuda.in ver.opi.comm.Soc.iu.conſ.177.n.11.in 2.vol.&conſ.189.n.74.opinio autem com. non eſt tenenda, ſi particularis opinio fulciatur melioribus rationib.Cur.iu.conſ.63.nu.3.& conſ.160.n.12.in fi.com.dic. Quia ſæpe doc.noſtri imitantur aues, quia quando vna volat, omnes aliæ ſequuntur.Dec.cōſ.481.n.12.& more pecudum, vnum ſequuntur.Bell.conſ.59.numer.12. Bonacoſ.

Opinionem vltimam, quis in dubio ſemper dicitur approbare, & in ea reſidere. Vt voluit glo.fin. communiter recepta, prout illam ibi ponderant doc.in l. qui filium. §.Sabinus.ff.ad Trebell.& Cin.in l.1.C.de ſumma Trinitate, & ducit Bar.in l. bona fides ff.depoſiti, cum concordantibus, vt per Cur. Sen. conſ.44.ſtatuto ſeu conſuetudine ver. & ideò huic deciſioni. Soc.iu.in conſ.46.num.19.vol.4. E.Muſcul.

opinionibus inter Legiſtas variantib. ſtatur deciſioni iuris canonici, quia etiam ad Papam pertinet decidere opiniones repugnantes, eiuſque deciſioni ſtatur etiam in foro ciuili, ex quo Imperator non determinat contrarium ſuprà in verbo Dubium.

OPPONENS aliqua crimina contra teſtes debet in promptu habere probationes, nam ſi non probèt. tenebitur actione iniuriarum.com. dicit Boſſ.in tit.de iniur.n.21.Clar.d.§.fin.q.53.ver.caueat. Aliàs verò ſi quis alicui in iudicio aliquod crimen obiiciat, ſiue agendo ſiue excipiendo, & probet illud, nō renetur, vt in hoc omnes conuenire dicit Boer.conſ.4.nu.37. Clar.ibidem. P.Fichard.

PRO. Oratio diſtributiua verificatur in quolibet particulari diſtributiuorum l.ſi neceſſarias.§.ſi annua.ff.de pig.act. Bell.

PRO. Oratio imperfecta, perficitur ex præcedenti & ſeq.ſi congruè fieri p̄t.l.cùm pater.§.cū imperfecta.ff.de leg.2. Bell.

PRO.oratio indefinitiua ad præſens tempus reſtringitur.l.fin.ff.de aur.& arg.leg. Bellon.

PRO. oratio negatiua poſtpoſita ſigno vniuerſali facit æquipollere ſuo contrario.l. legitimos.§.in legitimis.ff.de leg.tuto.niſi quando paruus intellectus reſultaret, tunc enim æquipolleret ſuo contrario.l.de pupilo.§. ſi plures. ff.de nou.oper.nunt. Bellon.

PRO.oratio reſpectiua deficit, deficiente perſona, vel qualitate eius reſpectu cuius profertur.l.2.de aur.& arg.leg. idem.

PRO. oratio vniuerſalis ſi in vno reperiatur falſa efficitur. in l.ſi is, qui ducenta.§.vtrum.ff.de.reb.dub. idem.

OBIEC. Contrà de l.Grecè.§.illud.ff.de fideiuſſo.vbi nullo modo fideiuſſor obligatur in grauiorem cauſam, quàm principalis reus receptus eſt, & tamen in tantum tenetur, in quantum reus, ne vitietur vtile per inutile.l.1.§.penul. de ver.obli.

SOL. Dic, ꝙ in nihilum tenetur fideiuſſor.ita gl.& ibi doc. in §.fideiuſſores. inſtitut. de fideiuſſo. nec obſtat contrarium, quia vtile per inutile vitiatur, vbi ex diſpoſitione contrahentium vtile ab inutili ſeparari non poteſt.l. Pedius.§. 1.ff.de arbitr.vel ex forma fideiubendi, quę eſt indiuidua.l.quinta.§.ſatis acceptio.ff.de verb.oblig.vt hic. idem.

oratio particularis plus prodeſt, quàm generalis in remiſſionem peccatorum, Præp.c.ſacroſanctam.22.diſt.poſt princ. in c.fraternitatis.de ſepult.communem dicit. B.Villal.

oratio particularis plus prodeſt quàm generalis in remiſſionem peccatorum.præpoſ.in c.ſacroſanctam.22.diſt.poſt Pan. in c.fraternitatis.de ſepulturis.vbi com.dicit. Bonacoſſa.

Oratoria priuata, etiam ſi in iis diuina celebrentur officia, non gaudent immunitate eccleſiæ, vt delinquens in iis nō capi poſſit.com.dicit Abb.in c.fi.num.4.de cenſibns.Remig.de immun.eccleſ.in 20.ampliat.Clar.d.§. fin.quæſt.30.verſic.ſed quid dicendum. P.Fichard.

Oratorium an & quando conſtrui poſſit, & in eo celebrari: Card.conſ.8.& conſ.11.& per Fel.remiſſiuè in c.de quarta.de præſcrip. P.Andora.

Oratorium quando eſt cum campanili præſumitur authoritate epiſcopi conſtructum.glo.in c.quia contingit.circa fin. de reli.do.Pau.de caſt.conſ.181.vol.1.& conſ.299.aliàs 297.vol.2.Barb.conſ.33.vol.2.& conſ.35.col.8.eod.vol. & conſ.1.col.5.vol.4.Rom.ſing.321.Card.d.conſ.11. idem.

PRO.ordo ſcripturæ eſt ſeruandus in l.quoties.ff.de vſufr. l.qui ſoluendo.ff.de hær.inſti.l.1.C.de edic.diui Adr.tol.l.generaliter.§.ſi quis ergo.ff.de fideic.lib. l.hæredes mei. §.fin.ff. ad Trebel.

OB.contrà.imò non eſt obſeruandus. in l.nec enim ordo. ff.de ſol.l.2.§.ſed & ſi ita.ff.de vulg.ſubſtit.l.cum pater.§.fidei tuæ.ff.de leg.2.§.ante hæredis.inſtit.de leg.

SOL. quando conſtat de ordine, & mente intellectus, ordo literæ non curatur, vt in contrariis.in dubio autem regula datur ex ordine verborum, vt hic.Nam in voluntate dubia ordo inſpicitur in certa verò minimè, vt hic. Bellon.

PRO.ordine turbato ſuccedis Bulgare nato.gl.no.in l.nam & ſi parentibus.ff.de inoff.teſt.

PRO.ordinata charitas incipit à ſeipſo.vnde ait Accurſ.

Alpibus ille perit, qui ſe plus diligit vllum.

in l.præſes.C.de ſeruit.& aqua.

OB. contrà de l.iſti quidem. in fi. ff.quod met.cau. & §.fi. inſti.de nox.act.vbi pater magis diligit filium quam ſeipſum.

SOL.hæc regula locum non habet in amore parentum erga filios, ratione ſanguinis.Et eſt ratio, quia quælibet res conſeruationē ſui deſiderat & vr̄ pater naturam ſuam in filio conſeruare.ſed non econtrà gl.fi.in l.liberorum.de verb.ſig.Bell.

PRO.ordinationis teſtamenti cogitatio, mortis pręcedens tempus ſignificat.l.ſi mulier.C.de iure dot. idem.

ordo iuris. in executione ſententiæ ordo iuris traditus in cauſis non ſeruatur, ſec.gl.mag.in l.1.cir.fi.C.de iudi.Inn.in c. ex ratione.ext.de app.niſi in ordine inducto circa executionē iudicati.de quo in l.à diuo pio.ff.de re iud. Balb.deciſ.178.

ordo. in executione iudicati etiam circa bona mobilia de iure communi debet ordo ſeruari, vt primo capiatur quod minus debitori nocet, ſec.gl.cum Bart.in l.à diuo Pio.§.in vēditione.ff.de re iudi.Et ſi talis ordo peruertatur, non tenet ſic geſtum.ſec.Im.ibi.Fel.in c.quod ad conſultatio.ext.eo.aut ſaltem poterit appellari, ſec.Panor.ibi Bald. in auth.hodie.C.de act.& ob.Butr.in c.quoniam.§.fi. ext.vt lit.non cont. Balb. deciſ.14.

ordo ſcripturæ. attendendus eſt.l.quotiens.ff.de vſufru.ad quod vide multa per Iaſ.in l.2.§.prius.col.4. ff.de vul.& pup. & in l.qui duos.ff.de legat.1.aliquid per phil.in c.Nicolao. de app.Alex.in l.hæredes mei.§.peto.ff.ad treb. & in d.§.prius.Feli.in c.cum dilecta.col.3.de reſcript.Barb.in 2.vol.conſ.5.col.7.vbi dicit, quòd bonum eſt arg.ab ordine literæ.phi.in c.quorundam.de elec.in 6.& in c.ſi quis iuſto.e.ti.

Fac.quod vult Alb.in 1.part.q.172. P.Andora.

de ordine legum Codic. vide Iaſ.in l.pen.col.5.in fi. C.qui teſta.fac.poſſ.vbi dicit, ꝙ ſi ſunt in eodem ti.bene proba.quæ ſit prior & quæ poſterior, ſecus in diuerſis titulis. & vide s̄.in ver.lex.§.10. idem.

ordo ſcripturæ non debet attendi, quando ex hoc actus redderetur nullus.Iaſ.in l.gallus.§.1.col.8.verſ.adde, &c. ff.de lib.& poſthu.

Non debet attendi ordo ſcripturæ, ſed intellectus. Ange.in §.item ſi quis.inſti.de inuti.ſtip.de quo vide Bal.in 1.conſti.c. §.quibus.Bal.in l.cum pater.§.fidei.de leg.2.

ordo ſcripturæ non attendi. vbi cadit ordo affectionis. Iaſ. in d.ver.adde, &c.ibi 2.& fortius.fac.quod vult Card.in conſ. 111.ver.item præſuppoſita.

Et in materia, an ordo ſcripturæ attendendus ſit. vide phi. in c.mandato.col.3.de præb.in 6.Bal.in l.ſi duas. ff.de excuſatu.& in d.§.quibus.

ordinis neceſſarij omiſſio ſeu præpoſteratio, vitiat actum. Lud.Rom.conſ.402.Vide Ang.in §.ante hæredis.inſtit.de lega. idem.

ordinarium remedium facit ceſſare extraordinarium. l.in cauſæ.ff.de minorib.l.in prouinciali.& ibi Bart. ff.de no.ope.nuncia.l.æmilius.ff.de minor.l.ſi minoris. ff.de adminiſtr.tut. Alex.conſ.122.vol.1.Rot.deciſ.224.in nouis.poſſunt tamen concurrere ſi extraordinarium plenius prouidet. Bart. in l.fi. C.ſi aduerſ.rem iudi.Alex.d.l.in prouinciali.§.1. vide Paul.de caſtr.conſ.130.incip.circa ea quæ ſuperius. P.Andora.

ordinarius non poteſt deponere promotum à papa, Feli.in c.per tuas.de ma.& obe.com.dicit. Villal.

ordinarius delegat ea, quæ ſpecialiter competunt: ſi ſe abſentat, vel ſi eſt infirmus, Iaſon.in l.quæcunque.numer.77.ff. de offic. eius cui mand.eſt iuriſdict. & Alciat.in cap.quòd ſedem.numer.47.de offic.ordinar. communem dicit. vide s̄.in verſ.delegatus. idem.





dicto Ordinarij ſtatur, dicentis delegare ex iuſta cauſa.Alci.nu.17.not.2.com.dicit. idem.

Ordinarius poteſt dare ſuo delegato poteſtatem ſubdelegandi.Iaſ.in l.quęcunque.n.16.ff.de of.eius.& in l.à iudice.C. de iud.n.8.Ant.de Trem.in ad.ad Bonacur.in prac. except.in rub.de impe.execu.n.7.ver.merum imperium.com.dicunt.

amplia iſtam cōem ad ordinarium minimū, Maran.in ſpe. aure.par.4.n.58.com.dicit ex gl.in l.is cui.de of.del. idem.

Ordinarius cui commiſſa eſt cauſa, vt procedat ſummariè & de plano, cenſetur delegatus.Iaſ.in l.hoc edicto.§.& poſt operis.n.4.ff.de ope.no.nun.com.dicit. idem.

amplia, ſi in commiſſione eſt verbum, delego, etiam ſi non alteret ſuam iuriſdictionem.Cur.iu.in l.mandata. ff.de offi.eius.n.5.com.dicit. idem.

Ordinarius ſententiam abs ſe nulliter latam à qua fuit appellatum, non poteſt reuocare, aut emendare, quam, etiam ſi appellatum non ſit, & nulla fuerit ob turpitudinem & ſordes ſuas, ſimiliter non poterit emendare, ſed ſuperior, prout communiter tenent legiſtæ.ſecus erit ſi nulla ſit alia de cauſa quā ex ſordibus & turpitudine, quia tūc ordinarius poterit ſuam ſententiam reformare, vt communiter teneri refert, Bened. Capr.reg.26.n.18.& 19.qua de re vide s̄.in ver.iudex.

ordinarij plures ſiue dentur in ſpiritualib. ſiue in temporalib.iuriſdō vr̄ data inſolidum vt etiam exercitium, vt patet in l.vna.ff.de off.conſ.& not.in l.ſi vni.alias Pomponius.ff.de re iud.c.2.de arb.lib.6.communem refert Bened.Capr.n.4.vide s̄.in ver.iudex.& ver.delegatus.

Ordinarius inferior à principe, cauſas criminales delegare non poteſt, ſecundum leges.l.1. ff.de off.eius cui man.eſt iur. & ibi.gl.& doc.communiter tenent, vt not.in l.imperium.ff. de iur.om.iud.niſi in caſu abſentiæ, quia tunc poteſt eas delegare quò ad cognitionem, non autem quò ad executionem. l.1.ff.de off.eius cui man.eſt.ſi tamen inſignis eſſet delegatio, & mora periculum afferre poſſit, ſecun.Bart.ibi.etiam executio delegata cenſeri poſſit, idem obtinet in caſu infirmitatis. iuxta l.quæſitum.ff.de re iud.iure autem can.indiſtinctè tales cauſæ delegari poſſunt.gl.in c.quod ſedem.de off.ord. & cle. vnic.de off.dele. d.Ant.& d.Nicol.& can.cōiter in c.quod ſedes.de off.iud.ord.quod tn̄ fallit in delegato ob perſon ęindu ſtriam.quia is etiam à principe datus ſit, iure can.ſubdelegare non poterit cauſas criminales.iuxt.c.qm̄.§.is autem.de off. del.& l.vnic.§.ne autem.C.de cad.tol.l.inter artifices.ff.de ſol. iure ciuili delegatus cauſas criminales delegare non poteſt.l. à iudice.C.de iudi.l.1.C.qui pro ſua iur.& ita communiter tenetur niſi delegatus eſſet principis, is.n.tales cauſas ſubdelegare iure ciuili poteſt.Bar.d.l.1.& Guliel.de cun.in l.1. ff.de off. eius cui man.eſt iur.& Spe.ti.de iud.del.§.ſequitur per totum, idq; ſir̄r cōiter teneri, refert Bened.capr.reg.76.n.2.3.5.& 13.

Ordinarius iudex ob ægritudinis cauſam & ea quæ ſunt meri imperij delegat.commune ait Cur.iu.in l.1.nu.81. ff.de off.eius cui man.eſt iur. E.Suarez.

ordinarij iudices. Etiam quando ſunt plures iudices ordinarij in certo loco, vt ſinguli, puta, plures ſunt hæredes ſuccedentes alicui comiti vel nobili in iuriſdictione, & feudo: quo caſu quilibet habet iuriſdictionem, & exercitium iuriſdictionis inſolidum regulariter, ſec.Bart.in d.l.ſi vni.ſi in maleficiis ipſi omnes habent commodum pœnarum, ſeu mulctarum, vnus ſolus non poterit iudicare, niſi conſtet alios nolle vel non poſſe.all.l.ſi fundum ſub conditione.§.his verbis.ff.de lega.1.& l.hæredes mei.§.fi.ff.ad Treb. Balb.deciſ.19.

Ordinarius licet de iure ciuili recuſari non poſſit. fallit tamen in caſibus, de quibus in l.qui iuriſdictioni. ff. de iur.om. iud.vbi doc.& in l.quia poterat.ff.ad Treb.per Abb.in c.2. de plus peti.Quid in iudice ordinario, cui datus eſt adiunctus?& dic, ꝙ non deſinit eſſe iudex in ſolidum, teſte Ruin.conſ.5.li.5.Et iudex ſuper cauſis ſuſpicionis quid teneatur reſpondere, not.Spec.tit.de recuſ.de quo etiam per Aufrer. Et an delegatus vel ſubdelegatus ſine cauſa legitima expreſſè probata, vel non probata recuſari poſſit: & an proceſſus poſt recuſationem & appellationem valeat?& quid ſi poſt conſenſum allegetur ſuſpicio, &c.vide Ferret.conſ.66.in materia autem recuſationis vide Burſ.conſ.21.lib.1. Put.

Ordinari, promoueri, ſeu inſigniri ſacris ordinib.nemo poteſt ante legitimam ætatem, concilio Tridentino, ſeſſio.23.c.11.& ſeq.ac iure pontificio diffinitam.cle.generalem.de æta. & qual.vbi gl.inquit, in ver.obſeruantiam, ſuſceptum ac promotum ad ſacros ordines ante ætatem legitimam, non poſſe ordines iſtos exercere, niſi accedente ipſius legitima ætate, qua quidem accedente impedimentum ceſſat, ideoque poterit iſte in ordinibus ſuſceptis miniſtrare, ac eorum vſum exercere, & ſequitur Archid.& Præpoſ.in ca.placuit.77.diſt.Im.in d.cle.generalem.n.8.Henric.in c.conſultationi.de temp.ord. & omnes can.communiter, per illum text.c.vel non eſt compos.e.ti.& ordinarius iſte, ſeu ante legitimam ætatem promotus minimè eſt ſuſpenſus ipſo iure, verum venire, vel foret ſuſpendendus.tex.eſt clarus, & rotundus, in d.c.vel non eſt compos, quem ita intellexere, ac interpretati ſunt Archi. Card.& Præpoſit.d.c.placuit.Floren.in 3.par.ti.14.c.16.§.15.Henri.d. ca.conſultationi.& Alber.Trotus de vero & perfecto cleric. lib.2.c.17.quorum opi.recitat eſſe communem Præpoſ.in d. c.placuit.& Card.d.c.vel non eſt compos.in fi.

Cæterùm hodie ordinatus ante legitimam ætatem, vel extra tempora, vel ordinatus abſque ſui ordinarij licentia, & abſque literis dimiſſoriis ab alieno epiſcopo, eſt ipſo iure ſuſpenſus, & celebrans interim efficitur irregularis à ſolo pontifice abſoluendus, & beneficio iure permittente priuari poteſt. vt habetur in extrauag. Pij ij. exordiente, cùm ad ſacrorum ordinem, quam refert Sylueſt.in ſua ſum.ver.irregularitas.§.decimò quæritur.& Rebuff.in tracta.de benefic. part.2. tit. de cleric. ad ſacros ordines malè promotis. gl.4.& extrauag.iſtam obſeruari iuſſit Leo x.in ſuis regu.cancellariæ, reg. 22.& Paulus iij.reg.23.& celebrans in hoc caſu contra determinationes pontificum, & conciliorum irregularitatem incurrit, ſec.Ab.in c.ſi celebrat.de cler.exc.miniſt.& iſtam ponit eſſe com.opi.Io.Bern.Diaz.in pract.crim.can. c.22.poſt med. F.Viuius lib.2.opi.202.

PRO. origo potius obligationis, quàm titulus actionis conſiderandus eſt. l.ſi filiusfamilias.C.ad Maced. Bellon.

originem non denotat, ſi aliquis vocetur Hiſpanus vel Lombardus.Boer.deciſ.13.n.14.com.dicit. B.Villal.

origo non inde rectè colligitur, quod aliquis, vel Hiſpanus vel Lombardus vocitetur.com.aiunt Alex.rub.n.9.ff.ſol.ma. Boer.deciſ.13.nu.24. E.Suarez.

Originis iudex in alibi gentium delinquentem, & ſuomet ex officio poterit inquirere.com.pronunciant Did.à Couar. in pract. q.1.nu.6. verſ.ſexto in hoc.Syluan.conſ.103.& qui complures commune id dogma aſſeuerantes hincinde colligit, & praxi receptiſſimum atteſtatur Iul. Clar. in pract. §.vlt. q.39. verſ. ſed quæro. Non illum tamen aliis pœnis plectet, quam vel iis, quas loci, vbi deliquit, ſtatuta indicunt, vel ius commune infligendas ſancit. vt cum aliquammultis receptum affirmat idem Clar.copioſiſſimè hac de materia agens in d.§.vlt.q.85.ver.tertius eſt caſus. E.Suarez.

originis in loco nemo conueniri poteſt, illic non repertus, com.inquiunt Alex.ad Bart.in l.aſſumptio.§.filius.nu.2.ff.ad munic.in l.cùm quædam puella.n.5.ff.de iur.om.iud. Aegid. Boſ.in pract.tit.de citat.n.30. at accuſari & puniri ob patrata alibi crimina etiam non inuentus poterit. comm.profert Iul. Clar.in pract.§.vlt.q.39.in prin. Non tamen in eo in originis foro lata alibi ſententia probabit, quamuis indicium non leue gignat.com.ponit Iul.Clar.d.§.vlt.q.54.ver.vlt. E.Suar.

Originem loci ſortitur, vel caſu illic natus, vbi mater per ſtatura non erat.com.ait Iaſ.in l.huiuſmodi.§.legatum. n.14. ff.de leg.lib.1.Quod tamen ſic procedet, vt non idcirco illius loci oneribus ipſe irretiatur. com.inquiunt Aug. de Arim.in eod.§.legatum.Rip.de peſte.part.2.ver.18. atque eo ſanè modo com. ſententiam intelligendam arbitror, qua originarius loci quis non cenſetur, vbi caſu ſeu per tranſennam naſcitur. de qua atteſtantur Boer.deciſ.13.nu.52. Viuius lib.1.opinio. 307. E.Suarez.

Originis index poteſt punire delinquentem, qui alibi delinquit ex officio etiam inquirendo, vt eſt communis opinio Soarez, verb.originis.nu.24.Puniet autem reum tunc pœnis ſtatuti loci, vbi deliquit, vel iuris communis. Soarez ibi. nu. 25. Bonacoſſ.

Originarius conuenitur in loco domicilij ſi ibi reperiatur, ſecus ſi abſit, ſecundum communem, per Burſ.conſ.74.nu.2. lib.1.quam intellige, vt per eum ibi, nu.35. quæ concl.fallit, ſi conueniatur per literas ſubſidiales, ex not.d.conſ.nume.101. 114.& ſeq.

oſculum. ſufficientem atque idoneam adulterij probationem ſuggerit, vt vel ob illud & adultera mulier cenſeatur, & dotem amittat.commune affirmant Bellon.in rubr.num.81. C.de edendo. Viuius libr. 1.opinio.447. & qui meritiſſimo diſſentiunt Didac.à Couuarr.in tractat.de ſponſ.2.part.capit.6..§.6. num.3.Iul.Clarus in practic.§.adulterium.verſ.ſcias etiam. E.Suarez.

oſculum alteri viro, quàm marito datum, facit mulierem dotem perdere, vt eſt com.opi. idem eſt, ſi paſſa ſit ſibi manus poni ad mamillas.Clar.in §.adulterium.ver.ſcias etiam. Bon.

# COMMVNIVM OPINIONVM,

## SIVE IVRIS VTRIVSQVE RECEPTARVM

Sententiarum, ex diuerſis Authoribus collectarum,

## LIBER XIIII.

### P

PActum per aliquos conditum de futura ſucceſſione quærenda non valet ſine conſenſu eius, de cuius hæreditate agitur. l.pactum dotali.C.de colla.& l.ex eo.C.de inutil.ſtip. & l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de ver.obl. Iſtud tenent ibi Bart.Bald.Sal.cæterique communiter: & in l.inter priuatos.C.de pact. canon.omnes in c.cùm contingat.ext.de iureiur.& in ca.quamuis.de pact.in 6. Cyn.& alij in l.fi.& in d.l.pactum dotali, Alex.conſ.28. volu.3. vbi deducit iſtam eſſe communem opinionem Iaſ. conſ. 8. nu.34. poſito inter conſilia feudalia Alberti Bruni.& in conſ.9.nu.10.Curt.iu.conſ.15.nu.2.& Ruy.conſ.16.nu.16. vol.2. Ratio dictæ communis approbatæ ab omnibus doctor. vtriuſque cenſuræ videtur iſta, quia turpe eſt ac bonis moribus contrarium pactum fieri ſuper viuentis hæreditate, abſque eius conſenſu: nam hæc pactio turpis cenſetur.d.l.fi. & d.l.pactum dotali, nec tamen ea ſola ratio turpem efficit hanc conuentionem, quòd detur votum captandæ mortis, quamuis hæc in d. l.fin. expreſſa ſit, ſiquidem ob hanc ſolam rationem non efficitur pactum turpe, quod patet, quia ex conſenſu eius, de cuius hæreditate agitur hæc pactio licita eſt, & tamen occaſio captandæ mortis non tollitur per conſenſum iſtum, atque ita intelligendus eſt text.in d.l.fin. alia ratio ad hoc corroborandum allegari poteſt, quia hæreditas ſolo teſtamento per hominem datur.l.hæreditas.C.de pact.conuen.l.pactum. vbi docto.C.de pact.vbi inter cætera dicunt decipi eos, qui filias diuitum vxores accipiunt cum pacto, quòd vltra dotem poſt mortem parentum ipſæ mulieres habeant etiam hæreditatem, nec enim valet hoc pactum, nec firmatur iuramento, & ſi fieret pactum de quota hæreditatis, ſecundum gloſ.in l.ſi quando.§.illud.ver.grauari.C.de inoffic.teſta.cum allegatis per Iaſ.in d.l.pactum. & per doct.in d.l.fi. & in præallegata l. pactum quod dotali. amplia iſtam communem procedere, etiam ſi appareat dictum pactum fuiſſe iuramento firmatum. ſecundum gl.in l.quando.C.de inoff.teſta. legiſtas omnes indifferenter in locis præallegatis. & canoniſt.in d.c.cum contingat.& in d.capit.quamuis.Bart.conſ.156.quidam nomine Theobaldutius.Corn.conſ.61.nu.11.libr.1.Alex.in d.conſil.28.& in d.l.pactum.numer.2.in quibus locis aſſerit hanc eſſe communem opinionem, & Curt.iun.conſ.15.nu.3.conſ.25.num.7.& conſ.98.nu.3. Ratio eſt quare dictum iuramentum non debet iſto caſu ligare, quia cenſetur contra bonos mores, & in capit.non eſt obligatorium de reg.iur.lib.6. & ita in terminis tenet Bart.& alij in d.l.pactum dotali. Limitatur primo dicta communis. ꝙ dictum pactum de futura ſucceſſione quærenda valeat, & teneat, quando ille, de cuius ſucceſſione agitur, conſentiat, & in huiuſmodi conſenſu perſeueret vſque ad mortem. d.l.fi.vbi Doc.hoc tenent, & Iaſ.ibi n.7.in 7.limitatione.Soc.Iun.conſ.50.n.4. lib.2. & Curt.iu.conſ.98.n.3.& ſeq. Qui quidem conſenſus etiam ex poſt ſuperueniens videtur ſufficere ſecundum Bal.in d.l.fin. circa fin. quem ſequitur Dec.conſ.31.& Crauet.conſ.19.n.3. Limitatur ſecundò, vt dictum pactum, & conuentio de ſuccedẽdo valeat, & ſit efficax, quando fieret iſta pactio de ſuccedendo in certis bonis ſingulariter expreſſis vel ſub nomine quotæ bonorum, non autem ſub nomine quotę hereditatis.l.ſi quis argẽtũ.§.ſed, & ſi quis. C.de dona.glo.in l.fi.in ver.accommodauerit, quam ibi communiter ſequuntur Bart.& Doc.C.de pact. & idem Bar.conſ.72.ex facto proponitur.Old.conſ.139.cum aliis allegatis per Dec.conſ.235.& in d.l.pactum.C.de pact. Crauet. conſ.19.n.7.& Curt.iun. conſ.1.n.4.& 16.& conſ.71.n.2. vbi ſupponit iſtam eſſe communem opinio. & conſ.15.n.1.vbi etiam n.4. latiſſimè declarat, qualiter differant pactũ de futura ſucceſſione, & promiſſio bonorum poſt mortem, & limitatio hęc procedit, & habet locum, dummodo non fiat pactum de omnib. bonis præſentibus & futuris, quia tunc iſta verba vniuerſalia tanquam Scylliam ſunt fugienda, vt per Soci.conſ.136.viſum fuit lib.3.& per Dec.in d.l.fi.Curt.iu.in d.conſ.15.n.1.& Crauet.conſ.19.nu.7. Limitatur tertiò, quando alij paciſcerentur de hereditate certi hominis in ſpecie, ſecus incerti in genere. l.2.§.de illo, ff.pro ſocio, & tenet gloſſ.Bart.& Iaſ.nu.7.in 5.limita.in.d.l.fin.& Capicius deciſio.Neapolitana 159.n.10. Limitatur quartò, quando talis pactio, ſiue conuentio veniret ex neceſſitate contract⁹ pręambuli, & tunc ratione iſtius contractus præambuli valet, & tenet. vt in l.ſi cùm dotem.§.ſi vir qui legitur cum §.ſiue autem.ff.ſoluto matrimonio. & ibi ita tenet Alex.gl.& Iaſ.n.7.in 6.limita.in d.l.fin.& Boer.conſ.50.n.8. Limitatur quintò, quando pactum de futura ſucceſſione eſſet reciprocum, ſeu viciſſitudinarium, vti ſi aliqui paciſcuntur non de hereditate tertij quærenda, ſed inter ſe hoc modo, quòd altero eorum præmoriente ſine liberis, bona eorum ad ſuperſtitem, vel eius liberos deferãtur, tunc valet talis pactio, ſeu conuentio, & non cenſetur improbata, ſecundum Io.An. in addit. ad Specul. in titul.de inſtitut.ædi. in §.porrò.Ang.in l.hereditarium.ff.de bonis auct.iu.poſ.in l.ſancimus.C.de dona.& conſ.179.Oldrad.conſ.139. ad habendum aliquam notitiam.Iaſ.in d.l.fin.n.7.in 4.limita.& conſ.9.poſito inter conſilia feudalia Bru.Aſtenſis.n.10.circa medium, & Marſil.in ſingula.331.poſt alios quamplures ibi per eum relatos, & per iſtas allegationes, & auctoritates conſtat iſtam eſſe com.opin. licet aliqui quos refert Marſyl. ibi, & male tenuerint contrarium, & d.regula communis quòd pactio de futura ſucceſſione viuentis quærenda non valeat, quia eſt plena triſtiſſimi euentus. Ampliatur in ſeptem caſibus, & in ſeptem aliis limitatur per Iaſ.in l.fi.C.de pact.n.5.& 7. F.Viuius.

Pactorum genera tria reperiuntur, ſecundum gloſſ. in l.pacta conuenta. C. pactis, inter quæ connumeratur pactum nudum, iſtud pactum dicitur nudum à cauſa, & quando ſecum non habet dationem, factum, vel ſtipulationem, & p hæc tria cognoſcitur pactum nudum, hanc expoſitionem ſentit gloſſ. in l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.ff.de pact.in l.diuiſionis.eo.titul.in l.ſolent.& in l.ſi dominus.ff.de præſcrip. verbis. Nota, quòd pactum in dubio intelligitur de nudo. l. legem. vbi notant Saly. Riminal. & Deci. C.de pact.& in Rubric.eod.titul. Nunc ex prædictis pono regulam fundatam in iure canonico, quòd ex iſto pacto nudo oritur actio. Poteram proponere aliam regulam negatiuam de iure Cæſareo, & forſan magis generalem. Sed vbi eſt concurrentia canonum, & Legum à canonibus inchoandum eſt, quia canoniſtarum ſubiectum dignius eſt, ita dicit Abb. in capit. inter alia. de immunitat. Eccleſia. imò ius canonicum dicitur Diuinum. c.nimis.de iureiurand. & ca.qualiter. el 2.de accuſatio. Fel.hoc latè notat in prooemio Decreta.in princip. Reuertor igitur ad regulam propoſitam quòd pactum nudum producit actionem de iure canonico.c.1.& 3.extra de pac.gloſſ.& Archid.in can.quocunque ſuffragio, 12.q.2. & ita communiter tenent Canoniſtæ in d.cap. 1. vt per Iaſ.in l. iuriſgentium.§. ſed cùm nulla.ff. de pact.nu.4.& in l.ſi quis maior.C.de tranſactio, & in Rub.ff. de pact.vbi etiam Modern. Ratio dictæ concluſionis videtur hæc, quia in foro canonico proceditur de æquitate. ca.dilecti. de iud. facit alia ratio, quia inter ſimplicem loquelã, & aliam ius canonicum non conſtituit differentiam. c.iuramenti. 22. q.5. Ampliatur. 1.loco iſta communis ita probata, ꝙ pactum nudum producat actionem non ſolum in foro canonico, ſed etiam in foro Seculari in omnib. Terris ſubiectis Eccleſię. ſec. Imol.in c.quæ in eccleſiarum.de conſt. & Bal.in auth.ad hæc C.de vſur. vbi ait, ꝙ iſtud procedit non ſolùm in Clericis, verum etiam in laicis ſubiectis Eccleſiæ quoad temporalem iuriſdictionem. Secundo extende iſtam cõcluſonem, ꝙ pactum nudum ꝓducat actionem nõ ſolùm in omnib.terris eccleſiæ, ſed in terris etiam Imperij, ſec.com.opi.om.doc.quam al.Fortun.Gratia.c.1.de pact.n.10. Tertio loco amplia vt procedat non modo in pacto nudo, ſed ẽt ꝙ eſt fortius in ſimplici pollicitatione, ita tenet Ant.de Bu.c.ex parte.& Ab.in c.3. ext.de pact.mouentur præfati doct. ad hoc dicendum, quia ſicut ex voto quis obligatur, & cõpellitur per eccleſiã, ita per ſimplicem pollicitationẽ ad ſimilitudinem voti. Sed ꝯriam partem tenuit expreſsè Iaſ.in d.§.ſed cùm nulla.nu.5. Quartò amplia iſtam concl.iuris can.in curia mercatorum, & vbi proceditur ex bono, & æquo, vt per Bar.not.in l.qui notus.per illum tex.





& in l.fide iuſſor.§.quædam.ff.mand.Bal. & Saly.in l.ſi pro ea. C.mand.& l.2.de conſt.& in c.1.extrà de pact.vbi ait, quòd ex pacto nudo agunt mercatores, & nummularij inter ſe, & dicit notari in §.pen.in auth.de fideiuſſ. & hæc ampliatio poſſet extendi ad omnes caſus, vbi proceditur ſecund.æquitatem, vt per Alex.conſ.41.vel 42.viſo puncto.lib 3.& ſic habes, ꝙ vbicunque proceditur ex bono, & æquo pactum nudum parit actionem. Limita iſtam concluſ.iuris can. niſi pactum nudum fuiſſet initum dolo, vel metu.quoniam tunc non produceret actionem, etiam de iure cano.nec eo caſu haberet locum dictum.c.1.extr.de pact.& hoc latè ꝓbat Iaſ.in d.§.ſed cùm nulla.nu.10. Tradit & aliam limitationem dictæ com.opi. & d.c.1.de pact.Præpoſitus Senenſis in ſuis diſputationibus inſer.4.caſu.3.quæſtio. F.Viuius.

Pactum nudum de iure ciuili, non producit obligationem efficacem, & ſic non parit actionem. Sed exceptionem.l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.ff.de pact. & iſta eſt com. opi.vt per Iaſ. & Moder.in d.§.ſed cùm nulla. idem Iaſ. in l.ſi quis maior. C.de tranſactio.Moder.in rub.ff.de verb.ob.Marant.in tract. de iudiciis.in 6.par.2.partis ſuper 9.actu.nu.24.& Bereng. Ferand.in repet.l.pacta conuenta.ff.de contrah. emptio.nu.30. cum aliis ſeq.in 1.lectura. Ratio dictæ comm. colligitur ex d.§.ſed cùm nulla, nam vbi non eſt cauſa, ibi non eſt cauſatum. l.1.manumiſſionis.ff.de iuſt.& iur.ſed actio eſt quoddam cauſatum.l.licet.§.ea oblig.ff.de proc.ergo non poteſt ſine cauſa oriri, ſed pactum nudum dicitur, cui non ſubeſt cauſa, vt habetur in d.§.ſed cùm nulla. Hanc rationem tradit Bal.in rubr.extrà de pac.in fine. Amplia iſtam com.procedere etiam, ſi debitor ſuo iurament.confiteretur, & affirmaret nudum pactum: nam per hoc non teneretur ſoluere, ita dicit Bal.in l.fi.C.de fideicommiſſis, referens ita tenere Inn. in c.1.quod met.cauſa. Limitatur iſta com.ita ampliata non habere locum in promiſſione geminata: nã promiſſio geminata quamuis reperiatur facta celebrata, pactoque nudo nihilominus producit actionem.l.1.§.debitum.ff.de conſtitu.pecu. & §.de conſtituta.Inſti.de actio. & per nonnullas optimas rationes comprobat d.lim.Iaſ.in l.1.nu.11.ff.de ver.obl. & com.omnes can.in c. per tuas.de arbit.& in c.cùm contingat.de iureiur.& d.com.lim. etiam Iaſ.in 16.aliis caſibus.in d.§.ſed cùm nulla. F.Viuius.

Pactum de futura ſucceſſione non valet, nec firmatur iuramento.Gulielm. Bene.in cap. Raynutius.de teſta.in ver.duas habens filias.numer.194.Curt. Iun. conſil.15.numer.7.communem dicit. B.Villal.

Et infinitos pro hac opinione accumulat more ſuo Andr. Tiraq.in tract.Primog.quæſt.6.numer.18. Aliud autem eſt in pactis ſucceſſionis reſeruandæ. Zaſ.in l.ſtipulat.hoc modo.n.18.ff.de verb.oblig. P.Fichar.

De iure regio habes l.13.tit.5.par.5.diſponentem quòd pactum de futura ſucceſſione generaliter nõ valet: ſecùs tamen de particulari. niſi de voluntate illius de cuius hereditate paciſcitur, vbi vide de materia.& in l.fi.C.de pactis.

Amplia, quia nec ſtatuto, ſeu conſuetudine poteſt introduci.idem Guliel.ibidem.nu.197.communem dicit.

Fallit in pacto de ſucceſſione in re certa: quia valet.Bellon. conſi.60.num.2.Curt.Iun.conſi.81.nu.4.com.dicit.

Fallit ſecundò, in pacto de certa quota bonorum. Io. Dur. in arte teſtan.tit.2.caut 10.communem dicit.

Fallit tertiò in pacto de non ſuccedendo: quia bene firmatur iuramento. Iaſon.in l.pactum dotale.C.de colla.nume.3. commun.dicit. B.Villal.

ADDITIO. Ad quod faciunt etiam rationes, iura, & auctoritates adductæ per Pariſi.in conſil.69. Dom.Ambroſ.nu.22. cùm aliis ſequ. Limita niſi eſſet iuramentum Iudæi, quia tunc non valeret, vt refert M.Anthon. Bar.in tract. de temp.vti.& contin.in capit.11.num.10.

Fallit quartò, in pacto facto inter coniuges de ſucceſſione ad inuicem, poſt annum contractus matrimonij.l.9.tit.6.libr.2.For.ll. idem.

Pactum appoſitum in matrimonio quòd mulier ad alium locum non ducatur valet.Pan.in capit.1.qui ma.accu.poſſunt. communem dicit. B.Villal.

Pactum in venditione appoſitum, vt nõ liceat intra decem annos, aut aliud certum tempus redimere. etſi in ſpeciem appareat vſurarum, tamen per ſe ſolùm non conſtituit contractum vſurarium.communem.eſſe inſinuat And.Tiraq.libr.2. de retract.§.1.glo.2.numero 66. vt eum refert Didac. Couar. lib.3.varia.reſol.cap.8.nu.8. I.Fich.

Pactum de non alienando, ſeu prohibitio non tollit alienationem: ſi non interueniat ſpecialis hypotheca. Ant.de Fano de pigno.parte 2.mem.1.nu.4.commun.dicit. B.Villal.

Pactum non impedit tranſlationem dominij.Curt.Iunior. conſ.147 num.19.communem dicit. idem.

Pactum appoſitum in emptione ꝙ quandocunq; pretium reddatur teneatur emens reuendere, præſcribitur per triginta annos. Alcia. in rub.de præſcrip.nu.6. & Bal.de præſcrip.in 4. part.5.part.q.3.communem dicit. idem.

Pactum quòd debitor prius mittatur in carcerem, quàm in bonis executio fiat: non valet.Ripa.in l.obligatione.num.24. ff.de pign.communem dicit. idem.

Amplia ad pactũ quòd creditor poſſit detinere debitorem propria auctoritate, non valet.idem Ripa ibi numer.21.communem dicit. idem.

Pactum quod donatio non reuocetur prætextu ingratitudinis non valet.Ant.rube.conſi.114.commun.dicit.

Fallit.ſi firmetur iuramento.idem.ibi numero 31.communem dicit. idem.

Pacto partium poteſt introduci, quòd actus non poſſit probari niſi per teſtes.Hippol.in rubric.de procurat. numero 33. communem dicit. idem.

Pactum appoſitum per monachum contr. ſubſtantiam ordinis, valet profeſſio: & pactum reiicitur.Iaſ.in auth.ingreſſi. numer.37.C.de ſacroſan.eccleſi.com.dicit. Villalob.

Pactum de non expellendo colonum eccleſiæ, operatur ꝙ non poſſit ſtatim expelli intra biennium. Iaſ.in l.qui rem. nu.13.C.de ſacroſan.eccl.communem dicit. idem.

Pacto de retrouendendo longiſſimo temporis ſpacio præſcribi, planè com.eſt. vt expreſsè teſtãtur Alex. Ang.Fel.Balb. Puto.Hieron.Cag.Lud.Gozad.in locis, quos refert Did.Cou. lib.1.varia.reſolut.cap.9.in prin.vbi latiſſimè tractat.Cagnol. Præterea Nico.Boer.deciſi.182.nu.4.& ſeq.in rep.l.2.n.13.& ibidem Lud.Gozad.n.84.C.de pac.inter emp.& vend.Zaſius in conſi.12.nu.75.lib.1. Et eandem conſtanter in multis conſiliis pro communi ſequitur Hierony.Schurph. & nouiſſime d.Mar.Mantua, amicus noſter obſeruandiſſimus in d.l.2.n.2.

Contrariam verò opinionem antiqui Doctor. ferè omnes tenuere, nempe Rogerius (in Dialogo de præſcriptio) Mart. Vinc. Iac.de Rauen. Petr.Cyn. & plerique moderni ſuo tempore, vt ipſe Cyn.commemorat in l.cùm notiſſimi.§. ſed cum illud, aliàs, eodem iure (de præſcrip.30.vel 40. ann.) Et Bal.ꝯſil.341.ſuper eo, quod quæritur, vol.1. Hanc partem tenere allegantur Guid.de Suz.Gul.de cug.in l.ſi rem.§.omnis.ff.de pig. Io.An.& Ant.Butr.in c.quoniam frequenter: vt lit.non cont. vbi eoſdem ſequitur Abb. Pan. Eandem tenet Aluar.in tit. de feu.da.in vi.leg.commiſ.in vſi.feu. Bar.Sal.in d.§.eodem iure, Paul. Caſt.in l.pignori. & l.nec creditores. ff.de pign.act. Practicus Papienſis in Form.Reſp. rei conuenti.in verſ.præſcriptio.poſt.n.25. Ex recentiorib. autem Lud.Gom.in §.item Seruiana.n.38.Inſtit.de act.Vdal. Zaſ.(ſibi contrarius) In §.actionum.ver.& quia dici debitorẽ, &c.e.tit. (prout eos refert Did. in d.ca.9.) Fabia.à S. Sabino.in tract.de empt.11.q.7.q.prin. Barb.conſ.51.n.9.vol.1.Pariſ.conſ.92.n.28.vol.3. Et ruſum conſ.22. in vlt.dub. vol.4. Io.Crot.in l.nemo poteſt. verſ.vlt. not.de leg.1.Paul.Pariſ.conſ.92.n.28.vol.3.vbi in fi.concludendo dicit, ꝙ hæc opi.ſit in Iure veriſſima.& optima, & concludentib.rationib.fundata: ideoq; ſequenda in cõſulendo, & iudicando: cum eam ſuadent etiam fauor animæ, quæ cunctis reb.ſit præferenda, &c.Pet.Gerar.ſing.18.Ignæus in l.in cognitione.n.76.ff ad Sil.Alc.in rub.de pręſc.n.64.Bart.Chaſ.ſuper conſuet.Burg.rub.5.§.1.& pleniſſimè conſ.11.per tot. Et ipſemet Did.in d.9.hanc poſteriorem retinet, fortiterq; defendit. Quam nouiſſimè ſecutus eſt etiam Io.Fran.Zoane.in d.l.2.n.35. Deniq; eandem, vt pote iuri, rationi, & æquitati magis cõſonam, nõ attenta com. opi.in iudicando ſequi ſolet ampliſſi. Senatus Iudicij camer.Imp.vt teſtatur Minſing.obſer.16.cen.1.& obſer.4.cen.4.ſecund.1.edit. itaque totam hanc controuerſiam apud nos Germanos in Imperio deinceps ſopitam fore ſpero. confligentur porrò ſuper illa qui volent. I.Fich.

ADDIT. De qua com.opi.vide Rol.conſ.25.lib.2.Gabrie. com.opi.lib.5.tit.de præſcri.concl.6.Oſaſc.deciſ.69.n.12.vbi diſtinctione & declaratione dubitationem oẽm tollit. Port. lib.3.concl.38. Quid ſi res empta ſit cum pacto retrouendendi toties & qñcunque? dic, ꝙ præſcribitur 30.annis.teſte Rub. Alex.conſ.3.n.3.& 9.& Iaſ.in l.petens.n.10.C de pac.Nouel. inter reg.lib.14.ver.pactum redimendi.vbi ponit limit.& declar.ad reg.& concl.de qua ibi.pro quo vide quæ not.Cret.in repet.l.nemo poteſt.col.pen.de leg.1.vbi Iaſ.col.15.n.75.per tex.in l.ꝙ ſi nolit.§.ſi quid ita.ff.de ædil.edi.Signor.conſ.140. Alex.conſ.63.lib.3.Abb.in c.aliquibus.de deci. Et dic ꝙ contra Iaſ.in d.l.petens.n.x.C.de pac.tenet Alex.in l.Pomponius. §.cum quis.ff.de acq.poſſ. & quòd verbum, quandocunque,

& quotieſcunque operatur, ꝙ nō præſcribitur niſi ſpacio 40. annorum. Bald. in c. 1. de capit. Conrad. Ang. in l. ſi quis decurio, C. de decurio. lib. 10. Aret. conſ. 15. Feli. in rub. de reſcript. col. 5. Cæpol. cautel. 92. & ita fuiſſe iudicatum refert Caſſian. Puteus, Subalpin. Senatus præſes. fallit tamen doctrina Iaſ. in d. l. petens. quando eſſet pactum de retrouendendo, & paruitas precij: quia tunc cùm contractus præſumatur vſurarius, nullo tempore præſcribitur, teſte Gerard. ſingul. 18.

Pactū nudum, & ſic aliàs inefficax non veſtitur calore iudicij, ſecundum commu. per Alex. Socin. ſenior. Iaſ. & alios in l. 1. in princ. ff. de verb. oblig. vbi etiam Socin. iun. nu. 35. & 38. dicit hanc eſſe commun. opinionem quam confirmat Iacob. Nigri in repet. d. l. 1. n. 96. vbi dicit ita tenere Areti. Imol. Soc. Claud. Seiſſel & Senenſ. in rubr. eod. tit. & Monferrat. d. l. 1. 2. lect. Iaſ. in l. ſiue apud acta. n. 9. C. de tranſact. vbi ꝙ conuentio nuda non veſtitur calore iudicij.

Pactum nudum eſt promiſſio vel cōuentio facta non præcedente interrogatione, & ſecuta ſtatim reſponſione. nam ſi nemine interrogāte promitto tibi acceptanti, talis conuentio non eſt ſtipulatio ſed pactum nudum, teſte Alex. conſ. 16. lib. 2. Iaſ. in l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. nu. 32. ff. de pact.

Pactum de retrouendēdo pro maiori precio contractui adiectum, facit præſumi contractum ſimulatum & vſurarium, prout voluit D. Floria. & Domin. Nicolaus in cap. ad noſtram. de emptio. & venditio. iuxt. not. in capit. illo vos. de pignor. & ita communiter teneri refert Bened. Cap. reg. 87. nu. 167.

Pactum de reuendendo eodem precio, ſi concurrat cum alio pacto, puta de computando fructus in ſortē ſimiliter præſumi facit contractum cui adiectum fuit pignoraticium & vſurarium, iuxt. dict. capitul. illo vos D. Floria. & D. Nicol. dicto ca. ad noſtram. quia de natura emptionis eſt, vt faciat fructus ementis, nec teneatur eos in ſortem computare, cùm id ſit de natura pignoris. ſecundum Imolam ibidem. argumento, l. ſecundæ. C. de in ius vocan. & ita communiter contra D. Anto. in dicto capitulo illo vos. teneri refert ibidem Benedict. Cap. nu. 168. Sin autem non concurrat tale, aut ſimile pactum, ſed precij paruitas, ſeu modicitas, tunc ſimiliter contractus præſumitur pignoraticius ac ſimulatus, præſertim ſi conſuetus ſit vſuras exercere, ita contrahens, iuxt. not. dicto capit. illo vos. quod & Archid. 14. quæſt 3. capitulo plerūque. & D. Anton. dicto capitulo ad noſtram. ſenſiſſe videtur. & ita quoque paſſim teneri refert Bened. Capra ibidem nu. 13.

Pactum nudum iure Pontificio actionem gignit, quamuis Cæſareo haud gignat. commune dicunt Bapt. de ſancto Blaſ. in rubr. decret. quæſt. 22. diſtinct. 3. Corn. conſilio 2. litera B. libro 1. Alciatus in cap. cum contingat. numer. 173. de iureiu. late Viuius lib. 1. opin. 234. Sed & cùm geminatum eſt actionem Cæſarum iure creat. commune affirmant Alciat. in rubr. nu. 14. ff. de verb. oblig. Viuius lib. 1. opin. 235. E. Suarez.

Pactum à contrahentibus initum ne aliter quàm teſtib. probatiō fiat, valet ac ſeruari debet. commu. inquit Hipp. in rubr. nume. 33. de probat. idem.

Pactum dominij tranſlationem impedire nequit. commu. ait Curt. iu. conſ. 164. num. 19. idem.

Pactum de futura alterius ſucceſſione conceptū vſq; adeo nullius momenti eſt, vt nec iureiurando confirmetur. commune inquiunt Guliel. in c. Raynutius. ver. duas habens filias. nu. 294. de teſtamentis. Curtius iunior. conſilio 25. numer. 7. Excipe niſi ſi vel de certa hereditatis parte fiat, vt frequenter placitum enuntiant Curt. iu. conſ. 81. numer. 4. Bellon. conſ. 60. numero 2. Ioan. Dilect. de art. teſtand. tit. 2. cautel. 10. vel is conſentiat, cuius de hereditate paciſcitur. comm. ponit cum compluribus Franciſ. Viuius lib. 1. opi. 233. idem.

Pactum de non petendo, quod vel filiisfam. Macedoniani exceptionem habentibus, vel mulieribus Velleiano tutis factum proponitur, obligationem iure ipſo extinguit, commu. ait doctor meus Emanuel à Coſta in l. ſi ex cautione. C. de nō numer. pecunia. idem.

Pactum, & præſcriptio à pari ꝓcedunt. Balb. de præſcriptio. in 5. par. q. 6. com. dicit. Et vide in ver. præſcriptio. B. Villal.

Etiam in debito ex cauſa dotis, reprobatum eſt Pactum. l. cōmiſſoriæ, Eſt com. opi. contra Fulg. ſec. Alex. conſ. 178. viſo proceſſu. vol. 7. M. Chærian.

Pactum de ingrediendo & occupando rem hypothecatam propria autoritate, & ſic ad executionem iuris realis, id eſt ipſius pignoris & hypothecæ, adiectum contra tertium ſingularem ſucceſſorem habentem cauſam à debitore, ſi tamen debitum erat liquidum, in ipſo inſtrumēto extenditur. l. 3. & ibi Bar. ver. Itē dubitatur, quid de ſingulari ſucceſſore. C. de pign. & ibi Petr. Cyn. Ray. & Bal. Spec. quoq; in tit. de pign. §. 1. verſ. Item quid ſi debitor. idem voluit per text. in l. ſi Titius. ff. de ſer. export. Et pactum huiuſmodi eſt dicti iuris realis exequutiuum, & conſequutiuum. prout tradunt Bart. Bald. & magis comm. Doct. in d. l. 3. quamuis (vt idem Bartolus ibi inquit) antiquiores ea fuerint in opinione, ꝙ pactum prædictū ius tantùm perſonale cauſet, & conſequenter ꝙ ad ſingularem non tranſeat ſucceſſorem. Corn. verò conſ. 218. videtur in hac cōſultatione. volumine 3. latè hanc diſcutit, & examinat quæſt. F. Turzan.

Pactum, de & ſuper hereditate viuentis inter aliquos initū, iure improbatur, tanquam contra bonos mores, & votū captandæ mortis inducens. l. fi. C. de pact. c. 2. extr. de conceſ. præbend. cum ſimil. & ibi Doct. in l. pactū quod dotali. C. de pact. & in l. pactū. C. de colla. habetur, quòd nemo ex pacto vel ex ſtipulatione hereditatē ſuam in alium transferre poteſt. l. cum donationis. C. de tranſact. ibi nec ad implendum promiſſum hereditatis piopria pollicitatione quiſquam adſtringitur. & d. l. pactum quod dotali. ſi tamen aliquis bona ſua alteri poſt mortem ſuam promittat, hoc eſt in tempus mortis ipſius promittentis, conferat: promiſſio iſta iure non prohibetur, cum eo caſu, promiſſio ad vniuerſam hereditatem non trahatur, ſed ad bona tantum quæ poſſidebat, & habebat promiſſionis tempore. l. ſi ita legatum eſt. ff. de auro & argento legat. l. fi. §. qui indiuiſam. ff. de leg. 2. Hanc concluſionem tanquam mag. com. ſequitur Alex. in d. l. fi. in fin. C. de pact. Cuius rei diuerſitatis ratio eſt, licet Alex. non aſſignat. quia primo caſu promiſſio & pactum liberam teſtandi facultatem aufert, contra tex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. eod. de verb. oblig. & in præal. l. pactum. C. de collat. cum hereditas, ius totum, & vniuerſum paciſcētis cōplectatur. l. hereditatis appellatione. & l. pecuniæ. § hereditas. ff. de verb. ſign. quod ſecùs eſt ſecundo caſu cum appellatione bonorū, ſiue in diſpoſitione generali, & ſimpliciter facta. ſiue etiam particulari, nō relata ad futura in huiuſmodi liberali promiſſione, donatione, necnō vēditione, & legato, non veniant futura, ſed præſentia tantùm d. l. ſi legatū. ff. de auro & argent. lega. l. Plautius eo. titu. quod non contingit in generali expreſſa, ſiue etiam tacita bonorū hypotheca. in qua veniunt futura illis etiam non expreſſis. l. ſocietatem vniuerſarum fortunarum. ff. pro Socio. l. fi. C. quæ res pigno. oblig. poſſunt. Ratio differentiæ eſt, quia primis caſibus ſi venirent etiam futura, vendens, donans, vel legans nimium damnū ſuſtineret, præter eius conſenſum, alio quidem caſu minimè, quia propterea quod in ſimplici & indeterminata bonorum hypotheca, veniant etiam futura, non magis obligatur, nec ad plus debitor conſtituitur, licet plenius creditoribus conſulatur & caueatur, ad glo. in d. l. 1. C. quę res pigno. obliga. poſſ. & ſic iſtis caſib⁹ ſupereſt de quo promittens & donans in terminis de quibus loquimur poteſt teſtari. d. l. ſtipulatio, hoc modo concepta. ff. de verbor. obligatio. cum ſimil. F. Turzan.

Pactum ipſum, eſt contractus. glo. in verbo, figuris. in l. 1. ff. de act. & oblig. Bellon.

PRO Pactum ſine ſcriptura ſeruandum eſt. l. pactum quod bona fide. C. de pact.

OBIEC. Contra pactum fieri debet cum ſcriptura ad hoc, vt valeat. c. pactum. extrà de verbor. ſignific.

SOL. Ibi dicitur pactum eſſe ſcripturam, ex pace inter partes conuenientem: quia ſæpe interuenit ſcriptura, & ad probationem pacti interponitur: vt ibi gloſ. explicat: non autem quòd ad ſubſtantiam pacti ſcriptura requiratur. Bellon.

PRO. pactū eſt loco pretij. l. fundi partem. ff. de cōtra. empt.

PRO. Pactum de retrouendēdo valet, & ex mora veniunt fructus. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. idem.

PRO Pactum contra naturam ſeu ſubſtantiam contractus non valet. l. cum precario. ff. de prec. idem.

PRO. Pactum per quod aufertur libera teſtādi facultas nō valet. lege pactum. 1. C. de pact. l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. ff. de verb. obligat. idem.

PRO. Pacta ſunt ab omnibus obſeruanda. l. iuriſgentium. §. Prætor ait. ff. de pact. l. 1. ff. de conſtit. pec. can. puellæ. 15. q. 1. c. 1. & cap. qualiter. extrà de pactis. idem.

PRO. Pacta contra leges non valent. l. iuriſgentium. §. & generaliter. & §. prætor ait. ff. de pactis. l. contra iuris. ff. eod. l. pacta quæ contra. C. eod.

OBIEC. Contrà de l. paciſci. ff. de pact. vbi paciſci contra edicta ædilium curulium licet.

SOL. Ibi eſt pactum præter edictum ſeu legem: non contra. Vel dic propriè contra edictum. i. edicti beneficium. idem.

PRO. Pacta de ſuccedendo, ſeu de futura ſucceſſione improbantur. l. final. C. de pact. idem.





PRO. pacta de nōn ſuccedendo reprobata ſunt. l. pactum. C. de coll. l. ſi quando. §. 1. C. de inof. teſta.

OBIEC. Contrà de c. pactum. de pact. in 6.

SOL. Ibi de iure canonico valet pactum de non ſuccedendo, quia iuramento firmatum eſt. idem.

Pacta inſolita eſſe in renouatione feudi appoſita alleganti incumbit probare. com. dicit Clar. §. feudum. q. 20. in princi. P. Fichard.

Pactum, cōuentio, ſeu promiſſio facta ſub futuro fortunæ, vel conditionis euentu, videlicet, ſi nauis ex Aſia venerit, ſi Martinus fuerit creatus Pōtifex hoc anno, vel ſi Georgius nō moriatur intra menſem, promitto dare centum, ſiue aliæ ſimiles conuentiones, quas nos Itali appellamus ſcomeſſe, teſte Straccha. in tractatu de mercatura. in fine primæ partis, in tit. de ſponſ. in prin. nu. 1. & ſeq. & Hiſpani Apuæſtas ſunt validæ. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit. ff. de verbor. obligationib. quoniam dubius euentus non facit contractum illicitum. tex. eſt, & ibi Paul. de Caſtr. in l. in naue. ff. locat. & Alexan. in l. à titio. ff. de ver. obl. vbi ſcripſerunt tales conuentiones à futuro fortunæ euentu pendentes omninò eſſe licitas, & validas. & ſequitur Io. de Ana. in c. nauiganti. de vſur. Marian. in c. inter dilectos. q. 6. de exceſ. præla. & ita deciſum, ac determinatum extitit Florentiæ in facti contingentia, ſec. Paul. de Caſt. in d. l. à Titio. & ſic conſuluit quoque dec. conſ. 115. nu. 2. & ſeq. vbi ponit iſtam eſſe communem opi. & idem fatetur, ſequiturq́; Paris de Puteo, in trac. de ludo. num. 36. & ſeq. quamuis Paul. Caſt. in l. ſi quis cum debitore. ff. de iu. iur. aſſeuerauerit quod euenerat Florentiæ quæſtio de vno, qui decem promiſerat ſi die ſequenti plueret, & ob hoc requiſitus in ea quęſtione conſuluere noluit, & penitus recuſauit, & Caccialupus, in trac. de ludo. q. 4. nu. 23. cum aliis ſeq. minimè auſus fuit dictam quæſtionem terminare, aſſerendo ibi, ꝙ in hoc intelligere cuperet opinionem prudentium laicorum, quia intellexit in ſcholis publicis à quodam clariſſimo iureconſulto, ꝙ opiniones illę tenendæ ſunt, quas prudentes commendarunt, S. verò Thomas de Aquino, in 2. q. 32. artic. 7. ſequutus eſt communem prædictam, vbi concludit, ꝙ poſſum promittere centum ſi plura puncta à fortuna habueris, quàm ego, & dictum hoc referunt, & amplectuntur imol. & omnes canoniſt. communiter in c. pen. de vita & honeſt. cleric. Barb. conſ. 65. lib. 3. & affl. deciſ. 389. ſuper dubio, nu. 3. & ſeq. licet & malè Stracca. in d. tit. de ſponſion. in verſ. quæritur an ex ſponſione. nu. 1. & ſeq. ſenſerit contrarium. caſus enim incertus, ac dubius licitum reddit, & facit quod aliàs reprobatur. d. cap. nauiganti. & facit quod no. Cy. Bal. & alij. in l. ſi ab actiōe. C. de vſur. & iſta eſt vera, & communis opi. legiſtarum, Theologorum, & canoniſtarum, & ab ea in iudicando, conſulendoque recedendum non eſt, ſec. dec. in d. conſ. 115. nu. 4. & obligati ſecundum tenorē dictarum conuentionum tenaciter ſoluere tenentur abſque dubio aliquo, vt firmarunt omnes doct. præcitati, imò in foro conſcientiæ quæſita ex pacto, & contractu prædicto neceſſariò non ſunt reſtituenda in foro, ac in iudicio ↄſcientiæ, ſecūdum omnes Theologos, communiter tractantes caſum iſtū, quos recenſuimus ſuprà, in ver. ludum. inter alia crimina, poſtmodum. F. Viuius lib. 2. opi. 211.

Pactum de retrouendendo factum infra certum tempus, vel abſque aliqua temporis præfinitione, & ſic quandocūque ſeu in perpetuum, & in infinitū, cēſetur 30. an. ſpacio terminatum, & venditor rem venditam reſtituto precio venditionis poteſt infra præmiſſum tempus redimere, vt voluit Ang. conſil. 55. Signo. conſ. 139. Faber in l. notiſſimi. num. 14. per illum tex. C. de præſc. 30. vel 40. ann. Alex. conſ. 228. vol. 6. Zaſ. conſil. 12. nu. 75. affl. in tract. de iure protomiſeos, in verſ. licet autem. ſuprà diximus, nu. 20. & ſeq. Ruin. conſ. 84. nu. 14. vol. 1. Balb. in tract. præſcr. in 3. q. quartæ part. quintæ part. princi. & Boer. deci. 182. n. 1. 2. & 3. vbi ait opinionem iſtam iſtam fore veriorem, & communiter obſeruari, & ſequitur etiam in deciſ. 351. nu. 6. & ſcribit quoque communem Purpura. in l. petens. n. 40. C. de pact. ſimul cum aliis ſcriben. ibi, Couar. in lib. variarum reſolutionum, lib. 1. c. 9. n. 1. poſt alios multos relatos ibi per eum, & Follerius ſuper pragmat. de cenſibus. in verſic. inſtrumento gratiæ pro conſimili precio. nu. 16. & ſeq. & copioſè etiam Cephal. conſ. 40. nu. 2. ſed tranſactis 30. an. præſcriptio dicti temporis obſtaret agenti ex pacto allegato de retrouendendo, ſecundum omnes doc. præcitatos, & opinio hæc procedit pariter, ſi huiuſmodi pactum redimendi eſſet iuratum, ac dictum expreſsè vt venditor ſemper, & non obſtante quacunque præſcriptione, etc. quia facultati præſcribendi renunciari non poteſt, quin præſcribi poſſit 30. an. curriculo, vt in ſpecie voluit Angel. in d. conſ. 55. quem ſequitur fel. in c. cùm acceſſiſſent. nu. 27. extra de conſt. iaſ. nu. 10. dec. nu. 7. Iacobinus Claud. Aquc. nu. 5. & curt. iu. nu. 13. in d. l. petens. & dec. conſ. 164. non fuiſſet propoſiti mei, & Boer. in d. deciſ. 182. n. 7. vbi ponit iſtam opinionem eſſe magis cōmunem, & Tiraq. in lib. 2. de retractu. §. j. gl. 2. nu. 1. & 7. vbi congerit alios quamplures huius ſententiæ, & Couarr. ſimiliter, in d. c. 9. nu. 7. & Cepha. conſ. 43. ſub nu. 12. F. Viuius. libr. 2. opin. 205.

Pactum nudum de iure ciuili non producit actionem. l. iuriſgentium. §. igitur nuda. ff. de pact. Ang. conſ. 199. ſuper puncto & Couar. in c. cùm in of. n. 10. poſt medium, de teſta. & Iaſfredus deciſ. 390. de ſtricto iure tam ciuili, quàm canonico in foro cōtentioſo ex pacto nudo non datur actio, & iſta eſt cōmunis opi. prout ſcripſimus latè in j. par. in opinione pactum nudum, de iure ciuili quæ vtiliter limitatur, interpretaturq́ue non procedere, quando pactum nudum iuramento præſtito confirmatur, taliter ꝙ tunc etiam iure ciuili actionem producit ſecundum communem opi. apparentem ex congeſtis per iaſ. in d. l. iuriſgentium. §. ſed cùm nulla. nu. 21. & moder. in l. ſi quis maior. C. de tranſ. fel. in c. 1. de pact. & ibi Fortuni. nu. 25. & eiuſdem ſententiæ fuerunt Ant. & abb. in c. cùm contingat. nu. 31. de iureiur. Matheſil. ſingul. 36. Cuma. Roma. Alex. & Galiaula, in rub. ff. de verb. obl. And. ab Exea, in tract. de pact. in 4. part. nu. 422. & ſeq. & Alc. in d. c. cùm contingat nu. 245. qui audacter aſſeuerant iſtam eſſe communem opi. ſed n. 242. fatetur contrariam partem, ſaltem iure ciuili magis communem fore, & idem teſtatur iaſ. in d. l. ſi quis maior. nu. 23. Sali. & Corn. in auth. ſacramenta puberum. q. 13. C. ſi aduerſus vendit. & idem poſuimus, in d. opinio. pactum nudum. de iure ciuili poſt prin. & dato citra verū præiudicium ꝙ ampliatio hęc vera eſſet, ampliatur mirabiliter, vt habeat locum, etiamſi in pacto non interueniat iuramentum, ſed ſolum fuerat data fides, iuxta. ca. pen. de iureiur. & ampliationem præmiſſam poſuit affl. deciſ. 389. ſuper dubio tangente, vbi recenſuit ita fuiſſe iudicatum in ſacro regio conſilio in cauſa Marini Medici, & Bactimi Taurellę, & regulam, ſeu communem prędictam, in principio poſitam ꝙ nudum pactum minimè de iure ciuili producat actionem ampliat. in quindecim caſibus. Exea, in d. tract. de pact. & in ſexagintaſeptem aliis limitat. in 3. parte, nu. 273. cum infinitis ſeq. vſque ad fi. d. tracta. ſed aduerte hic ad vnum valdè vtile, quod ſi fideiuſſor ſoluit, ꝙ pacto nudo promiſſum eſt à principali, repetere poteſt ab eo tantundem, excuſaturq́ue, licet exceptionem pacti nudi non oppoſuerit, ex quo erat verecundia, ac pudor eam opponere, ita Sali. in l. placuit. C. de iud. iaſo. in d. §. ſed cùm nulla, in tertia limitatiō. & in l. fideicommiſſum. ff. de condi. indebit. abb. conſ. 60. vol. 1. & Crauet. conſ. 6. nu. 82. F. Viuius lib. 2. opi. 207.

PRO. Pactiones in rebus ſpiritualibus fieri non debent. c. fi. extrà de pact. Bellon.

Pactum de retrouendendo dicitur pars precij, & ideo propter tale pactum, ſolet dici rem eſſe minoris precij, iuxta l. fundi partem ff. de contrah. empt. vbi Bald. Albe. Sali. & alij. Et eſt doctrina communis abb. & aliorum in c. ad noſtram. de emp. & vend. cum aliis allega. per dec. in conſil. 308. in caſu. ad metranſmiſſo. nu. 2. & dixit Nic. Boe. in deciſ. 23. n. 28. & Pariſ. in conſ. 81. conſultus quale ſit. nu. 30. & vol. 2. Soc. iun. in conſ. 46. nu. 41. vol. 4. E. Muſcul.

Pactum de inuicem ſuccedendo factum inter priuatos non valet, teſte iaſ. in l. licet inter priuatos. nu. j. C. de pact. Quid de pacto quòd vnus alterum hæredem inſtitueret. vide ibi numero 10.

Ex pacto nudo poſſe efficaciter agi virtute clauſulæ, ſola facti veritate inſpecta, not. & communem dicit Oſaſc. deciſ. 2. poſt nu. 4.

Emens cum pacto de retrouendendo intra certum tempus eo elapſo non tenetur amplius retrouendere, & eſt liberatus. tex. eſt in l. 2. C. de pact. inter emp. not. doc. in apoſtill. ad Bart. in l. eum qui ita. §. qui ita ſtipulatur. ff. de verb. obl. Put.

Pactum ꝙ ſcriptor ſtet in compedibus donec ſcripſerit librum ac opus perfecerit valet, & tenet ſec. gl. in l. ſtipulatio. §. opus autem factum. in verbo ſine. ff. de oper. noui nun. & Bolo. ibi in ſecundis interpretationibus, & ſpec. in tit. de renun. & concluſio. §. 1. verſ. item eſt beneficium, & d. gl. inquit communiter approbatam imo. in c. 2. de pig. & Alex. in l. ſtipulationes non diuiduntur, n. 29. in fi. ff. de ver. obl. Licet eam reprobet ibi, & ſic ſecundum iſtos doct. vbicunq; ſcriptor ipſe promiſiſſet in certo loco commorari, & librum præciſè ſcribere, tunc certè pactum valebit ꝙ poſſet cogi præciſè ad ſcribendum, & poni in compedibus, nec liberaretur præſtando intereſſe, quia videtur electa induſtria perſonæ, tamen quicquid

gloſſ.ſuadeat contrarium explicat teneri communiter per docto. Alex.in l.quia tale.& l.ſeq.§.eleganter.nu.6.in fi.ff.ſo.matri.in l.ſtipulationes commodiſſime.& in l.ſtipulationes non diuiduntur.nu.29.poſt medium.ff.de verb.obl. cum concor. ibidem per eum ſignatis, & Ripa in l. obligatione generali. nu.9. ff. de pign. & iſta opinio, licet communis ſit & eam ſequatur Alex.in dictis locis, nihilominus ipſe Alex.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur, dicit eam veriorem fore, prout veriſſimam reperio, & veritate ductus eam ſequor, ſed dato citra veri præiudicium, ꝙ vera eſſet opinio dicta gloſſa veniret profectò limitanda, niſi ſcriptor ipſe promoueretur ad aliquā dignitatem, vt not.Bald.in l.nec patronus.in 4.oppo.C. de ope. libert. & in l. vnica. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. F.Viuius lib.2.opin.207.

Pacto & promiſſioni de retrouendendo, & actioni inde ortæ, per 30.an. curſum præſcribitur. etiāſi adiecta eſſet illa clauſula, vt venditori rem venditam quandocunque redimere liceret, ſm communem doct.ſententiam, vt multis rationib. argumentis & authoritatibus nouiſſimi recentiores ſcribentes probarunt. Nic.Boer.in ſuis deciſ.q.182.Soci.iu.in conſ. 145. nu.34.cum ſeq.Petr.Rebuff.in l.vnica.in 1.notab.nu.52.cum ſeq. C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt proferuntur. Vniuerſitas Francofor.ad Oderam.in conſ.32.nu.79.in To.1. conſi. Germanorum.& copioſè cum adductis omnib.contrariis argumentis & datis reſponſionib. Rol.à Valle, in conſ. 21.in 2. To. adeò vt multi doct.affirmauerint hoc etiam procedere, ſi dictum fuiſſet in perpetuum, vt per doct. allegatos eleganter ſcribitur. Licet camera imperialis & multi alij doc. ſententiā contrariam amplectantur. Mynſing.in obſer.camer. obſerua. 16.in 1.cent.cuius deciſionis mentionem quoque facit Harthman.in lib.2.prac.forenſ.in verb. pactum.de retrouendendo.ſed prior ſentētia & meliorib.argumentis & magis textib. probatur, vt latè per Rol.à Valle, in d.conſ.21.deductum eſt. Quam parlamen. Pariſienſe, Senatus Burdegal. & alia parlamenta iudicando approbarunt. referentib. Boerio, Rebuffo & Rol.in d.locis. Kirchouius.

Pactum ꝙ ab arbitri ſentētia appellari poſſit valet, & tenet, vt voluerunt Io.And.& cæteri omnes, in c.cùm dilectus.de arbit.Ant.imol.in c.quintauallis.de iureiur.Dy.Barb.Bart.Bald. & Alex.cum aliis ſignatis per eum, nu.20.& Ripa.nu. 86. in l. nemo poteſt.ff.de lega. 1. vbi profitentur iſtam communem opi.fore. F.Viuius lib.2.opi.208.

Pactum nudum. Vbi ex inobſeruantia pacti nudi pars damnificatur, ex pacto nudo agi poteſt.allegant doct.text. no.in l. & eleganter.§.ſeruus pactionis.ff. de dolo.& in l. ſi cum mihi ſaxum.eo.tit.tenent Iac.de Areti.& Cy.in l. ſi quis ex conſenſu.in 3.quæſt.C.de epiſc.aud.Per quod poterit limitari, quod voluerunt Bart.& Ang.in l.ſi conuenerit.ff.de iuriſd.om.iudi. dicentes, ꝙ ſi pacto nudo conuentum eſt de adeundo alium iudicem quàm ſuum, ſi prorogantem pœniteat, non poterit pars agere ad intereſſe, vel pœnam: vt tunc non procedat tale dictum eorum, quando pars ex tali inobſeruantia & pœnitentia læderetur: vt quia iam conduxiſſet aduocatos, vel aliter prouidiſſet coram illo iudice. Balb.deciſ.108.

Pactum de retrouendendo quandocunque placuerit venditori, etiam ſi ſec.cōmunem ſententiam præſcribatur ſpacio 30.an.hoc tamen intelligitur, ſi iuramentum non interuenerit, quamuis multi doc.voluerint præſcribi 30.an. non obſtāte iuramento Balb.in tract.de præſcrip.in 4.par.5.prin.in 3.q. in princi. cùm recipiat conditionem & naturam actus ſuper quo interponitur. l. final. C. de non numerat.pecun. Et ita etiam declarant Nic.Boer.in ſuis deciſ.q.182.n.7.Pet.Rebuf. in l.vnica.in 1.notab.verſ. poſſet etiam prima opi. teneri. nu. 55. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. & Maria. Soci.iu. in conſ.145.nu.62.in 1.par.conſ.Sed magis com.opi.eſt in contrarium referente Rol.à Valle, per pulchras rationes in conſ. 25.nu.10.vſque ad fi.conſ.in 2.Tom. kirchouius.

Pactio quælibet ſponſionis appellatione comprehenditur, prout communis eſt ſententia. quomodo hoc intelligatur, & habeat locum ratione.l.ſponſio.ff.de verb.ſig.ibi eleganter Andre.Alc.declarat. kirchouius.

Pactum expreſſum factum ab ingrediente monaſterium in profeſſione ipſa regulę monachis, quod liceat ſibi retinere ꝓprietatem aliquorum bonorum, vitiat in totum religionis ingreſſum, & ſic profeſſionem emittens reſeruata ſibi proprietate bonorum nihil agit, & ex hoc denique vitiatur in totum actus.ſec.gl.in c.cum ad monaſteriū.de ſtatu monach.& alios congeſtos per iaſ.in auth.ingreſſi.nu.33.C.de ſacroſ.eccl.quorum opinionem ſequitur dec.in c.cum M.Ferrarien.nu.67.de contu.& Alc.in l.1.§.ſed ſi mihi Pamphilum.nu.19.ff.de ver. obl.vbi pariter ait iſtam eſſe cōmunem ſententiam, & totum mundum ita tenere fatetur. Ant.de Butr.in d.c.cùm M.& magis communem præſupponit Barb.conſ.3.vol. 1.& eandem amplectitur, tuetur, fulciturque, & ſcribit communem Andr. ab Exea in tract.de pact.in 3.part.nu.150.

Contrariam verò opinionem, videlicet ꝙ pactum, ob quod monachus reſeruauit tempore ingreſſus ſibi bona, nō valeat, ſed tamen ingreſſus, & profeſſio valida remaneat tenuerunt gl.in d.auth.ingreſſi, & alij innumeri relati per iaſ.ibi, nu.30.& 37. vbi tranſit cum iſtorum opinione & exprimit communē eſſe, & ſequitur quoque Ripa, in d.c.cum M.tamen quicquid doc.iſti ſuadeant, & teneant ob hoc difficile foret obtinere in actu practico contra primam opinionem relatam, quam, tanquam communiorem, & ſuſtentabiliorem ſequendam eſſe in iudicando, conſulendoque ſuadeo. F.Viuius lib.2.opi.210.

Pactum initum inter partes, ꝙ ſolutio probari non poſſit, niſi mediante inſtrumento, valet & tenet, ſec.Bald.con.33.volu.1.Alber.poſt alios quàm plures, in l. ſi quis in conſcribendo.nu.12.C.de epiſc.& cleric.& Fulg.conſ.120.& conſ.208. & Aug.Beroum.in c.ſicut.nu.80.de probationib.

In contrariam verò partem, videlicet, ꝙ pactum hoc, vt ſolutio probari nequeat, niſi per ſcripturam, non valeat, inclinarunt gl.& ibi Ang.in §.propterea.in auth.vt ſine prohi.ma.debit.Spec.in tit.de probationib.§.videndum.verſ.ſed pone.Hoſti.in ſumma de renuncia.§.quæ poſſunt.verſi.quid de pacto. Io.And.Ant.imol.& abb.in c.ſi diligenti.de for.compe.ſuper gl. 1.Bart.& Ange.in auth.iubemus.C.de iud.Cy.in l.pe.C.de pact.& affl.in proœ.conſti.q.12.& iſta eſt communis opinio, teſte Ant.de Cana.in trac.de exec.inſtru.q.36.n.75.imol.in d. c.ſi diligenti.marſ.in repeti.rub.C.de probat.nu.44.cum aliis ſeq.& Follerio in pragmatica de cenſibus, in ver.quæ quidem exequutio nullo falſitatis, nu.75.& ſeq. in quibus locis congerunt alios doct.eiuſdem ſententiæ, & ego eam tanquam veriorem, & communiorem ſequor. F.Viuius.lib.2.opi.209.

Paciſci poteſt vel valet conſuetudo, ꝙ quis alapam, vel leuem huiuſmodi iniuriam quis patiatur, & alapa percuti ſe patiatur, vt eſt communis opi.de qua D.Hercul.de cautione, de non offendendo.c.43.Dummodò ex dicta percuſſione ſciſſura carnis non fieret.alias ſecus. Bonacoſſ.

Pactum quòd donatio non reuocetur prætextu ingratitudinis, non valet. Rube.conſ.114.firmatur tamen iuramento, vt ibi.nu.31.communem dicit. Bonacoſſ.

Pactum de quota litis non tenet.& contra facientem pactū de quota litis poteſt iurari in litem per partem aduerſam pro damnis, expenſis & intereſſe, vt eſt com.opi. de qua Plotus in l.ſi quando n.532.& ſeq.C. vnde vi.& ibi declarat quodnam ſit dictum pactum.fallit, vt ibi.nu.536. vide omnino, & quænam ſit pœna in paciſcentes.ibi.nu.539.& ſeq. idem.

Pactum appoſitum per monachum contra ſubſtantiam ordinis valet profeſſio, & pactum reiicitur. iaſ.in auth.ingreſſi.nu.37.C.de ſacroſ.eccl.communem dicit. idem.

Pactum nudum. De ſtricto iure tam ciuili quàm canonico, in foro contentioſo ex pacto nudo regulariter non datur actio, ſec.Bar.& communiter legiſtas in l.iuriſgentium.§.ſed cū nulla.ff.de pact.in l.lecta.ff.ſi cer.pe.Anch.& Bartholomæum de Sali.in l.legem.C.de pac.inn.& Pan.in c.nouit.ext. de iud. Calde.in c. 1.ext.de pact.quicquid contra ſenſerint Pan.& alii qui cano.in d.c.j.quod c.non obſtat. & ſi dicat pacta ibi ſeruari.quia non ſequitur, ꝙ ex hoc detur actio ex pacto nudo, cū poſſint ſeruari per viam exceptionis. Et quia probabiliter dici poſſet illa pacta fuiſſe veſtita cohærentia contractus & concluſionis pacis, cui fuerunt adiecta, ꝙ videtur ſentire gl. 1. ibi in pr. Quod autem dicitur non eſſe differentiam inter loquelam ſimplicem & iuramentum, procedit in foro conſcientiæ, non in contentioſo, ſec.doct.tenentes primam opi.quam vix admitterent cano. in foro ſuo. Balb.deciſ.290.

Paganus ſi ſit in caſtris & loco hoſtili, poteſt eodem modo & forma quo milites, condere teſtamentum, ſi tamen non ſit in loco hoſtili, non gaudebit priuilegiis militum. com.dicit Cla.§.teſtamentum q.15.verſ.vlt. P.Fichard.

Palatium epiſcopi gaudet immunitate vt eccleſia, etiam ſi ſit ſeparatum ab ea vltra quadraginta paſſus.com.dicit Did.libr.2.reſol.c.20.n.5.in fi.Remig.de immu.eccl.in 15.ampliat. vbi ſubdit communem eſſe, ꝙ gaudeat, etiam ſi in eo nulla capella conſtructa ſit.Sed in praxi contrarium ſeruatur, ſ.ꝙ non gaudet immunitate, ſi vltra 40. paſſus ab eccleſia ſeparatim conſtructum ſit vt atteſtatur Did.in loco prædicto.Clar.d.§.fi. q.30.verſ.ſcias etiam. P.Fichard.

Palatium epiſcopi gaudet immunitate eccleſiæ, vt eſt communis opi.de qua Barba.conſ.33.col.2.in 4.volu.& ĵ 40.paſſus.



ſus.& ideo reus ibi capi non poteſt.Cla.q.30.verſ.ſcias etiam. vbi dicit, quòd ſi extat vltra 40. paſſus ab eccleſia ſeparatum in practica non ſeruatur, quòd gaudeat immunitate. Bonac.

PRO. Papa eſt ſucceſſor Petri, & vicarius Chriſti in terris. in c.inter corporalia.& c.quanto.ext.de tranſl.epiſc. Bellon.

PRO.papa.eſt ordinarius ordinariorum.in c.licet de præb. in 6.vt clem. 1.vt lit.pen.nihil inno. idem.

SOL.papa eſt à nemine iudicandus.cùm alios omnes iudicet.c.ſi Papa.40.diſt. idem.

PRO. papa omnia ſoluit, & ligat.in can. cuncta per mundum.9.q.3.

PRO.papa eſt ſupra quodcunque ius.in c.propoſuit. extrà de conceſſ.præb. idem.

PRO.papæ tanta eſt authoritas, vt poſſit alicui etiam auferre beneficium, vel epiſ.gl.in c.per principalem.9.q.3.& poſſit creare, hoc eſt, de nihilo aliquid facere, gl.in c.propoſuit. ext. de conceſ.præb.nec ei quis audeat dicere cur ita facis.ita not. gl.in c.quanto.de tranſl.epiſc. idem.

Papa etiam ardua, ſine conſ.cardinalium, explicare poteſt, eſt communis opi.ſec.dec.in Rub. de conſtit. verſu, 2.concl. M.Chærian.

Papa, vel imperator ſi aliquid concedant ſemper intelligitur ſine præiudicio alterius, per dec.in c.dudum.nu.10.de decim.com.dicit. B.Villal.

Papa poteſt expedire ardua ſine conſenſu cardinalium.Barba.conſ.vol.1.com.dicit. idem.

Papa non inuoluitur crimine ſimoniæ.fel. in c. ex parte. de of.deleg.nu.2.com.dicit. idem.

Papa de plenitudine poteſtatis poteſt committere ſuſpecto ſine facultate recuſandi.Pan.in c.ad hoc. de reſti.in fi.communem dicit. idem.

Amplia, quia poteſt committere cauſam apellationis iudici, à quo eſt appellatum.Ant.de Trem.in add.ad Bonacoſſ.in prac.excep.in rub.quæ contra reſcriptum.nu.8.in verb. libellum.communem dicit. idem.

Papa poteſt dare facultatem teſtandi de bonis intuitu eccl. acquiſitis dec.conſ.157.Io.Duran.in arte teſt.caut.3.ti.3.n.1. com.dicit. idem.

Papa poteſt diſpenſare contra ius humanum etiam ab Apoſtolis traditum, vt per concilium generale promulgatum. Coua.in epitome ad 4.decret.c.6.§.9.nu.6.communem dicit ex gl.in c.propoſuit.de conceſſ.præb. idem.

Papa poteſt diſpenſare in matrimonio nondum carnali copula conſummato.Coua.in epit.4.c.7.§.4.n.13. communem dicit, ſecundum canoniſtas. Theologi autem tenent contrarium.Imò ꝙ non poteſt diſpenſare, & dicit communem theologorum.Coua.ibi nu.14.& ipſe reſidet cum iſta vltima communi.quippe quę fuit opinio Pan.in c.ex publico.de conuer. coniug.curt.iu.in conſ.170.nu.1.dicit, quòd ex cauſa poteſt diſpenſare: ſine cauſa autem non, & dicit communem, & cum hac potes concordare opiniones contrarias. idem.

Papa non poteſt diſpenſare cum exiſtenti in ordine ſacro ex maxima cauſa.Hier.Cagn.in l.actus legitimi.n.8.ff.de reg. iur.communem dicit. idem.

Papa non cenſetur diſpenſare, etſi diſſimulet, niſi ipſe ſcribat quòd diſſimulet.Coua.in epiſt.4.c.6.§.9.nu.15.communem dicit ex fel.in c.1.de treuga & pace. idem.

Papa & princeps ſupremus poſſunt ſententias non ſuo nomine, & ſic planè nulliter latas, ex plenitudine poteſtatis ratificare ac confirmare, iuxta communem, vt refert Bened. Capr.reg.54.nu.33.vide infrà in verbo ratihabitio.

Papa & princeps in dubio non præſumuntur ius tollere niſi concedat̃ dilatio, aut ſecunda iuſſio emaneat, aut opponatur clauſula non obſtante tali lege, &c. idque communiter receptum refert Bened.capr. reg.10.nu.56.& ſeq.vide s.in verbo ius. Papa poteſt etiam opiniones legiſtarum contrarias aut variantes decidere ſuprà in verbo dubium.& verb.opin.

Papa poteſt pro libito ſine omni cauſa transferre epiſcopos & permutare, vt notatur in c. propoſuit de conceſ.præb. ſec.imol.in c.exhibitam.de rerum permu.& no.in c.cùm veniſſent.de iudic.& ita communiter teneri refert Bened.in tracta permu.poſt reg.nu.88.poſito nu.43.

Papa de nullo crimine accuſari poteſt, præterquam de hæreſi.communem dicit Zabarella in can.ſi Papa.40.diſt.glo.tamen ibidem dicit, ꝙ ex quocunque crimine notorio, & ex quo ſcandalizetur etiam eccleſia, Papa poſſit accuſari, ſi admonitus ſit incorrigibilis, & illam communiter teneri dixit abb.in c. ſignificaſti nu 4.de elect.vt illum refert Cardi. Alex. in d.c.ſi papa.vbi dicit ꝙ d.gloſ. ſit canonizata per concilium conſtant.& dicit deci.conſ.151.nu.4.ꝙ illa glo.cōiter placuit canoniſt.licet reprobata ſit theologis.ſimiliter dicit Synodia conciliis.circa med.quod illa gl.communiter ab omnibus ſit approbata.Idem dicit Io.Brunel.poſt relectiones Dida.& iaſ. conſ.90.Siman.de hæret.c.11.n.12.Contra verò hanc gl.cōmuniter reproba.dicit Berous in c.cùm veniſſent.nu.4.de indic. imò tractatus abbat. ſuper concilio Baſilienſi, quia in eo d.gloſſ.communiter teneri dixit, poſitus eſt inter libros damnatos in indice librorum prohibitorum tempore Pauli quarte edito, ſed poſtea in indice ſub Pio 4. edito rurſum omiſſus. Cla.d.lib.5.§.fi.q.35.verſ.videndum. P.Fichard.

Papa nullum iudicem habet niſi concilium generale.com. dicit cardi.Alex.in c.ſi papa.40.diſt.Clar.d. §.fi.q.35. verſ. ſed retenta. idem.

Papa non poteſt conferre iuriſdictionem ordinariam principibus laicis in clericos.communem dicit Menchiaca.libr.3. de teſtam.§.32. num.60. Clarus d. §.fin.q.41.verſic. ſed quid. idem.

Papa alicui clerico ad canonicatum habili præbendam vni canonico aſſignari conſuetam & vacantem confert, ſiue conferri mandat, canonicatus quoque collatus cenſetur, ꝙ ideò, inquam eſt quia præbenda magnam cum canonia habet connexitatem, qua ratione hoc inductum eſt, quod & pari ratione id conuerti dicendum ſit arg.text.in c.tranſlato. de conſtitu. aliaque hac ratione comprobandum, quia præbenda ad canonicatum acceſſoria eſt, quo fit vt ſi collata præbenda, canonicatus collatio ſequitur, & ſic principali quanto magis econuersò, cùm non acceſſorium à principali, ſed hoc ab illa reguletur.l.ex pupillari.& ibi no.ff.de vulg.& pup.reg.acceſſorium. de regulis iuris in 6. concluſio probatur ex trad. per gloſſ. in capit.propoſuit.in verſ.inueſtitus, de conceſſ.præb. quam doct.communiter ſequuntur, quibus & ſi Pet.in c.clericus, de præbend.contradixerit, & ea fretus conſideratione, ꝙ aliud ſit canonia, aliud præbenda ac meritò ad vnius collationem alterum, non ſequi dixerit, prima tamen communis eſt teſte ipſo imo.in d.c.propoſuit de conceſ.præb. F.Tuz.

Papa non poteſt de aliquo crimine accuſari, conuinci, ac damnari, etiam ſi delictum notorium & ſcandaloſum foret, & ipſe incorrigibilis eſſet, niſi de crimine hæreſis veræ, propriæ, & vbicunque dubius eſſet in fide, ac in tenui articulo fidei etiam erraret.iuxta c.1.de hæretic.cum l.2.C.eod.tit.& hoc tenuerunt glo.in can.ſi quis pecunia.78.diſt.& in can.non nos. 40.diſt.imo.in c.licet.de elect.& præpoſ.in can.ſi Papa 40.diſtin.aſſeuerans iſtam eſſe communem opi. omnium Theologorum, & idem profitentur moder.in c.at ſi clerici. de iudi. & Io.Nicol.Arelatanus, in tractat.de hæretic.in 12.notabili.numero 1.& ſeq.

Contrarium verò voluit audacter, & expreſſe gl. in d.ca. ſi Papa.quando Pontifex in crimine notorio, & ſcandaloſo eſſet conſtitutus, quam inquit ſingularem Barb.in d.c.at ſi clerici n.151.& ſeq.Pan.in tract.de conci.Baſil.Rom.conſ.523.& Bellame.in d.c.ſi Papa.Zabar.in tract.de ſchiſmate.ver.quintus modus.in fi.& Pan. in ſua diſputa.exordiente. Epiſcopus. vbi ait quod totus mundus approbat d.gl. Sed quæſtionem iſtam diffinire, ac determinare ob varietatem doct. non auſus fuit Io.Nic.Arelatanus in loco præcitato, ego verò ne permaneam vt pecus ante tonſorem ſequor primam opinionem omnium Theologorum communem omiſſo omni multiloquio, & eam comprobarem veriſſimis rationibus, tamen certè antiquorum ingenia ita fuerunt illuſtria, ꝙ nullum nobis relictum eſt ocium dicendi noua, vnde curioſi poterunt videre rationes, & fundamenta vrgentiſſima, veriſſimaque citata per d.doct.hanc partem amplectentes. F.Viu.lib.2.opi.212.

Papa cum mandat alicui prouideri de beneficio proximè vacaturo, includitur beneficium, ꝙ vacabat tempore datæ, ſecundum gl.in clem.1.de conceſſ.præb.in ver.notitia.nam beneficium ipſum ꝙ tempore datæ vacabat, vacauit quoque in futurum antequam eſſet alteri collatum, & hoc verum eſt abſque diſtinctione aliqua, & per conſequens ſiue Pontifex ſciuerit beneficium vacare, ſiue non, & cum d.glo.ſentiunt ſimpliciter, & indiſtinctè canoniſtæ omnes: & idem voluit glo.in c.ſi poſtquam.de elect.li.6.communiter approbata, cum qua etiam tranſit imol.in l.ſi ita legatum eſſet.de condi.& demonſtra.& in l.hoc articulo.de hæredi.inſtituen.Lap.& Dominic. in c.ſi propter.de reſcrip.in 6.& Soc.in l.hæc conditio.§ fi.de condi.& demonſt. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, quamuis aliqui aliter ſenſerint, de quibus ibi per eum, & Alex.in l.titius.§.lucius.ff.de lib.& poſth. F.Viuius lib.2. opin.213.

papa in terris regis non habet iuriſdictionem quoad temporalia: vt in c.per venerabilem.§.rationibus.& ibi inn.& cæ-

teri qui filij ſint legitimi, & Hoſt.Io. Andr. & alij, in c.cauſam. 2.eo.ti. & hinc eſt, ꝙ Pontifex in terris imperij quoad prophana legitimare non poſſet, nec imperator in terris eccleſiæ, ſecundum præcitatos doct. ideò ad hoc, vt teneat legitimatio hæc, neceſſariò requiritur perſonam. bonaque eſſe in territorio legitimantis, ſecundum opinionem Bald. in l. eam quam. C. de iure aureor. annulor. abb. & omnes communiter, in d.ca.per venerabilem. Anch. in ca. 1. de ſponſal. & conſ. 320. quam ſequitur, & limitat Aegid. Boſſ. in pract.crim. in titu. de principe, & priuilegiis eius, nu. 183. & Corn. cum ſignatis per cum conſ. 9.nu. 4.vol. 4. & conſ. 1.nu. 9. vol. 3. vbi oſtendit iſtam eſſe communem ſententiam, & Aegidius pariter vbi ſuprà, & copioſius cum aliis congeſtis per eum Couar. in epito. in 2. parte c. 8. §. 8. nu. 14. & ſeq. vbi refert alios doct. & omnes in contrariam partem inclinantes. F. Viuius lib. 2. opi. 214.

papa non poteſt ſibi non ſubditum legitimare: vt eſt communis concluſio doct. vt per Soci. iun. cum concordantibus multis in conſ. 91. ſub nu. 22. vol. 4. vbi vltra allegatos dicit, hanc opinionem etiam firmaſſe Paul. de Caſt. in conſ. 227. ſuper primo dubio. in antiquis. In nouis eſt nume. 32. in 2. parte. curt. Sen. in conſ. 65. ſuper præmiſſa narratione facti. iaſ. in conſ. 70. ſuper vtraque legitimatione lib. 3. E. Muſcul.

papa de nullo crimine poteſt accuſari, niſi de hæreſi, vt eſt com. opi. Clar. q. 35. verſ. videndum. Bonacoſſ.

papa nullum iudicem habet niſi concilium generale, vt eſt communis opi. Clar. q. 35. verſ. ſed retenta. idem.

papa non poteſt conferre iuriſdictionem ordinariam principibus laicis in clericos, vt eſt commu. opi. Cla. q. 41. verſ. ſed quid. idem.

papa poteſt etiam ardua tractare ſine cardinalibus, vt eſt com. opi. de qua Rochus de curte in tracta. de conſuetu. nu. 114. Barb. in conſ. 1. vol. 1. communem dicit. idem.

papa non inuoluitur in crimine ſimoniæ. fel. in c. ex parte. n. 2. de of. deleg. com. dicit. D. Hieron. à Monte in ſuis queſtio. q. 10. nu. 5. limita, vt ibi per eum. idem.

papa non poteſt diſpenſare ſine cauſa in matrimonio, nondum conſumato. Et diſpenſatus non eſt tutus in foro Dei. cur. iun. in conſ. 170. nu. 1. com. dicit. idem.

papa non poteſt tollere priuilegium canonis ſi quis ſuadẽte diabolo, vt eſt com. opi. de qua Soci. in c. peruenit. nu. 395. niſi ex cauſa vt ibi de ſententia excom. idem.

papæ verbis narratiuis non eſt credendum in probando delictum, & vt bona confiſcentur alicuius, vt eſt magis com. opi. de qua latius D. Hiero. Gabriell. in conſ. 79. n. 5. vbi dicit abſque dubio ſequendam. idem.

papa propter ſtatuta contra libertatem eccleſiæ non eſt excommunicatus, vt eſt com. opi. Soc. ſenior in c. nouerit. nu. 9. de ſent. excom. idem.

PRO. par in in parem non habet imperium, ſicut nec minor in maiorem. l. ille à quo. §. fi. ff. ad trebell. l. nam magiſtratus. ff. de arb. c. cùm inferior. ext. de maio. & obed. Bellon.

PRO. parem vim obtinent inſtrumenta, & teſtes in litibus exercendis. l. in exercendis. C. de fide inſtr.

OBIEC. Contrà imò videntur inſtrumenta publica præferri teſtib. vt in l. cenſus. ff. de teſti. vbi monumenta publica ſunt potiora teſtibus. Secundò, & econtra videtur, ꝙ teſtes præualeant inſtrumentis. vt in l. cum precib. C. de proba. & in §. ſi verò tale, in auth. de fid. inſtr. in c. 3. loco extra de prob. & c. cum Io. heremita. extrà de fid. inſtrum.

SOL. Vbi opponitur defectus, vel falſitas, vel aliqua ſuſpicio, vel aliud vitium in inſtrumento in modum exceptionis, bene poteſt hoc probari per teſtes, & teſtes præualebũt ſi ſint plures, & boni, & idonei, & ſine ſuſpitione debent enim eſſe teſtes honeſtiores ad minus quatuor aut quinque, vbi obiiciuntur teſtes contra inſtrumenta, & hoc ſecundum doct. Si vero res acta probetur magis per inſtrumenta, quàm per teſtes, quia eſt factum antiquiſſimum, & tunc ſciptura vincit teſtem. & ita procedunt duo ſuperiora contraria. Quod autem dicitur in regula noſtra, parem vim obtinere inſtrumenta & teſtes: intellige verum, quando ab vna parte producuntur teſtes & inſtrumenta: quia tam per teſtes, quàm per inſtrumenta, quis probat intentionẽ ſuam: ſed ſi ex vna parte producuntur teſtes, & ex alia inſtrumenta: quædam ſunt quæ melius probantur per teſtes, quàm per inſtrumenta: quædã econtrario melius per inſtrumenta, quàm per teſtes, vt nunc ſuprà diximus.

PRO. pares in tempore pares ſunt in iure. l. aliena. §. ſi pluribus ff. de pigno. actio.

PRO. pares in gradu, pares ſunt in concurſu. in l. ſi reliquero. ff. de leg. tut. Bellon.

pares curiæ poſſunt cogi ad iudicandum, vt in §. feudum. q. 89. verſ. ſed an iſti. P. Fichard. ex Claro.

paraphernalia bona ſi poſita in mariti dominio fuerint, ſo. mat. condici poterunt: alias & ſemper in vxoris bonis cenſeri debent, & rei vend. repetentur. cõmune dicit cur. iu. conſ. 93. nu. 12. E. Suarez.

PRO. paratus ſoluere non cogitur iudicium ſuſcipere, l. ſi reus paratus. ff. de procur. Bellon.

PRO. parcitur ſponte confitenti. l. edicto. ff. de iure fiſci. Bellon.

PRO. parentis appellatione continetur auus. l. parentis. ff. de verb. ſig. Bellon.

PRO. parentes tenentur alere filios. l. ſi quis à liberis. ff. de lib. agnoſc. tot. tit. C. de alen. lib. idem.

PRO. parentibus liberum arbitrium eſt diuidendæ hæreditatis inter liberos. l. parentibus. C. de inof. teſt. Bellon.

parentes ac reliqui maiores non fruuntur conſtitutione l. cum acutiſſimi. C. de fideic. vt commune late ponit doctor meus Ant. Gomez. de teſta. c. 5. n. 35. ver. imo quod magis eſt. E. Suarez.

Parentum legitima portio tertiam bonorum filij partem iure Cæſareo aufert. commune pronunciat copioſè Did. à Couar. in tract. de ſponſ. part. 2. c. 8. §. 4. nu. 12. & ea ſic illis inſtitutionis titulo relinquere coguntur. commune aſſerunt Bertr. conſ. 34. n. 6. & 7. lib. 4. ver. ſed quid in filiafam. ac Fran. Viuius lib. 1. opi. 135. & opi. 316. E. Suarez.

PRO. paria delicta mutua compenſatione tolluntur: dolus enim cum dolo, delictum cum delicto compenſatur. l. ſi duo. ff. de dol. l. viro atque vxore. ff. ſol. mat. l. ſi ambo. ff. de comp. Bellon.

Fallit vt per marſ. ſing. 234. Bonacoſſ.

PRO. paria ſunt aliquid ab initio eſſe tale, vel deuenire ad tale, l. pen. ff. de cond. ſine cauſ. Bellon.

PRO. paria ſunt aliquid in eſſe conſiſtere, vel in eo ſtatu qui de proximo item producit in eſſe. l. Licinius. vbi Bart. ff. quib. ad lib. pro. non licet. idem.

PRO. paria ſunt aliquid certum eſſe per ſe, vel per relationem ad aliud. l. certum. ff. de rei vend. l. aſſe toto. ff. de hær. inſtit. l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. l. vbi autem non apparet. §. qui illud. ff. de verb. obl.

PRO. paria ſunt aliquid certum eſſe à principio, vel certificari ex poſtfacto. l. quidam relegatus. ff. de reb. dub. idem.

PRO. paria ſunt aliquid ſcire, vel ſcire debere. l. quod te. ff. ſi cer. pe. l. qui cum alio. ff. de reg. iu. l. idem iuris. §. mulionem. ff. ad leg. Aquiliam. idem.

PRO. paria ſunt aliquid fieri tempore inhabili, vel conferri in tempus inhabile. l. quod ſponſæ. C. de don. ante nup. & econtra paria ſunt aliquid fieri tempore habili, vel conferre in tempus habile. l. in tempus. ff. de hæred. inſt.

PRO. paria ſunt aliquem eſſe præſentem, vel abſentem per contumaciam. l. in cauſæ. §. cauſa. vbi Bart. ff. de minor. idem.

PRO. paria ſunt aliquid non eſſe, vel inutiliter eſſe. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. l. vnica. in prin. C. de rei vxo. actio. l. de ætate. §. nihil. ff. de interrog. actio. idem.

parochiani alicuius eccleſiæ, vel quis alius laicus in ea ius patronatus licet regulariter præſcribere non poſſint, vt collectarius & alij tradidere in c. cura. de iure patr. quoniam omnis eccleſiæ diſpoſitio ad epiſcopum pertinet, & quicquid iuris eccleſiarum fundatores in illis habent, id totum ex ſuperioris gratia proficiſcitur, meritoque ab aliis trahi ñ debet in exemplum, c. quod alicui ob gratiam, de reg. iur. in 6. de priuile. c. ſanè. illud tamen verum eſſe & locum habere intelligitur, in eccleſia libera. ſed ſi conſtaret eccleſiam eſſe iure patronatus laicorum affectam, tunc ſi laicus per ſe, vel etiam parochiani cum ipſo, ad eccleſiam huiuſmodi rectorem pro tẽpore præſentarent, ſanè ius patronatus præſcriberent c. 2. de capel. monac. & c. ad audientiam. & ibi doct. de præſcript. cuius rei illa eſt ratio: quia huiuſmodi ius competens laico, ex ſui natura per alium laicum præſcribi poteſt, vt poſt longam diſputationem concludit Io. And. in d. c. ꝙ alicui ob gratiam. de reg. iur. in merc. idque à doctoribus communiter tenetur. vt notatur in apoſtill. ad ipſum collecta. in d. c. cura. & in c. quærelam. vbi etiam Io. And. de elect. & fel. in c. quanto. de iud. vbi videre poteris ad ſaturitatem. cum res ipſa poſtulabit. F. Turzan.

parricidium committit etiam is qui naturalem tantùm patrem vel matrem occidit. communem dicit Alex. in l. 2. n. 10. ff. de in ius voc. Villapand. in repet. l. 22. c. 42. nu. 3. Plaza lib. j. delict. c. 41. nu. 5. & c. 22. nu. 12. conſideratur enim ſubſtantia filiationis non qualitas. pract. Carer. nu. 134. Cla. lib. 5. §. Parricidium. verſ. quæro. P. Fichard.



Parricidium etiam commiſſum intelligitur ſi vltra patrem aliquis ex aſcendentibus occidatur. ita frequentiore Doctorum calculo receptum ait Plaza lib. 1. delict. c. 22. nu. 3. Cla. d. §. Parricidium. verſ. ſcias etiam. idem.

parricidium etiam committitur in fratre vel ſorore, aut alio tranſuerſali intra quartum gradum. per gl. in l. j. in verb. pœna. ff. ad l. pomp. de parricid. quam frequentius receptam eſſe dicit plaza in c. 22. nu. 4. lib. 1. delict. Clar. d. §. parricidium. verſic. ſed quid. idem.

Parricidium committunt tam fœmine quàm maſculi, qui parentes ſuos vel filios, aſcendentes, vel deſcendentes, trucidarunt, vt eſt communis opi. Soarez in verbo parricidij. num. 15. vel aliquem ex tranſuerſalibus j̃. quartum gradum, vt eſt communis opi. ibi. nu. 18. Bonacoſſ.

parrcidium committit, etiam is, qui naturalem tantum patrem vel matrem occidit, vt eſt communis opinio. Clar. in §. parricidium. idem.

Parricidium etiam dicitur commiſſum, ſi vltra patrem aliquis ex aſcendentibus, occidatur, vt eſt com. opi. Cla. in §. parricidium. verſ. ſed quid. idem.

Parricidium etiam committitur in fratre, vel ſorore, aut alio tranſuerſali intra quartum gradum, vt eſt com. opi. Clar. in §. parricidium. verſ. ſed quid. idem.

Parricidij crimine ac pœnis etiam ij, tum fœminæ ſeſe obſtringunt qui vel aliquem alium ex aſcendentibus naturę vinculis ſibi tantum coniunctum necauerit, vel aliquem ex tranſuerſalibus ſibi ad quartum vſque propinquitatis gradum neceſſarium de medio ſuſtulerint. vt frequentia doctorum placita aſſeuerant placa & alij, quos cum eo acurate recenſet I. Cla. de materia eleganter diſſerens in prac. §. parricidium. ver. quæro cum ſeq. E. Suarez.

PRO. pars in dubio de diuidua intelligitur in l. nomen filiarum. §. portionis nomen. ff. de verb. ſig. Bellon.

PRO. pars hæreditatis intelligitur cum honoribus & oneribus, pars bonorum deductis oneribus. l. ſi ſeruum. l. ſeq. ff. de leg. 1. idem.

PRO. partibus commutatis eadem res eſſe iudicatur: hinc commutatis iudicibus idem eſt iudicium, & commutatis militibus eadem legio, & commutatis tabulis eadem nauis, & commutatis hominibus idem populus. l. proponebatur. ff. de iud. Bellon.

partem debiti non recipit inuitus creditor. vt commune ponunt Neguz. de pign. 2. part. 3. memb. 5. part. prin. nu. 17. Tiraq. lib. 2. retractus §. 4. gloſ. 4. notant omnes in l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi cert. pet. etſi illic perperam communi interpretum placito deficiant. fulg. nu. 4. dec. nu. 6. Alc. nu. 8. idem Alc. 2. §. & harum, n. 10. & ex his nu. 14. ff. de verb. obl. contra quos inter alia ſtat. lex obſignatio. C. de ſolut. & ab ſpeciali. l. cum hæres §. Item decem. ff. de ſtat. lib. E. Suarez.

participans in crimine criminoſo cum excommunicato, excommunicatus eſt ſententia canonis. Car. in c. nuper. de ſent. excom. com. dicit. B. Villalob.

Participans cum excommunicato ignoranter in caſibus à iure non permiſſis, non incurrit mortale peccatum, ſi ſcienter ſecus. Sed venialiter peccat, & hoc ſi non ex propoſito, aliàs ſecus. Immo indiſtinctè, quòd regulariter non peccet, ſecundum communem opinionem Capra regula 81. num. 14. Bonacoſſ.

participare de delicto quis poteſt pluribus modis. capr. reg. 80. fallit, vt ibi piurifariam. Et quando eſt reuocatum mandatum, & reuocatio non venit in notitiam mandatarij, tunc ſi deliquit mandatarius, dicitur particeps delicti mandans, vt eſt com. opi. nu. 9. Bonacoſſ.

partus immaturus, & qui ſecundum iudicium obſtetricum viuere non poteſt, habetur pro non nato, & ei ſuccedi non poteſt. com. de claro. in §. teſtamentum. q. 45. verſ. Sic etiam. Talis etiam partus non excludit ſubſtitutum, neque facit deficere conditionem fideicommiſſi. com. in d. q. 45. verſ. eademq;. Villalob.

PRO. partus antequàm edatur, mulieris portio eſt, vel viſcerum. l. 1. §. ex hoc reſcripto. ff. de vent. inſp. Bellon.

PRO. partus ventrem ſequitur. l. partum. C. de rei vendi. idem.

PRO. partus nondum editus, non rectè homo fuiſſe dicetur. l. in l. falcidia placuit. ad l. falcid. ff. idem.

PRO. parum eſt iura in ciuitate eſſe, niſi ſint qui eadem reddere poſſint: in l. 2. §. poſt originem. ff. de orig. iur. c. vbi periculum. §. præterea. & c. commiſſa. de elect. in 6. Bellon.

PRO. Parum eſt latã eſſe ſententiam, niſi & mandetur executioni. gl. not. in rub. C. de executi. rei iud. idem.

PRO. pater & filius cenſentur vna & eadem perſona. l. fi. C. de impub. & aliis ſubſt. §. ei verò qui inſti. de inu. ſtip in cau. contradicimus. 35. q. 3. vbi vna caro eſt pater & filius. Bellon.

PRO. pater non videtur filium ad ſupplicium obtuliſſe. l. milites, §. deſertorem. ff. de re milit. idem.

Pater non poteſt in totum reuocare donationem filio factam, in caſu ſuperuenientium filiorum, ſed ſolummodò reuocatur tanquàm inofficioſa, vſque ad legitimam partem filiis poſtea natis competentem. com. Cla. §. teſtamentum. q. 22. verſ. ſed quid ſi pater. P. Fichard.

Pater plures habens filios, non poteſt vni plus aſſignare in feudo quàm alteri, multò verò minus poterit vni totum feudum prælegare. com. in §. feudum. q. 40. ver. 2. Intellige de feudo antiquo: nam feudum nouum poteſt pater prælegare vni ex filiis. com. in §. feudum. q. 40. verſ. ſed quid in feudo nouo. idem.

Pater poteſt filiam in ſola dote ſua inſtituere & valet inſtitutio. com. in §. teſtamentum. q. 44. P. Fichard.

Pater poteſt in donatione filio facta renuntiare beneficio. l. ſi vnquam. C. de reuo. do. com. in §. donatio. q. 22. ver. 3. Quę tamen Claro non placet. idem ex eod.

pater regulariter filio in poteſtate exiſtenti nihil donare poteſt ſimplici donatione. com. in §. donatio. q. 8. Limita vt ibidem. idem.

pater ſi à filio exhæredetur ſine cauſa teſtamentum eſt ipſo iure nullum, ſi verò eſt adiecta exhæredationis cauſa, valet teſtamentum mero iure. ſed ſi illa cauſa non probetur, poteſt à patre impugnari per querelam inofficioſi. Si autem pater ſit præteritus à filio in poteſtate, tunc ſiue adiecta ſit cauſa ſiue non, ſemper teſtamentum eſt ipſo iure nullum, ſi verò ſit præteritus ab emancipato, tunc ſi non eſt adiecta cauſa præteritionis valet teſtamentum, ſed pater poteſt illud rumpere per contratabulas. com. d. in §. teſtamentum. q. 48. Et hoc non ſolum procedit in teſtamento de quaſi caſtrenſi peculio, ſed etiam ſi teſtetur de caſtrenſi pecul. ead. q. idem.

Periti vnius iudicium an ſufficiat,an plures requirantur,vide Bart.in procem ff. verſi.omnem. & quando committatur peritis in arte,Bart.caſtr.& Bald.in l.comparationes.C.de fid. inſtrum.vbi quòd periti conſtituti ad comparationem faciendam,primò iurare debent, licet à ſententia lata ſecundum eorum dictam appellari poſſit. quæ ſententia nunquam tranſit in rem iudicatam:quinimo ſemper poteſt probari cōtrarium teſte Iaſ.in l.admonendi. col.17.ff.de iureiur. Qualiter autem deponere debeant,&quando,vide Bald.in l.2.ff.de feriis.item quando eis credatur, vide quæ habentur in l.arbitro.ff.qui ſatiſd.cog.l.1.C.de ponderat.& auri illat.lib.10.& Barto. in l.de quibus.2.lect.col.11.ff.de legib.Et adde quòd iurant periti& approbatores.l.hac edictali.§.his illud.per illum text.C.de ſecund.nup.& periti qui iudicant ſuper cicatrice,licet ſequatur effectus cōtrarius,excuſantur, ſi iudicium dederunt ſecundū regulas artis.l.illicitas.§.ſicuti medico.ff.de offi. pſid.vbi Bald. not.Qua in materia vide Bart.in l.ſemel.C.de re milit. lib.12. vbi dicit illum text.not.ad hoc. vt dictum periti non faciat fidem, niſi precеſſerit cognitio iudicis , & obſeruata fuerint ea de quibus ibi.qualiter autem periti iudicent per aſpectum,vide Bart.in l.2.in fi.ff.de feriis.de viſitatione per peritos faciēda,vide Bart.in l.cōparationes.C.de fid.inſtr.& in d.l. arbitro. Put.

Periti à partibus electi iurare debent l. hac edictali §. his illud.C.de ſec.nup.& vide Iaſ.ↄſ.200.lib.2.Quid in ęſtimatoribus, an & quando iurent? vide Bar.in l.creditores.C. de pign. Bal.in prohem.ff.col.10.Bar. & Ang. in l.ſi vacantia.C.de bo. vacan.lib.10.de peritis autem vide Abb.in cap.fraternitati.de frig.& malef.Bal.in l.comparationes. C. de fid.inſtr.Bar.in l.ſi quid ex Pāphila. ff. de legat.2. & an credatur eis ſine ratione? Bal.ī l.ſolā.C. de teſti. Quid de Agrimenſore an iuret? vide in c.qui indicante.vbi Feli.de præſcri.& an & quādo ſtetur dicto ſolius æſtimatoris vide l.1.&2.vbi Bar.C.de ponder.& auri illa. Fel.in ca. ſignificaſti el ij.de homicid. l. Theopompus.ff.de dote præleg.Quid in teſte à partibus electo Bar.in l.1.§.fi.vbi Iaſ.de verbo.obl.& an peritorum ſententia, vel lata ſuper eorum dicto retractari debeat?Fel.in c.propoſuiſti.col.3. de proba. Rom.ſing.507.Fel.in c.veniēs el 1.de teſt.in ca. nuper.eo.ti.Bar. conſ.143. & an vni perito credatur? vide Rui.conſ.54. col.vlt.lib.5. Put.

PRO.periurus eſt infamis.lege ſi quis maior. C.de tranſac. can.ſi quis conuictus.2.q.6. Bello.

PRO.Periurus omni commodo & beneficio venit priuandus. l.ſi quis. C. de tranſact.capit. quærelam extrà de iureiur. idem.

PRO.periurium & homicidium æquiparantur.in c.cum nō ab homine.extra de iud. idem.

Periurus non poteſt petere abſolutionem à iuramento.cōmunem dicit Fel.in c.1.n.28.Limitat tamē trib.modis vt ibidem. I.Fich.

Periurus non eſt priuatus beneficio,ſed venit priuādus.Ripa in cap.2.de reſcript.numer.13.communem dicit, ſi tamen inſtituatur non valet inſtitutio ipſo iure. Lamb.de iure par.1. lib.2.quæſt.9.art.15.com.dicit cùm eſt periurus.quia contrauenit contractui iurato per illum factum,vt per dictum,Lamber.vbi etiam communem dicit. Villal.

Periurus clericus poteſt priuari dignitate obtenta , nec tamen eſt ipſo iure illa priuatus,ſed priuandus.comm.dicit Fel. in c.ex parte. primo.num.2.& ſeq.de reſcri. Gomeſ.in §.item ſi quis.n.28.inſti.de actio.verum tamē eſt ſi talis clericus periurus inſtituatur in aliquo beneficio,non valet inſtitutio ipſo iure.communem dicit Lambert.de iure patron. in part.1.lib. 2.quæſt.9.articu.15.intellige tamen,ſi ob illud periurium factus eſſet infamis.Clar.dict.§.Periurium.verſic. item clericus. P.Fichard.





Periurus à teſtimonio dicendo in omni cauſa repellitur. commune dicunt Alb.in l.Lucius.n.3.ff.de iis,qui notant.infam.Gyg.de cri.læſæ maieſt.q.11.n.1.Nec iuriſiurādi copiam impetrat,vt mācam probationem expleat.commune ait Soc. conſ.136.n.9.lib.1.& conſ.155.li.2.Nec quicquam hic vel illic proderit,quod qui periurij conuictus fuit,emendatus poſtea ſit,commune ſcribit cum multis Frāc.Viuius.li.1.opi.357. Proderit tamen, vt illa non procedant, ſi quis vel temere peierarit,vel illicitum iuſiurandum conceperit,ac violarit.commune dicunt Abb.in c.teſtimonium,n.7.de teſtib. Iul.Clar.in pract.§.periurium.ver.repellitur. E.Suarez.

Periurus debet deponi,vt eſt communis opi.de qua Soc.in c.1.n.112.de crimine falſi. Bonac.

Periurus regulariter non efficitur infamis infamia iuris , vt eſt communis opi.Cla.in §.periurium,ver.ſed quæro.Nam vt periurus efficiatur infamis,opus eſt,vt veniat ↄtra promiſſionem & iuramentum,non ↄ̄ iuramentum tantum,vt eſt communis opi.Clar.ibi. Nec efficitur infamis,ſi aſſerat quid,quod ſit de præteriro,vel præſenti,ſed ſi promiſit qd de futurorum iuramento,& defecerit efficitur infamis,vt eſt cōis ibi. idem.

Periurus ſi ſit clericus priuatur dignitate obtenta,non ipſo iure,vt eſt communis opi.& ſi inſtituatur in aliquo beneficio ita periurus, non tenet inſtitutio ipſo iure , vt eſt communis opi.Cla.d.§.periurium. idem.

Periurus repellitur à teſtificando , quando iuramētum fuit licitum aliàs ſecus , ſi temerarium , vel illicitum , vt eſt communis opi.Cla.in d.§.periurium,ver.repellitur. idem.

Periuro nunquam defertur iuramentum in ſupplementū probationis,vt eſt communis opi.de qua Cla.ī d.§.periurium, ver.item periuro. Bonac.

Periurus excuſatur à periurio, ſi peierauit abſque dolo, vt eſt communis opi.Clar.in §.periurium,verſiculo excuſari.itē excuſatur propter difficultatem,vt eſt communis opi.ver.itē excuſatur.Excuſatur etiam,ſi oſtendat,ꝙ nemini ſit damnum, communis eſt ibi ver.poteſt etiam,excuſatur etiam,ſi reſpondet inquiſitioni, & iureiurando negat contenta in inquiſitione fore & eſſe vera,communis eſt opi.ver.ſcias.idem quando pars alteri parti in iudicio inſtat deferri iuramentum, quia peierans,non poteſt aliter puniri,vt eſt communis opinio. Bonacoſſ.

Periuro non creditur teſti torto , etiam ad formandam inquiſitionem,vt eſt communis opi.Burſ.conſ.79.n.11.& cōſi. 35.n.5.& conſ.20.n.55.Chircouius communi opi.Centuria. 4.concl.39.communem dicit. Bonac.

Periurus non dicit,qui reſpondendo inquiſitioni cum iuramento negat,vel dicit mendacium,& conuincatur. ideò non debet puniri ordinariè, nec extraordinariè, qa qui in delictis negat,non dicitur eſſe in dolo,& ideo puniri non poteſt.vt dicit Bal.in l.ſi ex cauſa, in 2.lectura.ff.de mino. qa ſcriptum eſt, non tibi dico,vt te perdas.& iſta eſt communis opin.Beroius q.134.per totum & q.135.n.3.& ita practicatur,vt dicit Boſ. tit.de periuris.n.3.quia in foro contentioſo non punitur tanquam periurus.Soc.iun.in conſ.38.n.5.in 2.vol. vbi allegat l. fi.ff.de pri.vbi licet inquiſitus iurauerit de calumnia,licet ſibi citra reatum periurij deierare propter ſanguinem redimendum.Et inquiſit' poteſt negare impunè,& variare, & hæc ſua negatio non facit indicium ad torturam,etiam ſi eſſet fur.Io. de Amicis conſ.134.Et no.quòd periurus, quando prius contrauenit , nunquam poteſt poſtea impetrare abſolutionem à iuramento,quia fruſtra quis legis auxilium inuocat, qui cōmittit in legem.Ale.in conſ.118.n.5.ad fi.in vlt.vol, Benintēdi.deciſ.bono.49.vtrum autem quando lex, vel ſtatutum defert iuramentum poſſit quæri de periuro? Vide per Bal.in l.1. nu.1.C.de rebus credi.Et ſi minor,etiam doli capax peierauit in inquiſitione,poteſt in integrum reſtitui,&in criminalib.negando. Beroius q.135. Niſi in atrociorib.& niſi in principalibus delictis dolum habentibus,at ſecus in emergentibus, ſcilicet circa confeſſionem,vel negationem.etiam iuratam. Bo.

Periurus non punitur,quando iuramentum non alteri, ſed ſibi ſoli eſt præiudiciale in foro contentioſo,ſed ſolum in foro animæ,vt eſt communis opi. de qua Beroius.q.134. nu.6. Bonacoſſ.

Periurus eſt priuandus beneficio,nō autem eſt priuatus,vt eſt communis opi.de qua Fel.in c.ex parte n.1.de reſcr.& in c. querelam.n.1.de iureiur. idem.

Periurus in cauſa , in qua agit repellitur ab agendo , vt eſt communis opi.D.Rol.à Valle in conſ.25.nu.28.in 3.vol.Nec pars poteſt ei remittere iuramentum,& dictum periurium,vt eſt magis communis opi. de qua Rol.à Valle ibi numero 31. idem.

Periurus ab ordine deponit,& ratione periurij emphyteuta priuatur emphyteuſi. Et ratione periurij quis agere prohibetur in cauſa, in qua periurus fuit, ſecus in aliis, quod etiam habet locum in Epiſcopo qui pro periurio grauius punitur vt eſt communis opi.à qua non eſt recedendum.vt dicit Io.de Selua.in tract.de beneficio.q.2.par.3.n.24.To.4. idem.

Periurus nō fit infamis infamia iuris.communem dicit Fel. in c.teſtimonium.nu.20.de teſtib.quem refert.pract.Conrad. verſiculo amplia etiam.Cla.d.lib.5.§.periurium.in princ. P. Fichard.

Periurus nō poteſt de periurio puniri, ſi demonſtret quod tale periurium nulli præiudicauit,neque poterat pręiudicare, nam eo caſu etiam ſi quis deliberatè peierauerit , non poteſt de periurio puniri in foro contentioſo, ſed habet in foro animæ ſolum Deum vltorē. communem dicit Iaſ. in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit.2.n.1.ff.de iureiu. Io.de Amicis.cōſi. 109.in fi.Berous q.134.n.9. Cla.d.§.periurium. verſ.poteſt etiam. idem.

Periurus repellitur à teſtificando.communem dicit Alb.in l.Lucius.n.3.ff.de infam.Gigas de cri.læſę maieſt.quæſt. 11.n. 1.intellige autem de periurio ſuper iuramento licito,ſecùs de temerario & illicito , vt communem dicit Hoſt. quem refert Abb.in c.teſtimonium.n.7.de teſtib. Cla.d.§.periurium.verſi. repellitur. idem.

Periuro nunquam defertur iuramentum ſuppletorium. communem dicit Soc.conſ.136.nu.9.lib.1.quod eſt duplicatum in conſ.155.lib.2.Clar.in d.§.periurium.verſ.item periuro. P.Fichard.

Periurus nō dicitur, qui poſitionem partim veram,partim falſam iuratus ſimpliciter negat,vt eſt communis opi.Soarez ver.periurij.n.102. Bonac.

Periurus à teſtimonio dicendo in omni cauſa repellitur,vt eſt communis opi.Soarez ver.periurus.n.103.Nec iuriſiurādi copiam impetrat vt mancam probationem expleat, communis eſt opi. ibi.n.104. Nec ſi pœniteat eſt idoneus,vt eſt communis opi.ibi.n.105.fallit,ſi quis temerè peierauit,vel illicitū iuramentum ſuſceperit,ac violauerit, vt eſt communis opi.ibi.n.106.& 107. idem.

Periurus non eſt infamis infamia iuris, vt eſt communis opi.Cla.in §.periurium.in prin. idem.

Periuro nunquàm defertur iuramentum ſuppletorium,vt eſt communis opi.Cla.d.§.periurium.ver.item periuro.idem.

Periurium non committitur ſine dolo. communem dicit Iaſ.in l.videamus.in prin.n.7.ff.de in litem iurand. Claud.in l. ſi quis maior.C.de trāſac.n.42.Cag.in ead.l.n.185.& ſeq.ideoque ſi probetur ſine dolo commiſſum, non punitur.Clar.d.§. periurium.ver.excuſari. P.Fich.

Periurium non poteſt iudicialiter puniri in iurante, ſi iuramētum defertur in iudicio à parte parti,ſed habet ſolū Deum vltorem.communem dicit Boer.deciſ.305.nu.4.ver.quid dicendum.Cla.d.§.periurium.ver.ſcias autem. idem.

Periurium vt quis incurriſſe dicatur , requiritur vt veniat contra promiſſionem & contra iuramentum.nam ſi cōtra iuramentum tantùm,nō fit infamis,per gl.in l.Lucius.§.quæro. in verbo debet autem.de his qui not.infam.quam dicit communiter approbatam Cag.in l.ſi quis maior.n.181.C.de tranſact. ideoque ſi aliquis cum iuramento aſſerit aliquid de præſenti vel pręterito,quod falſum ſit,non efficitur infamis ex tali periurio commiſſo ſuper iuramēto illo aſſertorio.Sed ſi promiſerit cum iuramento aliquid de futuro & illud nō fecerit, tunc ex tali periurio commiſſo ſuper iuramēto promiſſorio vtique infamis efficitur.cōmunem dicit Lanf.in repe. capituli quoniam contra in materia teſtium.n.106.Cla,d.li.5.§.periurium.ver.1.ſub fi.Limita tamen, niſi propter difficultatem præſtare non potuiſſet promiſſum , vt communem dicit Gomeſ.Arias ſuper l.65.Tauri.n.30.Cla.ibid.ver.item excuſatur. idem.

Periurij cauſa etiam inter laicos nō eccleſię,ſed imperij terris ſubiectos,ad præſcriptū iuris canonici, corāque iudice eccleſiaſtico tractanda eſt,gl.in c.cum ſit.& ibidem D.Ant.Nic. Inn.& alij communiter in c.nouit,de iudi.refert Ben.capr.cōclu.4.n.23.

Periurium nunquam aliàs infamiam ipſo iure irrogat,quā cùm ex promiſſione de futuro non impleta incurſum eſt,cōmune aiunt Pan.Imol.& Fel.ī c.teſtimonium.de teſtib. I.Cla. ea de re latè agens in pract.§.periurium.ver.1. E.Suarez.

Periurium ab eccleſiaſtico iudice non à iudice populi ordinario puniri poteſt. commune pronūciant Boer.deciſ.303. n.24.&n.5.Viuius lib.1.opi.159.in fi.Si autem neminem dāno affecerit, & peierantis libertatem ſolùm reſpexerit, nulla

alia pœna,quàm Dei vltoris metu vindicatur.commune effe- runt Iaſ.in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit.in 2.n.1. ad fi.ff. de iureiur. Io.de Amicis conſ.109.in fi. Berous q.133.n.9.Si quis tamen id eſſe peccatum mortale negauerit, hæreſeos crimine obſtringetur.commune ſcribit Bello.cōſ.77.n.6.Auin. & periurium ab eo commiſſum,cui aduerſarius in iudicio iuſiurandum detulit,non alio ſupplicio, quàm Dei omnipotentis proculdubio vindicaturi terrore plectitur.commune affirmant Boer.d.deciſ.305.nu.4.ver.quid dicendum.Berous d.q. 134.n.3.Aegidius Boſſ.in pract.tit.de periur.n.3.quidem in illis proceſſurum communiter receptum ponūt, qui ſuſcepto iureiurando ſuper detegenda criminum veritate,quorum accuſantur,illud ſuſceperint,& violarint.Auin & peierantis crimen ac pœna eleuātur,&exinaniuntur,vel ſi periniurium abſque dolo commiſſum oſtendatur. vt receptum interpretum dogma eſſe literis prodiderunt Iaſ.in l.videamus.in princ.n.7. de in lit.iurād.Cag.n.135.& ſeq.Clau.n.41.in l.ſi quis maior. C.de tranſact.vel ſi difficultas in concepto prius iureiur.contigerit.commune pronunciant Gomez. & qui eum laudat I. Cla.in d.§.periurium.ver.item excuſatur. idem.

Periurij reus non efficitur, qui poſitionem partim veram, partim falſam iuratus ſimpliciter negat,velut q cùm quindecim debeat,viginti,quorum petitione infeſtatur,ſe non debere ſimpliciter eiurat. commune interpretum dogma atteſtantur Iaſ.in l.1.§.ſed etſi mihi n.10.ff.de ver.ob.Nic.Ant.Gra.li. 5.c.14.n.24.ad Veſtrij praxim. E.Suarez.

Periurium nunquam infamiam ipſo iure irrogat. Niſi in promiſſione non impleta deficiat,vt eſt communis opi. Soarez ver.periurium n.94. Bonac.

Periurium ab eccleſiaſtico iudice punitur, vt eſt communis opi.Soarez ver.periurium.n.95.& ſi non ſit alterius dāno,ſolum Deo eſt relicta pœna,vt eſt communis opi.nu.96. ſi quis autem periurium non eſſe peccatum mortale aſſerat, hæreticus cenſetur,vt eſt communis opi.ibi.n.97.periurium autem ab eo commiſſum, cui in iudicio aduerſarius detulit iuramētum,non punitur,niſi à Deo,communis eſt opi.ibi n.98.idem in accuſatorib.ſuper detegenda criminum veritate,ſi peierāt, vt eſt communis opi.Vel ſi periurium ſine dolo committunt, oſtendatur,cōmunis eſt opi.ibi.n.100.vel ſi difficultas in concepto prius iureiurando contigerit,vt eſt communis opi. ibi. n.101. idem.

PRO.permiſſum ad tempus poſt tempus videtur prohibitum.l.ſtatuliberum.§.Stichum.ff.de leg.2.& econtra prohibitum ad tempus poſt tēpus videtur permiſſum. l. pater filium. §.fundum.de leg.3. Bello.

PRO. permittitur alicui errorem ſuum corrigere.§. ſi quis aliud.inſti.de actio. Bello.

Permutare licet Emphyteutæ rem emphiteuticam, etiam cum extraneo communem dicit Cla.in §. Emphyteuſis.q.17. dummodo fiat bona fide. P.Fich.

Permutatio,vel venditio perpenditur.ex maioritate precij, vel rei, nam ſi res pluris æſtimationis eſt, erit venditio, ſin autem permutatio Coua,in ſuis reſo.lib.2.c.4.n.9.communem dicit. Villal.

Concor.cum l.2.tit,16.par.5.

Permutatio beneficij quod eſt de iure patronatus: ſi fiat irrequiſitis patronis non eſt ipſo iure nulla.Ro.in ver. honorificum.n.8.q.3. communem dicit. ſed intellige prout eſt concluſum in meo compendio iuris patronatus.§.14.nu.14.cum ſeq. B.Villal.

permutanti beneficia non competit auxilium. l.2. C.de reſcin.vēd.commune effantur Did.à Coua.li.1.variarum reſol. c.5.Ar.Pin.ad illam eandem.l.par.1.c,3.n.16. E.Suarez.

Permutatio de ſpecie tantùm ad ſpeciem cōtrahitur, vt eſt Accur.doctrina in l.1.C.de rer.permut.& in l.1. ver.nomē.in fi.ff.illo e.tit.quam communiter receptam eſſe conſtat ex Iaſ. in §.actionum.n.92.&98.inſti.de act.Iaſ.rurſus.n.8.Rip.n.25. in l.2.ff.ſi cer.pe.Iaſ.iterum in d.l.1.n.10.ff.de rer.perm.Corn. conſ.73.li.4.Fabian.trac.de emp.& vend.in 2.q.n.25.Ar.Pin. in 2.par.rub.c.1.n.9.C.de reſcin. vend.Placet tamen & de genere ad genus permutationem cōtrahi,& hoc permutationis nomen,cum ſuis omnib.iuris effectib.ei contractui cōpetiturum,quippe qa nulla alia differētia inter ꝯtractū do vt des, & ꝑmutationem,de qua agimus,poni debet, quam ꝙ cōtractus do vt des vice generis ſit, ac reliquos ꝯctus ſub ſe contineat: permutatio illi vt ſpecies ſubiiciatur. ꝙ ſi ratio emptionis, & venditionis,atq; huiuſce ꝯctus,permutationis,ſ.& do,vt des, ſubducatur,ac differentiæ,quæ inter hāc,atque illos ſunt ſpectentur, eodem prorſus loco ac numero haberi debēt ꝯctus, do vt des,de genere aut genus,& permutatio de ſpecie ad ſpeciem inita: quemadmodum veriſſimè & fortaſſis iam æque frequenter arbitrantur And.Sic.in rub.de rer.perm.Dec.lect. 1.n.14.& lect.2.n.12.& lect.vlt.num.18.Hier.Butig.num.34. Purp.nu.45.curt.iu.n.29.Zaſ.n.8.Alc.n.23.in l.2.ff.ſi cer.pet. Fortu.l.iuriſgentium.in princ.ff.de pact.Gomez.in §.actionū. n.26.& ſeq.inſti.de actio.Io.Coras.li.11.Miſcel.c.15. cum q. bus facit tex.in l.pe.C. de rerum perm. vbi Salic.id ſecurè adnotauit. ſed hac de re alibi copioſius diſceptabitur. Non autē ideo minus ꝑmutatio erit,quia precium aliquod intercedat,ſi permutandi mens,ac propoſitum contrahentib. fuit:commune inquit Boe.dec.144.n.1. E.Suar.

Permutatio quamuis regulariter pœnitentiam admittat, tamē cum res vænalis pro re alia datur,nullo modo illam admittet propter vicinitatem,quam huiuſmodi permutatio cū venditionis contractu habet.commune & verū aſſero ex Bal. in l.1.n.8.C.de rer.perm.Alex.in l.ſi pecuniam.n.21.ff.de condict.ob cauſ.Soc.in rub.ff.de ver.ob.Iaſ.in l.vlt.n.8.ff.de condict.ob cauſ.Iac.de Nigris n.174.poſt.Iaſ.in rub.ff. de ver.ob. Nec item eadem permutationis ſpecies locum conditioni ob cauſam dabit: tametſi ab alterutro contrahentium adimpletum non ſit, vt receptum quoque affirmare nō verebor ex vero intellectu l.1.C.de rer.perm.quem frequenter ēt interpretib.placuiſſe conſtabit ex Pau.in l.1.n.10.ff.illo eo. tit.ex Rip. n.26.Alc.n.23.Purp.n.42.in l.2.ff.ſi cer.pe.Iaſ.in d.l.vlt.n.8.ff. de condict. ob cauſ.& in l.1.in fi.ff. de æſtimat.actio. & in l.ſi eum.§. qui iniuriarum.n.39. ff.ſi quis caut. & in l.rogaſti.n.2. ff.ſi cer.pe.& in §.actionum. nu.102.inſtit. de actio.atque Ar. Pin.in rub.2. part.cap.1.num.14.C.de reſcind. venditio. E. Suarez.

Permutatio æquipollet venditioni, imo verus eſt contractus venditionis quando pro fundo datur alius fundus eſtimatus,gl.in l.1.vbi Bar.Bal.& Saly.C.de rer.permu. cum aliis alleg.per Tiraq.de retract.lignag. §.1.gl.14.pag.302.n.19.vbi quòd ſtatutum loquens de retractu rei venditæ locum habet in tali contractu, de quo vide etiam quæ ſcribit Boer. q.144.

Regulare autem permutatio pura & ſimplex,ideſt, de fundo inæſtimato ad fundum inæſtimatum non venit in ſtatuto facieñ mentionem de venditione & conſequenter non comprehenditur in ſtatuto retrahente rem venditam,teſte Tiraq. d.tract.de retract.lignag.n.28.& ſeq.

Permutationis contractus cùm ſimilis ſit emptioni,ſi quis vltra dimidium iuſti precij decipiatur, admittit remedium l. 2.C.reſcind. vend. vt contractus arbitrio læſi vel reſcindatur, vel precium ſuppleatur.l.ſi.ff.ex quibus cauſis,in poſſeſſ.eat.l. permutatione.C.de rerum perm.& ibid.Bald.& Salicet.& Io. And.in c.cum dilecti.de emp.& vendit.& ita communiter teneri teſtatur Bened.capr.reg.87.nu.75. idque procedere dicit in permutatione rerum corporalium,non autem rerum ſpiritualium. & permutatione beneficiorum, ex quo titulus non habetur ex parte ſuperiori,c.1.de rerum perm.li.6.ſecundum Petrum de Anchar.& D. Anto.in cap. cum cauſa.de empt.& venditio.

Permutatio beneficiorum fieri non poteſt niſi ab iis quorum ſunt,aut qui ius in iis habent, c.vnico.de rerum permut. lib.6. & ita communiter teneri refert Bened.capra,in tractat. permutat.poſt reg.88.poſito n.29.Quare expectantias habētes in beneficiis pro quibus affectæ ſunt præbendæ & ita ius ad rem non poſſunt permutare ſecundum Petrum de Peruſ. & Floria.in c.quæſitum,eod.tit.& Imol.in c.exhibita.eod.tit. licet contrarium teneat Frideric.in tract.permutat. q.13. Sed ij qui ius in ipſis beneficiis, & ſic ius in re habent poſſunt permutare,licet poſſeſſionem non teneant. ſufficit enim quod titulum habeant per quem beneficia eorum effecta ſunt,prout notat Inn.in c.inter cætera.de præbend.& not.in c.ſi tibi,& c. fi.eod.tit.lib.6.& d.c.vnico.& ita communiter teneri refert ibidem n.30.idem capra.

Permutatio præbendarum eiuſdem eccleſiæ inter canonicos eiuſdem eccleſiæ, ſi diuerſo iure cenſeantur, vt ſi vna deputata ſit officio cantoris,alia annexum habeat ſacerdotium, non poſſunt permutari ſine authoritate ſuperioris,Sin autem eodem iure cenſeantur, nec diuerſis annexa fuerint officiis, tunc aut permutatio fit de ipſarum præbendarum titulis,qui cùm ſint ſpirituales, ſimiliter non poterunt ſine authoritate ſuperioris permutari, iuxta notat. in cap.quæſitum,de rerum permutatione.aut fit permutatio præbendarum, ideſt,prędiorum prębendis aſſignatorū, quæ conſiſtunt in temporalitate, & poteſt fieri ſine authoritate ſuperioris,& ita ſecundum Dominum Florianum procedit opinio Inn. in d.c.quæſitum. cuius diſtinctionem Imola ſatis probabilem dicit, in c.exhibita. de rerum



de rerum permutatione,cum qua reliquos communiter tranſire refert Bened.d.tract.permut.n.31.

Permutatio beneficij curati poteſt fieri,cum beneficio ſimplici,ſiue non curato & econtrà,prout tenuit Io.de Lignano, vt refert Petrus de Anch.in c.exhibita.de rerum permutatione.Sufficit enim quod ambo ſint ītitulata,licet qualitates ſint diuerſæ,iuxt.ca.vnicum eodem tit.lib.6.& in c.cùm olim.eodem titu.ſecundum Imolam. idem voluit Petrus de Peruſ.in d.ca.quæſitum, & ita communiter teneri refert ibidem n.36. Benedic.capr.Habens ex diſpenſatione duo curata beneficia, non poteſt permutare cum habente ſimiliter curatum, quia diſpenſatio facta ſuper duobus curatis intelligitur de primis: quare ſi permutetur,vacabit,illud quod remanſit, iuxt.no.in c.& ij.de fillis presby.lib.6.& clem. ſi plures de præbendis.Secus eſt cum permutet cum habente ſimplex quia illud retinere poteſt, ſaltem ex diſpenſatione Epiſcopi, cum alio curato, prout notatur in ca.dudum.ſecundo,de electio. ca.literas.de conceſſ.præbend.ſec.Imolam d.c.exhibita.& Pet.de Peruſ.d. c.quæſitum.cum quibus reliquos tranſire refert Bened.capr. ibid.n.46.

Permutatio beneficiorum licet fieri non poſſit ſine authoritate & conſenſu ipſorum permutantium cum inuiti nō poſſint auelli à ſuis beneficiis, ſiue ſint epiſcopi, ſiue prælati,ſiue alij inferiores clerici beneficiati: vt notatur in c.quæſitum.de rerum permutatione.id tamen inter alia fallit,quādo permutatio fieret per Papam,qui poteſt etiam inuitos pro libito ſine cauſa transferre,& auellere.per not.in c.propoſuit.de conceſ. præb.ſecundum Imol.in c.exhibita.de rerum permutatione, & c.cùm veniſſent.de iudiciis. & communiter teneri ibidem refert Bened.nu.43. Similiter fallit quando legitima ſubeſſet cauſa, quia tunc etiam inferior Papa puta epiſcopus vel eius ſuperior permutationē facere,ac prælatos etiam inuitos trāſferre poſſit,iuxta nota in ca. cùm pridem,§.propter malitiam. de renuntiatione, & ibidem Inn.argumento.ca. nouit.de his quæ fiunt à prælatis.Frideric.in tract.permu.q.3.quod tamen ſolus ſine conſenſu capituli facere nunquam poſſet,niſi id ita præſcripſiſſet,vt notat.ca.3.de conſuetudine lib.6. & ca.cùm ex eo.de electio.lib.6.vt voluit idem Frideric. in dicto tracta. de permutat.q.25.vt Petrus de Ancha. & Imola in d.ca.exhibita.& vtrumque communiter teneri refert ibidem num.44. Benedictus capra. Ex quo enim ius authorizandi in eccleſiis ſibi ſubiectis eſt dignitatis & iuriſdictionis,& non ordinis,rectè præſcribitur.iuxt.ca.audiēs.de preſcriptione.prout voluit Pet.de Peruſ.in d.ca.quæſitum.de rerum permutatione,cum quo cæteros quoque communiter tranſire refert ibid. n.27. idem capra.

Permutatio beneficiorum quando collatio ad ſolum epiſcopum ſpectat, licet ſede vacante per capitulum perfici nequeat poteſt tamen recipere reaſſignationem ex cauſa permutationis factam cùm poſſit beneficiatos priuare, & ſic renunciationes recipere, per not. in clementina vnica. de rerum permutatione, quam epiſco. poſtea creatus poterit perficere,prout voluit Petrus de Peruſio,in ca. quæſitum.eodem tit. de rerum permutatione, cum quibus reliquos tranſire refert Bened.capra ibidem nu.77.non obſtante quod Frider.in tract.ſuo permutat.aliud ſentire videatur,q.36.

Permutationem beneficiorum inæqualitas ſola non reddit inualidam, niſi aliæ coniecturæ ſufficientes concurrant, & fraudem arguant vt voluit Io.And.in ca.vnico.de rerum permutat.lib.6.& Frider. in tract.permut.q.fi.cum quo reliquos reſidere refert ibid.n.121.Bened.capr.

Permutatio quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum licet regulariter, modo per reaſſignationem vacaret fieri poſſet, ca.quæſitum de rerum permutatione, ca. vnico.eodem tit.lib.6.& clem.vnica.eodem tit.id tamen inter alia fallit,ſi per Papam talia per reaſſignationem vacantia beneficia: generaliter reſeruentur,vel ſpecialiter proprio motu,qa tunc ſine ſpeciali mandato Papæ permutari nō poſſunt, quia inferior in iis ſe intromittere non poteſt,per notat.in capit.vt noſtram.de appellat. & in extrauagant. Benedict.Dudum.& extrauagant.execrabilis.aliàs ſi ſpecialiter Papa ad partis inſtantiam ſiue impetrationem, & non motu proprio reſeruationē eorum feciſſet, ceſſante fauore non impediret illorum permutationem ſicut nec ipſam impedirent literæ Papæ expectatiuæ,prout habetur in d.c.vnico ſecundum Petrum de Anch. & Imola in ca. exhibita.de rerum permutatio. cuius opinionem communiter approbatam ſcribit Benedictus ibid.n.83.

Permutatio beneficiorum in quibus habet locum optio, ſiue poteſtas optandi,cùm vacaret,fieri non poteſt, ca.fin.de conſuetudine lib.6.niſi fieret ob vtilitatem eccleſiarum, quia tunc tanq̄ fauorabilis admittenda,ſecus ſi ob vtilitatem ipſorum permutantium,quia tunc tanquam odioſa reſtringenda, eritque locus optioni, vt voluit Lapus in addit.ſuis ad Frideric.in tract.permutationis,q.38.dicens,id procedere niſi conſuetudo optandi diſponeretur ſuper ipſis beneficiis ex cauſa permutationis vacantib. quia tunc eſſet attendenda ipſa conſuetudo.d.c.fi.& c.cùm dilectus eo.tit. quod Imola in c.exhibita.de rerum perm.cum quibus cæteros tranſire ibid.nu.89. refert capra.

Permutatio ſuperioris authoritate facta,licet videatur permiſſa,iux.no.in c.quæſitum.de rerum permut.tamen conuentio vel pactum per quod quis ſe aſtringit ad procurādam permutat.tanquam malum ſpecimen præ ſe ferens illicitum cenſetur.iuxta not.in d.c.quæſitum. cui accedit id quod Frider.d. tract.de permut.q.38.ſecundum Imol.in cap.exhibita. de rerum perm.tradit, & ita communiter teneri refert ibidem. nu. 118. capra. Secus tamen eſt ſi ſine pacto voluntatem permutandi manifeſtaret quia id licet,iuxta gl.in clem. 1.eo.tit.

PRO.pernicioſum eſt contra ſuum iuramentum venire.c. ſuper literis.2.extrà de reſcr. Bello.

Perpetuum cenſetur.cuius tempus eſt indeterminatum,vel indefinitum,adeoq; incertum etiam quando contingere poſſit.Iaſ.& omnes in l.ſufficit.ff.de cōdict.indeb.aſſumere tradit Tiraq.lib.1.Retract.§.1.gl.14.n.120. cum multis ibi allegatis concor. I.Fich.

Perpetuare. Per litigium ineptum coram iudice competēte,vel aptum coram incompetente,non perpetuantur iura litigantis:no.Ang.& doct.in l.ſi cuius.in ver.planè.ff. de ap.reci.per ea quæ habentur in l.accuſaturus.ff.ad l.Iul.de adult.in auth.offeratur.C.de li.conteſt.in l.interrogatam.C.de lib.cauſa. ſuper quo tamen diſtingue, vt per Bart.in d. l.accuſaturus. Balb.deciſ.160.

Pertinentias alicuius feudi probare domino in cumbit,vtpotè dicenti,non autem vaſallo.com.dicit Clar.in §.feudum. q.18.ver.Sed quid. P.Fich.

PRO.perſonale priuilegium cum perſona extinguitur,nec ad alium tranſit,realè verò trāſmittitur ad alium in l.1.§.permittit.ff.acq.quot.& æſtiu.l.ætatē. §.rebus.& l.forma. § quāquam.ff.de cēſib.l.1.ff.de iur.immunit.l.priuilegia.de reg.iur. ff.c.priuilegium.de reg.iur.in 6. Bello.

PRO.perſonale pactum ad alium nō tranſit,l.idem in duobus.§.perſonale.ff.de pact. idem.

PRO.perſonales actiones durant 30. annis. l. ſicuti. C.de præſcr.30.an.l.2.C.de conſti.pec. idem.

Perſonæ digniores quæ dicantur,relinquitur arbitrio iudicis.Dec.in c.ſedes.n.7.de reſcrip.communem dicit. B.Vil.

Perſonæ miſerabiles actu licet trahere poſſunt laicos ad iudicem eccleſiaſticum, iuxta diſtinctionem quā tradit gl. Inn. Io.And.D.Floria.Imola & D.Nicolaus in ca.ſignificantib. de offi.delegat.& in c.ex tenore.& ca.licet.de foro competent.tamen ipſæ perſonæ miſerabiles rectè trahuntur ad iudicem ſecularem,nec poſſunt declinare forum,iuxt.l.vnicam C.quād. imper.inter pupill.& viduam.nec poterit iudex eccleſiaſticus ſecularem compellere,vt propter perſonam miſerabilem det dilationes breuiores,vt dicit d.c.ſignificantibus.Io.And. Et ſi ab ipſo ſeculari grauentur,nō poterunt appellare ad iudicem eccleſiaſticum, cùm gradatim ſit appellandum.2.q.6. ca.antiquorum,quod placet quoque Innocentio dicto capit.ſignificantibus,& cōmuniter teneri dicit Benedict. capr.reg.30.nu. 35,licet alij ſecundum Io.Andr.& Imola ibidem aliud tenuerint,quorum opinionem capra procedere putat, quādo non reperiretur iudex ſecularis ad quem recurri poſſit,aliàs ſecus, iuxt.d.communem ibid.n.36.

Perſonæ coniunctæ appellatione, quoties iura aliquid permittunt coniunctis,veniunt tantū ſanguine coniuncti, prout communitur notatur per doctores in cap.nonnulli.de reſcriptis.nam licet eccleſia ſit mater omnium fidelium, 12.q.2.ca. qui abſtulerit.hoc tamen caſu cōiunctarum nomine non veniet,quia largo tantùm modo dicitur ꝯiuncta perſona,quod licet verum ſit,tamen ſi eccleſiæ pro anima,vel ad pias cauſas legatum rei alicuius ignoranter relinquatur,perinde ac ſi coniunctæ perſonæ factum eſſet,valebit,quod communiter teneri iuxt.no.in l.cùm alienum C.de lega.refert Bened. capr.reg. 106.num.18.quod verum eſt,niſi res eccleſiæ eſſet,quo caſu coniunctæ perſonæ, vel ad pias cauſas relictum, non valebit, ſecundum Inn.in cap. filius.de teſtam.quem Ancha.Imola & Dominus Nicolaus ſequuntur, & hanc opinionem communiter teneri fatentur,dicentes in practica difficulter cōtra eandem obtineri poſſe,quod & Bart.tenet ī lege apud Iulianum, §.ſi.ff.de legatis 1.vt ibid.n.20.idem capra.

Perſonæ digniores quæ dicantur iudicis arbitrio relinquitur.Dec.in c.ſedes.n.7.de reſcr.communem dicit.& no.quòd illa dicitur maior dignitas,quam generaliter homines opinãtur eſſe maiorem,vt eſt tex.in l.athletas,ff.de infamibus.ibi omnes opinantur.quam ad hoc allegat Bal.in conſil.387.in 1. vol. Bonac.

PRO.perſuadere eſt plus quàm facere.l.1.§.perſuadere.ff.de ſuruo corru. Bello.

Perſuadens alicui delictum alias non facturo,tenetur eadẽ pœna,qua delinquens,aliàs ſecus,vt eſt communis opi.Cla.q. 88.ver.hoc autem. Bonac.

Peſtis tempore confectum teſtamentum,debet habere numerum ſeptem teſtium & non ſufficiunt quinque teſtes, vt Bald.voluit.Hanc opinionem dicit Clarus,ſi computentur auctoritates doctor. eſſe magis communem ſibi tamen opinionem Bald.magis placere.in §.teſtamentum.q.56.verſi.Et hæc quidem. P.Fich.

Petẽs plus debito incidit in pœnam amiſſionis iurium ſuorum.l.vnica.C.de plus pet.vel in pœnam de qua agitur in §.ſi quis agens.inſti.de act. Et hanc deciſionem communiter approbatã eſſe ſatis apparet ex annotatiõibus Doct. in d.l.vnic. d.§.ſi quis agens,& c.vni.ext.de plus pet.eam tamẽ ita intelligendam doct.communiter tradiderunt, vt actor non dicatur incidiſſe in pœnam amiſſionis iurium,ſi duo copulatiuè non interueniſſent,quorum primum eſt, quòd cautionem ſeu obligationem à debitore plus debito exegerit : ſecundùm,ꝙ plus debito dolosè exegerit.Bar.& alij in d.l.vnica.gl.& doct. in d.cap.vnico.Bar.in l.ſi ſeruus.§. boue.nu.3.in fi.ff.de cond. furt.Bart.Soc.in trac.fallent.Fallen.44.pulchrè Aym.Crauet. in conſ.325.nu.1.ver.3.principaliter dubitatur.in 2.par. cõſi. & Rol.à Valle,in conſ.71.n.37.in 1.Tom.conſ. Kirch.

P R O.petere non debeo quod habens alij petenti dare debeo.l.ſi quis ex argentariis.§.fi.ff.de edendo. Bello.

PRO.petendi cauſa ſemper eſt exprimenda.l.huiuſmodi.ff. quando dies leg.ced.c.ſi.de libel.obl. idem.

Petitorium, & poſſeſſorium adipiſcendæ poſſunt cumulari.Io.Cora.in l.naturaliter.§.nihil commune. verſi.explicitis. nu.19.regula 11.ff.de acquir. poſſeſſ.communem dicit. P. Fichar.

Petitorium intentatum & intentandum ſuſpendi poteſt,& in ſolo poſſeſſorio procedi. datur autem cautela, quòd dum formantarticuli:fiat proteſtatio, quòd ſi petitorium illi ſaperent, fiunt ad illud ornandum & colorandum, & non aľr, de quo per doct.in capit.paſtoralis.de cauſ.poſſ.& propriet.& in clem.vni.eo.tit. Quod quidem petitorium:Reus in poſſeſſorio agere volens , poſt litem etiam conteſtatam ſuſpendere poteſt,ſecundum Rip.in l. naturaliter.§. nihil commune. nu. 161.ff.de acqui.poſſ.vbi dicit communem,quamuis Alex.ibi nu.85. contradicat, & receptionem dicat legiſtarum ſententiam,quæ in contrarium ſe habet, quam ſequitur Iaſo.ibi nu. 137.dicens priorem in beneficialibus, poſteriorem verò in aliis cauſis locum obtinere, pro qua vide quæ ſcribunt Alex. & Iaſ.in l.1.C.de carb.edict.pulchrè Didac.var.reſol. lib.1.ca. 16.Quibus adde, quòd actor petitorium differre ſiue ſuſpendere non poteſt;& poſſeſſorium retinendæ proponere,ex no. per Rip.d.§.nihil commune.num.154.vbi dicit communem, Qua in re illud prætereundum non eſt, quòd ſi iudex ſuſpenſa petitorio ſententiam dixerit : eam nullius fore momenti, ſecundum Aegid.deciſ.98.557.569.niſi per reſcriptum principis ſibi quis conſuluiſſet.

Petitio hæreditatis non datur contra titulo poſſidentem. l.regulariter.l.nec vllam.ff.de petit.hæred.etiamſi titulus fuiſſet poſt mortem defuncti acquiſitus. Salicet.in l.fi.n.25. C.de edict. D. Hadri. tollen. & hanc communem opin.eſſe dicunt Ang.Are.in §.ſed iſte quidem.n.13. inſtit.de act.& Alex. de Imo.in conſ.73.n.5.in 5.lib.conſ.quam tamen concluſionem, quòd petitio hæreditatis non detur,quando titulus quæſitus eſſet poſt mortem,non admittunt Bald.in d.l.fi.Alex.de Imol. in cõſ.90.n.10.ver.& in propoſito noſtro facit hoc quod notat Bal. vbi ſimiliter dicit, ꝙ licet petitio hæreditatis non detur contra titulo poſſidentem,ſicut nec Publiciana:tamen fallit quando quis acquiſiuiſſet titulum & poſſeſſionẽ poſt mortem defuncti,quia tũc hæres defuncti poteſt agere de petitione hæreditatis,contra taliter poſſidentem cum titulo.Et licet Salicet.in d.l, fi.conetur impugnare opinionem Baldi, tamen illa iura non concludenter probant opinionem Salicet. in 2. lib.conſ.latè Andr. Barbat.in conſ.65.nu.6.7.& 8.vbi ipſe inquit:Licet communis opi.Doct.ſit,quod contra titulo poſſidentem,nõ detur petitio hæreditatis, tamen limitatur illa regula & communis opin.quando titulus & poſſeſſio acquiſita fuerunt ante mortem teſtatoris, & in hoc eſt communis opi. ſecùs eſt ſi poſt mortem defuncti acquiſita fuerunt,vt voluerunt Bal.& Pet.de Anch.nec reperitur communis opi.dicens, quòd petitio hæreditatis detur , quando titulus & poſſeſſio fuerunt acquiſita poſt mortem defuncti, & per conſequens non poteſt dici, quòd communis opinio ſit cõtra doctrinam Baldi,quamuis Salicet.dixerit contrarium.hæc Andr.Barbat. Sicul. in 2. volum.conſ. quorum ſententiam etiam approbat Rolan.à Valle.in conſ.48.numero 11.in 1.Tom.conſ. kirchouius.

Petitio hæreditatis non ſolet præſcribi,niſi ſpacio 30.annorum : iuxta tradita communiter in l.licet.C.de iure delib.Vnde videtur inconueniens, quòd tollatur triennio, decennio, vel vicennio.Sed reſpõdetur,quod iſtud toleratur,quia cum tunc petitio hæreditatis datur contra titulo poſſidentem, & ſic excedat ſuos terminos, qui ſunt, vt non detur contra titulo poſſidentem,vt aliàs dictum eſt, exceditur poſtea à nõ ſuis terminis vt ſcilicet contra eam currat præſcriptio prædicta. ita voluit gl.fi.in l.3.C.de edict.Diui.Adri.toll.quam ibi communiter ſequuntur doct. vt ibi per Deci. in vltimis verbis, & per alios moderniores.ita etiam dixit alia gl.fi.ĩ l.pe.C.in quibus cau.ceſ.long.temp. præſcr. & ita Magiſtraliter reſpondet & declarat Ang.in conſ.84.in cauſa prædicta in 4.dubio cum concordantibus per Socy.iun.in conſ.37.nu.10.volu.4. E. Muſcul.

Petitio generalis. In indiciis vniuerſalibus , vt eſt petitio hæreditatis, actio fam. erciſc. & ſimilibus admittitur petitio vniuerſalis,& etiam ſententia,& in executione fiet liquidatio bonorum. in generalibus verò licet admittatur petitio generalis, tamen tenetur actor in proceſſu, & ante ſententiam ſpecificare & probare,& in probatis tantum obtinebit,per gloſ. cum Bar.in l.1.ff.de eden.in prin.& ſecundùm Inn.in ca.conquerente,extr. de off.ord.Roff.in libellis in rubrica de vniuerſali & generali ac Pan.in c.cum inter.in quinto notabili, extr. de re iudi.& in c.cum ad ſedem.extr.de reſtit.ſpo.domi.Cato & Sandili.in d.l.1.Bal.tamen Ang.& do.Alex. ibi tenẽt quòd etiam in generali fiet in executione liquidatio. Balb. deciſio.186.

Petitio dubia. Vbi dubitatur an petitio ſit apta vel inepta, in dubio debet admitti,ſecundũ Bald.in l.fi.col.4. C.de edict. diui Adria.tol.Inn.& cano.in c.examinata. ext.de iudi. Balb. deciſ.145.

Petitio hæreditatis,vel interdictum quorum bonorum,audentur cõtra ſingulares & titulatos poſſeſſores:Dic,quòd ſic, & dantur contra titulo poſſideñ. quando titulus eſt acquiſitus poſt mortem teſtatoris , ſeu defuncti ab inteſtato, ſecundum Oſaſc.deciſ.56. col.2. poſt prin. de quo vide Bar. in l.neratius.ff.de pet.hæred.in l.cogi. C.eo.& an contra talem petitionem hæreditatis competat longi temporis præſcriptio ex perſona poſſidentium pro hærede qui bona hæreditaria diuiſerant: ſaltem proportionibus obuentis ipſis diuidentibus ex titulo diuiſionis?& dic,quòd non,teſte Oſaſ.d.deciſ. 56.nu.6. num.7. vbi querit, an emens à poſſidente pro hærede vel pro poſſeſſore poſſit apponere præſcriptionem longi temporis ex perſona ſua : & concludit quòd ſic, ex doct.Bar.in l.etiam. §.quod ſi quis.ff.de pet.hær.gl.fi.in l.fi.C.de edict.di.Adr.toll. Aym.conſ.277.col.2.Oſaſc.d.deciſ.56.nu.11. vbi declarat illud. quòd petitioni hæreditatis non præſcribitur niſi ſpacio 30.annorum,diſtinguendo vt ibi per eum,Qua in materia petitionis hæreditatis,& pro quibus rebus detur?vide Iaſo.in vſib.feud.col.13.circa fi.& contra quem non competat ſcribit Nat.conſ.14.col.6.n.11.conſ.15.conſ.448.col.pe.& fi.Quomodo autem formetur libellus in ea not. Bar. in l.1.col.2.in princ.ff.de eden.vbi inter alia,peti debet & concludi hoc modo,peto me pronuntiari hæredem, & cogi aduerſarium ad reſtitueñ quicquid tenet & poſſidet , alia plura vide per Nat. d. conſ.15.448.col.pe.& fi. Afflict. deciſ.228. Rol.conſ.1.n.10. conſ.48.n.11.& ſeq.conſ.75.n.17.lib.1.Quid de iudicio vniuerſali petitionis hæreditatis : & an iudicium particulare ſileat donec finita fuerit quæſtio petitionis hæreditatis?Dic, vt per Oſaſc.deciſ.74.nu.10. vbi concludit vnum iudicium vniuerſale non impedire aliud l.pe.ff.de pet. hær. Bar.in l.ſi quis libertatem ff. de pet.hær. de quo libello petitionis hæreditatis,quo quis petit reum condemnari ad reſtitutionem rerum hæreditarium dic, quòd videtur etiam continere in neceſſarium antecedens quòd agens declaretur hæres.teſte Oſaſc.d. deciſ.74.n.13.n.18.& ſeq.vbi plura alia notabilia ponit in materia petitionis hæreditatis.

In fideicommiſſarium ſubſtitutum ad pias cauſas, vel executorem piæ cauſæ,tranſeunt omnia iura hęreditaria ipſo iure,abſque



aliqua fideicommiſſi reſtitutione, fauore piæ cauſæ.Eſt com.opi.ſec.Alex.conſ.4.videtur inſpectis.ver.vnde in talem.vol.2. M.Chærian.

In teſtamento ad pias cauſas,in nihilo derogatum eſt ſolennitatib.iuris ciuilis,per diſpoſitionem l.1.C. de ſacroſ.eccl.eſt com.opi.cõtra Bart.ſecundum Iaſ.in d.l.1.ver.q͂d tenendum. C.de ſacroſan.eccleſ.& Alex.conſ.182.ſuper eo.in fi.volum. idem.

In diſpoſitione ad pias cauſas non attenditur prohibitio iuris ciuilis,ſed iuris diuini vel canonici,etiam in terris Imperij. igitur etiam relictis ad pias cauſas voluntas captatoria toleratur.eſt magis communis opi.ſec.Alex.conſ.14.circa primum vol.& Soc.conſ.49.viſo.volu.4. & Iaſ.conſ.110.magnificus. vol.1. idem.

In teſtamento ad pias cauſas non ſeruatur ius ciuile vel poſitiuum,ſed canonicum vel Diuinum.eſt magis commu.opi. ſecundum Alex.in conſil.4.attentis narratis.volum.ſeptimo. idem.

Pia cauſa quando inſtituitur hæres, etiam cum teſtamento duorum teſtium tantummodo:iuxta diſpoſitionem c. relatũ el j.ext.de teſta.quę ſeruatur etiam in foro Imperij,&Regum, vt dicit Bar.in l.1.in rep.in fi.C.de ſac.ſan.eccl. vbi Iaſ.nu.18. poſt caſtr.conſ.25.lib.2.ſi in tali teſtamento fiant legata extraneis perſonis & laicis:poterunt ſua legata ab eccleſia hærede petere,nec poterit eccleſia excipere de inualiditate teſtamenti non habeñ numerum teſtium , iuxta tradita per Salyce. in auth.Caſſa.q.9.C.eo.& ante eum Butr.in c.quod clericis col. antep.de for.comp.Alex.conſ.41.col.2.poſt n.5. lib.j.Iaſ.d.l.j. nu.18.& fac.auth. quod ſine in fi.C.de teſta.iuxta Caſtr.conſ. 93. libr.1.in no.vbi hoc tenet ſi adſit ſubſcriptio teſtatoris e-contra verò ſi in teſtamento coram duobus teſtibus facto, vel aliàs ñ ſolẽni.eſſet inſtitutus extraneus laicus:& facta legata pie cãę:iſta legata nihil valerẽt,teſte But.d.c.qͩ clericis Sal. d.auth.Caſſa.Ale.ꝯſ.177.col.3.ver.nec ꝑdictis.&ꝯſ.209.poſt n.12.n.22.libr.2.Iaſ.d.l.1.poſt n.18. Aduerte tamen ꝙ legata ad pias cauſas relicta : cenſentur repetita ab inteſtato, teſte Bal.d.l.1.nu.51.C.de ſac.ſan.eccl. & ideo ſi tale teſtamentum in quo eſt inſtitutus laicus& extraneus poſſet probari per q͞nque teſtes, dicerem tali caſu hæredem ab inteſtato debere ſoluere talia legata,in quibus tamẽ probandis requiritur numerus quinque teſtium,iuxta l.fi.C.de codicil.Imol.in d. ca.relatum.n.11. Put.

Pignorare , vel hypothecare rem feudalem ſine conſenſu Domini Vaſallus non poteſt. communem dicit in §. feudum q.35. P.Fich.ex Claro.

Pignus datũ in ſolutum à iudice creditori,cenſetur datum pro toto credito, etſi quid minus valeat datum tamen ſimpliciter creditore non contradicente.Ant.de Fano.de pign.in 2. par.3.n.36.mem.2.com.dicit. B.Vill.

Pignus ſi detur pro tanto precio quòd non ſit ſpes luitionis:potius dicitur alienatio quàm pignoratio.Soc.in l.1.§.per ſeruum.ff.de acquir.poſſeſſio.communem dicit,quem refert Neguſ.Fanus in 4.part.mem.3. numer.10.communem dicit. idem.

Pignus conuentionale nõ poteſt vendi niſi poſt biennium, à tempore moræ.Iaſ.in l.debitoribus.nu.4. ff.de re iudi.communem dicit. idem.

Pignus licet ſolo conſenſu videatur remiſſum:quando nõ eſt ſecuta traditio:tamen ſi eſt ſecuta,ſolo cõſenſu abſque traditione nõ remittitur.idem Fanus in 6.par.mem.3.n.75.com. dicit. idem.

Pignus etiam pro executione debet vendi poſt duos menſes computandos poſt quatuor mẽſes qui dantur iudicatis,ad ſoluendum.Iaſ.in l.à diuo. §.in venditione, nu.15.de re iudi. com.dicit. idem.

Pignoratus equus præſumitur ſumptib.creditoris alimentatus.Alc.de præſum.regul.1.præſumpt.50.in fi.comm.dicit. idem.

P R O.pignore vtens furtum committit.l. ſi pignore.ff.de furt.

Pignus conuentione datum,atque acceptum non ante vẽdi poterit,quàm poſt moram à debitore admiſſam biennium præterlabatur commune inquiunt Alex.n.6.& 27. Iaſ.n.5.& ſeq.in l.debitoribus.ff. de re iudi.at prætorium pignus ob rei non comparentis contumaciam captum , tunc vendi poterit cum iudex arbitrabitur.commune effatur Neguzant. de pig. 6.par.1.mem.n.8.Nihil autem vetat,quin pactio & valeat, & iuſta habeatur,vt pignus iuſto precio emptum ſit. vel ſimpliciter,vt diſtrahatur,ni intra certum, ſtatumque tempus debito ſatisfiat.communia produnt Tiraq.de retract. conuent.in fi.n.136.& n.138. Ar.Pin.in rub.part.2.ca.1.n.26.C.de reſcin. vend. E.Suarez.

Pignus liberare debitor inuito creditore poteſt , ſi aliud æquè ideoneum offerat.vt eſt Accurſij opinio in l.ſi Tirio.ff.de pignorib.ſic vulgo & intellecta,& magis communiter probata,quemadmodum apparet ex Cremẽſ.ſing.54. Dec.in l.plus cautionis.nu.3.ff.de reg.iur.& in l.2.§.mutui datio.lect.1.ff.ſi cer.pe.&in l.ſi pater.C.de colla.Neguzãt.de pignor.1.memb. 3.par.nu.21.Sed contrarium tamen,meo quidem iudicio,verius eſt,& forſan non minus iam receptum : nam illud probare luculenter videtur tex.in l.ſi rem.§.omnis.ff.de pign.actió. & tex.iuncta communi interpretatione in l.ſi mandato meo. §.1.ff.mandat.arguendo.de fideiuſſoribus ad pignora:vt facit I.C.in l.qui autem.§.1.ff.de conſtit.pecu.affirmat autem id in terminis Are.Iaſ.limit.11.Rip.n.21.Purpur.n.101.in d.§ mutui datio.Cag.in d.l. plus cautionis.n.6. nec gloſſæ auctoritas accuratè perpenſa quidquam oberiti ſed hac tota de re alibi vberius. idem.

Pignus minus idoneum ſi quis acceperit,vel pignus operoſum iam alias acceptum cum alio viliſſimi precij pignore cõmutauerit, non opem vllam illi feret l.ſecund. C. de reſcind. venditio vt frequenter placitum diſertis literis prodit doctor meus Arius Pinel.ad illam eandem l.par.2.ca.1.num.20. idem.

Pignus ſi tãto obligetur precio,vt nulla ſolutionis ſpes ſit, potius alienatũ alienam quàm pigneratũ cenſebitur:com.dicit Soc.& qui eum laudat Fanenſ.de pignor.par.3.membr.3. n.10.Quin & cum pro ſumma ipſius valorem æquanti pigneratur,alienati loco habetur,ac ſi alioquin alienari prohibitum ſit , eam ob cauſam pœnis alienationi impoſitis locus fiet. commune dicit Ant.Gome.de teſtament.cap.vlt. numer.39. idem.

Pignus prætorium quod capitur ob rei nõ comparentis cõtumaciam,cùm nõ reperiatur tempus præfixum in iure,quando vendi debeat,& poſſit, ideò relinquitur arbitrio iudicis ĩ. quantum tempus tale pignus vendi poſſit,ſecundum doct.omnes,in l.cum proponas.C.de bon.auctor.iudi.poſſ.Bar.& alios,in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de dam.infec.Alex.& Iaſ.in l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iud.& Iaſ.in l.debitoribus, nu. 4.in fi.e.tit.vbi ponit iſtam eſſe communem opi. & Neguſantius in tract.de pignor.& hypo.in 5.par. 1.membri n.8. & aduerte quod pignus prætorium illud dicitur.quod datur per iudicem in contumaciam rei ex primo decreto:ſequuta tamen immiſſione.vt eſt tex.& ibi not.Bar.in l. non eſt mirum. ff.de pign.actio. F.Viuius lib.2.opi.225.

Pignus conuentionale,quando aliud non conuenitur inter partes creditor debet expectare biennium à tempore moræ numerandum prius quam illud alienet , & ſic elapſo biennio illud vendere põt tex.eſt in l.ſi.§.ſancimus.C.de iu.do.impe.& hoc firmant glo.& omnes communiter in l.debitoribus.ff.de re iud.& iſtorum opi. ſequuntur tuentur. & dicunt eſſe communem ibi Alex.n.6.& 27.Iaſ.n.5.& ſeq.& licet in aliquibus caſib.inter ſe cõueniant pignus conuentionale,& pretorium vt late explicat & interpretatur Neguſantius. in tract. de pignori,&hypoth.in 3.par.2.membri n.29.cum multis ſeq.tamẽ ibi ponit decem differẽtias inter pignus cõuentionale,& prætorium vtiles,veras, & neceſſarias, & pignus hoc ꝯuentionale conſtituitur inter abſentes,& contrahitur quoque quibuſcunque verbis , etiam abſque ſcriptura.item conſtitui poteſt de nocte, & in multis aliis caſib. relatis, & plene probatis per Neguſantium,in dicto tracta.de pignori.& hypo.in 3. part. 1. membri,n.2.cum aliis ſeq. F.Viuius lib.2.opi.226.

Pignoris datione rei legatæ à teſtatore facta,licet legatum reuocari non cenſeatur, §.ſi rem.inſtitutio.de legat.l.3.C.eodem tit.tamen ſi pro tanto,& non pluris res pignorata fuerit, ita vt veriſimiliter ceſſet ſpes reluitiõis, pignoratio eiuſmodi habebitur pro alienatione,&cenſebitur res legata adepta ſiue reuocata,iuxta legem qui habebat,in prin.ff.de leg.3.& ibid. Bart.item Bart.in l.rem legatam, in fi.ff.de adimend.legat.argumento.l.legata.in fi.ff.de ſuppellect. legat.vt not.Bald.in l. manumiſſiones.ff.de iuſt.& iure,in lege voluntas. C.de fidei. commiſſis,&ita communiter teneri refert Ben.capr.reg.108. nu.3.

Pignorum captio. Quando cauſa eſt commiſſa cognoſcẽda & decidenda ſine ſtrepitu & figura iudicij, vel vbi ita cauetur iure vel ſtatuto, poteſt iudex venire ad pignorum captionem abſque aliqua ſententia , notat ſingulariter ſecundum Bartol.in extrauag.ad reprimendam,in verbo figura. Balb. deciſ.130.

Pignora diſtrahi poſſe priuſquam veniatur ad fideiuſſores,



ſcribit

ſcribit Bart. ex opi. Dy.relata in l.inter eos.§. creditor.ff.de fideiuſſ.licet aliqui in apoſtil.ibi diſſentiant. Put.

Pignoris prætorij & conuentionalis differentias vide per doct.in apoſtil.ad Bart.in l. 1.ante n.4.ff.de pig.act. inter quas illa eſt, quòd licet in pignore & hypothecaria conuentionali requiratur excuſſio quando agitur cõtra tertios poſſeſſores, in auth.hoc ſi debitor.C.de pignorib.ſecus in pignore prætorie:vt per doct.ibi. Put.

Plagiarius punitur pœna capitis, l.quoniam. & l.fi. C.ad L. flauiam de plag.intellige tamẽ de eo qui ſolitus ſit talia committere. Nam ſi non ſolitus ſit committere, tunc diſtinguendum eſt: aut enim habuit animum celandi, & adhuc punitur vltimo ſupplicio. aut non habuit animum celandi, & mitius puniendus eſt: & hanc opi.communiter teneri ait Barto.in l. pe.in prin.ff.ad L. Flauiam, de Plag.quem refer Anan.in ca. 1. nu.4. de furtis. Clarus d.§.fi.quæſt.68. verſic. plagiarius. P. Fichard.

Plagiarius dicitur, qui ſubtrahit ſeruum alienum animo celandi domino,aliàs ſi tantum ſibi vult habere,non dicitur plagiarius,vt eſt communis opi.vt per Bart.in l.nõ ſtatim.ff.ad l. fauiam de plagiarijs. Bonac.

PRO.plerunque accidit,vt extra id quod agitur,tacita obligatio naſcatur.l.ſi is qui.§.fi.ff.commod. Bello.

PRO.plerunque euenit,vt quod alteri ſupereſt, alteri deſit in l. 1.ff.de contrah.emp.& vend. idem.

PRO.plerunque dum proprietas verborum attẽditur ſenſus veritatis amittitur. in cap.propterea. de verbor. ſig.extrà. idem.

PRO. plerunque idonei,non tam patrimonio, quàm fide æſtimantur.l.ſi quis ſtipulatus.§.fi.ff.de ſolut. idem.

PRO.plerunque ipſius fœminæ aduerſus cõmoda propria dignoſcitur laborare conſilium. l.ſi pater pactam. C.de ſponſal. idem.

PRO.plerunque robur hominis,ætas, temporiſque opportunitas naturalem cauſam operarum mutat. l. ſi non ſortem. §.ſi libertus.ff.de cond.ind. idem.

PRO. plerunque ſub auctoritate iuris ciuilis ſtricti perniciosiſſimè erratur.l.ſi ſeruum.§. ſequitur.ff.de verbor.obliga. idem.

PRO.plerunque tam hæredib.noſtris,quàm nobis ipſis cauemus.l.pactum.ff.de probat. idem.

PRO. plerunque ibi ſucceſſionis eſt emolumentum, ibi & tutelæ onus eſſe debet. §. final. inſtitut. de leg. part.tutel. idem.

Plures an poſſunt vnum ac eundem in eodem libello accuſare, ita diſtinguendum: aut cuiuſlibet accuſantium intereſt ratione officij,vt ſi ſint plures tutores vel adminiſtratores,vel eorum interſit ratione communis iniuriæ,&poſſunt ſimul in eodem libello accuſare,nõ in plurib.aut nullius eorum intereſt,& non admittuntur ſimul,neque in eodem libello, neque in diuerſis, ſed vnus eorum eligitur qui ſit magis idoneus, ita communem eſſe dicit Hier.in apoſtil.ad Ang.de malef.in verbo & ad quærelam, n.65. vltimum tamen membrum de plurib. qui non habeant intereſſe, intellige vt procedat parte opponente,alias enim valet iudicium.vt communem atteſtatur Arc.in c.olim.n. 10.item intellige,vt procedat.niſi illi omnes vellent vnum procuratorem conſtituere,tunc enim procurator poſſet nomine omnium cauſam proſequi,vt tenet Inn.in c.olim.de accuſat.deteg. quem communiter ſequi Doctores atteſtatur Imola ibid.vt illũ refert Anan.in ca. 1.n.3.ver.quid autem ſi plures,de colluſ.deteg.Arc.in d.loco n. 11.Cla.d.lib. 5. P.Fich.

Plures non poſſunt ex diuerſis delictis in eodem libello accuſari.communem dicit Rom. conſ.240.n. 1.quem refert Apoſtil.ad Ang.de malef.in verbo & ad quærelam.n.25. Cla.d. §.fi.q. 13.ver.ſed nunquid. idem.

Plures poſſunt ſimul in eodem libello accuſari,quãdo agitur de eodem delicto à plurib.ſimul,vel ex eadem cauſa commiſſo.ita communiter contra gl.in l.qui pupillam.ff.de adulter.teneri dicit Marian.ĩ c. 1.n. 143.ver.eſt ergo vera,de libel. oblat.Cla.d.lib. 5.§.fi.q. 13.ver.quæro nunc. idem.

Plures vnum vulnerantes,vnico tamen vulnere læthali, vt vulneratus moriatur,ſi ignoretur quis vulnus illud intulerit, omnes abſoluuntur à pœna ordinaria, & cõdemnantur pœna pecuniaria. communem dicit Boſſius in tit. de homicid.n. 26.Natta,conſ.240.n.9.Riminal.cõſ.23. idem eſt ſi plura ſint vulnera læthalia, & ignoretur ex quali mortuus ſit,communem dicit Rol.conſ.63.nu. 10.lib.2.Ange.de malef.in verb.& Andream,n.21.Alc.de præſum reg.3.præſump.44.nu.4.Si tamen ex propoſito & deliberatè homicidium commiſiſſent, omnes tenentur pœna ordinaria homicidij. communem dicit Didac.in repet.clem.ſi furioſus. num. 3. de homicid.refert Clar.lib. 5.ſent.§.Homicidium. verſic.alia etiam.item ſi plura ſunt vulnera,& vulnerantes certi.tunc illi tantum qui intulerunt lęthalia vulnera tenentur de occiſo.communem opi.ait Did.in d.rep.clem.ſi furioſus.ver.ſecundus caſus.Cla.d.§.Homicidium.ver.vt verò. idem.

Plura delicta eiuſdem generis committens,ſi id fecit ex interuallo plurib.pœnis eſt puniẽdus, pro numero delictorum ſeu vulnerum illatorum ſecundum gl.in l.nunquam plura.ff. de priuat. delict. in verbo occiderit, quod in hoc communiter approbatur,vt dicit Boer.deciſ.82.Si vero eodem tempore commiſſa ſint,licet d.gl.dicat tunc vnica tantùm pœna delinquentem puniendum,tamen illa gl.communiter à doctor. repræhenditur,vt dicit Soci.conſ.63.nu.9.libr. 1.quam refert Plaza.lib. 1.delicto.c. 1.n. 18. ideoque tunc pœna debet ſimiliter pro numero delictorum multiplicari, quòd atteſtatur etiam Did.lib.2.reſolu.c. 10.n.8.Cla.d.§.fi.q.84.ver.ſcias etiam. P.Fichar.

Plura vulnera vno ictu illata, vt cum bidente aut tridente, habentur & puniuntur pro vnico tantùm vulnere. communem dicit in 2.part. ſtat.q.38.Viuius in lib.communium opi. ver.ſtatutum imponens.Cla.d.§.fi.q 84.verſi.Hæc autem.vbi dicit Barr.tenere,delinquentẽ etiam hoc caſu debere pro pluribus vulnerib. puniri, & ita quoque ſe ſemper vidiſſe in practica obſeruari. idem.

Plures rei debendi. Si plures qui tenebatur & ſunt conuẽti inſolidum fuerint ſimpliciter condemnati ad vnam quantitatem,licet ſententia diuidat ſummam,poterit tamen eorum quilibet inſolidum prima actione quæ durat conueniri,ſecũdum communem opi.doct.in l. 1.C.de iudi. licet contrarium ibi tenuerit Fulg.ſubtilib. motiuis.cuius opi. ſecundum doct. ibi procedere poſſet, quando actor plures condemnari petiiſſet,non adiecta dictione inſolidum. Balb.deciſ.327.

Pluries rem carnalem habens ex interuallo cum eadem vxore alterius,licet poſſit dici pluries adulterium commiſſum, non tamẽ niſi pro vnico adulterio debet puniri. communem dicit Did.lib.2.reſolut.c. 10.n.8. & ita in facti ꝯtingentia conſuluit Bart.conſ.212.ita quoque tenet gl.in l.vulgaris, in verbo Fur erit.ff.de furtis.refert Cla.lib. 5.ſent.§.adulterium.ver. Sed pone. P.Fich.

Plures an poſſint vnum ac eũdem in eodem accuſare libello, ſic diſtingue. Aut intereſt cuiuſlibet accuſantium ratione officij, vt ſunt plures tutores, vel adminiſtratores, vel eorum interſit ratione communis iniuriæ,&poſſunt ſimul omnes in eodem accuſare libello,non in plurib.aut nullus eorum intereſt.& tunc ſimul non admittũtur,neque in eodem libello,neque in diuerſis,ſed vnus eorum eligitur, q ſit magis idoneus. communis eſt opi. vltimum de plurib. qui non habent intereſſe,intellige,vt procedat,parte opponente,quia aliàs valeret iudicium,vt eſt communis opi.item intellige,vt procedat,niſi illi oẽs vellent vnum procuratorem conſtituere.tũc.n.procurator poſſet nomine omnium cauſam proſequi,vt eſt communis opi.Cla.q. 13. Bonac.

Plures non poſſunt ex diuerſis delictis in eodem accuſari libello,vt eſt communis opi.Cla.quæſt. 13.verſic.ſed nunquid. idem.

Plures poſſunt ſimul in eodem accuſari libello, quando agitur de eodem delicto à plurib.ſimul,vel ex eadem cauſa cõmiſſo,vt eſt communis opi.Cla.q. 13.ver.quæro nunc. idem.

Plures vnum vulnerãtes,vnico tñ vulnere læthali,& vulneratus moriatur,ſi ignoretur qs vulnus illud intulerit, omnes abſoluũtur à pœna ordinaria, & ꝯdemnantur pœna pecuniaria.communis eſt opi.idem eſt ſi plura ſint vulnera lęthalia,& ignoretur ex quali ſit mortuus,vt eſt communis opi.Sed ſi ex propoſito & animo deliberato homicidium committant, omnes tenẽtur pœna ordinaria homicidij, vt eſt communis opi.item ſi plura ſunt vulnera & vulnerantes certi, tunc illi tantum,qui intulerunt læthalia vulnera tenẽtur de occiſo, vt eſt communis opi.Cla.in §.homicidium.ver.vt verò. Bonac.

Plura delicta eiuſdem generis committens, ſi id fecit ex interuallo, plurib.pœnis eſt puniendus,pro numero delictorũ, ſeu vulnerum illatorum,vt eſt communis opi.Si verò eodem tempore ſint commiſſa,& tunc debet pœna ſimiliter pro numero delictorum multiplicari, vt eſt cõmunis opi. Cla.q.84. ver.ſcias etiam. Bonac.

Plura vulnera vno ictu illata, & cum bidente, aut tridente, habentur,& puniuntur pro vnico tantum vulnere, communis eſt opi.Clar.q.84.ver.hæc autem, vbi dicit delinquentem etiam hoc caſu debere pro plurib. vulnerib. puniri,& ita etiã ſemper vidiſſe in practica obſeruari. Bonac.



Pluries rem carnalem habens ex interuallo cum eadem vxore alterius licet poſſit dici pluries cõmiſſum delictum,non tamen eſt puniendus,niſi pro vnico adulterio, vt eſt communis opi.Cla.in §.adulterium ver.ſed pone. Bonac.

Pluralitas nunquam reſoluitur in ſingularitatem ad excluſionem àlterius.quòd ſi quandoque ex tacita mente reſoluatur,id fit ex legis interpretatione,non ex verborum proprietate,ſecundum communem per Burſ.conſ.67.n. 18.& 19.lib. 1. & conſ. 19.n. 16.

PRO.plus eſt ſtatim aliquid dare,minus verò poſt tempus ſoluere.in §.fideiuſſores.inſti.de fideiuſ. Bello.

PRO.plus eſt extinguere veneno,quàm occidere gladio.l. 1.C.de male.& mathe. idem.

PRO.plus punitur clàm delinquens, quàm palàm.in l.fi.ff. de rit.nup.l.pupillus.§.ſanè.ff.de auct.tutel.

OB.contrà de §.pœna.inſti.de obl.ex delic.vbi plus punitur furtum manifeſtum,quàm clandeſtinum.

SOL.vbi id quod fit eſt omnino prohibitum per legem,vt furtum,& ſimilia tunc minus punitur clàm faciens,quàm palam,vt in ꝑrio.vbi verò nõ eſt omnino prohibitum, vt matrimonium & venditio tũc magis punĩt clam faciens.vt hic.idẽ.

PRO.plus valet vnus teſtis oculatus quàm decem auriti. in §.fi.inſti.de grad.cog. idem.

PRO.plus valet quod ſpecialiter promittitur,quam quod generali cautione pollicetur.can.quamquam 23.diſt. idem.

PRO.plures in vno fundo dominium iuris intellectu, non diuiſione corporum obtinent. l.Mæuius.§.duobus.ff.de le.2. idem.

PRO.plura exiguntur ab eis, quibus plura committuntur. l.presbyteri.C.de epiſc.& cler.

OB. contrà de l.in ſeruorum.ff.de pœnis.& in l.fi.C.vt nemo.priuat.&l.nemo.C.de ſum.tri. & fid.cath.vbi plus humiliores & plebij puniuntur,quàm nobiliores.

SOL. in pœna pecuniaria plus puniuntur nobiles quàm ignobiles & maiores quàm minores. in corporali verò plus puniuntur ignobiles & minores.doctrina gl.in c.non cogantur. 42.diſt.& in c.cum quidam.extrà de iureiur. idem.

PRO. plura ſunt negotia, quàm vocabula.l.nam natura.ff. de præſcr.verb. idem.

PRO.plura delicta in vna re plures admittunt actiones, ſed omnib.vti probihitum eſt.l.plura.ff.de actio.& obli. idem.

PRO.pluralis locutio duorum numero contenta eſt l.libertas.§.poſt annos.ff.de mau.teſt.lege vbi numer⁹.de teſt.c.pluralis.de reg.iur.in 6. idem.

plures emphyteutę poſſunt rem emphyteuticam inter ſe diuidere,irrequiſito Domino.imò etiam quocunque titulo inter ſe alienare.communem dicit Cla.in §.emphyteuſis. q. 14. ver.quæro nunquid. P.Fich.

pluribus ſimul vocatis ad ſucceſſionem per copulam,inter quos ſolũ cadit ordo charitatis & affectionis, abſque vlla neceſſitate inſtituẽdi vel ſubſtituẽdi (vt ſi inſtituam Titium fratrem meum & eius filios) tunc tales perſonæ cenſentur vocatæ ſimul, non aũt ordine ſucceſſiuo. com.dicit Clar.Sent.§. teſtamentum q.80.ver.Hoc pręmiſſo.ſed ſi cadit inter eos nõ ſolum ordo charitatis,ſed ꝯcurrit neceſſitas inſtituendi, ſaltẽ cauſatiuè, vt quando inſtituuntur filius & nepos ipſius teſtatoris,eo caſu cenſentur vocatę ordine ſucceſſiuo.com.dicit idem q.8.ver.quando inter.Si verò vocẽtur per alternatiuam. puta,inſtituo Titium vel eius filios,tunc cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo.Et ideò ſi quis ſubſtituat filios vel nepotes Titij,tunc nullus ex nepotib. admittitur donec vnus ex filiis ſupereſt com.dicit.q.80.ver.3.Si verò vocentur per dictionem Cum,puta.Inſtituo. Titium cum Mæuio eius filio, hoc caſu Titius & Mæuius admittuntur ſimul & ſemel eadem q.ver.4. Sed ſi vocentur plures perſonæ ſub nomine collectiuo cum aliis ſub duplici denominatione,vt inſtituo Titium & nepotes Mæuij.iſti plures dicuntur quo ad Titium haberi pro vna perſona tantum.com.eadem.q.ver.vlti. P.Fich.

Pluralitas reſoluitur in ſuas ſingulares in materia ſubſtitutionum,curt.iu.conſ. 128.n.6.com.dicit. B.Vill.

Plus petere non videbitur.qui intra legitimum,tempus miſerationis cauſa à iudice indultum, egerit. commune inquit Ant.Gomez.de contract.c. 11.n.2.ver.2.differt. E.Suar.

Pœna ſi appoſita ſit contractui emphyteutico.propter ceſſationem ſolutionis,tũc in caſu ceſſationis liberum eſt domino,vel pœnam petere,vel emphyteutam expellere.non autẽ poteſt vtrumque facere.com.in §.E.q.8.ver.vlterius q̃ro.P.F.

Pœna,quæ debetur ratione delicti commiſſi pertinet ad primum iudicem ſeu primarium non ad ſecundũ.Boerius deciſ. 5.n.2.commun.dicit. B.Villal.

Pœna appoſita ex diſpoſitione hominis non acquiritur illi cuius contemplatione eſt appoſita, ſed venientib.ab inteſtato,Io.Nic.in l.generaliter.n.48.de ſec.nup.C.communem dicit. idem.

Quotieſcunque ob ceſſationem vel non factũ debet quis incidere in pœnam,nunquam pœna committitur,niſi monitione,vel interpellatione præmiſſa.eſt dictum Inn.in ca.extirpandæ.§.quia verò de conceſ præb.communiter approb.ſec. Dec.in conſ.37.in cauſa rigoroſæ.ver.ſecunda ratio, quia ſtatutum.vol. 1. Chærian.

Pœnæ impoſitæ mulierib.nubentib.intra annum luctus in merum odium ipſarum per dictum Apoſtoli,remiſſę cenſent̃ ſed iniunctæ in merum fauorem & prouiſionem liberorum prioris matrimonij,non intelliguntur ſublatæ. eſt communis opi.ſec.Soc.in conſ.34.proſequendo ordinẽ.ver.nec obſtant allegata.vol. 1. idem.

Pœna vbicunque alicui facto adiicitur quæ in aliquẽ euentum vni ex partib.veniat applicanda,ſi adiecta fuerit ab eo, q. fœnerari nõ ſit ſolitus,vel ex alia quàm mutui cauſa,tunc debetur,nec in fraudem vſurarum adiecta præſumitur, vt tenet gl.in l.ſed & ſi quis.§.fi.& ibi But.Ang.ff.ſi qs cau.& in l.vtrũ. §.fi.de peti.her.in l.pœnam.ff.de vſu.gl.in ca.illo vos de pign. Bald.poſt Pet.& Cy.in l.cum allegas. C.e.ti.de vſur.Inn.in ca. tuam, de pœn.Archi.in c. cùm deuotiſſimam. 12.q.2.& probatur in plurib.aliis locis.ex quib.cõſtare poteſt hanc opi.eſſe magis cõmunem,à qua in conſulendo,& iudicando nunquã eſt recedendum,vt rectè monuit Bart.& alij in l.fi.C.de pœn. iud.qui mal.iud.& canoniſtæ in c. 1.& in c.innitaris,de conſti. Bald.in c. 1.§.indices.de pac.iur.fir.in vſib feud.& in l. 1.ver.& ſane creditores.ff.de offi.quæſtor. F.Turz.

Pœna impoſita iure ciuili cõtrahentib.inceſtas nuptias,locum habet etiam in cõtrahentib.nuptias inceſtas de iure can. eſt communis opi.cont.Anch.ſec.Dec.in conſ.58.ver. his tamen non obſtantibus. M.Chærian.

Pœna à lege vel canone irrogata ipſo iure efficit quod poſt mortem hæredes tenentur ad illam ſoluendam, & conueniri poſſunt,Coua.in epi.4.c.6.§.8.communem dicit. B.Vill.

Amplia ad fructus rei qui ipſo iure perduntur à die cõmiſſi delicti,idem ibi n.7.com.dicit.

Limita quo ad forum conſcientiæ, in quo de his pœnis nõ curatur niſi petantur,idem ibi n. 10.com.dicit.

Amplia iſtam limitationem ad damnum,ad quod quis tenetur ex culpa leui,vel leuiſſima: quia in foro conſcientiæ non tenentur.idem.ibi n. 12.com.dicit.

Reſtringe iſtam limit.quando culpa eſt in faciendo,idem ibi n. 13.per glo.in l.Cornelia.ff.ad Sil.& in lege ſi mora.ff.ſol. ma.com.dicit. idem.

Pænam à lege præſcriptam, iudex poteſt alterare in aliam pænam, puta pecuniariam.id. communiter doc.concludũt in l.quid ergo.§.pæna grauior.ff.de iis qui no.infa.& lege.etſi ſeuerior.C.e.ti.aſſerit Minſ.obſ.30.cent.2.Et ibidem quod poteſt etiam augere vel minuere. I.Fich.

Pæna inceſtarum nuptiarum non incurritur à cõtrahentib. ignorantia facti inductis. Bal.nouel.in tract. de dote.part. 11. com.dicit quem refert,Coua.in epi.4.c.6.§.8.n.22. B.Vill.

Pænæ ſecundò nubentium an hodie ſint ſublatæ per ius canonicum Tractãt doc.ĩ c.fi.extra de ſec. nup.& communiter concluſum eſt ſec.Matt.de afflı.deciſ.75.quod illæ pænæ quę concernunt fauorẽ filiorũ primi matrimonij nõ ſint ſublatæ, ſecus de aliis fauorem filiorum non cõcernentib. in qua opi. reſidet etiam Alex.conſ.68.& conſ. 133.vol.4. I.Fic.

Pænam primi furti,etiam magni,puta M.Florenorũ vel circiter,nõ eſſe capitalem, nec furem poſſe pro prima vice pæna mortis puniri com.dicit.Ale.de Imo.conſ.2 .inci. obiicit carcerato,&c.n.21.quod habetur.in 2.lib.cõſ.cri.Venetiis anno. 1560.per clariſ. &c. & amicum noſtrum obſeruandiſſimum. D.Io.Baptiſt.Ziletum editorum,ſub n.71. idem.

Pæna,ſi apponatur in actu,qui eſt contra legem non tenet, ſecus tamen ſi præter legem.Iaſ.in l.non dubium, C. de legib. n.59.communem dicit. B.Vill.

Pæna,ſi apponatur in matrimonio à conſanguineis,vel amicis,nõ valet:ſecùs tamen ſi ab extraneis, Pan.in c.Gemma.de ſpon.com.dicit. idem.

Arrha tamen poteſt præſtari l.1.tit. 11.par 4. quam intellige quando arrha ab altero tãtum promittitur,Iaſ.in l.Titia.ff.de ver.ob.com.dicit,licet non placeat Coua.in epiſt.4.c.3.§.7.n. 7.& vide in verbo arrha. idem.

Pæna quæ imponitur per ſtatutum filiis contrahentib.matrimonium ſine licẽtia parentum reiicitur:& valet matrimo-

nium & non ſtatutum.Dec.in l.nuptias.ff.de re.iur.n.8.communem dicit. idem.

Pœnæ ſecundò nubentium in fauorem filiorũ introductę, ſublatæ nõ ſunt per illud apoſtoli.Mortuo viro mulier nubat in Domino,&c.c.pe.& c.fi.vbi Abb.extra de ſec.nuptiis.&eſt communis opi.vt dicit Matth.de affli.deciſ.75. & Phi.Dec.in l.1.C.de ſec.nupt.& in conſ.87. I.Fich.

pœna mortis quando poſſet infligi & tamen ex cauſa ab ea dem receditur,tunc nõ poteſt in alia pęna corporalis imponi, ſed debet commutari in pecuniariam pœnam, ſecùdum Hip. de Marſ.in ſua prac.crim.§.quoniam.n.95. Et eandem opi.conſ. 34.25.30.32.multiſque aliter conſtanter tenuit. idem.

PRO.pœna ſine fraude eſſe non poteſt.l.aliud eſt fraus.ff.de ver.ſig. Bello.

PRO.pœna corporis eſt grauior qualibet pœna pecuniaria. l.in ſeruorum.in fi.ff.de pœn. Bello.

PRO.pœna vnius metus eſt multorum.l.1. C.ad leg.Iul.repet.l.capitalium.§.famoſos. & l.aut facta. §.vlt.ff.de pœn. can. quapropter.2.q.7.c.ſcienter.extra de iureiu.clem.1.de iud.& clem.1.de of.ord.in clem. idem.

PRO.pœna vnius, alterius præmium eſſe non debet.l.ſi ſequens.ff.ad ſena.Sylla. idem.

PRO.pœnæ ſunt molliendæ non exacerbandæ, ideo in his ſtricta eſt interpretatio faciẽda, l.interpretatione.ff.de pœn.l. factum.§.in pœnalib.ff.de reg.iur.reg.in pœnis.extra e.tit. idẽ.

pœna amputationis membri de iure digeſtorum & codicis fuit incognita.communem dicit curt.iu.in l.imperium,n.37. ff.de iuriſd.omnium iudicum. quem refert D. Ant.de Padilla in l.transigere.n.8.C.de tranſact. Cla.d.§.fi.q.69.in princ. P. Fichard.

pœna criminis læſæ maieſtatis, quæ per l.quiſquis. C. ad L. Iul.maieſt. etiam filiis delinquentium impoſita eſt, non ſe extendit ad filias.commu.dicit Gigas in tract.de crim.læſæ maieſt.q.14.nu.15.Cla.d.lib.5.§.Læſæ maieſtatis. verſic.hæc autem. idem.

pœna criminis læſæ maieſtatis, etiam locum habet in filiis naturalib.tantùm, communem dicit Claud. in l. ex facto.§.ſi quis rogatus.n.11.ff.ad Treb. Aug. ad Ang.de maleſ.in verb. & hoc tradito.n.15.Cy.in l.quiſquis. C.ad L.Iul.maieſt.Clar. d.§.læſæ maieſt.ver.ſed nunquid. idem.

pœna criminis læſæ maieſtatis,ex l.quiſquis.C.ad L.Iul.maieſt.non ſe extendit neque locum habet in filiis natis vel conceptis ante delictum patris,ita tenuit Cy.in d.l.quiſquis,& dicit eſſe com.Alc.cõſ.467.n.7.licet Claud. in l.ſi quis id quod. n.14.ff.de iuriſd.omnium iudicum,& Gigas in tract.crim.læſæ maieſt.q.5.n.2. contrariam communem eſſe dicant tamen Claro,prior tanquã mitior & benignior magis placet,in concepto autem poſt bãnum ex hoc delicto patri datum,certum eſt, dictam pœnam locum habere , & ideo tali non eſt danda legitima,vt communem atteſtatur Boſſ.in titul.de crim.læſæ maieſtat.num.138. Clar.d.§.læſæ maieſtat. verſic.fuit autem. idem.

Pœna crim.læſæ maieſt. quatenus ad filios extenditur per l. quiſquis.C.ad leg.Iul.maieſta.etiam locum habet in nepotib. communem dicit Salicet.in ead.l.quiſquis.n.12. quem refert Did.lib.2.reſolut.c.8.nu.2.in fi. Notandum tamen quòd non extenditur niſi vſque ad ſecundum gradum deſcendentium ex maſculis incluſiuè. & vſque ad primum gradum deſcendentium ex fœminis, com. dicit Salicet. ibidem quem refert Iaſ.conſ.106.nu.3.lib.4. Cla.d.§.læſæ maieſt.verſic.Præterea. idem.

pœna criminis læſæ maieſtatis quò ad filios ex l. quiſquis. C.ad L.Iul.maieſt.non ſolùm in patre committẽte, ſed etiam in matre committente locum habet. com. dicit Ang.de maleſ.i verbo & hoc tradito.n.12.vbi dicit,licet rarum videatur hoc in muliere,ſe tamen in facto vidiſſe Bononiæ, & eum refert Marſ.conſ.53.n.8.Cla.d.§.læſæ maieſt.verſ.quæro etiam. idem.

Pœna criminis læſæ maieſtatis de qua in l.quiſquis.C.ad L. Iul.maieſt.quatenus ad filios delinquentis, non habet locum niſi quando crimen illud commiſſum eſſet contra imperatorem,vel Rempub. Romanã. com. atteſtatur Gigas in trac.de crim.læſæ maieſt.q.23.n.9.Alc.in conſ.467.n.6.in fi.& ita quoque conſuluit Soc.conſ,275.Cla.d.§.læſ.maieſt.ver.vnum tãtum. P.Fic.

pœna eadem qua Reus ſi conuictus eſſet puniendus fuiſſet, puniri debet qui in accuſatione defecit , etiam ſi perſona honeſtior ſit quàm accuſatus,com.dicit Alber.in l.athletas,§.calumniator.n.4.de his qui no.infam.Cla.d.§.fi.q.81.ver.ſed pone. P.Fichard.

Pœna raptus,de qua in l.vnic.C.de raptu virg.locum habet etiam in eo cui rapta conſenſerit,ſiue ab initio ſiue ex poſt facto.com dicit Alber.in l.raptores,n.2.C.de epiſc.& cle.Cla.d. lib.5.§.raptus.ver.adde. P.Fich.

Pœna raptus non habet locum in eo qui raptã carnaliter nõ cognouit.communem opi.dicit Boer.deciſ.316.n.4.quem refert Did.in repet.clem.ſi furioſus.n.8. contrariam verò communem dixit Iaſ.vt eum refert Boſſ.in tit.de rapt. mul.nu.14. Cla.verò ita diſtinguit,Aut non cognouit quia non potuit,& puniendus eſt dicta pœna.aut potuit ſed noluit,& nõ puniendus eſt.Cla.d.§.raptus.ver.ſed quid ſi ille. P.Fich.

pœna raptus non habet locum in rapiente publicam meretricem.communem opi.dicit Ant. Gomeſ.ſuper l.80.Tauri. n.45.& ita conſuluit etiam Cephal.conſ.140.lib.1. Cla.d.§.raptus.ver.quæro nunquid. idem.

pœna raptus non habet locum in muliere rapiente virum. com.dicit Grilland.de diuerſ.criminib.lib.3.q.10.n.23.quem refert prac.conrad.n.3.pract.Iodo.c.95.n.17.licet Marſ.in l.vnica.nu.223. C.de raptu virginum.contrariam com.dicat,vt eum refert Ant.Gomeſ.ſuper l.80.Tauri.nu.37.Claro tamen prior magis probatur.d.§.raptus.ver.ſed pone. idem.

pœna raptus eſt vltimum ſupplicium, & aliæ graues pœnæ in l.vnic.C.de raptu virg.expreſſæ.com. dicit Ant. Gomeſ.ſuper l.80.Tauri.n.36.Cla.d.§.raptus.ver.ſed quæro. idem.

pœna ſacrilegij de iure ciuili eſt extraordinaria & arbitraria, ſecundum qualitatem rei,perſonæ,temporis & ſexus,ſemper tamẽ eſt capitalis.com.dicit Salicet.in rub. C.de cri.ſacrilegij. quem refert Boer.deciſ.254.nu.13.Bertach.in verbo, ſacrilegium.n.17.Cla.d.lib.5.§.ſacrilegium. idem.

pœna ſimoniæ eſt, vt notorius ſimoniacus in ordine ipſo iure ab officio ſuſpenſus ſit.com.dicit Abb.in c.cùm non liceat. n.4.de preſcr.Clar.d.lib.5.§.Simonia.ver.ſed quęro. idem.

pęna Sodomię,eſt pęna mortis,tam in agente quàm patiente per textum, in l.cùm vir nubit.C. de adult. & ita com.dicit Soc.iu.conſ.7.n.3.Ant.Gomeſ.ſuper l.80.Tauri.n.32.&licet illa lex videatur imponere pęnam gladij, tamen de conſuetudine igne comburũtur, vt dicit Ang.in eadem l.quem refert Affli.ſuper 3.part.conſtit.Regn.rub.42.in prin.n.13.pract.ſodo.c.96.n.12.Papo.lib.24.tit.10.Areſt.6.Cla.d.lib.5.§.Sodomia.ver.ſed quero. idem.

Pęna ſtupri de iure canonico eſt in clerico pęna depoſitionis,ſi cum virgine commiſſum ſit.com. dicit Grilland. de diuerſ.cri.lib.3.q.7.nu.2.quem refert Dias in pract.crim.can.c. 77.Bermond. de concubina.n.18.practica. Conrad.nu.15.In laico verò,vt eam dotet & in vxorem ducat, ſi ipſa & parentes conſentiant, ſi verò non conſentiant dotem tantùm dare tenetur.ſed ſi ipſe renuerit,tunc verberib.cęſus in monaſterium detrudendus.c.1.& 2.de adult.quę tamen deciſio in terris eccleſię tantùm,non etiam in terris Imperij locum habet,vt cõmuni opi.dicit Ant.Gomeſ.ſuper l.80.Tauri.n.7.de iure ciuili autem non quidem imponitur pęna mortis, ſed dimidię partis bonorum, cum relegatione, vt com.dicit Bermond.in tract.de concub.n.34.Sed quicquid ſit de iure,tamen de conſuetudine vel dotare vel in vxorẽ ducere,tantum tenetur ſtuprator,& ita ſeruari in practica atteſtatur Ant.Gomeſ.in allegat.loco.n.8.intellige tamen hęc omnia ſi cum honeſta virgine ſtuprum commiſſum ſit,aliàs ſecùs,vt ſcribentes intelligere atteſtatur Pariſ.conſ.160.n.14.lib.4. Cla.d.lib.5.Stuprum. verſ.ſed quęro. Nota verò ſi puella dicat ſe virginem fuiſſe,& ſtuprator neget,quòd tunc in dubio pręſumptio eſt pro virgine.ita com.dicit Abb.in c.n.5.quę refert Bermond.in d.tract. n.9.Cla.ibid.verſ.ſed pone. idem.

pęnę impoſitę viduis nubẽtib.intra annum luctus,licet hodie ſublatę ſint,tamen non ſublatę cõtra viduas libidinosè & luxurioſè viuentes. communem opin.dicit Io.de Garion. in rub.C.de ſecun.nupt. & conſequenter non ſunt ſublatę in vidua intra annum illum ſtuprũ committente, vt communem opin. dicit idem Io.in auth.eiſdem pęnis.in tertio notabili,in C.de ſecund. nupt. & ideò talis vidua perdit tam ipſa quàm ſtuprator omnia ſibi relicta à teſtatore. & applicatur fiſco. vt communem opinionem dicit, item Io.in l.1.nu.58. C.de ſec. nupt.Clarus dict.libr.5.§. Stuprum.verſicul. generaliter. P. Fichard.

Pęnę iuris ciuilis poſſunt in foro cõſcientię à cõmittente licitè retineri,niſi inquantum cõtinent intereſſe partis per tex. cũ gl.in verbo,augmento,in fi.in c.fraternitas.12.q.2.vult Cald. in proœmio decre. Panor.in c.fi.ext.de iureiur.& niſi ſit pęna quæ infligatur ipſo iure abſque ſententia iudicis ſecundùm Pan.in ca.1.extr. de conſtitu.in 3.col.per l.commiſſa.ff.de publica,& cap.2.de reſcript.in 6.Fiſcus tamen poteſt exigere, & retinere



retinere pœnas cum bona conſcientia,ne detur materia delinquendi,& delicta remaneant impunita,ſecundũ pręfatos docto. Balb.deciſ.217.

Pœna,quæ infligitur ipſo iure,tranſit contra hæredem etiã lite non conteſtata contra defunctum.l.3.§.quod autem.cum gl.quæ reputatur ſingularis.ff.quod quiſq.iur.& eſt limitatio ad titulum.C.ne ex delict.defunct. Balb.deciſ.391.

pœna illic imponenda non eſt,vbi à iure non imponitur,vt eſt celebris gl.authoritas.in c. vlt. ver. ex vi. ad finem. de iure patro.quam frequenter placitam renuncio ex dec.conſil.19. nu.3.iaſ.in l.illam.n.12.C.de collat.Tiraq.in l.ſi vnquam.ver. reuertatur,nu.206.C.de reuoc.don.Arius Pinel.in l.1.part.3. ver.infertur etiam C.de bo.mater.& in l.2.part.2.c.vlt.nu.13. C.de reſcin.vend.Fran.Viuius lib.1.opi.118.Nec vnquam ex ipſius delinquentis conſenſu impoſita cenſetur:quemadmodum veriſſimum arbitror,& commune aio ex iaſo.in l.ſi tibi decem.§.quędam.ff.de pact.Palat.Ruu.in repet.Rub.§.61.nume.24.de don.inter virum.& vxo.Balb.de præſcr.part.1.q.7. Fortu.in leg.legitima.ff.de pact.Riquer.in rubr.nu.118.ff.de ver.ob.I.Clar.in pract.§.vlt.q.80.verſ.vlti. Etſi alicubi Socratis authoritas apud platonem maximè refragetur.quin & nuſquam in conſcientiæ foro pœna debebitur, quamuis iure ipſo illam vel lex aliqua, vel canon indicat. commune dicunt latiſſimè Did.à Couar.in tract.de ſponſ.2.part.c.6.§.8.nu.10. I.Cla.in d.q.80.& d.ver.vlt. E.Suarez.

pœna,quæ iure ipſo imponitur, hæredes vexat. vt eſt Bart. doctrina communiter recepta in l.vna.n.6.C.ex delict.defun. vbi Ang.ac dec.in l.pupillum.§.in hæredes.n. 4. ff. de reg.iur. Hippol.in l.vna,nu.65.C.de rap.virgin. atque alij paſſim atteſtantur. E.Suarez.

pęna in actu legibus aduerſo appoſita,nullius momenti eſt, quamuis ea,quę actui præter legem geſto additur,ſummas vires habeat. commune ait iaſ.in leg.non dubium.nu.59.C. de legibus. idem.

pœna etſi tantum pecuniaria ponatur, ſi tamen fiſco applicetur,cauſa criminalis appellabitur.vt eſt accurtij ſententia in l.3.ver.centum aureorum.ff.de ſepulc.viol.quam frequenter placitum renuncio ex Alex.in l.à diuo Pio.§.ſententiam Romæ.ff.de re iud.iaſ.nu.12.Gom.n.18.in prin.inſtit.de act.Plat. in l.2.C.de iis,qui ex ratio lib.10.dec.lect.1.& lect.2.n.9.Rip. nu.95.poſt abbat.in rub.extra de iud.iaſ.ac Iaco.in rub.C. illo eod.ti.& I.Cla.cum aliis in pract.§.vl.ver.4.igitur fuit opinio. idem.

pœna conuentioni in quamcunque ſummam apponi poteſt, ſi expreſſim illius quantitas taxata ſubiũgatur.v.g.ſi quis ita ſtipuletur,promittis te mihi librum ſcripturum,& ni id feceris,ais te pœnæ nomine mille nummos daturum:& ſtipulatio, & adiecta ſtipulationi pœna, proculdubio valebunt. Atſi pœna per multiplicationis nomen promittatur, non poterit dupli excedere,ni, vt librum ſcripſeris, promittis duplum, triplum,ac deinceps.quemadmodum receptius ait Porc.in §.alteri,n.7.inſti. de inutil. ſtipulatio.quamuis mihi longè magis probetur.quod inibi cum Azone accurſius voluit,quamcunquæ pœnam ſtatui poſſe. pro qua etiam ſententia ſtant Græci. vt ex ſcholiaſte Hermenop. conſtat tit. περὶ σημασίας ὀνομάτων. §. μεταξὺ δὲ τῶ προστιμῶ καὶ τῆς ποινῆς.

Nec huiuſmodi pœna in vſurarum fraudem adiecta vnquã cenſebitur ſi illi applicetur,qui fęnerari non ſoleat, & aliis in conuentionibus,quàm in mutuo apponatur.commune affirmat latè Turz. opi.71.Illam tamen aliqua in quantitate nemo cautioni inſerere generaliter, ac regulariter tenetur , qui ad cautionem ſimpliciter obligatus eſt commune interpretũ enunciatum ponit idem Turz. opi. vlti. Quin & præterea tametſi pœna aliqua expreſſim paciſcatur neminem regulariter obſtringit, quem principalis conuentio non ligauerit.vt eſt inſignis gloſſę ſententia in l.3.verſ.Fauiana.ff.ſi quid in fraud. patro.quam receptam aio ex Soc.conſ.91.lib.3.iaſ.in l. 1. §. ſi vxori.nu.18.ff.de acq.poſſ.in §.fuerat.inſti.de actio.ex eodem iaſ.nu.3.dec.n.5.in l.principalibus ff.ſi cer.pet.eodem iaſo.n.36.dec.n.20.& aliis recentioribus in l. certi conditio. §. ſi nummos.ff.illo tit.Rip.qui trifariam excipit in l.ita ſtipulatus.n.36.cum ſeq ff.de verb.obl.Tiraq.de conſtit.3.par.limit. 7.nu.27.inſigni Pin l.2.par.1.c.2.nu.26.C.de reſcin.vend.Sed & denique quamuis pœna adiecta tum valeat, tum proculdubio incurſa ſit,eam tamen is non luet,qui damnum omne reſarciet,quod alter ob illius moram paſſus eſt. vt eſt notabilis gl.doctrina in l.vtique.ff.de recept.arbit.quam receptam eſſe teſtatur Alex.in l.ſi inſulam.n.9.ff.de ver.ob.quanquam contrarium verius receptius,atque vſu tritum mihi eſſe videatur. ſed hac de re alibi,vberius. idem.

pœna capitalis ducitur ac dicitur exilium perpetuum:vt frequenter placitum latè ponit Did.à Couar.in tract.de ſponſ.2. par.c.7.nu.16.& vide quæ hanc etiam in rem obſeruaui ſuperius verſ.capitalis. idem.

pœna ſi iure ſtatuta ac determinata non ſit illam iudex vſq; ad mortem pro ſui animi arbitratu proferre poteſt:commune inquiunt Marant.de iud.3.par.prin.nu.43. cum ſeq. poſt dec. cum Barb.in c.ex literis.nu.14.de conſti.Alc.conſ.372.in finem.Bolenc.in rep.l.capitalium.§.famoſos.n.29.ff.de pœnis. Viuius li.1.opi.179.Sed contrarium tamen verius,humanius ac magis receptum profectò eſt,quod frequenter placitum atteſtantur Matth.de affl.deciſ.276.nu.6.Gram.conſ.48.nu.2. Caſſan.in conſuet.Burgun.n.2. ſel. & qui eum refert Villa. in rep.l.72.c.9.nu.4.Carauita ſuper 41.rit.magnæ Curiæ.nu.15. in fi.& qui alios laudat,atque hanc opinio. longè præferendã ſuperiori veriſſimò cenſet I.Cla.in pract.§.vlti.q.83.verſ. ſed quæro. idem.

pœnam pecuniariam qui luere nequit, luet corpoream. vt frequens interpretum dogma pronunciant laudati ſuperius verſ.condemnatus. E.Suarez.

pœnam alius pro alio nuſquam dabit.communem regulam ponit & latè atque accuratè illam ex receptis ſententiis explicat I.Cla.in pract.§.vlt.q.86. idem.

pœnæ interdictionis aquæ & ignis, damnationis ad metallum, deportationis, ac relegationis iamdudum exoleuerunt, vt cum multis atteſtatur I.Clar.ex receptis interpretum placitis ſubiungens,quę in illarum locum ſucceſſerint,in prac.§.vlti.q.72.à verſ.non eſt. E.Suarez.

pœnæ variæ ſi ſigillatim ac ſeparatim variis delictis ſeſe cõfundentibus imponantur:vt arma de nocte portanti,in alium irruenti,atque alium percutienti:non omnes,ſed vna illarum duntaxat pendi debet. vt eſt accur. ſingularis doctrina in l. de crimine.C.de accuſ.quam frequenter placitam affirmant Hippol.in l.ſi in rixa.nu.15.ff.de ſicar.& in l.vna.nu.38.& nu. 54. C.de rap.virg.Iaffr.deciſ.95.Viuius lib.1.opi.281.I.Cla.in practi. §. vlt.q.84. vt autem is alius eſt caſus.Sed & cum diuerſæ pœnæ à diuerſis legibus vni alicui delicto indicuntur, ſi illius flagitij reus poſtulatus vnam aliquam, vel minimam illarum legum pœnam luerit,non amplius de eodem crimine arceſſi poterit, nec quatenus legum cęterarum ſupplicium excurrit,amplius puniri.vt commune inquiunt Sali.in l.ſepulchra.n.8.C.de ſepulc.violat.latè Ant.Gom.de delict. c.1.nu.39. Viuius lib. 1. opi. 279.ſi tamen pœnæ aliquot diuerſæ pendi omnes debebunt, ac ſimul omnes dari nequierint, eam illarum reus luet, quam iudicis arbitrium ſelegerit.commune ponit,& accuratè exponit I.Cla.d.§.vlt.q.99.ver.vlt.Quin & cùm pœnę alternatim imponuntur, & vel vtraque corporea eſt, vel ſanctionis verba ad iudicem referuntur,illarum optio ad ipſum iudicem ſpectabit.com.dicunt Io.de ana.in c.ſicut iudæis.n.17.de iude.abb.Pan.in c.à crapula.n.4.de vi.& honeſt.cler.& qui rectè id explicat I.Cla.d.§.vlt.q.85.ver.ſolet etiam. idem.

pœnæ aliquot ſi noua lege aliqua imponantur,non idcirco ſupplicium in eandem criminis ſpeciem lege veteri indictum abrogari cenſebitur.Sed enim tum legis nouę,tum veteris pęnæ infligentur.commune inquiunt abb.in c.de cauſis.nu. 14. de of.deleg.Ang.ac Sali.n.6.in l.qui ſepulchra.C.de ſepulchr. violat.Caccialup.in rep.l.omnes populi.n.9.ff.de iuſtit.& iur. Excipe niſi ſi nouę legis vel ſtatuti pœna legis antiquę,vel cõmunis iuris pœnæ par ſit.commune pronunciat Hip.in pract. § quæritur.n.5.Quamuis ſemper ac generaliter verius,æqui' ſit in d.l.veteri,aut communi iure, ſupplicia prorſus ſileſcere, vbi vel ſtatuto, vel lege aliqua noua pœnæ aliæ eidem crimini infliguntur. quod etiam commune affirmant Alciat.conſ. 453.n.5.Blanc.in pract.crim.n.71.& ſeq.Gram.conſ.35.n.56. Rol.conſ.35.nu.48.lib.2.Viuius lib.1.opi.277.ac latius I.Cla. in prac.§.vlt.q.85.verſ.debet etiam. idem.

pœnis corporeis nunquam locus eſt, vbi dolus non interuenit, quamuis maximè culpa lata arguatur. commune inquiunt Cagn.in l.contractus.n.10.ff.de reg.iu.Hipp.conſ.67. nu.40.& qui verius id proſequitur I.Clar.in pract. §.vlt.q.84. E.Suarez.

pœnas ſtatutarias exteri omnes luent,nulla habita differentia ſcierint,nec nè ſtatuta,ſi id criminis cuius nomine plectuntur, alias iure etiam communi prohibebatur. commune inquiunt Did.à Couar.in c.alma mater de ſenten.excommu.libro 6.Aegidius Boſſius in pract.tit. de pœnis.num.18.& qui alios laudat I.Clar.in pract.§.vlt.q.85. ver.ſecundus eſt caſus. E.Suarez.

pœnas legibus ſanctas, ex cauſa expreſſim appoſita, & immutare iudex poteſt,commune aiunt dec.in c.de cauſis.n.94. & ſeq

& ſeq.de of.deleg.Paul.Girland.de relax.carcer.rubr.1.q.6.n.1.& Tiraq.qui latiſſimè per limitationes atque ampliationes de materia diſſerit in tract de pæn.temper.quod idem prorſus erit in pænis ſtatuto aliquo indictis,vt frequenter placitum affirmant Aret.in c qualiter & quando.in 2.n.24.de accuſ.dec.vbi ſ.nu.19.Girland.d.q.6.nu.8.& ſeq.Did.à Coua.li.2.reſol.c.9.nu.8.Menchiaca controuer.illuſtr.c.14.nu.4.Viuius lib.j.opi.165.l.Cla.in pract §.vlt.q.85.verſ.vlterius quæro. Erunt aũt cauſæ ad id idoneæ vel delinquentis ętas,furor,ira,amor,ebrietas,ſuperioris mãdatum,metus,vis,aduerſarij prouocatio,iuſtus dolor,nobilitas,vel ſimilia, vt diligenter & copioſè tradit,cum receptis interpretum ſententiis,l.Clar.d.§.vl.q.60.per totam.ac Viuius d.opi.165. idem.

Pœnæ conuentionali promiſſæ patri vel arbitrio in foro pęnitentiali, non eſt locus, vnde non eſt iniungenda pænitenti per confeſſores,vt ſatisfaciat de pęna iuxta caſum notabilem in c.fraternitatis.10.q.2.ſecundum Goffredum,& Io.And.in c.dilecti filij.de arbitris,quod communiter teneri refert Ben.capr.reg.70.nu.3.

pœna conuentionalis appoſita contractibus,modò in fraudem vſurarum appoſita non ſit, poteſt etiam iuxta veriorem opinionem à clericis exigi, aliàs ſi in fraudem vſurarum appoſita nullo modo exigi poterit,prout voluit gl.in c.dilecti filij.de arbit.& imol.in c.ſuam.de pænis.& ita communiter teneri ibidem refert Bened.n.27. Si verò dubitetur an in fraudem vſurarum appoſita ſit, tunc ſi apponatur dationi quantitatis, videtur in fraudẽ appoſita,per ea quæ habent in l.iulianus.§.idem Papinianus. ff. de actio.empt. & l.cùm allegans.C.de vſuris.Sin opponatur dationi ſpeciei vel facti præſtationi,non præſumitur in fraudem appoſita,l.Lucius.ff.de act.emp.l.2.& ibidem doct.ff.de verbo.obl.& d.l.cùm allegas. & vtrobique doct.communiter tenent.Similiter canoniſt.in ca.dilecti filij.de arbitris.refert Bened.ibid.nu.29.quod poſterius tamen fallit,quando ob obligationem factam ad ſpeciem vel facti pręſtationem præceſſerit obligatio dandi pecuniam, quia tunc in dubio præſumitur facta in fraudem vſurarum, & id communiter teneri ibidem nu.31.refert,prout voluit Io.Andr.in addi.ad ſpeculatorem,in tit.de obligationibus,§.1.& Dyn. & Bar.in l.cùm ſeruus.§ de re condi.ff.de cond.& demonſt. idq; obtinere dicit non tantum in conſueto fænerari,ſed etiam iuxta veriorem & communiorem opinionem, in non conſueto,prout tenet imo.in d.c.dilecti filij.dicens hanc opinionem veriorem & in practica obſeruandam,ex quo communiter tenetur,per no.in c.j.& c.in innitaris,de conſti.Bened.d.reg.70.ibidem nu.34.

pænas ordinarias iudex ante ſententiam, ſi animaduertit iuſta de cauſa eaſdem moderari poſſe, poterit ex ſuo ſenſu & ſecundum ſuam conſcientiam temperare, com. dicit Bened.capr.reg.18.nu.25.vide ſ.in verbo iudex.

pænæ plures ſi reperiuntur impoſitæ diuerſis legibus tunc prouiſio legis nouæ, etiam municipalis non tollit in dubio prouiſionem legis antiquæ imponentis aliam pænam, prout communiter tenetur ſecundum not.in l.quoties.ff. de obl. & action.& in c.felicis.de pænis.lib.6.& ibidem Io.And.Bart. in l.1.ff.de vi bono.rap.& D.Nic.in c.illis autem.de of.deleg.refert Bened.capr.reg.68.nu.3.

pęnę plures pro eodem delicto regulariter imponi non poſſunt.l.ſenatus.ff.de accuſ.l.ad ſenatus.de iureiur.c.at ſi clerici.de iud.gl.in c.felicis.§.per hoc.de pænis.lib.6.& id communiter teneri,refert Bened.capr.reg.69.n.1.quod verum eſt, niſi ob enormitatem criminis vna pæna non ſufficiet, aut niſi noua conſtitutione pæna à priore diuerſa imponeretur, aut niſi vtraque ſit pecuniaria,aut ſi vna ad intereſſe priuatum,altera ad vindictam tenderet,&c.de qua re vide ibidem nu.ſeq.

pænę omnes impoſitę mulieri propter eius odium:quia nimis feſtinanter contrahit ſecundas nuptias,ſunt ſublatæ de iure canonico, per dictum apoſtoli, mulier mortuo viro nubat in domino.inn.Henrich Boich.Pan.& alij in c.fi.ext.de ſecun.nup.Bar.in l.liberorum.n.2.ff.de iis,qui not.infa.Pau.de caſtr.in conſ.366.n.1.in 1.par.conſ.ſecundum nouiſſimam impreſſionem.& Phil.dec.in rub.C.de ſec.nup.n.8.Propterea mulieres tranſeuntes ad ſecundum matrimonium j.annum luctus, ſolùm ſuſtinent pænas introductas in fauorem liberorum primi matrimonij.doct.in d.c.fi.pulchrè.Bal.in conſ.161.nu.2.in j.vol.conſ.Io.de Ana.in conſ.102.verſ.non obſtat.& Aym.Crauet.in conſ.36.in 1.part.conſ. Et hanc communem doct.ſententiam eſſe ſcribunt Phil.dec. in conſ.87.num.3.& Rol.à Valle, in conſilio 95.numero 14.in primo Tomo conſilio.Kirchouius.

pæna ob alienationem in forenſem non procedit, vbi alienatio eſt facta ſub conditione. Si princeps conſenſerit, vt eſt com.opi.de qua plotus inter conſ.cri.conſ.108.n.42.in j.Tomo. Bonacoſſ.

pæna quæ venit applicanda parti,remitti non poteſt per reſcriptum.vt eſt com.opi.Ruin.conſ.153.nu.1.in 5.vol.Fallit, vt ibi per eum. idem.

pænæ delictorum regulariter non tranſeunt ad hæredes. Niſi lis fuerit conteſtata cum defuncto.Limita in pæna imponenda ab homine,ſecus.vbi pæna pro delicto apponeretur ipſo iure per legem.Secundò limita procedere in pęnis,pro quibus competit actio, Secus ſi competit exceptio, vt eſt communis opinio.de qua Soc.in l.ſi quis iniquum.§.quòd autem.ff.quòd quiſque iur. idem.

pænam ſtatuti ex cauſa poſſunt minuere magiſtratus maiores,vt eſt com.opi.de qua dec.in c.de cauſis.n.19.de of.deleg.vbi magis com. dicit. Et etiam delegati, cum deſtinctione, de qua per abb.in c.de cauſis de of.& po.iud.deleg. vbi etiam ponit quòd pæna tunc dicitur expreſſa,quando de ea cauetur in l.ſtatuto,canone conſuetudine,&c. idem.

pæna capitis eſt multiplex, & poteſt verificari in pæna deportationis, vel ſimili, vt eſt communis opinio de qua Alex.in conſ.115.n.7.in 3.vol.vbi infert.ad ſtatutum dicens,quòd quicquid tale fecerit,puniatur pæna capitis,quòd non intelligitur de morte quòd dicit notandum.quia vbi accurrunt pericula perſonarum,ibi luunt pecuniariæ, & tunc melius ſatisfacit conſultor,quàm ſecus,vt dicit Pau.de Caſt.in conſ.450.in fi. in 2. volu. Et ſtante ſtatuto ciuitatis, quòd qui facit tale quid,ſoluat mille libras vel luat in capite,ſtatutum videtur capitale.l.1.§.item ſi ita.ff.de pæna.legata.Io.Fab. inſtitu. de publicis iudiciis.§.publicorum.nu.2 in fi.Soarez.verſ. pæna nu.141.An autem appellatione pænæ capitalis neceſſariò veniat pæna mortis?Reſp.quòd non,vt eſt comm.opi.Graſſus communium opi.lib.2.c.7.q.2. idem.

pæna vbi eſt imponenda iudicis arbitrio, non debet imponi pæna ordinaria ſed mitior.tamen magis communis eſt ſententia,quòd attendi debeat.An qualitas delicti & circumſtantiarum ſit talis, quòd de iure,vel conſuetudine ſit pæna mortis imponenda,& tunc imponi poſſit,alias non.Ita dicit Alex.conſ.121.nu.7.in vlt. vol.vide omnino Soc.Sen.in c.licet,de pænis. Et quilibet iudex, qui poteſt de cauſa cognoſcere, poteſt ex cauſa pænam alterare, & commutare, vt eſt com. opi.de qua ibi per Soci.nu.21.vide omnino dec.in conſ.100.nu.10.in 1.vol.Et Menochium de arbit.iudi.Et vbi crimen membri abſciſionem requirit vna ſola manus debet amputari per Bar.& gl.in auth.vt differen.iudi.§.quia verò,n.1.Et no.quòd vicarius poteſtatis non poteſt abſcindere membrum,vel pænam mortis inferre,vt dicit Alb.in l.aliquando.ff.de offi. proconſul.& lega. idem.

pæna omnis,etiam à iure determinata, eſt arbitraria iudici. Adeò ꝙ poteſt eam ex cauſa diminuere,vel augere. Maranta in ſpeculo in 4.par.in 1.iudiciorum & diſt.n.55. vbi dicit. Ita hodie ſeruari. Vide tu tamen Suza.inter conſ.cri.conſ.j.Tom.1.per totum.in his autem arbitrandis iudex debet habere puram,ſinceram & rectam conſcientiam,ita,vt non declinet ad dexteram,vel ſiniſtram,ex affectione abſoluendo,vbi non eſt abſoluendus,& ex odio nolit abſoluere abſoluendũ,iudicando iniuriam grauem,vbi eſſet leuis Soc.ſen.in c.officij,nu.69.de ſent.exc.Alba in conſ.95.nu.2.& conſ.69.nu.5.& per Menochium in ſuo de arbitrio iudicis. idem.

pæna auth. de inceſtis nup. vt dos & bona publicentur, vt confiſcentur vbi inceſtæ nuptiæ contrahuntur,locum habet, etiam ſi nuptiæ eſſent inceſtæ de iure canonico, & non de iure ciuili,vt eſt com.opi.de qua Plotus inter conſilia cri. conſ.132.nu.17. idem.

pæna conuentionalis tollit eam, quam lex ponit D. Octauia.Vulpellus de pace q.52.num.3. communem probans. Et pæna conuentionalis etiam debetur de æquitate canonica. Riminaldus nouiſſimus in conſilio 69.numero 23. & dixi in meo tractatu de æquitate canonica. Et pæna conuentionalis non applicatur fiſco,niſi expreſsè ſit dictum,ſed parti.Bal.in l.ſi quis maior.in 7.not.C.de tranſact.iaſo.in l. ſi quis id quòd.ff.de iuriſdict.omnium iudi.deciſione Senen.poſt conſilio crimi.nume. 6. in 2. vide omnino Riminal. conſilio 22. Corne.conſilio 167.in 3.iaſo.in conſilio 49.in 3.volum.marſil.ſing.503.Moro.de fide treuga & pace.quæſt.125.& ſeq. Et ſi promiſiſti me non offendere ſub certa pæna pecuniaria ſi me offendis,incidis in illam,& etiam in pænas legales & ſtatutarias, vt per caſtr.in l.Non impoſſibile.n.6.ff.de pac.Fallit,vt ibi per eum. Et no.ꝙ pæna pluries committitur,quando eſt clauſula appoſita,ꝙ toties committatur quoties contra factum fuerit.

Idem



Idem quando appoſita eſſet clauſula. Rato manente pacto. Pariſ.conſ.165.n.6.in 4.vol.vide Corne.in pluribus conſiliis ad quæ te dirigit reperto.in verbo pœna conuentionalis. Et debet probare petens pœnam conuentionalem, ꝙ expleuit ex parte ſua.Alias ſuccumbit.Alex.in conſ.133.in vlt. vol. Et debet fieri monitio,ſiue interpellatio.dec.conſ.2.nu.3.Quænam autem ſit pæna legalis,& quæ conuentionalis?inter tantos,ponit.caſt.in l.cum ſtipulatus.nu.5.ff.de verb.obl. idem.

pæna debet minorari propter delictum antiquum,puta decem an.vt eſt com.opi.Clar.q.60.verſ.præterea plura de pœnis.Diaz.in ver.pæna. idem.

pæna minoratur,ſi rixantes ſunt conſanguinei,& delictum ſit leue, ſecus ſi atrox, quia grauius puniuntur quàm cæteri. Cla.q.60.ver.ſed pone.Furta autem domeſtica mitius puniũtur.Cla.in §.furtum.vide tamen marſ.ſing.524.Et quando iudex poſſit, vel non poſſit minuere pænam. vide fuſiſſimè per Bened. de Vado foro Sempro.in reperto.Felino in ver.iudex.an poſſit immutare pænam.fol.68.col.1. idem.

pænæ autem aut ſunt capitales,aut non capitales.Pœna capitalis propriè & ſtrictè loquendo accipitur pro pæna ſanguinis,vt eſt com.opi.Cla.q.67.in pr.Sed exilium eſt etiam pæna capitalis,vt euitetur ergo ambiguitas,in ſententia condemnatoria mortis,debent addi illa verba.Ita ꝙ moriatur.&c.& anima ab eius corpore ſeparetur.&c. Et cuius ſit pænæ electio iudicis,vel rei ponit dec.in c.inter cæteras,de reſcr.Soarez.verſ.pæna.nu.141.Graſſus communi.opi.lib.2.c.7.q.2. Bonacoſſ.

pænæ legales fiſco applicantur communiter,vt habetur in l.agraria,de termino amoto.Corne.conſil.322.litera M. in 4.vol.Fallit in pænis conuentionalibus,quæ contrahentibus debent applicari,vt ibi per Cor.Et pænæ conuentionales etiam de iure canonico exigi poſſunt vltra quam interſit, & ſic ſimpliciter,prout eſt com.opi.de qua Cor.conſ.28.litera R. in 2.vol.Et quando approbatur laudum, ſeu conuentio principalis pæna tunc peti non poteſt.idem Cor.ibi.litera C. Et ſocius non ſeruans conuenta in ſocietate, tenetur ad pænas legales & conuentionales.Cor.conſ.266.litera G.in 3.volu. Et pæna conuentionalis,ſi in aliquo intereſt tantundem, & non vltra peti poteſt ex pacto pænali,vt per Cor.conſil. 188.litera F. Et per totum.vol.j.vide omnino Ant.Gabr.in ſuo communium concl.lib.7.concl.34.per totum & 17.& pæna conuentionalis ad hoc, vt peti & exigi poſſit per vnum ex contrahentibus aduerſus alium,qui contrauenit,quę requirantur.Cor.in conſil.344.in 1.vol.per totum.Et not.quod pæna in prætoriis & iudicialibus ſtipulationibus eſt loco intereſſe,& non exigitur ceſſante intereſſe,vt eſt com.opi.D.Hier.Gabriell.conſ. 811.nu.7. Bonacoſſ.

pæna,quæ ipſo iure imponitur,vexat hæredes, vt eſt com.opi.Soarez.ver.pæna.nu.129. Bonacoſſ.

pæna ſtatutaria tollit pænam legis,vt eſt com.opi. Graſſus communium opi.lib.2.c.6.q.5.marſ.in pract.crim.in §.quæritur nu.6.vbi infinitos adducit.Fran.Mar.deciſ.Delphina.909.& 910.Et ibi an pæna legis vel ſtatuti poſſit augeri,vel minui. Capic.deciſ.Neapol.136.n.5.Et quòd pæna ſtatuti tollat pœnam iuris communis.Moronus de fide,treuga & pace q.123.nu.8.& ſeq.Limita,vt ibi per eum. idem.

pœna adiecta certæ quantitati,dicitur appoſita in fraudem vſurarum,vt eſt com.opi.de qua d.Ant.de Leutis noſter olim Ferrarienſis inter conſ.cri.conſ.17.nu.2.tom.2. quod intelligit ibi.n.19.de fraudere ipſa,& non ex propoſito.vbi etiam dicit.nu.46.ꝙ ſi inſtrumento ſit clauſula.ꝙ toties quoties conqueſtum fuerit,debeatur ipſa pæna,poterit in puncto iuris pęna duplicata peti ratione vtriuſque termini.vide Soc.ſen.in c.conſtitutus.de pœnis.nu.52. idem.

pœnæ in foro conſcientiæ exigi poſſunt,vt eſt comm.opi.Ant.Gabriell.in ſuo communium concl.lib.7.concl.34..Amplia & limita,vt ibi per eum.& no. ꝙ quando pœna imponitur à lege,ſi aliquid factum non fuerit,pœna nunquam committitur,niſi monitio præcedat, idem in contractu, & pœna conuentionali interpellatio requiritur.dec.conſ.2.nu.3. in 1.vol.vbi de interpellatione plura. Bonacoſſ.

pœna non declarata contra auctorem, non poteſt contra eius hæredes declarari, vt eſt communis opin. Anton.Gabri.in ſuo communium concl.lib.7.concl. 35. Amplia & limita, vt ibi per eum. Bonacoſſ.

pœna generalis non habet locum, quando ſpecialis eſt inducta,vt eſt communis opi.Blanc.in pract.cri.fol. 72.nu. 56. idem.

pœna capitalis ſine dolo non incurritur,nec ſufficit lata culpa,vt eſt communis opinio.de qua D.Hier.Gabriell.in conſi.172.n.11.Soarez ver.pœnis.n.155.Burſat.conſ.94.n.8.idem.

Pœna impoſita in 1.parte conſtitutionis ſenſetur appoſita, & repetita in 2.part.quãdo additio ſit conſtitutioni per viam participationis,vt eſt com.opi.de qua Bellenci.in trac.de charita.ſubſi.q.44.vbi ita declarat d.communem opi. idem.

pœnæ appoſitio in matrimonio à conſanguineis vel amicis non valet,ſecus ſi ab extraneis.Pan.in c.Gemma.n.9.de ſponſa.com.dicit. Bonacoſſ.

pœna quę debetur ratione commiſſi delicti pertinet ad primum iudicem,non ad ſecundum,Boer.deciſ.5.nu.2.communem dicit. Bonacoſſ.

pœna appoſita ex diſpoſitione hominis,non acquiritur illi cuius contemplatione poſita eſt,ſed venientibus ab inteſtato. Io.Nico.in l.generaliter.C.de ſecun.nup.nu.48.communem dicit. idem.

pœna vi nubentis,& mulierem & maritum comprehendit. dec.conſ.230.& conſ. 87.Durans de arte teſtan.tit. 6. cautela 18.com.dicit. idem.

pœna nunquàm intelligitur impoſita ipſo iure, niſi lex ita exprimat,vt eſt com.opi.de qua d.Hier.Gabriel.in conſ.196.nu.1.& ſeq. idem.

pœna non eſt imponenda, vbi à iure non imponitur,vt eſt comm.opi.Soares verſ.pœna.nu.126.nec eſt conſenſu delinquentis impoſita ſenſetur,vt eſt com.opi.ibi.n.127.nec quis in foro conſcientiæ ad pœnam impoſitam à lege canone. tenetur vſquam,vt eſt com.opi.ibi nu.128. idem.

pœna quæ ipſo iure imponitur,afficit hæredes, vt eſt com.opi.Soarez.verſ.pœna.nu.129. idem.

pœna quę applicatur fiſco,facit cauſam eſſe criminalem,vt eſt com.opi.Soarez.verbo pœna,nu.132. idem.

pœna capitalis dicitur exilium perpetuum,vt eſt com.opi.Soarez verſ.pœna.nu.141. idem.

pœna à iure non determinata,vſque ad mortem iudex imponere poteſt ex arbitrio, vt eſt com.opi.Soarez verſ.pœna.nu. 142. Sed contraria opinio eſt magis communis, & magis æqua.ibi.nu.143. idem.

pœnam pecuniariam ſoluere non volens, luat in corpore, vt eſt com.opi.Soarez in ver.pœnam nu.143.& ver.condemnatus. Bonacoſſ.

pœnam non probabit aliquis pro aliquo nuſquàm, vt eſt com.opi.Soarez verſ.pœnam.nu.145. idem.

pœna legalis,& æquæ interdictionis,denuntiationiſque in matellum,ſeu deportationis,ac relegationis eſt ſublata, vt eſt communis opinio Soarez verſicul. pœnæ. num. 146.& ſeq. Bonacoſſ.

pœnæ quæ ex variis delictis infliguntur.confunduntur, & vna eorum imponitur,vt eſt communis opi.Soarez verſ.pœnæ.nu. 148.& ſi variis legibus pro vno delicto legens pœnas imponunt,vna electa,cæteræ ommittuntur,vt eſt communis opi.ibi.n.149.ſed ſi plures pænæ concurrunt pro delicto,quę ſimul dari nequeunt,vnam iudex eliget,vt eſt communis opinio.ibi.nu.150.idem ſi pænæ alternatiuè imponuntur,& vtraque ſit corporea,vel ad iudicem verba referuntur,electio erit iudicis,non rei,vt eſt com.opi.ibi.nu.151.& pro eodem delicto plures pænæ imponi non poſſunt regulariter. vt eſt com.opi.Capr.regu.69.nu.1. fallit,vt ibi.& quilibet iudex,qui poteſt cauſa cognoſcere, poteſt ex cauſa pænam alterare, vt eſt communis opinio de qua Soc.ſen.in c. licet.de pænis.nu. 21. Bonacoſſ.

pœna legis nouæ veterum non tollit,vt eſt com. opi. Soarez verſ.pæna nu.152.niſi ſint pares,vt eſt com.opi.ibi.n.153. Sed ſi ſtatuto ſit impoſita pæna, ceſſat iuris com.opi.& ſupplicium,com.eſt opi.ibi.n.154.vide Soc.ſenior.in c.vt fama.nu.99.de ſent.excom. Bonacoſſ.

pænas ſtatutarias exteri omnes luent,nulla habita differentia, ſcierint nec ne ſtatuta, ſi pænas illas ius commune etiam imponit prohibens,vt eſt communis opinio Soarez.verſ.pænas. Bonacoſſ.

pænas ex cauſa iudex minuere poteſt,& mutare,vt eſt communis opinio Soarez.verſ.pænas.nu.157.ſiue ex legibus,ſiue ex ſtatutis.cauſa autem erit iuſta, Aetas,furor,ira,amor.Ebrietas,ſuperioris mandatum, metus,vis, aduerſarij prouocatio, iuſtus dolor,nobilitas,& ſi qua ſimilia,vt ſunt communes opiniones ibi nu.159. idem.

pænam à non ſeruante petere poteſt, qui obſeruat, vt eſt com.opi.de qua Soci.ſenior in c.conſtitutus.nu. 12. de pænis. Bonacoſſ.

pæna ratione partis non ſolutæ,etiam de iure canonico,vt eſt com.opi.Soc.ſen.in c.tuam.nu. 10.de pænis. Bonacoſſ.

pænam ex cauſa,poterit temperare iudex ante ſententiam, ſi ſibi viderit,vt eſt com.opi.Capra reg. 18.n.25. idem.

Pæna

pæna ipſo iure inflicta non incurritur niſi declaratoria præcedente, ex communi. Burſ.conſ. 14.nu. 18. & conſ.77.nu.22. & conſ.43.nu.22. idem.

pæna ordinaria ceſſat, vbi quis ex ſola propria confeſſione, & qualificata punitur, vt eſt com.opi. Burſa.conſ.77.nu. 16.& nu.25. idem.

pæna & crimen extinguuntur mortuo delinquente ante ſententiam, vbi non eſt ipſo iure impoſita, vt eſt com.opi.conſil.77.nu.20.per Burſ. idem.

pæna pecuniaria, quando lis eſt conteſt. vel delinquens fatetur in iudicio delictum, tranſit ad hæredes mortuo ipſo delinquente ante ſententiam, vt eſt com.opi.Burſa.conſ.77.numero 21. idem.

pæna capitalis famoſi libelli porrigitur ad edentes, ſcribentes & retinentes illos, vt eſt communis opi. Burſ.conſ.94.numero 8. idem.

pæna ſtatuti, licet pecuniaria, tollit pęnam iuris communis, licet corporalem, vt eſt magis communis opi.Burſa.conſ. 194.nu.4. idem.

pæna pari puniuntur mandans & mandatarius, cum ſtatutum in rem loquitur, & eſt ſecutus effectus, vt eſt commun. opi.Burſ.conſ.20.nu.1. idem.

pæna capitalis infligitur pro famoſo libello, vt eſt com. opi.Burſ.conſ.20.nu.55. idem.

pæna relapſorum, vel hæreticorum eſt ignis. & confiſcatio bonorum, vt eſt communis opinio.Burſat.conſil.7.num. 40. idem.

pęna nunquam incurritur, niſi declarante eo, ad cuius fauorem eſt inducta, vt eſt com.opi.Burſ.conſ.12.nu.48. idem.

pęna vbi applicatur parti cauſa eſt ciuilis, vbi verò fiſco eſt criminalis, vt eſt communis opinio.Burſ.conſ.53.nu.28.Chircouius in ſuo communium opinio.centuria j.coclusione 58. idem.

pęnam ſtatuti ex cauſa poſſunt minuere Magiſtratus & iudices, vt eſt dictum: ex communi opinione. Adde, ꝙ adeo eſt vera hęc com.opi. vt non obſtante iuramento, ꝙ ab initio officij ſumunt magiſtratus, poſſunt illam ſtatuti pænam ex cauſa permutare, augere, vel minuere. fuſius proſequit. Paul.Grillan.in trac.de relaxatione carceratorum.§.6.n.7.tom.15.cauſas autem iuſtas, propter quas iudex poteſt pęnas alterare, cōmutare, augere & diminuere, poſui ſ.& ponit etiam Soc.Sen. in c.licet à n.22.vſque ad fi.& Tiraq.in tract. de pænis. Fallit, vbi ſtatutum imponeret pęnam ipſo iure, vel ipſo facto, quia tali caſu iudex non habet poteſtatem per viam alienationis, aggrauationis, & commutationis.Soc.Sen.in c.1.n.5.de ſent. excom. Et quando pęna imponitur à lege, vel ſtatuto alternatiuè, electio eſt iudicis, niſi verba ſtatuti. vel legis dirigerētur ad reum, abb.in c.crapula.nu.4.de vi.& honeſt.cleric.com.dicit. vide plura per Bened. de Vado foro Sempro.in Reperto. Felino.in ver.electio, in pęnis alternatiuè à lege impoſitis. An detur reo, vel iudici. Et fel.in c.inter cęteras.n.5.& ſeq. de reſcrip. Et pęna ſtatutaria determinata relinquitur arbitrio iudicis, vt poſſit eam augere & minuere, ex iuſta cauſa, ſed cognita cauſa. vt dicit Bald.in l.quid ergo.§.pęna grauior. ff. de pænis. Et not. ꝙ pęna in prętoriis ſtipulationibus, & iudicialibus eſt loco intereſſe, & non exigitur ceſſante intereſſe, vt eſt commu.opi.D.Hier.Gabriell.conſ.181.nu.8. Bonacoſſ.

## P OE N A.

*Summaria.*

Iudicem in pęnis arbitrariis poſſe imponere pęnam mortis naturalis.q.1.

Appellatione pęnę capitis non ſemper, neque neceſſariò venire pęnam mortis: capitis enim pęnam eſſe triplicem, vndè in dubio de pęna mitiori intelligendum.q.2.

Clauſula conſueta apponi in ſententiis capitalibus vltimi ſupplicij, quòd moriatur, & anima à corpore ſeparetur, ead.q. ad fin.

Fragilitatem ętatis non excuſare minorem in pęnalibus quò minus poſſit pro debito incarcerari.q.3.

Furorem ſuperuenientem poſt delictum commiſſum, differre executionem & proceſſum in pęnalibus.q.4.

pęnam ſtatutariam tollere pęnam iuris communis, eamque attendendam in delictis.q.5.

### QVAESTIO I.

Quęro, an iudex in pęnis arbitrariis poſſit arbitrium ſuum ad mortem incluſiuè extendere? Reſp. varię ſunt in hoc dubio doct.opi.Card.in c.de cauſis.de of.deleg.tenet ꝙ iudex in arbitrariis non poſſit imponere pęnam mortis naturalis. Eandem opi.tenet Lud.Ro.in rub.de arbi. Alex. in conſ.7.vol.1. Contrariam tamen opi.tenet Bal.in c.1.§.iniuria. de pace iur. fir.l.1.in fi.C.de his qui latro.hanc opi.tenet quoq; Bart.l.fi.in fi.ff.vbi pup.abb. c.ex literis.de conſtit.feli.c.cum te de re iud. ibi abb.quoq; fel.c.inquiſitionis in fi.prin.de accuſ.Maran.diſpu.3.Vbi pro vtraq; parte arguit, & tandem hanc dicit eſſe magis communem, eandem dicit eſſe magis communem in trac. de ord.iud.par.4.diſt.1.n.43.Dicit tamen ibi Maran.hanc cōmunem opi.intelligendam, vt procedat, quando iudici datur arbitrium in pęnis à iure expreſſis, vt in actione iniuriarum, in qua eſt ſtatuta pęna corporalis & pecuniaria ad arbitrium iudicis. Alias iudex non poteſt imponere pęnam mortis, vbi crimen non eſt capit.

### QVAESTIO II.

Quęro, An appellatione pęnę capitis veniat neceſſariò pęna mortis? Reſp. videtur prima facie dicendū, ꝙ ſic, & pro hac opinione eſt tex.in l.relegati.cū gl.ff.de pæn.l.lege iulia.§.fi.ff. ad l.iul.repetund. Pro contraria opinione, ꝙ appellatione pęnę capitis non veniat pęna mortis, eſt gl.in l.1.C.ne manci.& tenet idem gl.in l.ne frumentū.C.quæ res ven. nō poſſ.& hāc opi.tenet ibi Bal.& Sali. Pęna.n.capitis triplex eſt: vna per quā imponitur pæna mortis: alia per quā perditur libertas: alia eſt pęna exilij. Vnde in dubio de mitiori pęna intelligi debet. Hāc opi.tenet I.And.c.4.ad fi.de iu.iur. imol.in l.2. ff.de publ.iud. Eandem opi.tenet Ang.de Are.in trac.male.verb.& ibi caput à ſpatulis.in verb. ꝙ ſi ſtatutū.fel.in c.ex literis.de conſt.Alex. in conſ.339.inci.in cauſa inquiſitionis.& in conſ.121.inci.viſo proceſſu.volu.7.Hanc opi.tenet etiam Sal.in l.2.C.de falſ. mone.Raph.fulg.in l.pręſenti.de his, qui ad eccl.confu.vbi refert Oldr. dicere ꝙ cōmuniter aſſeſſores propterea in ſententiis capitalibus vltimi ſupplicij ſolent apponere illa verba, ꝙ moriat. & aīa à corpore ſeparet. Hāc opi.dicit veriorē, æquiorē & magis cōem Hip.in prac.ſua cri.§.oportunè.n.40.circ.fi.

### QVAESTIO III.

Quæro, An fragilitas ætatis excuſet minorem in pœnalib. vt non poſſit ꝓ debito incarcerari? Reſp.Bal.in l.1.n.24 C.qui bo.ced.poſ.tenet, ꝙ ſic, quem ſequitur Iac.l.nec impub.n.3.ff. de in ius voc. Eandem opi.tenet Chaſſa.in cōſue. Burg.tit.des rentes.Rub.5.§.2.n.14.fol.206. Aug.l.nemo carcerem. C.de exact.trib.Ro.conſ.120.n.4. Contrariā opi.tenet Bar.in l.ſi filiof.la 2.ff.ſol.ma.DD.in l.filius. ff.de proc.Bal.poſt Cy.l.alio. C. ꝙ cū eo.licet cōtrarium videatur velle gl. in l.3.§. ſed vtrū. ff.de minor.quam cōiter reprobari dicit Bar.in trac.de carcerib.n.6.Hanc.opi.tenet quoq; Hip. in prac.ſua cri.§.attingam. n.69.& eam dicit eſſe communem I.Bapt.Caccial.in tract.de debitor.ſuſp.q.5.n. 8. vbi dicit ſupradictam gl.in §.ſed vtrum, ſaluari, quando minor eſt filiusfamiliàs, quem ſequitur Pariſ. in conſil.94.nu.41.vol.1.

### QVAESTIO IIII.

Quęro, An furor excuſet in pœnalibus qui ſuperuenit poſt delictum cōmiſſum? Reſp.Bal.in l.furioſum.C.qui teſt.facere poſſ.tenet, ꝙ ſi aliquis cōmiſit delictum, propter quod ſuſpendi vel decapitari deberet, & poſtea efficiatur furioſus, nō poſſit puniri in perſona, ſed benè in bonis. non.n. debet dari afflicto aflictio. & furioſus pro mortuo habetur, qui corporaliter puniri non poteſt. Eandem opi.tenet ipſe Bal.in l.j.C.de confeſ.in c.j.ibi Alua.an ille qui interfec.fratrem domini ſui.in vſib.feu.imo.in l.ex pact.n.22.ff.de vul.& pu.& c.Rayn.n.143. de teſta. Hanc opi.tenet quoq; Alex.d.l.furioſ.iaſ.n.7.& nu.8. com.d.& idem iaſ.in l.ex facto.n.30.ibi Rip.n.73.Gul.Bened. c.Rayn.verb.ſi abſq; liberis.in tract.de exemplari ſubſt.nu.23. dec.& cagn.n.1.l.in negotiis.ff.de reg.iur. Hanc dicit eſſe communem Hip.l.1.n.58.ff.ad l.Cor.de Sicc. Eandem firmat communiter teneri iaſ.l.ſi ſeruum.n.7.ff.ſi ex noxal.cau.agatur.licet ipſe teneat ibi contrarium.& hanc opi.tenet Bauer.in §.itē furioſi.n.13.& 14.inſt.qui teſt.fac.poſ.& ſequitur Ang.in tracta.malef.verbo, ſcienter & doloſè.n.7.& ab hac opi.Baldi in iudicando & conſulendo recedendum non eſt, quia in pænis & delictis ſemper debemus ſequi mitiorem partem.

Licet contrarium teneat Lud.Ro.d.l.furioſum, per l.j.ff.de pænis.& in l.pen.ff. ſi ex noxali cau.quem ſequitur Barb. c.in literis.de reſcript.per doctrinam Bar.& doct.in d.l.1.vbi concludunt, in delictis publicis, in quibus à iure pœna determinata eſt, attendi tempus commiſſi delicti, ſed his motiuis reſpondent doc. ꝙ nō ſit de mente Baldi, ꝙ mutetur pæna, ſed quod impediatur proceſſus & executio propter furorem, & fictam abſentiam vel mortem. Sed magis mihi videtur ſtringere pro hac opinione tex.d.l.diuus.in verſ. neque morbo eius danda eſt venia.& ver.etiam ſupplicio afficiendus.ff.de of.præſid.ab opinione Baldi tamen non eſt recedendum.

### QVAESTIO V.

Quæro, Quæ pæna in delictis attendi debeat: An legalis, vel ſtatu



vel ſtatutaria, & an ſtatutaria tollat pænam iuris communis? Reſp. ꝙ pęna ſtatutaria tollat pænam iuris communis, eaq; attendi debeat, & hæc eſt magis communis, vt firmat Hip.in practi.crim.§.quæritur.nu.6. infinitis ad hoc relatis doct.opinionibus. Eandem dicit communem Alb.trac.ſtat.1.part.q.8.vbi expreſsè hoc tenet Iac.de Bel.in diſp.poſita ſuper l.1.C.de requi.reis.licet voluerit contrarium Bar.l.1.ff. vi bo. rap. Michael Graſſus.

Pœna omnis hodie iudici eſt arbitraria, etiam quòd ſit à iure determinata: adeò quòd poteſt eam ex cauſa minuere, vel augere, tex.& gl.in l.hodie ff.de pœnis not.Rob. de ord. iud. c.4.nu.65.& ſeq.Alex.conſ.111.nu.3.lib.1.Apoſtil.ad text.in l.1.verſ.idcirco cauſa cognita.ff.de effrac.Aret.conſ.58. col. 5. Quod procedit, etiam ſi iudex iurauit ſeruare ſtatuta, teſte Rom.conſ.429.& ideo vbi habet arbitrium in mitiorem pænam inclinare debet, ſecundum Bal.in auth.ſed nouo iure.numero 18.C.de ſer.fug.vbi Cępol.nu.50.& quid an pæna commiſſa arbitrio iudicis: & ſic arbitraria extendi debeat ad mortem? dic, quòd non, niſi ex circunſtantiis, neque excedere pænam ſolitam, iuxta veriorem ſententiam per Alex. conſil. 13. nu.15.lib.7. cum non poſſint iudices imponere extranea genera pænarum de quibus nulla lex meminit, teſte iaſon.in l.ſi quis mihi bona.§.ſeruus.ff.de acq.hær.qui iudex quòd de minori arbitrari debeat: ſcribit Alex.conſ.5.nu.9.lib.1.Rob.diſput.3.& fac.not.per iaſ.in l.cunctos populos 2.lect.nu. 70.C. de ſum.trinit.quas concl.Declara, vt per matheſ.ſing.48.ſing. 101.Bar.in l.fi.ff.de rer.di.fel.in c. ex literis de conſtit. Neuiz. conſ.75.nu.7.doc.in §.in ſumma.inſt.de iniur.Boſſ. tit. de pænis, quibus adde, quòd nunquam in arbitrariis iudex poteſt imponere pænam ſimilem pęne ordinariæ in ſimili delicto, iuxta glo.vbi abb.in c.inquiſitionis col.fi.in prin.verſ.alioquin de accuſ.Rob.de ord.iud.c.4. poſt nu.60.ex quo quærunt aliqui, quid ſi ſtatutum diſponat, quòd pro inſultu ſine ſanguine puniatur quis pœna 10. Cum ſanguine, maiori pæna arbitrio iudicis, cum cicatrice maxima pæna? & dic, quòd maior & maxima pæna non poteſt eſſe niſi pecuniaria, ſecundum iaſo.in l.ſtipulationum quædam.nu.3.ff.de verb.obli.vbi latius declarat, quid in publicis delictis in quibus pæna eſt certa, & determinata à iure? & dic, quòd attenditur tempus commiſſi delicti, non obſtantè mutatione ſtatus perſonæ, teſte iaſ. in l. ſi ſeruum, nu.6.ff.ſi ex nox.cauſ.ag.vbi infert ad eum qui exiſtens ſanæ mentis commiſit homicidium: & poſtea effectus eſt furioſus, dicit iaſo.quòd poterit puniri de homicidio, per text.in l.diuus. ff. de offi.præſid.diſtingue tamen, vt latius per eum d.l.ſi ſeruum, vbi quòd ſi in furore commiſit non eſt puniendus, ſecus cum eſſet ſanæ mentis, ſaltem ex interuallo, de quo vide quæ idem ſcribit in d.l.nu.8. dum quærit, quid quo ad Deum, ſi quis commiſerit peccatum mortale: dum eſſet ſanæ mentis, deinde efficiatur furioſus, & moriatur in furore: quòd furor ſuperueniens non liberat à pæna, quas concl.Declara, vt latius per eum, cuius contrarium quo ad furioſum tenet Suarez.comm.opi. lib.verſ. furor. vbi quòd furor poſtea ſuperueniens: pænam corporis delicto antea perpetrato infligendam extinguit, teſte iaſ.in l.furioſum.C. qui teſt. fac. poſſ. Clar.in pract.§.vlti.q.60.verſ.item quæro.vbi dicunt communem, quam declara, vt per viui. inter commun.opinio.libr.6. ver.furioſus, vbi ponit amplia.& limit. Quid de ſtatuto, quòd pæne duplicentur pro delicto commiſſo de nocte? & dic, vt per iaſ.in l.planè.§.ſi eadem.nu.12.ff.de leg.1.Alex.ad Bar. in l.ſanctio legum.num.5.& 6. ff. de pænis, quod quidem ſtatutum de pænis duplicandis non habet locum in bonis exiſteñ in ſpecie, vel in corpore, quia ille non recipiunt duplicationem, teſte iaſ.in l.titia nu.34.ff.de verb.obl. Quid quando plures ſunt quantitates pro pæna: an fiat earum ſummarum cumulatio: vt pæna infligatur? & dic, vt per Bar.in l. vbi fideiuſſor vbi doct. in apoſtil. ff. de ſolu. vbi an & quando ſummarum diuerſitas faciat videri diuerſas ſententias, & quando vna vel plures dicantur ſententiæ ex quantitatum expreſſione? vide in locis prędictis vbi plura not. Quid in atrociſſimis, & quæ clam committi ſolent? quid per iudicem agi poſſit? & dic, quòd iura tranſgredi licet, ſecundum Rol.conſ.7.n.7.lib. 1.vbi declarat, & melius conſ.33.nu.20.conſil. 70.nu.25.eodem Hypol.ſing.244.iaſo.in § ex maleficiis col. 2.inſt. de act. cui adde eundem iaſo. in l. cum ſeruus.col.2.ff.de cond.cauſ. dat. vbi quando licitum ſit tranſgredi leges & ſtatuta, & an per pænam ſtatutariam ſublata ſit pæna iuris communis? vide doc.ad Bart.in l.1.ff.vi bon.rap.vbi quid poſſit iudex qui iurauit ſeruare ſtatuta? dic, vt per eos ibi, & in l. ſi hominem. ff. mand.quòd ante poſſit moderari pænam in minorem, quàm ſit impoſita à ſtatuto, not. Rom. d. conſ. 429. Quid de pena ſanguinis, quando cum pecuniaria commutari poſſit? & dic, vt per Bart.in l.acta.§.de amplianda.ff.de re iudic.afflict.in capit. vnic.§ porrò qui dominum quæ ſit prima cauſa benef. amitt.nu.8 quid de pęna pecuniaria impoſita pro delicto commiſſo per vaſallum comitis vel baronis & dic, ꝙ non pertinet vaſallo, ſed fiſco ſuperioris, teſte afflict.in capit.1.§. ſi quis aliquem.num.11.de pace ten.licet pæne ſint fructus iuriſdictionis, ex not.per afflict.titul.quæ ſint Reg.ver.pęnarum nu.38. quæ concl.procedit in cauſis ciuil. vt per afflict.d.§.ſi quis aliquem quando autem pęne commutatio fieri poſſit? vide eundem afflict.d.titul.quæ ſint reg.nu.29.& quando compoſitiò ibi nu.17. De qua compoſitione vide quæ ſcribit luc.de pęna in l.1.C.de deſertor.lib.10.Iſern.in capitul. 1.quid ſit inueſti. Saly. C. de mod.mulct. quid de mulcta, & an iudex poſſit facere gratiam de mulcta? dic vt per afflic.d.titul.quæ ſint reg. ver.mulctarum.in fi. Qua in re, concludit quòd non, niſi ratione paupertatis & ibi, quòd in mulcta locum non habet reg.qui non habet in ære luat in corpore, ſed in pæna ſic, de qua regula, plura not.iaſ.in l.ſi quis id quod col.6.ff.de iur.omnium iud.Boer.q.349.col.7.fel.in ca.ad liberandum.num.29. de iudæ.

Pæna criminis lęſę maieſtatis, quæ per l.quiſquis.C.ad l.iul. maieſt. etiam filiis delinquentium eſt impoſita, non extenditur ad filias, vt eſt com.opi.Clar.in §.læſæ maieſtatis.verſ.hæc autem. Bonacoſſ.

Pæna criminis læſæ maieſtatis, quo ad filios. ex l. quiſquis. C.ad l.iul.maieſt.non ſolum in patre committente locum habet, vt eſt com.opi.ſed etiam in matre.Clar.in §.læſæ maieſta. ver.quæro, etiam. Bonacoſſ.

pæna eadem, qua reus, ſi conuictus eſſet, puniendus fuiſſet, puniri debet, qui in accuſatione defecit. Etiam ſi perſona ſit honeſtior quàm accuſatus. Clarus quæſt. 81. verſ.ſed pone. idem.

pæna raptus de qua in l. vnica.C. de rap.virg.habet locum etiam in eo, cui rapta conſenſerit ſiue ab initio, ſiue ex poſt facto, vt eſt communis opinio. Clarus in §.raptus.verſic. adde. idem.

pæna raptus non habet locum in eo, quam raptam carnaliter non cognouit, vt eſt com.opi. quæ ita diſtincta recipitur. Nam aut non cognouit, quia non potuit, & puniendus eſt dicta pæna. aut potuit ſed noluit, & non eſt puniendus. Clar.d.§. raptus.ver.ſed quid ille. idem.

pæna raptus non habet locum in rapiente publicam meretricem. communis eſt opi.Clar.in d.§.raptus.verſ.quæro nunquid. idem.

pæna raptus non habet locum in muliere rapiente virum. communis eſt opinio.Clarus dicto §.raptus verſiculo ſed pone. quæ ſibi placet, quicquid in contrarium dicatur. idem.

pæna raptus eſt vltimum ſupplicium, & aliæ graues pænæ, vt eſt communis opinio.Clar.dicto §.raptus.verſ. ſed quæro. idem.

pæna ſacrilegij de iure ciuili eſt extraordinaria, ſecundum qualitatem rei, perſonæ & temporis, & ſexus, ſemper tamen eſt capitalis, vt eſt communis opinio.Clarus in §.ſacrilegium. idem.

Pęna ſodomię eſt pęna mortis, tam in agente quàm in patiente, ideſt ignis, vt eſt conſuetudo. & eſt com.opi.Clar.in §. ſodomia.verſ.ſeq.quęro. idem.

pęna ſtupri de iure canonico eſt in clerico pęna depoſitionis, ſi cum virgine ſit commiſſum, vt eſt com.opinio. in laico autem: aut dotet aut ducat, ſi ipſa parentes contentantur. Si verò diſſentiant, tenetur dare dotem, & ſi ipſa mulier renuerit, verberibus cęſus in monaſterium eſt detrudendus in terris eccleſię, ſecus in terris imperij, vt eſt communis opinio. De iure autem ciuili pęna mortis locum non habet, ſed dimidię partis bonorum cum relegatione, vt eſt communis opinio. Sed quicquid ſit de iure. Tamen de conſuetudine tenetur, vel dotare vel in vxorem accipere. Et ita ſeruatur in practica. quę concluſio intelligitur, ſi cum honeſta virgine ſtuprum ſit commiſſum, alias ſecus, vt eſt communis opinio. Et creditur mulieri de ius virginitate, quia præſumitur, quòd fuerit virgo, vt eſt communis opinio. Clarus in §. ſtuprum. verſiculo ſed quęro. & verſiculo ſed pone. idem.

pęne impoſitę viduis nubentibus intra annum luctus, ſunt ſublatę hodie, non tamen ſublatę contra viduas libidinoſas & luxurioſas, vt eſt com.opi. Nec ſi intra annum vidua ſtuprū committat, & eſt com.opi. Et talis vidua perdit tam ipſę quàm ſtupator omnia ſibi relicta à teſtatore, & applicatur fiſco, vt eſt communis opi. Cla.in §.ſtuprum.ver.generaliter. idem.

Pœna

Pœna corporalis, & bonorum confiſcatio non tranſit in hæredes mortuo delinqueñ ante ſententiam, ſecundum communem per Burſ.conſ.77.nu.21.lib.1. vbi latius declarat pro qua vide Oſaſc.deciſ.149.nu.9.

Mortuo delinqueñ ante ſententiam, crimen & pœna maximè corporalis, & bonorum confiſcatio extinguitur, vbi pœna non eſt interrogata ipſo iure, & facto, ſecundum communem d.conſ.nu.20.pro quo vide Cagn.in l. pupillum qui.§.in hæredes.n.4. ff.de reg.iur.Oſaſc.deciſ.152.n.3.Secus vbi memoria defuncti damnari poteſt, quia in hæredes tranſit, ſecundum magis communem d.conſ.77.num.23.& vide oſaſc.deciſ.106.

pœna pecuniaria, quando lis eſt conteſtata, vel delinquens in iudicio fatetur delictum, tranſit in hæredes mortuo delinqueñ ante ſententiam, ſecundum magis communem d. conſ. 77.nu.21.lib.1.

pœna ipſo iure incurſa non infligitur, niſi declaratoria ſequatur, ſecundum communem dict. conſ.77. numer. 22. & conſ.43.nu.22.lib.1.

pœnam nunquam quis incurrit, niſi declarañ eo ad cuius fauorem illa eſt inducta, ſecundum communem per Burſ.conſil.12.nu.48.lib.1.

Hæredes tenentur pro pœna, maximè in confiſcatione bonorum mortuo delinqueñ ante ſententiam, quando pœna ipſo iure eſt impoſita, & de iure communi poterat damnari memoria defuncti, ſecundum communem, ſecus in aliis caſibus, quia non tenentur, iuxt.magis communem d.conſ.77.n.20.Sed pro pecuniaria tenentur, ſi lis eſt conteſtata, & delinquens ſit confeſſus delictum, ſecundum communem d.conſ. num.23.

pœna præſuppoſita ſcientia defuncti, nec ad hæredes tranſit, nec in heredes datur, ſecus data ignorantia, ſecundum cõmunem per Burſa. conſ. 12.num. 49. libr. 1. Oſaſc. deciſ. 23. num.23.

Declaratoria ſemper requiritur, vt quis pœnam licet ipſo iure & facto inflictam, incurrat, ſecundum communem per Burſ.conſ.14.nu.18.21.lib.1.

pœna vbi applicatur parti cauſa eſt ciuilis, ſecundum communem, vbi verò fiſco criminalis, iux.magis communem per Burſ.conſ.53.nu.28.lib.1.

pœna conuentionalis exigi poteſt, etiam ꝙ excedat intereſſe, ſecundum magis communem per Burſ.conſ.53.n.42.libr. 1.Intellige, vt per eundem d.conſ.n.20.37.41.& aliis ſeq.vbi totam declarat materiam.

pœna non debetur, niſi contrauentio probetur liquidiſſimè, ac niſi agens probet ex ſui parte adimpleuiſſe, ſecundum communem per Burſat.conſilio 53,num.6.libro 1.

pœna iuris communis, vel loci commiſſi delicti attenditur in caſu vbi iudex originis poteſt procedere pro delictis extra territorium commiſſis, ſecundum communem per Burſ.conſil.77.nu.3.lib.1.

pœna ordinaria ceſſat, vbi quis ex ſola propria confeſſione & ea qualificata punitur, iux.communem per Burſ. conſ. 77. nu.18.25.lib.1.vbi etiam loquitur de minore, qui nunquam pœna ordinaria punitur, ex communi ibi relata.

pœna licet ipſo iure & facto impoſita, nunquam tamen exigitur, niſi ſuper ea ſequatur declaratio iudicis, ſecundum communem per Burſ.conſ.43.nu.22.lib.1.conſ.14.nu.18.nu.21. eodem.

pœna & crimen extinguuntur mortuo delinquente ante ſententiam, quando pœna non eſt ipſo iure impoſita, ſecundum communem per Burſ.conſilio 77.nu.vigeſimo.lib.1.

pœna ordinaria non infligitur, ſed mitigatur, quando emiſſa eſt confeſſio qualificata, ſecundum communem per Burſa. conſ.77.nu.25.lib.1.

pœna ſtatuti licet pecuniaria, tollit pœnam iuris communis, licet corporalem, ſecundum magis communem per Burſ. conſil.94.num.4.libr.j.dec.in capit.de cauſis num. 14. de offi. delegat. Clarus §, final.crimin.quæſt.octuageſimaquinta.ver. debet etiam.

pœna corporalis vbi infligitur, ibi euidens dolus requiritur, nec culpa ſufficit, iux.communem per Burſ. conſ. 94. nu. 8.lib.1.

pœna impoſita à ſtatuto vel lege prohibeñ alienationes in perſonas forenſes, operatur vt etiam hæredes ab inteſtato excludantur, ſecundum communem per Burſat.conſ.37. num. 13.lib.1.

pœnam capitalem ſi lex vel ſtatutum imponant ſimpliciter pro aliquo delicto: quia pœna capitalis poteſt multipliciter intelligi, dic, ꝙ intelligitur de mitiori, & ſic de pœna deportationis, ſecundum iaſ.in l.diuortio.nu.15.ff.ſo.ma.in l.ſi quis iniquum §.hæc pœna.nu.3.ff.quod quiſque iur.Quid de pœna quæ ipſo iure imponitur: an requiratur ſententia declaratoria? & dic, vt per iaſ.in l.ſi quis iniquum §.quod autem ait vbi quòd pœna quæ tranſit ad hæredes: non tranſit, niſi præceſſerit ſententia declaratoria, quam concl. declara, vt latius per eum ibi, cui adde, quòd pœna à lege vel canone irrogata ipſo iure, efficit, quòd poſt mortem hæredes illam ſoluere teneantur, & conueniri poſſint, iuxta communem per Villal.inter com.opi.libr.14. verſ. pœna quam amplia, & limita, vt ibi per eum, & per Suarez.verſ.pœna quæ dec.in l.pupillum §.in hæredes.nu.4.ff.de reg.iur.iaſ.in l.5.§.hoc indicium ff.ne quis eum qui in ius. vbi diſputat an actiones ex delicto tranſeant ad hæredes? & an actiuè vel paſſiuè: vide ibi diſt.& ibi quando dentur ad vindictam, quando ad pœnam, dic, vt per eum d.§. nu.5.& in l.pro hærede §.ſi ſepulchri nu.3.ff.de acq. hær.in l. ſi eum §. qui iniuriarum col. 1.ff.ſi quis caut. & quid dicatur propriæ pœna vide per eundem in l.cum quidam.n.18.ff. de lib.& poſth.& ibi 16.fal.ad reg.quòd in pœnalibus non fit extenſio de pæna autem capitis: ꝙ intelligatur deportatio, not. iaſ.in l.diuortio col.3.ff.ſo.ma.vbi refert prac. qua vtuntur aſſeſſores vel iudices in ſententiis dum dicunt itaque caput ab humeris & anima à corpore ſeparetur.

pœnitentes delinquentes, profitentes religionem publicæ, penitentiæ, ſunt de foro religioſo, vt eſt communis opinio. Clar.q.35.verſ.fuit aliquando. Bonacoſſ.

Pænitentia in hæretico admittitur ſemper, etiam poſt condemnationem. Hanc magis communem opinionem dicit Boerius deciſ.343.numero tertio & quarto.Idem dicit practica carer. numero centeſimoquinquageſimo. Et licet aliqui dicant communem opinionem eſſe, quòd non admittatur pęnitentia, niſi ſtatim poſt deprehenſionem erroris ſpõte ad eccleſiæ veritatem redierint vt affirmat Grilland.in tract.de hæretic.quæſtione quinta, quem refert Simancas de hæretic.capitulo quadrageſimoſexto, numero octauo. tamen priorem opinionem ſeruari ait Boſſ.titulo de foro competenti, numero centeſimotrigeſimoſeptimo, & in titulo de hæretic.numero vigeſimo, idque etiam atteſtatur Cardinal.in capit.ad abolendam.de hæretic. & ita in facti contingentia conſuluit Bertrand.conſilio 212. libro ſecundo in prima part.Clarus libro libro quinto. ſentent. §. hæreſis. verſiculo ſed vſque. P. Fichard.

Pænitentia delinquentis poſt commiſſum delictum non excuſatur, quin poſſit accuſari. Et licet in aliquibus caſibus excuſet, non tamen in crimine hæreſis. Et licet hæretico pænitenti peccatur. Si quis tamen alium de hæreſi falsò accuſauerit, non poteſt pænitere, immo eſt puniendus. Aut quem pænitet ante condemnationem, & patratum delictum, quia facere non potuit, & non excuſatur. Aut pænituit, & potuit facere, & noluit, nec in totum excuſatur, vt eſt com.opi.Clar. q.60.verſ.fui quandoque. Bonacoſſ.

Pænitentiæ omnes hodie ſunt arbitratiæ, & arbitrium ſacerdotis nullum operatur in mutatione & diminutione pænæ, alias debitæ pro peccato, vt eſt communis opinio, de qua Burgos in capit.2.de empt.& vend.il 2.§.vt menſuræ.numer. 2.fol.16. quod arbitrium debet intelligi de arbitrio boni viri & periti ſacerdotis, vt eſt com.opi.de qua ibi n.5. Bonacoſſ.

Pænitentiam implorans quicunque hæreticus ante exequutionem ſententiæ, admitti debet, vt eſt com.opi.Burſ.conſil.14.nu.31. Bonacoſſ.

Pænitentiæ hodie omnes ſunt arbitrariæ. Socinus Senior in capitulo eccleſia veſtra de ſortilegiis, numero quadrageſimotertio. Bonacoſſ.

pollicitatio, quæ eſt vnius promiſſio abſenti, non præſenti facta, de iure canonico actionem & obligationem inducit. & ſic iure iſto actio oritur, & conceditur ex pollicitatione. text. eſt in capitulo iuramenti. vigeſimaſecunda quæſtione quinta.& concluſio hæc probatur, ſecundum abbas. ibi in capitulo qualiter.de pactis. quàm latè tuetur Fortu. in lege prima & ſequent.ff.de pactis.ſed Panormit.titubanter, & parum ſibi conſtans, in capitulo inter vniuerſas, de elect.voluit Contrarium quod iure canonico ex pollicitatione actio minimè oriatur, cuius opin. ſequuntur iaſon. in l. iuriſgentium §. ſed cum nulla.ff.de pact.& in rub.ff.de verborum obligatione.ibi Galiaula, & Alciat. numero ſeptimo.cum opinione hac tranſeunt, & explicant eam eſſe communem, & ego ſequor tanquam veriſſimam prout in eandem ſententiam inclinaui in prima parte, in opinione pactorum genera tria reperiuntur. in tertia ampliatio. F.Viuius libr.2.opin.227.

Pollicitatio tunc tantùm dicitur; cum vel per epiſtolam, vel per



vel per nuncium ad id non electum abſenti aliquid promittitur.commune ait iaſ.in rub.n.5.ff.de ver.ob.& vide quæ ſuperius obſeruantur ver. Donatio vt per nuncium. Hæc autem pollicitatio nec iure legum, nec iure canonum actioni dandæ idonea habeatur.commune ponunt Alc.in d.rub.n.8.ac Fortun.in c.1.n.12.de pact.lib.6. Quinimo nec obligationem naturalem parit, niſi cùm piis cauſis vſui atque vtilitati eſt, commune inquiunt iaſ.vbi ſ.nu.6.Fel.in c.1.de pact.Alci.in c.cum contingat.nu.229.de iureiur.Ant.Gom.de contract.c.9.n.1. E.Suarez.

Pollutio nocturna dormientis, & ſomniantis, ſola, & de per ſe non eſt peccatum mortale, nec veniale, etiam ꝙ procedat à praua vigilantis cogitatione, ab ingluuie, ſecund. Tho. de Aquino, in ſecunda ſecundæ.q.154.arti.5.ſed vbicunque pollutio hæc dormientis haberet ortum à cauſa, occaſione, & culpa ipſius, tunc ratione culpæ eſſet peccatum mortale, vel veniale, ſecundum Th.de Aquino, in d.articulo 5.Ioannem Maiorem in quarto ſententiarum, diſt.nona, q.2. Paluda in quarto ſententiarum diſt.9.q.3.& Tho.de Aqui.ibi q.4.Floren. in 3.part.tit.15.ca.6.§.10.& Theologos omnes communiter & canoniſtas, in ca.teſtamentum, 6.diſt.& Caieta. in ſecunda ſecundæ, q.104. vbi ait quod nocturna pollutio eſt peccatum. vbi quis data opera ita, & taliter dormit quod polluatur, & hinc eſt quod ob huiuſmodi pollutionem nocturnam à culpa veniali procedentem ſacerdos debet eo die abſtinere à celebratione miſſarum de conſilio, ſed vbi culpa eſſet mortalis, tunc neceſſariò, & de præcepto deberet à dicta celebratione abſtinere vt voluerunt.Th.in 3.parte, q.80.articulo 7.& in aliis locis præcitatis.Flor.in d.§.10.Palud.in d.q.3.& ibi Th.q. 4.Sylueſt.in verbo euchariſtia, 3.q.10.& eſt tex.& ibi gloſſ.in verſ.humiliter, in d.c.teſtamentum.cæterùm Paluda.in d.q.3. declarat hoc procedere cum grano ſalis, & tenet ſacerdotem non incurrere peccatum mortale celebrando, ac ſe communicando poſt pollutionem nocturnam ortũ, ſeu principium habentem à culpa mortali.etiam intra decem horas præmiſſa prius debita, & requiſita contritione, & confeſſione dictæ culpæ, & opinionem iſtam paluda. ſequitur Syrueſt. in loco præmiſſo, & Io.Maior.in d.q.2.ego verò in caſu hoc admonerem ſacerdotes omnes, vt ſi commodè fieri poſſet abſtinerẽt eo die à communione propter maximum honorem præſtandum ſacramento ſacroſanctæ euchariſtiæ. F. Viuius lib. 2. opin.228.

pontifex in beneficialibus obtinet, pleniſſimam poteſtatem, clem. 1.vt lite pend.c.2.de pręben.lib.6.& iſtud non ſolũ procedit in conferendo, ſed in auferendo etiam, poſtquàm conſuluit, vnde ipſe pontifex ad libitum poteſt priuare clericum beneficio, etiam ſine cauſa, ſec. Gemin. in ca. ſi gratioſè, poſt gl.ibi de reſcr.lib.6.idem voluit Gemini.conſ. 8. in conſ. 88.conſ.99.& conſ.141.Federi.de Senis conſ.200.Pau.de Caſtr.conſ.253.& conſ.287.& conſ.414.lib.1.per tex.in can.per principalem.9.q.ſi.Rom.conſ.359.in 5.dubio, vbi dicit quod Papa poteſt in totum tollere ius quæſitum vni eccleſię, etiam ex contractu aduerſus aliam eccleſiam.Soc.conſ.13.lib.1.Alex.conſ.2.vol.j.Corne.conſ.90.vol.4.Calca.conſ.7.dec.in c. quę in eccleſiarum.de conſti.in c.ſi.de confirma.vti.vel inuti. conſ.141.circa ſi.conſ.157.iaſ.in l.Barbarius.ff.de offi. præto. in l.quoties.3.C.de rei vend.& conſ.19.vol.3.quamuis in d.l. quoties.dicat ſe non ponere pro conſtanti, & in l.ſi.ff.de pact. vbi exagitat quæſtionem iſtam ab vtraque parte, nec aliter determinat.Cæterùm Ripa in libr.reſponſorum de reſcriptis, in c.nouo affirmat Papam poſſe abſoluta poteſtate priuare quẽ beneficio abſque cauſa, & Io. de Sylua in tract. de beneficiis in 3.par.q.8. In contrariam vero ſententiam inclinauit Rom. ſibi contrarius, videlicet pontificem non poſſe clericum, ſeu prælatum priuare beneficio abſque cauſa, conſ.345.& conſ. 467.per tex.in c.conquerente.de reſtit.ſpol. & in c. quamuis. 7.q.1.Barb.in c.ꝙ tranſlationem, nu.121.de of.deleg.& conſ. 13.vol.3.iaſ.titubanter, & ſibi parum conſtans in d.l.ſi.ff.de pactis.conſ.145.conſ.213.lib.2.& conſ.46.d.c.4.lib.3.fel.in d.c. in eccleſiarum Ripa in 1.lib.reſponſorum de legibus c.14.Io. de Sylua in memorato tract.de beneficiis, in 21.q prin. nu.55. & abb.in c.quæſitum.de rerum permutatione, vbi & expreſsè voluit clericum poſſe priuari beneficio à pontifice ratione imminentis ſcãdali & iſta eſt com.opi.vt aſſerit dec.in c. cùm teneamur.n.13.de præbend.& dignit.Sed in hac ambiguitate quid dicendum? Ego caſu eueniente tranſirem cum tuta, iudicio meo, diſtinctione tradita nouiſſimè per Auguſtinum Berolum in d.c.quæ in eccleſiarum.de conſtit.nu.167.cum aliis ſeq.quam breuitati ſtudendo aliter non recenſeo.Sed videndum eſſe omnibus conſulo, ac ſuadeo.& circa hoc vide aliam concluſionem ſimilem poſitam ſuprà in verſicul. princeps. F.Viuius.

Pontificis authoritas in quolibet iuramento ſemper excepta intelligitur, vt no.gl.in c.ſignificaſti.in verbo authoritate, de elect.& ibi in glo. præcedenti.in verbo pro vnitate.habentur caſus quibus iuramentum licitè requiritur, his duobus verſibus explicati, videlicet: Pax, & fama, fides, reuerentia cautio damni.Defectus veri, ſibi poſſunt magna caueri. quod tamen procedit in iis, quæ dependent à libera, & plena pontificis diſpoſitione, in ceteris verò non vt tenet abb.in c.venientes.de iureiur. Quinimò pontifex neminem ſine cauſa abſoluere poteſt à iuramento, vt tenuit gl.in c.quando.de conſuetudine, & inn.in c.1.in ſi. de renuntia. quam quidem opinionem communem eſſe dicit abb.in d.c.ſignificaſti.nu.8. vbi tenet idem eſſe dicendum in cæteris omnibus quæ ſunt de iure diuino, videlicet, vt cauſa non ſubſiſtente, Papa non poſſit abſoluere nec diſpenſare, & quo ad Deum, illum nequaquam eſſe tutum, qui ſine cauſa diſpenſationem Apoſtolicam obtinuit, vt audacter tenuit gl.in c.non eſt in verbo adimplere.de voto. & voti redemptione. Ego tamen in his & cæteris ſpiritualibus vel quaſi.excipio ipſius pontificis & poteſtatis plenitudinem ſecundùm quàm omnia poſſe arbitror, ex his quæ voluit gl.in cano.principalem. 9.q.3.& cle.dudum.§.verum. de ſepult. F.Turz.

Populi, etiam ſubditi alterius imperio poſſunt facere ſtatuta Alc.in c.quod ſedem.nu.59.extra.de of.ord.communem dicit. B.Villall.

Docto.communiter tenent, ꝙ ſi populus ſuperiorem ſaltẽ, de facto non recognoſcat, poteſt ad famam reſtituere eorum ratione, quæ ſuo in territorio aguntur: vt Bart.& Ang.voluerunt in l.1.§.de qua autem.de poſtul.idem Bart.in l.infamem. ff.de public.iud.Butr.& abb.in c.cum te.de re iud.ſi verò ſuperiorem recognoſceret, tunc reſtituere non poſſet, vt not.in d. §. de qua autem. niſi infamia eſſet irrogata ex forma ſtatutorum eiuſdem populi, & non de iure communi, vt tradit Bart. d.§.de qua autem.& in l.4.ff.de teſta.Bald.in l.cum mulier.ſolu.mat.& canoniſtæ in d.c.cum te.quorum opinionem ſequutus eſt Alex.in conſ.256.repetitus, vol.2. F.Turz.

Portio quando vni ex coheredibus relicta ad illũ non peruenit, nec de eo facta inſtitutio valuit, iure accreſcendi ad coheredem pertinet.arg.l.1.§.1.& ſeq.C.de cadu.toll.& melius facit l.legatum §.1.ff.de leg.1. Vnde quando inſtitutio de illegitimo nato, & incapace, palàm fit, ꝙ portio, quæ illi acquiri non poteſt, accreſcat coheredi, eſt notabilis doctrina Bart.magis communiter recepta in l.ſi.ver.quęro, & reuoco in dubiũ. ff.de his, quib.vt indig.vbi in fine dicit, ꝙ ita determinauit Oldra.& licet non alleget vbi, tamen Soc.iu.in conſ.48.n.34.volu.4.credit, ꝙ voluerit allegare in conſ.39.thema tale eſt, &c. Et eandem opi.tenent ferè omnes in l.hęreditas.C.de quib.vt indig.maximè Alex.Corn.& iaſ.vt inquit Soci.iun.in d. conſ. 48.vol.4. E.Muſcul.

Poſitio impertinens, quæ aliàs reiiciẽda eſt, ſi cum alia coniuncta foret, efficeretur abſque dubio aliquo pertinens, & admitti deberet.ſec.Io.And.& omnes in c.ſi.de confeſ.in 6.Bald. l.2.§.ꝙ obſeruari.C.de iu.ca.Alb.iaſ.nu.19.& Rip.nu.22.in l. quo minus. ff. de fluminib. vbi explicat iſtorum opinionem communem eſſe. F.Viuius lib.2.opi.233.

poſitiones & articulos quod dicitur in dubio fore admittẽdos, cum clauſula ſaluo iure impertinentium, &c.vt per Bart. in l.ſi duo patroni.§.idem iul.ff.de iu.iur.& cano.in c.cum contingat, ext.de of.deleg.Procedit quando exceptio, quæ opponitur, vt non admittantur, eſt dubia, & exigit altiorem indaginem, ſecus ſi eſt clara & præiudicialis ad proceſſum, quia ſuper ea ante omnia eſt pronunciandum, ſec.Hoſt.& Pan.in d.c. cum contingat, ſpec.in tit.depoſi.§.7.verſ.& nõ aliàs poterit appellari. Balb.deciſ.163.

Poſitio continens partem falſitatis in quantitate, vel parte rei petitæ, ſeu in qualitate, poteſt tota ſimpliciter negari, ſec. gl.in verbo ſigillatim in c.præſentium.de teſti. in 6. in c.ſi. de confeſ.eo.li.Spec.in ti.de poſitio.§.7.ver.11.Bal.in l.2.§.quod obſeruari. C. de iuram. calum. Tancre. in ſua ſumma ordinis iudiciarij in tit.de interro.poſt litẽ conteſt.Io.Pe.Ferra. in ſua practica in forma poſitionum actoris in gl.2. Nam cuius particularis aliqua eſt falſa, ei⁹ vniuerſalis pariter eſt falſa, argumento.c.ſi ad ſacras.9.diſt.ext.de hęret.c.fraternitatis.& ff.de ędil. edic.l.cũ eiuſdẽ. Et q negat ſe teneri in centum, cũ teneať tm̃ in 50.ex propria verborum ſign. & mente reſpondentis, non intelligitur negaſſe ſe teneri in 50.ſed negaſſe totum tanquã totum, non particulariter, per ea quæ habentur in l.2.§.1.ff. ſi certum petat. & quia cum ponatur de centum, reſponſio debet

debet intelligi ad interrogata & poſita, & non aliter, l.ſi ſine. §.qui interrogatur ff.de inter.act.inſti.de inuti. ſtipu.§. præterea.Contrariam opinionem (niſi quando eſt falſitas in qualitate, vel quod ponitur eſt indiuiduum) tenent Bart. Ang. do. Alex.& ſecundum eum communiter doct.in l.1.§.ſi ſtipulanti.ff.de verb.obl.& ipſe Bar.in l.pe.ff.de verb.ſig.per l.qui ſolidum.in prin.ff.de leg.2.ad idem glo. in c.nulli.12.q.1.Vbi autem poſitio continet aliquid principaliter, & aliquid demonſtratiuè, aut qualificatiuè, reſponſio ſimpliciter data refertur ad omnia,ſec.Raph.Im.Paul.de caſtr.& do.Alex.in l.ſi cui ſerui.§.ſi à filio.ff.de leg.1.Pan. in c.1.ext.de plus petitio.Bal.in l.2.§.ꝙ ſi actor.in fine.C.de iuram.calum.in l.j.pen.col.ver.ſed nunquid.C.de ædi.actio.Bar.vt refert do.Alex.vbi ſ.in conſilio incipiente,ſtatuto ciuitatis Florentiæ, cauetur ꝙ forenſis. Sed quod referatur tantum ad principale, tenuerunt ſpec. in d.ver.11,quem ſequi videtur But.in d.c.1.Io.And.in c.1.extr. de litis conteſt.Bart.& Bal.in d.§.ſi à filio.& ibi.d.Conſtan.& in l.non tantùm cum duabus ſeq.ff.de re iud.Balb.deciſ.218.

Poſitiones in cauſis criminalibus per accuſatorem & fiſcũ rectè fieri poſſunt,ſecus autem per reum, communis eſt opi. Cla.ver.ſed hic incidenter.Iac.de Are.in tract.de poſitionib⁹. in §.7.vbi dicit.quod vſus iudiciorum ſe habet, vt accuſatus poſitiones non faciat,ne ſi fortè poſt accuſationem accuſatus pactus fuerit cum accuſatore,iſto modo crimen impunitum remaneat.Quando autem poſitionibus in criminalibus ſit reſpondendum.ponit Bart.in l.marcellus.§.qui rerum.n.1.ff.rerum amotarum. & ponit octo caſus, quibus quis tenetur reſpondere poſitionibus criminalibus.Natta in clem.ſæpe. §. & quia col.7.de verb.ſig. Bonacoſſ.

poſitiones adeò efficaces,vt ponant veritatem ante oculos, vel efficaces,iunctæ cum ſemiplena probatione directa ſufficiunt ad condemnationes, vt eſt communis opinio, de qua Boſſius.ti.de conuictis.n.37.Aliàs vbi quis condemnatur ex præſumptionibus,debet mitius puniri,quam quando condẽnatur ex luculentiſſimis probationibus.Alex.conſ.138.nu.11.in vlt.vol. & no. ꝙ diuerſæ præſumptiones, diuerſæ ſpeciei non coniunguntur ad perficiendum probationem vt ſequatur condemnatio. Et ideò fama cum vno teſte non coniungitur. vt faciat plenam probationem in criminali.dec.conſ.189.numero 15. Bonacoſſ.

Poſitio facta nocet ponenti, niſi aduerſarius eam negauerit,ſecus eſt in capſante,qui non videtur fateri,teſte catel.ver. confeſſio poteſt reuocari col. 4. in prin. Quæ confeſſio actoris reſultans ex poſitione,ex not.per Rom.cõſ.91.col.fi.ſi negetur;non poteſt poſtea negans ea ſe iuuare,quia ex confeſſione impugnata quis ſe iuuare nequit. iuxta traddita per Alex. conſ.76.nu.8.lib.7.conſ.92.col.1.in fi.lib.5.Bart.in l.poſt legatum.ff.de his quib.vt indig.Oſaſc.deciſ.178.col.fi.& fac.Ale. in l.ſtipulatio.§.ſi quis forte.n.9.de ver.obl.quibus adde,ꝙ & ſi ex poſitione negata quis ſe iuuare non poſſit:per Reg. c.ex eo de reg.iur.lib.6.& not.per iaſo.in l.poſſideri.nu.23.in l.naturaliter §.nihil commune.nu.76.ff.de acq. poſſ. ex dictis tamen teſtium ſuper poſitione negata examinatorum:ſuam intentionem iure fundare poterit,ſecundum Ang.conſil.153. quem ſequitur iaſ.vbi ſ.Oſaſc. d.deciſ. 178.col.fi. vbi ꝙ ſicut ex poſitione negata quis ſe fundare nequit,ita impugnans reſponſionem non poteſt ſe ea iuuare,ex ſ.alleg.

PRO. poſſidens alij, non præſcribit ſibi.l.malæfidei. C. de præſcr.30.ann. Bellon.

poſſidere poteſt quis vnam rem duobus modis,vno generali pro ſuo & alio ſpeciali,vt puta pro emptore, iaſo.ibi.§.ex pluribus.nu.34.& 36.ff.eo.tit.com.dicit. B.Villal.

Amplia,ſiue concurrat eodem tempore,ſiue in diuerſis tẽporibus, dominium autem poteſt detineri ex diuerſis cauſis in idem tempus concurrentibus, iaſ.in d.l.poſſideri,§.ex pluribus nu.38.com.dicit.

Poſſideri dicuntur mobilia,iaſ.in l.poſſeſſio.nu.39.ff.eo.ti. com.dicit. idem.

Poſſidere præſumitur tempore mortis qui ſemel poſſedit, Alciat.de præſumpt.re.2.præſumpt. 21.nu. 51. communem dicit. idem.

poſſidere præſumitur tempore expulſionis agentis interdicto recuperandæ,probando quòd aliquando poſſederit, Alc. de præſump.re.2. præſump.21.nu.14.communem dicit.

Non præſumitur quis poſſidere, niſi alleget poſſeſſionem, Alc.ibi in prin.com.dicit. idem.

Poſſidens ciuiliter de voluntate poſſidentis à quo cauſam habet propria authoritate poteſt natutalem accipere.curt.iu. conſ.127.nu.3,com.dicit.

Amplia iſtam communem etiam ad naturalem & intellige ambas quando illa, quæ interdicitur acquiri eſt vacua.Anto. Gome.in l.45.tau.nu.43.communem dicit. Et gl. in d.l. clàm poſſidere.

Amplia, quia etiam poteſt propria authoritate expellere occupatorem reſiſtentem.iaſ.in d.§.qui nundinas.nu. 24.ff.de acqui.poſſ.com.dicit. Villal.

Poſſidens prior per conſtitutum,præfertur ſecundo habenti actualem poſſeſſionem,quia poſſeſſio eſt vera,licet modus ſit fictus, ſec.Bart.& cæteros omnes communiter.in l.ab.emptione.de pact.iaſ.in l.quoties.C.de rei vend.deci.in l.contractus.ff.de reg.iur.& iaſ.conſ.6.nu.2. vol.3. F.Viuius libr.2. opi.232.

Poſſidens prior per conſtitutum præfertur ſecundo habenti actualem poſſeſſionem : ratio eſt, quia poſſeſſio eſt vera, licet modus ſit fictus.Bar.& alij in l.ab emptione.ff.de pac.dec. in l.contractus.nu.16.ff.de reg.iur.& iaſ.in conſ.6.nu.2. verſ. 1.propter conſtitutum.in 3.volu. conſ. Et hanc communem opi.eſſe dicit Io.Cephalus in conſ.147.num.20.in lib.1.conſ. kirchouius.

poſſidens contra quem eſt lata ſententia,& appellauit,non dicitur innouare, ſi poſſeſſionem ſuam continet. ſecundùm Io.And.in c.non ſolum.de appel. in 6.Alb.in l.1.ff. nil nouari ap.penden.in prin.Ang.in l.ſi cuius.ff.de app.reci.Domi.præpoſ.in c.cùm teneamur.in prin.extrà de app. per illum text.& c.1.extrà vt lite penden.c.cùm perſonæ.§.pe.de priuileg.in 6. Balb.deciſ.447.

PRO.poſſeſſor rerum immobilium ſatiſdare non compellitur.l.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cog. Bellon.

poſſeſſor malæfidei poſtquam ſoluit de ſuo ante litis conteſtationem, acquirit vtilem actionem negotiorum geſtorũ contra dominum, Boer. deciſ.44. num.4. communem dicit. Villalob.

poſſeſſor bonæfidei habens titulum facit naturales fructus ſuos, l. in bonæfidei.ff. de acq.rer.do. & eſt communis ſecundum Didac.li.1.Varia.reſolut.c.3.n.2.Poſſent tamen tales fructus etſi non rei vendicatione, tamen vel officio iudicis, vel condictione ſine cauſa peti.fiantque.ſentẽtiam receptiorem teſtatur paulò poſt idem Did.Quid de induſtrialibus?vide ibidem 2.concluſione. I.Fichard.

poſſeſſor contra quem agitur hypothecaria, poteſt negare illum à quo agens dicit habere titulum, eſſe dominum illius rei:& creditor tenetur probare eſſe dominum: alias ſuccumbet:licet ipſe debitor,ſiue agat, ſiue conueniatur, non poteſt negare dominium : vel cum creditore, vel cum alio tertio, quia allegaret turpitudinem ſuam. Ant.Neguſ.Fano.de pign. par.6.mem.2.nu.35.com.dicit. Villal.

poſſidens ſine titulo,non eſt legitimus contradictor, Lud. de Goz.in conſ.93.nu.5.com.dicit. idem.

poſſeſſoria remedia non dantur pro iuribus merè perſonalibus,Otolora.de nobilitate hiſpanica,c.1.part.2.3.part.nu.3. magis com.dicit ex docto in l.certis annis, C.de pact. & in c. querelam,de electi. idem.

Contra tertium poſſeſſorem agi non poſſe,niſi prius diſcuſſo principali debitore,&illius fideiuſſore,vt communiter tradiderunt doctor.in l.perſequutione.C.de pign.& in auth.preſente.C.de fideiuſ.& licet contrarium diſponi videatur, in authen.de litig.§.vel hæc,& in auth.hoc ita.C.de pign. illa tamẽ iura procedere volunt doct. in caſu ſpeciali, ſcilicet, quando, lite iam incepta contra debitorem, de qua agebatur, debitor alienauit,quo caſu,quamuis litigioſi vitium non contrahitur quoad omnia,in hoc tamen contrahitur,vt poſſeſſor ipſe cauſam habens à debitore poſſit conueniri ante, quàm debitor conueniatur,hancque ſolutionem veram eſſe dicit Bart.in d. l. perſequutione, vbi annotauit modos, quibus ipſa fieri debeat diſcuſſio & ex Butrig.ſententia concludit,in hoc iudicis interloquutoriam non requiri. F.Turzan.

Miſſus in tenutam bonorum vigore ſententiæ arbitralis non dicitur Poſſeſſor.eſt com.opin.cont.Barto.ſecundum Alex.in conſil.201.viſo themate.in fin.volu.7.& conſ.35. in fi. vol.6. Chæriam.

Remedium can. redintegranda, 3.q.1. competit cuilibet, qui ſine iuſta cauſa de poſſeſſione cecidit, tam pro rebus eccleſiaſticis quam prophanis.Eſt magis com.opi.ſec.Alex.conſil.51.viſo.in prin.vol.1. M.Chærian.

Poſſeſſor clandeſtinus vi poſſidet, ſiue expellit poſſidentem,ſiue poſſidens non ſit auſus ingredi poſſeſſionem, vel ſuſpicans vi poſſe expelli.Idem ibi nu.34.com.dicit.

Reſtringe iſtud notabile quò ad timorem poſſeſſionis, non tamen quò ad timorẽ capturæ:quia per iſtum timorem non perditur iaſ.in l.poſſideri.§.in amittenda.nu.5.ff. de acq. poſſeſſ.



poſſeſſ.communem dicit. Villalob.

Poſſeſſor clandeſtinus habet naturalem poſſeſſionem clandeſtinè,& ciuilem violenter,Iaſ.ibi,n.47.com.dicit. idem.

Poſſeſſor abſque titulo non eſt legitimus contradictor, vt frequenter placitum dicit Gozad.conſ.93.n.5.Quin & malæ fidei poſſeſſor etiam rebus extinctis condictioni obnoxius erit,vt eſt Accur. doctrina in §.ſi tamen.gloſ.vlti. inſtit. de rer. diuiſ.quam communiter placitam aſſerit Alex.in l.ſi quis nec cauſam §.vlt.n.5.ff.ſi cert.pet.defendit Gomez.in §.ſic itaque. à nu.29.Inſtitu.de act. quamuis verius verè contrarium arbitrentur Paul.ac Dec.n.vlt.Curt.iu.& Purpu.n.4.atque Alciat. n.etiam 3.in d.§.vlt.l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cert.pet. E.Suar.

Poſſeſſor bonæfidei fructus ſuos faciens,eos cum expenſis melioramentorum compenſare tenetur,c.ad noſtram de reb. eccleſiæ non alienandis.l.ſumptus.ff.de rei vend.& l.inſulam. §.fructus.ff.ſol.mat.ideoq; ſi colligeret,ſeu perciperet tot fructus qui melioramentis ipſis æquiualerent, vtique tunc rem reſtituere teneretur abſque aliquorum melioramentorum ſolutione,ſecundum iura memorata,& no.& limitat Berous, in c.1.n.41.& ſeq.de in integ.reſtit. ꝙ quippè in tantum procedit,ſecundum cõmuniter doc. vt ſi qui bonæfidei poſſeſſor eſſet virtute tituli iniuſti,& nulli,adhuc haberet locum diſpoſitio,d.l.ſumptus,cum aliis ll.præcitatis,videlicet, ꝙ melioramenta ipſa cum fructibus compenſaretur, ita declarat Felyn. cum ceteris congeſtis per eum,in c.cum cauſa,ex.de re iud.& Ant.Neguſ.in tract.de pign.in 3.membro 5.par.num.12. F. Viuius lib.2.opin.231.

Poſſeſſor malæ fidei non præſcribit,c.2.de reg.iur.in 6.& c. fi.de præſcr.in Antiquis, & ibi plenè tradunt doc.& poſt alios Fel. qui longè diſputat, & tandem oſtendit, ita eſſe cõem opi. vt ſcilicet per d.c.fi.corrigatur Ius Ciuile,quo dicebatur actionem perſonalem tolli per curſum triginta annorum,etiam in fauorem ſcientis ſe teneri, & ſic exiſtentis in mala fide. Licet Bart.in l.ſequiſ.§.per viam.ff.de vſucap.& ante eum Hoſtienſ. in ſumma,de præſcrip.tenuerint contrarium,quos etiam plerique ſequuti ſunt in diuerſis locis,vt per Fel.in d.fi.&per Balbu.in tractat.de præſcriptio.in 2.par.3.par. princip.in 13.q.& à cõi opi.contra Bart. & ſocios non eſſe recedendum, vt per Fel.& Balb.in locis prædictis,eo præcipuo fundamento:Quia agitur de materia peccati,nequis ſcilicet ſciẽter,cum aliena iactura locupletetur,& etiam,quia d.c.fi.ſimpliciter & indiſtinctè dicit,nullam præſcriptionem cum mala fide procedere.Et licet multa in contrarium,& pro opinion.Bar.allegari poſſent Tamen in iis non eſt inſiſtendum,cum ſatis nobis eſſe debeat, cõem opi.eſſe contr. Bar.à qua in dubio recedendum non eſt, vt inquit poſt iam allega. Soc.iun.in conſil. 27.num.31.vol. 4. E.Muſcul.

Poſſeſſor extraneus citandus. extranei poſſeſſores de quorum præiudicio tractatur, ſunt citandi in pronunciatione, in qua pronunciatur deueniri poſſe contra eos,ſecundum Iaco. de Aret.Bart.& Ang.in l.decem.ff.de verb.obl. licet ipſe Bar. ibi dicat tunc ſufficere citationem generalem per tubam, per auth.ſi omnes.C.ſi vt ſe ab hæredi.abſti. Iac. autem Bu.tenuit contrarium,ſcilicet non eſſe neceſſariam ipſam citationem,ſicut quando pronunciatur teſtamentũ inofficioſum non ſunt citandi legatarij. l.Papinianus.§. ſi ex cauſa.ff. de inofiic teſta. Balb.deciſ.245.

Poſſeſſor iniuſtus.licet etiam iniuſtus poſſeſſor priuari non debeat ſua poſſeſſione ſine citatione. l. meminerint. C. vnde vi.c.in literis.extr.de reſtituen.ſpolia.tamen hoc poterit facere iudex, quando illum de facto & parte non citata poſſeſſorem fecit,ſecundum Inn.in c.querelam.ext.de electio.in glo. ſubſtractam.Bal.in notabilibus,in l.ſi pacto quo pœnam.C.de pact.Roma. & Nicel.in l.2.ff. de re iud gloſ.in l.minor 25.annis.ff.de euictio.l.1.in verbo infirmabitur.ff.de feriis. & 11.q. 3.c.excommunicatos.Niſi fuiſſet in tali actu primo omiſſa citatio propter ſcandalum,ſecundum Io. And.in addi.ad Spec. de ſentent.prola.§.ſpecies.additione incipiente,habeo de prę cepto.do Alex.in d.l.ſi pacto.Fel.in c.nihil.ext.de pręſcriptio. ſecunda columna. Balb.deciſ.417.

Poſſeſſio eſt duplex,ciuilis & naturalis.Ant.Nic.in concor. gloſſ.concor.69.& Cora. in l.naturaliter. §. nihil cõe.nu.6.ff. de acq.poſ.com.dicũt,& Rip.in l.1,ff.de acq.poſ.n.28,B,Vill.

Poſſeſſio ciuilis eſt ius inſiſtendi rei non prohibitę poſſideri aptum producere ciuiles effectus.Cur.iu.conſ.127.num.2. com.dicit,& Coua.in repe.reg. poſſeſſor. de reg iur.lib.6.par, 2.n.3.ex Bart.in d.l.1,de acquir.poſſ. idem.

Poſſeſſio ciuilis poteſt acquiri à principio ſine naturali,Iaſ. in l.clàm poſſidere,§.qui ad nundinas,n.37.ff.de acq.poſſ.magis communem dicit. idem.

Poſſeſſio etiam acquiritur per traditionem ſcripturæ dominij antiqui rei venditæ,non tamen per contractum venditionis,vel tranſlationis,quæ de nouo conficitur. Anto.in d l.45. Tau.n.57.com.dicit ex Pet.Can.& Bal in l.1.C.de don.quòd etiam ex Bar.in l.licet.& Alex in l poſſideri.de acq.poſ.

Amplia iſtam cõem 1.ſiue res ſit præſens,ſiue abſens. idem Ant.n.58.communem dicit ex Io.de Imo.in c.2.de conſue.

Amlia 2.ad venditionem vel donationem inſtrumenti rei. idem ibi n.59. communem dicit.ex doc.in c pen.vt lite pend. & l.1.C.de donatio.

De iure Regio per traditionem inſtrumenti de nouo confecti poſſeſſio transfertur.l 8. tit.30. par.3. & l.2. tit.12. lib.3. For.ll.& l.17.Tau.& 44. Villalob.

Nota,ꝙ etiam poſſeſſio transfertur per traditionem clauium.l.clauibus.ff. de contrah.emp.ꝙ intellige ſi traditio clauium fiat in conſpectu rei.Ant.Gom.in d.lib.45.n.60.com.dic. ex Bar.in l.1.q.4.de acquir.poſ.contrarium affirmat Tiraq.de iure conſti. par. 2. amplia tertiò imò quòd non ſit neceſſaria præſentia rei. idem.

Item acquiritur per reſeruationem vſufructus factam per vendentem, vel donantem,idem Ant.Gom.in d.lib.45.n.60. com.dicit ex l.quiſquis.C.de donat.& Bal.in rub.de procurat. quando reſeruans habeat plenum ius ex gl.in l.quamuis.ff.de acquir. poſſ. non tamen reſeruat proprietatem quia requitur traditio.ex Roma.Aret.& Alex.in l.3.ff de acquir.poſſ.idem.

Item acquiritur per reconductionem factam per hæredem inquilino ſine apprehenſione. idem ibi n.67.com.dicit ex gl. in l.qui vniuerſas.§.per colonum.ff.de acquir.poſſ. idem.

Item acquiritur poſſeſſio ſine traditione ſi res quam ego detinebam fuit mihi vẽdita, vel donata.idem Ant.n.69.com. dicit ex glo.in c.interdum.in fin.de re.diuiſ.

Concor.cum iſta communi l.46.tit.28.par.3.Et nota communes ſequentes ad illius ampliationem,& limitationem.

Amplia 1. iſtam cõem etiam ſi res ſit in abſentia acquirentis.idem Ant.nu.70.comm.dicit ex Alb.Ang.& Pau.in l.certi condictio §.fi.ff.ſi cert.petat. idem.

Amplia 2. ſi res illa non ſit detenta de voluntate domini.Idem Ant.n.61.comm.dicit ex Bart. & Pau.& Cuma. in l.non ſolùm.§.quod vulgo.ff.de vſucap.

Reſtringe dictam communem & ampliationes d.l.regni,ſi dominus ſciret per emptorem, vel donatarium rem detineri, aliàs ſecus.idem Ant.in nu.71.com. dicit ex glo.in l.quædam mulier. ff.de rei vendi. Poſſeſſio etiam acquiritur ſine apprehenſione:ſi cuſtos ponatr̃ rei Ant.in n.74.com.dicit ex Alb. & Pau.in l.quarundam rerum.ff.de acquir.poſſ. idem.

Item acquiritur poſſeſſio ex ſignatione rei.idem Ant.n.76. commu.dicit ex glo.in l.quòd ſi nequam.in fi.ff.de peri.commo.rei ven. idem.

Poſſeſſio ciuilis, & naturalis tranfertur ex clauſula conſtituti ſi cõſtituens poſſideat vtramque. Ant. ibi.n.78.com.dic. ex Bart.in l.quod meo.ff. de acquir.poſſ. idem.

Intellige iſtam communem quando poſſeſſionem acquirit, vel poſteà ratum habet.idem Ant. nu.82.ex Pan.in c.cum veniſſent. de reſtitutio.ſpoliato.& Tiraq.de iure conſti. poſſ. par.3.limit.1.num.2.in fi.

Amplià primò, dictam communem etiam quò ad veram poſſeſſionem,& non fictam Tiraq.de iure conſtit.parte 2.amplia.1.in fi.communem dicit.

Amplia primo, iſtam ampliationem ad omnes modos acquirendi poſſeſſionem per actum fictum. Ant.in d.l.45.Taur. n.92.com.dicit ex Bart.& Ang.in.l.certè.§.1.de preca.ff.

Nota iſtam communem ad ampliationem d.l.45.Tau.& l. 17.in d. ord.de donatione, & melioratione facta per patrem filio quod ſi eſt tradita poſſeſſio non poteſt reuocari.

Amplia ſecundo,dictam ampliationem ad introducendam præſcriptionem:quia præſcriptio etiam procedit ex poſſeſſione tranſlata miniſterio iur.Coua.in rep.c. poſſeſſ.de rę.iur.lib. 6.§.1.n.5.com.dicit ex glo.& doc.in c,contingit de do.& concor.Roma.ſing.410.

Amplia ſecundo, communem ad procuratorem quia per eum acquiritur per dictam clauſulam cõſtitui poſſeſſio.idem Ant.n.91. communem dicit. & Tiraq.de iure conſtit. par.2. ampl.25.n.15.communiorem dicit ex Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.num.38.ff.de vſucap.

Amplia tertio,etiam ſi res non ſit præſens, Tiraqu.ibidem par.3.lib.2.n.1.communem dicit.

Reſtringe iſtam ampl.in poſſeſſione, quæ habet plurimum iuris,minimum facti:vt in poſſeſſione eſt:quæ nobis ignorantibus acquiritur, non ex cauſa peculiari per filium,vel per ſeruum, quæ non dat cauſam vſucapionibus. Couar.ibi num.6.

communem dicit, ex glo. in l. 1. §. item acquirimus. ff. de acquir.poſſ.& Iaſ.num.39.

Reſtringe dictas cões quo ad principales: ſecus tamen in alijs: & ſic tutor vendens rem minoris, non poteſt tamen ſe cõſtituere poſſidere nomine alterius, nec trãsfert poſſeſſionem. idem Ant.n.88.cõem dicit, ex Bart.in l. 1.ff.de acquir.poſſeſ.

Amplia iſtam reſtrictionem ad poſſeſſionem: quæ acquiritur in captis per filium, aut ſeruum: quia per poſtliminium ea, quæ ſunt iuris non tamen facti redeunt. idem ibi ver.hinc planè communem dicit ex Iaſ.nu.36. poſt Bart. in l.ſi is, qui pro emptore.ff.de vſucap.

Amplia iſtam reſtrictionem ad procuratorem quoniam licet habeat mandatum ad vendendum non tamen ſe põt conſtituere poſſidere nomine emptoris. Tiraq.de iure conſti.par. 3.lib.13.num.6.communem dicit.

Nota, ꝙ ſi duobus res vendatur: & primò traſferatur poſſeſſio per conſtitutum, & ſecundò, verè tradatur, ſubſtinetur prior, Tiraq.de iure conſti.par.1.n.23.commu.dicit.

Intellige iſtam cõem, ſi conſtituatur poſſidere per ſimplicem conſtitutum: ſecùs tamen ſi per præcarium: quia alteri tradendo vere præualet verà traditio ſecundæ, Tiraq.ibi par. 1.n.14.cõem dicit.ex glo.in l.interdum.ff.de acquir.poſſ.

Limita ſecundò, cõem in conſtituto appoſito in minus valido, vel inutili contractu. Tiraq.de iure conſti.n.4.com.dicit.

Reſtringe iſtam limitationem, quando contractus licet à principio ſit inualidus, tamẽ habet actum ſucceſſiuum in quo poſſit vallidari, vt donatione inter virum, & vxorem quæ confirmatur morte. Anto.Gome.in d.l.45.Taur.

Obligatio ſi fiat generalis omnium bonorum cum clauſula conſtituti, ſi res quæpiam per conſtituentem alienetur: poteſt agi per conſtituarium contra tertium non excuſſo principali, Tiraquel.ibi nu.57.& 64.commun.dicit ex Cuma.in legibus ff.de acquir.poſſ. idem.

Nota, ꝙ licet conſtituens ſimpliciter non poſſit ſubuertere poſſeſſionem conſtitutarij de omnibus ſuis bonis ? ſi re vera tradat alteri rem quempiam ex illis bonis transfert vſucapiendi conditionem, & dominium in illum tertium: quale erat apud debitorem, Tiraq.ibi part.3.libr.14.nu.10. communem dicit, ex Bart.in l.Celſus.ff.de vſucap.

Item nota ꝙ conſtitutum non ſolum operatur in obligatione generali omnium bonorum circa preſentia: ſed etiam quò ad futura bona, Tiraq.ibi part.3. limit.30.nu.12.com.dicit ex Bar.in l.vlti.C.quæ res pigno.obli.poſſint.

Nota, ꝙ ſi vendens ſe conſtituat poſſidere nomine emptoris: ſi diſtrahatur venditio: opus eſt vt interueniat etiam conſtitutum. Ant.Gome.in d.l.45.n.8.communem dicit ex Bald. in l.1.C.quando liceat ab empt.diſcedere. idem.

Item acquiritur poſſeſſio per denuntiationem noui operis: ſi denuntiator poſſideat & fiat denuntiatio in præſentia rei, & ſtatim transfertur in alium contra quem fit denuntiatio. Ant. Gome.in d.l.n.3.comm.dicit ex doct.in l.1.§.in operis.de no.ope.nunt.ff. idem.

Item per ſtatutum acquiritur poſſeſſio ſine apprehenſione per hæredem. Tiraq.in trac.le mort ſaiſit le viſ.decla.6.n.6.in præfat.comm.dicit.ex Iaſ.C.qui generaliter.in l.1.communia de lega.n.7.dicit, ꝙ per ſtatutum poteſt introduci ꝙ poſſeſſio transferatur ſine apprehenſione, comm.dicit. idem.

Nota, ꝙ interdictum recuperandæ non datur fictè poſſidenti, videlicet, per ſtatutum diſponens quòd poſſeſſio transfertur in hæredem. Alex.in l.in ſuis.nu.9.ff.de liber. & poſthu.& Alci.in tract.de præſum.5.par.3.nu.6.in fi.quos refert cum alijs Tiraq.in tract.le mort ſaiſit le viſ.in 6.partte, declara & nume.2.in fi.& noſter Coua.in reſo.libr.3.c.5.nu.6.in ver.ſic & interdicto recuperandæ, cõem dicunt, ipſi tamen Tiraquel.& Coua.tenent contrarium. & dicunt veriorem contrariam, cũ veram poſſeſſionem habent de quo per ipſummet Tiraq. de iure conſtituti.part.1.nu.68. & in 2.par.ampli.11.quam opinionem in caſu hæredis approbat l.45.Taur. idem.

item nota, ꝙ ſi bona ſint poſſeſſa ab alio de voluntate domini tradẽtis transfertur per iſtos actus fictos ſine apprehenſione, ſi tamen poſſeſſio ſit vacua: requiritur apprehenſio vera. Iaſ.in l.poſſeſſio appellata.n.86.de acquir.poſſ.comm.dicit.

Nota, ꝙ per apprehenſionem vnius fundi. vel partis fundi intelligitur apprehẽſa poſſeſſio aliorum fundorum eiuſdem qualitatis, & naturæ, Ant.Gome.in d.l.45.Taur.n.39.comm. dicit.ex glo.in l.4.ff.de acq.poſſ. idem.

Poſſeſſio acquiritur ex ſola ratione tradentis ſi acquirens ſit incertus ratione loci, & quotæ, idem Iaſ.ibi, nu.96. conclu.4. com.dicit, ex Pau.& Im.d.l.4.§.incertam. idem.

Poſſeſſio acquiritur per infantem quinquennalem cum auctoritate tutoris, ſi tamen ſit trium vel duorum annorum qui fari non poteſt, non acquiritur etiam cum auctoritate toturis ſed tutor ſolus ſic acquirit, Iaſ.in l.poſſeſſio appellàta.§.adipiſcimur.n.17.ff.de acquir.poſſ.com.dicit. idem.

Failit in poſſeſſione violenta ex iuſſu tutoris: quia non acquiritur etiam per ſeruum pupilli, Iaſ.ibi.§. item acquirimus. nu.44.communem dicit.

Poſſeſſio acquiritur tertio, per ſeruum meum volente ſeruo, & tertio ratum habente. Iaſ.in d.l.poſſeſſio.§.hæc de ſeruis n.6.com.dicit. Villalob.

poſſeſſio non acquiritur per ſeruum emptũ quouſque poſſeſſio ſerui apprehendatur. Iaſ.in d.l.poſſeſſio.§.veteres.num. 11.com.dicit. idem.

poſſeſſio naturalis ſerui licèt ſeruetur per fugam ſerui non tamen ciuilis, Iaſ.in d.l.poſſeſſio.§.per ſeruum numer.3.communem dicit.

Et in hoc caſu loquitur l.penult.in fi.tit.par.3.

Limita iſtam cõem, ſi ſeruus diu ſe geſſit pro libero: quia tunc tam ciuilis, quàm naturalis perditur, idem ibi n.108.in fi. com.dicit ex doc.in d.l.3.§.ſi ſeruus. idem.

Poſſeſſio probatur per receptionem mercedis etiam in priuilegium tertij tunc temporis non poſſidentis. Boe.deci.239. n.5.cõem dic.& ſic eſt intelligenda opinio Bart.& doc.in leg. quamuis.ff.de acquir.poſſ.com.dicit. idem.

Item per dictum ruſticorum dicentium aliquem tenere, & poſſidere, Dec.215.com.dicit. idem.

ADDITIO. Et circa probationem poſſeſſionis & quomodo probetur continuata poſſeſſio per per M. Ant.Bar.in trac. de temp.vti.& contin.in c.14.n.2.cum duobus ſequent.

Poſſeſſio ꝓbatur probatis extremis quia media præſumuntur probatis extremis, glo.in can. volumus. 16.q.4.Segu.in §. fi.l.3.n.10.ff.de liberis & poſthu.com.dicit. Villal.

Poſſeſſio intermedia probatur probatis extremis, Pan.in c. accedẽtibus. de priuile. etiam ad cauſandam præſcriptionem, Corſe.in ſingu.in verbo poſſeſſio.el 2.com.dicit.

Concor.cum l.10.tit.14.par.3. Villal.

ADDITIO. Intelligas intermedia per extrema probari, ſcilicet, in poſſeſſione ſeu præſcriptione decennali; quia in alia 20.30.an. non ſufficit probare extrema niſi & medium tempus probetur. Couar.c.poſſeſſor.2.part.prælect.§.j.n.j.& 3.de re.iur.li.6.& M.Ant.Bard.trac.de tẽp.vti.& cont.c.14.ſub.n.4.

Poſſeſſionem antiquorum probans nouus poſſeſſor præſumitur clandeſtinus, & inuaſor. Curt.iu.conſ.165.n.5.comm. dicit. B.Villal.

Poſſeſſio transfertur in voluntarium ſequeſtre: ſecùs tamẽ in neceſſarium. Io.Cora. in Miſcel.lib.3.c.2.n.3. communem dicit. idem.

De ſequeſtre neceſſario quod non poſſidet eſt l. 11. titulo 10.parte 7.

Poſſeſſio retinetur in immobilibus quandiu dominus eſt in ipſa re, vel habere eam in conſpectu, vel ſi de facili poteſt eam intrare. Ant.Gome.in d.l.65. nu.101.com.dicit ex glo.l. 1.ff.de acquir.poſſ. idem.

Poſſeſſio naturalis amittitur ſi poſſidens ſe abſentat longè ab ipſa re ex cauſa iuſta, ſiue iniuſta. idem ibi n.102.com. dicit ex Bart.in d.l.3.§.in amittenda.ff.de acquir.poſſ. idem.

Poſſeſſio ciuilis non amittitur per abſentiam quandiu veniens non reſiſtit, vel ſi ipſe animo deſiit poſſidere: vel ſuſpicatur ſe poſſe repelli vel deuenit ad ſtatum res quæ poſſideri nõ poteſt, vt per inũdationem, vel alluuionem, vel per impetum latronum, vel potẽtiam occupantis. idem ibi n.102.com.dic. ex Pau.& Imol.& Cuma.& Alex.in d.l. quod meo.§. fi.de acquiren. poſſeſſion.

Concor.cum l.pen.tit.30.par.3. idem.

Poſſeſſionem naturalem per decẽnium negligens ciuilem quoque amittit cõem dicit. Alex.conſ.143.vol.2.refert & ſequitur Bal.in repet.l.Celſus in 2.par.prin.n.12.de vſucap.Ad. de Fer.Vaſque lib.2.Illuſtr.Contro.c.53.n.4.vbi dicit ius poſſeſſionis negligi, abiici, & pro derelicto cenſeri per negligentiam decennij, legem interpretari. Et hanc eſſe cõem. I.Fich.

Poſſeſſio etiam ciuilis per longam abſentiam poſſeſſoris amittitur, ſiue ab alio res poſſideatur, ſiue idem ibi in ver.4.modo, com.dicit ex glo.& Bar.in l.ſi id quod ff.de acq.poſ.Villal.

de iure regio tam poſſeſſio ciuilis, quàm naturalis perditur per annum & diem alio poſſidente, ſciente poſſeſſore per l.1. tit.11.lib.2. For.ll.& l.1.tit.13.ordin. & ll.242.& 192. ſtyli cũ bona fide & titulo tamen. idem.

ADDITIO. Diſtingue circa amiſſionem poſſeſſionis vt per M.Ant.Bard.in tract.de vti.& contin.in c.18.ſub num.7.

Poſſeſſio ciuilis eſt quæ cauſat præſcriptionem. idem ibi n.

105



105.com.dicit ex Pan.in c.vigilanti de præſcrip. B.Villal.

Poſſeſſio ciuilis cum bona fide etiam ſine titulo acquirit fructus. idem ibi nu.106. com. dicit ex gloſſ.in l. ſi quis à non domino inſtitut.de re.diuiſ. idem.

Poſſeſſionem ſolam naturalem retinens vt in vſufructuario, vel colono ad longum tempus retinetur animo: ſi ſit abſens & non perditur niſi in caſibus in quibus ciuilis poſſeſſio perditur, idem ibi n.107.com.dicit.ex glo. & doct.in l.3.§.vti frui.ff.de acq.poſſ. idem.

Poſſeſſio tam ciuilis quàm naturalis conſeruatur per colonum, tutorem, filium, ſeruum, vel procuratorem etiam ſi detentor abſens ſit.

Aretin.idem ibi num. 109.communem dicit, ex gloſſ.in l.ſi colonus.ff.de acquir.poſſ.

Amplia primò, etiam ſi detentator alteri conducat. idem ibi com.dicit.ex Paul.in l.qui vniuerſitas.§.fi.ff.de acq.poſſ.

Amplia ſecundò, etiam ſi detentator efficiatur furioſus nõ tamen ſi moriatur. idem ibi com. dicit ex glo.in l.ſi id quod.§. 1.ff.de acquir.poſſeſſione.

Poſſeſſio tam naturalis quàm ciuilis perditur ſolo animo etiam ſi inſiſtat in tali re idem, ibi concludit 6.comm.dicit ex gloſſ.in d.l.3.§.& in admittenda. idem.

Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto non dicitur poſſeſſor, ſed detentor, Ant.de Fano.de pignor.par.3.mem.2.nu. 6.communem dicit.

Fallit in actione reali quia ante annũ dicitur detentor, poſt annum autem poſſeſſor, ſecũdum Canoniſtas. Legiſtæ autem dicunt, quod ante annum eſt poſſeſſor reuocabiliter: poſt annum autem irreuocabiliter. idem Fanus verſic.6.com.dicit, & concludit tenendum cum legiſtis.

Amplia iſtam limitat. ad hypothecam, cum dicatur actio realis ibi, nu.8.com.dicit. idem.

Miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto facta vni ex creditoribus ex cauſa oneroſa, prodeſt omnibus aliis creditorib. ex eadem cauſa, ſi tamen cauſa eſt lucratiua, miſſo vno, alij nõ dicuntur miſſi. idem Fanus n.10.reſtrictione 6.com.dic.idem.

Poſſeſſio data vigore ſecundi decreti, reuocatur data ſatiſdatione, Iaſ.in l.properandum.§.ſi autem reus.C.de iudi.nu.8. com.dicit. idem.

Decretum de admittendo in poſſeſſionem ex primo decreto durat quando creditor eſt præſens per biennium: etſi eſt abſens per quadriennium. Ant.de Fano.de pign.par.3.mem.2.n. 3.com.dicit. idem.

Iudex poteſt facere quòd pars intret in poſſeſſionem propria auctoritate, Tiraq.de conſti.poſſ.pa.3.lib.14.nu.13.com. dicit ex Bart.in l.iuſtè poſſidet.ff.de acquir.poſſ. idem.

Poſſeſſionis quæſtio poſſeſſionem litigioſam reddit. Curt. iu conſ.165.n.6.com.dicit. idem.

Poſſeſſio tranſfert onus probandi in aduerſarium, niſi aliqua præſumptio ſit contra poſſidentem: vt quando ius reſiſtit poſſeſſioni. Curt.iu.conſ.90.nu.3.com.dicit.

Hoc idem videtur innuere l.10.tit.14.part.3. idem.

Poſſeſſionis initium, & finem probans, præſumitur etiam medio tempore poſſediſſe com.dicit Lanfran.in repet.c.quoniam contra.in ver. Teſtium depoſ.n.98.circa fi.de prob.Adde ſupra eod.in ver.poſſeſ.nu.153. I.Fich.

Poſſeſſio transfertur ex contractu ſimulato, quando agitur vt transferatur, Curt.iu.conſ.108.n.12.com.dicit. B.Villal.

Poſſeſſio iuris, & quaſi iuris poteſt eſſe penes plures. Iaſ. in l.poſſideri.§.ex contrario.n.82.ff.de acq.poſſ.com.dic. idem.

Poſſeſſio immobilium patris, nõ prodeſt filio.in caſu l.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cog. ſecundum Guliel.de Cu. Bar.Alb.Roma.& omnes in d.l.ſciendum.ita Tiraq.in præfat.commenta. in l.ſi vnquam.C.de reuo.dona. Io.Fich.

Poſſeſſione ſi vaſallum ex interuallo cadere contingat, & illa poſſeſſio reuertatur ad dominum, dominus tenetur illam iterum tradere ipſi inueſtito.cõem dicit Clar.in §. Teſtamentum.q.28.verſ.vltim. P.Fich.

Poſſeſſio apprehenſa per aliquem, in abſentia alterius ciuiliter poſſidentis, dicitur naturalis. Eſt comm.opin. ſec. Alex.in conſ.201.viſo themate.vol.7.& in conſ.35.viſo themate.vol. 6. M.Chær.

Habens ciuilem poſſeſſionem, poteſt naturalem per vim & propria auctoritate, quandoque licuerit occupare. eſt comm. opi.in l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas de acquir.poſſ ſec. Socyn.in conſ.122.in cauſa dominæ Iacobæ. verſ.reſpondeo dupliciter.vol.4. M.Chæria.

Ciuilis poſſeſsio, quæ ſolius legis miniſterio, circa hominis factum acquirit, non parit interdictum recuperandæ: ſecund. Bald in auct.defuncto q.3.C.ad Treb. Eſt.com.opin.ſec.Iaſ.in l.ſi ſorori.C.de iur.del.& Rip.in Rub.de cauſ.poſ.& prop.idẽ.

PRO. poſſeſſio eſt facti non iuris. l.1.§.adipiſcimur.ff.de acquir.poſſeſ.

OBIEC. contrà. imò eſt iuris l.peregre, ff.eod.

SOL. Acquiſitio poſſeſsiõis eſt facti, ſed poſſeſsio quæſita, & effectus poſſeſsionis, eſt iuris vt ibi. Bellon.

PRO. poſſeſsio in rem actionem parit.l.1. C.de alien.mut. iud.cau.fact. idem.

Poſſeſsio eſt iuris non facti. Io. Cora.in §.nihil commune. n.3.ff.de acquir.poſſ & Petr.Raue.in alpha.aure.in verbo poſſeſsio.cõem dicunt.ſed intellige, vt per Iaſ.in l.1. ff.de acquir. poſ.& in l.1.ff. de vſufruct. n.71. ꝙ in apprehenſione eſt facti, & poſteà eſt iuris & dicit cõem. Ex qua communi infertur, ꝙ ſi Romanus pontifex dat delegatum, vt cognoſcat de iure alicuius, delegatus poteſt cognoſcere de poſſeſsione, Coua.in c. poſſeſſor.n.3.part.2. verſ.ab hac definitione, de reg.iur.lib.6. cõem dicit ex Inn. in ca.epiſcopi.de reb.eccle.pro qua eſt tex. in l.peregrè.ff.de acq.poſſ.& c.dilecto.de verb.ſigni. Villalo.

Poſſeſsio acquiritur animo. & corpore: & amittitur ſolo animo. Mainer.in l.ferè.n.5.de re iu.ff com.dicit. idem.

ADDITIO. Et quomodo animus in materia accipiatur ponit Bart.Romul.in l.1.nu.2.& ſeq.ff.de acq.poſ. An autem poſſeſſio continuetur de patre in filium, & alium hæredem, per M.Ant.Bard.in tract.de temp.vtil.& cont.c.13.nu.1.cum duobus ſeq.

Intellige iſtam communem apprehenſionem manuum in rebus mobilibus, & immobilib. per pedum poſitionem, Ant. Gom.in l.45.Tau.nu.34.in fi.com.dicit ex Pau.de caſt.in l.1. de acq.poſ.ff.& l.3.eo.tit.

Intellige ſecũdò, iſtam communem non ſolùm per actum verum, ſed etiam per actum fictum vt per viſum, etiam ſi res diſtet per decem miliaria, Ant.Gom.in d.l.45.n.45. ex gl.in l. 1.ff.de acq.poſ.com.dicit.

Reſtringe iſtam intelligentiam duobus concurrentib. voluntate poſſidentis cum actu, viſu in conſpectu rei. idem Ant. Gom.ibi.com.dicit ex Bar.in d.l.§.ſi iuſſerint.ff.de acq.poſ.

Nota in iſta materia, ꝙ ſicut dominium transfertur ſolo animo tradentis, ſic etiam poſſeſſio transfertur ſolo animo poſſidentis. Iaſ.in l.poſſeſſio appellata. §.per procuratorem.n. 9.ff.de acq.poſ.com.dicit.

Reſtringe iſtam communem ſecundo, ad poſſeſſionem de nouo acquirendam, nam ſi acquiſita fuit & perdita quàm primò venit in aſpectu illius acqritur. idẽ Ant.ibi com.d.gl.d.l.1.

poſſeſſio rei, quæ in nullius bonis eſt, non acquiritur per viſum ſine apprehenſione. idem Ant.nu.47. com.dicit ex l.3.& doct.ff.de acq.poſ.§.Neratius.

Concordat cum iſta communi l.20.tit.28.par.3.reproba.l. 16.tit.14.lib.3.For.ll.

Amplia iſtam communem, etiam ſi dicatur per ſtatutum, quòd ſi inuentori. idem ibi com.dicit ex Bar.d.l.1. idem.

Nota, ꝙ ſi iudex, vel executor etiam ſi non poſſideant, ſi per impetum latronum, vel potentiam aduerſarij non poteſt tradere veram poſſeſſionem: poteſt illam tradere per aſpectum, & poſſeſſio acquiritur. idem Ant.n.54.& Tiraq.de conſtit. 3. part.li.17.n.8.com.dicunt ex Anc.c.contingit.de do.& cont.

Nota etiam generaliter, ꝙ ſi dolo, vi aduerſarij non poteſt deueniri ad conſpectum rei poteſt tradi poſſeſſio etiam abſente re. Tiraq.ibi nu.9.com.dicit. idem.

Poſſeſſio an vnam ſpeciem habeat, an potius plures magna ſcribentium diſcordia eſt, vt memoriæ prodidit Bal.in c.cæterum.ad fi.de iudi. Certum tamen eſt eam diſceptationem verborum tenus conſiſtere: quia vtriuſque ſectæ auctores diſtincta vtriuſque poſſeſſionis effecta agnoſcant, ac probent: vel eleganter animaduertit Alc.l.1.n.22.ff.de acq.poſ.ſenſit Butr. relatus à Sal.in l.licet n.9.in finem.C.eo. Certum deinde quoque eſt longè receptius ac frequentius interpretum dogma eſſe, vt duas poſſeſſionis ſpecies conſtituamus, quarum altera naturalis, altera verò ciuilis ſit: quemadmodum conſtat ex Alb.Paul.Alex.n.13.& 53.Aret.n.18.Iaſ.n.53.Crot.n.29.Aemil.Ferret.in d.l.1.ff.de acq.poſſ.Dyn.in regula ſine poſſeſſione, de regul.iur.lib.6.aſſerit tutius ac receptius Sal.in d.l.licet n.9 ad fi.C.de acquir.poſſ.& qui id accuratè tutatur Rub.nu. 29.Berenga.n.68.in l.naturaliter.§.nihil.commune ff.de acq. poſſeſ.Ant. Gomez.in l.15. Taur.n.19. Rebuf.in 3.Tomo ad leg.Gallic.tit.de mat.poſſeſſ,in prin. Confirmatur autẽ in primis hęc opinio ex multis iuris locis, in quibus non fruſtra vel cõiunctim, vel diſiunctim naturalis & ciuilis poſſeſſionis mẽtio fit. Confirmatur deinde ex aliis iuris authoritatibus, vbi naturalis poſſeſſio pro corporea ponitur, & econtrario. quaſi illa vt ſpecies à iuſta, ac legitima poſſeſſione differat. tertio ex

aliis poſſeſſio perſonis iuris incapacibus adſcribitur, & iis in caſib.conceditur,in quib.titulus improbatur. quarto ex aliis legum conſtitutionib. in quib.is poſſidere negatur, qui alibi poſſidere naturaliter dicitur, vt de depoſiti cuſtode, de colono,de commodati ſuſceptore,nuſquam non videre licet.qui autem ſolos iuris effectus hic atque illic hoccè diſcrimen cõſtituere vociferantur,non admodum certè animaduertere videntur id duntaxat accommodari poſſe iuſtæ poſſidendi cauſæ bonæ vel malæ fidei,perſonæ iuris capaci,vel ſecus,non verò & referri poſſe ad ſolam animi retentionem.Si quis tamen in contraria profectos noſſe,ac percurrere velit,adeat Cuma. n.10.Iaſ.n.54.Soc.Rip.n.27.& n.14.Zaſ.n.15.atque Alc.d.l.j. ff.de acq.poſ.Cum.rurſus in l.ſed ſi nolit.ff.e.ti.Zaſ.in l.2.ver. deiecit.ff.de orig.iur.Coraſ.d.§.nihil commune.n.14.Franciſ. Conna.lib.3.c.10.nos ea de re ſi ſe obtulerit occaſio & copioſius,& forſan vtilius. E.Suarez.

Poſſeſſio quo ad proſecutionē attinet,in iis quæ facti ſunt, ponitur,at poſtea in iis,quæ iuris ſunt,cenſetur.commune ait Iaſ.in l.j.ff.de acq.poſ.Eius autem cauſa leuis dicitur,quamuis res poſſeſſa magni precij,ac valoris ſit.commune ponit Viui. lib.1.opi.31.in fi.Quamobrem illius tractatio appellationem iure Cæſareo non admittit.commune inquit Rip.c.ſæpe.n.3. de reſtit.ſpol.etſi pontificum decretis illam admittat.commune pronunciat Curt.iu.conſ.166.n.39.quam etiam in rem videto quæ inferius obſeruo ver.ſentētia.atque intellige quod appellatio quidem iure Cæſareo non admittitur ſolùm quo ad effectum retardādæ executionis,non autem quo ad ipſum negotium tractandum.commune cenſent Marant.in praxi 6. par.ver.appellatio.n.194.&qui plures laudat Nic.Ant.Graua. ad Veſtr.lib.7.c.3.n.38.intellige deinde nō minus verè ac propriè de rebus mobilib.vt frequenter placitum aſſero ex Alex. n.19.Iaſ.n.37.Rip.n.24.Io.crot.n.14.Carol.Ruin.n.1.in l.j.ff. de acq.poſ. Probatur autem poſſeſſio ex mercedis receptiõe, vt commune aſſerit Boer.deci.320.n.5.Et ex ruſticis aliquem tenere ac poſſidere aientibus.cõe effatur Dec.conſ.215.ac generaliter contenta eſt illius diſceptatio ſemiplena probatione,vt receptum aſſeuerant Fran.de curt. l.admonendi. n.203. ff.de iureiur.Calc.conſ.100.atque alij,quos laudat Fran.Viu. lib.1.opi.395.quibus addes Dec.conſ.56.n.1.& conſ.252.n. 2.& conſ.663.nu.2.& in l.vlt.nu.15. C.de edict.diui adr.toll. Grat.conſ.42.n.6.n.26.Bellon.conſ.35.nu.6.Etſi contrarium tamen verius,meo quidem iudicio ſit,quod etiam frequēter placitum teſtantur Alex.conſ.87.n.3.li.7. Petr.de Benint.dec. 72.n.10.& ſeq.aſſerunt Matth.ab Afflic. dec.364.n.5.Plot.in l.ſi quando.nu.115.C.vnde vi.Rol.à Vall.conſ.51.n.16.lib.2. Natta conſ.630.n.6.lib.4.Iac.Menoch.vir ſelectæ doctrinę de recup.poſſ.remed.15.n.418.Quia tametſi Viuius ſuperius relatus poſſeſſionis cauſam modici momenti eſſe contendat, tamen veriſſimum profecto eſt, magni ponderis ac momenti poſſeſſionem eſſe, quod facile collectu eſt ex §.retinendæ. in finem. inſtitu.de interdict. ex l.vlt. C.de rei vendic ex l.is,qui deſtinauit.ff.de rei vendic.ex Bald.& Afflic. in c.1.de content. inter domin.& vaſal.l.Rip.in c.ſæpe.de reſtit.ſpoliat. Io.coraſ. in l.naturaliter.§.nihil commune.à n.16.ff.de acquir.poſſ.Vnde niſi ius poſſeſſioni reluctetur, aut aliqua alia præſumptione poſſeſſor infeſtetur,probandi onus aduerſario imponitur, vt commune tradit Cur.iu,conſ.90.n.3. Iac.Menoc.de recup. poſ.remed.10.n,43.itaq; merito & Neapolitanum conſilium legitimis probationibus illius quæſtionem,agitari debere cēſuit teſte Matthe.de afflic.deciſ.364. & praxis gallica id prorſus reiectis contradicentium næniis amplexa eſt authore Rebuf.in tertio tom.ad leg.Gallic.n.26.poſſeſſionis porrò intermediæ probatio à iuſta extremorum probatione rectè fiet. quemadmodum commune profert Abb.Panormit.in c.accedente,de priuileg. idem.

Poſſeſſio ciuilis,quæ ſolo animo retinetur, ad vſucapionē neceſſaria omnino eſt,quamobrem vt vſucapio procedat, neceſſe eſt, probetur illam priſtinum rei dominum amiſiſſe, vt dictat Accuttij doctrina in l.1.C.de ſer.fugit.quam frequentibus doctorum calculis exceptam eſſe conſtat ex Bar.n.9.Bal. n.22.Sal.n.21.Fulgoſ.n.17.Pau.ac Iaſ.ad eandem illam l.& ex Panor.in c.vigilanti.n.4.de præſcrip. Alex.in l.3.§.ex contrario.n.4.ff.de acquir.poſſ.Iaſ.n.49.Rip.ad fi.in l.1.ff.illo eo. tit. Ant.Gomez.in l.45.Taur.n.105.Did.à couarr.in c.poſſeſſor. par.2.§.1.n.1.Gregor.Lup.in 5.part. Quam tamen abſurdam & à veris iuris principiis alieniſſimam nos alibi lib.1.obſeruationum iuris iam dudum oſtendimus. Intellige tamen eum, qui per decem annos naturalem poſſeſſionem ſuſque,de quæ habeat hanc etiam ciuilem amittere,vt cum Soc.conſ.38.pro deciſione, libro primo commun, eſſe doctorum opinionem recolit Turzan.opin.112. idem.

Poſſeſſio defuncti abſque apprehenſione nec in ſuis hæredibus continua perſtat. commune dicit latè Andre.Tiraq. in tract.le mort ſaiſit.à numer.6.vbi autem ſtatuto aliquo poſſeſſio defunctorum in hærede continuatur, non illorum bonorum poſſeſſio idcirco continuabitur,quorum poſſeſſionem alter quiuis apprehenderit, vel ante aditam hæreditatem,vel poſt aditam, prius tamen quàm hæredes ipſi poſſeſſionem re vera nacti ſint.commune ait latiſſimè declarans Ioan.Baptiſt. Plot.in rep.l.ſi quando n.8.& n.13.cum compluribus ſequentibus.C.vnd.vi.Quinimo nec aliter hæredes prædicto ſtatutorum beneficio vtentur. quam ſi prius eos ritè citauerint,qui vel iniuſta poſſeſſione res hæreditarias anticiparint. commune ponit Viuius lib.1.opin.304.cum Alex.conſ.83.viſa facti. n.83.& nu.20.lib.2.atque aliis iuris interpretibus, Nec item vnquam hæredibus ob id genus ſtatuta recuperandæ poſſeſſionis interdictum competet,quam poſtea quam reapſe poſſeſſionem ſeſceperint. commune aiunt Rip.in l.1.nu.37.ff.de acq poſſ.& in rub.n.24.de cauſ.poſſeſ.& propr.Pariſ.conſ.1.n. 159.lib.1.Viuius vbi ſupra. idem.

Poſſeſſio,quatenus iuris eſt,in eum penitus hæredem omnis totius hæreditatis transfertur,qui rem aliquam hæreditatis apprehendit.commune inquit Tiraq.de retract.lign.§.26. gl.3.nu.11. Quatenus autem facti eſt, ſolum illius rei poſſeſſio penes hæredem erit,quam ipſe apprehenderit.commune ponit idem,eodem in loco,nu.3.& ſeq. idem.

poſſeſſio eccleſiaſtici beneficij & coram ordinario populi iudice in diſceptationem vocari poteſt, atque illius cauſa expediri.commune aio ex Rip.nu.19.Aemil.Ferret.nu.7.in l.naturaliter.§.nihil cõe.ff.de acq.poſ. Boer.deciſ.69.nu.23.Tho. Gram.deciſ.78.Chaſſa.in conſue.Burgun.tit.1.n.109.Rebuf. ad conſtitu.Gallic.lib.3.nu.3.Aym.crauet.conſ.258 Didac.à Couar.pract.quæſt.c.35.& in epit.4.ca.8.§.12.nu.5.Nic.Ant. Grauatio,qui complures alios congerit ad Veſtrium lib.5.c.j. nu.6. idem.

poſſeſſionis retinendæ cauſam agitari dilata proprietatis lite ad finem vſque controuerſiæ poſſeſſoriæ fruſtra actor deſiderat.commune fatur Ripa.in l.naturaliter.§.nihil commune.nu.154.ff.de acq.poſ. Quin nec recuperandæ poſſeſſionis cauſa amplius promouebitur, vbi à proprietatis lite abſolutio contigerit.commune inquit Ioan. coraſ.d.§.nihil commune.ver.explicitus.nu.4. E.Suarez.

Poſſeſſionem alterius qui ex inualido iudicis decreto ingreditur,pœnas poſſeſſionis alienę turbatori indictas pendet. commune aiunt Iaſ.in l.iuſtè poſſidet.nu.27.& ſeq. ff.de acq. poſ.Aym.crauet.conſ.248.verſ.non obſtat aliud dubium Viuius lib.1.opinio.287. Iul.clar.in pract.§.vltim. quæſt.82.ſtatut.4. E.Suarez.

poſſeſſione rerum qua eccleſiaſticarum, qua profanarum lapſis ęquè omnibus competet remedium.cap.reintegrandæ. 3.q.1.& l.ſi coloni.C.de agricol.& cenſ.lib.11. commune inquiunt Alex.conſ.51.incip.viſo.lib.1.& conſ.61. in cauſa lib. 5.Alexand.conſ.4.nu.1.Soc.in l.rem,quæ nobis. ff.de acquir. poſ.Viuius latè cum aliis lib.1.opi.268.cum compluribus ſequent. idem.

Poſſeſſio. in pluribus fundis poſſeſſio vnius apprehenſa,aliorum fundorum poſſeſſio apprehenſa non dicitur, ſecund. gl.in ver.quamlibet,communiter receptam ab omnib.in l.3. de acq.poſ. quod in rebus hæreditariis præſertim procedit,in quibus, ſi apprehenſa reperiatur aliquarum rerum poſſeſſio cæteræ res nondum apprehenſæ abſque dubio aliquo poſſideri non dicuntur,vt voluerunt Dyn. & Anch.in c.1. de reg.iur. Alex.poſt alios, in d.l.3.quod, & Iaſ.inibi pulchrè tradidit dicens apprehenſione poſſeſſionis vnius prædij nequaquam acquiri poſſeſſionem aliorum prædiorum, etiam concurrente animo acquirere volentis.l.prædia. de acq. poſſ. allegansque Bald.in l.2.C.de ſeruit.& aqu.& Ang.in l.licet. C.de acq.poſſ. ſubiungendo, hæc procedere non ſolum, quando plures res diſtinctæ ſeparatæq; forent,verùm etiam ſi plures ſub vniuerſitate iuris, puta hæreditatis continerentur,nam & eo pariter caſu per apprehenſionem poſſeſſionis vnius rei hæreditariæ aliarum rerum poſſeſſionem non contineri.In contrariam verò ſententiam inclinarunt doct. antiqui, quos recitat And.de Iſer.qui tenere in caſu,quo plures res tit.vniuerſali quæſitæ eſſent,vnius rei apprehenſione.etiam aliarum poſſeſſionem apprehenſam dici, exemplificando de rebus hęreditariis.per gl. in l.reſtituta.ad Treb.& ita iudicatum eſſe,ſicut Aluar.in c.1. ver.quero ab extrà in ti.quid ſit inueſti. ex dicto And.de Iſer. latius,tract.ſup.& opinioni huic inhęret quoque Tiraquel.in tract.de retractu conſanguineorum.§.36.gl.3.n.2.3.& 11.in tit.ſeu



tit.ſeu rubr. iuriſdictionis in cuius territorio bonum acquiſitum ſit.ſed parum,aut nihil obſtant ea,quæ Aluar. & And.de Iſer. ſuper antiquorum opinione tradidit, quia ipſemet And. eam opinionem reprobat & ait malè ſecundum eam eſſe iudicatum,allegando l.qui abſenti.§.fi.de acq.poſ.quam antiquorum doctrinā,etiam Dyn.& Anch.in d.c.1.reprobarunt.ideoque remoto omni dubio,tutè,& libenter poſſumus ſequi cõmunem præmiſſam,ꝙ ex apprehenſione aliquarum rerum hereditariarum aliæ res,quę non eſſent apprehenſę poſſideri nō cenſeantur. F.Viuius lib.2.opin.229.

Poſſeſſio defuncti continuatur in hæredem.l.cum miles.ff. ex quib.cau.maio.25.an.in integ.reſt.& maximè cùm ſit ſuus hæres.gl.in verb.exiſtimantur.in §.ſui.inſtit.de hæred.qual.& differen.Quia poſt mortem patris non hæreditatem percipere videtur,ſed magis liberam bonorū adminiſtrationem conſequitur,qui etiam viuo patre quodammodò dominus exiſtimabatur.l.in ſuis hæredib.vbi gl.in ver.quodammodò annotat etiam poſſeſſionem habere. ff.de lib. & poſthu. Hinc dixit Bald.filium magis venire ad poſſeſſionē continuatiuè,quàm ad nouæ poſſeſſionis adeptionem vel petitionem. c.1.n.1.ver. quod eſt notatu dignum.de controuer.inter maſc.& fœm.de benefic.Sed cõis ſenten.eſt in contrarium,ꝙ non continuetur poſſeſſio in hæredem niſi per vſucapionem.& ita intelligitur d.l.cùm miles.Bart.& alij doc.in l.cùm hæredes. ff.de acq.poſ. & improbatur communiter illorum ſentent.qui aliud in ſuis, aliud in cæteris hæredibus eſſe aſſerebant, vt latè proſequuntur And.Tiraq.in trac. Le mort ſaiſit le viſ.in 3.declar.præfat. n.6.& Rol.in conſ.46.nu.26.27.28.29.cum ſeq.vbi ipſi hanc materiam latiùs declarauerunt in 2.To.conſ.Etſi autem poſſeſſio defuncti ipſo iure non continuetur in hæredem etiam ſuum, poteſt tamen propria authoritate eam accipere, modò non ſit ab alio prius occupata.Bart.in l.fi.n.16.ver.item extra glo.quæro.& Dec.nu.4.ver.poteſt tamen hæres.C.de edict.d. Diui Adria.tol.Bart.in l.2.n.3.verſ.ſed contra hoc oppono.C. quando & quib.quar.pars debetur.Papien.prac.in for.libelli, quo petitur hæreditas ex teſtamento.in verb. iniuſtè occupauit.in prin.Ang. aret.in §. quadrupli.n.43.in fi. verſ.quæro an aliquis ſic citandus.& And.Tiraq.in d.trac.le mort.in 8.declarati.præfat.& in 5.par.declar.3. Kirchouius.

Poſſeſſionis probatio non ſufficit in deciſoriis petitorij iudicij,ſed tituli quoque probatio requiritur,vt voluerunt Pet. Cyn.Bald.Albe.& Sal.in l.non ignorant.C.qui accu.non poſ. Bart.Cyn.& Bald. per tex.ibi in l.non nudis.C.de probatio.& Iaſ.in l.neque poſſeſſio.C.de teſta.& iſtorum opi.cõis eſt,licet & malè Dec.cõſ.54.& Fel.in c.per tuas,ex.de probat.teneant oppoſitum. F.Viuius lib.2.opi.230.

Poſſeſſio tam ciuilis, quam naturalis ſi ſit occupata de voluntate poſſidentis transfertur.idem Ant.in d.n.34.com.dicit ex gl.in l.& habet.§.fi.vol.2.& placet.ff.de preca.46. Villalo.

Item iudex poteſt mittere in poſſeſſionem vnius ſpeciei.idē Gomez.in d.l.45.num.44.communem dicit ex glo.in lege 1. C.vbi in rem actio. idem.

Poſſeſſio ciuilis retinetur per poſſidetem ciuiliter ac naturaliter, etiam relinquentem rem ſolam ſi aliquis ingrediatur clandeſtinè,Iaſ.ibi n.36.com.dicit. idem.

Poſſeſſio ciuilis & naturalis per conſtitutum,ſecūdum ſententiam communiter approbatam trāsfertur in creditorem. l.quod meo.& ibi Bart.n.3.& idem Bar.in l.Celſus. ver.ſed pono quòd debitor.nu.15.ff.de vſucap & vſurpa.Et hanc magis cõem ſent. doc. eſſe inquiunt Iaſ. in l.poſſideri.in §. in certam partem.n.16.& idem in conſ.147.n.2.verſ.ego autem conſidero.in 2.vol.conſ.Rol.à Valle,in conſ.79.n.43.in 1.To.quā deciſionem latius declarant Alex.de Imo.in l.interdum.§.qui alienam.& d.l.quod meo.ff.de acq.poſ.Anto.Neguſantius in tract.de pigno.& hypoth.in 1.memb.6.par.princ.nu.35.in 9. vol.tract.vnde dicunt doc. cõmuniter in d.§.in certam. quòd quando ſit conſtitutum generale omnium bonorum præſentium & futurorum,tale cõſtitutum valet operatur tranſlationem poſſeſſionis,non ſolùm reſpectu bonorum præſentium, ſed etiam futurorum,quando erunt acquiſita.l.quamuis.ff.de precario Vbi ſi conſtitui me poſſidere tuo nomine ancillam, illud conſtitutum extenditur quoque ad partum poſtea naſciturum,& ſic ad futura.Alex.in l.ſtipulatio hoc modo.n.17.ff. de verb.oblig.Et hanc ſententiam magis cõem opi.doct. eſſe dicunt Matth.de Afflic.in deciſ.ſacri conſ.Neap.Deciſ.335.n. 8.Ant.Neguſ.in d.tract.de pigno.& hypot.in 2.memb.2.par. princ.n.3.verſ.2.amplia. Kirchouius.

Poſſeſſio.duobus contendentibus de poſſeſſione iudex debet ſummarias informationes capere,vter eorum melius poſſideat,vel de poſſeſſione probet:& illum faciat fungi vice poſſeſſoris,alteri inhibeat,ne ad poſſeſſionem accedat,ſaluo iure vtriuſque partis, tam in proprietate quàm in poſſeſſione. Et melius facit quàm ſequeſtrare rem,vel inhibere parti ne ad rē ipſam accedat, ſec.Inn.c.in præſentia. extr.de prob.& Bal.in l. ordinarij.C.de rei vē.q alleg.ad hoc pleroſq; doc.Balb.deci.9.

Poſſeſſiones,quæ poſſidebantur ante tempus belli,poſſeſſoribus,facta pace reſtitui debent, & eo magis ſi reperiantur apud fiſcum,vt eſt cõis opi.de qua D.Rol.à Valle in conſ.1.nu. 118.in 3.vol. Bonacoſſ.

Poſſeſſio transfertur ex contractu ſimulato,quando agitur, vt transferat.Cur.iu.conſ.108.n.12.com.dicit. Bonacoſ.

Poſſeſſionem antiquam probans,nouus poſſeſſor præſumitur clandeſtinus,& inuaſor.Cur.iu.conſ.165.n.5.com.d.Bon.

Poſſeſſionē alterius ex inualido iudicis decreto ingrediens, tanquàm turbator pœnas luet,vt eſt cõis opi.Soarez ver.poſſeſſionem num.191. Bonacoſſ.

Poſſeſſione ſua nemo priuandus eſt abſque cauſæ cognitione,etiam ſi eſſet prædo,aut intruſus,ex not.per doc.in §.recuperandæ. Inſt.de interdic. in l.ſi quis ad ſe fundum. C.ad l.Iul. de vi pub.Rip.in l.naturaliter.§.nihil cõe.nu.46.ff.de acq.poſ. Fel.in c.vlt.n.24.ver.fallit 2.de præſump.Dec.in l.vnic.n.4.C. de edic.di.adr.

Poſſeſſoria omnia concurrunt cum petitorio.excepto poſſeſſorio retinendæ ratione contrarietatis Iaſ.in d.§.nihil commune.n.97.cõem dicit.Io.à Ripa in lib.de reſcri.c.7.nu.2.

Fallit niſi intentetur poſſeſſorium retinendę:reſpectu diuerſæ poſſeſſionis Iaſ.ibi n.98. com. dicit, vbi vide diſtinctionem & intellectum. Villalob.

Poſſeſſoria iudicia non dantur illi qui ſua culpa excidit poſſeſſione. Veram opinionem eamque communiter doc.ſequi dicit Alex.in l.3.§.genera.ff.de acq.poſſ.n.28. I.Fich.

Poſſeſſorij cauſam perinde atque petitorij in feudalib.cauſis coram domino feudi determinandam eſſe,cõem dic.Fran. Curt.in Tract.feu.part.vlt.num.23. idem.

A ſententia in poſſeſſorio lata, non appellatur, cõem dicit, Alc.conſ.386.in princ.Et idem eſſe dicendum de quolibet articulo in cauſa poſſeſſorij occurrenti. In fine tamen eiuſdem conſ.dicit,quod poſſet hoc caſu dici de nullitate. Et quod ita concludant omnes in l.prima.C.ſi de momen.poſſeſ. adde & vide ſuprà in ver.appellatio. idem.

A ſententia lata ſuper mero poſſeſſorio, de iure ciuili indiſtinctè non appellatur.eſt cõis opi.cont.Bart.&Ang.ſec.Deci. in conſ.28.vol.1.& ſec.Alex.conſ.2.in fi.vol.3.

Fallit, ſi iudex appellationem admiſerit, quia poterit reus obtinere,ſec.Alex.ibidem. M.Chæriam.

Agenti poſſeſſorio recuperandæ,non poteſt opponi exceptio dominij.Eſt vera & magis cõis opi.ſec. Dec.in conſ.57.circa med.vol.1. idem.

Remedium poſſeſſ.canon.redintegrandæ. 3.q.1.cõpetit etiam contra bona fide & titulo poſſidentem. Eſt magis cõis opi.ſec. Dec.in d.conſ.57.vol.1.Contrariam tamen opi.dicit commu.Lanfr.de Brix.in Rubric. extrà de cauſ.poſſ. & prop. verſ.4.concluſio,&c. idem.

Etiam in poſſeſſoriis,& remedio c.redintegrāda,requiritur litis conteſtatio.Eſt cõis opi.ſec.Alex. in conſ.2.conſideratis. verſ.& dato.vol.3.vide ſuprà Litis conteſtatio.nu.1. idem.

Etiam in iudicio Poſſeſſorio non ſufficit ſemiplena probatio.Eſt magis cõis opi.ſec. Alex.conſil.187.viſa copia circa fi. vol.7.& in conſ.139.circa 1.in fi.vol.6. M.Chærian.

Poſſeſſorio ſuper beneficio eccleſiaſtico quando agitur ad recuperandum illius poſſeſſionem:tunc cauſa non dicitur ſpiritualis,ſed temporalis,ſecund.glo.Abb.& alios in c. Dilecti. col.pen.de elec.in c.literas de iudi. Card.in Clem. Diſpendioſam q.10. de iudi. vbi ꝙ tunc agens non tenetur oſtendere titulum beneficij,De quo vide quæ ſcribit Abb.in cap.in literis ante n.13.de reſt.ſpol.Paris.conſ.12.libr.4.Rob.de ord.iud.4. par.diſt.13.c.17.n.3.& 4.& ꝙ poſſeſſorium cauſæ ſpiritualis non ſit ſpirituale: vt in matetia poſſeſſoria pro beneficiis aliiſque rebus ſpiritualibus coram Iudide ſeculari agi poſſit not. Guid.Pap.q.1.q.85.552.Afflic.deciſ.2.24.85.Boer.q.69.nu. 23.Iaſ.in l.quoties.n.6.C.de Iudi.de quo vide Dec.in cap.1.de iudi.Oſaſc.deciſ.116.num.1.& 4.vbi an iudex ſecularis in Remedio poſſeſſionis beneficiorum retineñ & Recuperandum cognoſcere poſſit:declara,vt ibi per eum, & in ſpecie conclu. quę habet,ꝙ in beneficialibus & ſpiritualibus ſpoliato ſufficit poſſeſſionem ſuam tit.vel alio modo colorare, de qua etiam ſcribit Turz.inter comm.opin.libr.ver. & Qui Oſaſc.d.deciſ. numero decimo.reprobat dictum Abb.in ca.in literis.ante n. 13.de reſt.ſpo.item declarat Guid.pap.quæſtio.1.quæſtio.71. 85. quòd autem poſſeſſorium in beneficialibus tractari poſſit

coram iudice ſeculari not.Nat.conſ.411.col. 1.in prin.Oſaſc. d.deci.116.col.1. vbi refert crebriorem eſſe opi.doc.iuris can. & ciuilis ꝙ poſſit, Quod, in poſſeſſorio retineñ vel recuperañ. non autem adipiſcendę procedere dicit Nat.d.conſ.col.2.quę omnia plenius declarat Rob.de ord.iudi.c.17.prælle.Nat.d. conſ.411.vbi pulchrè poſt Abb.in d.c.in literis ante num.13. & num.18.

poſſeſſorium remedium quando intentatur ad recuperandam poſſeſſionem non poteſt opponi exceptio dominij.Bart. in l.ſi coloni.nu.2.C.de agricol.& cenſit.lib.11.Io.de imol.& alij in ca.poſt electionen.ext.de conceſſ.præb. Et hanc veram & magis comm.opi.eſſe conſulendo ſcribit Philip.Dec.conſ. 57.nu.6.Et Henning.Goden.in conſ.105.in ord.de interd.reſtitu.conſ.1.n.15.cumulat multa ad hanc deciſ. Kirchouius.

poſſeſſoria iudicia requirunt plenam probationem, nec in illis ſufficeret ſemiplena probatio, ſecundùm magis comm. opi.Alex.de Imol.referente in conſ.287.n.3.verſ.& quamuis eſſemus.in 7.vol.conſil.quam & ipſe in conſ.139.nu.14.verſ. tamen adhuc in propoſito.in 6.vol.conſ.quoque refert.Licet nonnulli alij contrariam ſententiam & malè, amplexi fuerint, quos recenſet ibidem. in verb. plena. Apoſtil. quia cauſa poſſeſſoria dicitur magni & conſiderabilis præiudicij, propterea in ea non ſufficeret ſummaria vel ſemiplena probatio, ſed plena, quemadmodum & in aliis cauſis requiritur.Bart.in extrauag.ad reprimendum.in verb.ſummariè.n.12.Ripa in l.2.nu. 9. ff.quorum bonorum. Hanc & cõem eſſe inquit Hier. Cag. in l.in pari cauſa.numer.3. verſ.ſed in contrarium.ff.de regul. iur. idem.

poſſeſſorium rei ſpiritualis.quæſtio nudi & meri poſſeſſorij ſuper re ſpirituali poteſt tractari & cognoſci coram iudice laico: quia non cenſetur ſpiritualis, ſecundum gl.& Panor.in ca. literas.ext.de iura.calum.Inno.in cap.cum dilecti. ext.de elec. Archid.& Io.And.in cap.frequens.ext.de reſti.ſpolia. Secus ſi habet annexam cauſam proprietatis, vt in quæſtion.matrimoniali & beneficiali. Et tunc procedat contraria opi.Lau.Io.de Ligna.Io. And. in addi. ad Specu.in tit.de peti.& poſ.§. 1.verſ. quid ſi ego poſſeſſorio.& Butr.in d.ca. literas.ſecundum Pan. ibi. Balb.deciſ.274.

poſſeſſorium licet Actor.Intentet: ſi tamen poſtea proſecutus fuerit petitorium, ſñia non obñte petitione, ſuper proſecutis & probatis ferenda erit, ſecundum veriorem opino. per Rol.conſ.41.num.25.& ſeq.lib.3.Qua in materia petitorij & poſſeſſorij vide quæ idem.ſcribit d.conſ.nu.17. & ſeq.nu.22. poſt Dec.cõſ.62.col.1.&2.Prac.pap.for.lib.ſpol.poſſ.ver.tentæ & poſſeſſæ ver.pleno iure Remedium autem conſ̃.difficultates quæ fiunt, an quis petitorium vel poſſeſſorium potius intentaſſe dicatur: vide per Rol.d.con.n.26.29.vbi ꝙ clauſula petens ius & iuſtitiam miniſtrari adaptatur ad oẽ remedium quod ex facto narrato elicitur, quam conclu.declara, vt latius per eum.ibi nu.29.

PRO. Poſt contractum capitale crimen donationes factæ valent.l.poſt contractum.ff.de don. Bellon.

PRO. Poſt definitiuam ſententiam, non eſt de expenſis tractandum, niſi iudex hoc in ſententia reſeruauit. l. terminato. C.de fruct.& lit.expen. idem.

PRO. Poſterior opinio in dubio eſt ſequenda. gloſ.not.in l.qui filium.§.fi.ff.ad Trebel. Bellon.

PRO. poſteriora derogant prioribus. l. non eſt nouum. ff. de leg.l.clari C.de fid.in l. pacta nouiſſima. C. de pact. l.ſancimus.C.de teſta.l.2.ff.de iniuſt. rupt.irritóve fac. teſta.in §.poſteriore quoque inſtit.quib.mod.teſt.infir.l.ſi mihi & tibi.§.fi. ff.de leg.1.& c.1.de cog.ſpir.extra.& ca.1.de conſtitu.in 6.

OBIEC. Contra de l.ſed & poſteriores, ff. de leg.vbi poſterior conſtitutio trahitur ad priorem.

SOL. Illud verum eſt, niſi poſterior ſit contraria priori, quia ſtatur poſteriori. idem.

OBIEC. Præterea oppono de l. nihil prohibet. ff. de adim. leg.vbi prior ſcriptura corrigit vltimam.

SOL. illud verum eſt, vbi præcedens ſcriptura eſt derogatoria poſterioris, quia ſtatur primæ: tamen ſi ſpecialiter reuocetur prima per poſteriorem, ſtabimus ſemper vltimę.l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de leg.3.

OB. Tertiò contra de cano.hoc ipſum.33.q.2.& cano.domino.verſicul.in fin.39. deſtinc. vbi antiquiori conſtitutioni ſtandum eſt.

SOL. Cum ambæ conſtitutiones ſunt particulares & locales, tunc obtinet contrarium. Vbi verò conſtitutio eſt generalis, ſemper poſterior præiudicat priori, vt ibi glo. idem.

Poſthumus qui naſcitur in ſexto, vel octauo menſe, non rumpit teſtamentum. Commun.in §.teſtam. q.45. verſic. ſed quid ſi iſte. P.Fichard.

poſthumi præteritione teſtamentum ſit nullum, & ſi ille poſthumus, viuo teſtatore, moriatur, adhuc quidem illud teſtamentum remanet nullum de rigore iuris, ſed de æquitate prætoria reconualeſcit, per text. in l. poſthumus. ff. de iniuſt. rupt.vel irr.fa.teſt.com.dicit Clar.in §.teſt.quæſtio.45.ver.ſed pone. idem.

poſthumus non rumpit teſtamentum, ſi apponatur clauſula codicillaris per verba futuri temporis.Corne.conſ.225.volu.3.com.dicit.Sed Barb.1.conſ.6.vol.2.dicit communiorem eſſe ꝙ operetur clauſula codicillaris: per quæcunque verba concepta, & eum ſequitur Io.Duran.in art.teſtan.ti.3.cau.10. nu.3.bonis rationibus, quem vide. B.Villal.

poſthumus is propriè dicitur, qui poſt patris humum, & mortem naſcitur.l.3.§.1.& ibi glo.& Bart. ff.de iniuſt.rupt.& irrit.teſta. Alex.in rubr. C.de poſthu. hæred. inſtit. & in conſ. 183.incip.circa primam dubitationem.libr.3.& Iaſo.in l.Gallus.in princip.de libe.& poſthu. vbi atteſtatur hanc eſſe com. opinionem, quod etiam affirmat Deci.in l.poſthumo.in prin. C.de bono.poſ.contra tabul.& ex Bar.ſententia.idem Iaſ.in l. Gallus.in princ.ff.de lib.& poſthu. tenet ꝙ appellatione poſthumi inſtituti ille propriè veniat, qui poſt mortem patris in lucem prodiit. per tex.in d.l.nomen filiarum. de ver.ſig.quæ iura id expreſsè probare videntur, quamuis Deci.in d.l.poſthumo.in prin.C.de bo.poſ.contr.tab.dicat text.in d.l.nomen filiarum nihil facere. F.Turz.

Poſthumorum nomen ad eos duntaxat proprie refertur, qui poſt parentum mortem in lucem prodierunt. com.aiunt Iaſ.in l.Gallus.in prin.ff.de lib.& poſth.Dec.in l.poſthumo.in prin.C. de bon.poſ.contra tab.Quando autem illorum præteritio teſtamentum nullum reddat, explicat eleganter & accuratæ cum receptis ſententiis Iul.Clar.de teſtam.q.45.Et an illis præteritis, & teſtamento ea ex cauſa rupto, legata nihilominus ſuſtineantur, necne, ſcribit diligenter duas contrarias ac receptas opiniones idem Clar.vbi s̃.q.51.ver.quod autem. E.Suarez.

PRO. potentior & fortior eſt diſpoſitio legis quàm hominis.l.3. de teſt. l.teſtandi. C.eod. l.nemo poteſt.ff.de legat.1.l. quod de bonis.§.1.ff.ad leg.fal.l.ſi libertus minorem.ff.de iure patr. Bello.

PRO. potentiores non debent opprimere inferiores. l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de of.præſid.l.nec quicquam.§.ſed & ſi quis.ff.de of.procon.& legat. idem.

PRO. potentioribus pares eſſe non poſſumus. l.quia.ff.de alie.mu.iud.cau.fa. idem.

poteſtas abſoluendi remanet ei, cui eſt poteſtas condemnandi ſublata, niſi cum certa ſolennitate in materia hæreſeos. Hieron.Cagnol.in l.nemo. numer.4. ff.de regul.iur. com.dicit. B.Villal.

poteſtas ſeu officialis, non tenetur in ſyndicatu de commiſſis per eius familiam durante officio, extra iuriſdictionem ſuam, ſecundùm Bart.in l.debet executor. ff.nau.cau.ſtab.per illum tex.Calde.in addit.ſuis ad Bal. in materia ſyndicatus.in additione 112.item nec pro debitis vel contractibus factis per familiam durante officio, per l.1.C.vt nullus vica.pro alte.vic.debi.libr.11.& l.1.§.familiæ.ff.de public. idem Paul.de caſtr. conſ.incip. in nomine domini, amen. in facto S. viri do. Antonij. Balb.deciſ.500.

PRO. potior eſt qui tenet quàm qui perſequitur. l. ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de ver.ob. Bello.

practica antiqua eſt ſeruanda. Deci. conſilio trecenteſimo trigeſimoquarto.numero ſecundo.volumine tertio. Crauetta conſilio nonageſimo primo. numero ſeptimo. volumine primo.Riminal.conſilio centeſimo vigeſimo. in princip. volumine primo. Cotta rerum memora. ver.practica.Nam practica eſt finis iuriſconſultorum. Corſus indaga. iuris libr. 2. Nam communiter omnes ſcientiæ conſtant principaliter in duobus, ſcilicet, in theorica & practica. Albe.fuſius in procemio C.& practica.eſt facti, vel mixti iuris & facti, & ideò in ea legitimè erratur, vt in capit.primo. de conſtitutionibus.libro ſexto. Baldus in dicto conſilio 170. in fine, volumine tertio. Bonacoſſa.

præbenda eſt quæ prouenit ex inſtitutione, & officio: canonia eſt ius proueniens ex electione, & receptione in fratrem Ioan.Arri. in cap.cum in de conſt. nu.170. communem dicit. B.Villal.

præbendarum numerus non augetur ex receptione alicuius in canonicum, idem ibi numer. 16. communem dicit. idem.

Præbenda vacatura ſi promittatur cum recipitur aliquis in canonicum



canonicum valet receptio: & vitiatur promiſſio idem ibi nu. 185.com.dicit. idem.

PRO. præcedentia reſtringunt ſequentia.l.fi.§.fi.ff. de trit. vin.oleoque lega.l.ſi quis in prin.ff.de leg.3.& è contrario ſequentia reſtringunt præcedentia.l.nam quod liquidè. §. fi. ff. de pen.leg.l.3.§.fi.cum l.ſeq.ff.de adi.leg. Bellon.

PRO. præceptoris nimia ſæuitia culpæ aſſignatur.l.præceptoris.ff.ad leg.Aquil. Bellon.

PRO. præceptum eſt neceſſitatis, conſilium eſt liberæ voluntatis.can.fi.14.q.1. Bellon.

Præſcriptio tria requirit, titulum,bonam fidem,poſſeſſionem. omnes veluti notiſſimum iuris elementum tradere ſolent,vt ſcribit Vaſq.illuſt.contro.libr.2.c.77.nu.10.ipſe vero ibi tenet, ſolam diutinam poſſeſſionem continuatam, & iuſtam ſufficere ad præſcriptionem creandam, perficiendam & conſumandam. I.Fich.

præſcriptio cum mala fide non procedit: & in hoc eſt ius ciuile correctum per ius can. tam in rebus corporalib. quàm in actionib.realib.& perſonalib.Balb.ibi q.17.com.dicit:licet Soc.conſ.203.dicat communem contrariam,ſed tamen communior eſt prima:& vide Alc.in rub.de præſcript.n.48. Vill.

Adde hanc com.affirmare Minſing.obſer.6.cent.4. I.Fich.

Amplia iſtam communem etiam per tempus immemoriale:ſi conſtat de mala fide præſcribentis: temporis curſus non ſuffragatur Alex.in l.cum aliquis.C.de iur.deli.commu.dicit. quam refert Couar.in d.§.8.nu.4. B.Villal.

Limita in actionibus, quæ ſunt de ſui natura temporales, nec continent pœnam: ſed potiùs dantur ad intereſſe, idem Balb.ibi.com.dicit. idem.

Limita ſecundò,in iure adeundi per 30.an.cum ius ſit quęrendum,& non quæſitum,Balb.ibi.com.dicit.

Limita tertiò, in mala fide prædeceſſoris.quæ non impedit inchoare præſcriptionem,Matth.de affl.in Neap.deci.40.n.7. com.dicit,Hier.Cagn.l.qui in alterius.n.16. ff.de reg.iu.com. dicit contrariam,ſed pro concordia diſtingue,vt per Panor.in c.2.de præſcr.n.7.& 8.q.1. opinio prima procedit in ſingulari ſucceſſore,& ſecunda in vniuerſali qui tenetur exonerare cōſcientiam defuncti,vt per Cur.iu.conſ.170.n.14.vbi dicit magis communem, ſecundum quam intellige vt hic per Pyrrh. Angl.in conſue.Aure.de executionibus.c.14.

Reſtringe hanc tertiam limit.ad ſucceſſorem repræſentantem prædeceſſorem, ſecùs in ſucceſſore dignitatis,vel officij ſi non vult vti poſſeſſione prædeceſſoris. Coua.in reg.poſſeſſor.part.2.§.9.nu.6.ver.7.apparet.com.dicit ex gl.in c.cura.de iure patr. idem.

Succeſſor ſingularis præſcribit ſpatio 10.vel 20.annorum ſolutionem minorem cùm ſibi non ſit nuntiatum de maiori ſumma ſi poſſidet cum titulo, ſi tamen non habet titulum, præſcribit cum bona fide per 30.an. Balb.in 4.part.4.par.q.7. com.dicit. idem.

Mala fides ſuperueniens circa vnum,interrumpit præſcriptionem aliis,Balb.in 2.part.6.q.2.com.dicit. idem.

Limita ſi poſteà bene informatus depoſuerit malam fidem, Balb.ibi 44.com.dicit. idem.

Præſcriptionem dubitatio non impedit, ſi poſt inchoatam præſcriptionem interuenit:ſecùs ſi à principio,Balb.in 2.par. 3.part.q.2.& in 2.par.6.par.q.2.com.dicit. Et ſic intellige,Iaſ. in l.poſſidere.genera.ff.de acq.poſ.nu.19. idem.





In præſcriptionibus quæ titulum non deſiderant, bona fides orta,etiam ex iniuſta cauſa.& fatua,puta Iuris errore,ſufficit ad præſcribendum.vera & communis opinio eſt vt ſcribit Vaſq.Illuſt.controuer.lib.2.c.77.nu.9. I.Fich.

præſcriptionem error iuſti tituli cauſat,quantum ad vſucapiendum & præſcribendum, nō tamen ad repellendum eum, qui agit petitione hæreditatis, vel interdicto quorum bonorum, quæ iudicia regulariter non dantur contra titulo poſſidentem,Balb.in l.Celſus.ff.de vſuc.no.2.com.dicit.

Amplia, vt procedat etiam ſi non ſubeſſet iuſta cauſa credendi titulum eſſe verum:ſi tamen quis ita credat ibidem no. 3.com.dicit. Villal.

Præſcriptio bona fide proceſſiſſe præſumitur. commune cenſent Balb.in l. Celſus. par.3.nu.2.ff.de vſucap. Alc.de præſump.reg.3. præſump.5.latè Did.à Couarr.de ſponſal.2.part. 8.§.1.nu.4.Vt autem mala fide procedat nec ſtatuto edici poteſt.commune ponit Viuius lib.j.opinio 276.in finem.Nullo autem modo in iis admittetur,quę liberi arbitrij ſunt,cōe dicit Ant.Gom.de teſtamen.c.9.nu.27.verſ.2.pro iſta parte.nec etiam in illis aliqua omnino præſcriptio admittitur,quæ in generalis recognitionis ſignum Principi reponūtur,ac reſeruantur.commune aſſerit Pirrus in conſuet.Aurel.de præſcrip.ca. 4. Nec item vlla præſcriptio vllo modo opponi poterit debitori pignus debiti ſolutione redimere volenti, vt frequenter placitum ait Raph.Cuman.in l.pignori.ff.de vſucap.quamuis hac in ſpecie præſcriptionem triginta annorum opponi poſſe dicant receptum Ang.in §. Actionum,n.54.inſtitu.de action. Rip.in rub.n.14.ff.de pignor.Ac magis commune aſſerat Bal. de præſcrip.1.part.5.part. q.12.quos non multum moratus veriorem atque æquiorem ſuperiorem ſententiam exiſtimo Quin & nunquam præſcriptio procedere poterit,quo ad veri domini animo poſſeſſio ciuilis retinetur. commune pono ex Sal.nu.21.Fulg.17.Iaſ.in l.1.C.de ſer.fug.Iaſ.nu.19.Rip.ad finem in l.1.ff.de acquir.poſſ. Ant. Gom.in Taur.l.405.n.105. & de contract.c.vlt.n.25.Did.à Couarr.in c.poſſeſſor.par.2.§. 1.n.3.de reg.iur. tametſi id inſulſum atque abſurdum ſit,vt alibi copioſe oſtendo. E.Suarez.

Præſcriptio non offenditur mala fide venditoris, cum non ab eo,ſed ab alio de illo rem bona fide aſſequuto,res poſſidetur.commune inquit Balb. de præſcrip.2.part.3.part.princip. q.12.nu.7.limit.3.Conciliat autem præſcriptio rerum mobilium dominium directum,ac rerum ſoli vtile duntaxat dominium ritè pręſcribenti,vt cōmune renuncio ex Porc.in princ. n.10.inſtitu.de vſucap.& ex iis,quos latè producit Arius Pinelus in authen.niſi tricennale n.30.C.de bon.mater.Obligationem verò non ſolùm ciuilem,ſed etiam naturalem tollit.cōmune dicit Balb.d.2.par.3.part.princip.q.10.concl.38.Quamuis verius,meo quidem iudicio,ſit,ciuilem obligationem pręſcriptione tolli, naturalem inefficacem reddi, quod etiam receptum affirmat Alciat.in rub.n.44.de præſcrip. idem.

Præſcriptio debiti per decennium ſtatuto induci,ac ſtabiliri nequit.commune inquiunt Imo.conſ.16.n.1. Bertr.conſ.84. n.4.lib.2.Afflic.in conſtitut.Neapo.lib.3.Rub.31.n.4. Viuius lib.1.opi.276.& opin.312.in finem.Si quæ autē alia præſcriptio ſtatuto iuſtè induceretur,nec renunciare debitor illi poterit.commune efferunt Balb.de præſcript.in 6.part.princi.q.6. Pariſ.in rub.n.32.de præſcriptio.Viuius li.1.opi.272.Tametſi contrarium magis mihi probetur, tum quia rigida ſtatuti iniquitas infringitur,ac debitorū malitiæ obuiamitur.tum denique, quia creditoribus alioquin fauore dignis vtiliter conſulitur.atque id etiam receptum Fabianus &alij apud Pariſ.ſuperius allegatum cenſent. idem.

Præſcriptio, quæ ſemel bona fide perfecta eſt, nec ab iis iudicibus reiici explodiq; poteſt, qui liberum arbitrium habēt. commune inquiunt Did.à couar.in c.poſſeſſor.3.par.§.2.in fi. de reg.iur.lib.6.& qui quam plurimos laudat Iaco.Menoc.de arbi.iudic.lib.1.q.49.n.1. idem.

Præſcriptio, quæ triginta vel quadraginta annis peragitur, Iuriſconſultis atque Imperatoribus, ante l.ſicut,& ante l.omnes.C.de præſcript.30.vel 40.anno.ignota prorſus fuit. commune ponit Corn.conſ.38.n.10.lib.1.Procedet autem illa & contra pactum retrouendendi initum in perpetuum: vt frequenter placitum enunciant Purpur.in l.perens. nu.40. C. de pac.Did.à Couar.lib.1.reſolut.c.9.n.1.Cephalus iuris profeſſor clariſſimus conſ.40.n.2. Nec quidquam impediet ſi iuſiurandum huiuſmodi pacto in ſecula ituro acceſſerit. cōmu.cenſantur Boer.deciſ.182.n.7. Tiraq lib.2.de retract.§.1.glo.2.n. 1.ac n.7.Ceph.conſ.43.n.12.Did.à cou.vbi ſ.n.7. Notabis tamen,ac memoriæ ſemper infixum geres,quod nō minus hæc triginta & quadraginta annor. præſcriptio quam quæ decem annorum curriculo perficitur,generaliter ac regulariter reſtitutione ex iuſta aliqua ignorantiæ cauſatum petenda,tum impetranda conuelletur.commune inquiunt Rom.conſ.149.in finem.Fel.n.1. Pariſ.n.3.ac n.5.in c.vigilanti,de præſcrip.Dec. conſ.36.n.9.Boer.deciſ.39.n.6.Soc.conſ.80.lib.3. Grat.conſ. 91.n.55.lib.1.Bertr.conſ.15.n.42. lib.1.Cur.iu.conſ.156.n.3. Eſt autem huic reſtitutioni petendæ ſtatum definitumq; tempus quadriennium, à ſcientia ceſſurum, vt cōmune affirmare auſim ex Panor.in fi.Feli.nu.9.in l.vlt.de præſcrip.atque ex iis vtriuſque iuris præſulib. quos laudat Tiraq. de retract. lign.§. 35.gloſſ.4.n.4.ac latius inſignis Pinel.in auth. niſi tricennale. C.de bo.mater. idem.

Præſcriptio contra priuati alicuius rem cœpta non impedietur, nec ab ordinario ac ſtato ſui iure dimouebitur, quod eccleſia multis prærogatiuis munita interim,dum illa ad finē perducitur,ei priuato ſucceſſerit. commune affirmat Franciſ. Turzan opin.117. idem.

Præſcriptio longiſſima nec titulo, nec bona fide opus habet.comm.ponit Boer.deciſ.42.n.34. Quin & iure Pontificio iſthæc præſcriptio ex iuris errore, malam fidem diluente procedet,commune inquiunt Rub.conſ.75.& qui diligenter explicat Arius Pinel.in auth.niſi tricennale.n.11.C.de bon.mat. latè etiam Viuius lib.1.opin.241.Habebit autem ſummas vires id præſcriptionis genus in res etiam reſtitutioni obnoxias vt receptum affirmant Corn.conſ.38.n.10.& conſ.117.lib.1. & conſ.294.ad finem,lib.3.Grat.conſ.21.n.36.lib.2.Ant.Gomez.in l.Taur.40.nu.9. E.Suarez.

præſcriptio temporis ſupra hominum memoriam decurſi, par priuilegio à principe ſcienter,ac prudenter collatio ius habet.commune inquit Bellon.conſ.55.n.5.Nec illa vſurus titutum alleget,neceſſe eſt.cōm.ponit Viuius lib.1.opi.242.opus tamen eſt. vt is, qui præſcribit, capax eiuſce rei ſit, quam præſcribit.commune ſcribit Did.à couarr. lib.1. variarum reſolu. cap.10.num.4. E.Suarez.

præſcriptionem qui ſemel bona fide perfecit,quamuis poſt ea rem,quam pręſcripſit,alterius eſſe nouerit,illam reſtituere nullo iure tenebitur, vt frequentius placitum affirmant Bal. Nouel.de præſcr.2.par.3.par.prin.q.9.Tiraq.in tráct.ceſſante cauſa,limit.12.n.16.ac vir doctrina & eruditione commemorabilis Iac.Meno.de recup.poſſ.remed.16.nu.17. idem.

Præſcriptio non inducitur in actibus voluntariis,ſec.cōem per Rol.conſ.52.nu.28.29.& ſeq.libr.3.vbi vide exempla notab.& conſ.34.lib.2.

præſcriptionem ſemel completam non tollit mala fides ſuperueniens præſcribentis,vt eſt com.opi.Burgos in c.cum dilecti.n.22.fol.26.de emp.& vend. Bonacoſſ.

præſcriptio 30.vel 40.an.cum mala fide non currit in actionibus perſonalibus etiam pro legato competentibus.cōis eſt opin.Cur.iu.conſ.203.n.26.in 3.vol. Nec etiam hæres defuncti,qui fuit in dolo, quia tenetur exonerare conſcientiam defuncti,vt eſt magis com.opin.Feli.in c.ſi diligenti.de præſcrip. Balb.de præſcrip.in 2.part.3.part.diſt.1.q.12. idem.

Præſcriptio in delictis etiam occultis locum habet, vt eſt commu.opi.de qua D.Gargianus inter conſ.crim. conſ.124. nu.17. idem.

per Præſcriptionem 10.vel 20. annorum acquiritur vtile dominium non directum,teſte Iaſo.in l.traditionibus. nu.13. C.de pact. vbi dicit communem: quam limitat ſex modis, vt ibi per eum. Put.

Præſcriptio. in criminalibus per libelli ſolam oblationem, aut inquiſitionis à iudice formationem etiam ſine citatione rei interrumpitur præſcriptio. l. miles. §.ſexaginta. & ibi Bar. ff.de adul.do. Cato in l.2.§.hoc edicto. ff.de eo per quem fac. erit.licet Bal.ibi contrà.& in d.§.ſexaginta.allegans duas glo. quæ ſecundum eum intelligunt,ꝙ ibi interuenerat partis citatio. Balb.deciſ.252.

Præſcriptio. per ſolam citationem minus legitimè aut nulliter factam,non interrumpitur præſcriptio 30.vel 40.annor. per text.nota.cum glo.in l.ſi pater.C.ne de ſtat.defunct.& ſecundum glo.in cap.ex tuarum.ver.putantes. extr.de purg.cano. in cap. cum plures. extr.de offic.del.in cap.penult.ver.legitimè. extr.de foro compet. Panor.in cap.illud. extr.de præſcript.Bal.in repetit.Paduana.l.edita.C.de eden.col.10. Balb. deciſ.192.

Præſcriptio. Excluſus præſcriptione longi aut longiſſimi temporis à ſuarum rerum vendicatione,nō habet remedium denunciationis eccleſiaſticæ:quia qui rem præſcripſit,poteſt retinere cum bona conſcientia, licet poſt finitam præſcriptionem ſciuerit de illegitimo titul.ſecundum Inn.in ca.cura, extrà de iure patronat.in ſua gloſ.penult.in ca.quia plerique.

ext.de immun.eccleſia.& ibi Panor.quod etiam ſentit e videtur gloſ.in c.vigilanti.& fi.ext.de præſcrip.ſecus in actionibus perſonalibus,in quibus procedere poteſt opin.Bart.in conſtitatione ad reprimendam,in verbo, per denunciationem, qui tenuit in dicto caſu eſſe locum denunciationi. & Bald.in ca.ſi quis per 30.ſi de feud.fue.contro.ibi, ſed quæro nunquid ſtatutum. Balb.deciſ.147.

Præſcriptio in cauſa vſuraria non currit,vt eſt com.opi.Arno.problemate 35. Bonacoſſ.

Præſcriptionem lex inducens & admittens malæ fidei,non valet,vt eſt com.opi de qua Fortunius in tract.de vltimo fine iu.cano.& ciui n.40.& cõem dicit Zaneti.in tract.de differen. inter ius cano. & ciuile.n.75. Balb.in tract.præſcr.in 13.prin. q.n.4.Bouius de ſtatuta præſcrip. idem.

Præſcriptio rerum in corporalium debet eſſe cum bona fide.Fel.in c.fi.de præſcrip.com.dicit. idem.

præſcriptionẽ non impedit mala fides prædeceſſoris. Affli. deciſ.4.n.7.com.dicit.Cagnol. in l.qui in alterius.nu.16. ff.de reg.iur. dicit contrariam eſſe cõem.Sed tu dic pro concordia. ſecundum iura,quæ allegat Affl. intelligit de ſingulari ſucceſſore.Cagnol.autem in vniuerſali hęrede.q tenetur exonerare conſcientiam defuncti.Cur.iu.in conſ.177.n.14.ita conciliat Io.Baptiſta Vezinus Hiſpanus in ſuo ærario communium opinion.in verbo præſcriptionem. idem.

Præſcriptio 40.an.aduerſarium excludit etiam à beneficio reſtitutionis in integrum ex capite ignorantiæ. ſecundum veram & magis cõem opi. vt plenè demonſtrauit Socin.iun. in conſ.66.cum dieb.elapſis,nu.102. vol.1.& vltra authoritates multas ibi allegatas,quæ ſunt vſque ad 16.idem tenet Bertrã. in conſ.139.cum ſupponatur.2.volu.ex primis.Pariſ.in conſ. 23.prima in huiuſmodi nu.221.1.vol. Rube.in conſ.60.circa dubitationem ad finem.Qui aſſerit,ita eſſe cõem opi.Et Ioan. igneus in l.1.§.ſi conditioni.nu.126.ff.ad Sylla.quod etiam ſequitur.And.Tiraq. in tract.de vtroque retract.n.37.38.& 39. vt hæc refert Soc.iu.in conſ.17.n.15.vol.4. E.Muſcul.

Præſcriptio in annuis præſtationibus requirit ad minus curſum 30.an.l.cum notiſſimi.§.in his,vbi Bald.Salic. & alij,& de præſcrip.30.vel 40.an. Nec eſt intrandum in arduam illam diſputationem, vtrum ſufficiat vna præſcriptio pro omnib.ann. an verò præſtatio cuiuſlibet anni, requirat particularem præſcriptionem, & incipiat in initio cuiuſlibet an. ſicut regulariter in annuis legatis,de qua per doc.maximè Sal.in d. §.in his, & per Bart.& alios maximè Alex.in l.de pupillo.§.ſi pluribus, ff.de noui operis nunciat.

Et licet apud Citramontanos ſit magis com opi.ꝙ vna prę ſcriptio ſufficiat pro omnibus annis:Tamen Vltramontani & Cyn.cum eis tenuerunt, contrarium, vt per Balb.in tracta.de præſcriptio.in 4.par.4.part.principal. in 4.q.& nouiſſimè per Crauet.de antiquit.temp.in 4.part.20.q.n.181. Et hoc maximè ꝓcedit,quando inter Vltramõtanos lis iſta vertatur,apud quos ita communiter tenetur. vt tradunt Guid. Pap.q.406. pone quod debes &c.Nicol.Boer.in dec.336.circa hanc q.cũ aliis allegatis per Crauet.ſub dicto n.181.Hæc refert Soc.iu. in conſ.27.nu.32.in 4.vol. E.Muſcul.

Præſcriptio interrumpitur per citationem& litis conteſtationem,quam cõem opi.dicit Rol.à Valle,in conſ.39.n.30.in 1.Tom.conſ. quomodo autem hoc intelligatur paſſim doct. declarant, quia longi temporis litis conteſtatione interrumpitur,ſed nõ ſola citatione.l.moræ litis.C.de rei ven.præſcriptiones longiſſimi temporis 30.vel 40.an. per ſolam in ius vocationem interpellantur, multò magis ergò per litis conteſtationem.l.ſicut.§ quæ ergò.& l.cùm notiſſimi. C.de præſcript. 30.ann.Bar.Iaſ.& alij in l.ex hoc edicto. ff.de eo per quem factum erit quò minus quis in iudicio ſiſtat. Pan. & Feli.in c.illud.ext.de præſcri.Io.Pet.de Ferr.in ſua pract.in form, reſpon. rei conuenti.in verb. præſcriptionis.verſic.reſtat nunc videre quib.modis præſcriptio interrumpatur,n.26.Lud.de Gozad. conſ.56.n.12.verſ.5.addo,Franc.Balb.in tracta.de præſcrip.in 2.part.6.part. prin.in §.expedita.in §.4. principaliter.in §.circa tertiam ſpeciem præſcriptionis.Oldendorp.in tract.de vſuca. & pręſcrip.in §.quanquam autem vtilis.n.21.cum ſeq.ver.per interruptionem.in 8.vol. tracta. & in tracta.exceptio. vſucap. ſeu præſcrip.Ioan.Crot.in conſ.71.n.62.cum ſeq.& Bernhad. Vuurmbler.in pract.obſer.lib.1.tit.de præſcrip.c.9.incip.præſcriptio interrumpitur.& in c.duobus ſeq. incip.præſcriptionis interruptio & actionis perpetuatio.item pręſcriptio interrumpitur quandoque per interpellationẽm extraiudicialem. Kirchouius.

Præſcriptio currit contra creditorem habentem hypothecariam intentandã aduerſus tertium poſſeſſorem,etiam nondum diſcuſſis bonis principalis, vt per Dec.in c.cùm inter,nu. 23.de exception.& Son.iu.conſ.17.n.13.& conſ.117.per tot. vol.j.vbi docent communiter reprobari Alex. conſ.58.vol.5. aſſerentem contrarium. quoniam, cùm quis impedimentum remouere poteſt,& non remonet non excuſatur aliquo modo,& cum hac opinione communi incurrit quoque Alex.ſibi contrarius conſ.220. vol.6.nam, vt ipſe inquit creditor eſt in culpa,cùm non egerit ad diſcuſſionem principalis,ſed pro prima parte multa accumulauit Tiraq.in tract.de præſcrip.in gl. 7.ipſe verò inhæreo ſententiæ cõmuni, tanquam veriori per c.quæ ſcribunt Socin. in d.conſ.& Dec. vbi ſuprà. F.Viuius lib.2.opi.234.

Præſcriptio bona fide cauſata ſpacio longiſſimi temporis, puta,30.an.ſine titulo valido,iure ſubſiſtit,l.ſi quis emptionis. C.de præſcript.30.ann.Quo caſu generalis eſt Regula,ꝙ præſcriptio procedat ſine titulo,ſec.Rom.con.166.col.4.n.8.Fel. in c.ſi diligenti col.fin.de præſcrip. Dec.conſ.267.nu.5.Paris. conſ.66.nu.88.lib.3. Balb.de præſcript.2.part.3.part.princip. quæſtio.6.& quòd in præſcriptione 30. annorum bona fides ſit etiam neceſſaria, communem dicit contra Bar.Deci.conſ. 266.column.final.& in conſil.272.column.3. & d.conſ.267. col.pen.

Pro. præſens habetur pro conſentiente vulg. l.quidam ex parte.ff.de euict.vbi latè not.

Obiec. contra de l.Caius.ff.de pign.act.vbi præſentia non habetur pro conſenſu.

Solut. in iis, quæ nobis inuitis fieri non poſſent, vt in pignore,præſentia habetur pro conſenſu,vt in noſtra regula,ſecùs in iis, quæ fieri poſſent nobis præſentibus etiam inuitis,vt venditio.l.rem alienam.ff.de contrah.emp.& legatum.§.non ſolum.inſtit.de leg.vt in contrario allegatur tex.pro hac ſolu. in l.ſæpè.§.fi.ff.de re iud. Et è contrario abſens pro diſſentiente habetur.all.tex.in l.qui poteſt.ff.de reg.iur. & l.in eo iure.§. deinde.ff.de rit.nupt.

Obiec. opponitur de l.duo ex tribus.ff.de re iudi. & l.ſi in tres.cum l.ſeq.ff.de arbi.vbi dicitur, ꝙ duo inuito tertio poſſunt iudicare,ſed non eo ignorante ſeu abſente.

Solut. Hæc regula ibi fallit, ratio ſpecialitatis ibi aſſignatur, quia tertius traxiſſet eos fortè in ſuam ſententiam. Vel dic, quod poſſum facere altero inuito, poſſum facere eo abſente quando negotium ad eum non pertinet, quando verò negotium aliquo modo pertinet, tunc factum eo abſente non valet, ſed factum eo præſente & contradicente valet, vt ibi. Bellon.

Pro. præſens trahitur ad præteritum, vt Troia capta eſt.l. fuit.& l.verbum erit.ff.de ver.ſig. Bellon.

Propo. præſens verbum non trahitur ad futurum, l.ſi ſtipulatus.§.primo.& l. cum ſtipulamur. ff.de verbor.obligat. idem.

præſentia donatarij cum taciturnitate inducit conſenſum. communem dicit Clar.in §.donario.quæſtio.14. verſ.ſed pone. P.Fich.

præſentes in materia præſcriptionis dicuntur ſi ſunt layci quando ſunt ſub communi præſide: ſi autem ſunt clerici, ſi ſunt ſub eodem archipresbytero,præſentes dicuntur.Balbus in tertia partę. 4. part. 1.quæſtio. 4. in fin. communem dicit. B.Villalob.

præſens in iudicio compellitur recipere libellum, etiam ſi ad hoc non fuerit citatus, tamen non compellitur reſpondere,niſi plenè inſtructus Feli.in capit.1.de iud.num.19.comm. dicit. idem.

præſens in iudicio, quamuis citatus non fuerit, litem accipere cogetur,ſi antequam inſtruatur,reſpondere compelli ne queat.commune ait Felin.in capit.primo.numer.19. de iudi. E.Suarez.

præſentia taciturnitati adiuncta in iis actibus, qui ſuper re mea me inuito geri poſſunt, conſenſum nec præ ſe fert, nec inducit. at in iis, quæ me aduerſante impedirentur ſecus erit: vt frequenter placitum conſtituo ex Alexand. & Iaſ. in l.quæ dotis.ff.ſol.mat.Alex.in l.ſæpe.ff.de re iud.Cor.Iaſ.n.11.Curt. iun.nu.1.in l.cum proponas.1.C.de pact.Iaſo.in l.fundum.de fideic.nu.7.ff.de leg.lib.1.Iaſ.rurſus ad Porc.in §.præterea.nu. 14.ad fi.inſtit.quib.mod.ius patr.pot.ſol. Io.crot.in l.filiusfa. §.diui.nu.169.ff.de leg.lib.1.Caro.Ruin.in l.4.§.Cato.n.169. ff.de verb.ob. E.Suarez.

Præſentia & taciturnitas mea quando fit actus in re mea, qui me inuito fieri poſſit, imò ne quidem ſubſcriptio mea tanquam teſtis ad illum actum, mihi præiudicabit, vt communiter teneri refert Benedict. capr. regul. 56. numer.15.& 47.vide infrà Taciturnitas.

Præſens



Pręſens ac tacens ſi ꝓceſſerit actus ſiue contractus de cuius natura ad illud quod fit eo præſente & tacente tenebatur, habetur pro conſentiente.l.3.C.de acquiren.poſſeſſ.& ibid.glo. Bart.Bal.Sali.& communiter Legiſtæ,& Bar.in d.l.quæ dotis. ff.ſol.matr.refert Ben.Cap. regul.56.numero 30.

Præſens ac tacens actui qui per coniunctum fit,cenſetur fieri de eius conſenſu,niſi proteſtetur,vt communiter teneri refert Bend.Capr.reg.55.nu.20.& reg.56.nu.31.& ſequenti.vide infrà Ratihabitio,& Taciturnitas.

Præſentia & taciturnitas in iis quæ reſpiciunt præiudicium tertij,cuius ad nos cura & ſollicitudo ſpectat non inducit conſenſum,ſimiliter communem etiam in actibus qui contradicendo impedire poterant, niſi taciturnitas longo tempore duceretur,quia tunc videretur conſentire,vt refert Bend.Cap d. reg 56.nu.54.& ſeq.vide infrà Taciturnitas.

Præſentati duo ad beneficium,& collitigantes ſi vnus moriatur,patroni non poſſunt præſentare alium.Gome.in regu. cancel.de ſubrogan.q.12.communem dicit. Villalob.

præſidentes ciuitatis nõ habent merum imperium,ſed tantum minimam iuriſdictionem.Alci.in c.quod ſedem.n.86.de offic.ord.com.dicit. Villalob.

PRO.Præſumptio de præſenti ad præteritũ fit.l.ſi qui adulterij. vbi glo.C.ad legem Iul.de adul.l.non eſt veriſimile.ff.de probat. Bellon.

PRO.præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium. l.generaliter.§.ſi petitum verſ.ſed eum ex præſumptione.ff.de fid.libert. Bellon.Toloſa.

Præſumptio iuris quando eſt pro aliquo non releuat,niſi allegetur Alci.tract.præſump.21.n.2.cõem dicit.de iure regio. exceptio. ſi fiat notoria: ſufficit quod allegetur, & petatur.l. 42.in pragma c.8.& per dictam l.declaratur.2. tit.6. lib.3.ordin.ex quibus reſultat,quod ſi declinatoria iudicij ſit notoria, quod non requiritur probatio & approbatur per dictas leges glo. in clementina appellanti de appellation.& dictum Ioan. Andr.in capitul. ſæpè.de appellatio. quod fallit pro intellect. l.14.tit.2.lib.3.ordi.& l.91.ſtylli.vbi ponuntur caſus de quib. poteſt quis conueniri in domo regia. ex quibus ſi vidua eſt notoria:non indiget probatione,vt tenet Cyn.in l.2. ff.ſi quis in ius vocat. non gerit. Et nota vnum ſatis notabile pro ampliatione d.l.14.& 92. quod ſi quis commiſit plura delicta, & inter ea ſit vnum ex iſtis comprehẽſa in d.l.quod curia poteſt de omnibus cognoſcere. Caſſane.in conſuet.Burgund.rub.2. §.1.gloſ.fi.nu.26.quæ etiam faciunt ad intellect.opinionis poſitæ in ver.iuriſdictio.nu.125.vide quæ ibi habes. B.Villal.

PRO. Præſumimus plus audire maſculos quam fœminas l.quiſquis.§.ad filias.C.ad leg.iul.maieſtat. Bellon.

PRO.Pręſumitur quis ſanę mentis,donec contrarium probetur,l.2.C.qui teſta.fac.poſſ.vel non. idem.

PRO.pręſumitur quis ignorare.niſi probetur ſcire.l.verius. ff.de probat.

OBIEC.Contra.imo præſumitur ſcientia.l.cum de indebito.§.ff.eod.titul.

SOL. Ibi etiam probatur ignorantia præſumptiuè eo ipſo quod probatur indebitum,vt ibi not. idem.

Præſumptio paribus exiſtentibus probationibus ille debet obtinere, qui habet pro ſe etiam leuem præſumptionem, per textum cum gloſſa,quæ reputatur ſingularis in l.ſi duo patroni,in verb.fidei,& ibi not.Bart.ff.de iureiur. Balb.deciſ.12.

Conrra pręſumptionem Iuris,admittitur probatio in contrarium niſi ſit præſumptio iuris, & de iure, ita communiter & plenè per glo.Abb.& alios traditur in c.is quidem,extra de præſumpt.cum concordantibus per Corn.in conſil.136.viſis articulis.litera F.vol.1.& per Ruin.in conſ.41.de duobus principaliter n.18.vol.1.& per Soc.iu.in conſ.77.Lata fuit ſententia n.21.vol.1.& in conſ.85. magnificus dominus Petrus.nu. 40.2.vol.ac dicit cõem in conſ.38.ſub n.17.vol.3. E.Muſcul.

Præſumptio procuratoris.ſi veniens de longinquis partib. tanquam procur. alicuius producat inſtrumentum mandati in quo nomine proprio & cognomine nominatur, præſumitur eſſe illa perſona de qua in mandato, licet pars hoc neget, maximè ſi oſtendat inſtrumentum debiti principalis ſui,per l. fi.cum gloſſ.C.de pact. conuen.ſecundum Cyn. & Bald.in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſcop. & cleri. Panor.in c.coram. extr.de offic.delega.allegat glo.in c.nonnulli. extr.de reſcrip. Balb.deciſ.403.

Præſumptio etiam ſi ſit à lege, debet allegari, aliàs non ſuffragatur, l.ſi adulterium cum inceſtu.§.2. idem pollioni,cum not. ff.ad l.Iuliam de adult. etiam ſi id ꝙ ſic lex ipſa præſumit, notorium ſit. Fel.in ca.cùm ordinem, & ibi Dec.de reſcriptis idem Dec.in c.ex inſinuatione circa fin.& in cap.vt debitus.in 3.not.de appella.ſequitur iaſo.in l.ex quacunque. ff.ſi quis in ius voc.non ier.& in l.ſi verò.§.ſi pro rei.ff.qui ſatiſ.cog. hinc eſt,ꝙ licet bona fides præſumatur,niſi allegetur.non prodeſt, tradit Alex.conſ.49.& conſ.136.lib.2.ac conſ.69.libr.2. & ꝙ neceſſariò illud à lege præſumptum etiam vbi notorium exiſtit, vt proſit ei, qui ex tali præſumptione ſe iuuare, & illam pro ſe inducere vult, allegari debeat communiter à doctor. nemine diſcrepante teneri ait Crauet. in conſ.258. efficaciora. F.Turz.

Præſumptio eſt minus ſemiplena probõe.Eſt com.opi.ſec. iaſ.conſ.129.in caſu.ver.ſecũdò moueor.vol.1.Hinc eſt,ꝙ teſtis non iuratus facit præſumptionem, licet non ſemiplenè probet.c.nuper.& ibi gl.extr.de teſtib. Deci.conſ.540.quæritur in fi.vol.3. M.Chærian.

Præſumptio etiam ſi à lege neceſſario inducatur & notoria, vt doctores fantur, in aliqua ſpecie ſit, non aliter tamen quempiam iuuabit quam ſi ab illo allegetur, vt nemine doctorum diſcrepante vnanimiter receptum affirmant Aymo. Crauet.conſ.257.efficaciora.Franc.Turz.opi.157.nulla item præſumptionum copia,quamuis illæ vehemẽtiſſimæ & cum indubitatis indiciis coniunctæ ſint, ad infligendam corpori pœnam ſufficiet, etſi ad pecuniariam multam proculdubio ſuffectura videatur,commune aiunt Hip.in rub.nu.252.cum ſeq.C.de prob.Nouel.in pract.crim.rubr.de teſtib. in mat.cri. nu.33.Tiraq.de pœn.temperan.cauſa 27.nu.2.& nu.22.cum ſeq.Viuius lib.2.opin.56. E.Suarez.

## PRAESVMPTIO.

*Summaria.*

Solennitatem extrinſecam non præſumi, niſi accedat diuturnitas temporis.q.1.

Cùm probatio impoſſibilis eſt propter diuturnitatem temporis,omnia ſolennia interueniſſe præſumi.ibid.

Solennitatem, de qua facit mentionem notarius in inſtrumento,præſumi interueniſſe.q.2.

Ex temporis diuturnitate præſumi interueniſſe ſolennitatem à ſtatuto requiſitam.q.3.

Probantem ſe vel maiores ſuos habuiſſe ſemel dominium, præſumi ſemper retinuiſſe dominium: atque hanc præſumptionem ſufficere ad hoc, vt reo conuento res litigioſa auferatur.q.4.

Inueſtituram præſumi ex ſola poſſeſſione annali.q.5.

Ex præſumptionibus & indiciis indubitatis non poſſe condemnari aliquem ad mortem,ſed ſufficere ea ad torturã.q.6.

### QVAESTIO I.

Quæro,an ſolennitas extrinſeca præſumatur? reſp.ꝙ regulariter non præſumatur.ita tenet gl.l.ſciendum.& doct.communiter,teſte iaſo.ibi.nu.15.& ſeq.ff.de verb.obl.

Limita non procedere propter temporis diuturnitatem. Nam ex longiſſimo temporis curſu omnia ſolenniter interueniſſe præſumuntur.ita tenet Angel.imol.& Alex.d.l.ſciendum.qui dicit hanc eſſe com.opi.teſte iaſo.nu.16.Eandem dicit eſſe com.opi.Gozad.conſ.73.n.20.Et eam tenet iaſ. l.cùm aliquis.nu.7.C.de iur.delib.Calc.conſ.90.nu.4.conſ.16.nu.1. Ang.l.in aliena.ff.de acq.hær.Boer.deciſ.281.nu.15.part.2.Et quando probatio eſt impoſſibilis propter temporis longinquitatem, omnia ſolennia interueniſſe præſumi, dicit communiter teneri Gozad. conſ.83.nu.20. Et ſequitur Bertrand. conſ.194.nu.5.vol.2.per ea,quæ not.Alex.conſ.48.n.6.conſ. 50.vol.5.Cæpol.conſ.ciuili 38.nu.9.Rom.conſ.275.nu.3.

### QVAESTIO II.

Quæro,an ſolennitas, de qua facit mentionem notarius in inſtrumento,præſumatur interueniſſe? reſp.ꝙ ſic,dummodò talis ſolennitas potuit interuenire tempore confecti inſtrumenti.ita probat gl.l.1.C.de fid.inſtru.& hanc dicit eſſe com. opin.iaſo.d.l.ſciendum.nu.14.ff.de verb.obl.

### QVAESTIO III.

Quæro, an ex temporis longinquitate præſumatur interueniſſe forma à ſtatuto requiſita? reſp.ꝙ ſic,& hęc eſt commu. opi.vt teſtatur Deci.conſ.222.nu.9. Et eam tenet Alexan.d.l. ſciendum.

### QVAESTIO IIII.

Qui probatur ſemel dominus, ſemper præſumitur retinuiſſe dominium,etiam poſt mille annos.l.ſiue poſſideris. Et ibi Bart. Bald. & doctor. communiter. C.de probat.Sed quæro, Vtrum hæc præſumptio ſufficiat ad hoc, vt reo conuento res controuerſa auferatur? reſp.varietas eſt opinionum in hoc art.namque nonnulli exiſtimant, hanc præſumptionem,quæ vult eũ, qui ſemel fuit dñs, ſemper retinuiſſe dominium non ſufficere ad hoc vt reo conuento res controuerſa auferatur,

præſertim

præſertim, ſi de dominio per probationes alioquin ſufficientes facta eſt fides. Alex.conſ.16.num.2.& 3.vol.5. Abb.c.veniens.ext.de teſtib.Corn.conſ.142.ver.nec obſtat.lib,3. & in conſ.35.vol.1.col.fi.

Contrarium tamen, ꝙ ſcilicet ex eo, ꝙ quis probauit ſe vel maiores ſuos habuiſſe ſemel dominium alicuius rei, reſultet præſumptio ſufficiens ad hoc, vt res controuerſa poſſit reo auferri, tenent doct.magis communiter, vt firmat Fran.Rip.l.rem quæ nobis.ff.de acq poſ. Aym.Crauet.in tract. de antiq.temp.par.1.§.viſo.Deci.c.1.ext.de appel.Eandem tenet opin. Fran.aret.c.veniens.el 1.& ibi Fel.nu.16.ext.de teſtib.Deci.in conſ.438.nu.3.Ludol.Schrader in conſ.32. inter conſ.iuriſc. German.nu.36.Vbi dicit hanc eſſe magis com.opi.Fel.c.ſcribebant.nu.4.ext.de præſumpt.Angel.in l.atqui natura.§.cùm me abſente,ff.de neg.geſt.And.Sic.conſ.27.conſ.37.lib.3.

## QVAESTIO V.

Quæro, an ex ſola poſſeſſione annali, præſumatur inueſtitura? reſp. ꝙ ſic, etiam non accedentibus aliis adminiculis, & hoc legibus cautum, & à doct.communiter receptum eſt.c.1.§.fi.ſi de inueſt.inter dom.& vaſ.lis oriat. Et hanc ſententiam firmat Aluar.& Præpoſ.c.ſi quis per triginta.ſi de feud.defun.content.Et ita dicit communiter teneri Fran.Balb. in tractat.præſcript.4.par.4.par.prin.12.q.prin.q.1.nu.2.Schrad,d.conſil.32.nu.74.

## QVAESTIO VI.

Quæro, an ex præſumptionibus & indiciis indubitatis poſſit aliquis condemnari ad mortem? reſp. magna eſt controuerſia inter doctor.circa hanc q.Namque nonnulli exiſtimarunt præſumptiones & indicia indubitata ſufficere ad condemnationem ſine aliis probationibus, Spec.& Io.An.in addit.tit.de prob.§.videndum.ver.13.Bart.l.2.ff.de furt,Sal.l.fi.C.de probat.Eandem ſententiam firmat Bald,l.excipiuntur.ff.ad Sylla. Ange.in tract.malefic. ver.comparue.d.inquiſiti & neg.nu.5. Paris de Put.tract.ſynd.char.59.

Alij verò contrà cenſuerunt, præſumptiones quantumuis indubitatas non ſufficere ad condemnationem pœnæ corporalis.Gand.tract.malefic.rub.de præſumpt.& indubit. vbi dicit ſe vidiſſe ita in practica obſeruari.& omnes doc.Bononiæ.& alibi exiſtentes ita conſuluiſſe, ex quo dubium non eſt, eam opi.eſſe communem.Eandem ſententiam firmat Ang.in l.2. ff.de furt.vbi reprehendit Bart. & dicit ex præſumptione aliqua violenta non poſſe aliquem damnari criminaliter maximè ad mortem, ſed eſſe indicium ſufficiens ad torturam.Et ſequitur Paul.de caſt.conſ.179.incip.viſa inquiſitione. Cæpol.conſ.6.incip.veritas.Aug.arim.in addi.ad Ang.d.tract.malef.d.ver.fama publica.nu.22.& ſeq. & ibi Hier.Cuchalon in addit.hanc eſſe com.opi.Hanc quoque tenet Mathæſ.not.118.incip.nota ꝙ præſumptio.Im.l.fi.ff.de hær.inſtit, Brut.in trac,de indic.& tort.char.5.Hippol.in prac,crim §.quoniam.n.29.cum ſeq.& in repe.rubri.c.de prob.in materia probat.quæ fit per præſumptiones.Et eam dicit eſſe communem Inn.c.quia veriſimile.de præſumpt. Michael Graſſ.

Præſumptiones ſeu indubitata indicia ſunt triplis generis. Alia iuris & de iure, ſuper quibus lex ſtatuit, & ea approbat, etiam in criminalib.alia iuris, quæ lex approbat in ciuilib.alia hominis, quæ colliguntur ex factis hominum, & ſignis; aliæ autem præſumptiones, quando delicta ſunt huiuſmodi, quæ ſine dolo non committuntur ad condemnandum aliquem non ſufficiunt, vt eſt communis opi.de qua D.Hiero.Gabriel.conſ.180.nu.20.plures tamen præſumptiones ſimul coniunguntur.Moronus de fide, treuga & pace.q.183.& ibi etiam, an ex præſumptionibus quis poſſit damnari ad mortem, q.186. Bonacoſſ.

Præſumptiua ſufficit probatio, & per coniecturas in his, quæ occultè fieri ſolent, & ſic à communiter accidentibus. Calepha.inter conſ.crim.diuer,conſ.86.nu.21.vol.2.communem eſſe probans. Bonac.

Præteritus is intelligitur qui in teſtamento non eſt inſtitutus, neque nominatim exhæredatus, etiam quod de eo in teſtamento eſſet allo modo facta mentio.com.dicit Cla,in §.teſtamen.q.42.in prin. P.Fich.

Præteritus ſine cauſa filius emancipatus, ius hodie habet dicendi nullum patris teſtamentum, vt frequenter placitum renuncio ex Pau.nu.7.Corn.nu,29.Iaſ.nu.18.in auth,ex cauſa.C.de lib. præte.Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.lect,1.nu.54.ff.de lib.& poſthu,Im.in l.filio præterito. ff.de iniuſt,rupt, Iul.Clar,de teſtam.q.42.ver.& hæc quidem concluſio.quamuis illi bonorum poſſeſſionem contra tabulas ſolum deferri effutierit communiter receptum Porc.in §.vltim, numer.11. inſtitut.de bon.poſſeſſ. E,Suarez.

Præteritio filij reddit teſtamentum ipſo iure nullum, etiam ſi præteritus nullum non diceret. Eſt magis com.opi. ſec.Iaſ,conſ.113.nos iaſon.vol.1. M.Chærian.

Præteritione filiæ teſtamentum annullatur.com,dicit Cla.§.teſtam.q.42.ver.item quæro. P.Fich.

Auth.ex cauſa.C.de lib.præt.dicens ex præteritione ſolam inſtitutionem vitiari, cætera verò firma manere, non habet locum in relictis ipſi prærerito teſtamentum impugnanti. Eſt com.opi.ſec.Rom.conſ.516.in caſu propoſito. M.Chær.

Teſtamentum nullum prę̨teritione filij propter clauſulam codicillarem ſuſtinetur in vim fideicommiſſi.Eſt magis com.opi.ſec.Deci.conſ.228.in caſu propoſito.circa prin.vol.2.

Præteritione filij vel nepotis, facta ſine cauſa per matrem vel auiam, teſtamentum eſt adhuc hodie ipſo iure nullum, nec conſeruatur, per auth.ex cauſa.C.de libe.præt.Eſt com.opi.ſec.Alex.conſ.26.circa primum.ver.circa tertium.vol.j.id.

Diſpoſitio authen.ex cauſa procedit etiam in præteritione vel exhæredatione, facta ſine cauſa.Eſt com.opi. contra Dyn. ſec.Alex.d.conſ.26.ver.nec obſtat dicta lex. idem.

Præteritio filiorum teſtamentum nullum prorſus reddit, etiam antequam filij illud nullum dicant:& quamuis nullum non dicant, vt frequentius placitum renuncio ex Iaſ.à nu.23. Dec.in l.poſthumo nato. C.de bon.poſ. contr.tab.Imo.in l.filio præterito.ff.de iniuſt.rupt.Alex.conſ.27.nu.1.& n.3.lib.6. Guliel. in c.Raynutius. verſ.in eodem teſtamento in 1.n.96. de teſtam.Boer.deciſ.96.par.1.nu.1.& 2.Amplia vt idem iure etiam prætorio futurum ſit: vt commune conſtituo ex Aret. Alex.& Iaſ.n.28.Dec.n.11.Curt.iu.n.48.in l.poſthumo nato. C.de bono.poſ. cont.tab. Imo.in l.filio præterito.ff.de iniuſt.rup. Soc.in l.ſi filius.ff.illo eod.tit. Ant. Gomez. de teſtamen.c.11.n.5. amplia ſecundo, vt hoc etiam procedat, tametſi pater extraneum hæredem inſtituerit ſub conditione, ſi filius ſe viuo mortem obeat, vel inſtitutionem in id tempus cõferat, quo filius hæres iam eſſe nequeat.commune pronunciant Aret.in l.ſi quis eum §.vlt.ff.de vulga.& pupil.idem Aret.Alex.ac Iaſ.in l.Gallus.in princ.ff.de lib. & poſthu.Guliel. in c.Raynutius.ver.adiiciens. de teſtament.Segur.l.3.§.vlt.ff.de libe.& poſthu.doctor.meus Emanuel à Coſta.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.par.1.n.51.ff.illo.eod.tit.amplia.tertiò, vt idem ius locum habeat, quamuis præterito cum illius cauſæ adiectione fiat, quæ exhę̨redationi ſatis ſuperque foret.quemadmodum commune interpretum dogma eſſe miſerunt in literas Im.in d.l.filio prę̨terito.n.14.& in l.1.ff.de teſtamen.idem Imo.Soc.n.7.& in d.§.& quid ſi tantum.Alex. & Iaſ.in l.ſicut.n.1.C.de teſtam.mil.Soc.& Alc.nu.5.in l.ſi filius, qui in poteſtate.ff.de lib.& poſth.Corn.nu.28.iaſ.in auth.ex cauſa.C.de lib.præter. Alex.conſ.161.nu.1.lib.2.& in auth.non licet. C.de lib.præt. iaſ.l.in arenam.C.de inof.teſta.Guliel.in c.Raynutius. verſ.in eodem teſtamento.in 2.nu.46. de teſta.atque alij, quos referunt Did.à Couar.in eod.c.Raynutius.nu.1. Ant.Gom.de teſta.c.11.num.2.Eman.à Coſta in d.§.& quid ſi tantùm.3.part.nu.164.intellige tamen quod ſi hæres inſtitutus adiectam ingratitudinis cauſam hac in ſpecie probauerit, teſtamentum iure ipſo alioquin nullum, conualeſcet, & filius penitus excludetur.receptum quoque eſſe liquet ex Bart.nu.12.Salic.nu.6. Pau.nu.5.ac nu.9.iaſo.nu.1.in fi. late Curt.iun.nu.39.in d.authen.ex cauſa.iaſo.d.l.in arenam.nu.3.& Galeaul.nu.49.Coſta part.2.n.166.in d.§.& quid ſi tantùm. Ant.Gom.vbi ſ.nu.3.quorum tamen opinio & ſi ę̨quitati conſentanea videatur, tamen à veris iuris definitionib. oppidò quam abhorret, vt non immerito ab ea defecerint Alex.Curt.iun.nu.15.in d.authen.non licet.Corn.in d.auth.ex cauſa.nu.28.Guliel.in d.ca.verſ.in eodem teſtamento.in 1.nu.218. Alciat.d.l.ſi filius qui in poteſtate.nu.5.Viglius in rub.nu.4.de inoffi.teſta. & nos alibi id latius efficacibus argumentis refellimus. Quanquam iure ipſo ſuſtineri poſſe huiuſmodi teſtamentum, quod longe maius eſt, non improbabiliter contendere videantur Did.à Couar.Ant.Gom.Eman.à Coſta, cum nonnullis antiquioribus.ſed ea tota de re, vt dixi, alibi latius & opportunius. Amplia præterea quarto, vt idem ius prorſus dici debeat, etſi teſtamentum, de quo agitur inter ipſos liberos conditum fuerit.commune aſſeuerant Dec.conſ.105.nu.5.in fi. Claud.in l.inter cætera, nu.8.ff.de lib.& poſth.iul,Clar.de teſta,q.8. verſ.ſed quæro tu ſcis. Quamuis eiuſcemodi teſtamentum valere poſſit tamen clauſula codicillaris, quæ in teſtamento inter liberos exarata ſemper intelligitur.commune efferunt Bellon.conſ.85, numer.4.iul.Clar.vbi ſ. verſ.vnum tamen ſcias.Amplia quinto atque vltimò, vt & militare teſtamentum præteritio nullum reddat, ſi cauſam aliquam expreſſim non præſe tulerit, commune inquiunt Rip.in l.Centurio.nu.43.ff.de vulg.& pup.I.Clar.vbi ſ.q.42. verſ.bene verum eſt. Obſerua tamen diligenter, ac memorię̨ tenaciter inſculpito, quod ſi huiuſmodi teſtamentis clauſula codicillaris inſerta fuerit, teſtamentum fideicommiſſi iure ſubſiſtet:atque inſtitutis hæredibus hæreditatem reſtituere filij cogentur, & reliquos omnes ſuos effectus clauſula illa codicillaris conſequetur. commune renuncio ex Bald.conſ.431.lib.3.& conſ.104.lib.4.Rom.conſ.122.Alex.conſ.32.in cauſa mota & conſ.41.lib.j.& conſil.285.ad fi.lib.2.Alex rurſus nu.13.iaſ.nu.22.poſt Paul. nu.15.in d.auth.ex cauſa.C.de lib.præt.Ang in §.1.nu.4.inſtit.de codic.iaſ.in auth.nouiſſima.nu.24.in finem. C.de inof. teſta. dec.in l.poſthumo nato.C. de bo. poſſ. contra tab. Io. dilect. de art.teſtan.tit.3.cau.1 nu.4.Ant.Gomez in l.3.Tauri.n.78. latè Iul.Clar. vbi ſ.quod ampliabis, licet eo tempore, quo factum teſtamentum proponitur, filius præteritus nondum natus eſſet commune proferunt Ruin.conſ.193.nu.3.lib.2.Tiraq.in l.ſi vnquam.verſ.donatione largitus C.de reuoc.do.& copioſe ac diligenter de materia diſſerit I.Cla.vbi ſ.ver.& hę̨c quidem com.opi.cum ver.frequentibus. limitabis autem ſuperius commune placitum:vt ſi, cum teſtamentum fieret, prę̨teritioni filius conſenſiſſet, teſtamentum illius cauſa nullum non reddatur: ſecus ſi poſt teſtamentum iam conſcriptum aſſenſus ſit.communia ponit vberrimè I.Cla.vbi ſ.q.43.ver.ſed quid ſi ipſe filius. E.Suarez.



Præteritio parentum ac maiorum per lineam paternam cõtingentium, etiam cum adiecta cauſa à filiis, vel de caſtrenſi peculio teſtantibus admiſſa, teſtamentum ipſorum nullum ipſo iure reddit.commune pronunciant Alex.in l nemo.in fine.C.qui teſta.fac.poſſ.Ripa in l.centurio.nu.43.ff.de vulg.& pup.vberius Cla.de teſta.q.48. idem.

præteritio eorum, quibus legitima non debetur, nullum vitium, nullamque labem teſtamento afferre poteſt.commune affirmat.Corn.conſ.40.litera F.lib.3.& vide ſ.ver.legitima. idem.

PRO.prætor de patria, non de extraneis prouinciis eligendus eſt l.tres.C.de of.prætor.

OBIEC.Contrà de l.Barbarius.ff.eod tit.

SOL.ibi propter communem errorem, qui facit ius.l.3.in fi.ff.de ſup.leg. Bellon.

PRO. prætor quandoque mentiri permittit.§.namque inſti.de act. idem.

PRO.prætoris eſt æſtimare, an ſua ſit iuriſdictio, vocari autem non contemnere prætoris authoritatem.l.ſi quis ex aliena.ff.de iud.c.cùm perſonæ.de priuil.in 6. idem.

PRO.prætoris factum iuri derogare non oportet.l.1.ff. de fert.& dil. idem.

prætor quis eſſe non poteſt in loco, vbi eſt ortus, nec poteſt ſubrogari loco prę̨toris de iure, vel conſuetudine, nec ſubdelegari, & hoc nõ videtur habere aliquod probabile dubium. Rui.in conſ.138.nu.2.& 3.& ſeq.in 5.vol. Bonacoſſ.

PRO. precium loco rei ſuccedit.l.quia qui precio. ff. de vſufr. Bellon.

PRO.precia rerum conſtituuntur, ſecundum communem æſtimationem, non, ſecundum ſingularem cuiuſque affectionem.l. precia rerum.ff.ad leg. Falc.l. ſi ſeruum meum.ff. ad l. Aquil. idem.

precium rei dicitur deductis omnib. expenſis, vt commune inquit Ant.Gomez.de teſta.c.12.nu.25.verſ.ſecundo infertur.Eius autem annui conſtitutio quamuis ſit emptionis nomine, in contractu exarata, dicetur, ac ducetur locatio. commune ait Rip.de peſte.parte.2.primæ part.n.39. Aliàs autem generaliter, ac regulariter precij mentio emptionem arguit: vt frequenter placitum conſtituo ex Fabian.de empt.& ven.q.2.n.2.Iaſ.lect.1.n.107.& lect.2.n.145.Rip.n.103. Loazes. nu.187.in l.filiusfa.§.diui.ff.de lega.li.1.latè Tiraq.de retract.lign.§.1.gl.1.in prin. E Suarez.

Primogenitus.In regnis & principatibus omni iure procedit, & laudabilis eſt conſuetudo ſeu conſtitutio Gallicana, ꝙ primogenitus ſuccedat in totum, & cæteri illi ſubſint:probatur hoc l.diuina Geneſis 25.c.iure gentium apud Xenophontem in vita Cyri regis Perſarum, qui intelligens regnum eſſe indiuiduum, iuſſit vt primogenitus rex eſſet, & ſecundo genitus ei ſubeſſet, cui certa particularia aſſignauit.Idem ſentit Philoſophus.4.metaph.qui dixit omnem pluralitatem principatuum eſſe malam, & ſubiicit, princeps ergo vnus.Lege euangelica Deus vnus eſt.Vna fides, & erit vnum ouile, & vnus paſtor vt in Euangelio Io.5.c. authoritate canonum, quib.mõſtroſum videtur, vt vna prouincia habeat duos archiepiſcopos:& vna diœceſis duos epiſcopos.Ideo iubetur ꝙ quę̨que diœceſis habeat vnum ſolum cap.& eccleſia Romana vnum paſtorem.c.quoniam in pleriſq;. ext.de of.ord.fac.c.imperialem in §.præterea ducatus de prohib.alien. feud. per Frider.c. quam periculoſum.7.q.1.& ſeq.& c.licet, & ibi gl.Io.And.in fi.& communiter cano.extrà de voto. Dummodo primogenitus aliis fratribus prouideat honeſtè ſecundum qualitatem perſonarum & patrimonij de victu. Balb.deciſ.141.

Primogenita ſunt licita.Coua.in reſolu in li.1. c.5.n.5.cõmunem ex Tiraq.& de primogenitu.q.4.nu.13. B.Villal.

princeps ſi alicui feudum concedat, & in conceſſione vtatur verbo donamus, vel alio ſimili importante donationem, cenſebitur libera donatio.com.in §.T.q.17. P.Fichard.

Si imperator vel alius princeps, fecit pactum aliquod cum ciuitate, vel alio loco, illud obſeruare tenetur & ex tali pacto obligatur.eſt com.opi.ſec.iaſ. in conſ.1.præſupponitur in facto.vol.1. M.Chærian.

princeps de plenitudine poteſtatis non poteſt auferre ius perfectè acquiſitum alij miniſterio iuris ciuilis ſine cauſa veluti per ſententiam præſcriptionem, aut aditionem hæreditatis, quoniam licet modus acquirendi ſit de iure ciuili inductus nihilominus ipſum dominium eſt de iure gentium, ſec.doc.cõmuniter in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth.in l,fi.C.ſi contra ius vel vti.publi.& in ca.quæ in eccleſiarum.de conſti.quam communem ſequitur iaſ.in l.ſi is qui pro emptore, ff.de vſucapio.in d.§.& quid ſi tantum, nu.125. & in d.l.fi.C.ſi contra ius vel vtili.publi.in 7.limita fel.in d.c.quæ in eccleſiarum, nu.33. Alex.Soci.Gallia. & Moder.Hiſpani.in §.& quid ſi tantum, Iac.Nigri.in rub.ff.ſi cer.pet.nu.15 & Ruynus conſ.95.n.1.& 9.vol.1.Bellonus conſ.2.nu.2.& ſeq.& iſta eſt mag.com.opi quam ſequitur, & citat Pariſi.conſ.101.nu.70.vol.1.Soc.iu.conſ.120.n.32.vol.2.Crauet.conſ 172.n.3.conſil.103.conſ.135.n.20 & ſeq.conſ.172.& conſ.7.n.10.Contrariam verò partem ꝙ princeps poſſit auferre ius perfectè alteri acquiſitum ſine cauſa.tenuit Ang.in l. Lucius ff.de euict.abb.in c.ex parte ſecunda, de of.deleg.Steph Bertr.conſ.301.nu.5.vol.3.& iaſ. ſibi contrarius in conſulendo tenet hoc idẽ in conſ.1.libr.1.vbi ſequitur Bald.in l.fin. C.ſent.reſcind.non poſſ. vbi ait, ꝙ princeps poteſt reſcribere contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, dicens illud dictum Bald.eſſe ſingulare, & poſſe auferre dominium acquiſitum, mediante tali ſententia Similiter idem iaſ.conſ.197.lib.4.arguit pro opinione Pauli.de caſtro.in l.cum hæredes in prin.ff de acq.poſſ.& in l.3 ff.de teſta. quod princeps poſſit legitimare ſpurium, etiam poſt aditam hæreditatem per agnatos dummodo poſſeſſio bonorum nondum apprehenſa ſit.Eandem opinio.ſentit idem iaſ.conſ.93.li.1.vbi voluit ꝙ pontifex eximendo monaſterium à decimis in conſequentiam præiudicat laicis, quibus decimæ debentur: quia non attenditur præiudicium, qđ venit in conſequentiam.His igitur non obſtantibus, prima opinio ꝙ princeps non poteſt auferre ius quæſitum per aditionem hæreditatis, aut per ſententiam videtur magis communis, & ſequenda vt audacter aſſerunt moder.in d.l.fi C.ſi contra ius vel vti.publicam.Capacius deciſ.166.nu.4.& 10.Crauet.in d.conſ.172.nu.3.& alij quamplurimi ſ relati.Hæc communis interpretatur & limitatur non procedere, quotieſcunque princeps tolleret ius quæſitum de iure gentium ex cauſa, vt illud ex cauſa auferri poſſit requiritur ꝙ ſit huiuſmodi cauſa, quæ principaliter vtilitatem publicam, ſecundum Bart.in l.quæcunque.in fi.C.de fid.inſtr.& iure haſtæ fiſca.lib.10.Old.conſ.224. iſtæ ſunt allegationes Paul.caſtr. conſ.177. conſil.229.conſ.287.lib.1.dec.conſ.361.& conſ.588.poſt fel.in d.c.quæ in eccleſiarum, iaſ.in l.Barbarius.ff.de of.præto. & conſ.233.lib.2.Iſtam ſcribit eſſe magis communem opi.Alex.conſil.361.nu.10. volu. 2. Limita ſecundo loco dictam communem opi.non procedere, quando princeps ex cauſa remunerationis ſeruitionum auferret dominium alterius de iure gentium quæſitum tunc enim certum eſt principem poſſe id auferre.l.item ſi verberatum, vbi Bart.& Ang ff.de rei vend.& alij ſcriben.in l.Antiochenſium ff.de priuile.credito. & quod remuneratio ſit ſufficiens cauſa principi ad tollendum dominium alienum, conſuluit dec.conſil.498.viſo caſu propoſito & conſil.588. viſo puncto.poſt alios relatos per Grammaticum deciſ.66.nu.2.& ſeq. F.Viuius.

Bannitus, ſeu deportatus reſtitutus recuperat bona confiſcata.l.1.2.& 3.C.de ſent.paſſis.ſed bona alienata & in tertium interim tranſlata aliquo modo, per reſtitutionem ſibi factam à principe non recuperat, vnde reſtituto bannito, eius reſtitutio non trahitur ad bona in tertium alienata, ſecundum Bart.& Bal.in l.fi.e.tit.Bart.& alios doc in l.Gallus.§.& quid ſi tantum ff.de lib.& poſth.Cardi.in c.quia diligentia dẽ elect.abb.in c.1.de parochi.& in c.ex tua in fi.de cleri.non reſiden. imo.

in c.noſtra de iniur.hoc idem tenent idem abb,in c.inter quatuor de maior. & obed. vbi fel.atteſtatur hanc eſſe communem opi.& conſtat ex allegatis per Alex.& Moder. in d. §. & quid ſi tantum. Ampliantur prædicta non ſolum procedere in dubio ſed etiam quando princeps, vel ſuperior vellet expreſsè ſub reſtitutione comprehendi bona interim alienata, ſecundum Bal.Cy.& Alex.in d.§.& quid ſi tantum.Sed cardi. in d.c.quia diligentia videtur expreſsè tenere contrarium,videlicet ꝙ reſtitutio facta per principem.vel ſuperiorem cum clauſula prægnanti, ꝙ bannitus pleniſſimè reſtituatur. ita nihil de banno opponi paſſit,trahatur & extendatur ad bona in tertium alienata cum quo quidem cardi. ſentiunt omnes doctor. magis communiter, vt ſcribunt Moder.in d.§.& quid ſi tantum.& iaſo.ibi n.77.& fel.in d.c.inter quatuor,& licet iſte reſtitutus recuperet bona non alienata,ob hoc non recuperaret in iſto caſu,nec in aliquo alio caſu fructus, qui donec extiterat bãnitus,à fiſco,ſeu ab alio priuato fuiſſent percepti,tex. eſt ſingularis in auth.idem Neſtorianus,C.de here.ſecundum omnes doct.communiter qui ita tenent vt refert iaſ.in d.§. & quid ſi tantum nu.64.vbi etiam Moder.omnes. Viuius.

Princeps obligatur per ſuum contractum, & aſtringit ſucceſſorem in dignitate,iaſ.in conſ. 10.vol.3.com.dicit.

Nota iſtam communem quæ facit ad corroborationem l. 3.ti.9.lib.5.ord. vbi rex & regina inuerunt contractum cum ciuitatibus regni.ſui,quod non poſſit alienare villas,aut ciuitates,vel alia loca,vel bona regni,niſi ex iuſtiſſima cauſa.&cũ conſilio ſenatorum magni conſilij, & contra factum eſt nullum,& rex poteſt propria authoritate reaſſumere,de quo per fel.& dec.in 2.lect.n.6.in c.eccleſia S.Mariæ.de conſtit.In tantum autem eſt vera noſtra communis, ꝙ nec de plenitudine poteſtatis,quidem poteſt contrauenire.Paul.de caſtr.in l.digna vox.de legib.C.Et quod rex non poſſit alienare bona regni.l.4.tit.15.par.5.etſi alienat perdit nomen regis.l.6.tit.1.parte 2.de qua per Io.Lupum in rep.c.& vide s.in verb.præſcrib. B.Villal.

Princeps an ex ſuis contractibus obligetur,& obligare poſſit ſuos ſucceſſores item an poſſit alienare vnam ex ciuitatibus in præiudicium ſucceſſorum,vide cumulum allegationũ apud Tiraq.in tract.de primoge.35.q.nu.23.& 24. I.Fich.

princeps ſi reſtituit rebellem, talis reſtitutio non extenditur ad bona iam alienata,communiter tenent docto.in l.Gallus. §.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth.vt refert Maf.de affl. deciſ.361.nu.7.fallit niſi publica pax hoc exigeret,vt dicit ibidem Matth. idem.

princeps ſtatuens aliquid contra ius naturale vel gentium non præſumitur habere iuſtam cauſam,magis receptam ſcribit Minſing.obſer.8.cent.4.Secus,ſi contra ius poſitiuum aliquid ſtatuat,vel ſcribat:quia tunc ſemper iuſta cauſa preſumitur moueri.Sed ita,ſi motu proprio non ad inſtantiam partis id faciat,vt ibidem tractatur. idem.

princeps ſine cauſa non poteſt tollere alicui ea,quæ ſunt iuris naturalis.curt. iun. conſ. 138.num. 5.communem dicit. B.Villal.

Amplia, ꝙ princeps non poteſt tollere alicui ius ſuum ſine cauſa.fel.in c.quæ in eccleſiarum.nu.33.de conſti. com. dicit. & Bello.conſ.2.nu.2.& 3. idem.

Contrariam opinionem,ꝙ imò princeps,etiam ſine cauſa, poſſit rem ſubditi propriam de plenitudine poteſtatis auferre,& alteri dare,adeoque in totum cum legibus diſpẽſare cõmunem eſſe ſententiam ſcribit Vaſq.illuſtr.contro.li.1.c.15. in prin.ipſe tamen eam poſtea improbat. I.Fich.

Amplia ad feudum,quia de illo non poteſt priuare vaſallũ ſine cauſa.Aym.de antiqui.tempo.part.1.verſ.nu.17.com.dicit ex Bald.in conſ.326.lib.1. idem.

In iis,quæ non dependent à libera voluntate principis,prout ſunt contractus, & ibi agitur de priuando aliquem iure quæſito non poteſt princeps procedere,parte non citata.idẽ, Aym.part.1.verſ.1.n.30.com.dicit ex Soci.conſ.16. Villal.

Amplia etiam de iis, de quibus princeps ad libitum diſponere non poteſt,parte non citata.idem Aym.nu.32.com.dicit ex Bal.conſ.326.vol.1. idem.

Amplia ad alienationem faciendam per principem hominibus villę,vel caſtri inuitis ꝙ nõ poteſt facere:quia ipſis conuenit non mutare dominum.curt.iu.conſ.174.n.17.com.dicit:quod tamen fallit niſi pro bono pacis,vt per Gome.in §.item ſeruiana.inſt.de actio.nu. 43. vbi vide alias limitationes, & vide fel.in c.dilecti.de maioritate,& obed.in verſ.inuictiſſi. idem.

Concor.cum l.4.tit.15.part.2.nec donare poteſt.l.4.tit.28. part.2.& quoad reditus regales vide l.6.tit.28.part.3. & vide Io.de Pala.rube.in c.per veſtras.de don.inter vir. & vxor.§.48. numero 41.

Fallit,quia licet princeps non poſſit auferre alicui ius ſuum: poteſt tamen tollere obſtaculum de medio,faciendo de incapace capacem ſine cauſa legitimãdo ſpurium, vt ſic ſuccedat in hęreditate.curt.iu.conſ.157.nu.19.& conſ.138.nu.10.cõmunem dicit. nõ tamen poteſt legitimare ad hoc ꝙ ſuccedat in bonis iam acquiſitis per hæredem, non ſolum per aditionẽ ciuilem:ſed etiam acquiſitionem iuris gentium. Bello. conſ. 2.nu.3.com'dicit ex raſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de libe.& poſth. idem.

princeps, ſiue imperator Romanus dominus eſt totius orbis.com.dicit Vaſque.li.1.illuſtr.contro.c.20.nu.1.multa pro hoc allegans,tamen vltimo ſic concludit.Ad hanc tamen tot ſunt qui teneant contrarium,vt referunt prædicti,quòd mihi non ſatis certum eſt,vtra pars receptior ſit. I.Fichard.

principij, & de his, quæ ex principio ſequuntur:idem iudicium eſt.curt.iun.conſ.154.nu.13.com.dicit. B.Villal.

princeps licet non poſſit auferre dominium quæſitum ex contractu iuris gentium ex cauſa tamen id facere poterit, ſi cauſa reſpiciat publicam vtilitatem.l.locus. C.de euict.l.venditor.§.ſi conſtat.ff.com.præd.probatur etiam ſecundum Ange.in l.2.& in l.bene à Zenone.C.de quadri.præſcri. hancque opi.magis eſſe com.dicit Alex.in conſ.361.arg.verſ.pro hoc. nu.10.vol.2. F.Turz.

PRO.princeps eſt lex animata in terris.in §.fi.auth.de conſ. colla.4. Bellon.

PRO. princeps omnia iura communia in ſcrinio ſui pectoris dicitur habere.in l.omnium.C.de teſta.in ca.1.de conſtitutio.in 6.

OB.Contrà,quia Roma.pontificem aliquando obliuio fallit.in c.præterea.13.diſt.ergo non habet omnia iura in pectore ſuo.

SOL.ibi non erat obliuio iuris,ſed exemplorum.

PRO.princeps iura tuetur.l.ſi quando.C.de inoffi.teſtam. idem.

PRO.princeps eſt philoſophiæ plenus.l.cùm Sillanianum. C.de is quib.vt indig. idem.

PRO.princeps.legibus eſt ſolutus.l.princeps.ff.de legibus.

OB. contrà de l. digna vox.C. de legib.& c.iuſtum.10.diſt. & l.ex imperfecto.de leg.3.ff.& l.imperfecto.C. de teſta. & fi. inſti. quib. mod. teſta.infir. vbi licet princeps legibus ſolutus ſit,tamen fatetur ſe legibus alligatum, & ſecundum leges velle viuere.

SOL.contrarium procedit de honeſtate,quia de neceſſitate ſecus,vt hic. idem.

PRO.princeps facta ſeruare tenetur.ca.1.vbi not. extra, de probationibus. idem.

PRO.princeps debet eſſe humanus,non ſuperbus.l.fi.C.de don. inter vir.& vx. idem.

PRO.princeps alia incapacem,ſeu inhabilem habilitare poteſt.l.quidam conſulebant.ff.de re iud. idem.

Principem ex contractu cum ſubditis inito,naturaliter,nõ autem ciuiliter obligari,communiter doc.voluerunt Io. de imo.in c.j.ver.Nota,ꝙ ex contractu principis cum ſubdito princeps obligetur ſaltem naturaliter. Ciuiliter.n.obligari non videtur.n.2.extr.de proba.Adeò etiam vt ſucceſſor eius teneatur ad ipſius obſeruantiam. Cy.l.digna vox.ver.vltimò ſciendum.C.de legib.Pan.in d.c.1.n.1.latè fel.ibid.n.3.verſ.modò aduerte.Pan.in c.1.n.7.ext.de cõſti. Et hanc communem opi. doct.eſſe inquit dec.in d.c.j.ext.de proba.n.1.verſ.ſubiicit D. abb.& Moder.hic ſequuntur,vbi plures authoritates doct.adducit.Quæ obligatio naturalis tamen eum obligat efficaciter vel vtilis &efficax eſt ad agendum,ſec.communiorem ſententiam referente Vaſquia Henchacenſi.in lib.j.contro.illuſtr.c. 3.n.1.Licet autem nonnulli alij voluerint illum quoq; ciuiliter obligari per pulchra fundamenta,quæ cum authorib.referuntur à Hiero.Schurp.noſtro in conſ.72.n.8.&ibi illa doctrina egregiè ab eo explicatur in 2.cent.conſ.In hac tamen ſentẽtia omnes doc.perſiſtunt,principem tam efficaciter, ſec.ſententiam doct.communiori calculo approbatam obligari, vt nec de poteſtate abſoluta poſſit à tali contractu recedere, aut illum vlla ex parte violare.Paul.de caſtr.in d.l.digna vox.n.5. vbi ipſe allegat doctrinam Bar.in l.omnes.in 3.q.principali.n. 21.cum ſeq Si ſtatutum tranſiuiſſet in contractum,illud non poſſe à ſtatuentib.reuocari.ff.de iuſt.& iure. doct. communiter in d.c.j.de conſti.in d.c.1.de proba.&ibi dec.multas authoritates doc.adducit.Similiter in conſ.528.n.6.580.n.1.&600. nu.3.Pulchrè iaſ.in l.1.poſt alios.ff.de pact.in prin. & in conſ. 1.nu.1.2,& 3.imò per totum conſ.in 1.vol.Ludo.de Gozadi, in conſ.9.n.44.& 45.Maria.Soc.iu.in conſ.60.n.15.16.& 17. in 3.Tom.conſ.Reſtaurus Caſtaldus in ſuo tract.de imper.q. 111.verſ.81.princeps non poteſt etiam de plenitudine poteſtatis contrauenire contractui proprio.& q.116.dicit, principem etiam ciuiliter obligari ex contractu.in 12.vol.tract.Hiero.Schurpff in conſ.7.n.1.& 2.& in conſ. 59.n.4.5.6.& 7.in j. cent.& in conſ. 53.n.16.& in d.conſ.72.n.8.in 2.cent. Nic.Euerhard. in locis arg.legalib.loco à plenitudine poteſtatis nu. 30.lib.mei.cum ſeq.verſ.ſecundò limitatur, vt non procedat quò ad legem cõtractus.Et valdè eleganter And.Alc.in reſp. 167. ver.circa tertium dubium.n.10.conſulendo ſcribit in alio caſu,fidem Domino non ſeruanti impunè non ſeruari,ſed de priori deciſione videantur quoque ea, quæ congeſſit Iac. Philip.Port. lib. 5.conclu.concl.18.ver.tertiò amplia etiam ſi cum ſuo ſubdito princeps contraxerit. kirchouius.



princeps poteſt omnes pœnas remittere, tam corporales quàm pecuniarias etiam per ſententiam &condemnationem inflictas,etiamſi talis ſententia in rem iudicatam tranſiuerit. Ita omnes indifferenter firmare,dicit pariſ.conſ.1.nu.59.Cla. d.§.fi.q.59.verſ.& hæc quidem. P.Fichard.

princeps poteſt receptionem teſtium alteri committere in criminalibus,ſiue ſit eccleſiaſticus ſiue ſecularis.communem opi.dicit Nunius,de los corregidores.verſ.Decimo fallit.Clarus d.§.fi.q.26.verſ.vnum ſcias. idem.

Princeps tenetur ad obſeruantiam contractus ſeu conuentionis initæ cum ſubditis,ſecund.Guido.de Suſa.Cy.& communiter doct.in l.digna vox.C.de legib.Albe.in l.princeps.ff. eo. Vnde cum priuilegium à principe conceſſum data aliqua pecunia tranſeat in vim contractus, non poterit de iure illud reuocare vel rumpere,ſecun.Baldum in l.qui ſe patris.C.vnde lib.col.pen.Bart.in l.quod ſemel.ff.de decre.ab ord.fa.Pan.in c.nouit. 10.col.extr.de iudi.Balb.deciſ.321.

princeps mandans vel committens aliquid iudici ordinario,non facit ipſum eſſe iudicem delegatum in eo,ſed videtur potius ſuam iuriſdictionem ordinariam excitare:niſi in mandato vel reſcripto ſint verba alterantia,augentia vel minuentia iuriſdictionem ordinariam ſec.gl.fi.in c.hi qui.de præb. in 6.cano.communiter poſt inn.in c.licet in corrigendis,ext.de offi.ord.& legiſtas in l.ſæpè audiui Cæſarem.ff.de offi. præſid. Balb.deciſ.49.

princeps ſemper iuſtæ cauſæ præiudicio fouetur,commune ait iaſ.in l.1.n.7.de teſta.& quamuis nondum corona potitus ſit, rectè atque vtiliter priuilegia concedet. commune ponunt Ang.in prooem.inſt.n.7.Cag.in prooem.ff.veteris nu. 4.Henricus Mauroy,vir magna eruditione ac doctrina præditus,in Apolog.part.2.c.34.Poteſt autem princeps omnes pœnas tum corporeas,tum pecuniarias etiam per ſententiam rei iudicatæ vires iam adeptam,inflictas indulgere.commune inquiunt Pariſ.conſ.1.n.59.lib.4.I.Cla.de materia latè agens in pract.§.vl.q.59.per totam.Non tamen ius alicui ſine cauſa poteſt eſt demere.commune ait fely. in c.quæ in eccleſiarum nu. 33.de conſtitutio.Quanquam & ſine cauſa ac de nihilo impedimentum eius auferre queat, cui ius illud alioquin competiturum ſit.commune effatur curt.iu.conſ.130.nu. 10.& conſ. 157.n.19.Sed nec etiam vel in ciuilibus, vel in criminalibus cauſis citationis tollendæ poteſtatem habet,vt frequens placitum eſſe conſtat ex fel.in c.cum olim.n.12.de re iud.Ant.Campeg.deciſ.69.n.26.Soc.conſ.120.n.3.& n.10.lib.3.Hipp.in relect.l.de vno quoq; à n.10.ff.de re iud.Nec aliquam generaliter criminalis cauſæ defenſionem validè intercludet.commune renuncio ex Hipp.in l.vna,n.170.C.de rapt.virg.& in tract. §.opportunè.n.61.Matth.de affl.lib.1.conſtit.Neap.rub.51.§. item dura,n.3.& deciſ.391.n.9.Pariſ.conſ.2.n.157.li.2.Quin nec ciuilis cauſæ protectionem eripere poteſt quemadmodũ accuratè commune oſtendit Arius Pinel. meus iuris doctor, in rub.part.1.c.2.n.21.& nu.22.& nu.23.verſ.concederem etiam.C.de reſcin.ven.Nec rurſus vel priuilegia vel officiorum dignitatem,vel iuriſdictionum collationes ob præclare merita locatas etiam cum cauſa iuſtè retractabit.commune aio ex Ia.in l.ex hoc iure nu.54.ff.de iuſtit.& iur.fel.in c.nouit.de iudi.Matth.de affl.in c.1.n.24.de nat.feud.atque ex aliis vtriuſque iuris profeſſoribus,quos refert Arius Pinel.verè quidem, ſed non admodum æque in contrariam opinionem profect' in l.1.part.3.verſ.infertur.16.C.de bo.mater.& in rub.part. 1. c.2.nu.31.C.de reſcin.ven.Multo autem minus iuregentium quæſita auferre princeps poterit commune aſſeuero ex And. ab Exea de pac.n.147.Tiraq.de conſti.par.3.limit.7.n.47.cur. iu.conſ.1.nu.20.& conſ.138.n.5.Bello.conſ.2.n.8.vberius Pinelus in d.rub.part.1.c.1.n.vlt.C. de reſcin.ven.Sed ſi vel donationem,quam liberaliter in aliquem contulit, ex legitimis etiam cauſis reuocare velit,dummodo nulla donatarij offenſio,nulla culpa proponatur,applene ſatisfacere ius ſuum omne illi donatione ſic euerſo tenebitur.commune aſſerit copioſiſſimè Arius Pinel.in d.l.1.par.3.C.de bo.mater.& d.rub.parte 1.c.2.n.15.C.de reſcin.vend.Nec id mirum vel dubium cuiquam eſſe debet: quia princeps generaliter quamuis contractum cum ſubiectis iniens, vel naturali obligatione ad agendum apta, vel potius naturali,ac ciuili obligatione irretitur, commune pronunciant iaſ.in l.1.ff.de pact.dec.& fel.in c.j.de proba.Ant.Gomez.de contract.c.1.nu.1.Quin & ſucceſſores quoque eo contractu obligat.commune effert.iaſ.conſ.10.libro 3.conferunt,quę cumulat Viuius lib.2.opi.235.Caſtrum porrò vel ciuitatẽ inuitis illiuſmet loci incolis nec alteri alienare,nec alteri ſubiicere poterit commune ſcribit cur.iu. conſil.184.nu.17. E.Suarez.

princeps ſtatim atque de cauſa cognoſcere incipit, ad ſe illam auocare cenſetur.commune interpretum placitum affirmant Rip.in c.cum M.Ferrar.n.197.de conſti.Nic.Ant.Grauatius,diligentiſſimus iuris interpres ad Veſtrium li.3.c.8.n.18. Quod procedet etſi iudex inferior id genus auocationem ignoraſſet. commune inquiunt idem Rip.vbi s.n.Nic.eo.nu. vbi recte declarant cum motu proprio princeps id egerit.idẽ.

principis beneficia ante agnitionem nemini quæruntur. commune inquit And.Alc.in c.cum contingat nu.235.de iureiu.Etſi enim ampliſſime exaudiri, interpretarique debeant, non tamen manifeſtas,ac neceſſarias iuris definitiones pręter gredi opus eſt. E.Suarez.

principis voluntas conditionem,qua comprehenditur,impoſſibilem reddit.vt eſt communis interpretum opi.in l.continuus §.cum quis.ff.de verb.obl.& in l.apud Iulianum.§.conſtat.ff.de leg.li.j.quam atteſtatur,ac merito damnat Did.à Couar.de ſpon.2.part.c.3.n.8.Quamuis.n.difficilis admodum id genus conditio ſit,vel à caſu pendens,non idcirco tamen impoſſibilis conditio cenſeri debet, vt dictat frequenter placita Accurſij doctrina in §.impoſſibilis.inſti.de hæred.inſti. Sed & contra falſum hoc interpretum dogma,eſt text.expreſſus in l. intercidit.ff.de cond.& demon.adiuncta l.§.eum qui ff.de poſtulan.verum ea de re latius. idem.

principi vel temere,atque inique aliquem ſuſpendi iubenti audiens eſſe poteſt ab animo inculpate officialis,vt commune inquit Cagn. in l.velle.n.15.ff.de reg.iur.Si tamen prætexere aliquid cauſa,ac moram interponere tutò poſſit,non pręcipitandum certe eſt,ſed dandus locus,quo ille reſipiſcat,ac ſecum animo recolat tanto minus ipſi licere,quanto plus poteſt,verum hæc vberius alibi diſſerentur. E.Suarez.

princeps ſaltem ex iuſta cauſa poteſt ius vnius auferre, & dare alteri.l. item ſi verberatum. §.1.ff.de rei vend. per quem tex.dicit ibi Ang.& plerique ſequuntur : ꝙ mentitur, qui negat Principem libere rem vni, & alteri dare. Et ita videtur firmare Alb.in l.quoties.C.de precibus impe.offer.& hanc opi. ſequuntur plures,pro ea,allegando Hipp.in l.de vnoquoque. nu.16.ff.de re iud.Et ita alias conſuluiſſe Soc.iun.teſtatur ipſemet in conſ.17.n.6.vol.4.vbi etiam communem ait. E.Muſc.

principis actus ex certa ſcientia abſque clauſula,non obſtãte, valet, quando tractatur de præiudicio ipſius principis tantum,& non alicuius tertij,vt per Alex.in l.3.§.ſi is quo &c.ver ſic.niſi eſſemus in caſu.ff.quod quiſque iuris &c.Qui dicit,ꝙ ita ſe habeat magis communis concluſio, quem refert & ſequitur Bertr.in conſ.130.nu.12.vol.3.ex vltimo impreſſis, & ita licet etiam generalius loquatur voluit Bart.per illum text. in l.idem Vlpianus.§.fi.verſ.ex iſto textu not.ff.de excuſ.tut.& ita etiam generalis loquendo voluit inſignis moder.Aug.Bero.in c.1.n.7.de conſti.Dicens,ꝙ vt derogetur ſimplici conſtitutio.ſufficit certa ſcientia principis in contrarium diſponentis.abſque clauſula,non obſtante,vt per eum.Refert Soc.iun. in conſ.60.nu.20.& 21.vol.4. E.Muſcul.

principis voluntas debet in ſuo ducatu ſeruari ſaltem de facto,nec in prædicto eius ducatu debet quis poſſe contrauenire, iuxta doctrina Cy. communiter receptam in l.reſcripta.3. & 4.& quæſtione in fi.C.de precib.impera.offer.Et tradit Barbat.conſ.34.præclarè optimus dixit Pſalmiſta nu.41.& 42.2. vol.Soci.iu.in conſ.60.n.24.vol.4. allegans conſilium nonũ. quemadmodum ex facto ius oritur.nu.35.1.vol. idem.

princeps qui habet iura imperij, vt Dux Mediolani qui habet iura regalia, & fiſcalia, & omnia poteſt in ſuo ſtatu, quæ poteſt imperator in toto imperio,gaudet prærogatiua l.bene à Zenone.C.de quadrien.præſcr.vt ſignanter concludit Bald. in conſ.363.quæritur an ſit officialis.vol.1.& in pluribus aliis ſuis conſiliis,vt refert & ſequitur Corn.in conſ.127.primo aſpectu videtur,in litera H.la 1.2.vol.Quod etiam voluit idem

Bald.in procem.decret. vt refert & ſequitur Martin. Lauden. in trac.de principib. 11.q.& dixit Rom.in conſ. 59.in 6.dubio, loquens de quodã domino,&c.Idem etiam dixit Iaſ.loquendo de Duce Sabaudiæ in conſil. 227. Carolus olim illuſtriſſimus,& vol.3.Et firmat Io.Fran.Balb.in tract.de preſcriptio.in 8.q.2.parte.5.partis prin.cum concordantibus per Soc. iu.in conſ.17.nu.9.& 10.vol.4.

Et licet plerique contrarium tenuerint,tamen iſta videtur magis com.opi.ſec.Soc.iu.in d.conſ.17.vbi allegat Soc.Seni. Patruum ſuum hanc opi.etiam ſenſiſſe in conſ.46.n.12.Nam ibi refert pro reſponſione d.l.benè à Zenone, quod ſecũdum aliquos illa lex ſolum procedit in Imperatore, & non in ciuitatibus etiam ſuperiorem non recognoſcentibus, & ſic quæ habent iura imperij,ſed ſtatim dicit, quod talis reſponſio non eſt tuta, & ſic illam non approbat, & conſequenter tenet d.l. bene à Zenone habere locum etiam in inferioribus principibus,modò habeant iura imperij,& fiſcalia,& ſuperiorem, de facto ſaltem, non recognoſcant, &c. Ita adducit & intelligit eum Soc.iun.in d.conſ.17.nu.10.in fi.vol.4. E.Muſcul.

Princeps,papa & alij merum ac mixtum imperium, & ſic authoritatem legis aut ſtatuti condendi habentes, in dubio non preſumuntur ius tertij quod nondum in contractum vel priuilegium tranſiuit,tollere velle,niſi concedatur dilatio,aut ſecunda iuſſio emanet aut apponatur clauſula non obſtante tali lege,vti communiter receptum teſtatur Bened.capr. reg. 10.nu.56.& ſeq.qua de re vide ſ.in verbo ius.

princeps ſupremus & Papa poſſunt ex plenitudine poteſtatis ſententiam non ſuo nomine, & ſic prorſus nulliter latam, ratã habere & confirmare quia ſubſtantialia proceſſus mutare poſſunt,ita vt ratihabitio eorum retrotrahatur, & mandato comparetur, quemadmodum communiter teneri refert Bened.capr.reg.54.nu.33.vide j.ratihabitio.

principem alienare vel etiam alicui donare vrbem poſſe,ex communiori doct.doctrina traditur.Bart.in l.prohibere.§.planè.nu.5.vbi ipſe diſtinguit,talem donationem aut alienationem, modò non contineret magnam diminutionem iuriſdictionis regalis,eſſe receptam.c.intellecto.extrà,de iureiur.Secus,ſi donaret ea quæ non diminuerent iuriſdictionẽ regiam, eo caſu valeret donatio,& præiudicaret ſucceſſori per tex. in c.abbati ſanè,de re iud.lib.6.ff.quod vi aut clàm.cuius doctrinam alij approbant.Bal.in prælud.feudorum.n. 32.& Matth. de affl.n.63.ver. an autem Rex poſſit regnum in aliquem trãſferre.Pan.in conſ.3.nu.11.cum ſeq.in 2.par. conſ.Io.de Ana. in conſ.81.Alex.de imo.in conſ.1.n.18.& 28.in li.5.conſ.Bar. Soci.in conſ.3.nu.19.in 3.vol.conſ.fel.in c.1.n.j.extrà.de proba.& in c.ad audientiã.n.4.ver.de aliis verò princip.alienantibus extrà,de præſcr.dec.in conſ.191.nu.1.Pet. Belluga in ſpeculo principum.Rub.8.n.7.in fi.Ant.Capi. in deciſ.ſacri regij conſ.Neap.deciſ.121.n.j.Reſtau. Caſtald.in d.trac.de impera. q.104.n.3.in 12.vol.Alb.Bru.in conſ.51.inter cõ.feuda.Crauet.in conſ.54.n.2. Quorum tamen doct.ſententias receptas nouiſſimè impugnarunt, poſt alios allegatos, in verb. modicum.Apoſtill.in d.tract.conſ.1.Alex.in li.5.Vaſquius Menchacenſis in lib.1.controuerſ.illuſtr.c.3.n.5.& c.4.vſque ad n.11. & ante illum idem Apoſtill.in ſuis add.marginalib.ad conſil. Alex.in d.verb.modicum.litera C.in d.conſ.1.lib.5.& in ſuis commenta.in conſuetud.Pariſ.§.2.gl.4.nu.17. kirchouius.

princeps non poteſt tollere alicui,quæ ei de iure diuino,naturali vel gentium acquiſita ſunt, ſecundum ea quæ tractantur à doct.in c.quæ in eccleſiarum.ext.de conſti.& in l.fi.C.ſi contra ius vel vtilit.publ. Et hanc communem ſententiam eſſe ſcribit conſulendo Albert.Brun.in conſ.1.nu.49.inter conſil.feudalia. Quæ tamen ſententia non procederet, quando princeps ex voluntate ſua fuiſſet cauſa acquiſitionis, tum ille poteſt ipſum ius ſola voluntate auferre,ſec.Ang.in l.Lucius. ff.de euictio. volentem, ꝙ imperator poſſit ſine cauſa auferre rem acquiſitam ex præſcriptione ſeu vſucapione,cum talis modus acquirendi inductus fuerit de iure ciuili,vt Albert.Brunus ibid.nu.50.& 51.cum aliorum doct.vberiori allegatione proſequitur. Kirchouius.

Princeps, Duces, Marchiones & Comites in ſuis regionib. & terris,ea poſſunt præſtare,quo ad eorum ſubditos,quæ poſſet imperator.Ita expreſsè conſulendo ſcribit Paul.de Caſt.in conſ.228.circa fi.ver.Reges ergò & Duces, Comites & Marchiones in eorum terris videntur eſſe principes. cuius ſententiam ſequitur Alex.de imo.in conſ.2.nu.25.& 26.in 1.vol.& in conſ.j.nu.29.30.& 31.in 2.vol.Licet fel.in d.c.quæ in eccleſiarum.n.32. verſ.ſed hanc declarationem & omnes deciſiones,&c.extr.de conſti.ſententiam contrariam ſequi videatur: tamen Paul.de caſt.opinio magis communiter recepta eſſe dicitur.Bar.Soci.in conſ.66.n.12.verſ.tertiò quia.in 3.vol. conſil.iaſ.in conſ.101.n.2.in 4.vol.conſ. curt. iun.in conſ.61.n.9. & Marian.Soci.iu.in conſ.98.nu.1.in 3.Tom.conſ. qui hanc ſententiam nu.20.verſ.nec prædictis.latius proſequitur,& nõ nullas declarationes doctrinæ Paul. de Caſtr. ibid.addit,quas partim fel.loco citato quoque attigerat. kirchouius.

princeps licet faciat aliquam conuentionem, vel aliquod pactum cum priuatis,& illud obſeruare teneatur,adeò vt ex illo pacto obligetur.doct.in l.digna vox.ff.de legib. & in c.1. de proba.Quæ ſententia comm.opi.legiſtarum & canoniſtarum dicitur,de qua deciſione quoque dictum eſt in priori inci. Principem ex contractu cum ſubditis inito,naturaliter nõ ciuiliter obligari.Tamen illa non procedit nec locum habet, quando ſuperuenit aliqua cauſa legitima, ob quam promiſſa obſeruari non poſſunt, cùm ex cauſa noua ſuperueniente recedatur à qualibet diſpoſitione, nec tunc dicatur fieri contra voluntatem:quia ſi de tali ſtatus mutatione ille qui diſpoſuit cogitaſſet, illud idem feciſſet, vt per multa exempla egregiè deducit Rol.à Valle in conſ.1.n.158.cum ſeq.in 2.tom.conſ. Per ea quæ ſcribunt Alex.de imo.n.5.iaſ.n.8.& alij,in l. ꝙ ſeruius.diſpoſitionem quamlibet,ſ.intelligendam eſſe rebus ſic ſe habentib.vbi ipſi exempla in teſtatoris diſpoſitione,|vel in vltima voluntate,in contractibus,in priuilegiis,in iuramento & etiam in ſtatutis iuratis referunt.ff.de cond.cau.da. kirc.

princeps poteſt contra habitañ extra eius dominium, pœnam indignationis,& confiſcationis bonorum indicere,ſecundum communem per Burſ.conſ.34.nu.26.lib.1.

princeps poteſt bannitum reſtituere ad bona etiam in alios alienata,ſecundum magis communem per Burſ.conſ.54.nume.14.lib.1.

princeps ius ſuum alicui ſine cauſa non tollit, ſecundum magis communem per Burſ.conſ.54.nu.17.lib.1.

princeps etiam ex cauſa, bannitum reſtituere non poteſt pro damnis parti illatis,ſeu pro pœna concernẽ intereſſe priuatum,ſecundum communem per Burſ.conſ.54.nu.18.lib.j.

princeps cauſam exprimere non debet, quia ea in eo preſumitur,iuxta communem,quam limita,& intellige,vt per Burſat.conſ.54.nu.19.20.lib.1.

princeps auferendo rem alicui:pretium ſoluere, vel de proprio recompenſare tenetur ei cui rem aufert,ſecundum communem per Burſ.conſ.54.nu.22.lib.1.

princeps non aufert quæ quis ex illius ſententia habet,ſecundum communem pur Burſ.conſ.54.nu.31.lib 1.

princeps non reuocat contractũ cum tertio initum etiam ex plenitudine poteſtatis,ſecundum communem per Burſat. conſ.16.nu.46.47.lib.1.Et vide quæ idem ſcribit conſ.78.nume.6.eod.

principis prior conceſſio attenditur,etiam ꝙ in ſecundum poſſeſſio transferatur,ſecundum communem per Burſ.conſ. 78.poſt nu.6.lib.1.pro qua vide quæ ſcribit Rom.conſ. 298. vbi plura etiam de principe & fide illius.

Princeps,vt princeps tollat ius ſuum alicui cauſa requiritur. ſecundum communem per Burſ.conſ.54.nu.17.lib.1.poſt Alex.conſ.117.li.2.conſ.47.li.7.pariſ.conſ.87.n.52.lib.j.Quam declara,vt per doct.in apoſtil.ad Rom.conſ.256.in fi.

Licet cauſa per principẽ exprimi ſeu verificari non debeat, ſed preſumatur,ſecundum cõmunem per Burſ.conſ.54.n.19. libr.1.Limita tamen dummodo cauſa poſſit veroſimiliter excogitari,ſecus ſi nulla,quia remaneret ſola voluntas principis quæ non eſt apta ius ſuum cuique auferre:Burſ. d.conſ.n.02. curt.iu.conſ.170.nu.22.23.Soc.iu.conſ.65.nu.8.lib.2.

Secundò limita, ſi princeps procederet ex certa ſcientia, vel motu proprio, ſecus ſi ad partis inſtantiam, cum eo caſu in principe non præſumatur cauſa,niſi exprimatur vel probetur,dec.conſ.576.nu.12.curt.iu.d.conſ.170.nu.25.prout nec quando ex certa ſcientia procedit,requiritur citatio illius,cui præiudicium infertur,ex not.per doct.in apoſtil.ad Rom.conſil.369.nu.29.& vbi adſit clauſula motus proprij derogatum credatur cuicunque priori ſuæ conceſſioni & ꝙ haberet clauſulam derogatoriam ad communem doct.apoſtil.Rom.conſil.327.nu.7.ver.prioribus.

Tertiò intelligitur, dummodò princeps illi cui bona vel ius aufert,ſoluat præcium,vel de proprio recompenſet,l.venditor.§.ſi conſtat.ff.com.præd.Hipp.ſing.634.iaſo. in l.fi.C.ſi contra ius.vel vtil.pub.Rol.conſ.69.lib.2.conſ.71.li. 3. Burſ. d.conſ.54.nu.20.21.

princeps ex quauis poteſtate abſoluta ius tertij quæſitum iure naturæ vel gentium: tollere non poteſt, niſi ex cauſa vel reſtituto pretio, & parte vocata, ſecundum communem per Burſ.conſ.32.nu.52.lib.1.





Princeps ex cauſa præiudicat iuri tertij,ſecund.magis communem per Burſ.conſ.2.poſt nu.33.lib.1.

princeps contractum ſuum,nec donationem,etiam de plenitudine poteſtatis reuocat,ſecundum communem per Burſ. conſ.78.nu.6.lib.1.

princeps ſine cauſa,& parte non citata:non tollit dominiũ, vel ius alteri quæſitum in contractu, ſecundum magis communem per Burſ.conſ.78.nu.12.lib.1.Neque etiam tollit ius quæſitum ex facto ipſius principis,iux.communem ibi d.conſi.n.13.minus etiam dominium quæſitum ex contractu cum priuato,vel cum ipſo principe, ſine cauſa non tollit, ex communi relata in d.conſ.78.ante nu.13.

princeps non tollit dominium de iure gentium quæſitum, etiam ex partis conſenſu,ſecundum communem per Burſat. conſ.78.nu.15.lib.1.

princeps reuocans facultates ſub quibus formis, & clauſulis,non reuocat ob hoc conceſſas recepto precio,& in vim pacti,nam reuocaret conuentionem quod non poſſet,ſec.Bald. in l.qui ſe patris.C.vnde lib.Roma.conſ.252.n.3.Anch.in c.j. nu.8.de conſt.lib.6.abb.in c.nouit.n. 25. ibi quia illud tranſiuit in quaſi contractum,quo etiam princeps obligatur de iure.fel.in c.quæ in eccleſiarum,n.51.de conſti.dec.conſ.286.n. 6.conſ.292.n.7.& conſ.689.n.5.& ſeq.& curt.iu.conſ.174.n. 24.& 33.vbi ſcribit iſtam opinionem eſſe communem,& Pariſ.quoque conſ.82.n.49.& ſeq.& n.52.vol.1.& ratio aſſignatur iſta,ſiquidem princeps in contractibus videtur vti iure priuati,vt per Pau.caſt.in l.digna vox.C.de legi.Rom.conſ.436. nu.17.& ſeq.iaſ.poſt alios in l.traditionib.C.de pac.& dec.in d.conſ.286.nu.6.imò ſi princeps ipſe motu proprio reuocat ea,quę tenetur obſeruare,fingitur circumuentus,adeò ꝙ cõtrarium probari non poſſit,quaſi ſit præſumptio iuris,& de iure,vt per dec.conſ.588.n. 19.& prædictæ communi ita comprobatæ accedit hæc altera opinio communis ſimilis,videlicet,ꝙ in illis rebus,quæ motu proprio principis apparent alicui conceſſa abſque dubio aliquo in eum retorqueri non debent,& ſic retorquutio fieri nequit, quando conceſſio eſt facta motu proprio,ſec.glo.communiter approbatam,in l.1.in verbo decernetur.ff.quod quiſ.iuris,quàm ſequitur,& recitat eſſe communem Iaffr.Lanfr.in deciſ.368.in his quæ motu ꝓprio,ſed hoc limitat,& declarat fel.in c.2. de mutuis peti. vbi ponit multos caſus,in quibus fit retorquutio etiam, quando conceſſio motu proprio eſſet facta, & vnum caſum poſuit quoque iaſ.in l.fi.n.13.C.de indic.vid.tol. F.Vi.li.2.opi.235.

principis literis ac priuilegiis, continentib. ſeu atteſtantib. aliquem commiſiſſe delictum,ſuper quib.ſe fundet poſtea donando bona illius, ſtandum eſt & ſic iſta aſſertio atque narratio principis,eſt ſufficiens probatio delicti, ſecũdum Tancre. Io.And.& abb.in c.cùm oporteat,ex.de accuſ.& in add.ſpec. in ti.de inquiſitione.§.nunc tractemus,verſ.hoc autem notandum,& Barba.conſ.46.vol.1.In contrariam verò partem, videlicet,ꝙ aſſertioni principis non ſtetur,ſiue fides adhibeatur ſuper crimine commiſſo inclinauit conſulendo dec.cum aliis ſignatis per eum conſ.410.ſub nu.8.cum aliis ſeq.& curt.ſen. conſ.49.ſub nu.94.Sed primam opinionem mihi ſequendam fore conſtitui,cui inhæret quoque Aegidius Boſſius,in prac. cri.in tit.de principe,& priuilegiis eius,n.80.& ſeq. vbi oſtendit iſtam opi.Tancre.& aliorum veriſſimam, & communem fore, quoniam verbis narratiuis ipſius principis credendum eſt,vbicunque in eis princeps ſe fundat,cle.1.de proba. Alex. conſ.15.vol.5.Aret.conſ.antepe.& fel.in c.cùm in iure,de of. deleg.& in c.nonnulli.§.1.de reſcr. F.Viuius lib.2.opi.236.

princeps an poſſit ſuis ſubditis imponere collectas pro filia ſua matrimonio collocanda. Et reſpondent doct.ꝙ ſi aliquis dominus elocat filiam,vel vult aliquid facere ꝓ honore ſuo, non debeat ſuos ſubditos onerare collectis.Paul.de caſt.in l. neminem.n.3.C.de ſa.ſan.eccl.& idem poſt Io.Fabri. in l.3.n. 2.C.de ſtatu.& imag.per tex.ibi expenſis propriis ſtatuam collocari præcipimus.l.cùm ſatis.§.caueant.C.de agricol.& cenſit.li.11.& per alias plures authoritates quas adducit Boer.in ſuis deciſ.deciſ.126.n.6.& Vaſq.lib.1.controuer.illuſt.c.7.n. 3. Communis tamen doc.ſententia eſt in ꝯrium.Licet Vaſq. arbitratus fuerit partem negatiuam videri longè veriorem. Accurſ.in verb.canonicam.l.placet.vbi iaſ.in repe. eiuſdem l. nu.19.C.de ſacroſ.eccl.ſpec.in tit.de feu.§.quoniam.n.67.verſic.& no.ꝙ vaſalli comitum.vbi ipſe voluit hoc non procedere in filio,quia tunc dominus recipit & fit ditior: ſed quando filiam elocat,tunc dat de ſuis bonis,& fit pauperior,ideoq; vaſallus tunc de iure cõferre tenetur.Alb.in ſuo dictio. in verb. dominus.Alex.de imo.in conſ.35.n.3.in 2.li.conſ. Clauaſin. in ſumma Ang.in verb.taliam. ver.ſed quando.& in ſum.Roſel.in verb.dominus.verſ.an autem in aliquibus caſibus. Iac. de S.Georg.in trac.feuda.in verb.qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum.n.76.verſ.circa alium caſum.Zaſ.in epit. feud.par.7.c.ad quid vaſallus domino, & dominus vaſallo teneatur.n.50.ver.tenetur etiam vaſallus.Et hoc in praxi obſeruari teſtatur Reſtaur.Caſtald.in trac.de imperat.q.57.nu.7.in 10.vol.tract. kirchouius.

princeps de plenitudine poteſtatis non poteſt tollere defenſionem reo,vt eſt com.opi.de qua marſ.in conſ.81.n.79.in 2. Eſſet tamen ponere os in cœlum conſulere cõtra potentiam principum. quia poſſent ſequi mala & periculoſa valde.Bald. conſ.248.nu.4.in 1.vol. Bonacoſſ.

princeps poteſt omnes pœnas remittere,tam corporales q̃ pecuniarias.etiam per ſententiam & condemnationem inflictas. Etiam ſi talis ſententia in rem tranſiuiſſet iudicatam, vt eſt com.opi.Cla.q.59.verſ.& hæc quidem. idem.

princeps poteſt teſtium receptionem alteri committere in criminalibus ſiue ſit eccleſiaſticus,ſiue ſecularis,vt eſt com.opi.Cla.q.26.verſ.vnum ſcias. idem.

princeps non poteſt inuitis hominibus caſtrum, vel ciuitatem alteri alienare,ac ſubiicere.curt.iun.in conſ.184.nu. 17. com.dicit.Neuiza.inter conſ.feuda.Brun.conſ.12.per totum. idem.

princeps licet non poſſit ius alicui competens auferre ſine cauſa,poteſt tamen auferre obſtaculum ab eo,cui tale ius cõpetere poteſt,faciendo capacem,de incapace ſine cauſa.Curt. iun.in conſ.138.n.5.com.dicit.vide Soc.in ſuo communium opinionum.litera Princeps.nu.10.com.dicit.fely.in c.quæ in eccleſiarum.nu.33.de conſtit.com.dicit. idem.

princeps non poteſt tollere ſine cauſa ea, quæ ſunt iuris naturalis.curt.iu.in conſ.128.nu.5.com.dicit. idem.

princeps ſine cauſa poteſt tollere hæreditatem illis, qui ab inteſtato acquiſierunt,legitimando ſpurium. cur.iu.conſ.15. & conſil.138.nu.10.& com.dicit,vel qui aliàs ſunt vocati, vt ibi. idem.

princeps mandans temerè,vel iniquè aliquem ſuſpendi,excuſat officialem.Debet tamen expectare per aliquos dies exequi,vt videat,ſi princeps reſipiſcat.Sed non noſtræ tempeſtatis.Soarez.in ver.principi.nu.273. idem.

princeps monitus à ſubditis, ſi non deſiſtit ab iniuſta actione,poterit per ſuperiorem feudo priuari,vt eſt comm.opi. de qua D.m.Alc.in conſ.7.n.33.in 3.lib.nec iſto caſu dominus ipſe erit iudex,ſed ſuperior,cuius officium poterũt ſubditi implorare,ne eos permittat in debitis oneribus aggrauari,vt ibi latius per D.Alc.& ſi hoc facere nequeunt propter metum,ſuperior debet prouidere motu proprio,vt per docto. in c.cum M.Ferrar.de conſt.Iac.à canibus in tract.repreſaliarum. n.12. Nam ab initio principatus principes debent cauere de non exercenda tyrannide, vel vtenda. de qua cautione D.Menoch. poſt trac.de recuperanda poſſeſſione.fol.8.in 1.reſponſo.nu. 56.principes autem, qui non exercuerunt tyrannidem enumerat Io. Claudius conſ. 14. inter quos principes ex familia Extenſi,memoria dignos ſe cernit. idem.

PRO.principalis obligatio extinguit acceſſoriam, ſi in eadem cauſa concurrit, ſecus in duabus obligationibus paris potentiæ.l.generaliter.ff.de fidei. Bellon.

PRO. principale inſpicimus. licet acceſſorium ſit maioris valoris.l.ſi in emptione.ff.de contrah.empt. idem.

PRO.principale non confirmatur per acceſſorium.l. quod permanus.ff.de iure cod. idem.

principalis pro alio. Conſtituens ſe principalem pro alio, adhuc habet beneficium excuſſionis,& dicitur fideiuſſor ſec. gl.in verb.fideiuſſorem.in auth.de fideiuſſo.§.1.Cy.in l.dictantibus.C.de teſta.Sal. in auth. præſente.C. de fideiuſſo.niſi ſec. Bal.& Sali.in l.dictantibus conſtaret,ꝙ creditor illum non acceptaſſet,niſi ſe principalem debitorem conſtituiſſet: vt quia renuntiauit cum iuramento beneficio de principali prius conueniendo. Balb.deciſ.83.

PRO.principium eſt ſpectandum potiſſima.n.pars cuiuſq; rei principium eſt.in l.1.ff.de orig.iur. & difficile eſt,vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. ca.cum principatus.1.q.1.reg.quod ab initio.ff.de reg.iur.Hæc regul. probatur ex l.1.§.idem Pomponius.ff.depoſit. & l.ſi procuratorem.1.reſp.ff.mand.& l.vbi cœptum.ff.de iud.& in ca.propoſuiſti.extra de foro comp.c.poſt ceſſionem.de prob.c.eam te.de reſcr.& c.dudum.vbi bon.gl.de elect. Bellon.

Principium ſeu proœmium generale efficit, vt diſpoſitio generalis cenſeatur,quamuis verba ſpecialia ſequantur.com. dicit Cur.iu.conſ.178.n.1.& 11.Villal.in ſua collect. E.Suar.

PRO. prior tempore,potior eſt iure.l.potior. ff.qui pot.in

pig.hab.l.ſi fundum.C.qui pot.in pig. habean. l.quoties.C. de rei ven.c.epiſcoporum.74.diſt.c.fi.17.diſt.& c.vlt.75.diſt.c.j. de maio.& obed.c.eum cui canonicatus.de præben.in 6.

OB.opponitur de conſtitutionibus,de pactis,de reſcriptis, de teſtamentis,vbi poſteriora præualent prioribus.

SOL.hęc regula non habet locum in his,quæ ex vnius tantũ voluntate dependent,vt in legibus, reſcriptis,& teſtamentis.ſed in his quę ex vtriuſque voluntate dependent,vt in cõtractibus niſi omnes conſentiant: tunc enim vltimum derogat primo.l.pacta nouiſſima.C.de pactis.ita gl.in l.quoties.ff. de re.iur.& c.qui prior.de reg.iur.in 6.

OB.ſecundò oppono de §.ordinatione.in auth.de mon.colla.3.vbi non eſt eligendus quis ex prioritate temporis:qui enim prior eſt tempore,non præfertur in electione,ſed qui optimus eſt.ad idem tex.in can.ſicut.23.q.4.& c.nõ loca.xl.diſt.

OB. præterea prior conſtitutio poſtponitur in cano prima annotatio.16.diſt.

SOL.vbi melius eſt poſterius,præfert̃ priori.vt ibi. Bellon.

PRO. prior eſt via teſtati,quam inteſtati.& inſtituti,quàm ſubſtituti.l.quamdiu.1.& 2.ff.de acq.hære.

PRO.prius conuenitur hodie principalis,ſi eſt præſens,demum eo diſcuſſo fideiuſſor.auth.præſente.C.de fid. Bellon.

PRO.prius eſt cognoſcendum de poſſeſſione,quàm de proprietate.l.ordinarij.C.de rei vend.l.ſi de vi.ff.de iud.l.certi iuris.C.de interdi.§.retinendæ.inſt.de interd. Bellon.

PRO.prius quærendum eſt de habilitate perſonæ quàm de ſolennitate rei.l.ſi quæramus.ff.de teſta. idem.

priuata delicta ea ſunt,quorum accuſatio vel perſecutio regulariter non permittitur niſi parti lęſę,vt eſt furtũ,damnum, iniuria,arborum furtim cæſarum,bonorum raptorum & huiuſmodi.communem atteſtatur Ant.Gomeſ.in c.1.delictorũ, nu.9.vt refert Cla.in lib.5.ſent.§.1. verſ.priuata.& hoc quidẽ dicit procedere de iure ciuili, ſecùs autem eſſe de iure canonico,nam ſecundum illud omnia delicta ſunt publica.Hanc cõmunem opi.eſſe refert idem Clar. in d.§.1.verſ.hæc tamen.ex Hoſt.& Anan.in c.ſtatuimus,poſt n.19.de maled.& ita tenẽt gl.& canoniſtæ,in can.infames.in verbo fures, 6.q.1.& Bald. in rub.C.qui non poſſ.accuſ.n.10.in fi.Addit tamen Clar. hodie potius adhærẽdum ſtatuto vel conſuetudini quæ viget in eo loco,in quo delictum commiſſum eſt. P.Fichard.

priuatio iuris vel rei alicuius,vt incurratur,etiamſi lex dicat ipſo iure, tamen requiritur quod dominus declaret, vel rem incidiſſe in commiſſum,vtque hoc etiam petat. Et tertiò ſubſequatur ſententia declaratoria.vt latè probat Tiraq.in l.ſi vnquam,in verb.reuertatur.nu.10.11.& ſeq.C.de reuo.do.Et ſimiliter copioſè Rimi.in §.1.n.21.& multis ſeq.inſtit.de don. vbi nu.31.32.& 33.declarat,ꝙ tali ſententia non priuatio,vel etiam pœna decernitur,ſed tantũmodò declaratur,ꝙ tale delictum fuerit commiſſum:tunc enim pœna ſequitur à iure ſecundum gl.Bart.in l.apud delatorem.ff.de iure fiſci.Itaque iudex declarabit donatarium. Exempli gratia vitium ingratitudinis incidiſſe , proindeque donationem eſſe reuocatam , & quatenus opus ſit eam reuocare,condemnando donatarium ad relaxandam libere rem ſibi donatam,ipſi donatori &c. I.F.

PRO.priuatio præſupponit habitum.l.decem.ff.de ver.ob. l.manumiſſiones.ff.de iuſt.& iu. Bellon.

priuatio hæreditatis vel legatorum non ob quamlibet,ſed duntaxat ob grauem iniuriam inducitur,iuxta not.in l.3.ff.de adimend.legat.Et imo.in c.Raynutius.de teſta.quod communiter teneri refert Bened.capr.in tractãtu ſubſtitutionum poſt regul.poſito in ſpe.2.nu.104.

PRO. priuatorum conſenſus non tribuit iuriſdictionem l. priuatorum.C.de iuriſd.om.iud. Bellon.

priuilegium conceſſum à principe habet effectum à tempore ſcientiæ.iaſ.in l.beneficium.n.46.de conſtit.princip.ff.communem dicit. B.Villal.

priuilegium conceſſum deſcendentibus maſculis,& fœminis non comprehendit nuptas. Io.à Ripa in reſp.2.li.2.de reſ. nu.11.com.dicit. idem.

priuilegium gratiæ conceſſum à principe,per ſucceſſorem indiſtinctè reuocari poteſt,communem eſſe quæ Guliel.dicit Alb.Roſ.In l.digna vox.C.de legit.& Mar. Laudenſis in tract. de priuileg.in 34.q. I.Fichard.

priuilegium conceſſum alicui, non debet operari reuocationem alterius priuilegij.iaſ.in l.ſi ruſticus.nu.5.de teſta.mil. com.dicit. B.Villal.

priuilegia conceſſa eccleſiis,quoad earum bona,non extenduntur ad clericos , quoad eorum patrimonia, niſi in caſibus iure expreſſis,de quibus abb.& fely.in c.eccleſia.S.Mariæ. de conſtit.Hanc communem dicit dec.in d.c.eccleſia.n.18.refert Did.Couar.lib.1.varia.reſol.c.4. I.Fichard.

Priuilegium continens idem quod ius cõmune per ſecundum derogatur etiam de illo non facta mentione.Ripa in c.j. de reſcri.nu.78.com.dicit.

Amplia ad priuilegium inſertum in corpore iuris:quia tollitur per aliud non inſertum:& de eo mentionem non faciens Idem ibidem com.dicit.

Amplia ſecundò,ſi in ſecundo priuilegio ſit inſerta clauſula derogatoria, non obſtantibus priuilegiis in contrarium facientibus, etiamſi de illis oporteret facere mentionem, quorum tenores de verbo ad verbum volumus pro inſertis haberi quia per tale priuilegium tolluntur omnia priuilegia contraria.Ana.in conſ.56.com.dicit,quum intellige vt per Rip.in d.c.1.de reſcr.nu.80. idem.

priuilegium conceſſum in iis,quæ reiterationem recipiunt ad illud tollendum,requirũtur 30.an.Lud.Goza.in conſ.23. nu.9. dicit magis communem ex quo priuilegiati vt non teneantur ad collectas,perdunt priuilegium,ſi per 30.an.pacificè collectas ſoluerunt.Ripa in l.1.de leg.c.21.nu.11.communem dicit. B.Villal.

priuilegium conceſſum habenti 12.filios,durat etiam mortuis filiis.Alc.de præſum.reg.1.prǣſum.36.communem dicit. idem.

priuilegiis conceſſis militibus armatæ militiæ,gaudent milites legalis militiæ.iaſ.in l.miles.n.9.ff.de re iud.comm.dicit. Clauſula generalis derogatoria, in qua de priuilegio & loco priuilegiato,ſecundum formã ipſius priuilegij ſpecialis mentio facta non reperitur, non eſt ſufficiens ad derogandum priuilegio alteri conceſſo,de quo ſpecialis mẽtio fieri debuiſſet. eſt com.opi.ſecundum dec.in conſ.165.viſo tenore.ſed ſupradictis non obſtantibus,& ver.ex quibus omnibus.& conſ.374. viſo conſilio.in fi. M.Chærian.

priuilegiata probatio,veluti per iuramentum,nunquam locum habet contra eum qui ex delicto alterius conuenitur.eſt com.opi.ſec.dec.in conſ.410.in cauſa mota. ver.4.principaliter. M.Chærian.

priuilegium conceſſum ſubdito, poteſt per ipſum concedentem ad libitum reuocari.Eſt com.opi.ſecun.curt.iu.conſ. 1.nu.34.vol.1. idem.

PRO. priuilegium principis intelligitur ſemper concedi ſine præiudicio alterius.l.2.§.ſi quis à principe.ff.ne quid in loco publ.l.cùm filiusf.ff.de militari teſta.l.impuberi.ff.de admini.tut.l.nec auus.C.de emanci.liberi.capit.cum olim.extrà de conſuetud.

OB.contrà de l.ſciendum.ff.quib.cauſ.na.& l.ſi quis ſepulchrum,in prin.ff.de relig.& ſumpt.fune.vbi beneficium princeps concedit cum damno alieno.

SOL.dic,ꝙ princeps priuilegium non poteſt concedere cũ præiudicio alterius graui , ſed cum damno modico poteſt.l. quoties.C.de preci.imper.offer. Bellon.

PRO.priuilegium teſtantis non tollit delictum ſcribentis. l.in fraudem.§.ſi quis.ff.de milit.teſt. idem.

PRO.priuilegium ſucceſſoris. non reſcindit legitimum factum prædeceſſoris.l.ea,quæ.C.de reſtit.militar. idem.

PRO.priuilegium meretur amittere,qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate.in l.iudæos.& ibi gl.not.C.de iudæis.in l.qui ſine.ff.de neg.geſt.tex.expreſſus in cano.priuilegium.2.q.3. & c.tuarum.& c.vt priuilegia.de priuileg.extra. idem.

PR. priuilegia ſunt priuatorum leges, quaſi priuatæ leges, quaſi in priuatis ferantur.c.priuilegia.4.diſt. idem.

PRO.priuilegia dantur ob merita.l.honores.ff. de decur.l. fi.C.de ſtat.& imag. Bellon.

PRO.priuilegia non ſunt multiplicanda.in l.ius ſingulare. ff.de leg.gl.no.in l.à diuo Pio.ff.de re iud. Bellon.

PRO.priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio ſuo. l.verum.§.ff.cum l.ſeq.ff.de min.in l.2.C.de priuileg. fiſc. idem.

PRO.priuilegiati ſunt nobiles & literati. c. de multa.extra de præben. idem.

priuilegia principum licet regulariter latiſſimè ſint interpretanda. l.fi.ff.de conſt. id tamen inter alia fallit ſi contra ius concederetur,quia tunc vt odioſa ſtrictè interpretanda ſunt, iux.no.in c.olim.de verb.ſign.& c.ſi canonici.de of. ord. libr. 6.ſec.D.Nic.in n.Rodulphus.de reſcrip.nam vt dicunt Arch. & Domi.in c.quamuis.de præb.lib.6. Interpretatio omnium excedentium ius commune naturaliter ſtrictè eſt faciẽda. 22. q.2.c.hoc tamen.& ca.tua.de decimis.& id præcipuè quando tractatur de præiudicio tertij argumento.l.2.§. meritò. & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publ. Bar.in l.ſi quando.C. de bo.vac.lib.10.& inn.abb. & Io.An.in c.cum dilecti.de dona.Bar.in l.finita.§.ex hoc edicto.ff.de dam.infe.& in l.fi.ff.de conſti.prin.Compoſtell.in c.cauſam quæ.de reſcrip.& c.cæterum.de vſu Pallij,quod communiter canoniſtas ac legiſtas tenere refert Bened.reg.102.nu. 16.addens tamen non calumnioſè interpretanda eſſe.c.in iis,de priuileg.& c.fi.de tranſlatio.prælatorum.vide ſuprà Beneficium.Similiter fallit quando latè interpretando priuilegium ſiue beneficium efficeretur inutile, tunc enim ſtrictè interpretãdum foret, ſecundum Io.And.& Petr.de Anch.in d.c.olim.& Bar.d.l.fi.per l.ſæpe.& ibid.gl.ff.de off.præſidis.quam communiter ſequuntur doct. vt ibid.nu.21.refert idem capra.

Priuilegium iuxta veriorem ac receptiorem doct.ſent.non ſtatim à die conceſſionis factæ,ſed demum à die notitiæ ipſiꝰ priuilegiati,vires aſſumit,vt patet ex c.1.de conceſſ.præbend. lib.6. & ita communiter teneri aſſerit capra concluſ. ſiue reg. 5.num.9.

Priuilegium poſterius non præiudicat reſcripto,cuius vigore lis iam cœpta ſit,quò ad illam litem,niſi faciat mentionem de proceſſu cauſę illius.aliàs lite necdum cœpta priuilegium poſt reſcriptum impretratum præiudicat,cùm poſſit priuilegiatus opponere de iure ſuo,in prima citatione,quod verum eſt, niſi priuilegium in fraudem ad ſupplantandum reſcriptũ impetraſſet.iuxta communem,vt refert Bened.capr.reg.40.n. 12.vide ĩ.in verbo reſcriptum.

priuilegia Papæ vel principis latiſſimè ſunt regulariter interpretanda.l.fi.ff.de conſtit.l.ſi quando.C.de bo.vac.li.10. & ibidem Bart.c.porrò.c.paſtoralis.in his.de priuile.c.ad audientiam.de decimis.in fi.Quare ſi domum vel aliam poſſeſſionẽ bonorum vacantium conceſſerint,intelliguntur cum ſuis iuribus & pertinentiis conceſſiſſe,vt caſtro conceſſo in feudum omnis iuriſdictio cum eodẽ conceſſa.videtur, vt ciuitate cõceſſa,caſtra & villæ quæ ſubſunt ciuitati,& ſunt de eius diſtrictu vel comitatu, conceſſa videbuntur, etiam ſi id expreſſum non ſit,d.l.fi.& d.l.ſi quando.& l.1.§.initio.ff.de of.præfe.vrb. c.cum dilecti.de don.in fi.& ibid.gl.fi.& gl.in c.olim.de verb. ſign.quod communiter teneri refert Bened.capr.reg.102.numero 3.

priuilegia in tertij prę̨iudicium expreſsè conceſſa,licet quoties vtilitas publica non vertitur,valeant.l.2.§.ſi quis.& ibid. notatur.ff.ne quid in loco publico.l.fi.C.ſi contra ius & vtilitatem publicam.idque procedit etiam ſi ceſſat publica vtilitas,& diſpendium tertij non ita magnum ſit. l.2.C.de precib. impe.offeren.inn. c. cùm dilecti.de donat.tamen vtilitate publica ceſſante , ſi cum graui præiudicio tertij conceſſum fuerit,non valebit,ſecundum gl.& Bart. in d.l.fi.& gl.d.l.2.C. de precib.& ita communiter teneri refert d.reg.102.nu.12.Ben.

priuilegium & ius non perditur non vtendo quando non euenit occaſio vtendi , etiamſi quis ſtaret per mille annos, & ideò dicebat Bar.in l.in filiis.n.2.C.decurionib.lib.10. Quòd ſi ciuitas debet aliquod ſeruitium Domino tempore belli , & contingat ꝙ per 100.an.eo non vtatur,quia non indigeat,nõ propterea Dominus amittit ius ſuum.Et idem voluit Io.And. in add.ad ſpec.in tit.de feud.ſuper Rub.& Pan.in c.ad audientiam.in col.fi.extrà,de præſcr.Et ibi imo.n.8.ver.vlt.poſſet dubitari.& Pan.in c.abbate.n.18.extrà de verb.ſig.Et hoc eſt generale , ꝙ per non vſum , quis non amittit ius ſuum, quando non contingit occaſio vtendi,vt pluribus deciſionibus comprobat iaſ.in l.fi.n.53.ver.3.principaliter quærunt doct.ff.de conſt.prin.quarum antea magna ex parte mentionem fecerat fel.in c.cùm acceſſiſſent.n.25.cum ſeq.extrà, de conſt. Et hãc ſententiam communem doct.concluſionem eſſe dicit Nico. Bello.in conſ.1.nu.11. kirchouius.

Priuilegium fori lite pendente ſuperueniens reo,citra eius factum volũtarium,illum eximit à iudice, coram quo lis erat inchoata,ſec.Bar.in l.1.ff.de pœnis.Ang.in l.ſi quis poſtea. ff. de iud.per l.non diſtinguemus.§.ſi quis.ff.de arbit. Balb.deciſ.70.

priuilegium à principe conceſſum habita pecunia tranſit in vim contractus,vt non poſſit reuocari ſec. Bald. in l. qui ſe patris.C.vnde vi.Bart.in l.quod ſemel.ff.de decre.ab ord.faci. Pan.in c.nouit.9.col.extrà de iudi.quod à fortiori procederet in aliis conceſſionibus,quæ non ſaperent priuilegium. Balb. deciſ.125.

priuilegium habens clauſulam derogatoriam ad alia priuilegia non facientia de ea ſpecialem mentionem,non reuocatur per clauſulam generalem in ſecundo appoſitam.hanc cõmunem doct.opi.eſſe aliorum ſententiis reprobatis,referunt fel.in c.accedentes.n.4.verſ.hanc partem.extrà, de præſcr. Io. de Sélua.in trac.de benef.in par.3.q.14.n.20.ver.nunc ſoluendo.in 15.vol.tract.& Io.Neuiz.in conſ.12.n.172.inter conſil. feuda.Albert.Brun.Licet Io.de Ana.conſ.56.n.3.contrariam ſententiam communiorem eſſe voluerit. deci.in l. certum.n. 4.ff.ſi cert.pet. kirchouius.

priuilegia conceſſa per auth.habita.C.ne filius pro patre.habent etiam locum in ſtudioſis Grammatices , Rhetorices , & huiuſmodi,vt dicit ibi Bologninus,& voluit Arch.in c.de quibuſdam.37.diſt.ꝙ eo caſu clariſſimum eſt per verba illius tex. dum generaliter mouetur, cauſa ſtudiorũ, & qui amore ſciẽtiæ exulant. & indiſtinctè omnes ſcholares complectitur , & cum dicat(maximè legum)includit alia ſtudia.l.illud. ff. ad l. aquiliam.Et ꝙ talia priuilegia etiam literarum Grammatices ſtudioſis concedantur,voluit Phi.Fran. in procœmio 6.decre. per tex.ibi,vniuerſis ſcholaribus.Et eam communem opi.docto.eſſe referunt Pet.Rebuf.in tract.de priuileg.ſcholar.in priuileg.vlt.n.2.in 11.vol.tract.doct. & Sylueſter Aldobrandin. in §.item Romæ.n.4.& 5.inſti.de excuſa.tut. vbi ipſi nonnullas limitationes prædictæ communis doctrinæ poſuerunt. kirchouius.

priuilegiati vel ſpeciales alioquin caſus generalibus iuris difinitionibus regentur,ſi nullam expreſſim prę̨rogatiuam habeant in ſpecie de qua agitur.vide ĩ.verſ.ſpeciales. E.Suarez.

priuilegium conceſſum patri pro ſe,ſuiſque filiis, & filiabꝰ non competit filię nuptę,& ſic priuilegio hoc filia nupta gaudere nequit,ſec.Bart.Ang.Io.de Plate.& cęteros,in l.quoties. C.de priuileg.ſchola.lib.12.fel.in c.nouit.de iudi. Corſetum, in fi.in verſ.priuilegium.Barb.in c.propoſuiſti.de foro comp. Roma.& iaſ.in l.cùm quædam puella.ff.de iuriſd.om.iudi.& Rip.in reſp.2.li.2.de reſ.n.2. vbi dicit iſtorum ſententiam cõmunem eſſe,idemque firmat Hier.Cuchalon,in add.ad dec.in l.fœminæ.ff.de reg.iur.quamuis ibi dec.& malè,nu.83.& ſeq. contrariam partem ſuſtineat,vt latius docuimus ſ.in 1.par.in opinio.126.incip.priuilegium conceſſum alicui. F.Viuius lib.2.opi.238.

priuilegium conceſſum iudæis,vt poſſint mutuare ſuper rebus alicuius, etiam furatis. Intelligitur quando ipſi ignorant eſſe alienas, vel eſſe furatas. Secus ſi ſciunt, & ideò tenentur tunc eas reſtituere pro dicto prétio.fel.in c.cauſam,quæ.de reſcrip.Et ſi princeps concedit priuilegium iudę̨is retinendi res furtiuas ſibi pignoratas, donec ſibi precium reſtituatur , tale priuilegium non afficit clericos,nec ſtudentes, & ideò debẽt reſtituere perdito precio , etiam ſi ignorant ipſi iudæi res furatas eſſe.Ita abb.in c.quod clericis,de foro comp. in 7.col.n. 34.in verſ.ex his infero. Quod dicit perpetuo notandum Bened.de Vado.In Reperto.Fel. in verſ.priuilegium conceſſum iudę̨is cremenſis ſing.81.requiritur enim in Diplomate conſtitutionis clauſula non obſtante auth.habita.C. ne filius pro patre.Et ſic in eo debet fieri ſpecialis mentio d.auth.Barto.in extrauag.ad reprimen.in verſ.non obſtantibus.verſ.ſi verò dicitur in l.non obſtantib.Scodobius in d.auth.habita.C. ne filius pro patre fol.125.nu. 7. Rebuffus in tract. de priuilegiis ſchola. Bonacoſſ.

priuilegium ſuum,vel præceſſorum ſuorum princeps tollere poteſt,vt eſt com.opi.de qua Mart.Lauden.in trac. de priuilegio & reſcripto q. 33. idem.

Procurator poteſt in criminalibus interuenire ad proponendas exceptiones dilatorias, ſeu declinatorias aut alias, quę ante litis conteſtationem proponi ſolent vt quod accuſator ſit infamis, excommunicatus, aut aliàs inhabilis ad accuſandum.communem dicit Benedict.de Plumbin.in l.pe. §.ad crimen.ff.de publ.iudi. nu.52. Intellige tamen, dummodò talis exceptio nihil ad ipſum crimen pertineret, aliàs ſecùs, vt ſi diceret ſe aliàs de illo crimine fuiſſe accuſatum & abſolutum. communem dicit Rubeus in d.§.ad crimen. nu.214: niſi talis exceptio eſſet notoria. Nam tunc admittendus eſſet, vt communem dicit Nellus de bannitis, in 2.part.ſecund.temp.q.14. Similiter ſi illa exceptio mixta & dubia eſſet, admittitur procurator, vt communem atteſtatur Berous in c. veniens.n.32. de accuſat.Cla.d.§.fi.q.32.ver.pariter.vide Clarum.in d.q.32. per tot. vbi hanc materiam, de Procuratoris admiſſione per plurimas quæſtiones latiſſimè tractat. idem.

Procuratoris reuocati & certiorati geſta quam diu iudex vel aduerſarius reuocationem ignoret, valent & tenent & domino præiudicant.l.vna.C.de ſatiſd.& ibid. Bart.l.ſi procuratorem.2.ff.de procur.gl.in c.mandato.eo. tit.l.diſpenſatori.l. eius.ff.de ſol.§.rectè.inſtit. de mandato.gl.Inn.& Imol.in d.c. mandato. de procuratoribus, & ita communiter teneri aſſerit Benedict.capr.regu.58.nu.3.quod etiam procedit ſi iudex vel pars aliter quàm per viam intimationis reuocationem reſciuerit ab ipſo domino, vt vult Goffred.Hoſt.& Io.Andr.de mandato, quòd communiter teneri ſecundum D. Ant.ibid. nu.4.& 29.refert ibidem Bened. Capra idque contra regul.c. cum qui certus.de regul.iur.lib.6.adhibita tamen Bart.diſtinctione.lege quidam.§.ex quo.ff.de adminiſtratione tut.quam communiter ibidem receptam dicit Benedictus, quoniam non ad notificandum tantùm, ſed etiam ad incitandum vel prohibendum requiritur intimatio ſiue denunciatio, quo caſu ſola ſcientia non ſufficiet.l.denunciaſſe.ff.de adulter.idque obtinet ſiue reuocatio poſt vel ante litis conteſtationem fiat, & communiter teneri argumento.c. tranſlato. de conſtitu.& gl.in ca. in noſtra.de procur.act.quæ videtur velle quod licet procurator non fuiſſet ingreſſus iudicium, tamen reuocatio debuiſſet peruenire ad aduerſarium, quod verum eſt, & ſimiliter communiter tenetur, quando notitia mandati perueniſſet ad aduerſarium, ſecundum gl. notabilem, & communiter approbatam in ca.2. de procurator.lib.6.ſecus ſi talis notitia ad eum perueniſſet, refert ibidem nu.12.& ſequ.Benedict.quam ſimiliter communiter eſſe ibidem refert.Fallunt prædicta, nec procedũt in ꝓcuratore generali ad cauſas vel ad negocia, nõ ſolùm reſpectu cauſarum, vel negotiorum, ſed etiam perſonarum & tribunalium, quia ſatis eſt quod ipſe procurator certioretur, excuſatur enim & ab onere intimandi releuatur ob incertitudinem, & contrahenti vel colligenti cum eo conſulitur, quia poterit agere contra ipſum procuratorem reuocatum, & reuocationem occultantem.l. falſo procuratore.ff.de conditio.ob cauſam.l.plautius.ff.de proc.ca.per tuos.de arbitris.quod voluit Martinus Sillimannus, quem refert & ſequitur Guliel.de monte Lunduno in clem.vnica, de renunciatio. & Bart.in l.vnica.de ſatiſd.& Do.Nicol.in rub.de procu. cum quibus cæteros tranſire refert Bened.capr.ibidem nu.17.reg. 59.n.2.

Procuratoris reuocati & certiorati geſta licet domino non præiudicant.gl.in c.ex inſinuatione, & in c.noſtram. de procuratoribus. tamen ſi dominus poſt reuocationem geſta tacitè vel expreſsè rata haberet, quod facere poteſt, ẽt poſt ſententiam latam in fauorem vel contra procuratorem, in ſui præiudicium, & tenerent.l.3.§. falſus.ff.rem ratam haberi.l.licet. ff.de iudi.l.ſæpe.ff.de re iud.gl.in l.ſi mater.§.hoc iure.ff.de excep.rei iudicatæ, idque etiam inuito & contradicente aduerſario, vt approbant Bart.Bald.& Ang.in d.l.licet.& Imol. in d.l. ſępè.idque communiter teneri contra vltramontanos aſſerit Bened.capr.reg.58.n.22.

Procuratorem fines mandati egredientem, qui ſcit, nec cõtradicit, videtur conſentire & ratum habere.gl.in c.cùm olim. & ibid.D.Nicol.Hoſt.Io.And.D.Floria.& Imol.& communiter doct.de officio deleg.vbi Imol.id quoque ad extraiudiciales actus extendit per l.fi.C.quod cũ eo.vt refert Bened. capr. reg.55.n.2.& ſeq.

Procuratoris reuocati geſta, ipſo procuratore, iudice, vel aduerſario, reuocationem ignorante, licet valeant.tamẽ ſi per ipſum procuratorem, iudicẽ, vel aduerſarium, malitioſè fiat, quò minus reuocationis intimatio ad eos vel ad alterum ipſorum perueniat, non valebunt.gl.in clem. vna.de renunciat. & ibid.Laud. cum quo communiter tranſeunt doct. vt refert Ben.Cap.reg.59.n.10.

Procuratoris reuocatio in his quæ requirunt perſeuerantiam cõſenſus, nec ſine iuſſu præſentis domini ſortiri poſſunt effectum, ſiue intimetur & perueniat ad notitiam partis ſiue non, ſemper impediet actum.gl.& Rayn.de Fargiis in clem.vna.de renun.Imola in c.ex parte Decani.de reſcrip.l.quod noſtrum, de regulis iuris. cap.fi. de procuratoribus lib.6. l.ſi pœnituit.ff.de diuortiis. vbi ſecundum Baldum ponderari debet præſentiam conſenſus, & non domini præſentia, quæ loco cum ſit circumſcripta, non poteſt eſſe vbique quemadmodum mens & animus, idque communiter teneri refert Benedictus capr.reg.59.nu.20.quod tamen nume.24. fallere dicit in reſignante beneficium reuocato mandato. propter ſuperioris reuerentiam, quæ ea ratione illuderetur. quod verum eſſe & communiter teneri d.clem.vna.de renũciatio. ibidem. nu.32.dicit.

Procuratoris reuocatio iudici tantum intimata ignorante aduerſario, poſtea geſta ipſo iure reddit nulla, quia iudex ſciẽter ferret ſententiam contra perſonam non legitimam. gl. in l.vna.C.de ſatiſd.vbi Bart.& Doctores.& gl.fi.in l.ſi procuratorem.2. ff.de procur. & ita communiter teneri dicit Benedictus. regul.59.numero 35.argumento. capitul. ſi duobus.de appellation. aliàs ſi perueniſſet ad notitiam aduerſarij, ope exceptionis fungi poſſunt.dict.l.vnica.C.de ſatiſd.vti gloſſ.& Bartolus.

Si procurator citatus vel aſſignatus per contumaciam venire neglexerit, adhuc poterit dominus appellare, maximè ſi procurator non ſit ſoluendo, ſecundum Bart.in l.1.§.ſi procurator.ff.ſi quis ius dic.non obtẽ.in l.1.in fi.ff.quando ap.ſit.Salic.in l.3.C.quomodo & quando iu.circa fi. Inn. Bu.& Pan.in c.1.extrà vt lite non conteſt. in 5.col. Niſi dominus ſciens citationem procuratoris comparere neglexerit, quo caſu procedat opinio cõtraria Ang.in d.§.ſi procurator.ſecundum cano.vbi ſupra. Balb.deciſ.158.

Licet procurator qui litigauit, non patiatur executionem ſententiæ, poterit tamen conueniri ex ſtipulatione & promiſſione ſua de iudicatum ſoluendo, per leg. ſi procurator

meus.in

meus.in fi.ff.de proc.Nam ſic ſatiſdando procurator intelligitur ſe liti offerre,& patitur executionem ſententię.l.Plautius. ſecundùm verum intellectum.ff. eo. & ſecundùm Do.Nicel. in l.4.§.actor.ff.de re iud. Balb.deciſ.437.

Procurator falſus. Geſtum per falſum procuratorem in auditorio principis, non poteſt per dominum ratificari propter deteſtabile vitium obreptionis in eo auditorio commiſſum per c.ex parte decani.in ver.quia verò.extrà,de reſc.& ibi Inn. Per falſum autem nuncium geſtum indiſtinctè ratificari non poteſt.l.multum.& ibi Cy.circa fi.C.ſi quis alteri. Balb.deciſ.205.

Procurator dominus litis.Etiam per primum actum cõtradictorum,quem in iudicio facit procurator interueniẽs poſt litem conteſtatam , cum principali efficitur dominus litis, & inſtantia trãſit de domino in procuratorem,qui hoc ideo poterit alium ſubſtituere,ſecundùm Pe.Cy.Bal. & communiter doct.in l.nihil.& in l.nulla. C. de proc.licet ſecundùm ipſum Bal.contrarium ſenſerit Bart.in d.l.nihil.& Archid. in ca.3.de proc.in 6.tangitur aliquid per gl. in c.querelam. extrà de electionib.Primam etiam tenẽt Do.de Rota.in nouiſ.deciſ.125. in rub.de proc. Balb.deciſ.485.

Procuraror citãdus. Si principalis citatus in principio cauſæ comparuit per procuratorem legitimè conſtitutum,qui litem inchoauit,& ex poſt citetur idem principalis,ad aliquem articulum vel actum in ipſa cauſa,non tenetur comparere,qa à principio ꝯſtituendo procuratorem,videtur animum ſuum declaraſſe, quod ꝑ procuratorẽ litigare volebat, & eſſe in iudicio. ideo debet procurator citari non dominus , aliàs actus & ſentẽtia eſt nullus & nulla ſec.do.Lamb.de Rampo.& Bar. in l.1.C.de ſen.& interlo.om.iu.& in l. procuratoribus. C.de proc.& ibi Bal.& Pan.in l.dilectus.extrà,de proc.quod limitatur ſec.Bar.in l.quamuis.ff.de dam.infec. niſi procurator non defenderet,quia tunc dominus poſſet citari.idem ſi citaretur dominus tanquam melius inſtructus,putà ad reſpondendum poſitionib.& ad ſimilia,per notata in c.1.de iud.in 6. & in l.fi. C.de proc. Et hanc limitationem tradit do. Conſtan.in tract. de caute.iudi.in tit.de cita.§.7.circa prin. Balb.deciſ.43.

Procurator conſtitutus ad agendum & defendendum , ac appellandum, cenſetur ꝯſtitutus etiam ad ſecundam appellationem ſec.Pet.& Bal.in l.nihil.C.de procur.& in l.inuitus.in fi.C.eodem. Balb.deciſ.483.

Si procurator à iudice fuit admiſſus in cauſa criminali,cùm non debuiſſet admitti , nec fuit de hoc obiectum per partem, non per hoc vitiatur proceſſus,ſecundùm gl.c.1. de iudi.li.6. Spe.in tit.de proc.§.1.verſ.ſed pone ꝙ in cauſa tali. Bal.in l.ita demum.C.de proc.per l.quamuis indubitati. C.de adulter.licet ſecundùm eum contrarium tenuerit Iac. But.in l.licet. C. de proc. primum tenent Do.de Rota in nouiſſi.deciſ.154.in rub.de proc. Balb.deciſ.482

Procuratoris reuocatio. Et ſi conſtituens procuratorem in mandato promiſerit & iurauerit non reuocare, poteſt tamen illum reuocare,ſecundùm gl.in c.fi.de proc.in 6.Bar.in l.cum precario.ff.de precar. Balb.deciſ.499.

Procuratoris mandatum. Regulariter mandatum procuratoris poſt etiam per teſtes probari,ſecundùm gl. Pan.in c.1. ext.de procur.gl.in l.maritus.C.eo.Azo in ſumma de manda. prin.Bar.Bal. Ang.& communiter doct. in l.non ſolum.§.qui alieno.ff.eo.quicquid ibi dixerint domini doctores vltramõtani,& Fulg.quòd tantum probetur per inſtrumentum.Balb. deciſ.190.

Procurator non poteſt ſine ſpeciali mandato aut generali cum libera iuriſdictionem prorogare ſecundum gl.& Pan.in in c.cum olim Abb.de off.deleg.Ang.in l.2.in prin. ff.de iudi. per dictum.ca.Inn.in ca.de cauſis.extrà, de offi.deleg. Balb. deciſ.66.

Procurator regulariter appellare non tenetur , cùm in dubio pro ſententia præſumatur: & propterea in dubio ſi nõ appellauit ſibi non imputatur.doct.in l. inuitus. C.de procur.& hanc communem ſententiam eſſe dicit Rol. à Valle in conſ. 10.in fi. in 2. To.conſ. Quam tamen ſententiam latius declarant Alex.de Imol.in d.l.inuitus.n.10.cum ſeq.& Iaſ.n.3.cum ſeq. Kirchouius.

Procurator ex longinqua regione cum mandato accedens, ſi is eſſe negetur,qui mandato ꝯtinetur,fundatam pro ſe præſumptionem habebit, & contrarij probandi onus aduerſario incumbet.commune ponit Viuius lib.2.opi.239.Sed & illius mandatum quà teſtibus,qua ſcriptis ritè,ac rectè,probabitur. commune aiunt Iaſ.in l.1.n.7.ad fi.& n.8.C.de proc.Boer.deciſ.271.n.1.Bal. deciſ.110.Nec quidquam oberit ſi conſtitutus procurator infamiæ arguatur,infamiæ arguatur:quia licet infamem creari procuratorem ad cauſas,auctoritas iuris Pontificij inhibeat:tamen nulla Cæſarei conſtitutio interdicit.cõmune ponit cum Alex.Turz.opi.85.Imò, ſi rem ad viuum reſecemus,nullo iure id vetari reperiem⁹. qua de re multa apud Marquard.de Iudæis.2.par.c.7.n.3.& n.4.ac n.12. plura apud nos alibi.Vbi autem procurator litem ſemel conteſtatus fuerit,non amplius abſque cauſæ cognitione reuocari ab ipſo litis domino poterit,ſi nolit aduerſarius, quantumuis ipſemet procurator velit, vt comprobatum omnium calculis ꝯcluſionem,& atteſtatur, & ñ immeritò impugnat.grauis profectò, & acutus iuris interpres Ronchegallus in l.2.n.87.ff.de duobus reis.Nemo tamẽ, vel excommunicatus ꝓcuratorẽ à principio conſtituere cogitur.commune ait Turz.126.E.Suarez.

Procurator ad matrimonium ꝯhendum non aliter validè ꝯſtituetur.q̃ ſi ſpeciali ad id mandato creetur, & perſona nuncupatim exprimatur, cum qua matrimonium ineundum ſit, vt frequẽs interpretũ dogma affirmat Did.à Coua. in tract.de ſpõſal.2.par.c.3.n.8.Si aũt procurator ad matrimonium contrahẽdum ritè ꝯſtitutus, ac vel cum iureiurando reuocatum non iri ſtabilitus poſt mandati illius reuocationẽ etiam ignorans atque inſcius contrahat, nullum prorſus mandatum erit commune inquit idem Did.eo.c.n.10. idem.

Procurator in iis criminis cauſis admittitur,in quib.vel relegationis,vel infamiæ ſupplicium vel nũmaria tm̃ pœna imponi poteſt.commune renũcio ex Paul.ĩ l.ſeruum quoque.§. publicè.ff.de proc.Marian.Soc.in c.veniens.de accuſ.Hipp.in pract.§.ſequitur Franc.Viuius li.1.opi.251.& I.Cla.qui latiſſime de materia agit.in pract.§.vlt.q.32.per totã Poterit etiam præterea in iis criminum cauſis procurator creari,in quib. ex ſtatuti forma abſens quis ꝯdemnari poteſt.cõmune inquiunt Corn.conſ.17.in prin.& conſ.325.litera.G.lib.3.& ꝯſ.122.litera F.li.3.Cepolla conſ.cri 46.ver.præterea dico.Ang.in l.pe. §.ad crimen.fallen.9 ff.de publ.iud.quẽ laudat Aug.ad Ange. ver.qui iudex videns n.13.Alex.de Neuo ꝯſ.90.n.3.Sed quidquid ij iuris ſatrapæ deblaterent,ꝯrium profectò veriſſimum eſt, ac reipublicæ magis vtile. quia alioquin corporeis pœnis nullus in abſentes animaduertendi locus ex id genus ſtatutis foret,ꝙ ẽt receptum aſſeuerãt Alex. ꝯſ.116.n.18.li.2. Bened. de plumbin.in l.pe.§.ad crimen.n.12.& ſeq.ff.de public. iudi. Rub.in l.ſeruum quoque §.publice n.24.ff.de proc.alij, quos refert,& meritò probat,ac de praxi etiam cum nonnullis atteſtatur I.Cla.d.q.32.ver.hæc autem. idem.

Procurator, plurium nomine néc ſuam, nec ſuorum iniuriam vendicãtium conſtitutus,accuſationem iure proſequet̃, licet ipſemet conſtituentes reo id opponẽte nequeant,vt frequenter ſcriptorib.probatum ait Aret.in c.olim n.10.de accuſationib. idem.

Procurator regulariter in criminalib.non admittitur,vt eſt communis opi.Cla.qu.32.in prin.in criminib.non.modo publicis,ſed & in priuatis.communis eſt opi.ibi.verſi.1. Graſſus communium opi.lib.2.c.10.q.1.Limita tamen, vbi non fuiſſet oppoſitum.ibi.q.2.& eſt communis opi. Vantius de nullita.proceſſ.fol.169.n.177. Alber. in l.accuſatore.§.ad crimen. nu.14. ff.de publi.iudi.Corn.in conſ.325.in 3.vol.Iaſ.in conſ. 144.in 4.vol.Nam ſi poſſet comparere procurator nunquam poſſet fieri condemnatio de reo,quia augeret. Limita tamen in procuratore accuſatoris,qui ad hoc haberet ſpeciale mãdatum ad accuſandum,vt eſt communis opin. Cla.ibi.verſiculo Ratio autem.Amplia in criminibus, in quibus irrogatur pœna corporalis vel corpori afflictiua, vt fuſtigatio, vt eſt communis opi.Clar.d.q.32.verſ.ex hac Limita non procedere. vbi eſſet imponenda pœna pecuniaria , vt eſt communis opi.ibi.ver.cęterum.vel relegationis,vt eſt communis opi.ibi ver. huic.eſt exilij vel cõfiſcationis ibi communem dicit. Blancus in pract.cri.fol.20.n.51.Cæpolla conſ.cri.47. n.6. & conſ.71. n.3.idem.ſi tractaretur de priuanda dignitate alicui,ſeu depoſitione ab ordine,vt eſt communis opi.ibi verſi.idem etiam.idem, ſi pœna arbitraria eſſet iudici , qui corporis afflictiuam inferre non poſſet.communis eſt opi. Clar.ver.ſed quæro.Secus ſi eſſet arbitraria Principi,vel ſuperiori. idem eſt ſi ſtatutũ in defectum pœnæ pecuniariæ imponeret pœnam corporalem,quia poteſt interuenire procurator, vt eſt communis opi.Cla.ver.vlterius. Bald.in l.ſeruum quoquè.§. publicè.ff.de procu. col.5.communem dicit in contrarium.Fallit,vt ibi.& intellige hoc,ſi reus ſit facultatibus idoneus,vel fideiuſſorem præſtet. Limita etiam in inſtructore, quia admittitur.Graſſus vbi ſ̃.q.3.vide Portium communi concl. regul. 38.lib.5.Ant. Gabriellius in ſuo communium concluſ. libr.7.conclu.9.vbi ampliat & limitat. Nouell. in tract.ad defenſam in prin.num. 10. vbi dicit communem opinio. quòd procurator pro abſente in cauſa capitali poteſt interuenire tãquam inſtructor. ſeu informator pro defenſione rei.Cæpolla conſ.45.n.3.item limita.in incarcerato iuſtè.quia poteſt comparere citatus per procuratorem,vt eſt communis opi.de qua Marſ.in prac. cri. in §.attingam.n.20. item limita ſi adſint ſtatuta, prout extant in Italia, ꝙ abſens poſſit de quolibet crimine puniri , & damnari, ad illius defenſionem , quia poteſt procurator admitti, vt eſt communis opi.de qua Vantius de nullitatib.proceſ.fo. 170.Aret.conſ.153. nu.6.vbi communiorem dicit.Sed cauti iudices poſſunt dicere.Ego volo reum in præſentia tanquam melius informatum,vt eſt communis opi.de qua Vantius ibi. n.177.item limita, ſi procurator vult allegare cauſas abſẽtiæ, Cæpolla conſ.cri.49.nu.9.& conſ.50. Non admittitur tamen procurator proponens generaliter abſentiam imputati Ruiſius in conſ.118.n.9.in 5.vol. Et vide Marſ.in conſ.39.nu.29. in 1.vbi dicit,quòd vbi poteſt procedi cõtra abſentem de crimine,& ferri ſentẽtia ſuper illo, ſemper admittitur excuſator ad allegandum cauſas innocentiæ licet procurator non admittatur.& eſt communis Doctorum opi.vt per Marſ.ibi,idẽ eſt in inſtructore , quia poteſt non obſtante ſtatuto docere de innocentia rei,vt eſt communis opi. Marſ.conſ.81. n.58.ver. cum ergo tot. & coram Principe pro cauſa capitali , etiam de ordinaria poteſtate ñ poteſt comparere procurator.ſec.Ang. in l.ſeruum quoque.§.publi.ff.de proc.Calcane.conſ.2. n.56. admittitur tamẽ ẽt procurator in cauſa criminali ad opponendum exceptionem ꝯ accuſatorem,vel iudicem.idem,ſi accuſatur monialis vel vniuerſitas.Bened.de Vado foro Sempronio.in Reperto.Fel.in verſi. Procurator quamuis,&c.item ad vnum tm̃ articulum admittitur procurator, idẽ,qñ cauſa criminalis incidit cum ciuili,idem,ſi accuſatus dicit vulnus ñ eſſe mortale,tunc,ſi eſt dubium admittitur procurator,ſi poſtea apparet ꝙ eſſet mortale,proceſſus eſſet nullus. Bened. de Vado.vbi ſ̃.vide Fel.in c.meminimus.de accuſa.vbi plures caſus enumerat,in quibus admittitur defenſor,& procurator in criminalibus.Non poteſt tamẽ cõparere procurator ꝓ vulnerãte quempiam ad mortem.Sed iudex debet ſuperſedere,expectando mortem ipſius vulnerati ibi. Cla. ver.ſed pone.qu.32. quia poſtea eſſet opus nouo proceſſu ſuper morte & noua ſequi condemnatio.Et omnia acta præcedẽtia eſſent nulla.Procurator autem nõ poteſt comparere pro ꝯtumace abſente ex ſtatuto,ꝙ requirit perſonam. Niſi quia poteſt proponere cauſas abſentiæ,& eas defendere, vt eſt communis opi. Clar.d.q. 32.ver.hæc autem cõcluſio.Quod intellige nõ generaliter,vt dixi ſ̃.ex Ruino. Nec poteſt comparere procurator pro bãno ſecundo bãnito abſente:quia imputet ſibi,ſi ñ poteſt perſonaliter comparere. Bene poteſt impetrare ſaluumcõductum, vt poſſit ſe præſentare.& ita debet ꝓcedi. Cla.verſ.tu ſcis.Quod ſaluumconductum facit Princeps,& non iudex,vt ibi.ver.debes ſcire.Poteſt tamen comparere procurator pro hæredibus mortui, quando pro delicto memoria damnatur defuncti,vt eſt communis opi.Cla.ibi.ver.debes ſcire.item poteſt comparere procurator ꝓ reo carcerato,vel ſe præſentante ad carceres,vt eſt communis opi.Cla.d.q.32.verſ. itẽ quæro.Tenetur tamẽ prius reus carceratus,vel præſentatus rñdere inquiſitioni,accuſatiõi,vel interrogationib.quę fiunt à iudice ĩ primo, vel cæteris examine,vel ĩ tortura.cõis eſt opi.Cla.d.q.32.ver. item quęro per ſeipſum,ſ.ad actus autem ſucceſſiuos,puta ad opponẽdas exceptiones producere capitula, & alia facere in ipſa cauſa, cum legitimo mandato, bene comparet tunc procurator.Cla.verſ.item quæro.& poteſt allegare cauſas abſentiæ cum legitimo mandato,vt eſt communis opi.Cla.d.q.32. ver.prædicta.Nec refert habeat mãdatum ſpeciale,vel habeat cauſam ipſam proſequendam,quia omnino eſt admittendus. Cla.ibi.idem, ſi talis procurator proponat reum habere capitales inimicitias in loco, vbi eſt citatus, vt eſt communis opi. Cla.ibi.ver.idemque. idem ſi ꝓponat aliquas exceptiones declaratorias ſeu declinatorias, vel aliquas ex his, quæ ante litẽ ꝯteſtatam ꝓponi ſolẽt.puta,ꝙ accuſator ſit infamis,vel excõicatus,vel huiuſmodi,vt eſt cõis opi. Cla.d.q.32.verſi.pariter. Quòd intelligit , dummodo talis exceptio nihil ad ipſum crimẽ pertineret.Secus ſi talis exceptio opponeretur ad proceſſum,ſed tangeret ipſum delictum,vt ſi diceret,ꝙ alias de ipſo crimine fuit abſolutus,quia non admitteretur,vt eſt communis opi.Cla.ibi.Niſi talis exceptio eſſet notoria,vt eſt communis opi.Cla.ibi.Si verò talis exceptio eſſet dubia,non admitteretur,vt eſt communis opi.Cla.ibi. Procurator etiam admittitur pro eo,qui bãnitum occidit. Et admittitur ꝓ eo etiam quilibet de populo,vt eſt communis opi.Cla.ibi ver. quæro modo.& hoc ſi produceret bãnum occiſi banniti.alias ſecus.Si requireretur aliqua extrinſeca probatio , vt eſt communis opi. Clar.ibi.item admittitur procurator,qñ proceditur per viam exceptionis,qñ vult repellere accuſatorẽ ab accuſatione, vel teſtem à teſtificãco,vel impediẽdum miſſionem in poſſeſſionem prælati ad dignitatem, vel beneficium , ad ꝙ eſt promotus,&ſimi.quia cauſa eſt ciuilis,communis eſt opi.Cla.ibi ver, ſeq. Aut exceptio oppoſita per procuratorem tẽdit etiam ad puniendum,vt quia petat accuſatorem puniri, vel teſtem,nõ admittitur procurator, vt eſt communis opi.Cla. d.q.32.itẽ admittitur ꝓcurator,ꝓ accuſatore,& denuntiatore, ex communi practica,Fallit ſi principalis ſuus eſſet bãnitus,vel aliter non poſſet accuſare,quia fuiſſet accuſatus de aliquo crimine. Cla.d.q.32.ver. quæro. item admittitur procurator in criminalib.parte non opponente,qñ delictum eſt tale, ꝙ nõ poteſt procedi,niſi ad quærelam partis.Secus ſi ex officio,ex ꝯſuetudine,ſ.Chircouius communium opi.cẽturia 1.ꝯcluſione 59. & ꝙ omnia geſta per procuratorem in cauſa criminali , vbi agitur de pœna corporali,ſint ipſo iure nulla,licet nõ fuerit oppoſitum de nullitate,quia partis,vel iudicis malitia,negligentia,aut imperitia,ñ debet iuri publico nocere.Cla.d.q.32.ver. pone.& procurator & dominus ſimul in caſib.in quib.procurator admittitur in eadem ſententia ſimul cõdemnari debẽt, ita practicatur.Cla.d.q.32.verſi.vltimo quæro.& procurator pater pro filio ꝯdemnando abſentet comparere poteſt,vt eſt communis opi.de qua Alex.de Neuo in conſ.90.nu.3.Corn. conſ.17.litera A.in 3.vol.vbi communem eſſe dicit tam antiquorum q̃ modernorum, & ex ꝯſuetudine totius Italiæ receptum.ẽt ſine mandato,vt eſt communis opi.vt ibi per Corne, col.2.item procurator in criminib.in quib. venit imponenda pœna à relegatione ſ̃.nõ admittitur,vt eſt communis opi. vt per doct.in c.veniens,de accuſa.Paſethus conſ.179.n.7.idem eſt,qñ eſt pœna arbitraria,vt ibi.Secus ſi de iure cõmuni pœna pecuniaria imponeretur,vt eſt dictũ,vt eſt communis opi. tam iuris ciuilis quàm canonici,de qua Ant.de Tremolis ad pract.Bonacurſij ti.quib.mo. ſuo nomine ciui.in gl.procurator.litera D.fo.41.item ſecus,ſi cauſa veniret ſeparatim à crimine decidenda,licet eſſet criminis excluſiua,vt eſt communis opi.de qua apoſtillantes ad conſilium Alex.33.litera B.in 3.vol.& vide Soarez ver.procurator.vbi quando poſſit comparare procurator. Bonac.

Procurator fiſci, vt aliquid vẽdat, nec fidem de precio habere poterit,vt eſt cõis opi.Soarez ver.ꝓcurator.n.306. idẽ.

Procurator generalis non p̃t facere actum,per quem dominus cadat in pœnam.Cur.iu.conſ.149.n.9.com.dicit. idem.

Procurator falſus.Si dñs ſciat cãm agitari ꝑ falſum ꝓcuratorẽ,nec ꝯdicat ſibi,p̃iudicant geſta ſec. Inn.in ca.ex parte decani.ext.de reſcr.Bald.in l.in cauſæ.§.ſed hoc ita.ff.de proc.dicit hoc procedere in procuratore actoris per gl.in l.quo enim.ff. rem ra.habe.in §.1.quæ parificat ſententiam ratihabitioni:nõ in ꝓcuratore rei,vt non fiat executio in dominum,ſed in procuratorem falſum, niſi in ſubſidium procuratore nõ exiſtente ſoluẽdo per Auth.qua in prouincia. C.vbi de cri.agi.opor. Balb.deciſ.276.

Procurator non p̃t obiicere exceptionem excommunicationis contra aliquem,niſi habeat mandatum ſpeciale ad hoc per theoricam Inn.in c.ſuper his.ext.de accu. vult Bal.in eius repertorio incipiẽte, Abbas,in verbo procurator.& procurator ad litem conſtitutus poteſt ante lit.conteſt.reuocari,licet reuocatio non venerit in notitiam iudicis vel aduerſarij , ſec. Inn.ĩ c.ex inſinuatione.in prin.ext.de proc. Bal.vbi ſ̃.gl.tamẽ & Pan.in d.c. & in c.mandato.e.tit.& Bar.in l.1.C.de ſatiſdando.tenẽt contratium : niſi mãdatum eſſet generale,& factum extra iudicium,& procurator nondum intraſſet iudicium cũ aliqua certa perſona:quo caſu poſſet procedere prima opi.ſecundum eos. Balb.deciſ.206.

Procurator non poteſt expreſsè renunciare appellationi à ſe interpoſitæ, licet ſit dominus litis, ſed tacitè ſic,non proſequendo appellationem:ſecundum Ang.& Imo.in l.ab executore.in §.ſi procurator ff.de appel.& ibi do. Nicellus.idẽ Ang. in l.bonorum ff.rem ra.hab.quicquid contradixerit Ray. ſec. Ang.vbi ſ̃. Balb.deciſ.135.

Procurator ſine ſpeciali mandato poteſt petere reſtitutionem in integrum incidenter, licet non principaliter, ſec. Bar. in l.cum procurator.§.dominus.ff.de oper.no.nun. Bal.in l.1. C.etiam per procuratorem cauſam in integ.reſti.agi poſ. per l.fi.C.vbi & apud quem.iuncta ibi gl. & per nota.in c.ſuſcitata.ext.de in integrum reſtit- Balb.deciſ.248.

Procurator certam vendendam creatus niſi mandato forma venditionis ac precij quantitas explicetur, ñ poterit ſuas vices alij demandare.cõe pono ex Alex. & Iaſ.in l.quod quis. C.de proc.Iaſ.in l.1.ad fi.ff.de of.procur.Cæſ. E.Suarez.

Procurator, qui ad aliquam cauſam ſimpliciter conſtituitur,& in ea ſuccumbit, appellationem ritè interponere tenetur,quamuis illam proſequi nō cogatur,at qui ad omnes cauſas quà vertentes,quà futuras expreſſim procurator creatur, appellationem tum interponere, tum ſectari obligatus eſt,vt cum multis receptum affirmat Turzan.opinio 93.Quę intelliges de ſententia litem finienti. nam interloquutionum appellationes indiſtinctè proſequi tenebitur, ſi locus in quo retractari debent, remotus non erit. commune ait Iaſ.in l.inuitus. nu.4. de procur. Quin & cùm intra decem dies procurator haud appellat,domino nocet,commune inquit rectè moderatus Zaſ.in l. 1.§ ſi procurator.ff.ſi quis ius dicent. idem.

Procurator,qui ſolutionis recipiendę facultatem habet cū clauſula , vt in prædictis & circa illa liberam adminiſtrationē obtineat,dilationem ſolutionis debitoribus ſummo iure largietur.commune inquiunt Alex.in l. pactum curatoris. d. C. pact.& qui recte diſtribuit Franciſcus Turzan.opinio.82.idē.

Procurator tamen fiſci,vt aliquid vendat,nec fidem de precio habere poterit,commune inquit Iaſ.in l.quæ acta.n.18.ff. de of.proc.Cæſ.Villal.in ſua collecta. idem.

Procurator,qui ad certum aliquem actum conſtituitur,nō ideò maiori facultate præditus intelligitur, quod poſtea mandato inſerantur verba illa generalia, quod conſtituens promiſit habere rata omnia geſta per illum procuratorem. At ſi dicatur , quod procurator poſſit facere omnia quæ præſens dominus poſſet,cum libera mandatum habere cenſebitur.communia ponit Iaſ.in l.quæ acta,n.21.& n.22.de offi.proconſul. idem.

Procurator quantumcunque generali mandato creatus, nunquam quidquam ex illius mandati viribus agere poterit, quod vel illicitum ſit,vel mandātem alicui pœnæ obnoxium reddat,vt frequenter placitum renuncio ex Iaſ.à n.5.atque aliis pleriſque omnibus interpretibus in l. ſi procurator. ff. de condict.indeb.Dec.in l.alterius cricumuentio. ff.de regul.iur. Fel.in c. 1.à n.8.vt lit.non conteſt.Cur.Io.conſ.149.n.9.Frāci. Turzan. opi.66. Non tamen idcirco verum erit condemnari debere procuratorem in eius litis expenſis, quam non inculpatè,nec abſque dolo inſtituit, q̄a cum principali cauſa allud longè diuerſum agatur , nec quidquam de procuratoris culpa, vel dolo tractetur , ſuccedit iuriſconſulti doctrina in l. de qua re.ff.de iudi. eſſetque perquam iniquum ſi procurator antequam ea de re audiretur,ac defenderetur, tāquam culpæ ac doli conuictus in expenſis iudicari poſſet , vel non iudicatus ex tacita ipſius ſententiæ virtute expenſarum executioni obnoxius fieret c. 1. cum ſimil.de cauſ.propr. Quamuis contrarium exiſtimauerit Bart.& Alex.n.7.verſi præterea in l.4..ff.de re iud.Sal.in l.non eſt ignotum.C.de adminiſtr.tut. Pan in c.j. vt lit.non conteſt.atque alij frequentius,teſte Iaſ.in l.procurator.n.13.ff.de condi.ind.contra quos alibi latius, & opportunius diſſeretur, illorumque opi.vel praxis ipſa rerum optima doctrix abiurauit quemadmodum Iaſ.ſibi aduerſus,teſtamentum in d.l.4.n.13.& in l. 1.§.ſi procurator.ff.ſi quis ius dicent. non obtemp. idem.

Procurator ſi mandati formam, ac fines ſciente domino egrediatur,domino ipſi proculdubio nocebit,atſi nullum mādatum præceſſerit tantumque domini & ſcientia & taciturnitas proponatur, longè aliud ius erit. communia inquit late & diligenter Ar.Pin in l.2.par.2.n.12.C.de reſcin.ven. quod nos in conſ.quodam pro domina Gratia à Naſſi.multifariam impigre declaramus. idem.

Procuratoris mandatum plene probari debet. commune inquiunt Iaſ.in l.cautio.n.11.ver.in ea.C.de procur. & vir ſelectæ doctrinæ Nic.Ant.Grauat.ad Veſtrium lib.4.c.5.nu.24. & ſeq.Ac ſi de eo non cōſtet, geſta ab illo omnia nullius ſunt momēti:vt commune affirmant Alex.in l.licet n.1.C.de procur.Balb.deciſ.348.n.7. probari tamen teſtibus poterit.commune profitentur Iaſ.in d.l.ſi cautio.n.7.Boer.deciſ.180.n.1. Balb. deciſ. 190. & vide quæ ſcripſi ſuperius ver.mandatum. E.Suarez.

Procuratoris cōfeſſio pecuniam mutuo acceptam eius nomine confitentis.qui illam mutuo accipere ipſi iniunxerat, nō efficiet,vt mandator cōueniri.poſſit, quemadmodum docet Bart.in l.2.§.vlt.n.6.ff.ſi cer.pe.cuius doctrinam frequenter placitum teſtantur inibi Alex.Iaſ.n.20.latè Tiraq.lib.2.retract.§.4.gl.6.nu 12.adde Alex. vbi ponit rationem in l. 1.§. ſi quis ita n.35.ff.de ver.obl. atque intellige id neutiquam proceſſurum, ſi procuratori data expreſſim cōfitendi facultas ſit, vt vero & crebrius tradunt Alex.Purpur.n.61.in d.§.vlt.Fel.in c.ſi cautio.de fide inſtr. quidquid Bart. vbi ſupra reluctari videatur. idem.

Procuratoris falſi geſta non poſſunt poſt defectum mandati appoſitum rata haberi. commune auſim affirmare ex Ang. in §.item ſi inſtit.de exceptio.Iaſ.in l.licet.n.10.C.de proc.Fel. in c.cauſam.n.9.de iudi.Balb.deciſ.348. nu.7. Antea vero & quæ vſui domino ſunt rectè valideque dominus confirmat: commune inquiunt iidem Iaſ.ac Fel.vbi ſ. & liberaliter Seb. Vant.de nullit.n.112.magis commune cum Alex.teſtificatur Franc.Turz.opi.92. E.Suarez.

Procuratores quæ ex cauſis aliorū ſolicitè procuratis quærunt, non caſtrenſis peculii, ſed aduentitij vicem, ac rationes ſubeunt.commune inquit Riminald. contrarium ipſe rectiſſimè aſtruens.in §.1.n.61.& ſeq.inſtit.per quas perſonas nobis acq.quicquid illum carpat Franc. Viuius, commune quoque illud atteſtatus lib. 1.opi.299. E.Suar.

Procurator dubium habens mandatum:volens admitti tenetur ſatiſdare de rato,aliàs iure repellitur, l. 1.vbi doct.C. de procur.Capic.deciſ.1.quā concl.intellige,locum non habere, vbi ſpāle mandatum requiritur,teſte Hoſt.in ſumma.titul.de procur.n.12.Quos caſus, ſpāle mandatum exigeñ ponit Spe. tit.de proc.§.ratione Ang.inſtitu.de his per quos ag.poſ.poſt prin.Alex.conſ.189.libr.7. Dec.conſ.20.& ideo dixit Iaſ.in l. licet nu.4.C.de procur.falſum dici procuratorem tametſi generale mandatum haberet, ſi cauſam ſpāle mandatum requireñ agat, illud autem quod dicitur, habeñ dibium mādatum, admitteñ.eſſ. cū cautione Rati.limita,non procedere in cauſa matrimoniali,ſecundum Pariſ.conſ.61.n.6.libr.3 & in alio caſu,vt per Hypo.ſing.24 ſ.debet enim de mandato edocere: ne iudicium reddatur inualidum,ex no.per Bar.& doct.in l.licet C.de procur.Abb.in ca.in noſtra de procur.Alex.conſ.74. libr.5. Quamuis in odium procuratorum eo caſu,ſaltem per expeñ iudicium non redderetur nullum, Alex.in l.ſi ſe nō obtulit in prin.de rei vend.no.in l.plautius.de procur. per gl.in l. ſi expreſſim. ff.de appel.egid. deciſ.29.Iafr.concl.234.437.& ſic melius erit procuratorium oſtendere, Bar.in l. 1.§. vſus.ff. de procur.in l. 1.§. ſi nemo ff.quod cuiuſque vniuer. Iaſo.in l. ſancimus.n.6.de iudi.in l.de pupillo §.qui procuratorio 4.no. de op. no. nun. Bar.in l. non ſolum §.qui alieno de procur.& hanc communem dicit Iaſ.in l.cautio.nu.11.C.eo.tit. procureñ f3.repellendum, ſi de mandato non conſtet cuius perſonam ſtatim legitimandam no doct.in d.l.licet in ca. in noſtra de procur.etiam in omni iudicio quamtumuis ſummario per Iaſ.in Rub.C.qui admitti,cuius poteſtas à die recepti mandati transfertur,ita vt ante notitiam geſta ſint nulla, veluti à falſo procurat.facta,licet à domino conſtitutus eſſet, ea ratione, quia de mandato ſibi non conſtabat , ſecundum communem per Alex.in d.l licet nu.1.Villal.inter.com.opi lib.ver.procurator Boer.quæſt.274.quæſt.348.vbi num.7.limitat in beneficialibus.

Procurator quando conſtitutus ad talem & talem actum, deinde ſubiicitur clauſula,quòd promiſit habere rata quecūque geſta per eum an per talem generalitatem dicatur habere mandatum cum libera ad omnes cauſas & actus ? & Dic, ꝙ illa verba nihil operantur, teſte Iaſ.in l.que acta num.21.ff.de off.procur. cæſ. de mandato autem generali cum libera?vide eundem Iaſ.in l. cōtra iuris §.ſi filius ff.de pact. in l.indebitam circa med.ff.de cond.indeb.& vide quæ ſcribit pract.Pap.for. Reſponſ.rei ver.ſimon.

## PROCVRATOR.

*Summaria.*

Procuratorem poſſe interuenire in cauſa criminali, quando ex forma ſtatuti procedi poteſt contra abſentem, non quidem ad omnes actus iudiciarios,ſed ad allegandas cauſas abſentiæ : idem ad docendum de innocentia, de priuilegio ſuo, vel incompetentia iudicis,& ſimilibus.q.1.

Si in cauſa criminali interueni procurator, nec fuit oppoſitum,valere iudicium.q.2.

Stante ſtatuto , ꝙ in cauſa criminali non poſſit interuenire procurator, admittendum tamen inſtructorem ad docēdum de innocentia.q.3.

Iudicem ex officio ſuo poſſe compellere procuratorem ad exhibendum mandatum,vel ad cauendum de rato, ſi dubitetur de mandato.q.4.

Iudicem ex officio,etiam nemine petente, poſſe compellere procuratorem ad præſtanda ea,quæ omiſſa iudicium retrò ſint redditura nullum.ibid.

Procurator habens mandatum ad exigendum,poteſt etiam recipere ſolutionem.q.5.

Coniunctam perſonam admitti quidem ad agendum, non autem ad exigendum,& recipiendum.q.6.

Procuratorem poſſe iurare de calumnia in animam domini,ſi habeat eam ad rem ſpeciale mandatum,q.7.



Clauſulam vſitatam in mandatis procuratoriis,ꝙ dominus releuet procuratorem ab omni onere ſatiſdandi,nihil operari ſi dominus non ſit ſoluendo,nec poſſideat immobilia : Et ita fideiuſſor ſit minus idoneus.q.8.

### QVAESTIO I.

Quæro,an procurator poſſit interuenire in cauſa criminali, quando ex forma ſtatuti poteſt procedi contra abſentē? Reſpon.Diuerſæ ſunt ſententiæ. Nam Cyn. in l. reos. quæſtione tertia.C.de accuſationibus,exiſtimat quòd poſſit.Et hanc ſententiam quoq; tenet Aretin.l.inter accuſat.ff.de public.iudic. Alex.conſ.116.incip.animaduerſis ſtatutis.vol.2.Et hanc dic. eſſe magis communem.Iaſ.is qui.C.qui teſtam.facere poſſ.

alij verò contrà cenſuerunt,hoc caſu non poſſe procuratorem interuenire,Rai.d.l.reos.Et ibi Bald.& Salyc.q.2.& Fulg. Eandem ſententiam firmat Bart.l. penultima. §.ad crimen. ff. de public.iudic. Et eam dicit eſſe cōem Alexandrinus, & ſeruandam dict.conſ.116.Hipp.verò de Marſ.in pract.criminal. §.ſequitur. nu.27. diſtinguendo concordat has opiniones, vt procurator poſſit interuenire ad docendum de innocētia rei, vel legitima abſentia , vel de priuilegio ſuo,vel incompetentia iudicis,& ſimilibus,& ita proceda prima opinio.Secùs verò ſi procurator velit cōparere ad omnes actus in iudicio occurrentes , quia non poteſt, & hæc diſtinctio æqua eſt, aliàs ſi prima opinio indiſtinctè procederet, daretur magna occaſio delinquendi.

### QVAESTIO II.

Quæro, an valeat iudicium, ſi in cauſa criminali interuenit procurator,& non fuit oppoſitum?Reſpond.Licet magna ſit controuerſia inter doct.vt per Hipp.de Marſil.in practic. §.ſequitur.n.17.Tamen magis communiter approbata eſt ea ſententia,quod tale iudicium valeat.ita tenet glo.c. 1.verb.criminalis.de iudic.in 6. Specul.in tit.de procuratorib. §. 1.verſ.itē quod eſt miles. Archid.c. ad agendum, de procuratoribus in 6.Eandem opinionem firmat ioan.de Lignano.c. veniens.de accuſationibus.Ang.de aret.in tract. de malefic. verb. qui iudex vidēs, ꝙ inquiſiti non comparent.n.55.Old.conſ.130.incip.omiſſa prolixitate.Cæpoll.cautel.222.incip.ſtatuta quandoque.Roma.conſ.215. incip.duo ſunt,quæ principaliter. & eam dicit eſſe com.Hipp.d.§.ſequitur.nu.17.

### QVAESTIO III.

Quæro,an ſtante ſtatuto,ꝙ in cauſis criminalibus non poſſit interuenire procurator, debeat tamen amitti inſtructor ad docēdum de innocentia? Reſpon.ꝙ ſic. & hāc dicit eſſe cōem opi.iaſ.in l.2.C.qui teſtam. facere poſ.eandem ſententiam firmat communiorem eſſe Fran. de aret.in conſ.147.incip. viſa conſultatione.& tenet Cæpol.conſ.20.incip.quidam dum eſſet poteſtas. Corn.in conſ.17. vol.3. & ab hac communi ſententia in ꝯſulendo, & iudicando non eſſe recedendū dicit angelus l.penulti.§.ad crimen. ff.de accuſatio. Eandem dicit eſſe cōem opi.Aug. arim.in addit.ad Ang.in trac.malefi.verb.qui dominus iudex.numer.13.Et eam tenet latiſſimè Hipp.dict.§. ſequitur.num.42.

### QVAESTIO IIII.

Quæro, an iudex ex officio ſuo poſſit procuratorem compellere ad exhibendum mandatum,vel ad cauendum de rato, ſi dubitatur de mandato?Reſpon.in hoc articulo doc.ſententiis variant.Nam imol.in l.inter quos.§.qui alieno. ff.de dam. infect.tenet,ꝙ non poſſit,reprobans glo.in c. 1.verb.abſentia. de elect.lib.6.& in c.cùm in iure peritus.de offic.delegat.quia iudex non debet officium ſuum impartiri non poſtulatum.Et eum ſequitur Fel.in c.cauſam quæ.nume. 1. de iudic.vbi dicit gloſſ.d.verb.abſentia.quæ tenet contrarium, communiter eſſe reprobatam.

Sed in contrariam ſentētiam, ꝙ imò poſſit iudex ex offico ſuo,nemine opponente,cogere procuratorē ad exhibendum mandatum, vel cauendum de rato , magis communiter itum eſt,iuxta glo.d.c. 1.verb.abſentia.ne iudicium reddatur illuſorium,& retrò nullum,oppoſita exceptione falſi procuratoris. Hanc opinionem prædictæ glo.ſequitur ang.in l.pomponius. §.ratihabitio.ff.de proc.pau.de caſtr.in d.§. alieno.Bald.l.licet. C.de procuratorib.& in authentic.offeratur.C. de lit.conteſt. eandem ſententiam firmat ant.de Butr.& ibi Barbat.in c.cum M.de conſti.Gemi.in c.cauſam quæ.per illum text.de iud.vbi dicit,iudicem poſſe ſupplere in his,quæ reddunt iudicium retrò nullum.& ibidem dec.n.10.& n.13.vbi dicit gl.in d.verb. abſentia.eſſe magis communiter approbatam,& ſequitur Roma.in conſ.67.n.5.eandem opinionem glo.dicit magis communiter approbatam Iacob. de S. Geor.l.licet.n.9.C.de proc. ſubdens ab ea in cōſulendo & iudicando non eſſe recendendū.& eam quoque firmat Fran.Rip.l.4.§.hoc iudicium.n.49. ff.de dam.inf.Maran.in Spe.par.6.rub.de inquiſitione.n.194.

### QVAESTIO V.

Quæro,An procurator habens mandatum ad exigendum, poſſit recipere?Reſp.variant doct.Nam ſpec.tit.de procu.§.vt autem.verſ.verùm vt ad euitandas,exiſtimat non poſſe,idem firmat Rom.l.non ſolùm.ff.ſo.ma.

Contraria verò ſententia communiter recepta eſt,ꝙ ſ.procurator habens mandatum ad exigendum, poſſit indiſtinctè quoque ſolutionem recipere,vt firmat iaſ.in d.l.non ſolùm. nu. 17. Verba enim intelligi debent ſecundum intentionem proferētis,& ſecundum qualitatem perſonę,ita tenet Bart.& doct.d.l.non ſolùm.& latè l.hoc iure.ff.de ſolu.& in ſpecie ibi Alex.Bald. & Ang.in l.nam & nocere.ff.de pact.

### QVAESTIO VI.

Quæro,Nunquid coniuncta perſona admittatur ad exigendum & recipiendum?Reſp.communiter in eam itum eſt ſententiam,coniunctam perſonam admitti quidem ad agendum pro coniuncto,non autem ad exigendum.Ita tenet gl.l.hoc iure.ff. de ſolut.quam in hoc communiter approbatam eſſe dicit iaſ.l.2.§.voluntatem.n.16.ff.ſo.ma.

### QVAESTIO VII.

Quæro,An procurator poſſit iurare de calumnia in animā domini?Reſp.ꝙ poſſit & proprio nomine in animam ſuam,& alieno in animam domini , ſi habeat ſpeciale mandatum ſec. communem & receptam doct.ſententiam,vt firmat Marant. in ſpec.aduoca. rub.de iura.cal.n.8.Et tenet Bart.l.2.§.fi.C.de iuram.cal.nec ſufficit generale mandatum,quia generali mandato non venit delictum,& ita tale mandatum non obligaret dn̄m procuratore iurante in cauſa iniuſta,& ita eſt inſufficiēs.

### QVAESTIO VIII.

Quæro,An clauſula quæ communiter poni ſolet in mandatis procuratoris,ſ.ꝙ dominus releuat procuratorem ab omni onere ſatiſdandi, aliquid operetur?Reſp.ſec. cōmunem & receptam doc.ſententiam,talem clauſulam multum operari,& releuare procuratorem,quando dominus eſt ſoluēdo,& poſſidet immobilia, Aliàs ſi non eſt ſoluendo , ex quo dominus non eſt fideiuſſor idoneus,talis clauſula nihil operatur,ita tenet Bart.Rub.ff.de iud.ſoluen.Ang.& iaſ.l.filiusf.ff.qui ſatiſd. cogant. Et hanc dicit eſſe communem opi. Maran. d. part. 6. memb.8.nu.11. Mich.Graſſ.

Procurator generalis cum libera. poteſt expedire omnes caſus & cauſas in quibus etiam ſpāle mandatum requiritur, teſte Bal. in l. illud circa fi. de minor. Iaſ.in l. indebitam circa med.ff.de cond. indeb. cui adde ꝙ ſpāle mandatū & generale cum libera æquiparantur tam in contractibus quàm in iudiciis,ex no.per catel. verſi.procurator generalis,Seb.de nullit. c.11.nu.87.vbi ꝙ generale mandatū cum libera ſufficit etiam in caſibus ſpāle mandatum requireñ. Iafr.concl.52. Quid de facto vel dicto procuratoris habeñ liberam ſine ſpāli mandato,vel ratihabitione?& dic,quòd non poteſt facere cadere dominum in aliquod quod ſapiat damnum delictum vel pœnam , l.ſi procurator ff.de cond.indeb. l. creditor. §. lucius ff. mand.l.3. §. 1.quod quiſque iur.l. 1.§. quoties ff.de vi & vi ar. poteſt tamen obligare & hypothecare virtute d.clauſulæ libere poteſtatis,teſte Alex.conſ.118.col.fi.n.24.lib.5.& etiam alienare,l.procurator iſtorum & l.procur.cui generaliter ff.de procur. Quam concl.delara,vt per Rebuff.in pract.benef.par. 1.c.21.nu.30.vbi quòd procur.cum libera poteſt facere quæ ſub mando generali continentur , dict.l. procur. iſtorum & l. procur.dicitur autem procur.conſtitutus com libera,nedum per expreſſionem verbi libera:Sed per alia multa verba æquipollentia qualia ſunt illa, quòd facere poſſit quicquid ipſe dominus faceret, ſi præſens eſſet,ex no.per Bar.in d.l.procur.cui nu.3.Abb.in c.petitio poſt nu.2.extr.eo.& in c.fi.n.18. ext.de dila.per tex.in d.l.creditor.§.lucius ff.mād.Quæ omnia declara,vt per Moron.tract.de fide & pace q.13.par.1.Aym. conſ. 262.col.fi.Dec.conſ.430.Alex.conſ.44.lib.2.Quid ſi in mandato dicatur,quòd procur. poſſit facere omnia:quæ poſſet facere dominus, ſi præſens eſſet,an dicatur hr̄e mandatum cum libera?& dic, quòd ſic,per Iaſ.in l. quæ acta num.22.ff.de offi. procurat.cæſ.Reg.autem quæ habet, quòd tantum operatur mandatum generale cum libera,quantum ſi eſſet mandatum ſpāle, intellige, quantum ad contraheñ & ea quæ reſpiciunt adminiſtrationem rerum dominij,ſed in his quæ fiunt ext.adminiſtrationem: illa parificatio non procedit, ſecundum Iaſ. in l.ſi quis iniquum §.ſi procurator num.13. ff. quod quiſque iur.

Procurator faciens actum ſimpliciter : intelligitur facere procuratorio nomine,quæ concl.limitatur procedere quādo

ſecit mentionem mandati,procurationis, & officij,aliàs ſi nihil diceretur ſecus eſſet,quia præſumeretur potius ſuo nomine feciſſe,teſte Iaſ.in l.poſt dotem.n.72.& ſeq. ff.ſol.matr.vbi infert ad plura notabil.in Prac. pro qua vide quæ idem ſcribit in l. 1.§.nuntiatio n. 3.&4.ff.de op.no.nun.cui Adde,ꝙ illa verba,procuratorio nomine talis,neceſſario non ſunt adiicienda ex not.per Bar. in l.ſi procurator ff. de procur. Declara, vt per Iaſ.in l.ſi procurator ff. ſi quis caut.in l. Reſcriptum §.fi. ff.de pac.vbi docet formam concl.quàm debet facere ꝓcurator in libellis & petitionibus,& in d.l.poſt dotem.n.72. & ſeq.ff.ſol. mat.de quo etiam per Prac.Pap.for.Reſponſ.Rei.ven. ſimon. numero 8.

Procurator licet interuenire non poſſit in caſibus in quib. abſens poſſit damnari alius tamen admitti debet ad iudicium, quando vult oſtendere innocentiam vocati non comparentis.ſec.Rol.conſ.47.n. 17.lib.3. vbi n.18. ꝙ quilibet poteſt inſtruere iudicem pro accuſati abſentis innocentia,& qui defenſor non admittitur pro abſente : ſi venit ad plenam defenſionem inquiſiti,ſecus ſi ad inſtruendũ iudicem, per Rol.d.conſ. n.23.& n.26. vbi licet inſtructor non poſsit producere capĩa, nec facere examinari teſtes:quia hoc Reo nocere poſſet, poterit tamen teſtes nominare Iudici, & petere eorum examen pro Rei innocentia, Qui Iudex non admittens defenſionem Rei abſentis facit litem ſuam: teneturque in ſyndicatu, & ad damna Reo,de quo vide latius per eundem d.conſ. vbi inter alia,ꝙ probatio cont̃ fictam confeſſionem admittitur, ſecundum communem ibi relatam.

Prodigus antequam ipſi interdicta ſit bonorum ſuorum adminiſtratio per iudicem,poteſt teſtari.cōem dicit in §.teſtamentum quæſtione 33. P.Fichard.

Prodigus eſt inhabilis ad teſtandum, adeò vt etiam ad pias cauſas non poſſit teſtari.cōem dic.in §.teſtamentum quæſtione 5.verſ.2.infertur. idem.

Prodigus citandus eſt in datione curatoris ſec.Angel.Paul. de Caſt.Alex.Imol.& Moder.in l.is,cui bonis.ff.de verb.obli. & iſta opinio eſt com.vt audacter aſſerit Clau.aquen. ibidem, & Cagn.in l.furioſi.circa finem.ff.de regul.iuris, & in praxi aſſeuerat ibi in additio. ad Dec.apoſtillator.in contrariam verò ſententiam inclinauit Dec.conſ.274.& in dict.lege furioſi.& Hierony.chucalon.ibi in additio.& Ruy.conſ.89.n.13.&ſeq. volu.5.Quicquid iſti tamen dicant.ſuadeantque.non ob hoc diſcendum arbitror ab opinione affirmatiua,quæ videtur cōmunis,obſeruaturque in practica (vt s.docuimus) & omnib. ferè fundamentis Deci. & aliorum quàm optimè reſpondet Aquen.in d.l.is cui bonis,& Cag.vbi ſuprà. F.Viuius.

Prodigus notoriè prodigus rediens ad ſanos mores. ipſo iure deſinit eſſe ſub cura abſque Iudicis facto, alias opus eſt ſententia ſec.Iacob.de aret.& Bart.in l.is.cui bonis.ff.de verb. oblig.quorum opin.ſequuntur aſſeuerantes eſſe magis com. Iaſ.ibidem.& Hier.Butig.nu.33.& Iaffr.deciſ.62. & doct.poſt Bald.in l.1.C.de curatore furioſo. per tex.ibi, & hoc idem dicendum eſt in furioſo,qui ipſo iure deſinit eſſe furioſus poſtquam ad ſanos peruenerit mores.d.l.1.C.de curatore furioſo. & ibi Bald.poſt Petr.de Bellap.& in l.humanitatis. & ibi doc. C.de impuberum.& Guido Papę deciſio.240.hoc intelligens procedere. quando biennio, aut triennio poſt ſtetit prudens, & diſcretus,quicquid voluerit Bart.in d.l.is, cui bonis,quem plures doc.ibidem ſequuntur,& Dec.conſ.270.nihilominus dicta Bar.opinio verior videtur per.d.l.1.C.de curat.furioſ.vt referunt ſcriben.in dicta l.is,cui bonis. F.Viuius.

Prodigo etiam notorio non eſt ipſo iure per legem bonis interdictum: ſed requiritur ſententia iudicis declaratoria ſec. Bart.Bal.& Paul.de caſt.in l.is,cui bonis.ff.de verb.obli.Imol. in l.is cui.de teſtament.& Bartol. in l.tutores per illum tex.in fin.de admini.tutor. & iſtam opinio.ſcribit eſſe communem Boer.deciſ.33.nu.3.Alex. Paul.de Caſtr. Aret.in d.l.is,cui bonis,quos refert,Iaſ.ibi,& de dicta communi audacter mentionem fecit etiam Hier. Butigella ibidem.n.2.& is,vbi latè eam declarat. F.Viuius.

Prodigus,& furioſus in omnibus & per omnia non conueniunt,quia furioſo ſtatim per legem eſt interdicta adminiſtratio,ſed prodigo etiam notoriè, & manifeſtè non interdicitur adminiſtratio per legem,ſed per Iudicem, ſecundum gloſſ.in l.1.de curato.furio.& glo.Bar.Ang.& Paul.de Caſtr.in l.is,cui bonis.ff.de verb.oblig. Dyn. Bar. Bal.Ang. & Imol.in l.is qui de teſta.& iſta eſt communis opi.vt per Mod.in dictis locis,& Boer.deciſ.33.nu.35.& ſeq.& diximus ſupra. idem.

Prodigo filio,an pater cui legitimã vel aliquid in peculium aſſignauit, ſi illam ludendo diſſipauit, rurſus aliam aſſignare teneatur.Bar. & Bal. cum quibus videtur tranſire Io.de Imol. in l.cum dotem.§.ſi poſt ſolutum.ff.ſolut.matr.& cæteri quos idem Alex. refert partem ſectantur negatiuam. Sed an pater ipſe alimenta dicto caſu illi ſubminiſtrare teneatur,Bal.in l.2. §.1 ff.eod.ſol.matr.& in l.ſancimus.in principio. q.6.C.de inoffic.teſtamen.concludit patrem alimenta denegare nō poſſe per tex.in l.libertus,qui operatum,&ibi trad.per Iacob.de arena.ff.de oper.liberto.idem tamen Bal.in auth.contra rogatus. ver.& facit ad duas quæſtiones.C.ad Trebellian.Limitat hoc quod dicitur de alimentis non procedere, vbi filius dolo vel lata culpa diſſipaſſet,quoniam tunc alimentis etiam indignus efficitur nec illa ſibi debentur, ſunt tamen alimenta quæ iure naturæ debentur.cap.ius naturale 1.diſtinct.l.1.§.penult.ff.de iuſtitia & iur. Inſtitu.de iure naturali gent. & ciui.in princ. & cap.ſi quis reliquerit.30.diſtinct.l.cum non ſolum.§.hoc proculdubio.verſi.ipſum autem filium.C.de bon.quæ liber.cum ſimil.& adeò ac in tantùm.eo iure debentur,quòd etiam ſi filius iurauerit non petere alimenta,ſi tamen egere cęperit & in inopiam inciderit. iuramento non obſtante illa ſibi per patrẽ, & econuerſo, ſubminiſtrari petere poterit, & miniſtranda erunt,tex. eſt clarus, & apertus in canone inter cætera, 22.q.4. Quęſtionem quoque ponit Specu.in titu.qui fil.ſint legitim. §.1.ver.ſed pone talem videlicet quidem emancipauit filium, & dedit ei partem,filius iurauit non perere de cætero alimenta à patre tunc laborat inopia:quæritur,an hoc non obſtante filius alimẽta petere poſſit,& ſoluit quæſtionem affirmatiuè, mouetur quia pactum huiuſcemodi eſt contra ius naturale, quo iure alimenta debentur dicto cano.ius naturale. 1.diſtinction.& capit.ſi quis reliquerit. 30.diſtin. ideò improbatum, nec valet.l.ius autem agnationis.ff.de pact. & conſequenter, nec iuramentum tanquàm acceſſorium. reg. acceſſorium. de reg.iur.in 6.& veluti contra bonos præſtitum mores nō obligat,capit.non eſt obligatorium.eod.titul. & libro cum ſimilibus & iis contentus eſto quoad propoſitam hoc in loco quæſtionem. F.Turz.

Prodigus licet æquiparetur furioſo in omnibus, nō tamen in delictis.Hieronym.Cagnol.in l.furioſi.nu.13. ff.de reg.iur. com.dicit. B.Villal.

Prodigus quantumcunque notorius,poteſt contrahere & alienare antequàm bonis inrerdicatur. Ant.de Tremo.in add. ad Bonac.in practi.exceptio.in rub.qui.mo.ſuo no.n.7.cōem dicit contrariam imò quòd non poſſit contrahere, nec adminiſtrare,dicit communem Anto.Nic.in concor.gloſ.concor. 70. ſed tamen primam affirmat communem Alexandr.in l.is cui bonis.ff. de verborum obligation. & Aufre. in additio.ad quæſtionem.cap. Tholoſ.362. & iſta eſt magis communis,vt per Boerium in conſuetu.Bitur.§.8.in fi.& cum hac concord. l.5.titul.vndecimo, parte quinta, & ſecundum hanc communem intellige,quam habes in verbo iuramentum, & ceſſante prodigalitate, ceſſat prohibitio, & abſque ſententia. Ioannes de Ripa in l.is, cui bonis. ff.de verborum obligationib. quam intellige,quando eſt notorium prodigalitatem ceſſare Tiraq. tract. ceſſante cauſa in verb.interdictionis cauſa n.120.communem dicit ex Bartol.Paul.Alexandr. Aretin. in dict.l.is cui bonis. idem.

PRO.Prodigus eſt,qui neque modum,neque finem habet in rebus expendendis.l.1.ff.de curato.fur. Bellon.

prodigus notorius,ſi ante interdictionem contrahat.poteſt eius Curator aduerſus illos contractus reſtitui l. Patri pro filio 1.reſp. de minor. ſed loquitur in prodigo minore. & ideo ſi iuſtam cauſam alleg. iſte prodigus eſt reſtituendus, aliàs ſecus,l. prima.& l. nec non §. prætor.ff. ex quibus cauſis maior. not.Rom.ſingul.226. Quid in prodigo etiam notorio.an requiratur ſententia iudicis declaratoria?& dic,vt per Bar.in l.is bonis. de ver.obl. Capel. Toloſ.qu. 362. præterquam in minore prodigo, per glo.d.l.patri Boer.q.23.Quam concluſion. declara,vt per Rip.d.l.is cui bonis.num.36.Capel. Toloſ.d.q. 362.Guid.Pap.q.260.Prac. Bonacur.lit. quibus mod.ſuo no. ciuil. nu.7. & qui prodigus in datione curatoris citari debet, iuxta tradita per doct. communiter in dict.l. is cui bonis.Cagnol.in l.furioſi cir.fi.de reg.iur. & ita in prac. obſeruari dicũt doct. in apoſtil. ad Dec. ibi Quamuis ipſe contrarium teneat conſ.274.col.fi.cui doc.reſpondent.in d.l.furioſi quid de prodigo notorio redeunte ad ſanos mores: an deſinat eſſe ſub cura ipſo iure abſque facto iudicis: & dic,ꝙ aliqui dicunt quòd ſic, idem dicentes eſſe in furioſo, qui ad ſanos mores peruenit,de quo habetur per Guid.pap.q.260.vbi declarat hoc procedere quando per longum tempus ſtetit prudens,& quieuit. de quo vide quæ ſcribunt doct. in d.l.is cui bonis per l.1.C.de cur.fur.Guid.d.q.260.

prodigus notorius, ac manifeſtus poteſt contrahere, obligare,& alienare antequam ſibi expreſsè interdicatur à iudice adminiſtratio bonorum,& ſic prodigus ipſe notoriè ante interdictam bonorum adminiſtrationem contrahere valet, ſecundum gloſſ.Bart.Bald.Angel.Paul.caſtren. & Roma.in l.is, cui bonis.ff.de verborum obl. Bald. in c.ex parte, de conſuet. Imol.Anchar.& cæteros omnes Canoniſtas.in cap.ſecundo. de teſtam.Bart.Bald. Angel. Imol.& Aret.in l.is,cui lege.ff.de teſtam.&iſta eſt communis opinio,vt referunt Caſtren.Alex. Aretin.& Iaſ.in dicta l.is, cui bonis, & magis communem inquit Boer.in conſuet.Biturig.§.8.in fi.& Aufr.in addit.ad quęſtio.Toloſa.362. & Apoſtil. in addit.ad Dec.in l.furioſi ſuper litera,E,ff.de reg.iuris. F.Viuius libr.2 opin.240.

Prodigus delinquens poſtquam ei bonis interdictum fuit puniri ob tale delictum commiſſum non poteſt,& ſic ad mortem naturalem propter facinus commiſſum damnari nequit aliquo pacto poſt bonorum interdictionem ſecundum communem opinionem relatam ꝑ Apoſt.in add.ad Dec.in l.furioſi ſuper litera,A,ff.de reg.iur.in contrariam verò ſententiam,videlicet,vt prodigus ipſe delinquendo ſubeat pœnas à lege definitas, ſicut quilibet alius delinquens inclinauere glo. Bar.n. 14.Bald.num. 7.& Saly.num.5.in l.ſi quis in tantam. C.vnde vi,Tiraquel.poſt leges connub.glo.3.num.147.Bart.num.6. Ripa.num.33.& Iaſ.num.17.in l.is,cui bonis.ff.de verb.oblig. vbi firmat iſtorum opinionem communem fore. adeò quòd prodigus ipſe,etiam ad mortem condemnari poſſet,vt voluerunt Bald.in l.furioſum,circa fi.C.qui teſtam.facere poſ.Ang. in l.Fulcinius.§.adeò.ff.ex quibus cau.maio. Aret.in d.l.is,cui bonis,in fi.Dec.n.6.& Cag.n.13.in d.l.furioſi,vbi ſcribit iſtam eſſe com.opi. F.Viuius lib.2.opin.241.

prodigus interdictio prodigo facta ceſſat ſtatim,cum rediit ad ſanos mores,& deſinit eſſe prodigus,pariter & cura ipſo iure abſque iudicis facto,ſi hoc eſt manifeſtum:aliàs ſecus,ſecũdum Iac.de aret.Bart. & communiter doc. in l.is cui bonis.ff. de verb.oblig.per l.1.C.de cura.furioſ. Balb.deciſ.63.

Prodigus non excuſatur de delictis,ſed punitur,vt quilibet alius.communem opinionem dicit Cagnol.in l.furioſi. num. 13.ff.de reg iur.Plaza.lib.1.delict.capit.29.num.1. licet enim contrahendo non obligetur, tamen delinquendo obligatur, vt communem dicit iaſ. in l.is cui bonis, ff.de verb.oblig. nu. 17.& Ripa.num.53.quicquid dixerit gloſſa in l.ſi quis in tantam. C.vnde vi. quæ ab omnibus doctoribus reprobatur, vt dicit Angel.in l.is cui bonis numero 7.Hæc tamen omnia intellige in delictis quæ fiunt omittendo,omnes fermè conſentiunt quod prodigus excuſetur Clar. dicto §.fin.q.66.verſ.vlterius quæro. P.Fichard.

Prodigus.notorie prodigo non intelligitur interdicta adminiſtratio ſine facto iudicis,ſecundum gloſ.Bartol.Bald.Ange. & Imo.in l.is cui bonis.ff. de verb. oblig. licet gloſſ. in l.is cui lega.ff.de teſta.& ibi Pe.tenuerit contrarium. Nec ſecundum præfatos doct.ſufficit fieri proclama parte iudicis,ne quis contrahat cum tali, vt dicatur facta interdictio à iudice. cum exigatur cauſæ cognitio.l.interlocutio.& l.præſes.C.com.vel epiſt. Balb.deciſ.310.

prodigus cui bonis interdictum eſt ſicut nec furioſus teſtari non poteſt, etiam ad pias cauſas,ex quo bona alienare nō poteſt,prout notatur in l. is cui bonis. & l.ſi ita quis, §. ea lege ff. de verborum obligationibus.vt voluit Bart.in l.ſi quęramus. ff.de teſtamen.Bald.in l.1.C.de ſacroſanct.eccleſ.quod tamen ſublimitatur,quando patiens defectum mentis,iuris pręſumptione eſſet à ſtatuto habilitatus ad teſtãdum, cùm per ſtatũ habilitari poſſit,ex quo talis prohibitio procedit ex diſpoſitio in iuris,per id quod habetur in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure.vt voluit Bart.in d.l.ſi quæramus. & ita communiter teneri refert Bened.capra.reg.103.nu.11.

prodigo exemplariter,perinde atque furioſo ſubſtitui rectè poteſt,prout tenuit Bart.in l.ex facto.ff. de vulg.& pupil.quia vt ipſe ibidem dicit,prodigalitas procedit ex quadam amẽtia, propter quam prouidetur & à lege vt detur ei curator in vita, ergo eadem ratione prouidetur in morte,vt eidem poſſit ſubſtitui,quod etiam tenuit Bald.in l.humanitatis. C.de impuberum & aliis ſubſtitu. id verum dicens, niſi dementia vel prodigalitas ſimulata ſit, idem videtur tenere Imol.in ca. Raynutius.de teſtamentis.cùm teſtari non poſſit, per not in l.ſi conſtante.in princ.& l.ſi vera.§.de viro.ff.ſol.matr.& ita communiter teneri,licet Guliel.de cuneo d.l.ex facto.& Aug.ibidem aliud voluerint,refert Bened.capr.in tractat.ſubſtitut.poſt regulas poſito in ſpe.3.num.44.

prodigus non excuſatur in delictis, ſed punitur vt quilibet alius, vt eſt communis opinio. Licet enim contrahendo non obligetur. Tamen delinquendo obligatur, vt eſt communis opinio. Quæ omnia intellige in delictis, quæ fiunt committendo,ſecus in iis,quę fiunt omittẽdo,quia omnes fermè conſentiunt, quòd prodigus excuſetur Clar. q.60.verſic.vlterius quæro. Bonacoſſ.

prodigus licet ęquiparetur furioſo in omnibus,non tamen in delictis.Cagnolus in l.furioſi num.13.ff.de reg.iur.communem dicit. idem.

prodigus etiam liquido,palam,atque apertè bona profundens, antequam illi bonis interdicatur, omnia pro ſui animi arbitratu gerere poterit. commune inquiunt Alexand. in l.is cui bonis.ff.de verborum obligat. Aret. in l.is cui bonis. ff.de teſtam.Anto. de Tremo. in addit.ad Bonacoſ.in pract.exceptionum rub.quib.mod.ciui.nume.7.Villalob. in ſua collecta. Aufrer. in addit.ad quæſt.Capell.Toloſ.362. magis commune affirmant Vigl.in §.item prodigus.num.3. Inſtit.quib.non eſt permiſſ.facer.teſta.Boer.in conſuet.Biturig.§.8.in fi.Franc. Vi.lib. 1.opi.247.& 248.ſtant pro illis(ne nunc iuris loca promam)Cicero elegãtem in officiis de Sophocle hiſtoriam contexens, & Horatius in tertia illa Satyra oĩum facetiarum plena libr.2.ſerm.Quamobrem contrarium ineptè inquit commune Anto.Nicel.in gloſſ.concord.65.Quin & citandus prodigus erit,cùm ei curator aſſignari vult. commune aiunt Cagnol.in l.furioſi.ad finem.ff.de reg.iur. Franciſc. Viuius d.lib. 1.opi.245.& ante quam aſſignetur,pupillariter etiam filiis ſuis ſubſtituere poterit. commune dicit Segur.in l.Imperator.nu. 10.ff.ad Trebell. Vbi autem ſemel à bonorum gubernatione ab actus fuerit,nec ſi verè frugi erat,atque eſt,contractum vllum,vel teſtamentum facere poteſt,commune ponunt Vigil. num.4.Steph.Budæus ad finem in d.§.item prodigus,Nec veri prodigi contractus à iureiurando vires capiet.comm.effatur Alciat.in cap.cum contingat.num.238.de iureiuran.Si tamen poſtea iſce prodigus, cui bonorum adminiſtratio ſublata eſt,& curator additus iam fuit,ſeſe colligat,& ad prudẽtes, bonoſque mores redeat, ſub alterius cura ſtatim iure ipſo eſſe deſinet commune proferunt Iaſ. Hiero. Butigella nu.33.in l.is cui bonis.ff.de verb.oblig.Franciſc.Viuius lib.1.opi.246. nos tamen ea de re alibi probabiliter dubitamus. E.Suarez.

prodigus à bonis capeſſendis exactus pœnas nihilominus ob delicta inſtar cuiuſuis luet.commune aiunt Cag.in l.furioſi.n.13.ff.de reg.iur.Ant.Gomez.de delict.c.1.n.75. Iuli.Clar. in prac.§.vlt.q.60.ver.vlterius quęro.Quamuis alioquin tum remediis,tum prærogatiuis,tùm priuilegiis omnibus fruatur, quæ vel in furioſos, vel in minores annis conferuntur, vt frequenter placitum conſtat ex Alex. ac Iacob. à Sancto Georg. in l.ſi curatorem habens.C.de reſtitution.in integrum. Alex. & Iaſ.in l.imperatores.ff.de re iudic. Alex.in l.centurio.num. 13.ff.de vulg.Iaſ.in l.is cui bonis. ff.de verb.oblig.Feli.in cap. paſtoralis.de iudic. Bolog.in rub.num.6. ff.ſi certum petatur. Anton.Gomez.de contract.cap.13.num.30.Quin & ſubſtitutio quaſi pupillaris illi rectè poſſit fieri, quemadmodum cōmune,ac magis commune dogma aſſerit idem Antonius Gomez.de teſtamen.cap.6. idem.

prodigo non interdicit adminiſtratione lex ſed iudex. l. Iulianus.ff.de curato.furio. l.patri pro filio.ff.de minor.propterea in prodigo etiam notorio requiritur ſententia declaratoria.Bart.in l.is cui bonis interdictum.num. 1.Paul.de caſtr.nu. 4.ff.de verbor.obligat.Et hanc ſententiam doct.communem opinionem eſſe inquiunt Alex.de Imol.ibi. n.7.verſic. tamen ptimam opinionem.iaſ.nu.9.verſic.Et iſta eſt communis opi. Licet alij multi contrariam ſententiam amplexi fuerint,quos ibidem recenſent Alex.& Iaſ.Io.Fabri in §.furioſi. nu.2.Inſtit. de curato. tamen magis cōmunis ſententia eſt in contrarium Bald.in l.vnica.nu.24. verſic.modo circa perſonam confitentis quære.C.de confeſſ.Nicol. Boer.in deciſ.ſuis.q.33.n.37.in 1.par.Aldobrandin.in d.§.furioſi.nu.7. Kirchouius.

Proditor punitur pœna capitis,tanquam reus læſæ maieſtatis.Clar.q.68.verſ.proditor.Et proditor dicitur tripliciter,Primò,qui prodit Principem, vel Rempublicam. Secundò, qui prodit ſocium,vel amicum,occidendo,vel vulnerando. Tertiò,qui prodit eum, qui in fide ſuſcepit. Ita Bald.in conſ.361. nu.3.in 4.vol. Bonacoſſ.

Producens inſtrumentum,vel ſcripturam,poteſt interrogari.An eo,vel ea vti vult pro verò, vel vera,vel ne? vt eſt com. opi,Ant.Gabriell. communium coclu.lib.7.concl.7.vbi ampliat & limitat. Bonacoſſ.

profeſſio minoris,ante legimam ætatem facta iuxta capitulum primum de regulis iur. in ſexto, eſt ipſo iure nulla, etiam ſi ipſe minor ſit diſcretus, glo.in dicto capitulo primo, quam Coua.in epitom.ad 4.Decretal.capitul.2. numer.1.commun. dicit. B.Villalob.

Profitens ſub conditione, vt poſſit bona retinere, vitiatur profeſſio. Barb.conſ.3.vol.1.communem dicit,vt refert Cou. in epiſtol.4.ca.3.nu.18.contrariam dicit communem.iaſ.in l. morte,de noui operis nunc.ff. imò quod vitiatur proteſtatio ſiue conditio. Et idem iaſ.in authen.ingreſſi. C.de ſacroſanct. eccleſi.nu.10.& 37.vbi vide regulam & tres limitationes,cum quibus poſſunt opiniones concordari. idem.

Prohibens aliquem teſtari incidit in crimen falſi.cōem dic. Boſſ.in titu.de his qui prohib.aliq.teſt.Clar.lib.5.§.falſum verſic.prohibens. P.Fichard.

Prohibita alienari longiſſimo tempore præſcribētur.commune pronuntiant Corn.conſ.117.libr.1.& conſ.294.ad fin. lib.3.Balb.de præſcript.5.part.5.part.q.4.nu.4.Rip.num.113. Io.crot.n.140.Alcia.nu.47.Loazes nu.191. in l.filiusfamil.§. diui.ff.de legat.1. E.Suarez.

prohibens aliquem teſtari incidit in crimen falſi,vt eſt communis opinio.Clar.in §.falſum,verſ.prohibens. Bonacoſſ.

prohibitus extra familiam alienare,prohibetur teſtari & hęredem inſtituere,ſecundùm commun.doct.ſententiam.doct. in l.filiusfamiliâs.§.Diui.ff.de leg.1. Alex.de imol.in conſ.56. nu.6.in 1.libr.conſ.iaſ.in conſ.120.in 1.volu.& in conſ.96.in 4.volum.conſ.Licet multi contrariam ſententiam ſecuti fuerint.Dec.in conſ.23.& Socy.iu.in conſ.112.in 1.par.ſed cum ea quæſtio nouiſſimè in vtramque partem explicata fuerit à Bart.Romul.in d.§.diui.n.90.non proſequor illam. kirchou.

prohibere potens delicto, nec prohibens, non ideo præſumitur aſſentire delicto.nec habet indicium contra ſe ad torturam.communis eſt opinio.Blancus in l.fi.num.305.ff.de quæſtionibus. Bonacoſſ.

prohibitus alienare, non impeditur ſibi venientes ab inteſtato inſtituere,licet non ſint de familia,ſicut non prohibetur etiam ſucceſſio ab inteſtato.l.cum pater.§.cum inter.& ibi tradunt Bartol.& alij doct. ff.de legat.2.& eſt gloſ.in l.pater.§.Iulius Agrippa.ff.de legat.3. Tradunt Bart. & alij in l.ſi ita quis. §.ea lege.ff.de verbor.obligation.Alex.& alij,in l.qui Romæ. §.coheredes.ff.de verborum obligationibus & in l.filiusfamiliâs.§.Diui. ff.de legat.1.Paul.de caſt.in conſi.60.viſis ſtatutis. in fine.volum.2.in nouis.Alex.in conſil.23. conſideratis verbis.numero octauo.libro 2.& in conſilio 59. attentis verbis. numero 10.& 11.libro 3.cum aliis multis, de quibus per dominum conſulentem ibi, qui longè hoc proſequitur demonſtrando,quòd ita ſe habet communis opinio.Soc.iu.in conſilio 30.numero 11.volum.4. vbi refert contrarium tenentes, & remittit ſe ad dominum Conſulentem, vt per eum ibi. E. Muſcul.

prohibitus ſine certa cauſa aliquid facere ſi cauſam illam interueniſſe aſſerat,fidem nō merebitur, nec actus idcirco valebit.commune pono ex Alex.iaſ.ac Decio in l.ſi donatione.C. de collat.Soc.conſil.65.& conſil.66.libr.1. Aym.de antiquit. par.2.à num.10.cum ſeq.Ferret.cautel.33.Rip.in l.ſi vnquam. q.12.C.de reuoc.donat.Ar.Pinel.in l.1.part.3.n.23.ver.9.lim. C.de bonis mater.videto etiam hac de re,quę ſuperius ſcripſi. verſ.Aſſertio. E.Suarez.

prohibitio facta filio non cenſetur facta nepoti. cōem dic. Didac.couarr.varia.reſol.lib.3.cap.5.nu.4. idem.

prohibitio vno,cenſetur prohibitum omne illud,quod ſequitur ex eo,ſiue ſit conſequens.ſiue ſit antecedens.Cur.iu.in l.2.n.56.ff.de iuriſd.om.iudic.com.dicit. B.Villal.

PRO.prohibitus vendere, non videtur prohibitus locare. l.codicillis.§.inſtituto.ff.de leg.2. Bellon.

PRO. prohibitio vno prohibentur & omnia, per quæ peruenitur ad illud.l.oratio.ff.de ſponſ.l.ſcire.§.ſi mater.ff.de tut. & curat.l.fin.C.ſi mancip.ita vend. idem.

PRO. prohibitio vno,prohibentur & omnia quæ ſequuntur ex illo.l.final.C.de reb.alie.non alien.l.non dubium.C.de legib.c.nam concupiſcentiam.extrà.de conſtit. idem.

PRO.prohibitio alienationis ſine cauſa niſi fiat in fauorem certæ perſonæ,non valet.in l.filiusfami.§.diui.ff.de leg.1.idē.

prohibitio alienationis facta in contractibus.& ſic per pactum inter viuos,ſi quis contrafaciat,non impedit tranſlationem dominij,ſecūdum veram,& communiorem opinionem in l.ſi ita quis.§.ea lege.C.de condict.ob cauſam,vbi gl. & alij. & traditur in l.filiusfamilias.§.Diui.vbi plenè Soc.iu.ff.de leg. 1.& in conſ.91.nu.5.vol.4. E.Muſcul.

prohibitio facta filiis,non cēſetur facta nepotibus,quando teſtator prohibet alienationem per filios ſuos, volens apud eos bona cum honore,& vtilitate eorum conſeruari.§.nos igitur.in auth.de reſtitu.fideicommiſ.& traditur communiter in l.filiusfamilias.§.Diui.ff.de legat.1.Soc.iu.in conſ.31.n.18. vol.4. idem.

Prohibitio teſtatoris concurrens cum prohibitione legis, eſt potentior,quàm ſi ſola eſſet,vt eſt cōmunis doctrina Scribent.in l.filiusfamilias.§.Diui.ff.de legati prima vincula enim duo,ſunt fortiora vno.auth.itaque.C.commu.de ſucceſ.Soc. iu.in conſ.16.nu.22.vol.4. idem.

prohibitio alienationis,quæ cum generali bonorum hypotheca in contractu inſerta eſt,ius alienandi nō tollit.commune inquit Ant.de Fano.de pignorib.par.2.memb.1.n.4 magis commune pronunciant Ant.Gomez.in l.Tauri.40.n.19.Did. à couarr.lib.2.reſol.c.15.nu.3.contrariam tamen opinionem communem ait Grat.conſil.95.num.2.& magis communem eſſe conſtat,quidquid alij dicant,ex Alex. in l.qui abſenti §.1. ff.de acquir.poſſeſſ.& conſil.59.num.6.lib.5.Soc.Nep.conſil. 118.lib.2.Rhoderic.Soarez in relect.l.poſt rem iudicatam.ff. de re iud.Chaſſan.in conſuet.Bungund.rubr.11.§.3.n.35.Io. Crot.in l.filiusfamilias.§.Diui.n.10. ff.de lega.lib.1.Cagn.in l. 3.n.175.C.de pact.inter empt.& vendit.Steph. Forcat.in Necyomant.iuris c.13.& ſine dubio longe verior,atque æquior eſt ſententia. E.Suarez.

prohibitio alienandi extra familiam non inducit tacitum inter eos fideicommiſſum, qui in familia cenſentur: ſed illud tantùm efficit,vt res fideicommiſſo comprehenſæ antea vendi nequeant:quàm gētiles moniti ſeſe nolle emere renūtient, commune ait Dec.conſil.422.num.7.& commune num.72. magis commune num. 198. affirmat Loazes in l. filiusfamil. §.diui.ff.de leg.lib.1.Quamuis contrarium receptius profiteatur Ant.Gomez.in xl.tauri.num.44.Tiraq.de retract.libro 1. numero 112.idque verius videatur. Sed ea de re & quæ ſuperius verſic.Alienatio,& quæ alibi vberius differó,veritatis ſtudioſi vidento. idem.

prohibitionis diſpoſitio generaliter,& in æternum exaudiri debet.commune inquiunt Alc.& Tiraq.limit.7.in l.boues. §.hoc ſermone.ff.de ver.ſig. Marc.Mant.de ſoluen.argumen. poſt princ.& videto quæ hanc etiam in rem obſeruatur ſuperius ver.Negatio. E.Suarez.

prohibitio alienationis facta per patrem filio,ſolum in ipſo filio procedit,& non trahitur ad nepotem,licet alias filiorum appellatione veniant nepotes.l.iuſta interpretatione. & l.filij appellatione.ff.de verb.ſignifi.cum ſimilib. Hoc enim caſu fit ſtricta interpretatio,& ſub nomine filij,nō venit nepos,prout ita eſt ſecundum ſtrictam verbi ſignificationem,alio enim nomine appellantur filij,alio nepotes.l.quid ſi nepos.ff.de teſtament.tutel.& § fi.inſtitut.qui teſtamen.tuto.da.poſſ.Et de hac diſpoſitione eſt textus in terminis in §. nos igit.in Authen. de reſtitut.fideicommiſ.collat.9. vbi Iacob.de Beluiſ.Ang.& alij tradunt.Et eſt notabil.deciſ.Bart.poſt Dyn. in l.filiusfamilias. §.Diui.in 10. q.ff.de lega. 1.quam ibi communiter ſequuntur doct.& vbi poſt alios dicit, & reſpondit quibuſdam in contrarium adductis ibi per Crotum:vt refert eum Soc.iun. in conſ. 13.nu.10.vol.4. E Muſcul.

prohibitio alienationis dicitur perſonalis,quando certa perſona prohibetur ſimpliciter alienare,nec tranſit de perſona in perſonam, & ſic in ea procedit diſpoſitio.§. nos igitur in Authent.de reſtit.fideicommiſ.prout firmant doct.communiter poſt Cyn.& Bart.in l.filiusfamilias,§.Diui.in 10.queſt.ff.de legatis pri.Soc.iun. in conſilio 13.n. 22. vol.4.vbi allegat Soci. Seni.patruum ſuum in conſilio 73.capiendo 1.num.24.volu. 4. idem.

promiſſio facta ſine cauſa, etiam per ſtipulationē in dubio non valet,niſi appareat quod fuit facta animo donandi.Eſt magis commun. opi.ſec. Alex. conſ.13. ex his quæ in themate.verſ. ex quibus. vol. 1.quoniam potius per errorem facta præſumitur.Vide ſuprà,Donat.nu.13. M.Chærian.

promiſſio omnium bonorum poſt mortem,non facta mētione de præſentibus,nec de futuris,valet. Curt.iun.conſ.15. com.dicit. B.Villal.

promiſſio ex cauſa donationis facta poſt mortē, eſt valida. idem conſ.81.nu.3.com.dicit. idem.

PRO.promiſſioni factæ ſine cauſa,non ſtatur,niſi debitum probetur.l.cum de indebito in fi.ff.de probat. Bellon.

promiſſio,quæ abſque cauſa fit,nullius eſt momenti.commune dicit Alex.conſ.152.nu.2.lib.2.& conſ.157.nu.1.lib.6. Io.ceph.qui limitat.conſ.108.per totum,ſed tu videto,quę latius obſeruo ver.Stipulatione. E.Suarez.

promiſſio ob turpē cauſam,ne quis ſcilicet iniuriam faciat, vel vt faciat,vel ſi iniuriam fecerit,vel ſi non fecerit, nulla ipſo iure prorſus eſt, vt cenſet Accurſius in l. iuriſgentium. §.ſi ob maleficium.ff.de pac.cuius opinionem receptam eſſe cōſtituo ex Bart. & cæteris pleriſque omnib.iuris interpretib.in illo eodem §.ex Bart.rurſus Sal.& Fulg.in l.penult. ff.de condict.ob



turp.cauſ.ex Bart.denique Alex.iaſ.ac reliquis ſcribentibus in l.generaliter. ff.de verbor.oblig.ex Aret.ac Rip.in l. ſi plagij.ff.illo.eod.tit. idem.

Promiſſio ob turpem cauſam, ne quis ſcilicet iniuriam faciat,vel,vt faciat,vel ſi iniuriam fecerit,vel nō fecerit,eſt prorſus nulla,cōis eſt opin. Soarez in eius theſauro communium opinionum,verſ.promiſſio nu.341. Bonacoſſ.

promiſſionem impunitatis reo ad eruendam,veritatem iudex facere pt.cōis eſt opi.Cla.q.55.ver. circa primū quam tamen damnat Clar.ibi conſulens iudicibus ne ea vtantur.Et ex tali promiſſione extorta,quis nō poteſt damnari ad mortem. Si promittens eam impunitatem concedere non valebat Secus ſi valebat,vt Princeps.Clar.ver.circa ſecundum Sed extra ordinem,vt ibi per Clar. idem.

promiſſio iudicialis.Ad factum præcisè quis cogitur,nec liberatur pręſtando inter eſſe in iudicialibus promiſſionibus faciendi,ſeu quando factum iudicio promittitur, per text.cum glo.in verbo cogam.in l.filiusfamiliàs.§. procuratorem.ff.de procur. & ſecundùm Bart.in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff.de verb.oblig. Panor.in ca.1.ext.de iudi. ſic limitatur quod dicitur in ſtipulationibus faciendi ſuccedit obligatio ad intereſſe. Balb.deciſ.373.

promiſſio de non offendendo intelligitur rebus ſic ſtantib. & aliqua cauſa non ſuperueniente, vt eſt communis opin.de qua.D. Octauia. Vulpellus in tract.de Pace q.45.nu.4. & ſeq. Bonacoſſ.

promiſſio de non offendendo neque per me,neque per hęredem meum vno ex hæredibus contrafaciente, pœna contra omnes committitur pro portione hæreditaria, vt eſt com. opi.de qua D.Hercula. de cautio.de non offen.c. 18.num.15. fol.66. idem.

promiſſio facti alieni etſi valeat quando pœna eſſet adiecta vel intereſſe,tamē excuſabitur promittens à pœna,ſi omnem curam & diligentiam,quæcūque adhiberi poſſet, adhibuerit, & quod potuit fecerit. Vnde ſi aliquis promiſiſſet ſub pœna, quòd Sempronia contraheret matrimonium cum Paulo,ſi feceriо quantum in eo eſt non incurrit in pœnam,quia difficultas,cùm factum ſit in obligatione,impedit cōmiſſionem pœnæ,l.ſi vehenda mancipia.ff.ad l.Rhod.de iactu.Bar.in conſil. 236.incip.Martinus promiſit.Panor.in c.Gemma.n.9.ver.ad vnum tamen ſingulariter aduerte.ext.de ſponſalib.Quamuis de hac doctrina multi dubitauerint non poſtremæ authoritatis iuris interpretes.Franciſ.de Acol.Aret.in l.ſi ita ſtipulatus. §.poſſum.n.1.ff.de verb.oblig.Bar.Soc.in conſ.238.n.30.ver. ſed tamen his non obſtantib.cum ſeq.n.in 2.vol. conſ.iaſ.in l. ſtipulatio iſta habere.nu.10.vbi & ipſe Canoniſtarum ſententiam in d.ca.Gemma.improbat.ff.de verb.oblig.Tamen hanc cōem ſent.eſſe inquit ipſi Aret. & iaſ.in d.l.ſi ita ſtipulatus. & in d.l.ſtipulatio iſta.& Phil.Dec.in conſ.313.nu.2.& nu.4.vbi ipſe Soc.argumēta in contrarium adducta ſoluit, cuius tamē ſententiam Molin.ibid.in verbo, contrarium, admittere non vult Item ſi promiſſor promiſiſſet ſe cum effectu curaturum, quod Paulus approbaturus eſſet,eo caſu nō excuſaretur,quia ex illis verbis,cum effectu, apparet de expreſſa intentione cōtrahentium,quod committatur pœna in caſu non ſub ſecutæ ratificationis.l.ſi non mortis.§.fi.ff.de inofficioſo teſtamento. Io.Fran.Rip.in l.quod te.n.47.ff.ſi cer.pet. Quam ſententiam & ipſe Dec.amplectitur,in l.finali.§.Labeo.n.11.ff.eod.vbi ipſe aliquot diſtinctiones huius doctrinæ recenſet, & bono ordine explicat. & in l.impoſſibilium.ff.de reg.iur. Kircho.

promiſſio facta per verba generalia,& adulatoria non inducit obligationem aliquam,ſec.Ant.Io.de Im.Abb. & cæteros per illum text.in c.cùm veniſſent,de inſtit.quia verba hæc nō ſunt appiccicatoria, cùm licitum ſit ſeruire de vento, vt per præcitatos doct.& Alex.in l.ita ſtipulatus,la grande. ff.de ver. oblig.n.5.& ſeq.& Afflict. in tract.de iure protomiſeos.§.1.n. 9.& hinc eſt,quod ſi poſtulo à Titio vis dare, ſeu donare mihi talem rem, & ipſe reſpondeat non modò rem iſtam, ſed etiam quæcunque habeo, & quicquid tibi placebit, tunc profectò ex iſtis verbis generalibus non naſcitur obligatio, & petens ex huiuſmodi reſponſione non poſſet ſe fundare aliquo pacto,etiam ad petendam illam rem ſolam,cùm promiſſio prædicta per illa verba nulla reddatur.d.c.cū veniſſent per quem tex.ita voluit Bald.in concluſionibus iuris. Rom.in rub.ff.de arb.& Alex.in d.l.ita ſtipulatus.nu.5.cum.aliis ſignatis ibi per eum,& Fran.Curt.iu.in l.ea quæ commendandi.ff.de contrahen.empt.& And.ab Exea.in tract.de pactis,in 1.parte,n.271. vbi ſcribit iſtam eſſe cōem opi.& quod hæc communis ſit cōſtat pariter apertiſſimè ex congeſtis per Alex.in d.l.ita ſtipulatus,n.5.ideò ob hoc cautè agunt aduocati, qui nullam fidem adhibent promiſſionibus magnatum, vt eis ſuadet Io. Andr. in add. Specu.in tit.de aduoc.§.hic dicendum,& refert Afflic. in d §.5.n.9. quoniam pluſquam ſimplices cenſentur illi, qui ſuaſionibus credunt,ſec.Bald.in l.j.in princ.C.ne filius pro patre. Et licet verba animo iocandi prolata non ſint in cōſideratione nec obligent, nihilominus iuramentum iocosè prolatum obligat ſaltem ad veniale peccatum, glo.in c.nam.§. fin. 25.diſtin.An autem iuramentum temerarium obliget venialiter,vel mortaliter,dic vt per glo.& Arch.in can.Archidiaconum Florentinum,aliàs incipit, Florentinum,85. diſt. & per Abb.in cap.1. de iis quæ fiunt à maiori parte cap. F. Viuius libro 2.opin.242.

Promittens ſe facturum,& curaturum,&c.factum alienum ſi fecerit, quicquid potuit nō tenetur ad principale factū, nec ad intereſſe ſec.glo.in c.ex reſcripto.de iureiur.Ant.de But.& Abb in c.Gemma.de ſpōſa.Are.in l.ſi ita ſtipulatus.§. poſſum. ff.de verb.obli.& conſ.142. Abb.conſ.90.vol.1.Afflic.deciſ. 295.Dec.conſil.313.vbi meminit iſtam eſſe cōem opin.ac ita in practica obſeruari,vt reſpondet Soc.contrarium conſulenti.idem tradit Dec.conſ.323.& concludit diſputando per pulcherrima,fundamenta Maranta in quæſtionib.quæ reperiuntur in fi.tract.de iudiciis.in q.7.per totam. & Ruyn.conſ.67. vo.4.vbi conſuluit in fortioribus terminis,quòd promittens ſe facturum, & curaturum cum effectu ſimiliter excuſari debet,ſi adhibuit omnē conatum,quamuis nullus ſequatur effectus,huicque opinioni inhæret quoque conſulendo Io.Bapt. Ferretus conſ.128.& hoc ſequitur etiam Maranta in d.q.7.n. 20. verum promittens ſe facturum & curaturum, &c.ſi hoc non fecit quàm primum potuit,in mora conſtituitur abſque vlla interpellatione ſec. Bald.in c.1.§. ad hæc in tit.hic finitur lex Corrad.in vſib.feud.Aret.in l.ſi ita ſtipulatus. §.poſſum.ff. de verb.oblig.& Alex.in l.quod te ſi certum peta.& Ruynum conſ.42.n.26.vol.1.& iſta eſt cōis opi. teſte Curt.iu. conſ.74. n.6.Ad tollendum itaque omne dubium circa præmiſſa traditur iſtud optimum remedium per doc. quòd quis promittat in inſtrumento factum,& intereſſe,& quòd non vult poſſe excuſari ſi fecerit omnem ſuum conatum,quòd principalis obſeruabit, ſed vult teneri de ſuo proprio ſoluere, & obſeruare contenta in ipſo inſtrumento, tunc quippè promiſſor ipſe tenetur ad intereſſe dato quod fecerit poſſe ſuum ſec. Dec.in d. conſ.323.& conſ.330.& conſ.345.vbi poſt Abb.Aret.Soc.& Cuma.in aliquibus conſ.vt ibi per eum hoc expreſſe firmat,& Maranta etiam elegantiſſimè in d.q.7.n.25.& ſeq.vbi reſpondet Afflict. contrarium innuenti, ſeu aſſeueranti in d.deciſio. 295.& opinio iſta Deci. & ſequacium videtur communis,& ſecundum eam conſului, & obtinui in actu practico in cauſa magni momenti, non obſtante deciſion. Affli.295.præcitata, quæ intelligi debet ſecūdum doctrinas,& leges quas allegat, & in effectu mouetur per conſ. Areti.142. & nonnullas alias doctrinas, quæ duntaxat loquuntur quando quis promiſit ſe facturum & iuraturum abſque adiectione illorum verborum, vt non excuſetur promiſſor feciſſe omnem ſuum conatum,ideò oſtenſis his,& aliis quamplurimis,quæ omiſimus,&c.Iudici cauſæ prædictæ, non dubitauit Spreta opinione Affl. ſec. Dec.ſententiam iudicare. F.Viuius.

Promittens ſtare definitioni offenſi circa æſtimationem iniuriæ eidem illatæ,tunc erit locus arbit.boni viri,nec præciſæ mandabitur exequutioni quod offenſo vſum fuerit,ſec.Alex. poſt Accur.in l.1.ff.ſol.matr.Gerar.in ſingu.6.Abb. & Fely.in c.contingit.de ſen.excom. idem Abb.in c.quintauallis.de iureiur.Iſta eſt cōis opi.quam ſequuntur Lanfr.in tract de arbit. Baptiſt.de S. Blaſ.q.24. de arbitris.& in ſpecie quò ad æſtimationem damnorum.expenſarum,& intereſſe,hoc idem tenet Affl.deciſ.91.nu.10. F.Viuius.

Promittens donare poteſt conueniri,vt donet Io.à Rip.de dona.lib.3.cap.12.com.dicit. idem.Villal.

Promittens ſe curaturum,& acturum factum alterius,non eſt neceſſaria interpellatio.Curt.iu.conſ.74.n.6.com.dic. idē.

Promittens de contrahendo matrimonium cum vna ex filiabus Titij, ſi poſtea cognoſcat vnam ex illis tranſit in matrimonium promiſſio.cum illa.Præp.in c.ex literis.el 2.de ſponſal.n.6.& Coua.in epiſt.4.c.4.§.1.nu.17. & Petr.in Summa,in verbo matrimonium,el 2.q.11.com.dicunt. Villalob.

Promittens non mouere quæſtionem, non adimplet promiſſum ſi mouet, etiam ante litem conteſtatam. Gome.in ca. diſpendia.de reſti.lib.6.nu.4.com.dicit. idem.

Promittens quòd cum duobus equis accōmodatis faciat, quòd habeat tres obligatur ad quinque ſecus tamen, ſi dicit & promittit quòd habeat tres non.exprimendo niſi vnā ſummam,tunc non fit conſeruatio. iaſ.in l.manumiſſiones. n.15.

ff.de.iuſtit.& iure.com.dicit. idem.

Promittens de ſoluendo in quocunque loco poteſt pœnitere, ſecus ſi promiſit ſe conueniri, quia poteſt pœnitere, iuxta l.ſi conuenerit, iaſ. ſi quis in ſcribendo, nu. 12. C.de pact.com. dicit. idem.

promittens, in inſtrumento ſe ſtatutum circa expenſas, dicto creditoris (vt ſæpè fit) obligatur ſoluere facta declaratiõe per creditorem. Magis eſt com.opi.vt dicit Bene. Va.in Apoſt. ad Fel.in c.ſi diligenti.n.13.in verb.vtrum extra de foro compet. I.Fichar.

promittendi verbum tam publicæ, quàm priuatæ ſcripturæ inſertum in re dubia ſtipulationem præ ſe fert, commune aiunt Marcell.Berincut. in rub.ff.ſi cert.pet.Caccialu.de pact. q.4.atque ita conſuluit Alex.conſ.68.li.4. quem inaduertenter carpit Aym.de antiquit. 1.par.n.104. Quin & tunc ſemper præſentia partium præſumitur, nec aliter probari neceſſe eſt. commune inquit Galeaul. in l. 1.n.66.ff.de verb.oblig. Limitabis tamẽ vt id neutiquam procedat, & cùm id, quod actum eſt, aliter valere poteſt, & cùm id verbum in cõtractu innominato reſpectiuo inſeritur, quemadmodum frequenter interpretib, placuiſſe videtur ex iis, quos laudat Eman. à coſta in l. ſi ex cautione.3.declarat.nu. 12. & ſequentib.C.de non num. pec. limita item vt locus huic dogmati frequenter placito nõ ſit, cùm priuata ſcriptura vel ab alio iuris imperio exarata proponitur. cõmune tradit Viuius lib. 1, opi.433. Si autem iſthoc promittendi verbum teſtes in ſuis depoſitionibus proferant, non ſtipulatio inde colligetur, nec ſignificata ducentur, vt frequens placitum memoriæ prodiderunt Alex.conſ.173.nu.7. lib.7.Marcel.Berincut.in rub.ff.de verb.voblig. Imò nec tunc ſuffecerit teſtes depoſuiſſe interrogatione præcedente ſequutam fuiſſe promiſſionem, niſi etiam incontinenti id factũ adiecerint, quemadmodum commune affirmant iaſ.nu.44. Iac.n. 35.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.de pac.ff.idem.iaſ.n.1.Alc. n.6.Iac.de Nigris à n.3.in l. 1.§. 1.ff.de verb.obl.quamuis huic ampliationi meritò reluctentur Ar.in l.ſciendum. nu.7. ff.de verb.oblig.Galeau.in d.§. 1.l. 1.n.6.ff.de verb.ob. Afflic.deciſ. 120.ſed hac de re tota copioſius alibi. E.Suarez.

promittens factum ſuum: non videtur compræhendere factum tertij licet heredis ſic, Bal.in l.fi.in fi.C.de act.emp.& qui promittit ſe non intrigare ſeu non impedire non incurrit pœnam ſi excipit, Bar.in l.non ſolum.§.ſi ſtatus ff.de procur.2.oppoſ. & qui promittit vim non facere: non incidit in pœnam promiſſam ſi id, faciat authoritate iudicis, l. factum non videtur de reg.iur.Bal.d.l.fi.C.de act.emp.& quando promiſſio trahatur ad ius de futuro; vide Dec.conſ.396.Rui.conſ.42.88.n. 8.conſil.204.lib. 1. Put.

promittens donare non tenetur donare vt commune dicit Andr.Alc.in l. 1.n. 16.de ver.ob.quamuis contrarium male aſſerat receptum Franc.Rip.de donation.lib.3.ca.12.tu videto quę hanc in rem copioſius obſeruantur ſuperius verſi. Donatio. E.Suarez.

promittens ſeſe æſtimationi iniuriæ ſtaturum, quam offenſus ipſe fecerit, ad arbitrium boni viri confugere non prohibetur. commune inquiunt Lanfran.de arbitr. Viuius lib.opin. 256. idem.

promittens de ſuo facto, dato, & ceſſo tantum Intelligitur promittere de facto prædeceſſoris ſui, item hæredis, vt eſt cõmunis opi.de qua teſtatur Boer.deciſ.67.D.Hercul.de cautione de non offendendo.c.24.nu. 12. Bonacoſſ.

promittens ſeſe ſtare æſtimationi iniuriæ, quam offenſus ipſe fecerit. Intelligitur arbitrio boni viri, vt eſt com.opi.Soarez in verſ.Promittens.nu.352. idem.

promittens præſentare reum ſub pœna infra certum tempus, quod ſit minus ſex menſium, non ſtatim incidit in pœnã, niſi vltra tempus ſtatutum, dentur ſibi alij ſex menſes, etiam ſi in promiſſiome interueniat iuramentum. Et habet locum, etiam in criminali, vt eſt cõis opi.de qua Curt.iu.in conſil. 181. nu.23.in 3.vol. idem.

promittens de contrahendo cum vna ex filiabus Titij, ſi poſtea cognoſcat vnam, trãſit in matrimonium promiſſio cum illa Præpoſ.in c.ex literis.2. de ſponſa.nu.6.Couarruuias in Epito.4.§.j.c.4.n.17.& Pierius in ſumma.in ver.matrimonium. 2.q.2.communem dicunt.Io.Bapti. Vezinus Hiſpanus in ſuo Aerario communium opin.verſ promittens.idem.

promittens aliquem non offendere, pace facta, non dicitur pax rupta, ex offenſione ob nouam cauſam, vt quia quis vrtauit, verbiſque conuitium. alicui fecerit, vt eſt cõis opi. de qua Nonius conſ.96.n.15. & in dubio ex noua cauſa præſumitur offenſio.vt ibi.nu.16.Et ſi quis promittit, quod alius cum nõ offendet, cum ſit facti alieni promiſſio, excuſatur, ſi fecit diligentiam pro viribus, ne ille talis offenderetur.vt ibi. Bonac.

Si promiſſor ſolidæ ſeruitutis deceſſit relictis pluribus hæredibus nõ poteſt vnus conſtituere ſeruitutem in fundo communi, niſi aliis conſentientibus. Eſt cõis opi. ſec.iaſ. in l.2.§.ex his verſ. 5.de verborum obligationib. Chærian.

promittens facere contractum in quo ſola voluntas contrahentium ſufficiat, obligat eum, vti ex cõtractu facto, ſecundum veram per Burſ.conſ. 100.nu. 10.lib. 1.

promiſſione de ſecutum faciendo, vel dando centum, ſtatim ad id quis conueniri poteſt, vt euitetur circuitus, ſecund. communem per Burſ.conſ. 100.n. 11.lib. 1.

promittens vendere, ſi rem habeat, non liberatur ſoluendo Intereſſe, ſed cogitur rem traddere, ſecundum cõem per Burſ. conſ. 100.nu.36.lib. 1.

De pronunciatione poſitionum pro confeſſis ex Decreto, ſcribit Nicol.Moron.trac.de fide & pace par.1.q.26.vbi etiam agit de eo qui recuſat reſpondere ipſis poſitionibus, nec vult Iurare de cal.poſt Bal.in l. 2.§.quod obſeruari.C.de iuram.cal. Neuiz.conſ.6.per tot.conſ.7.conſil.8.nu.65.conſ.79.Matheſ. ſing.37.Nat.conſ.93.conſ.363.Rol.conſ.90.nu. 16.& ſeq.lib. 3.poſt Rom.ſing.695.& de obſcurè reſpondentib. idem Roma.conſ.455.vbi inter alia, ꝙ reſponſio indeterminata refertur ad iterrogationem, & obſcurè reſpondens ſimilis eſt nihil reſpondenti contumaciter, Rom.conſ.321.in fi.vbi paria ſunt nihil fateri vel ita reſpondere, vt incertus dimittatur interrogator, Oldr.conſ.81.col.2. Dec.conſ.440.in fi.Rom.d.conſil. 455.nu.2.& n.3.ꝙ reſpondere monitus, contumaciter tacens: habetur pro confitente, & quando quis eſt contumax in reſpondendo, an moram purgare poſſit & quomodo? Dic, quòd mora ab eo purgari non poteſt qui fuit contumax in reſpondendo poſitionibus, quando à Decreto appoſita fuit dies & pœna, Alex.conſ. 14.libr.2. Nat.conſ.53.col. 5.vbi reſpondet contrariis, & ibi quid quando iudex prefigit terminum, quid quando lex.

Qua in re, in prac.ſunt qui vtantur infraſcriptis duabus concluſionibus, Cum poſitiones ipſo iure pronuntiate ſunt à Decreto, ob tarditatem reſpondere debentis, nec requiritur alia pronunciatio, ſtañ verbis Decreti, quinimo poſtquàm à Decreto & ſic à lege fit executio non poteſt mora purgari, Doc. in.l.ſi inſulam de verb.ob. Aym.conſ.216.nu.23. Item etiam poſt terminum legis, mora non purgatur. Idem Aym. conſil. 166.n.15. Nat.conſ.53. col. 5.conſ.364.Oſaſc.deciſ.71.n.55. & ſeq. Qui etiam in mat.recuſañ reſpondere poſitionibus & denegañ iurare de cal.ſcripſit deciſ.113.

Quę autem requirantur vt poſitiones habeantur pro confeſſis, declarat Cur.trac.poſitionum, col.3.circ.fin. & col. 5.in prin.vbi ponit fallentias quarũ vna notabilior videtur, quòd non procedit Regula in interrogationibus, ſed in poſitionib. tãtum, quia interrogans nihil ponit, intellige, quando quis interrogatur ad preparatoria Iudicij, quia tunc nihil ponit, Sed ab aduerſario certificari petit, Secus ſi fierent interrogatoria & poſitiones ſuper aliquo emergeñ probando ante litem conteſt. vel in medio cauſæ, quia tunc non reſpondens habetur pro confeſſo, vel negante, prout vtilius fuerit interroganti, l. de etate.§.qui tacuit ff.de interrog.act.latius per Cur. d.tract. col. 5.

Quomodo autem & per quæ verba reſpondendum ſit poſitionibus eleganter monet Nat.conſ.59. 1. & 2.col.& in ſpecie nu. 12. Quid quando ex forma decreti datur forma reſpõdendi: vt legitur in noſtris Ducal. decretis lib.3.ca. 16. & Nat. d.conſ.n. 19. ꝙ poſitiones habende ſunt pro confeſſis contra eum qui aliquibus poſitionib.falsò reſpondit, & quid de mendace.vide ibi nu. 16.nu.20. Sed quæ dicantur pertinentes vel impertinentes, & quales debeant eſſe poſitiones, & ſic ſimplices nec cõtinentes plura membra, ſed vnum duntaxat, ſcribit Nat.conſ.20.2.col.vbi ẽt quid de decreto, & quibus poſitionibus ſit reſpondendum, & quæ admittende quæ non? quo in loco, habetur etiam pract.illa, qua vtuntur Cauſidici & alij reſponden̄ poſitionibus cum proteſtatione, ꝙ quatenus reſpondendum non ſit habeatur reſpõſio pro non data. Dum verò aliqui tractant de ſtilo c.reſponſ.poſition.Dic, ꝙ de hoc ex decretis predictis diſponitur, vt non detur poſitionum copia ante reſponſiones, præſertim quando concernunt factum proprium reſpondere debentis, & ita ſeruatur in hac patria Subalpina ab iis maxime Iudicibus, qui in ſinceritate ambulant, Deum & æquitatem ſemper præ oculis habentes.

Qua in materia, an poſitionum exemplum edendũ ſit, ſcribit Iaſ.poſt alios in l.is apud quem nu. 5.C.de eden.vbi concludit ꝙ ſic, & hoc vſu receptum eſſe teſtatur idem iaſ.in l.1.n. 16. ff.de reb.cred. Verum Purp.in d.l.is apud quem.nu.92.limitat in po



in poſitionibus dependentib.à facto proprio reſponden̄, quarum duplum vt iam dixi, non datur ante reſponſiones, quicquid dicat iaſ. ex Bal. auctoritate in additioni. ad Spec. qui & hoc non dicit, Sed iaſ.opi.pluribus in locis ſeruatur, ſicq; Curiarum ſtilus attenditur, Nam in regno Napolit.ante publicationem non datur articulorum copia, ea ratione ne litigatores ad falſitatem inſtruantur, Afflict.deciſ.33.n.3. Sed hoc totum iud.arbitrio remitten̄ eſſe teſtis eſt Bal.in l.2.n.6. C.vt lit. pend.ſequitur Luc.de pen.in l.in ſacris col. 5.ver.2.ex quo.C. de prox.ſacr.lib. 12.qui dicit ꝙ poſt examen articulorum ſiue poſitionũ exemplum dañ eſt, vt ſic deinde teſtib.ſuper eis examinandis interrogatoria formari poſſint, quod traddit Rob. de ord.iud.6.par.actu.4.n. 19. Et hoc quidem eò fortius in caſu Purp.procedit, quando poſitionibus à facto proprio reſpõdentis dependent, nõ eſſe dandam copiam priusquam reſponderit, quod & decretis ducal. patriæ noſtræ Subalpinæ tradditur, cap. 16.lib.3.

pronuntiandum eſt contra fiſcum in dubio, quando fiſcus agit ex cauſa lucratiua concernente delictum, vt eſt cõis opi. de qua Phebeus inter conſ.crim.conſ.vlt.n.3. Bonacoſſ.

procœmium generale, etiam ſi poſteà ſequantur verba ſpecialia, facit, vt diſpoſitio cenſeatur generalis Cur.iu. conſ.174. nu.1.& 2.com.dicit. B.Villal.

Ex Procœmio ſumitur cauſa finalis ſtatuti, quia cauſa procœmialis, dicitur cauſa finalis.cõis eſt, vt apparet ex accumulatis per Bened.Vadum in Apoſtil.ad Lanf.de Oria.in c.quoniam, contra.in prin.extra de proba. I.Fichard.

procœmium generale efficit, vt diſpoſitio ſit generalis, licet verba eius, ſint ſpecialia, vt eſt cõis opi. Soarez verbo principium.nu.254. Bonacoſſ.

procœmium ſtatuti & cõſtitutionis, etiam pœnalis dat cauſam finalem & rationem, vt eſt cõis opin.Cur.iu.in conſ. 166. nu. 1.& conſ.178.vbi dicit, quòd cum ſit arbitraria, poteſt iudex ex cauſa teſti plenè deponenti non adhibere fidẽ.& conſ. 344.nu.69.in 3.vol. idem.

propoſitio inepta ſi non ſit neceſſaria, non vitiat actum aut libellum Albricus Brun.in tract.tit.effectu.amplia.18.comm. dicit. B.Villal.

PRO.propoſitum in mente retẽtum nihil operatur.in leg. ſi repetendi. C.de cond.cauſ.dat.cauſa nõ ſecut. in l.quicquid adſtringendæ.ff.de verb.oblig.& l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.eo. tit.l.veterib.ff.de pact.l.cum in plures. Bellon.

propria auctoritate dominus vaſallum feudo priuare non poteſt ſed debet p̄cedere ſententia declaratoria, feloniam vel culpam priuatione dignam, eſſe commiſſam. Veram & omnibus doct. cõem eſſe dicit Apoſtill.conſ.3.n. 5. & 6. Et idẽ plenius in conſuet.Pariſ.§.30.n.23.vbi idem affirmat, & vnicum tantum caſum excipit.videlicet, ſi vaſallus feudum irrequiſito domino alienaſſet.&c. I.Fichard.

Amplia dictam cõem procedere etiam in crimine læſę Maieſtatis, ſec.Thom.Gram.deciſ.105.n.55.& ſeq.quia etiam in illo requiritur ſententia declaratoria quam concluſionem ante ipſum tenuit etiam Bar.in l.imperator.ff.de iure fiſci, & multi alij.quos refert. Gigas in tract.de cri.læſæ maieſt.lib.2.c.25. vbi concludit hanc eſſe veriorem, & omninò tenendam, per text. cui dicit reſponderi non poſſe in l. quæſitum. ff.qui & à quibus.Et hanc tenuit etiam Card. Zabarel.conſil.125.nu.2. idem.

PRO. propria res eſt in qua quis commodum & damnum capit l. 1.§.in propria ff.quand.appe.ſit. Bellon.

PRO.proprium nemo dicat quod commune eſt.can.ſicut. hi.47.diſtinct. idem.

proprietarium ſe dicens, aut proprietatem ad ſe ipſum pertinere affirmans ſuccumbet, ſi dominium duntaxat vtile ſibi competere probauerit, cõe aio ex multis quos citat Ariu.Pin. in l. 1.part.2.nu.8.C.de bon.mater.ex Marmer.nu.7. Coraſ.n. 39.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poſſ. Quamuis contrarium verius, ac non minus receptum oſtendat Arius Pinel.vbi ſupra.cum quo ſum. E.Suarez.

PRO.propter diſcordiam peruenitur ad ſequeſtrũ.l.ſi quę. ff.famil.erciſc. Bellon.

PRO.propter importunitatẽ petentium, Princeps aliquando non concedenda concedit l. 1. C.de pet.bon.ſub.libro 10. idem.

PRO.propter ingratitudinem donatarij, donatio reuocari poteſt in l.fi.C.de reuo.do.in c.final.extrà.de do. idem.

PRO.propter inſtrumenta de nouo reperta lis poteſt retractari, in l.admonendi.ff.de iureiurando. idem.

PRO. propter malos boni non ſunt deferendi, ſed propter bonos mali ſunt tolerandi.can.nimium.20.q.5. idem.

PRO.propter officium datur beneficium cap.fi.de reſcrip. lib.6. idem.

PRO.propter vnumquodque tale, & illud magis ſec.Ariſtotelem auth.multò magis C.de ſacroſanct.eccle. idem.

prorogare iuriſdictionem non ſui iudicis, poteſt laycus in habentem conſimilem iuriſdictionem, vt in habentem merũ miſtumque imperium.Panor.in cap.cùm ſit. de foro competenti.nu.12.com.dicit. B.Villal.

Fallit, quando in ciuitate eſt diuiſa iuriſdictio per quarterios, quia homines vnius quarterij nõ poſſunt prorogare iuriſdictionem iudicis alterius quarterij.iaſo.in l.ſi per errorem n.7.ff.de iuriſdict.om.iud.com.dicit. idem.

Tempus inſtantiæ præfixum à ſtatuto, partium conſenſu prorogari non poteſt nec etiam tempus preſequendæ appellationis. (vel ſic: Tempus inſtantiæ, præfixum à ſtatuto, etiam in cauſa appellationis, partium conſenſu prorogari non poteſt.) Eſt magis cõis opi.ſec.Alex.in conſ.24.inſpecto proceſſu vol.4. M.Chærian.

Licet prorogatio compromiſſi per arbitratores fieri poſſit, tamen non valet. niſi partibus fuerit intimata. Eſt cõis opin. ſec.Dec.in conſ.39.iuriſdicam.in prin.vol. 1. B.Villal.

prorogatio iuriſdictionis in dubio, ſecundùm cõem opin. non præſumitur, ſed ignorantia, per regulã.l.verius.ff.de probat.& ita communiter à doct.concludi inquit iaſ.in l.ſi per errorem.n.10.Quamuis ipſe ſententiam contrariam amplectatur, cuius meminit quoque Pet.Io.Anc.in ſuis quęſt.q. 5.n.7. in 1.par. Kirchouius.

prorogatio poteſtatis arbitri, perinde atque cuiuſlibet aliæ iuriſdictionis, licet arbiter non tam iuriſdictionem quàm notionem habeat, poteſt prorogari, cum dependeat ex cõſenſu partium, comm. dicit Benedi. Capra.in tract. prorogationis. ſtatim poſt concluſ.ſiue reg.53.poſito num.40. vide ſuprà in verbo Arbiter.

prorogatio iuriſdictionis, tam delegatæ quàm ordinariæ, poteſt fieri de re ad rem, ſiue de cauſa ad cauſam, quod cõmuniter teneri ac procedere refert Bened.Cap.in tract.prorogat. poſt regul.53.poſito nu.49.quando prorogatio fieret ad rem vel ad cauſam ſimilem. ſecus ſi ad diſſimilẽ, nam à cauſis ciuilibus ad criminales, vel contrà, nõ poteſt fieri prorogatio. De caſu autem ad caſum ſiue ſub certa conditione, ante cõditionis euentum, iuxta communem non fit prorogatio, vt ibid. firmat Bened.nu.55.vide ſuprà in verbo iuriſdictio.

prorogatio iuriſdictionis ordinariæ, licet de perſona ad perſonam fieri poſſit, tamẽ delegata etiam ad vniuerſitatem cauſarum vtcunque ordinaria videri poſſit, ad alias perſonas iuxta cõem non poteſt prorogari, niſi cauſa illa contingeret perſonas ad quas prorogaref, quia tunc iuriſdictio delega ad tales perſonas, licet in reſcripto non fuerint expreſſę, prorogari poſſet, vt in dicto tractat.prorogat.nu.59.& ſequ.refert idem Capr.Qua de re ſimiliter vide ſuprà in verbo iuriſdictio.

prorogatio iuriſdictionis delegatæ de loco ad locum ſemper procedit dummodò partes expreſſe conſentiant, niſi ex priuilegio cum limitatione eſſet conceſſa, quo caſu non licet egredi limites huius iuriſdictionis. Similiter prorogatio ordinaria de loco in quo ordinarius ſolitus eſt retinere tribunal, ad alium locum exiſtentem intra ſuam iuriſdictionem, fieri poteſt, ſed non ad locum alterius iuriſdictionis, quemadmodum communiter tenetur, quia ordinarius ibidem pro priuata perſona cenſetur; quod verum eſt, quando iudex alterius territorij id ſciret ac prohiberet, aliàs ſecùs, quemadmodum refert ac ſequitur Bened. Capr. in dicto tract. prorogatio. nu. 62.qua de re vide ſuprà in verbo, iuriſdictio.

prorogatio iuriſdictionis non tantùm in ſpiritualibus modò ad habẽtem ſimilem iuriſdictionem fiat, fieri poteſt, cum nuſquam de iure prohibitum inueniatur, ſed etiam in criminalibus etiam meri ac mixti imperij in habentem ſimile imperium fieri poteſt, idque communiter receptum teſtatur Benedictus Cap. in dicto tractatu prorogat.n.79. addens nu.ſeq.id procedere tamen quò ad præiudicium prorogantis, cùm in præiudicium reipubli.aut proprij iudicis non procederet prorogatio, vide ſuprà iuriſdictio.

prorogationem cauſæ de tempore ad tempus per procuratorem fieri poſſe communiter teneri refert Ben. Capr.reg.64. n.6.& ſeq.fallentias vide ſuprà in verbo Procurator.

prorogatio termini ĩ compromiſſo. Si in compromiſſo dicatur, quod arbiter & arbitrator poſſint procedere, & terminum de quo in compromiſſo prorogare, præſentibus & abſentibus partibus. Et ipſe arbitrator abſentibus partibus prorogauerit terminum: & demum iudicauit parte non citata, valebit prorogatio, & ſententia per tex.in l.diem proferre.§.ſi

quis litigatorum.ff.de arbitr. Et ita dum caſus accidiſſet, dicitur conſuluiſſe collegium Mediolani propter poteſtatem in compromiſſo datam arbitratori procedendi & prorogandi abſentibus partibus, per l.nō diſtinguemus.§.fi.cum l.ſequen. & ibi bona glo. ff.de arbit.licet Bald.tenuerit non valere prorogationem vel ſentētiam, niſi interceſſerit ſaltem intimatio, quando abſentibus partibus proceſſum eſt, in l.eos.§.apoſtolos.C.de appel.& idem Specul.in titul.de arbitris.§.excipitur. verſ.ſed pone quòd actum ſit. Quando in compromiſſo fuit tantùm dictum, quòd poſſit pronunciari partib.abſentibus: nec fuit additum, & non citatis. aliàs procedat prima opinio. & ſequitur Inn.in ca.cum dilectus. extr.de arbitr.do.Alexan. in l.ſi quis arbitratu in 8.col. ff.de verb.oblig. Sed dom.Cato in d.§.vbi decretum, cōcordat dictas opiniones, vt prima procedat, quando iudex ante prorogationem cognouerat de meritis cauſæ partibus præſentibus, aliàs procedat ſecunda. Balb. deciſ.33.

prorogatio iuriſdictionis fieri poteſt, etiam in criminalib. etiam ſi ſit meri & mixti Imperij, dummodo fiat in eum, qui ſimilem habet iuriſdictionem, vt eſt cōis opi. Capra reg. 54.n. 78.fol.58.Clar.q.42.in prin.Expreſsè & tacitè, quò ad præiudicium partis, vel partium, quę prorogationi conſentiunt.nō autem in præiudicium Reipublicæ, vel iudicum, ad quos ſpectat perpetrati criminis cognitio & punitio.Clar.ibi.Et dummodo iudex prorogatus habeat iuriſdictionem in ſimilibus, cauſis criminalibus. alias ſecus, vt eſt cōis opi.Clar.ibi.ver.eſt etiam.Item prorogatio etiam habet locum, ſi iudex procedit ex officio, & conſentiat reus in ſui prǫiudicium, non autem in præiudicium cōpetentis.vel alterius accuſare volentis. Clar. ibi.ver.vlt. Bonacoſſ.

prorogatio non habet locum vbi per inquiſitionem ex mero officio proceditur, cōis eſt opi.de qua Caleſa. inter conſil. 102.nu.4.in 1.lib.Clar.q.42.Alias ſecus, vt eſt com.opin. vt ibi fuſius per Clar. Bonacoſſ.

prorogatio iuriſdictionis non poteſt fieri cauſa inquiſitionis, cū non adſit actor & reus. Et ſic perſonę neceſſariæ ad prorogationem.Bal.in l.j.C.vbi de crim.agi opor.Nellus in tract. de bannitis in 2.par.primi temporis.q.11.Soc.conſ.108.in fi. in 4.vol.vbi com.dicit. idem.

prorogationis reuocatio.Ruſticus, mulier & miles poſſunt tacitam iudicis prorogationem factam litigando coram eo reuocare, etiam vſque ad ſententiam, ſecundum Spec.in titu. de compe.iudi.adi.§.1.verſ.ſed nunquid.Ang.l.fi.C.de excep. faciunt not.in l.1.C.de iur.& fac.igno.Et quilibet alius etiam poſt litem conteſt. ſi ſuperuenerit iuſta cauſa reuocandi, ſec. But.& Imol.in c.1.extrà de iud.faciunt not.in l.apertiſſimi.C. eo.ſequitur.D.cato in d.l.ſi conuenerit. Balb.deciſ.110.

Prorogatio iuriſdictionis non inducitur per comparationem rei coram iudice incompetente per inquiſitionem procedente.Ita notabiliter Bald.in l.1.C.ad l.corne.de ſica. Balbus deciſ.159.

proteſtatio de reuocando factum illicitum, non releuat facientem: quoniam ſtatim actu conſumato quæſitum eſt ius parti.Eſt comm.opi.ſec.Dec.in conſ.160.in cauſa, in fi.vol.1. M.Chærian.

proteſtatio (vt vulgo fandi mos eſt) ſimpliciter facta nihil operabitur, niſi actus is, de quo fit, tunc temporis, cùm fit, vel incontinenti explicetur, ſiue actus ille ab vnius volūtate, ſiue à libero plurium arbitrio pēdeat. commune atteſtatur Fel.in c.cum M.de conſtit. E.Suarez.

proteſtatio Mentiris, ſaluo honore tuo, vel es falſarius, non ſuffragatur proteſtanti, quo minus de illata iniuria teneatur, vt eſt verior, & magis recepta doct.ſententia, de qua D.Menochius in conſ.41.nu.31. Bonacoſſ.

proteſtatio eſt denuntiatio cum teſtatione facta. Io. à Ripa in c.cùm.M.de conſt.nu.68.de conſtit.com.dicit. Villal.

proteſtatio poſt actum perfectum ſuper dependentibus à ſola voluntate proteſtantis vitiatur, & valet actus, idem ibi n. 13.com.dicit. Et ſic dicit intelligēdum eſſe ti.in l.per ſeruum. §.1.ff.de vſur.per l.ſed ſi de fructu.ff.de vſu & habit. idem.

proteſtatio facta per emphyteutam in alienatione rei emphyteuticæ. videlicet ſine præiudicio domini, non releuat proteſtantem, Io.à Rip. ibi n.80.cōem dicit iaſ. in §.morte. ff. de noui operis nuntia.nu.77. idem.

Fallit, ſi in alienatione dicatur, Domini accedente conſenſu, alias quod alienatio nōn valeat.Idem ibi.tu non recedas à com.dicit. idem.

proteſtatio ſi præcedat actum, qui dependet de ſola voluntate proteſtantis, nō videtur deſerta. Secùs tamē, ſi dependeat cum voluntate tertij.Anth.Gom.in l.45.tau.nu.44.cōem dicit ex Bart.in l.non ſolum.§.morte.ff.de no.ope.nun. idem.

Proteſtatio quæ fit quotidie in productione inſtrumenti, ſ.quantum pro ſe facit, & non in aliis operatur, ꝙ in aliis iudex non poſſit ſe fundare Fel.in c.imputari.de fid.inſtr.com.dicit. Io.à Rip.in d.c.cùm M.nu.39. idem.

proteſtatio facta per mulierem cum iurō de non alienando rem dotalem, ſi poſtea fiat alienatio, etiam cum iuramento, & ignorante recipiente alienationem, valet proteſtatio. Io.à Rip.ibi nu.81.ver.ſecundo limitatur.com.dicit. idem.

proteſtatio non eſt neceſſaria, ſed vtilis metum paſſo.Hieron. Cagn.l.in omnib.ff.de reg.iur.nu.13.com.dicit. idem.

Amplia ad impeditum etiam ex facto iudicis, quia non eſt neceſſaria.idem ibi nu.15.com.dicit. idem.

ADDITIO. Et hanc opi. tanquam humaniorem tenuit Rot.in verb.tempore. Card.Creſcenſi. dum erat Aud.vt refert Marc.Ant.Bard.in trac.de temp.vti.& cont.c.4.ſub num.3.& eam eſſe vtilem, & de conſilio, & non neceſſariam.

proteſtatio ſola non probat metum: ſed requiritur probatio metus.Io.à Rip.nu.92.com.dicit. contrariam imò ꝙ proteſtatio ſola præcedens, probet metum, tenet gl.in ca.clarius. 32.q.2.& doc.communiter in c.1.quod me.cau.ſed pro concordia dic: aut actus, pendet à voluntate ſolius proteſtantis, & tunc proteſtatio præcedens probat metum, vt tenet Bart. & doc.communiter in l.qui in aliena.§.fi.ff.de acq.hær.aut actus pendet à voluntate duorum, & tunc ſi proteſtatio fiat ipſo actu, parte præſente, probat metum: aut ante actum, & non probat, hæc Io.à Rip.in d.nu.92. B.Villal.

proteſtatio ob metum potentioris fieri poteſt etiam clandeſtinè & nihilominus valet talis clandeſtina proteſtatio.Philip.Deci.l.in omnibus cauſis.ff.de j.regula iuris.Et idem conſ. 219.nu.2.Bart.Soc.conſ.262.nu.5.& 9.vol.2.Hoſt.& Abb.c. paſtoralis.§.1.de of.del. Et idem Abb.in c.cùm M.n.19.& ibi plura alleg.per Seb.Sap.in ver.metus, &c.de conſtit. Quòd ſi nec clandeſtinè proteſtari commodè poſſet, propter eundem metum (fortè alicuius potentis principis) tunc poteſt poſteà probare talem metum, & actui contrauenire, ſecund.Iaſ. in l. qui in aliena.§.celſus.nu.46.ff.de acq.hær. I.Fich.

Proteſtatio contraria præſumptioni iuris, & de iure tollit ipſam præſumptionem ſicut confeſſio.Idem ibi.nu.49. communem dicit. B.Villal.

Fallit in proteſtatione continentur in ſe turpitudinem, quia tollitur per contrarium actum ſeq.Io.de Ripa.nu.91.communem dicit. idem.

Proteſtatio vnius ex contrahentibus matrimonium, quod non intēdit conſentire, etiam ſi verba proferat altero neſciente, non valet matrimoniū, gl.in c.tua nos.de ſpon.quam com. dicit Coua.in epito.4.par.2.q.2.nu.3.com.dicit. idem.

Proteſtatio facta per profitentem, vt poſſit bona retinere, vitiatur.fel.in c.cum M.de conſti.& iaſ.in auth. ingreſſi.C. de ſacroſ.eccl.vbi eſt gl.Barba.autem in 1.vol.conſ.comm.dicit contrariam quem refert Coua.in epi.4.c.3.2.n.18.com.dicit, & nullam elegit.Mihi autem videtur primam eſſe magis communem vt euidenter patet per doct.in auth. ingreſſi.in d.c.cū M.& doct.in l.non ſolum.§.morte.de noui oper.nunt.ff.præcipuè, per iaſ.in nu.20. idem.

proteſtatio reſpondentis libello, & dicentis, quod non facit animo litem conteſtandi, operatur quod ſecundum alium intellectum interpretatur, vtputà animo informādi iudicem, & non conteſtandi.Ripa in d.c.cum M.n.91.com.dicit.

Amplia in proteſtatione rei opponentis in iudicio cum proteſtatione, quod non intendit in iudicem conſentire, quod operatur etiam ſi deducat alias exceptiones, quod non videatur prorogare iuriſdictionem.Idem ibi nu.99.com.dicit.idē.

proteſtans (vt in communi præcedenti eſt dictum) poterit per iudicem tanquam contumax puniri, Io.à Rip.d.c.cum M. nu.99.com.dicit.quam intelligit, ſi ſolum ſtetit.in finibus proteſtationis.ſecus tamen ſi ſalua proteſtatione reſpondit petitioni. idem.

Proteſtatio facta in contractu dicens, ꝙ non vult cōſentire, vitiatur contractus, Dec.d.c.cùm M.de conſt.n.23.com.d.vel etiā ſi in proteſtatione addat, niſi ſi & quatenus de iure teneatur, quia tunc ex toto extinguit iuriſdictionem iudicis.Iaſ.d.l. non ſolum.§.morte.ff.de no.ope.nun.n.46.com.dicit. idem.

proteſtatio interueniens non extenditur ad actum factum ex interuallo.Rip.d.c.cū M.n.101.com.d.Iaſ.d.§.morte.n.13.

Intellige in actibus pendentibus ex voluntate aliorum; ſi proteſtatio non recipit fructum factum, alias ſecus.Iaſ.in l.pacta nouiſſima.nu.14.C.de pac.com.dicit. idem.

Proteſtatio declaratoria animi, per quam nemo grauatur, non requirit pręſentiam alicuius dummodò fiat taliter, quòd poſſit de proteſtatione apparere.Io.de Rip.in c.cū M.nu.106. per l.idcircò.C.de codicil.com.dicit. idem.



proteſtantis expreſſus conſenſus requitur ad hoc quòd ei præiudicet regulariter, ſed in caſu.l.fin.§.item ſi prædixerit.ff. de naut.cau.ſtabu.ſufficit tacitus.ripa ibi n.123.com.dic. idē.

Amplia primam cōcluſionem iſtius cōis ad matrimonium in quo proteſtatio quæ fit contra ſubſtantiam matrimonij, tacenti non præiudicat, nec videtur conſentire, rip. n.127.com. d.quam vide. idem.

proteſtatio domini recipientis penſionem temporis futuri, ſaluo iure expulſionis.ſi emphyteuta tacet, nihil valet, cū proteſtatio ſit contraria facto. Io.à ripa d.c.cum M. nu.139. verſ. totius caſus eſt, com.dic.quam intelligit, ꝙ durante tēpore ſolutionis receptę non poteſt emphyteutam expellere, ſecùs tamen poſteà. idem.

proteſtationi inhibitoriæ ne fiat illud. ad quod tenetur, nō eſt parendum, niſi veritas cauſæ oſtendatur per inſtrumētum, ꝙ non requiritur, ſi proteſtatio fit auctoritate iudicis, quia ei eſt parendum.ripa ibi nu.153.com.dicit. idem.

proteſtatio poteſt fieri vbicunque, etiam in eccleſia.Rip.n. 144.com.dicit. idem.

proteſtatio ſimpliciter facta in tantū in actu operatur, quo tūc vel ſtatim explicatur: vt tradit Bart.in l.non ſolùm.§.morte.in princ.ff.de noui.op.nun.& in l.item quia.§.final.de pact. in l.qui in aliena §.fin. de acq. hæred.& in l.Titia. §.penultim. de verb.obl.& in l.pacta nouiſſima, vbi etiam Salic.C.de pac. per textum in l.cum in plures.§.locator horrei.ff.locat.ſecundum vnum intellectum gloſ.tamen ibi ſumat ſic.propoſitum in mente retentum nihil operatur, & patientia pro conſenſu habetur, per text.in l.per retentionem.cum glo.verbo rata.C. de vſur.idem tenent Ant.& Im.in c.cum M.de conſti.Et licet cōcluſ.hęc multipliciter limitetur ac in certis caſib.locum nō habeat, inter quos eſt, vbicunque proteſtatio fit in actu qui à ſolius proteſtantis pendet voluntate quoniam tunc trahitur ad actum etiam poſteà & ex interuallo ſequutum, vt Bart. & Ang.voluere in d.l.pacta nouiſſima.C.de pact. cōis doc.eſt opin. vt proteſtatio ſimpliciter facta in actu, ſiue ab vnius ſiue plurium voluntate.dependeat, nihil operetur niſi in actu, qui tunc, vel incōtinenti, explicatur: vt rectè ſcribit Felin.d.c.cum M.de conſtitu. quoniam, inquit ipſe, nulla ſaltem bona inter iſtos caſus reddi pōt diuerſitatis ratio, niſi dicere velimus, q̄d quando ſumus in actu à plurium voluntate dependente, ad hoc vt operetur, proteſtatio fieri debet coram altero, vel vno ex illis à quorum voluntate actus ille dependet, vt ibi per Fel. quia hac in materia proteſtationis multa ſcripſit tunc quādo proteſtatio fit, vel fieri dubitatur propter metum illius cum quo quis nollet contrahere, vel inuitus contrahit. puta cum Tiranno. F.Turzan.

PRO. proteſtatio declarat voluntatem & ſententiam noſtram l.at ſi quis.§.ſed interdum. ff.de relig.& ſumptib. funer. l.pro hærede.ff.de acquir.hæred. Bellon.

PRO.proteſtatio contraria actui nō releuat proteſtantem. l.qui in aliena.§.Cælſus.ff.de acquir.hæred.c.cum Mar.Ferrarienſis.extrà de conſtit. idem.

PRO. prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.l. fin.C.de pactis conuen. idem.

PRO. prouiſio facta in caſum mortis naturalis, extenditur ad caſum mortis ciuilis l.Gallus.§. & quid ſi tantum.ff.de lib. & pohu. idem.

PRO. prouiſio facta in caſibus ſeparatis, non porrigitur ad eoſdem caſus ſimul coniunctos.l.ſi ita ſcriptum. ff.de liber. & poſth. idem.

prouiſio ordinaria generalis legis nō tollitur per prouiſionem ſpecialem hominis Bellon.conſ.22.n.3.com. dicit ex gl. in l.2.C.de iure emphy.& iaſ.ibidem.n.176.& Dec.in l.creditor.ff.ſi cert.pet.ſecus tamen ſit extraordinaria, quia tunc ceſſatur per prouiſionem hominis. Bell.ibi.n.5.cōem dic.exemplum in primo caſu, quia ſi in locatione, per hominē ſit prouiſum circa non faciendam diminutionem penſionis propter caſum fortuitum, non tamen ceſſat generalis diſpoſitio circa intereſſe locationis. B.Vill.

prouiſio ſine cauſa inefficax eſt.l.2.§.circa.ff. de dol. exceptio. & erronea non autem animo liberali, & ex certa ſcientia facta præſumitur, & dicēti quòd ex certa ſcientia promiſerit, probandi, onus incumbit Bald. in l.generaliter.4. & 6.oppoſ. C.de non numer.pecu.& ibi Salic.& Ang. qui ſic conſuluiſſe aſſerit, concordat Alex.qui affirmat hanc com.conſ.13.ex his. vol.1. F.Turzan.

prouocatus qui deliquit, regulariter non excuſatur. cōem dicit Boer.conſ.4.n.28.Mitius tamen, quia in dubio præſumitur defendendi, non vlciſcendi cauſa, feciſſe. ita iura & docto. dicere, ait Marſil.conſ.137.n.8.clarus d.§.fin.q.60.verſi.nunc quæro. P.Fichard.

prouocatus qui deliquit regulariter non excuſatur, vt eſt cōis opi. Sed tamen mitius eſt puniendus, quia in dubio præſumitur, ꝙ cauſa ſe defendendi, non vlciſcendi, fecerit, vt eſt cōis opi.clar.q.60.verſ.nunc quæro.Et quia non dicitur in dolo, vt eſt cōis opi.de qua curt.iu. conſ.135.nu.16.& ſeq.in 3. vol.ideò punitur extra ordinem.Etiam, ſi poſt ſedatam rixam ex interuallo facit inſultum in vulnerantem, vt eſt cōis opin. de qua Clar. in §.homicidium, ver.ſcias tamen vbi etiam concludit, ꝙ in omnem caſum occidens aggreſſorem, nunquam tenetur de occiſo, ſed tantum de exceſſu.Et in terminis ſtatuti de homicidio ita dicit Bal.in c.1.de iniuriis.Bar.in l.2.de excep.Fel.in c.delicti.de except.Corn.conſ.133.in 3.vol.Gram. deciſ.Neapoli.37.Arnonus Soliloquio 23.Claud.regu.crimi. 71.& ſeq.& eſt tex.in l.fin.ff.ad l.Iul.repet. & inter conſ. crim. conſ.76.nu.5.conſ.77.Boſſi.tit.de homic.nu.91. Afflic.deciſ. Neapol.37.n.3.Sed debet puniri pœna pecuniaria.Grammat. voto.23.n.20.Nouellus in tract.ad defenſam. fol.21.n.61.& ſeq.Moronus de fide, treuga & pace.q.125.Et requiritur, ꝙ aliter euadere non poſſet, vt eſt cōis opi.de qua Cor.conſ.274. litera H.in 1.vol. Bonacoſſ.

proxeneta non eſt teſtis integer, niſi vtraque parte conſentiente, Curt.iu.conſ.112.nu.8.com.dicit. B.Villal.

Concor.cum l.36.tit.16.par.3.

proxeneta vel mediator à teſtimonio ſubmouetur, niſi vtraque parte volēte deponat. §.quoniam. & ibi gl.in ver.legum. & Ang.de peruſ.in auth.de teſtib.gloſſ.in verb.ſuper criminibus.in c.delictorum.vbi Abb.num.3. & Fel.nu.2.annotarunt ext.de teſtibus cogend.Alex.de imol.in conſ.128.nu.2.in lib. cō.Hippol.de Marſ.in ſuis ſingula.ſingul.539.Steph.Auffrer. in tracta.de reprob.teſt.in verb.media.nu.67.in 5.vol. tractat. Et hanc communem opi.Doct.eſſe inquiunt Alex.de imol.in conſ.13.num.14. & Lancellotus conrad. in ſuo prætor.& curia.breuia.tit.perſonas teſtium aggrediendo. in ver.proxeneta. numer. 62. Licet multi alij contrariam ſententiam defenderint, quos adducit Alex.in d.conſ.128.& Lancello.in d.ver. proxeneta.& nouiſſimè Apoſtillat. in addit. ſuis marginalib. ad conſ.Alex.in d.conſ.13.in ver.dilectorum. adducens text. in c.1.de teſtib.& atteſta.lib.6. à doc.malè intellectum eſſe, & de iure ciuili.d.§.quoniam. non requiri conſenſum vtriuſque partis, ad hoc vt proxeneta volens admittatur in teſtem, ſed ſolum vt inuitus compellatur, ergò volens ab alterutro produci poteſt. kirchouius.

Proxeneta non aliter quàm vtroque reo conſentiente integer teſtis exiſtimabitur. commune aiunt Alexand. in conſ. 13.libro primo.Curt.conſ.112.nume.8. ac latè Franc.Viuius libr.1.opinio.358.cui adde Ioan.Ceph.conſ.65. numero 23. E.Suarez.

Proximiores vbi vocantur in fideicommiſſo, poſt mortem alicuius ſine liberis, in dubio ſemper inſpicitur proximitas ipſius grauati vltimo defuncti. ita pluries firmauit Socin. ſeni.legendo, & conſulendo, vt eum allegat Socin.iuni. conſ. 126.numer.40.volum.1.vbi etiam longè hanc difficultatem diſputando, tandem pro veriori opinione firmaſſe, proximitatem vltimo defuncti, & grauati eſſe attendendam, teſtatur ipſemet in conſ.22.n.28.vol.4.vbi per eum. E.Muſcul.

proximitas ſolum attenditur in fideicommiſſaria ſubſtitutione. Alex.conſ.305.vol.6.Io.Duran.in arte teſtan.tit.5.cau. 21.com.dicit. B.Villal.

Pubertati proximus in maſculo dicitur, qui eſt ætatis annorum 10.cum dimidio, & in fœmina quæ excedit nouem annos cum dimidio. gl.in ver. infantiæ proximus. §.pupillus. inſtitut.de inutil.ſtipulat.& gl.in ver.pupillum.l.pupillum.ff. de regul.iur.Bart.in l.1.numero quinto.ff.de nouat. Pet.Phil. Cor.in conſ.240.numer.13.volum.1.conſ.Et hanc glo.communiter obſeruari inquit Angel.Aret.in d.§.pupillus.numer. 3.Et communem concluſionem eſſe dicit Iaſ. in l. properandum.§.& ſi quidem.numer.2.ff.de iud. Et horum ſententiam ſequitur Roland.à Valle, conſ.57.numer.25.in 1.tom.conſ. Licet alij contrariam ſententiam amplexi fuerint, quos refert Ioan.Franciſc.Fara Sardienſis in tractat.de eſſent.infan. capit. 7.numero ſexto.& capit.vndecimo. vbi ipſe reprobata communi opinio. doc. nouam conſiderationem huius doctrinæ recenſet. kirchouius.

Pubertati proximus, dolique capax non ſolùm ex delicto verùm etiam ex iuramento obligatur.l.pupillum.ff.de reg.iu. l.impuberem.ad l.Cornel.de falſ.doc.in auth.ſacramenta.C.ſi aduerſ.venditio.& in cap.cùm contingat. extrà, de iureiuran.

pulchrè Petr.Philip.Cornæ.in conſ.240.n.5.cum ſeq.in 1.vo. & Phil.Dec.in conſ.682.incip.in cauſa dominæ Lucretiæ.nu. 16.17.& 18.Et hanc cōem doc.ſententiam eſſe referunt Phil. Dec.in d.l.pupillum.n.4.& Cagn.n.10.Matt.de Afflic.in Dec. 22.n.5.licet hāc ſententiam Apoſtil.ad Dec.reprobare videatur in verb.iuramento.in d.l.pupillum. kirchouius.

Pubes maior factus poteſt teſtificari de his quæ vidit ante pubertatem.Hiero.Cag. in l.fœminæ.§.fi.nu.23. ff.de reg.iur. cōem dicit.& Coua.in reg.poſſeſſor.§.3.par.2.n.8.ex Fel.in c. vlt.de ſent.excom. concor.cum l.9.tit.16.par.3.Adde gl.in verbo impubes.§.teſtes autem.Inſtit.de teſta.ordi. B.Villal.

pubertati proximus dicitur vir,qui eſt decem annorum cū dimidio,fœmina autem nouennis cum dimidio.iaſ.in l.properandum.C.de iud.§.& ſi quidem.nu. 1.com.dicit.

Et hanc ætatem,l.8.titul.8.part.7. exprimit ad hoc quod ſi committens delictum ſit minor iſtius ætatis non debet puniri. idem.

pubertati proximus dicitur,ille,qui annum decimum & dimidium peregerit, ſi ſit maſculus, fœmina verò proxima eſt pubertati ſi nonum annum cum dimidio compleuerit,ſec.gl. no.& ſingularem in §.pupillus in ver.infantiæ. Inſtit.de inuti. ſtipul.& in l.pupillum.ff.de regu.iur. quas aſſeuerat eſſe communiter approbatas iaſ.in l.properandum. §.& ſi quidem.n.1. C.de iud.Soc.in l.1.§.adipiſcimur.ff.de acq.poſſ. Aret. in memorato.§.pupillus.Dec. & Cag.n.2.in d.l.pupillum.In contrariam verò ſententiam inclinarunt complures doc.qui quoad delicta illum eſſe proximum pubertati opinantur, cui ad ætatem perfectam ſex tantum menſes deficiunt,ita not. Bald.per illum tex.in l.excipiuntur. ff.ad Sylla.quem ſequitur ibi Ioan. Ignæ.Cor.conſ.147.n.25.vol.1.& iaſ.in auth.ſacramenta puberum.n.15.C.ſi aduer.vendi. nonnulli verò ſcriben.opinio. iſtam ſequuntur non ſolùm in delictis,ſed aliis quibuſcunque actibus,pro quibus eſt glo.in l.non tantum.ff.de excuſa.tuto. in c.continebatur,& in c.atteſtationes.de ſponſa.impub. & abundè no.Io.ignæus in l.1.§.impuberes,& in l.excipiuntur.ff. ad Syllan. ſed his omiſſis puto hoc relinquendum eſſe iudicis arbitrio, quis dicatur proximus pubertati, ſiquidē hoc iudex debet arbitrari ex pueri diſcretione, & ex aliis circunſtantiis contingentibus.ita tenet Io. Faber in d.§.pupillus. Sal.in l.impium.C.de pœnis.Io.de Ana.in ca.1.n.4.de delict.puerorum. Ant.de But.in memotato c.atteſtationes.in fi.Abb.& prępoſ. in d.c.continebatur.Dec.& Cag.n.3.in d.l.pupillum,quod intellige procedere,vt declarat Couar.in ſua epito.de ſponſa.in 2.part.cap.5.nu.5. Viuius.

PRO.publica vtilitas eſt præponēda priuatæ.l.vnica.§.fi.C. de caduc.tol.auth.res quæ.C. com.de leg.l. actione.§. Labeo. ff.pro ſoc.l.vtilitas.C.de primip.libr.12.can.ſcias. 7.quæſtio. 1. Bellon.

PRO.publicæ ſalutis & ſecuritatis intereſt,riuos & cloacas purgari.l.de pupillo.§.ſi quis riuos.ff. de no.oper.nunt. idem.

publico in cauſa poteſt fieri ab alio iudice ſuccedente in officium primi iudicis, & non ab alio.Ripa in l.is apud.n.32.C. de eden.com.dicit. B.Villal.

publiciana requirit poſſeſſionē vacuam ſicut & vſucapio. Præpoſit.in c.reintegranda.3.q.1.com.dicit. idem.

publica delicta ſunt, quorū accuſatio vel perſequutio permiſſa eſt cuilibet de populo.cōem opi.refert Clar.lib.5.§.1.in princ.allegās Gomez.c.1.delictorum.poſt numerū quartum. Idque procedere ait ſecundum ius ciuile,nam de iure canonico dicit omnia crimina eſſe publica, & ita cōem eſſe ſec.Ana. in c.ſtatuimus.poſt 19.de maled.ibidem referentem Hoſtien. vide Cla.d.§.1.ver.hæc tamen. P.Fichard.

publicatur proceſſus in criminalibus offenſiuis, alias eſſet nullus & decernitur copia parti,vnà cum termino ad ſe defendendum.alias eſſet nullus ipſo iure ſec.cōem practicam.Clar. q.48.verſ.2. Bonacoſſ.

In publico ædificans ſine Principis permiſſione, & ſic non legitimè,& iuſtè,non facit ſuum,quia non iure ædificat, cum licentiam non habuerit à Principe, iuxta tradita per doc.magis communiter,in l.fluminum.ff.de dam.infect.

Quòd tamen videtur intelligendum,niſi qui in flumine aliquid faceret,haberet prædia vicina,quia tunc quatenus non tranſcendat medium fluminis ſaluari poteſt opinio Raphael. Cuma.in d.l.fluminum.Sed tranſcendēdo medium fluminis, non licitè facit,& ideo ſibi non acquirit, ſed vicino ex alia parte fluminis,& ita propriè loquitur Bart. in l.quo minus. ff.de flum.in 10.q.& alij.qui Bart.ſequuntur:quem refert & ſequitur Soc.iu.conſ.28.nu.31.vol.4. E.Muſcul.

publica delicta quando dici,ducique debeant,ex multis receptis interpretum ſententiis ponit eleganter, & copioſè Iul. Clar.in pract.crim.§.1.in prin.ad quem ſemper hac in materia recurrito. E.Suarez.

publicantur etiam hodie bona dānatorum ad mortem naturalem ſecun.gl.Bart. & alios,in l.eius qui.§.ſi cui.ff.de teſta. Alex.Corn.Deci.& reliquos omnes in l.2. C.qui teſtam.facere poſſ.Bart.in l.j.ff.de bonis damnat.& iſta eſt cōis opi.ſec.Io. Igneum.l.1.§.qui ſibi.n.93.ff.ad Syll.Soc.in l.ſi cognatis.ff.de reb.dub.Dec.& Cag.in l.ſeruitutem.ff.de reg.iur.& Io.Ceph. copioſè conſ.79. num.4. vbi cum cæteris ſignatis per eum.n. 8.cum aliis ſequ. videtur reſpondere contrarium. F.Viuius lib.2.opin.243.

publiciana in rem actio totiens in eum defertur,qui rem à nō domino adeptus eſt quotiens in eundem ſi à domino rem nactus eſſet,dominium tranſiret.cōe dicit Ant.Gom.de teſta. c.5.n.13.verſ.item adde & extende.Quin nec alij vnquam dabitur,quàm illi,qui & bona fide titulum à non domino conſequutus ſit, & vacuam poſſeſſionem ſemel nactus fuerit, vt frequenter placitum inquiunt Alexan. in l.3.§.ex contrario. numer.40.ff.de acquiren.poſſeſ. Præpoſ.in cap.reintegranda. 3.quæſtio.1. Ludo. Gom. in §.ſed iſtæ.nu.30.inſtit.de action, E.Suarez.

PRO. pudor eſt fœminis nuptiarum præmia non habere. capit.pudor.32.q.2. Bellon.

puella cui pater aſſignauit certum quid,& præcepit vt cum illo eſſet contenta,poteſt petere ſupplementū legitimę.Boer. deciſ.3.nu.10.com.dicit. B.Villal.

PRO.punctus punitur loco copulæ.l.3.§.duæ autem cauſ. in gl.in verb.moliri.ff.de Carb.edict.& l.duobus.§.ſi in coeunda.in gl.in verb.precium.ff.pro ſocio. Bellon.

PRO.punitur affectus,licet nō ſequatur effectus: voluntas enim reputatur pro facto.in l.diuus.ff.ad leg.Corne.de ſica.in l.is qui cum telo.C.eod.tit.l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſtat. & l. præſenti.C.de his qui ad eccleſ.confug.in l.ſi quis non dicam rapere.C. de epiſcopis & clericis. in capitul. nuper. extra, de bigam.

OBIEC.contra,quia cogitationis pœnam nemo patitur.l. cogitationis,ff.de pœnis.l.1.§.1. quod quiſque iur.ff.c.fi.extra de ſponſal.

SOL. Dic quod cogitatio ſola non punitur,vbi ſcilicet nō proceſſit ad aliquem actum,ſecus ſi ad aliquem actum ſeu conatum venit vt hic intelligitur. Bellon.

Puniri corporaliter nemo debet, niſi dolus interueniat. cōem opi.dicit Cepol.conſ.crimin.33.Neque ſufficit lata culpa. quia illa in criminalibus non æquiparatur dolo, vt cōem dicit iaſ.in l.in actionibus.nu.23. & n.26.ff.de in lit.iur.quem refert Blanc.in pract.crimin.n.137.& ſeq.Nunius de los Corrigidores.in princ.Bermond.de concub.nu.71.Dias reg.540. Claud.in l.1.nu.33.ff.de legib.Idque non ſolum procedere ſi agatur de pœna mortis,ſed in quacunque alia pœna corporali.ſecundum gloſ.in d.l.in actionibus.in verbo Non etiam ob culpam,quem doct.ſequi atteſtatur Marſil.conſ.67. num.40. Pro culpa tamen lata etiam puniri,dixit cōem opi.eſſe Maranta.in ſuo ſpecul.num.59.in fine,ſed mitiori, idque maximè.ſi culpa præceſſit delictum. vt communem opinio. dicit Anan. in c.de infantibus. nu.4.de his qui fil.occid. Et quæ dicta ſunt de pœna corporali,etiam locū habent in pœna infamiæ,nam condēnatus propter culpam,non efficitur propter talem ſententiam infamis,cōem opin.dicit Roma. in dicta l.in actionibus.num.16.Fama enim & vita æquiparantur.Clar.d.§.finali. quæſtione 84.verſic.primo. P.Fichard.

punitur quis pœna ordinaria, non minus ſi procedatur ex officio & per inquiſitionem & ita infamatur,ſicut ſi per accuſationem procedatur.Clar. q.60.verſic. poteſt etiam allegari. Bonacoſſ.

Puniri quis non poteſt in pœnis criminalibus,niſi dolus interueniat.Clarus quęſt.octuageſimaquarta.in princip.Neque lata culpa ſufficit,vt eſt communis opin. Et hoc procedit non modo in pœna corporali & mortis,ſed etiam in mutilatione membri, vel quacunque alia pœna corporali, vt eſt communis opinio. Clar. ibi. etiam in ſtatuto communis eſt opinio. Clar. ibi pro culpa autem punitur delinquens, quando culpa præceſſit delictum,vt eſt communis opinio.Clar. ibi.ſed non efficitur infamis,vt eſt communis opinio. ibi. item pœna eſt imponenda pro pluribus vulneribus ſimul concurrentibus omnibus,eſt communis opinio.Clar.ibi.verſicul.ſcias etiam. idem ſi quis percutit clericum eodem impetu quatuor, vel quinque vicib. vnam tantum excommunicationem patitur, vt eſt com.opin.& pœna pro numero vulnerum eſt danda & multiplicanda. & ita ſeruat conſuetudo. Clarus ibi. & ita etiam dictante ſtatuto, ſiue eodem ictu, ſiue pluribus. & ibi.

quid



quid ſi quis biſulcato ferro percuſſit,& vulnera duplicata intulit. quia pluribus vulnerib. plecti debet Clar.ibi & quando delicta ſunt diuerſi generis,ſi committuntur ex interuallo,omnia ſunt punienda, ſi ſunt facta eodem tempore, & ad eundem tendant finem.puniuntur tantum pœna maioris delicti. puta extant tria ſtatuta. vnum, punitur arma portantem in centum: aliud, punitur inſultum in centum, & aliud punitur vulnus in centum. Si quis enim inſultat alium cum armis vetitis & vulnerat non punitur in tercentum,nec coaceruantur hæ tres centum,licet in centum tantum pro vulnere,quia alię pœnæ confunduntur,vt eſt com.opi.Clar.q.84.verſ.alius eſt caſus.ſimiliter ſi quis aggreditur aliquem animo vulnerandi, deinde ex quoquo dicto,vel facto vulnerati illum occidit,punitur tantum de occiſio, & non de vulnere prius illato,com. eſt practica, à qua non eſt recedendum Clar. d. q.84. verſ.ſed pone. & propter conſuetudinem delinquendi non aggrauatur pœna,vt quis ob id puniri poſſit pœna mortis.com.eſt opin.Clar. ibi. ver.ſed hic. & plures delinquentes ſimul contra vnum,tenentur omnes inſolidum, vt eſt com.opin.Clar.d.q. 84.ver.vltimò quæro. Bonac.

punitur ciuis originarius delinquens in loco originis, vbi forum ſortitur abſque dubio pœna ſtatuti loci, vbi fecit delictum.Clar.q.85.in prin.com.dicit. idem ſi ſit forenſis ratione commiſſi delicti, ibi forum ſortitur. vbi deliquit. communis eſt opi.Clar.ibi Punitur autem iudicis arbitrio forenſis extrahens frumentum contta deuetum, inſpecta facti, & perſonarum qualitate,pro eius religione quoties ignorantia forenſis eſſet probabilis.Clar.ibi.& punitur originarius ciuis & ſubditus pro delicto extra territorium commiſſo pœna ſtatuti loci,vbi deliquit,vt eſt communis opi.Clar.ibi ver.tertius eſt caſus.& per pœnam ſtatutariam eſt ſublata pœna iuris communis,vt eſt cōis opi.Clar.d.q.85.verſic.debet iudex. Et quando plures pœnæ ſunt impoſitæ per ſtatuta,vel legem, cuius ſit electio. an iudicis vel rei. & ſi verba ſtatuti dirigantur ad iudicem,iudex habet eligere,vt eſt cōis opinio.Aut diriguntur ad reum, vt ſi dicat ſtatutum, qui fecerit tale maleficium ſoluat decem,& electio eſt rei.Aut neque ad iudicem,neq; ad reum dirigūtur,& pœna eſt corporalis vtraque.& ſi dicat ſtatutum, vel lex pro tertio furto ſuſpendatur,vel decapitetur,& cōis eſt opinio,ꝙ electio ſit iudicis.Aut vtraque pœna eſt pecuniaria, ſi dicit pro furto ſit pœna decem, vel amittat tertiam partem bonorum mobilium.& communis eſt,ꝙ electio ſit ipſius rei, Aut altera pœna eſt corporalis,altera pecuniaria,& electio eſt ipſius rei,quæ omnia procedunt.Niſi aliud verba legis, aut ſtatuti ſuadeant.Et ſtante ſtatuto.ꝙ vulneratus puniatur in centum,quas ſi non ſoluerit intra decem dies,amputetur ſibi dextra manus,ſi iſte condemnatus nō ſoluerit decem in termino, nihilominus iudex eum poterit punire in centum, omiſſa pœna corporali,vt eſt cōis opi.Clar.ibi.verſ.ſed hic quæro.item ſtat ſtatutum, ꝙ non comparens ponatur in banno, de quo non eximatur, niſi ſoluerit mille, quidam vocatus non comparens fuit bannitus, & condemnatus in mille, iſte vult ſtare potius in banno quàm ſoluere condemnationem non ideò poteſt fiſcus conſequi illa mille,vt eſt cōis opi. Clar.ibi.verſi. ſucceſſiue. Et vbi agitur de imponenda pœna alicuius ſpecialis conſtitutionis, oportet, ꝙ in illo caſu verificentur omnes qualitates in ipſa conſtitutione expreſſæ, aliàs pœna non cōmittitur,vt eſt cōis opin.Clar.ibi.ver.vbi agitur. & iudex poteſt ex cauſa minuere pœnam ordinariam impoſitam à iure pro aliquo delicto ſiue agatur de pœna imponenda per ius commune, vt eſt cōis opi. Clar.ibi.ver.vlterius quæro.ſiue agatur de pœna impoſitą à ſtatuto, vt eſt cōis opi. Clar. ibi. & hæc procedunt in maioribus magiſtratib.vt eſt com.opin.ſecus in minoribus, & ante ſententiam condemnatoriam, & non poſt,vt eſt com.opi. & ex cauſa, quia iudex in cauſis criminalib.minorem pœnam imponens quam de iure imponere debet,eſt infamis.l.ſeruos.C.ad l.iul.de vi pub. & debet puniri eadem pœna, qua erat puniendus reus, vt ibi per Clar.q. 85.ver.vlterius quæro.& colligitur ex l.3. C.ne ſan.bapt.reit. in fi.nec eſt opus exprimere cauſam in ſententia,quare minuitur pœna, ſed ſufficit dicere ex iuſtis cauſis animum noſtrum mouentib.&c.vt eſt com.opi.Cla.ibi.Et quando reus non eſt capax pœnæ,iudex poteſt eam commutare,ideò teſtis qui falſum dixit, ex ſtatuto manu dextra ſit priuandus ſi aridam habet manum,vel non habet,debet cōmutari pœna,vt eſt com. opi.Clar.ibi. vbi etiam dicit,ꝙ gibboſus non poteſt torqueri, & ideò ei pœna commutari debet. Similiter hermoſus torqueri non poteſt,vt ibi. idem.

pro. pupillus quicquid videt,ignorat.l.1. C.de fal.mone.l. pupillus.ff.de acquirend.hæreditat. idem.

pro. pupillus ſine tutoris auctoritate poteſt facere conditionem ſuam meliorem,non deteriorem.§.j.inſti.de auct.tut.

pro. pupillus naturaliter obligatur.l.1.ff.de nou. idem.

obiec. contra de l.pupillus.ff.de act.& ob.vbi pupillus nec mutuam quidem pecuniam accipiendo cum auctoritate tutoris naturaliter obligatur.

Sol.diſtingue,quando pupillus eſt infans,tunc nec quidem naturaliter obligatur.d.l.pupillus.rō eſt,quia non habet conſenſum: quando verò eſt proximus pubertati.tunc quia doli capax eſt,ſine tutoris auctoritate naturaliter obligatur,vt hic. ita ſentit gl.& doc.communiter,in l.pupillus.ff.de reg.iur.vel aliter ſolue,quandiù pupillus eſt,nec naturaliter obligatur:factus verò pubes & locupletior,naturaliter tenetur:quia ſi ſoluat,non repetit.l.naturaliter.in fi.de cond.ind. idem.

pupillus teſtari non poteſt de iure communi, etiam ad pias cauſas. licet ſit proximus pubertati. com.dicit in §.teſtamentum.q.5.ver.hinc refertur. P.Fich.

Pupillus ſine tutoris auctoritate intra 14.ann.non poteſt ꝯhere ſocietatem,vt habetur in l.1.C.pro ſoc.& not.Capr.cōſ. 17.n.3.quia quicquid videt,& quicquid audit ignorat.l.fi.cir. fi.ff.rem pu.ſal.fo.l.fi.ff.de iu.& fa.ign.& l.2.ad fi.C.de fal.mo. & hoc habet locum non ſolùm in ſocietate expreſſa, verum & tacita,vt deducit Craue.conſ.286.n.1. idque interpretatur & limitatur non procedere vbicunque pupillus poſt finitam ætatem pupillarem ratificaret talem ſocietatem. tunc.n.validatur ſocietas iſta interueniente ratihabitione,ſec.Bal.in add. ad Bart.trac.de duob.fra.ſimul hab.quem ſequitur Alex.conſil.49.vol.1.& Crauet.d.conſ.286.n.2.Amplia primum iſtam concluſionem ita declaratam, ꝙ pupillus ipſe minimè poteſt facere teſtamentum.l.qua ætate. ff.de teſta. imò nec pupillus miles poteſt teſtari,vt eſt tex.mirabilis,& formalis in l.fi.C.de teſt.mili.per quem tex.determinauit eleganter & doctè Ang. in l.ſi quæramus. ff.de teſta. quod ſi ſtatutum diſponat, ꝙ pupillus poſſit facere teſtamētum,huiuſmodi ſtatutum non valeat,per d.l.fi.& eum ſequitur ibi Io.de im. licet aliter dixerit Bar.ibi,& malè & malitia,quò ad hoc non ſupplet ætatem,adeò quod pupillus etiam doli capax,non poteſt condere teſtamētum.l.fi.C.de reſt.min.& ibi per doc.& per Barb.c.Raynutius.de teſta.iſtud procedit,etiam ſi pupillus velit ad pias cauſas teſtari,vt per Bart.in l.1.q.2.C.de ſacroſan.eccle.Iaſ.in l.reſcripta.C.de prec.imp.off.& Dec. poſt alios ibi congeſtos per eum in l.pupillum,n.5. ff.de reg.iu. & iſtam ait eſſe cōem opi. Abb.in rub.n.9.de teſta.Sed hoc fallit, qñ pupillus doli capax ex Principis, licentia, ſeu indulgentia faceret, teſtamentum, quippe quod princeps pupillo doli capaci poteſt dare, pariter ac concedere teſtamenti factionē,vt per Bar.in l.ſi quæramus. ff.de teſtib.Alex.in memorata l.fi. cum allegatis per iaſ.in d.l. reſcripta.in fi.& Dec.d.l.pupillum circ.fi.ff.de reg.iur.Fallit etiam quotieſcunque pupillus doli capax, in euentum motis, donando diſponeret de bonis ſuis ſub cōditione,ſi ipſe deceſſerit in pupillari ætate,& ſimiliter confirmaret talem diſpoſitionem iuramento,tunc quidem exploratum eſt talem diſpoſitionem valere vt per Bart.Alex. cæteroſq; doc.l.qui iuraſſe. ff.de iureiu.& iaſ.poſt Bart.in auth.ſacramenta puberum. C.ſi aduer.ven.iſta eſt cōis opi.vt ſcribit Dec.d.l.pupillum,quæ ꝑfecto cōis comprobatur iſta ratione, quoniam aſtringitur etiam talis impubes religione iuramenti.l.fi.ff.de lib.cau.c.paruuli.22.q.5.Abb.conſ.108.lib.2.Barb.c.quia ingredientib.de teſta.& Paul.Caſt.conſ.212.lib.1.Ampliatur ſecundo loco,ꝙ pupillus neque poteſt eſſe Notarius,ſec.Bald.d.l.impuberem. ff.de falſ.in prin.& Dec.l.2.§.item impuberes.n.9.ff.de reg.iu. Ampliatur tertiò quòd impubes,neque Iudex eſſe poteſt l.cū prætor.§.non autem.ff.de iudi.& not.Marant.tract.iudicio.6. par.n.98.& Dec.in l.fœminæ §.item impuberes.n.2.ff.de reg. iur.Ampliatur quartò,quòd pupillus ipſe regulariter accuſare non poteſt propter carentiam rationis,& intellectus.vt l.1. & 2.ff.de accuſ.not. Bart. l.2.§.pupillus. in princip. & in l.qui accuſare. n.4.ff. de accuſ. ideo accuſatio facta ab iſto pupillo, & ab aliis perſonis inhabilibus, eſt nulla ſi excipiatur, vt per Bart.in l.1.§.accuſationem.ff.ad Turp.Alex.in l.in prouinciali §.fi.ff.de nou.oper.nunt.Aret.in c.1.de iudic.vbi Abb.Imo. & Saly.in l.clarum.C.de auct.præſt.Sed hoc fallit non habere locum in adulto & minore 20. annis. tunc licet ſit minor 25. poteſt accuſare,vt voluit Bar.in l.1.ff.de accuſ.cuius opin.aſſerit eſſe cōem Abb. & Augu. Beroius in c.1.de accuſ.nu.50.& ſeq. vbi eam comprobat optimis rationib. Fallit etiam quod pupilli accuſatio non eſt prohibita in crimine læſæ maieſtatis adulterij.& defraudatæ annonæ ſecund. Ang. in tract.de malefic.in verſicul.& ad querelam Titij numero 39.Ampliatur quintò quòd pupillus minimè habet legitimam perſonam

ſtand

ſtandi in iudicio, vt latè per abb. in c. fi. de confeſ. ſextò & vltimò loco, ꝙ pupillus & infans, q caret omni intellectu, vt quia ſit duorum vel trium ann. non poteſt cum auctoritate tutoris acquirere poſſeſſionem, nam furioſo æquiparatur. l. j. ff. de bo. poſ. infan. fur mu. ratio eſt, quia cùm omninò careat intellectu, non poteſt per tutorem ſuppleri. l. ſed & ſi manente. ff. de precar. idemque videtur concludendum in furioſo, qui non poteſt cum auctoritate curatoris. ſed debet ipſe ſolus tutor, ſiue ſolus curator gerere, & acquirere poſſeſſionem. ſi autem ſit pupillus, qui non careat omninò intellectu, vel infans, vt quia ſit 5. vel 6. ann. & per conſequens fari & loqui poſſit, tunc iſte bene poteſt acquirere poſſeſſionem cum tutoris auctoritate, quia habet aliqualem intellectum. qui poteſt per tutorem ſuppleri, ita loquuntur. l. quamuis. §. infans. ff. de acq. poſ. & ad hoc bene fa. tex. §. pupillus. inſt. de inut. ſtip. & iſta opi. com tenetur per Bart. Ang. Im. Rom. Paul. de caſt. & Mod. in l. 1. ff. de acq. poſ. & ita ē tenet Pau. de caſ. l. pupillus. per gl. ibi. ff. de acq. hær. & Iaſ. atteſt. de cōi. in l. 1. §. 1. n. 17. ff. de acq. poſ. F. Viuius.

quāuis pupillo, vel minori, tutoris, aut curatoris culpa currat tempus inſtantiæ, aduerſus tamen ipſos tutorem & curatorem, ad id quod ipſius pupilli, vel minoris intereſt, competit actio. ꝙ ſi tutor & curator, ſoluendo non fuerint, tunc pupillo, & minori, contra lapſum inſtantiæ, datur in integrum reſtitutio. vt tenuit Caſſad. deciſ. 5. de app. & clarè probat tex. in l. properādum. §. illo. ver. hæc autem omnino. C. de iud. vbi Pau. caſt. & alij cōiter hoc tradiderunt. hincque annotandum eſſe voluerūt, ꝙ tpſ iudiciale, vt puta, inſtātiæ, cāæ principalis, & appellōis, ac tpſ ad appellan. à iure ↄceſſum currat ipſo iure ↄ tex. in l. fi. C. de temp. in int. reſt. q locū hēt in aliis tpib. Tur.

Pupillus ex propria ſignificatione vocabuli, non dicitur decedere inteſtatus, ſecùs tamen, ex communi vſu loquendi. Boer. in conſue. Bitu. rub. des couſtumes concernans les teſtaments. §. 4. com. dicit ex Bart. conſ. 138. B. Villal.

Purgatio moræ non admittitur in caſu l. ſi quis maior. C. de tranſac. Dec. conſ. 453. nu. 12. com. dicit. idem.

pupillus ſiue impubes, licet quidem ad pias cauſas teſtari poſsit. l. qua ætate. ff. de teſta. c. ſi pater. e. tit. lib. 6. idque procedat etiam ſi ſagax ſit, & malitia ſuppleat ætatem. Im. c. quia ingreſſa. e. tit. tamen ſi ſtatuto induceretur quod talis pupillus ſagax teſtari poſsit, contra Petr. de anch. d. c. quia ingreſſa. teſtamentum valeret, quia ſtatuto talis defectus tolli poteſt, vt voluit Bart. in l. ſi quæramus. ff. e. ti. quod ibid. ſequitur Ange. per id quod habetur in l. ſi. C. de teſta. mili. cum quib. docto. communiter tranſire refert Bened. Capr. reg. 103. nu. 30.

Pupillaris ſubſtitutio, vide j. Subſtitutio.

pupillus in cauſis ciuilib. regulariter agere, ſed in criminalib. accuſare non poteſt gl. in ver. alieno. l. 2. C. qui accuſ. non poſ. & ibi. Bal. n. 15. ver. ſed an poteſt accuſare. Sal. n. 2. ver. quęro an pupillus. vnde ſi iniuriam ſuam aut ſuorum non proſequeretur, etiam cum curatore non poſſet in iudicio ſtare, & proceſſus eſſet nullus. Bald. in rub. n. 3. & 5. eodem allegans l. 2. ver. pupillis ex conſi. ff. de accuſ. Et hanc com. opi. doct. eſſe ſcribit Seb. Vant. in ſuo egregio tract. de nullit. proceſ. ac ſent. c. de nullitat. ex defectu inhabilitatis. n. 35. & 36. vbi ipſe hanc regu. & doctr. eruditè explicat. quam antea Bart. d. l. 2. d. §. pupillis. adhibitis diſtinctionib. explicauerat. Kirchouius.

Pupillus propter defectum ætatis non poteſt teſtificari in criminalib. ſed pubesfactus, bene poterit de his teſtificari quę vidit in pupillari ætate. com. opi. dicit Calc. conſ. 110. n. 8. ver. nec obeſt. Ign. in l. excipiunt. nu. 37. ff. ad Syll. Cla. d. §. fi. q. 24. ver. vidi quandoque. intellige ſi teſtificetur de rebus quas vidit cùm eſſet proximus pubertati. vt com. opi. dicit Alb. de teſtib. 1. part. §. videndum eſt. nu. 11. item limita modò ferat teſtimonium de his rebus quas eo tempore intelligere poterat, alias ſecùs. Clar. ibi. P. Fich.

pupillo vel infante decedente hereditate non adita, licet eius hæres poſſet reſtitui aduerſus aditionem omiſſam ex clauſula generali, ſi qua iuſta cauſa eſſe videbitur, &c. cùm in articulo mortis læſus fuerit per l. pantonius. ff. de acq. hære. illud tamē procedit ſi tutori nulla poſſit imputari negligētia, aliàs beneficium d. reſtitutionis ceſſabit. cū non ſubſit æquitas, cuius ratione reſtitutio datur. l. 1. ff. de in int. reſti. cumque plenè hæredi minoris contra eius tutorem aliàs conſuli poſſit. Pau. de caſt. in l. fi. C. ſi aduer. ven. pig. Et hanc receptam doct. ſent. eſſe ex multis authorib. vlteriori adiecta probatione probat Rol. à Valle, conſ. 10. nu. 18. cum ſeq. 2. Tom. conſ. kirch.

pupillo non habenti tutorem poteſt ad litem curator decerni. l. curator. & ibi gl. ff. de tut. & cur. da. ab his. ſumpto arg. à contrario ſenſu. Balb. deciſ. 124.

pupillam tutor vel curator carnaliter cognoſcens, punitur pœna deportationis & confiſcationis omnium bonorum. com. opi. dicit Ant. Gom. ſuper l. 80. Tauri. nu. 24. tex. in l. vnica. C. ſi quis eam. cuius tut. fuer. refert Clar. lib. 5. ſent. §. fornicatio. ver. cùm pupilla. P. Fich.

Pupillus infante etiam maior ſine tutore in ius vocari nequit. com. dicit Alex. in l. nec impuberes. ad fi. ff. de in ius voc. magis cōe pronunciat meus iuris doctor Ar. Pin. l. 1. par. 2. C. de bon. mat. tradit de eo multa Viuius lib. 1. opi. 253. E. Suar.

pupillus pubertati proximus iureiurando obligatur. cōe aiunt Dec. in l. pupillū. n. 3. ff. de reg. iu. Io. Dil. de art. teſt. cau. 5. nu. 2. Ant. Gom. de contrac. c. 14. n. 18. ver. quod extende. ſed contrariam opi. affirmat magis com. And. Alc. à quo ſto, in c. cum contingat. n. 144. de iureiur. eaque de re latè alibi. idem.

pupillus inteſtatus mori haud propriè dicitur, quamuis ex frequenti loquendi vſu dicatur. cōe inquit Boer. in conſ. Bitu. rub. des couſtumes concernans les teſtaments. §. 4. idem.

pupillus in cauſis criminalib. accuſare non poteſt, niſi ſuam aut ſuorum iniuriam proſequatur. etiam cum curatore, quia proceſſus eſſet nullus. vt eſt com. opi. Chirc. in ſuo commun. concl. cent. 4. concl. 2. Bonac.

pupillus & pubes poteſt iuramento obligari, & inuiolabiliter tenet obſeruare, quod iuramento promiſit, alias eſt periurus. vt eſt com. opi. de qua abb. conſ. 39. nu. 1. vol. 1. idem.

pupillus propter defectum ætatis non poteſt teſtificari in criminalib. ſed pubes factus benè poterit teſtificari de his, quę iam vidit in pupillari ætate, vt eſt com. opi.

intellige, ſi teſtificetur de rebus, quas vidit, cum eſſet proximus pubertati, vt eſt com. opi. item intellige. dummodo ferret teſtimonium de his rebus, quas eo tempore intelligere poterat. alias ſecus. Clar. q. 24. ver. vidi quandoque. idem.

pupillam tutor, vel curator carnaliter cognoſcens punitur pœna deportationis & confiſcationis omnium bonorum, vt eſt com. opi. Cla. § fornicatio. ver. cum pupilla. idem.

Purgatio canonica indici non pōt, niſi ex cā à iure approbata. id eſt vel propter infamiam publicā, vel propter vehementem ſuſpicionem, quæ contra reum ſit, aut penes ſuum epm, aut penes, alios. ita vt poſsit timeri de ſcandalo, vt eſt comm. opin. D. Hier. Gabr. conſ. 178. nu. 34. idem.

# COMMVNIVM OPINIONVM,

## SIVE IVRIS VTRIVSQVE RECEPTARVM

Sententiarum, ex diuerſis Authoribus collectarum,

## *LIBER XV.*

## Q

QVadragenalis præſcriptio omnem actionem excludit. c. ad aures. ext. de præſcript. Bellon.

P R O. Quadrimeſtre tempus datur laico ad præſentandum, eccleſiaſticæ autem perſonæ ſemeſtre. capitulo primo. §. finali. de iurepatronat. libro ſexto. idem Bellon.

P R O. qualitas iuncta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxal. idem.

Qualitas poſita in accuſatione, vel inquiſitione, debet neceſſariò probari aliàs etiam ſi probetur delictum ſine illa qualitate, nihilominus inquiſitus eſt abſoluendus. V. g. Si fuerit deductum quòd Titius fecit occidi hominem Chriſtianum per



per aſſaſſinos. licet probatum fuerit homicidium, tamen ſi illa qualitas chriſtiana non fuerit probata, debet ſequi abſolutio, fuit notab. deci. Io. And. in c. 1. de hom. in 6. quod eſt com. approb. ſec. Alex. conſ. 166. videtur fortaſſe. in n. vol. 7. & faciunt multa ad hoc, cumulata per Hypol. in l. ſi quis ne quæſtio. ff. de quæſt. vide in ver. delinquens. M. Chæria.

qualitas quando eſt fundamentum intentionis, non ſolùm ſufficit probare intentionem, ſed etiam qualitas eſt probanda. Cur. iu. conſ. 24. nu. 11. com. dicit. B. Villal.

pro. quæ de nouo emergunt, nouo indigent conſilio. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de inter. act. l. 1. ff. de ven. inſpi. c. nulli. de elect. in 6. Bellon.

pro. quæ res pluris eſt, vtique tanti eſt. l. cum furti. ff. de in lit. iur. idem.

pro. quæ depoſitis rebus accedunt, depoſita non ſunt. l. 1. §. quæ depoſitis. ff. depo.

pro. quæ differunt ſecundum plus & minus, non differunt genere, ſed ſpecie. l. fi. ff. de fun. inſtr. leg. l. ſcapham. ff. de euic.

pro. quæ dubitationis tollendæ cauſa contractib. inſeruntur, ius commune non lædunt. l. qui mutuam. ff. mand.

pro. quæ eodem tempore confirmantur, ſimul fieri videntur. l. 2. C. de teſt. tutel. idem.

pro. quæ in præfationibus dicuntur, in ſequentibus repetita intelliguntur. l. Titia §. idem reſpondit. ff. de ver. ob. l. item quia. §. fi. ff. de pact. l. quoties. C. fam. ercis. §. præterea. inſtit. de inut. ſtipu. can. apoſtolus. 32. q. 7. idem econtrario dicendum, vt in c. egreſſus. 27. q. 2. idem.

pro. quæ incōtinenti fiunt, ineſſe videntur. l. iuriſgentium. §. quinimò. ff. de pac. l. lecta. ff. ſi cer. pe. idem.

pro. quæ inducuntur ad augmentum, non debent operari diminutionem. l. legata inutiliter. ff. de leg. j. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. idem.

pro. quæ natura ſui dominio noſtro exempta ſunt, in obligationem deduci nullo modo poſſunt. §. 1. inſtit. de inuti. ſtip. idem.

pro. quæ non proſunt ſingula multa iuuant. l. inſtrumenta. C. de prob. l. ſi plures. in fi. ff. de pac. idem.

obiec. contrà de l. vnica. C. qui num. tut. ſe excu. vbi econtrario, quæ non proſunt ſingula, nec multa iuuant.

Sol. dic, ꝙ quando plura tendunt ad fundandum diuerſa, tunc contrarium procedit, quando autem tendunt ad perficiendum vnum totum, tunc procedunt iſta iura hic.

obiec. item contrà d. l. ſancimus. §. ſi quis autem. C. de don. & l. ſi idem. ff. de iur. om. iud. vbi non admittitur coaceruatio ſingulorum.

Sol. hæc regula procedit in fauorabilibus, ibi in odioſis.

pro. quæ pater ſtudiorum cauſa filio ſubminiſtrauit, in legitimam non imputantur. l. quæ pater. ff. fam. erc. idem.

pro. quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt. l. quæ religioſis. ff. de rei ven. idem.

pro. quæ ſpeciali nota egent, niſi ſpecialiter exprimantur, pro neglectis habentur. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniu. c. quamuis. de præb. lib. 6. idem.

pro. quę ſunt contra bonos mores, ſunt impoſſibilia de iure. l. ſi filius. ff. de cond. inſtit. idem.

pro. quæ ſunt temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum. l. purè. §. fi. ff. de dol. mal. excep.

pro. quæcunque poſt litem conteſtatam contingunt, arbitrium iudicis deſiderant. l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de ædil. edict. idem.

pro. quædam permittuntur extra iudicia, quæ in iudiciis non permitterentur. l. ſeruum. & l. mutus. ff. de proc. idem.

pro. quædam poſſum per me, quæ per alium non poſſum. l. poſt mortem. §. 1. ff. de adop. l. 2. C. de his qui ven. æta. impet. auth. ad hæc. C. de iud. l. pen. cùm auth. ſeq. C. de proc. l. at qui natura. §. cùm me. ff. de neg. geſt. §. ſed neque. in auth. de ſanct. epiſc. idem.

Quælibet cauſa, etiam iniuſta, excuſat à delicto, dolo & pœna. dicit gl. in l. plagij. ver. iuſta. C. ad leg. Flaui. de plagia. quam dicit eſſe communiter approbatam ioann. de Amic. conſ. 84. nu. 5. Boer. deciſ. 168. nu. 11. Soc. iu. conſ. 45. num. 16. Hanc etiam dicit eſſe communem regulam Deci. conſ. 170. num. 2. verſ. vltimo non obſtat. refert Gratus conſ. 38. nu. 12. libr. 2. iaſo. in l. ſi quis id quod. nu. 35. ff. de iur. om. iud. Cur. iu. in l. 1. nu. 6. ff. quod quiſque iur. Blanc. in prac. crim. nu. 6. Boſ. in tit. de decreto Mediolan. nu. 19. ꝙ ita dicunt omnes qui ad pauca reſpiciunt. Clar. tamen ita diſtinguit. aut loquimur in delictis, in quibus dolus eſt de ſubſtantia, vt eſt falſum, periurium & ſimil. & tunc ſiue cauſa iuſta ſit, ſiue iniuſta, excuſat: nam videtur ceſſare animus delinquendi. aut loquimur de delictis in quibus dolus non eſt de ſubſtantia, & tunc cauſa iniuſta excuſat quidem à dolo, ſed non à culpa. ideoque punitur pro culpa, non pro dolo, ſed ſi iuſta ſit cauſa, excuſat etiam à dolo. ita ſecundum omnes diſtingui debere atteſtatur Bald. d. l. plagij. nu. 2. C. ad l. Fla. de plag. Clar. d. lib. 5. §. fi. q. 60. ver. & generaliter. P. Fich.

quælibet cauſa, etiam iniuſta excuſatur à delicto, dolo & pœna, vt eſt com. opi. quam recipit Clar. q. 60. ſub diſtinctione. Nam aut loquimur in delictis, in quibus dolus eſt de ſubſtantia, vt eſt falſum, periurium, & ſimil. & tunc ſiue cauſa fuerit iuſta, ſiue iniuſta excuſatur. Nam videtur ceſſare animus delinquendi. aut loquimur in delictis, in quibus dolus non eſt de ſubſtantia. & tunc cauſa iniuſta excuſatur quidem à dolo, ſed non à culpa. ideoque punitur pro culpa, non pro dolo, ſed ſi iniuſta ſit cauſa, excuſatur etiam à dolo, vt eſt com. opi. de qua ibi Clar. Bonac.

Quæſtio incidens. Si quæſtioni & cauſæ ſummariæ, vt eſt executio iudicati, incidit alia quæſtio non ſummaria, vt eſt quæſtio proprietatis, tamen debebit quæſtio illa incidens ſummariè decidi, ſicut principalis, ſecundum doctor. communiter in l. à diuo pio. §. poſt aditam. ff. de re iud. Balb. deciſio. 29.

Quæſtio mutata. Si quæſtio ſpiritualis incidat in prophanam, iudex ſecularis de ea cognoſcere non poteſt. c. tuam. extra de ord. cogn. c. lator. ext. qui fil. ſint legi. ſecundum Bart. in l. 2. ff. de iur. om. iud. Pau. de Leaz. in cle. 1. de vſur. Archi. in c. plerique. 4. q. 3. & Panor. in c. cum ſit generale. ext. de fo. com. & hoc ſi ſit quæſtio iuris, ſi autem facti, tunc bene cognoſcet, ſecundum Bart. & Sandilia. in l. omni. C. de ſacroſ. eccleſ. in l. Titia. §. vſuras. ff. de lega. 2. licet Bald. in d. l. omni. contrarium ſentiat. Balb. deciſ. 363.

Quæſtio dominij relata. Etiam agenti condictione ex l. ſi quis conductionis. tit. C. loca. ſeu poſſeſſorio recuperandę, poteſt referri quæſtio dominij, quando eſſet notorium ipſum agentem non habere ius: imò conuentum per caſum notabilem, cum gl. in ver. præſumitur. c. ad decimas. de reſtit. ſpol. in 6. & c. ſignificantib. ext. de diuor. idem in caſu c. literas. ext. de reſtit. ſpol. & c. 1. eo. tit. Et certis aliis caſibus, de quib. per doc. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſ. Balb. deciſio. 498.

quæſtio facta potius quàm iuris que, & quando dicatur: vide tex. in l. idem erit. ff. de ſta. hom. & quæ ſcribit Bar. in l. ſi arrogator. col. 10. lec. 2. ff. de adop.

Quæſtio ſeu tortura non eſt danda, vbi non venit pœna corporis imponenda. vt eſt communis opi. Soarez verſ. quæſtionibus. nu. 1. Et iudex, qui iniuſtè aliquem torquet, pœna eſt ei capitis, vt eſt communis opinio. ibi. numer. 2. ſed hodie vech. pluribus iudicibus, quia ſine capite remanerent. Bonacoſ.

Quæſtionibus, nec locus eſt, vbi pœna corporis imponenda non eſt, nec item cùm aliter probari delictum poteſt. communia inquiunt Did. à Couar. in pract. quæſt. 23. & qui latiſſimè ex receptis ſententiis ſcribit quando & vbi quæſtiones procedant. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 64. per totam. ſi quis autem iudex aliquem quæſtioni iniuſtè ſubiecerit, pœnam capitis luet. commune proferunt Hipp. in l. quęſtionis modum. numero ſeptuageſimotertio. ff. de quæſtionib. & in practic. §. expedita. numero 87. in fin. Iulius Clarus, qui plures refert, & rectè atque accuratè totam hanc rem explicat in d. quæſt. 64. E. Suarez.

Qualitas, quæ alicui fundamentum intentionis eſt, ab eo neceſſe eſt probetur, nec ſatis erit ipſammet intentionem ſolam probari. commune dicit Curtius iunior. in conſilio 124. numero vndecimo. Quin & qualitas ſeu facto ſeu delicto in accuſationis libello adiuncta, niſi manifeſtò probetur, quamuis delictum ipſum ſimpliciter probetur, condemnatio procedere nequit. commune aiunt Roman. in conſilio centeſimo decimo. & conſilio centeſimo ſeptuageſimoſecundo. Alexand. in conſil. 166. videtur fortaſſe. ad fin. libro ſeptimo. Hippol. in conſil. 7. & qui rectiſſimè hoc explicant, tunc demum proceſſurum, cum qualitas illa adiuncta delictum alterius generis reddit, Anton. Gomez. de delict. cap. 6. nu. 7. Iul. Clar. cum quamplurimis, in pract. §. vlt. quæſt. 66. ver. ſed quid ſi pro parte. E Suarez.

Qualitas in diſpoſitione poſita, ſemper verificari, & attendi debet. l. nonnunquam. ff. ad Treb. Et debet etiam probari, iuxta tradita communiter in c. 1. de homic. lib. 6. & tradit Bar. in l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flum. publ. & ponit Deci. conſ. 356. in cauſa dominæ Mariæ. nu. 4. cum concordantib. vt per Pariſ. in conſilio 17. potuit abſque dubio. numer. 28. volu. 1.

& vo

& voluit Soci.iu.conſ.159.magnifica.comitiſſa.nu.22.vol.2. & in conſ.40.nu.8.vol.4.com.dicit. E.Muſcul.

Qualitate delicto adiecta non probata, licet delictum probatum ſit, ſi talis ſit qualitas, vt propter eam varietur effectus condemnationis, tunc pendente iudicio debet fieri detractio illius qualitatis, ad hoc vt poſſit ſequi aliqua condemnatio, alias ſi qualitas ipſa non fuerit probata, reus totaliter abſoluendus eſt, ſecun.theoricam Bart.in l.denunciaſſe. §.quid tamen.nu.2.ff.de adult.quam tenent communiter docto.vt ait Corn.conſ.197.lib.2.Marſ.in pract.crim. §.quoniam, nu.52. & ſeq.Soc.iu.conſ.36.nu.2.libr.2. Menchiac.controuerſ.vſu frequent.c.36.nu.12.ſed quicquid ſit de iure.contrarium ſeruatur de conſuetudine, vt ſcilicet non probata qualitate, reus tamen condemnetur de principali delicto, de quo eſt conuictus. & ita communiter ſeruari atteſtatur Bald.in l.2. C. de prob.quem refert Anan.in c.continentiam.nu.5. de cler.percuſ.& Blanc.in prac.crim.num.76.& ſeq.& in ſpecie in curiis Delphina.ita ſeruari atteſtatur Guid.Pap.deciſ.853.& ita pluries ſe vidiſſe ſeruari, quicquid dixerit Signoro.conſ.245. nu.14.dicit Clar.d.§.fi.q.66.ver.ſed quid. P.Fich.

qualitates in lege vel ſtatuto expreſſæ, omnes, verificari debent, ad hoc vt imponi poſſit pœna illius legis, vel ſtatuti, ſecundum doctrinam ioan.And.in c.1.de homic.in 6.quam dicit eſſe ab omnibus approbatam Tortus inter conſil. Ant. de Butr.conſ.vlt.nu.1.in fi.Clar.d.lib.5.§.fi.q.85.verſ.vbi agitur. P.Fichard.

qualitates in libello accuſatione vel articulis probatoriis adiectæ alterantes actionem vel delictum intentatum, vel quę neceſſario ſunt apponendæ, debent probari, aliàs ſecus. Et primo caſu procedit opin.Specu.tit.de libel.concept.§.ad huius. ver.& in ſum.Archi.in c.2.de teſti.Bar.in l.diuus.ff.de re iudi. Cyn.& Iac.de Are.in l.2.C.de prob.gloſ.in cle.fi. de reſcript. Panor.in c.auditis.extr.de præſcript.qui noluerunt tales qualitates neceſſario probandas.in ſecundo caſu opi.gl.in c.2.extra de præſcript.& Bal.in l.1.C.de condi.ind. & quod colligitur ex tex.iuncta gl.l.ſcio.§.ſed illud.ver.quid ergo.ff.de ap.ita etiam tenet Panor.d.c.2. Balb.deciſ.223.

PRO. Qualitates intrinſecæ præſumuntur: non autem extrinſecæ, niſi probentur, gloſ.in cap.ſi fortè.de electio.in 6. Bellon.

qualitas requiſita à ſtatuto punieñ. aliquod factum, puta punieñ.defloraῆ.virginem honeſtam, ſi non probetur qualitas honeſtatis locum non habet ſtatutum, ſecund.comm.per Burſ.conſ.69.nu.4.nu.9.lib.1.

qualitas in inquiſitione poſita ſi non probetur, reus abſoluitur: iuxta communem per Burſ.conſ.94.nu.36. Et quando ſit fundamentum in iudicio ſuper aliqua qualitate, quæ non probatur, quale debeat eſſe officium iudicis in pronunciando? vide abb.in c.cum ſit generale. de for.compet. adde quòd qualitas quæ eſt fundamentum intentionis alicuius, ab eo probari debet.vt per Aret.in l.neceſſariis.col.penul.in fi. ff.de acquir.hær. caſtr.in l.pen.§.docere. ff.ne quis eum qui. & qui fundat ſe in diuitiis, vel paupertate, eam qualitatem probare debet. l.ſi verò. §.1. vbi gloſ. caſtr.& iaſo. ff.ſoluto matrimonio. Put.

qualitate delicti non probata de conſuetudine, condemnatur de principali delicto, de quo eſt conuictus.vt eſt com.opi. de qua Clar.q.66.ver.ſed quid.ex clauſula generali. non ſe aſtringens.& ex clauſula, quare petit pro prædictis & quolibet eorum,&c. & ex clauſula ſuper quib. omnibus in libello, vel inquiſitione contentis.Clar.ibi. Cherian.in ſuo com.opi.ver. qualitas.Rol.à Valle conſ.11.nu.4.volu.3.vbi dicit, ꝙ ſi in inquiſitione deducitur aliqua qualitas, vt ſequatur condemnatio, ſi ea non probatur, abſolutio ſequi debet. Et maximè, quando ſuper tali qualitate eſt principaliter intentio inquirentis, vt eſt com.opi.niſi confeſſus ſit omnia & ſingula, in inquiſitione contenta fuiſſet, & eſſe vera. Pau.de caſtr.in l.ſi cui ſerui.§.1.n.4.ff.de leg.1.& pro euitandis diſputationib.hodie in accuſatione apponũtur iſtæ clauſulæ Non ſe aſtringẽs.Fel. in c.ex parte.nu.46.ver.reſtringe ſecundò ver.quarta ſolutio. Et clauſula ſaluo iure. & clauſula deducens,&c. quæ operantur, vt ſiue ſit probata qualitas, ſiue non, ſemper requiritur condemnatio.Blanc.in pract.crim.fol.52.nu.100.Nouel.reg. 164. vbi quando ſit probanda, vel non probanda qualitas. Duen.reg.18.Guid.Pap.q.553.Pariſ.conſ.152.in 4.numer.1. Corn.conſ.197.in 2.Rom.conſ.110.Marſ.ſing.187.& not.ꝙ inquiſitor non arctatur ad probationem qualitatis, nec poteſt ſe ad hoc aſtringere in præiudicium reipublicæ. quam opi.tenet Bal.conſ.152.in fi.vol.2.& dicit eam ſequi bonos aſſeſſores, & de facto ita eſt, ꝙ inquiſitores non ſe aſtringunt ad omnia, ſed inquirunt de ſingulis, ne delicta in aliquo remaneant impunita. Bonac.

Qualitas doli à lege requiſita à fiſco, vel accuſante eſt probanda.com.eſt opi.Burſ.conſ.95.nu.35.idem ſi in inquiſitione.Burſ.conſ.94.nu.36.& conſ.20.n.11.Soarez.ver.qualitas. nu.5.vide tamen poſtea. idem.

qualitas inhærens perſonæ principalis pœnam auget in auxilium præſtante.vt eſt com.opin.teſte Sal.in l.vnic.nu.26.C. de rapt.virg quem refert & ſequitur D.Octauia.Vulpel.tract. de pace.q.42.in 3. idem.

qualitas ſtatuti etiam criminalis eſt articulanda & probanda, ſiue quis agat, ſiue excipiat, vt eſt com.opi.vt per Plot.in l. ſi quando.nu.354.& 355.ad fi. C.vnde vi.& communiorem dicit D.Lauren.Occa Ferrar. conſ.60. inter conſ.crim.tom.2. vbi dicit, ꝙ teſtes in criminalibus debent eſſe omni exceptione maiores. Et iſta qualitas eſt probanda, & articulanda. D. Hercul.de negatiua.nu.155.Soc.conſ.57. nu.8.vol.3. Tiraq. de retract.§.8.in gl.7.num.1.Moron.de fide, treuga & pace.q. 168.nu.8.Perſonalis in tract.quor.bon.nu.546.fallit ſi in fine accuſationis petitum ſit reum condemnari ſecundum formam iuris & ſtatutorum.Nam videntur deducta omnia iura, ex quibus reus poteſt puniri, & ſit ſimplex delictum, etiam ſine qualitate.Fel.fuſius c.ex parte.nu.46.ver.tertia declaratio. de reſcript. idem.

qualitas quando eſt fundamentum intentionis, non ſolum ſufficit probare intentionem, ſed etiam qualitas eſt probanda.Cur.iu.conſ.124.nu.11.com.dicit.Soc.iu.in ſuo com.opi. verſ.qualitas.vbi com.dicit. D.Brunorus à Sole in vnico ſuo conſ.nu.91. vnde ſi dicit, quòd aliter veritas haberi non poterat hoc habet probare, vt eſt communis opinio.vt per eum. idem.

pro. Quandiu quis viuit, acquirere poteſt. l.ſi creditores. ff.quæ in frau.cre. Bellon.

pro. quando à lege certa & expreſſa eſt ratio, illa ſola eſt inductiua & finalis, non alia quælibet: iſtam reg.ponit Bart.in l.non ſolùm.§.morte.col.6.ff.de no.ope.nun.

PRO. Quando agitur de peccato ſeu periculo animæ, ius canonicum ſeruatur in vtroque foro ciuili & canonico. in capit.nouit.extrà de iud. gloſ.in regul. malæfidei poſſeſſor. de reg.iur.in 6.

pro. quando aliqua qualitas vel circunſtantia in aliquo actu deſideratur, arbitrio iudicis eſt relinquenda.l.1.ff.de iure delib.l.Quintus.ff.de annuis legatis. idem.

pro. Quando aliquid lege canonica eſt clarè deciſum: de iure autem ciuili dubium eſt relictum, lex canonica ſeruatur in vtroque foro, ciuili & canonico, hanc regulam tradit Pan. in c.1.ext.de nou.oper.nunt. Bellon.

pro. Quando aliquid prohibetur fieri directo, prohibetur & per obliquum.in l.ſi ſponſus, ff.de don.inter vir.& vxor.§.2. inſtit.de her.inſtit. idem.

PRO. Quando alicuius deciſionis certa redditur ratio, pro ſpecialiter expreſſa habetur.gloſſ.& ibi Docto.in l.quamuis C.de fide.

pro. Quando allegatur impedimentum, & quis in cauſa ſit impedimenti, nõ venit audienus.l.2.§.ſi quis tῆ.ff.ſi quis caut.

pro. quando concurrunt, habens directum, & vtile: pręfertur qui habet vtile l.in cauſæ.§.fi.& l.procur.ff.de proc. idem.

pro. Quando concurrunt duæ cauſæ, vna naturalis, alia accidentalis, præualet naturalis. ff.de tut.in l.qui habent. idem.

pro. Quando diriguntur verba ad iudicem, expediri nobili iudicis officio res debet.iſta eſt doctrina gl.in l.ſi ſoror.C.de colla.quæ communiter approbatur. idem.

pro. Quando dubium eſt cui aliquid ſit attribuendum, vetuſtiora attribuimus.l.in finalibus. ff.fin.regun.§. ſingulorum inſtit.de rerum diuiſi. idem.

pro. Quando duo ſunt, quorum vnum ſine alio eſſe non poteſt, ſed ſublatum virtute remanẽtis perdurat.in l.ſi ita ſcriptum.§.regula.ff.de iniu.rupto teſtam. idem.

PRO. Quando duo iudicia ita ſe habent, quòd abſolutoria lata in vno patiat exceptionem rei iudicatæ, in alio, concurſus non admittitur.in leg.fundum Titianum, & leg. fundi. ff. de except. idem.

pro. Quando lex eſt ſpecialis, ratio autem generalis, generaliter lex eſt intelligenda, l. regula. §.ſi quis ius, vbi Bar. ff.de iur.& facti igno.in glo.in clem.1.de elect.in clem.vide textũ in c.porrecta.de confir.vtil.vel inut. idem.

pro. Quando non exprimitur in obligatione noua, quo genere actionis vtamur, condictione ex lege agendum eſt.l.vnic, ff.de condit.ex lege. idem.

pro. Quando plures vocantur ad eandem rem ſimpliciter. in dub



in dubio intelliguntur vocati viriliter. l.reos. §.cum in tabulis.de duob.reb.l.1.C.ſi plures vna ſent.con.fu. idem.

pro. quãdo quis alium facientem prohibere ex officio neceſſe habuit, id ipſe cõmittere non debuit.l.altius.ff.ſi ſer.ven.

pro. quando ſuperuenit cauſa tendens ad eundem effectum, licet ea exiſtente ab initio non valuiſſet diſpoſitio non vitiatur.l.debitor.de leg.2.

pro. quando vni competunt plura iura, vno ſublato alterum remanet: ſi enim vnum remittit, alterum remittere non dicitur.l.ſi domus.ff.de ſer.vrb.præd. Bellon.

Quandocunque, hoc verbum licet generale ſit, tamen intellectu iuris ſolummodò de tempore legitimo, videlicet 30. vel 40.ann.intelligitur.Hier.Cag.in l.2.de reſcind.vend.com. dicit.ſequitur dom.à Tauten.concl.70. B.Vil.

quantitas certa vt præſtetur à principio domino emphyteuſeos, pro primo ingreſſu, non eſt de ſubſtantia & forma contractus emphyteutici.com.dicit Clar.in §.emphyteuſis.q. 3. P.Fichard.

creditor confeſſus in diuerſis ſcripturis, ſe decem recepiſſe, talis confeſſio de diuerſis Quantitatibus intelligitur. eſt com.opi.ſecun.Alex.cõſ.4.circa primum. ver.quinimò plus. vol.1. M.Chærian.

quantitatis debitor quamuis ob incendium non liberetur, tamen ſi propter aliquam ſpeciem, quæ incendio intercepta ſit, quantitatem debeat, liberabitur, vt eſt Bart.doctrina in l. quod te mihi.nu.4.ff.ſi cer.pet. quæ frequenter interpretibus placuit. teſte Alex.nu.4. Iaſ.nu.15. ad illam eandem l. ac teſte etiam Deci.conſ.7.& Did.à Couar.lib.2.reſol.c.4.n.14. quod tamen exaudiri ac recipi ſolùm debet, quando ſpecies illa creditore inuito ſolui quantitatis loco poſſit quemadmodum verè reſoluunt ad illam met l. quod te mihi.Paul.nu.9. Alex. nu.5.Soc.nu.12.Iaſ.nu.15. E.Suarez.

quantitatem qui in diuerſis apochis ſe recepiſſe confitetur non de eadem, ſed de diuerſa quantitate exaudiri, intelligique debet.commune inquit Alex.conſ.4.circa primum.ver.quin imò plus.lib.1. E.Suarez.

pro. quanto quis præeſt melioribus & honeſtiorib.tantò ipſe melior & honeſtior eſt.§.1.in auth.de def.ci.col.3.Bel.

pro. quanto iuniores, tanto perſpicaciores. l.præcipiunt. ff.de ædil.edict.gl.in l.Gallus.in prin.ff.de lib.& poſth.

obiec. contrà de l. prouidendum. C. de poſtul. quia ſenes ſunt magis exercitati & doctiores, quam iuuenes adhuc rudes & tyrones.

Sol. licet vetuſtiores plus ſciant in arte cui ſtuduerunt, quàm iuuenes, tamen iuniores ſunt ſemper habiliores ad omne opus, ſtudium, ſeu miniſterium, quàm ſenes.

quarta quæ debetur arrogatis, non eſt aucta vſque ad trientem, quæ debetur legitimis & naturalib. iaſ.in l. ſi arrogator. nu.52.ff.de adopt.com.dicit. B.Villal.

quartæ trebellianicæ deductionis prohibitio inefficax eſt in liberis primi gradus, communis eſt ſec.Iaſ.in l.Marcellus.ff. ad treb.ſec.Io.Duran.in tit.5.caut.31.nu.4.refert tamen ibid. ꝙ Corſ.Alex.& Corn.dicant contrariam opi.eſſe comm.vide apud illum. I.Fich.

quartæ detractio tranſit ad hæredes. Bal.conſ.282.& 377. vol.3.& Io.Duran.in arte teſtan.tit.5.cau.31.communem dicit. B.Villal.

pro. quaſi & quodammodo, ſunt notæ improprietatis. l. patris & filij.ff.de vulg.& pup.ſubſt.§.igitur.inſtit.de pup.ſubſtit.l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.quandoque tamen dictio quaſi, eſt expreſſiua veritatis.l.mulier.§.fi.ff.ad treb.l.1. ff.ad leg.iul. de vi priu.vbi Accur. Bellon.

quarta falcidia licet ratione delicti, & ſi hæres cancellaſſet teſtamentum, ne legata præſtaret, aut ſi negaret rem hęreditariam eſſe, vt conuincatur de mendacio, non detrahatur.l.ſi tacitum.l.beneficio.l.hæreditatem.§.fi.ff.ad leg.Falc.ſecun.Vincent.& ioan.And.in c.Raynaldus.de teſta.& ibid.gloſ.ſi.id tamen intelligendum & accipiendum eſt, vt procedat in eo quod aufert vel quod acceſſit pœnæ nomine propter iudicis condemnationem, vt in illo non detrahatur falcidia.l.cùm pater.ff.ad leg.Falcid.vel propter ſpecialem affectionem, vt l.ſequen.eo.tit.ſecus autem ſi pœnæ nomine iuſſu teſtatoris relictum ſit, vt contradicentibus legatariis aliis reliquiſſet, quia non merè pœna eſt, ſed potius legatum. prout voluit Innoc. capi.Petr.& Abb.& d.c.Raynaldus. quod ſequitur ibid.ioan. And.ſecun.do.Anto.ibid. quia hæres poterit detrahere falcidiam ſecun.do.Nicol.ibid.quod communiter teneri ibid.nu. 3.refert Bened.

quartam falcidiam licet hæres non detrahat, niſi infra annum, à die monitionis per iudicem factæ, legata integraliter exoluat, imò omnibus emolumentis ex teſtamento priuatur. gl.in c.Raynaldus.in ver.legitimum. de teſta. & Bart.in auth. hoc amplius.C.de fideic.& c.ſi hæredes.de teſtam.c.nos quidem.eo.tit.& gl.in authen.de hæredi.& falc.§.ſi quis non implens.col.1.quod ita communiter teneri refert Bened.capra, reg.110.nu.22.id tamen inter alia fallit quando aliud tempus à teſtatore, intra quod voluntas eius explenda veniret, eſſet præfixum, nam tunc illud erit attendendum, argumento eorum quæ not.in l.ſtatulibero.§.hærede.ff.de ſtatulibe.l.fi.§.ſin autem.C.de iure deliber.prout voluerunt in d.c.nos quidem Anch.Im.do.Nicol. & communiter doctor. ſicut refert ibid. nu.28.Bened.capr.

quartam falcidiam vel trebellianam, licet hæres inuentarium conficiens regulariter detrahere poſſit auct.de hęredib. & falcid.§.ſi verò non fecerit inuentarium.col.1.id tamen inter alia fallit quando teſtator id expreſſe prohibuiſſet auct. ſed cùm teſtator.C.ad leg.falcid.& ibid.Cyn. & d.auct.de hæred.& falcid.§.ſi verò expreſſum.Bart.& imol.in l.Marcellus. §.quod autem.ff.ad trebel. quem ſequuntur canoniſtæ communiter in c.Raynaldus.de teſta.ſimiliter fallit, quando legatum eſſet factum ad pias cauſas, vel pro redemptione captiuorum, vt auct.de eccleſ.ritu.§.ſin autem.col.9.quod ſecun. dom.Ant.in d.c.Raynal.tam in falcid.quàm trebelliana.ab vtriuſque cenſuræ doctorib.communiter teneri refert Bened. capr.reg.110.nu.3.& 5.per not.in c.ſi pater.de teſt.lib.6.d.l. Marcellus §.quod autem.ff.ad treb. & Bald.in l.id quod pauperibus.C.de epiſc.& cle. Bened.cap.

pro. Quaſſato principali, quaſſatur & acceſſorium.in l.nõ dubium.C.de legib.in l.cum lex.ff.de fideiuſſ.l.1.& 2.ff.de pecu.leg.in §.liberis.inſtit.de pup.ſubſtit.& §.2.inſtit.de hæredi. inſtit.l.cum principalis.ff.de reg. iur.c.inter dilectos. extrà de fid.inſtrumen.capit.cum quid.& capit.acceſſorium.de regul. iur.in 6.

obiec. Contrà de authen.ex cauſa.C.de lib. præter.vel exhæredatis. vbi quaſſata inſtitutione q̃ eſt caput & fundamentum teſtamenti.§.ante hæredis.inſtit.de legatis.remanent ſalua legata & fideicommiſſa.

SOL.Illud in odium parentum qui prætererunt vel exhæredarunt ſine iuſta cauſa filios.

obiec. Secundò contrà de authen.furioſi.C.de epiſc.aud. vbi tenet legatum in teſtamento, non hæredis inſtitutio ſeu teſtamentum.

SOL. Illud ibi in odium filiorum qui patrem contempſerunt: quòd non militat in acceſſoriis legatis, ſicut in inſtitutione principali: ergo non ſequimur principale.

obiec. Tertiò contrà de ca.cùm cõtingat.extrà de iureiurand.& ca.pactum.de pact.in 6.vbi non tenet principalis contractus de iure, & tamen valet acceſſorium.

SOL.Ibi ratione iuramenti propter animæ periculũ, quòd eueniret, ſi non ſeruaretur, vt ibi.

obiec. Quartò contrà de l.1.& authent. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ.vend. vbi principalis contractus minoris nõ valet, quia reſtitutio competit minori, & tamen acceſſorium iuramentum validum eſt.

SOL.Illud eſt propter periurij periculum, quod non verſatur eodem modo in principali coutractu ſicut in acceſſorio.

obiec. Quintò & vltimò oppono de l. ſtipulatio iſta. in §. alteri.ff.de verborum oblig.vbi ſtipulatio principalis alteri facta non valet, & tamen ſtipulatio pœnæ acceſſoria valida eſt.

SOL.Ibi acceſſorium eſt præter legẽ & non contra legem, & ideò tenet, ſecund.gloſ.in d.l.cùm principalis. Bellon.

pro. Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.l.vendicantem.ff.de euict. idem.

pro. Quem non honoro, non grauo, in l.ab eo.C.de fideic. l.ſed & ſi ſic.§.1.ff.de leg.2. idem.

Querela inofficioſi teſtamenti, quando exhæredatio eſt cum cauſa, eſt neceſſaria, licet ſecùs, quando exhæredatio eſt facta ſine cauſa. Iaſon in authen.ex cauſa. C. de liber. præter. nu.18.com.dicit. B.Villal.

Querelam iniuſtam proponens, habetur perinde ac ſi non querelaret, vt eſt vera iuris concluſio.l.1.ff.quòd quiſque iur. ibi indignatione iuſta.Curt.inter conſil.crimi.conſil.101.nu. 16. Bonacoſſ.

Querela inoff.teſta. non eſt hodie ſublata, Imo eſt neceſſaria, ſecundum communem per Iaſ. in Auth.ex cauſa. poſt.nu. 18.C.de lib.præte.vbi dixi, & quid hodie circa eam mutatum ſit vide ibi.

pro. Qui accuſat criminaliter, non poteſt conueniri ciuiliter, in l.1.§.fi, de iudic. Bellon.

pro, qui alij nocere exiſtimauit, ipſe ſuam ſentiat iacturam. vnde

vnde Ouidius, diſcat in authorem pœna redire ſuum. l. pen. in fi.C.de leg. Bellon.

pro. Qui alios cùm poteſt ab errore non reuocat, ſeipſum errare oſtendit, c.2.extrà de hæret. idem.

pro. qui aliud dicit quàm vult, neque id dicit, quod vox ſignificat, quia non vult; neque id quod vult, quia id non loquitur. l.in ambiguo.ff.de reb. dub. idem.

pro. Qui cœpit actionem proponere, eandem tenetur perſequi, & finire.auth.qui ſemel.C.quomodo & quand.iud.idẽ.

pro. qui declarat, nihil de nouo dat.l.hæredes palam.§.ſed ſi quid poſt.ff.de teſta. idem.

pro. Qui dicit ſe hæredẽ, in dubio intelligitur inſolidum. l.ſi defenſor.§.qui interrog.de interro.actio. idem.

pro. qui diſſimulat iniuriam, callidiſſimus eſt. Prou. 12.gl. in l. 1.ff.de dol. idem.

pro. Qui dolo dicit factum, probare debet.l.quoties.§.qui dolo.ff.de prob. idem.

pro. Qui dolo deſiit poſſidere, vt poſſeſſor conuenitur.l. ſinautem.§.ſed & his qui.ff.de rei vend.

pro. qui donat, videtur perdere.l.filiusfam.ff.de donat.idẽ.

pro. Qui ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum vtilitatem, ſed ad ſui oſtentationem facit.c. fi.43.diſt. idem.

pro. qui elegit viam cõtractus, nõ poteſt reaſſumere viam diſtractus & penitentiæ.l.commiſſoriæ. C.de pact.inter emp. & vend. idem.

pro. Qui eſt adhibitur actus, vt teſtis, non præiudicat iuri ſuo.l.Titia.§.lucia titia.ff.de leg.2. idem.

pro. qui eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati, l.& ſi amicis. vbi Bart.ff.ad leg.iul.de adult. idem.

pro. Qui ex vico natus eſt, patriam intelligitur habere, cui reipubl.vicus ille ſubeſt.l.qui ex vico.ff.ad municip. idem.

pro. qui facit artes mœchanicas, non poteſt eſſe nobilis.l. nobiliores.C.de comm.& merc. idem.

pro. Qui facit contra legem: non habet beneficium legis. in l.filio.§.1.ff.de rit.nup. idem.

pro. qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.Io.8.gl.in l.fi.§. pen.C.de ſent.paſ.in c.ſecuti.2.q.7. idem.

pro. Qui grauatur in vno.in alio debet releuari. Nam qui ſentit onus, debet ſentire commodum.& ecõtrà in l.eum qui. vbi glo.ff.de iureiur.l.id quod ff.de peric.& commo.rei vend. in §.cum eunte m.inſtit.de empt.& vend.in l.vnic.§.pro ſecundo.C.de ca.tollen.l.ſi non fuerint.§.fi.ff.pro ſocio.l.manifeſtiſſimi,§.1.C.de furtis.

obiec. Contrà de §.fi.inſtit.de leg.pat.tut.

ſol. Ibi ſpeciale propter ſexum.

obiec. Præterea contrà de l.qui proprio.§. procurator, vt in ceteris ff.de ꝓcur.& l.qui negotia.ff.de negot.geſt.vbi quis ſentit damnum.& non econtrà commodum.

ſol. Illud contingit ibi propter culpam, vel delictum procuratoris, quòd ſcilicet teneatur, & non agat, ſecundum Paul. de caſtr.ibi.

pro. Qui iam certus eſt, amplius certificari non debet.l.1. §.fi.ff.de act.empt. idem.

pro. qui in vnum caſum pepigit, etiam in aliis ſibi prouidere non videtur.in l.ſi cum dotem ff.ſolut.matrim.

obiec. Sed contrà de l.ſi extraneus.ff.de condict.cauſa data & cauſa non ſecut.

ſol. Ibi non agit ex ſtipulatione, ſed agit condictione ob cauſam, ac ſi nulla ſtipulatio eſſet facta. idem.

pro. Qui in vno peccauit, factus eſt omnium reus.Iac.2.c. defleat.extrà, de reg.iur. idem.

pro. qui in vtero eſt, habetur pro nato.l.qui in vtero.ff.de ſtat.hom.§.fi.inſtit.qui teſta.tuto.dar.poſſ. idem.

pro. Qui malè agit, odit lucem. Io.3.l.1.§.tria lumina.ff.de ventre inſpi.in c.conſuluit.de offi.deleg.extra. idem.

pro. qui mandat ſolui, ipſe ſoluere videtur.l.qui mandat. ff.de ſolu.

pro. Qui manifeſto fac. nori deſinit obuiare cum poteſt. conſentit.c.1.17.q.3. idem.

pro. qui morbo corporali laborant, à muneribus perſonalibus ſe excuſant.l.1.& 2.C.qui morb.ſe excuſ.lib.10. idem.

pro. qui negligenti amico rem cuſtodientiam tradidit, nõ ſibi, ſed ſuę facilitati id imputare debet.§.prętereà.inſtit.quib. mo.re contra.obligat. idem.

pro. Qui nimium emungit, elicit ſanguinem.prouerb.3.c. denique.4.diſt. idem.

pro. qui nomine eximuntur, etiam fructu carebunt.l.à nullo, C.de feriis. idem.

pro. qui non conſentit, videtur contradicere. l. inuitum, ff.de ſer.vrb.præ.l.filiusfamil.§.inuitus.ff.de procur. idem.

pro. Qui non eſt, ſed eſſe ſperatur, facit partem.l.ſi duob.ff. de leg.1. idem.

pro. qui non eſt idoneus ad officia ſeu beneficia, admitti non debet: quia debentur tantum idoneis.in l.cùm prætor.ff. de iudic.l.ad rem publicam. ff.de muner. & honor.l. ſpurij.§. minores.ff.de deci.c.graue.& ca.referente. extrà de præbend. vnde clauſula ſemper ſubintelligitur in illis conferendis, ſi dignus vel idoneus ſit.in l.vt gradatim.§.1.ff.de mune.& hono. in c.cum adeo.extrà, de reſcrip. idem.

pro. Qui non eſt in culpa, non debet eſſe in pœna.l.ſi ideò. de his quib.vt indi.c.cognoſcentes.extrà, de conſtit.c.ſine culpa.de regu.iur.in 6. idem.

pro. qui non facit quod etſi vellet facere, non poſſet, de iure culpari non debet.in l.1.§.fi.C.de anna.excep. idem.

pro. qui nõ habet in ære, luat in corpore.l.1.§.fi.ff.de pœn. l.quicunque.C.de ſer.fugi.l.fi.ff.de in ius voc. idem.

obiec. Contrà de l.interpretatione. ff. de pœn. vbi pœnæ molliendæ ſunt, non exaſperandæ. Hic autem grauior pœna imponitur, quia de pecuniaria tranſit in corporalẽ, quę maior eſt pecuniaria.in l.in ſeruorum.ff.de pœn.

ſol. Hoc in vilibus perſonis non habet locum, vt l.hæ operæ.in fi.ff.de oper.lib. idem.

pro. qui non impedit maleficium, quando ad eum ſpectat prohibere, ipſum perpetrare videtur.l.2.ff.de nox.act. idem.

pro. Qui non laborat, non manducet.2.Theſſal. 3.gl.in l. quamuis.ff.de damno infect. idem.

pro. qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. l.qui occidit.§.penul.ff.ad legem Aquil. idem.

pro. qui omne dicit, nihil excludit.l.Iulianus. ff.de leg.3.l. à procuratore.vbi not.C.mand.in can.ſi Romanorũ.19.diſt.

obiec. contrà de l.qui habebat.ff.de le.3.vbi legatis omnibus prædiis nõ veniunt pignori obligata.contra d.l.Iulianus. vbi legato omni prædio non tantum pars quæ eſt dominij noſtri, ſed etiam pars hypothecata legata cenſetur.

pro. pro ſol: cuius contrarij, dic ꝙ in d.l. qui habebat, cum teſtator dixit Prædia omnia quæcunque in Syria, habeo, do, lego videtur legaſſe tantum prædia iure dominij, non autem quæ poſſidebat iure pignoris, quia licet verbum habeo, in legato poſitum poſſit compræhendere cauſam poſſeſſionis & proprietatis: vt l.ſtipulatio iſta.§.habere.ff.de verb.obl.tamen in dubio à digniori denominari debet.l.1.ff.ſi ager, vel emph. pet. & ſic à domino non à poſſeſſione pignoris. Vel dic, ꝙ dictio omnia, facit vt compræhendãtur omnia, quę poſſunt cõpræhendi de natura ſermonis: ſed prædia obligata nõ poſſunt compræhendi ex natura ſermonis.l.ſeruos.de leg.3. idem.

pro. Qui peccat, contra legis auctoritatem peccat.can.qui peccat.23.q.4. idem.

pro. qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur.Et poteſt quis per alium, qđ poſſet facere per ſeipſum. l. ita autem. in §.geſſiſſe.ff.de admi.tuto.in d.§.deieciſſe.ff.de vi & vi arma. in c.mulieres.§.1.de ſent.excom.in 6. idem.

obiec. contrà de l.1.§.in alienis.C.de theſ.lib.10.vbi non poteſt quis facere per alium, quod poſſet facere per ſeipſum.

ſol. Ibi fallit ratione perſonæ, cui hoc non conuenit ſuo nomine.

obiec. item contrà de l.cùm fundum §. quæſitùm.ff.de vi & vi arma, vbi poſſum expellere violẽter poſſeſſorem per me, & non per procuratorem.

ſol. Ibi patet, quia erat illicitum mandatum. idem.

pro. Qui per ignorantiam iuris patitur alium vti re ſibi debita, non cadit à credito.l. quæ fideicommiſſum, ff.de legatis ſecundo.

pro. qui per ſe capere non poteſt, etiam per alium capere non poterit.l.neque per ſe.C.de her.inſtit. idem.

pro. Qui percuſſerit clericum, excommunicationi ſubiaceat.c.ſi quis ſuadente Diabolo.17.q.4. idem.

pro. qui perdit principale, perdit & acceſſoriũ. l.Labeo.ff. quemad.ſer.amit. idem.

pro. Qui prior appellat, prior agat.l.ꝗ prior.ff.de iud. idẽ.

pro. qui prohibetur à iudice emere, ꝓhibetur & in pignus accipere.in l.in quorum finibus.ff.de pignor. idem.

obiec. Contrà de l.1.§.eam rem.ff.quæ res pigno. obliga. poſſ.vel non. idem.

ſol. Ibi prohibetur à lege, hic à iudice.

pro. Qui prohibetur alienare, non prohibetur donare, ſi ſorori donatio fiat, ꝙ nota, quia quotidianum. in l.voluntas. C.de fideicommiſſ. idem Bellon.

pro. Qui reſiſtit poteſtati, ordinationi Dei reſiſtit. Rom.13. cap.qui reſiſtit.11.q.3.





PRO. qui ſe ingerit, ſuſpectus eſt. l. quæ omnia.ff.de proc. idem.

Pro. qui ſemel calumniatus eſt, pręſumitur adhuc velle calumniari.l.ſi cui.§.iiſdem.ff.de accuſ. quia ꝗ ſemel malus, &c. reg.qui ſemel malus.de reg.iu.in 6. idem.

Pro. qui ſemel eſt hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres.in lege.& ſi ſine §.ſed quod Papinianus.ff. de min.l.ei qui ſoluendo.ff.de hær.inſt. idem.

Pro. qui ſeruit altari, de altari viuere debet, 1. Corint.9.c. cum ſecundum apoſt.ext.de præb.in antiq. idem.

Pro. qui ſibi non parcit, multominus alij parcet.in l.fi.ff.de bon.eorum qui ante ſent.mort.ſibi conſc. idem.

Pro. qui ſubtiliter factum emendat, laudabilior eſt eo qui primus adinuenit.l.1. §. ſed neque. C. de veteri iure enucle. idem.

Pro. qui tacet, conſentire videtur.l.item quæritur, §.qui impleto.ff.loca.l.2.§.voluntatem.ff.ſol.mat.

Obiec. contrà de l.filiusfami.§.inuitus.ff.de proc. & l.nam ita.ff.de adopt.& l.qui vas.§.vetare.ff.de furt.vbi qui non conſentit & ſic tacet, diſſentire videtur.

SOL. Tacens habetur pro conſentiente in his quæ pertinẽt ad vtilitatem ſuam & commodum: in his autem quę pertinẽt ad præiudicium ſuum, tacens non habetur pro conſentiente, ſed diſſentiente, vt in contrariis.

Pro. qui tacet quò ad ſuum incõmodum, negare videtur. in l.de ætate.§.qui tacuit. ff.de interro.actio. idem.

Pro. qui tacet verum, committere videtur falſum.l.paulus. & l.qui teſtamentum.ff.ad leg. Cor.de fal.in auth. presbyteri. de epiſc.& cle.in can quiſquis.11.q.3.c.1.ext.de cri.fal. idem.

Pro. qui tenetur ad dandum, dare præcisè compellitur.l.vbi autem non apparet.§.fi.ff.de ver.ob. idem.

Pro. qui tenetur ad pretium rei, re perẽpta liberatur. l.quidam.§.ſi tibi.de leg.1. idem.

Pro. qui tetigit auriculam, totum corpus videtur tetigiſſe. l.vulgaris quæſtio.ff.de furt. idem.

Pro. qui videt vtilius, & legit deteriora, abſit ei radius luminis abſque mora.no.in §.cæterum. inſtit.quod cum eo qui in alie.poteſt.eſt neg.geſt.eſſe dica. idem.

Pro. qui vnum excludit, aliud includere videtur.l.qui accuſare.ff.de accuſ.l.cùm prætor.ff.de iudi.c.nonne benedicimus extrà de præſum.& ecõtrà, qui de vno dicit, de alio negare videtur.in l.maritus.C.de proc.& l.1.C.ad leg.Iul.de adult. idẽ.

Pro. qui vno teſticulo natus eſt, iure militabit.l.qui vno teſticulo.ff.de re milit. idem.

Pro. qui voluntatem mutatam dicit, probare debet.l.eum qui.ff.de proba. idem.

Pro. quicquid acquirit filius, acquirit patri, & ſeruus domino.l.placet.ff.de acq.hæred. Bello.

Pro. quicquid acquirit monachus, acquirit monaſterio.in auth.ingreſſi.C.de ſacroſ.eccle. idem.

Pro. quicunque primatum deſiderat in terra, inueniet confuſionem in cœlo.in c.multi.40.diſt. Bello.

Pro. quicunque vult Deum inſtituere, & nõ filium, quærat alium pro conſilio, non Auguſtinum.in can.ſi.17.q.4. idem.

Pro. quid permittitur publicè, quod priuatim non permitteretur l.1.ff.de polli.l.in tantum.§.vniuerſitatis.& inſti.de rerum diui.& l.non exiſtimo.ff.de admi.tut. Bellon.

Pro. quilibet doli capax, tenetur ſaltem ſemel in anno, cõfiteri proprio ſacerdoti, vel alteri de eius licentia, & Euchariſtiæ ſacramẽtum ad minus in Paſcha recipere, c.omnis vtriuſque ſexus.de pœni.& remiſſio.extrà. idem.

Pro. quilibet poteſt renunciare iuri pro ſe introducto. l. ſi quis in conſcribendo.C.de pact.& l.ſi iudex ff.de mino.idem.

Pro. quilibet prima facie præſumitur idoneus, niſi probet contrarium.c.dudum.de præſum.extra. idem.

Quingenti ſolidi quorum mentio fit in l.pe.§.fi. C.de don. faciunt hodie ſummam ſeptingentorum ſcutorum. Hanc cõmunem dicit Cla.in §.donatio.q.15. Addit etiam Duenam in reg.124.limi.19.in fi.dicere. quod hodie valeant vltra mille aureos. I.Fich.

Pro. quinque ſunt ſenſus corporis, & vnuſquiſque habet perfectam cognitionem ſecũdum ſubiectam materiam. gl.in l.quod meo §.ſi venditorem ff.de acq.poſſ. Bello.

Quinquennalis dilatio debitori conceſſa, ſiquidem ab eo præſtetur fideiuſſio, valet effectualiter, & confirmatur per ſatiſdationem ſubſequentem. communem dicit Bald. in l. vniuerſa.C.de præcib.Imp.offe.refert & ſequitur Matth.de Affli. deci.378.in prin. I.Fich.

Pro. quis non debet admitti vt talis, niſi probet ſe eſſe talẽ. l.non ignorat.C.qui accuſ.non poſſ. Bellon.

Pro. quiſque præſumitur ſcire facultates ſui patrimonij.l. quiſquis.C.de reſcin.ven.auth.ſed cum teſtator.C.ad le. Falc.

Obiec. contrà de §. in fraudem inſti. quib.ex cauſ.man.nõ licet.vbi ſępè ampliùs de facultatibus noſtris ſperamus, quam in his eſt.

Sol. contrarium procedit in vltimis voluntatib. Ratio eſt in l.hac conſultiſſima. §.at cum humana fragilitas.C.qui teſt. fa.poſſ.vel non.niſi contrarium aliqua ſuadeat qualitas, vt qa teſtator prohibuit detrahi Falcidiam.d.auth.ſed cum teſtator cum gl. Noſtra autem regula procedit in contractib. inter viuos in rebus immobilib. ſeu mobilibus, & præſentibus, quæ peruenerunt ab antiquo.aliàs ſecùs. idem.

Pro. quod ab initio nullum eſt, tractu temporis conualeſcere nõ poteſt.l.inter ſtipulantem.§.ſacram. ff.de ver.ob.reg. quod ab initio.de reg.iur.& ibi vide. Bello.

Pro. quod accedit fundo, venit in obligationem. l.ſi fundus.ff.de pig. idem.

Pro. quod approbo, nõ reprobo.in l.Pomponius. ff.de nego.geſt.in l.generaliter.C.de non num.pec.§.ſemel autem.inſti.quib.ex cauſ.man. non licet.in can.horrendus.32.qu.5.& can.dilectiſſimi.8.q.1.c.ꝑ tuas.extrà, de prob.c.de illis, extrà, de deſponſa.impuber.c.nulli.de electio.in 6.

Obiec. oppono primò de medico, qui ſemel ꝓbatus reprobari poteſt. l.ſed & reprobari.ff.de excuſa.tuto.l.vt gradatim, §.reprobari.ff.de munerib.& honorib. Secundò de grammatico & oratore, vt in l.grammaticos.C.de profeſ.& med.lib.10.

SOL. in medico eſt ſpeciale propter publicam hominum ſanitatem: grammatici autem & oratores reprobari poſſunt, quamuis ſemel probati.vbi ſubeſt cauſa, vt ꝓpter inſufficientiam: ex cauſis enim poſtea emergentib. probatus reprobari poteſt.d.c.nulli, de elect. idem.

Pro. quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lenitas ſopire debet.l.vnic. in prin.C.de cadu.toll. idem.

Pro. quòd commune eſt, meum eſt.l.ſerui electione.§.fi.ff. de leg.1.l.illud.ff.de ritu nup.l.2.ff.de cond.inſti.l.ſi pupilli.§.ſi quis ita.ff.de neg.geſt.l.1.§.domini.ff.ad ſena.Syl.

Obiec. contrà de l.ſed ſi hac lege.§.qui manumittitur.ff.de in ius voc.& can.apoſtolus.§.qui manumittitur.12.qu.2.vbi res quæ eſt plurib.communis, non eſt propria ſingulorum.

SOL. ibi de re vniuerſitatis, quæ non eſt propria ſingulorũ. §.viuerſitatis.inſti.de rer.diui.Hic in re communi.

Obiec. cõtrà de communi nullus poteſt dicere, hoc meum eſt.tex.in can.nulli. 12.q.1.

Sol. Dicẽdum, quòd ibi falſum dicit, vt ibi gl. Vel.ſol.quod commune eſt, meum non eſt in totum, ſed pro parte, vt hic. idem.

Pro. quod contra rationem iuris introductum eſt, non eſt trahendum ad conſequentiam.l.quod contra.ff.de leg.idem.

Pro. Quod differtur, non aufertur.l.quoties. C.de precib. Imper.offer.can.ancillam.32.qu.2. can.nemo. de pœn.diſt.3. idem.

Pro. quod ex re obligata ſupereſt, obligatum eſt.l. domo. ff.de pig.act. idem.

Pro. quod fauore aliquorum introductum eſt, in eorum lęſionem retorqueri non debet.l.quod fauore.C. de le.c. quod ob gratiam, de reg.iur.in 6.

OB. contrà de l.1.ff.quod quiſque iur. vbi qui iniquum aduerſus aliquem ius obtinuit, eodem iure vti cogitur: & ſic in eius fauorem introductum, in eius incommodum retorquet.

SOL. vbi illud procedit, quando ad poſtulationem fuit cõceſſum.l.3.ff.e.tit.hic non.

OB. item contra de §.neque.inſti.de autho.tutor.vbi licet ſit lucroſa hæreditas: tamen pupillus eam adire nõ poteſt ſine tutoris authoritate.

SO. ibi ideo illud ſtatuitur: quia etiam damnum poterat ibi eſſe in vexando, ne, ſ.litibus & ſumptib.vexaretur. l.minorib. ff.de minorib. quam rationem ſequitur Bart.in l.potuit. C.de iur.delib.item obligaretur creditorib.hæreditariis. Vel dic, ꝙ licet appareat lucroſa, tamen frequenter eſt oneroſa.l.ſi hæreditatem.ff.mand. idem.

Pro. quod fit contemplatione alicuius, ab eo factum videtur.l.ſed & ſi plures.§.in arrogato.ff.de vulg.& pup.ſubſti.l.cũ aliquis.C.de iur. deliber.l.profectitia.ff.de iur.dot.

Pro. quod fit per legem, poteſt fieri per pactum.l. non impoſſibile.& ibi Bar.no.ff.de pact. idem.

Pro. quod gratis accepiſtis, gratis date.Matt, 10.c. quicqd. 1.q.1. idem.

Pro. quod humani iuris eſſe deſiit, ſeruitutem non recipit. l.caueri.ff.communia prædio. idem.

Pro. Quod in diem promiſſum eſt, vel ſtatim dari poteſt.l.

quod in diem.ff.de ſol. idem.

Pro. quod in genere debetur, incertum eſt.l.cum incertus. ff.de leg.1. idem.

PRO. Quod in pœnam alicuius introductum eſt, in eius commodum conuerti non debet. c. & ſi neceſſe.extrà de do. inter vir.& vxorem. Bellon.

Pro. quod in religionem diuinam cõmittitur, in omnium fertur iniuriam.l.Manichæos.C.de hæret. idem.

Pro. quod maior pars facit, omnes facere videntur.in l.q̃d maior.ff.ad muni.l. & ſui iur.§.ſi cum l.maiorem. ff.de pact.l. fi.C.qui bon.ced. poſ.vbi maiori parti ſtandum eſt.& c.1.ext. de his, quæ fiunt à maiori par.cap. idem.

Pro. quod meum eſt vſucapere non poſſum.l.ſequitur.§.la na.ff.de vſucapio. idem.

Pro. quod meo nomine poſſideo, poſſum & alieno nomine poſſidere.l.quod meo.ff.de acq.poſſ. idem.

Pro. quod naturalis ratio inter omnes homines cõſtituit, id apud omnes peræquè gentes obſeruatur.l. omnes populi. ff.de iuſtit.& iur. idem.

Pro. quod negat natura, lex non audet.l.2.§.1.ff.de vſuf.ea rum rerum quæ vſu conſum. idem.

Pro. quod non capit Chriſtus, capit fiſcus.c.maiores.16.q. 7. idem.

Pro. quod non eſt conceſſum, intelligitur prohibitum.l.3. ff.de coll.illi.l.filiusfam.ff.de don.l.nulli. ff.quod cuiuſque vniuerſ.l.1.§.ait prætor.ff.de poſtu.c.2.de tranſ.epiſ. idem.

Pro. quod non fit per hominem, reputatur à lege.l.ſi ea lege.C.ſi man.ita fuer.aliena. idem.

Pro. quod non inuenio prohibitum, videtur permiſſum.l. necnõ.ff.ex quib.cauſ.mai. l.mutui.ff.de proc.c.1.de pc.in 6.

OB.contrà de l.3.§.1.ff.de colle. illi. vbi collegia õ leges dicuntur coire, niſi ex authoritate principis vel iuris celebrent.

SOL.ibi ideo, quia illicita ſunt.l.j.ff.e.ti.hic verò quia licita, ideo hæc conceduntur, illa prohibentur. idem.

Pro. quod non licet maiorib.licet minorib. non econtra.l. obſeruandum.ff.de ritu nuptiar. idem.

Pro. quod nõ poſſum per me, poſſum per alium.l.ſi cõmunem.ff.quẽadmodum ſer.amit.l.Imperator.2.ff. de ſtat.hom. l.Ariſto.ff.quæ res pig.oblig.poſſ.& vide pulchram gl.fi.in ca. 1.de iur.pat.in 6.vide textum in.ca.fi. ne cler.vel mona.ſecul. neg.ſe immiſ.& ecõtra, quod poſſum per me, poſſum p alium. l.qui aliena.§.quãquam.ff.de neg.geſt.vbi gl.& l.2.ff.de ad.rerum ad ciuit.perti.c.poteſt quis.de reg.iur.in 6. idem.

Pro. quod nullius eſt, primo occupanti cõceditur.l.quod enim nullius.ff.de acq.rerum domi. idem.

Pro. quod nullum eſt rumpi non poteſt.l.ſi quis ſub conditione.§.rumpendo.ff.de iniuſt.rup.irritóue facto teſta. idem.

Pro. quod omiſſum eſt legibus, religione iudicantium ſuppleri debet.in l.quæſitum.ff.de teſtib. idem.

Pro. quod omnes tangit, ab omnibus approbetur, in l.fi.C. de auth.præſtan. idem.

Pro. quod operatur diminutio, quantum ad augmentum: operatur diminutio, quantum ad diminutionem.l.ſi ex toto, ff.de leg.1. idem.

Pro. quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito.§.fi.ff.de le.3. idem.

Pro. quod poſſum per me, poſſum per alium.l. ſi mihi.§.regula.ff.de leg.1. idem.

Pro. quod primum eſt, aliud ante ſe habere non poteſt. in procem.ffforum.§.in reliqua. idem.

Pro. quod principi placuit, legis habet vigorem.l.j.ff.de cõſti.prin.§.ſed & quod principi.inſti.de iur.natu.gent.& ciuil.

Pro. quod prohibetur initiari, poteſt poſtea impedimento ceſſante confirmari, accedente conſenſu nouo.l.& ſi cõtra.C. de nup. idem.

Pro. quod remittitur à iure non eſt neceſſe remitti à iudice.l.quæ ſub conditione.in fi.ff.de cond.inſti. idem.

Pro. quod ſemel conſecratum eſt, ad humanos vſus transferre non decet.c.mancip.extrà, de rerum perm. idem.

Pro. quod ſemel emiſſum eſt, manet irreuocabile verbum. c.fi.43.diſt. idem.

Pro. quod ſemel ordo decreuit, id reſcindi non debet.l.q̃d ſemel.ff.de decret.ab ordine facien. idem.

Pro. quod ſemel meum eſt, amplius meum fieri nõ poteſt. l.cum res.& l.ſi mater. C. de contrah.empt.l.& an eadem.§.actiones.ff.de excep.rei iudi.in §.ſed & ſi rem.inſtit.de leg.& §. ſic itaque diſcretis.inſti.de actio. idem.

Pro. Quod ſi teſtamenti facti tempore deceſſiſſet teſtator inutile foret, id legatum, quandocunque deceſſerit, non valebit.l.1.ff.de reg.Cato. idem.

Pro. Quod vna via prohibetur, alia permitti non debet. l. ſcire oportet.§.ſi mater.ff.de tut.& cur.l.quæ ſub conditione. §.ſi quis.ff.de cond.inſtit. idem.

Pro. quodlibet prædium præſumitur liberum, niſi contrarium probetur.l.altius.vbi ſcrib.C.de ſeruit.& aqu. idem.

Pro.quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem. Teſta. diu.& quod noua teſta capit, inueterata ſapit.not.gl.in c.quibuſdam.1.q.1.& c.cum in iuuentute.extr.de præſumpt.

Quorum bonorum interdictum vtiliter etiam ad ſucceſſores iuris ciuilis pertinet, communiter ab omnibus teneri dicit Salic.in rub.c.eo.tit. I.Fichard.

Pro. quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.Matth.19. can.an quod in ſubditos.33.q.2. Bellon.

Pro. quot capita, tot ſenſus.varij.quot in orbe colores, bellua multorum es capitum.l.quia poterat.ff.ad treb.ſen. Bell.

Pro. quotidiana ſunt plenius pertractanda.l.legaui.ff.de lib. leg. Bellon.

Pro. quoties aliquid pro forma requiritur, nõ ſufficit illud per æquipollens adimpleri.in l.qui per ſalutẽ.ff.de iureiur. id.

Pro. quoties deficit actio, vel exceptio, vtilis actio vel exceptio danda eſt.l.quoties.ff.de præſcript.ver. idem.

Pro. quoties lex nouam obligationem introducit, niſi expreſsè caueatur, ꝙ ea ſola actione vtamur, etiã veteres eo nomine actiones cõpetere certũ eſt.l.quoties.ff.de ac.& ob.idẽ.

Pro. quoties plures leges concurrunt ad vnum effectum, ſi ceſſat vna remanet virtus alterius.l.ſi non lex Elia Sentia.ff. de hær.inſtit. idem.

Pro. quoties plures qualitates, aut plura iura in eandem perſonam concurrunt, perinde eſt, ac ſi in diuerſorum perſonis eſſent, & loco plurium perſonarum habentur. in l.tutorem.ff.de his, qui vt ind.l.ſi conſul.ff.de adop, l.2.ff.de of.pręt.

Ob. contrà de l.ſi plures.ff.de pact.vbi duorum vicem ſuſtinere quis non poteſt.

So. ibi habetur reſpectus ad perſonam, & tunc eſt impoſſibile quem ſuſtinere vicem plurium, ſecus ſi habetur reſpectus ad perſonam ratione officij vt hic. idem.

# COMMVNIVM OPINIONVM,

## SIVE IVRIS VTRIVSQVE RECEPTARVM

Sententiarum, ex diuerſis Authoribus collectarum,

*LIBER XVI.*

## R

RAptor honeſtæ mulieris punitur, pœna capitali, & in flagranti crimine deprehẽſus poteſt à cõiunctis perſonis impunè occidi.l.vnic.C. de raptu virgi. & hoc procedit, quãdo raptor carnaliter cognouiſſet mulierem raptam, vel rapuiſſet libidinis cauſa, ſec.Deci.conſ.234.n. 8.Marſ.in dic.l.1.n.245.& iſta eſt magis communis opi.teſte Boerio deciſ.306.nu.4.& Moder.in allegata.l.1.Sed prædicta non habent locum in Meretrice rapta, tunc quippe nõ ſortitur effectum dicta pœna capitis ſec.Doc.in l.raptores.C.de epiſc.& cleri.& in d.l.1.quia leges abhorrent vitam inhoneſtã mulierum, & quæ ſint Meretrices vide Alex.latè declarantem conſ.99.viſa inquiſitione contra Arram lib.6.vbi ait eam eſſe Meretricem, quæ licet nõ proſtituat ſe publicè in lupanari, tamen alibi & in quacunque domo pudori ſuo non parcit, & quemcunque cauſa quæſtus admittit. F.Viuius.

Raptor is demum dicitur, qui & de loco ad locum libidinis cauſa mulierem abducit & abducendi animo, non commodioris coitus gratia id patrat.commune ponun latè I. Clar. in pract.§.raptus.in prin.Franc.Viuius lib.1.opi.158.Si autem is verè ac propriè raptor matrimonium cum rapta contraxerit, quod iuxta benignam iuris Pontificij licentiam proculdubio inire poteſt, pœnas raptus euadet, cõmune aſſeuerant Pariſi.conſ.170.n.6.li.4.Ant. Gomez.meus iuris doctor in l.83. Tauri.nu.43. Quamuis bonis fiſco applicandis nihilominus euertatur. commune aiunt Marcus deciſ.2.nu.3.& qui illum refert, atque hoc memorabile cenſet I.Cla.in d.§.raptus.verſ. pen.quin & cùm raptor raptam carnaliter non cognouit, nõ luet pœnas.l.vna C.de rapt.virg.vt frequenter placitum affirmant Boer. deciſ.306.n.4.Did.à Couar.in clem. ſi furioſus.de homicid.& qui id cum matura diſtinctione probat I.Cla.in d. §.raptus, ver.ſed quid.tametſi Iaſ.atque Aegidius Boſſius, qui illum laudat, ſeuerè nimis contrarium amplectantur, ac receptum dicant. E.Suar.

Raptor quando puniatur, vide Ferret.conſ.65.lib.1.& quis de raptu cognoſcere poſſit: Hip.conſ.61.n.25.& de pœna raptus, Gram.deciſ.2.n.29.& de proprietate verbi rapere, & qualiter intelligatur in ſtatutis, vide Caſtr.in l.4.ff.ne quis eum.& ad l.ſi quis non dicam rapere, vide Hipp.in conſ.105.n.11.& ſeq. Put.

Raptor cum rapta non poteſt contrahere matrimonium, de iure ciuili, per textum expreſſ.in l.vnica.C.de raptu virg.de iure verò canonico benè poteſt.per textum.ĩ c.fi.de raptu virg. & ita com.atteſtatur Pariſ.conſ.170.n.6.lib.4.Ant.Gomeſ.in l.80.Tauri.nu.43.vbi etiam ſubdit, ꝙ raptor propter tale matrimonium euitat pœnas à lege propter raptum impoſitas. Pœna tamen cõfiſcationis bonorum quæ applicatur fiſco tẽporali, locum habet contra raptorem, non obſtante tali matrimonio, etiam de iure canonico, per gl.in cap.cum ſecundum. In verbo certoque caſu.de hæreti.in 6.quam communiter approbatam dicit Marcus deciſ.2.nu.3. Cla.d.lib.5.§.raptus ver. quæro modò. P.Fich.

Raptor incidit in pœnam.l. vnicæ.C.de raptu virg.etiamſi rapta cõſenſerit, ſiue ab initio ſiue ex poſt facto. communem opi.dicit Alb.in l.raptores.n.7.C.de Epiſcop. & cleri.Cla.d.§. raptus.ver.adde. idem.

Raptor ſi raptam non carnaliter cognouit, non debet puniri pœna.l. vnicæ.com.de raptu virg.C.dicit Boer.deciſ.317.n. 4.quem refert Did.in repet.clem.ſi furioſus, n.8. Alij, contrariam communem dicunt, vt Boſſ.in tit.de rapt.mulier.nu.14. referens Iaſ.in quodam conſilio ita dixiſſe.Clar.tamen diſtinguit, dicendo. Aut non cognouit, quia nõ potuit, & nihilominus incidit in pœnam dict.legis.aut potuit, ſed noluit, & non incidit in pœnam.Cla.d.§.raptus.ver.ſed quid ille. idem.

Raptores etiam illi dicuntur qui non vi, ſed blandimentis & verbis deceptoriis, puellas libidinis cauſa abducunt. com. dicit Berber.in ſuo viatorio.titulo de raptorib.in med.Intellige tamen, modò fiat ad effectum illas abducendi.& alio loco contra voluntatem ſuorum retinendi. Clar.d.libr.5.§.raptus. ver.adde. idem.

Rapiens meretricem non incidit in pœnam, l. vnicæ.C.de rapt.virg.com.dicit.Cla.in §.raptus. verſ.quæro nunquid. Aemilia.conſ.72.n.7.Riminal. conſ.17.nu.16.& conſ.439.in 3. Caſt.in conſ.272.in 2.vol.vbi dicit, ꝙ qui rapuit mulierẽ.quæ permiſerat ſe ſtuprari, non punitur pœna raptus, quia non dicitur honeſta.Si ſtatutum hoc requirit. Bonac.

Rapiens mulier virum, non incidit in pœnam dict.l.1.C.de rap.virgi.communis eſt opin.Cla.in d.§.raptus.verſ.ſed pone. quidquid aliter dixerit.Marſ.à quo diſſentit ibi Cla. idem.

Raptor cum rapta non poteſt cõtrahere matrimonium de iure ciuili.Sed ſecus de iure canonico, vt eſt communis opin. Licet etiam iure canonico nihilominus bona raptoris confiſcentur non obſtante matrimonio contracto cum rapta. vt eſt communis opi.Cla.in d.§.raptus.ver.quæro modo. Negat tamen Iodocus in prac.cri.c.95.de raptu, n.16. idem.

Raptor incidit in pœnam legis vnicæ.C.de rap.virg. etiam ſi rapta conſenſit, ſiue ab initio, ſiue ex poſtfacto, vt eſt cõmunis opi. Cla.in d.§.raptus.ver.adde, & debet raptor mori.Cla. d.q.68.ver.raptores. idem.

Raptor ſi raptam non carnaliter cognouerit, non debet puniri d.l.1.C.de rap.virgi.vt eſt communis opi.Licet alij cõtrariam opi.communem dicant. Sed diſtingue ſecundum Cla.in d.§.raptus. nam aut non cognouit, quia non potuit, & nihilominus incidit in pœnam d.l.1.Aut potuit.ſed noluit, & nõ incidit.Cla.d.§.raptus, ver.ſed quid ille. idem.

Raptores etiam illi dicuntur, qui non vi, ſed Blandimentis & verbis deceptoriis libidinis cauſa mulierem abducunt, vt eſt communis opi.Modò fiat ad effectum illam abducendi, & alio loco cõtra voluntatem ſuorum retinendi.Cla.d.§.raptus ver.adde.Pueros tamen abducentes ſtipendiarij, non puniuntur vt raptores, vt eſt com.opi.Cla.ibi. verſ.vnum tamen vide l.vt tamen.§.de filio.ver.ſed vtilis.ff. de ſeruis corrupt.de filio inquit Paulus I.C.filiáue familias corruptis huic edicto locus non eſt.Sed vtilis cõpetit officio iudicis æſtimanda, quoniam intereſt noſtra animum liberorum noſtrorum non corrumpi. idem.

Raptoris dicitur, qui de loco ad locum libidinis cauſa mulierem abducit.communis eſt opi.Soarez ver.raptor.n.1.qui ſi cum rapta matrimonium contrahit, quod de iure cano.poteſt pœnas raptus euitat, vt eſt communis opi.ibi.quandiu tamen eſt in poteſtate raptoris rapta, non poteſt contrahi matrimonium, ſecus ſi ſit in loco tuto, & libero conſtituta, quia poteſt.ex ſacri concilij Tridentini decreto.de ſponſalib.& matrimoniis.c.4.& nihilominus ipſe raptor, ac omnes illi cõſilium auxilium & fauorem præbentes ſunt ipſo iure excommunicati, ac perpetuò infames omniumque dignitatum incapaces. & ſi clerici fuerint, de pprio decidunt gradu & no.ꝙ attentatio, ſed non perfectio in raptu non punitur ex generali cõſuetudine, niſi extra ordinẽ, vt eſt communis opi.de qua D.Hierony.Gabrill.cõſ.172.n.2.& lex ſi quis non dicã rapere.C.de epiſc.& cle.& ſimi.quę puniunt ſolum conatum, ẽt nõ ſequuto effectu, debet intelligi, qñ deuẽtum eſt ad actum proximũ, vt eſt communis opi.Cla.q.62.ver.ſcias etiam.vide Chirc.cõmuni.concl.centuria quinta concl.21.Nouell.reg.178.pariſ. conſ.170.in 4. vol. practica in probando, ꝙ quis aliquam per vim cognouit eſt puniendus, vt in libello dicat.Talem cognouiſſe Bertam paſſam ab eo vim committẽdi adulterium.Bart. in l.ſi vxor.§. ſi quis vxorem.ff. de adulte.& not.quod rapere non dicitur, qui detinet in loco, in quo eſt, Bald.in l.ſed ſi eximendi.ff.de in ius voc.& oportet, vt ſit violentia præciſa.affli. deciſ.Neap.151.ſub n.10.Nec punitur de iure, ſeu ſtatuto raptor, ſi delictum violentum non eſt conſummatũ.l.ſiue.ff.qui ſatiſd.cog.nam crimen violentiæ dicitur crimen perſonale, ꝙ requirit vim ſequutam in perſonam patientem.Paul.de ca.in conſ.27.per totum.in 1.vol.vbi docet, quæ ſit vis, quæ violentia, & quid ſit violenter factum, & qualiter & quot modis violentia inferatur, quando affectus pro effectu ſit puniendus. & ſtatutum Mediolanenſe, quamuis iubeat rapientem, vel vim inferentem mulieri honeſtæ vltimi ſupplicij & bonorum publicationis pœna affici.etiam ſi copula ſequuta nõ ſit. Tamen debet intelligi eo caſu, quo copula ſequuta nõ eſt propter impedimentum.Sed non comprehendit eum, qui mulierem nõ cognouit.ita D.Hieron.Gabriellius.conſ.72.n.5.& 6.& intelligitur etiam in abducente cauſa libidinis, vt ibi.alias ſecus.& raptor non eſt, qui vxorem ſuam vi abducit, vt eſt communis opi.de qua Gabriellius in conſ.172.n.19.in fi.vide Cla. d.§.raptus.Marſ.ſing.65. idem.

Raptorem non excuſat tractatus, ſeu etiam ſponſalia p verba de futuro contracta cum perſona, ſponſa cum nolens rapitur, vt eſt communis opi.Gabriel.conſ.173.n.5. idem.

Rapto boue, vel alia re per vim, poteſt agi criminaliter, vt eſt communis opi.Boſſius de rapinis.n.8. idem.

Raſura, vel vitium ſcripturæ circa ſubſtantialia inſtrumenti, vitiat inſtrumentum, in aliis aũt vitiat ſolum caſum, in quo eſt raſura. Ant.Gom.in l.45. tauri. nu.145.communem dicit, ex gl.in l.fi.C.de edi.diui Adri.& doct.in c.fraternitatis de hæretic. Villal.

raſura, vel cancellatio ſi eſt correcta per notarium ꝯſtruentem ſcripturam, non vitiat inſtrumentum raſura, vt tenet Bar. in d.l.fi.tamen iſta correctio debet eſſe in d.ſcriptura, & ſub eius ſigno, & non ſufficit, quòd fiat in margine.idem Gome.ibi.n.146.magis communem dicit ex Bal.in l.ſi vnus.C.de teſtam. B.Villal.

Radens vel abradens inſtrumenta, vel literas principis, falſum committit.communem dicit.Affli.deciſ.404.n.4.Cla.li. 5.§.falſum.ver.abradens. P.Fich.

Raſura non vitiat literas, quæ redditæ ſunt clauſæ. ſecundum communem opi.Soc.in c.ex conſcientia. n.10.de crimine falſi. Bonac.

Ratificans delictum commiſſum, debet puniri. communẽ dicit Balb.in l.obſeruare.§.proficiſci.nu.9. ff.de offic.proconſul.vt illam refert Aug.ad Ang.de malef.in verbo & Sempronium.n.36.Cla.tamen ita diſtinguit: Aut tale delictum committi ſolet principaliter propter libidinem ipſius delinquentis, vt eſt adulterium, ſtuprum, & huiuſmodi, & in talibus delictis non habet locum ratihabitio. ita tenet gl.in l j.§.deiecifſe, de vi & vi.armat.& hanc communem eſſe dicit Plaza lib.1. delictorum.cap.18.n.1.auth.principaliter committi ſolet ad offenſam & iniuriam alterius, vt eſt homicidium, & talia delicta poſſunt rata haberi per alium. vt communem atteſtatur

Plaza ibid.nu.2.in fi.vt tamẽ ratificatio delicti obliget ad pœnam, duo requiruntur. Primùm, ꝙ delictum ſit commiſſum nomine ratificantis. Secundò, quòd ratificans ſciens ſuo nomine commiſſum, ratificet tanquam ſuo nomine factum. ita dicit gl. in d.§.deieciſſe, in verbo ratum habuero.& eſt communis ſententia, vt atteſtatur Aret.conſ.163.nu.3.verſi.circa primum.ita quoque tenet gl.in clem.vnic.in prin.in verb. rata.de pœn.quem ſequuntur communiter Doctores, vt dicit Colleg. Florent.inter conſilia Curtij Sen. conſ.21.n.6. in dubio tamen ex eo quod quis ratum habet aliquod delictum, cenſetur ratum habere, vt ſuo nomine geſtum. & ita dicunt Doctores, vt ait Salicet.in l.non ideò minus.n.31. C.de accuſat.& ſic opus eſt ꝙ ratum habens probet, quod non fuerit geſtum nomine ſuo. Hæc Cla.d.§.fi.q.87.ver.fi.& nota quòd talis ratificans debet puniri in loco delicti, non in loco domicilij ſui, vt com.atteſtatur Marian.in c.poſtulaſti.de foro comp. n.5.ver.circa tertiam.vt refert Cla.d.§.fi.38.ver.ſed pone. P. Fichard.

Ratificantis actum, non comprehendit ſtatutum diſponẽs de vero actu hominis.l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ff.de neg.geſt.vbi ſi homo liber geſſit negotiũ peculiare filiifamiliàs, vel ſerui ipſorum contemplatione ſequens ratihabitio patris vel domini nihil operatur, quia per ratihabitionem non tenẽtur vltra quantitatem peculij, ad quam prius quoque tenebãtur, d.§.ſed ſi ego.ver, nam & ſeruum.iuxta gl.in c.ratum. de reg.iuris, lib.6.cum qua communiter ſcribentes tranſire affirmat Bened.capr.regu.54.nu.6.22.24.idque ideò, quia eorum nomine geſtum non fuerat, vbi ponit aliquot limitationes.n.17.& ſeq.

Ratificans delictum iam commiſſum, debet puniri, cõmunis eſt opi.Cla.q.78.ver.quæro nunquid.nam ad hoc, vt quis puniri poſſit ex ſua cõfeſſione, debuit cõfeſſio eſſe certa & ratificata.Bero.q.136.ſed q̃d ſi quis vario modo bis fuiſſet confeſſus.Dic quod magis ſpecificè ſuper cõfeſſione ab eo, facta. debet interrogari, vt ibi Bero.ꝙ nõ procedit in adulterio, ſtupro & huiuſmodi, ſecus in homicidio. Verũ ſi adulterium fuit commiſſum in alterius iniuriam, & quis raptum haberet, puniretur, vt eſt communis opi. & ad hoc vt ratificatio obliget ad pœnam, duo requiruntur.ſ.quod delictum fuerit commiſſum nomine meo, Secũdò quod ſciens commiſſum nomine meo, illud tanquam meo nomine factum ratificem vt eſt cõmunis opi.in dubio autem ex eo, quod quis ratum habet delictum, cenſetur ratum habere nomine ſuo geſtum, vt eſt cõmunis opi.Cla.ibi. Bonac.

Ratificãs delictum ſui cauſa commiſſum ab alio, debet puniri in loco in quo fuit commiſſum, non in quo fuit per eum ratificatum, vt eſt communis opi.Cla.q.38.ver.ſed pone. idẽ.

Ratificandi ius non tranſit in fiſcum, ſicut nec ius declinãdi voluntatem tranſit in hæredem, nec in fiſcum, vt eſt cõmunis opi.de qua Plotus inter conſ.cri.conſ.130.to.1. idem.

Ratificatio non poteſt fieri in præiudicium tertij.Curt.iun. conſ.76.n.6.& Deci.conſ.247.n.5.com.dicunt.

Fallit in emptione rei alienæ facta cum bona fide, ſi res pereat, poteſt dominus rei ratificare, cum damno emptoris.l.51. tit.5.par.6. B.Villal.

Ratificatio debet fieri illo tempore, quo actus principalis debet fieri, & ſic tempore habili ad hoc vt valeat, Ant.Gome. in l.45.Tau.n.53.com.dicit. idem.

Ratificatio, quæ fit tempore, quo actus nihil operatur propter lapſum temporis non valet, quia inuenit obſtaculum in medio, quod quippè impedit, ne tempora, ſeu extrema coniungantur, ſecundum doctrinam Bald.in l.fi. C.ad Maced.cõmuniter approbatam ibi à Doct.& ab Alex.cum cæteris citatis per eum in l.1.C.qui admit. & à Gomeſio in reg.cancellariæ ſuper reg.de annali poſſeſſore.q.46. in prin. vbi meminit de iſta communi ſententia, & ſic ratificatio ipſa debet fieri tẽpore habili, ad hoc vt valeat, vt per doct. F.Viuius libr.2.opi.244.

Ratificatio actus nomine alterius geſti non requiritur, vbi ex dicto contractu merum commodũ illi reſultat, ſecundum communem per Burſ.conſ.118.n.4.lib.1.

Ratificatio reſultans ex diuerſis actibus in genere probari poteſt: ideo teſtes ſingulares ſufficiunt, ſecundum cõmunem per Burſ.conſ.33.n.25.lib.1.

Ratificatio per ſcientiam inducitur, ſecundum communẽ, & ſufficit vt in genere conſtet, quæ ſcientia præſumitur ex cohabitatione, cõiunctione ſanguinis, & notabilitate cõtractus, licet teſtes ſingulares non ſufficiunt, ſecundum communem per Burſ.conſ.118.n.11.12.lib.1.

Ratificatio teſtib, ſingularibus probatur, iuxta communem per Burſ.conſ.118.n.23.lib.1.

Ratificatio ex non improbatione contractus & longo tempore præſumitur, & ex eo quod eſt veriſimile, ſecundum cõmunem per Burſ.conſ.118.n.24.lib.1.

Ratificatio nõ eſt neceſſaria vbi agitur de nouo iure acquiſito conſeruando, ſed ſufficit dicti iuris vera approbatio, quæ fieri poteſt etiam donante mortuo, ſecundum communẽ per Burſ.conſ.33.n.3.lib.1.

Ratihabitio eſt conſenſus ratione coniunctionis cõcurrente ſcientia & patientia eius, cuius negotium geritur, præſumitur.arg.l.ſi ſeruus.ff.de don.inter virum & vxorem, ſecundum gl. in lege qui patitur. ff.mandati.& Bart. in d.l.quæ dotis.ff. ſol.mat.lege non ſolùm.§.qui alieno.ff.de proc.& ita communiter teneri refert Bened.capr.reg.55.n.20. ſimiliter ſi alius actus concurrat cum ſcientia & patientia, præſumitur. de quo ĵ.in verbo Taciturnitas.idem reg.56.n.31.

Ratihabitio ad hoc vt poſſit operari, id eſt retrotrahi, & mãdato comparari, requiruntur extrema habilia. videlicet temporis quo actus eſt geſtus, & tẽporis ratihabitionis prout determinauit Ricardus Malumbræ.in quadam diſputatione, de qua per Io.And.in c.ſine culpa.de reg.iur.li.6.& in Mercurialibus, & plenius per Bart.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſuca. & in l.bonorum.ff.rem ratam haberi.gl.Io.And.D.Ant.& doctores in c.1.de conuerſ.infidel.ſicut refert Bened. capr.regu.54.n.60. dicens eos ita communiter concludere quemadmodum in infante & furioſo dilucida interualla habente, ac ſimilib. in quibus non cadit delictum ſi eorum nomine tempore infantiæ vel furoris delictum committeretur per eoſdem, illud poſtquam infans maior factus eſt, vel furioſus ad mẽtem redierit ratum habere non poſſit, ita poſt mortem mariti in ipſius mortem non potuiſſe machinari nec quò ad machinationem ratum habere vxorem furentem cap. ſi quis viuente. 31.q.1.quo ad deciſionem multorum caſuum dicit ibid, notandum vide quoque reg.70. numer.72.vbi ſimile quoddam ponit.

Ratihabitio quo ad retrotractionem nihil agit aut operatur, quãdo fuiſſet ſolùm defectus executionis ſeu exercitij iuriſdictionis in actu, cum in habitu adeſſet, & ſi proconſul antequam prouinciam introiſſet, mandaſſet & delegaſſet cauſam. tũc enim nihil agit, ſi poſtquam ingreſſus eſt dationem illam ratam habeat.de officio proconſul.quod ſecundum gl. in ca. ratihabitio.de reg.iur.lib.6.communiter teneri refert Bened. capr.reg.54.in fi.

Pro. ratihabitio retrotrahitur.l.licet.ff.de iud.l.fi.C. ad Maced. Bellon.

Ratihabitio retrotrahitur & mandato comparatur, ſi Papa vel ſupremus princeps ex plenitudine poteſtatis ſententiam non ſuo nomine.& ſic prorſus nulliter latam, ratam habeat & confirmet.2.q.1.c.in primis.& 3.q.6.c.hæc quippe. quia poſſunt ſubſtantialia rei ex plenitudine poteſtatis mutare.l.vnic. in princip.C.de rei vxor.actio.ſec.Inn.& D. Nicol.in cap.prudẽtiam.de of.deleg.quod communiter teneri refert idem Bened.d.reg.54.n.33.& 41.etiam in maleficiis.idem regu.8.nu. 69.& ſeq.

Ratihabitio etiam in delictis mandato comparatur. l.3.§.ſi procura.& ibi Ange.ff.quod quiſq.iur.l.1.§. ſi eum.ff. de vi.& vi.ar.c.pe.de ſen.exc.in 6. & ratihabitio debet fieri intra tempus actus gerenti, aliàs non validat actum l.pen.& ibi Bart.ff. rem ra. ha.operatur etiam ratihabitio quandoque mãdatum ad ſequentem actum.l.ſi quis mihi bona.§.ſed quid ſi mandauerit.ver.aut quid ſi petitam.ff.de acq. hære.& ibi Bart. Balb. deciſ.126.

Ratihabitio an æquiparetur mandato, & retrotrahatur? vide Bart.l. obſeruare.in fi.ff.de of.proconſ.vbi diſtinguit, vt q̃n factum ante mandatum potuiſſet aliquo iure valere, & tunc retrotrahitur aut non poterat valere, & tũc ſecus, vt per eum. cui adde Bald.in d.l.obſeruare.in fi.Fel.in cap. ſicut tuis.de ſimon.vbi ponit regulam cum fallent. Bart.in l.aliena res. ff.de pig.act.Dec.in l.pe.C. ad Maced.quæ lex non procedit vbi requiritur actus pro forma. quia ratihabitio non æquiparatur mandato.Bald.in l.executorem.verſi.ſed quid, notarius.C.de execut. rei iudic. ſequitur Dec. in l. ſemper qui non prohibet, n.17.ff.de re.iur.& an & quando conſenſus acceſſorius operetur, & æquiparetur mandato, no.idẽ Bald.in l.1.col.pe.ver.extrà queritur.C.qui admit.vbi ꝙ aliud eſt mandatum, aliud ratificatio.& quando aliquid requiritur pro forma, ꝙ non ſufficiat per æquipollens adimpleri, no.Aret.in l.qui ante calendas.col.fi.de verb.obl.Bald.in d.l.executorẽ.vbi alleg.l. quod ergo.in prin. ff. de his qui not. infami.& quando conditio retrotrahatur, no.Dec.in l.contractus, ff.de reg.iur, & in d.l.ſemper qui non prohibet. & quid quando extrema non ſunt habilia, vide quæ habentur in l.bonorum.ff.rem rat.haber.& q̃n res non eſt integra, an tunc ratihabitio retrotrahat̃, no.Corn. conſ.110.litera L.M.N.lib.2.& conſ.172.liter.x. afflict.deciſ. 300.vbi retrotrahitur etiam ꝙ extrema non ſint habilia, contra tex.d.l.bonorum.ff.rem rat.habe. & an ratihabitio confirmet actum prout ex nunc, vel prout ex tunc: vide Deci.in d.l. ſemper qui non prohibet.& conſ.366.367.& 643. Alexand. conſil.70. lib.5. & an partes poſſint actum nullum ratificare. Quid de ſententia nulla, an illam conualidare poſſint, & quis ſit effectus ex tali eorum conſenſu.Bald.in l.eum qui.ff.de iuriſd.om.iudi.Dec.d.conſ.367.vbi vult ꝙ poſſit ratificari, non vt valeat prout ex tunc, ſed prout ex nunc.Et quid de ſententia nulla, an poſſit conſenſu partium confirmari.vide Bart. in l.1.ff.de feriis, Quæ omnia declara, vt per eundem Bart.in d.l. obſeruare. & an poſſim ratificare quod meo nomine geſtum non eſt & quando ac quo caſu.vide Bart. vbi doct.in Apoſtil. in l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ff.de negot.geſt.& dic quòd poſſum in mei præiudicium, teſte Imo.in c.cùm ſuper. n.7.de re iudi. Put.



Ratum fieri, haberíue aliquid in alterius damnum non poteſt.commune aiunt Dec.conſ.248.n.5.Curt.iu.conſ.76.n.6. Sed & nec illud, quod tuò nomine geſtum eſt, ratum eo tempore habere poteris, quo amplius geri ipſum non poterat. commune pronunciat Ant.Gomez in l.45.tauri, n.53. in delictis præterea, vt nullus ratihabitiõi locus ſit, neceſſe eſt tum delictum eius nomine admiſſum eſſe, à quo ratum habeatur, vt commune inquit Aret.conſ.163.n.3.circa primum, tum etiam vt eius generis delictum ſit: vt ad alterius offenſionem, non ad illud ſuſcipientis libidinem patratum intelligi debeat. commune affirmat I.Cla.in pract.§.vlt.q.87.ver.vlt.Nihil autem ratihabitionem prohibet, aut remoratur illius abſentia, cui tanquam profuturus actus probatur. cõmune aiunt Crauet.de antiquit.tempor.part.1.n.123.ver.abſenti.Viuius li.1. opi.3. E.Suarez.

Ratum habere non poſſum quod meo nomine geſtum nõ eſt, at ſi quod meo nomine geſtum eſt ratum habeam, ratihabitio retrotrahetur, & mandato comparabitur: & perinde obligor ac ſi mandaſſem, vt dicit Dynus in c.ratum.& c.ratihabitio.de reg.iur.lib.6. cum quo reliquos tranſire refert Benedict.capr.reg.53.n.2. idque procedere communiter refert in iudiciis & contractibus vel quaſi, & vltimis voluntatibus, ibidem n.7.8.& ſeq.fallentias vide ibidem nu.17.& ſeq.Pater enim & dominus etiam in præiudicium ſuum ſine ſuo conſenſu facta rata habere poſſunt, & princeps vel Papa ſimiliter ſententiam non ſuo nomine nulliter latam ratificare poſſunt. Imò quilibet actum non tam ratione formæ quàm contemptus nullum, ratum habere poteſt, Hæres quoque iura quæ ſine agnitione defuncti tranſmittuntur. rata habere poteſt. Succeſſor prælati quoque ratum habere poteſt, multas alias fallentias vide ibidem per tot.reg.nu.17.23.29.30.34.44.47. 55.60.& ſeq.licet autem verius videtur in delictis perpetratis ſine iuſſu aut mandato, ratihabitionem non mereri pœnam, ſic nec mãdans tenetur de mandato, quoties principalis aliàs erat facturus, vt notat Iac.But.l.1.§.1.ff.de eo per quem fact. quia tunc mandatum nec opem nec cauſam dedit delicto, tamen communis opi.eſt in cõtrarium, ſecundum Bald.in l.obſeruare.§.fi.ff.de of.proconſul.quam Dy.Card.Zenzel.in c.ratificatio. de reg.iur.lib.6.& Io.And.& gl.in c.quam ſit.de electiõn.lib.6.tenere refert Bened.capr.ibid.n.14.

PRO.ratio eſt anima legis.l.cum pater.§. dulciſſimis.ff.de le.2.l.1.C.quę ſit long.conſ.vbi gl.in c.erit autem lex.4.diſt.c. conſuetudo.1.diſt. Bello.

Pro. ratio legis durat, licet ius ciuile deſtruatur.gl.in ca.nouit.extra de iudi. idem.

Pro. ratio vel reſponſio quæ eſt eadem cum dicto, non valet.l.qui interrogatus.ff.de pet.hær.gl.in l.fi.ff.de offi.procon. Caſ. idem.

PRO.ratione dubitationis fit quòd aliàs non fieret.l.1.§. ſed ſi dubitetur.& l.ſi qs ex aliena.ff.de iud. l.hæreditarij.ff.de quæſt.l.de iure.ff.ad mun.l.item Mela.§.1.ff.ad l.Aquil.l.ordinata.§.fi.ff.de lib.cauſ.& l.lite.C.e.tit. idem.

Quando in ſtatuto non poteſt niſi vnica ratio aſſignari.illa habetur pro expreſſa, & ab ea arguere licet. Eſt com. opi. ſec. Dec.conſ.333.licet propoſiti mei.ver.4.& vlt.& ver.pręterea ſec.com. M.Chærian.

Ratio finalis ſtatuti, excludentis fœminas, & deſcendentes ab eis, videtur eſſe propter fauorem agnationis, vt bona ꝯſeruentur in familia & familiæ dignitas conſeruetur. eſt com. opi.ſec.Dec.conſ.372.viſis & diligenter.circa.fi.ver.tamen ſec. commu. idem.

Ratio vnica ſtatuti habetur pro expreſſa.Cur.iu.conſ.170. n.6.com.dicit. Villal.

Rationum librum mercator tenetur edere ad fundandam intentionem actoris.Io. à Ripa in l.1. C.de edendo.n.8.communem dicit.Et intelligit in mercatoribus matriculatis & iuratis qui dicuntur ſuccedere in locum argentariorum. B. Villal.

Ratio ſi non ſit ſcripta, non poteſt ab ea argui: quando non eſt vnica ratio tantum, ſed ſi ſit vnica, illa habetur pro ſcripta, & ab ea arguitur, tanquam à ratione ſcripta, iuxta ſingularem illam gl. communiter ab omnibus receptam in l. quamuis.C.de fideic.cum concordantibus, vt per Dec.in cõſi.554. in cauſa.in qua agitur per Ruin.in conſ.31.viſis, ac diligenter ponderatis.n.3.vol.3. Per Pariſ.in conſ.83.pro reſolutione.n. 23.vol.3.& per Bertr.in cõſ.300.in caſu.n.3.vol.1.ex primis. & dixit Soc.iu.in conſ.167.dominus Bernardi.n.1.vol.2.Nec ſufficit, dicere, imò ſunt plures, niſi alia colorata allegetur, per quam qui vnicam aſſerit, reddatur dubia & incerta, & vbi alia nõ allegetur, illa remanet vnica, & ab ea ſemper arguitur, alioquin regula glo. in d.l.quamuis.communiter per omnes vbique approbata, nũquam poſſet verificari, quia contra arguentem à ratione non ſcripta, tanquam ab vnica, facilè eſſet diſcere, quod imò ſint plures, ꝙ valde abſurdum eſſet, & deſtrueretur illa communis regula: ita ſæpe dixiſſe in legendo, & etiam dixiſſe in conſ.1.n.53.vol.1.Vbi oſtẽdit ita etiam voluiſſe Salic.in l.ſerui veſtri.C.de noxal.& curt. iun.in conſ.80.Vti hæc refert ipſemet Socin. iun. in conſ.22. num.12. volum.4. E. Muſcul.

Ratio generalior dicto, nunquam ad terminos dicti reſtringitur.l.regula §.& licet.vbi Bart.ff.de iur.& facti ign.& l.cum pater.§.dulciſſimis. ff.de le.2. Benè facit.l.nomen debitoris.§. fi.& ibi tradita per doc.ff.de le.3.& de hoc eſt gl.communiter approbata in clem.1.de elect.quam Card. ibi dicit eſſe ſingularẽ.& ita per prædicta firmat Alex.in conſ.52.circa hanc dubitationem.n.10.li.4.Soc.iun.in conſ.37.num.7.volu.4. E. Muſcul.

Ratio nec par, nec maior etiam in legum correctionib.qdquam operabitur.cõmune aſſerunt Iaſ.in auth.quas actiones. C.de ſacroſ.eccl.Turz.opi.98.& hanc quoque in rem videto quæ ſuperius ſcribo ver.extenſio. E.Suarez.

Rationes qui alicui reddere tenetur, illarũ libros in primis ipſi reddere cogetur, vt eſt communis reſolutio Curabar. per illum tex.in l.vlt.§.1.ff.de lib.lega.docet idem Bart. ac Paulus in lege cum ſeruus.in prin.ff.de conditionib.& demonſtrationib.idem Bart.in l.1. quod de frumentaria.ff.de adminiſt. rerum ad ciuit.pertinent.& in l.1.§.officio.ff.de tut.& rat.diſtra. latè Deci.conſ.178.& 192.Chaſ.in conſuet.Burg.rub.6.§.à n. 1. procedetque illud non tantùm in ſeruis vel inſtitorib. aut factorib.vt Imol.& Cum.exiſtimarunt in d.l.cum ſeruus. Sed & in quibuſuis aliis perſonis.vt diligenter tradit Soc.in l.quãuis.ver.poſtremo.ff.de conditionib.& demonſtrationibus.ac Dec.vbi s̃.veriorque ac receptior ea eſt opi. ſi qui rationes illas reddit nihil damni ex libris penes ſe non retentis paſſurus videatur. Rationum autem liber ex parte improbari non poterit.quemadmodum frequenter placitum ponit Franciſ. Viuius lib.1.opi.259.cum Corn.conſ.81.lib.4. E.Suar.

Ratio legis vel ſtatuti ſi tantùm vna reddi poterit & ſi expreſſa nõ ſit, expreſſæ loco habebitur. commune inquit Dec. conſ.333.curt.iu.conſ.107.n.6.aſſerunt.idem Dec.conſ.554. Ruin.conſ.31.n.3.lib.2.Pariſ.conſ.83.n.23.lib.3.Bertr. conſi. 300.n.3.lib.1.Soc.Nep.conſ.167.n.21.lib.2. E.Suar.

Ratio dicti teſtis trahit & regulat ipſum dictum, ipſumq; deſtruit, ſi dicto non congruit, cùm tota vis teſtis ſtet in ratione.ita magiſtraliter Bald.quem cæteri commendant, in l.conuenticulam.C.de epiſc.& cler. Balb.deciſ.404.

Ratio legis vel ſtatuti, ſi vna tantũ reddi poſſit, & ſi expreſſa non ſit, pro expreſſa haberi, videtur, vt eſt communis opi.Soarez ver.ratio, nu.6.curt.iu.conſ.170.nu.6.communem dicit. Bonacoſſ.

Ratio in teſtibus ſemper præualet etiam in criminib. Curt. iu.in conſ.244.n.42.in 3.vol.com.dicit. idem.

Rationes nõ fuiſſe plenè & legitimè redditas alleganti, incumbit onus probandi, teſte Rol.conſ.49.nu.50.libr.1. Quæ concluſio fallit, quando quis tenetur ad factum, & exhibitionem librorum: quia tunc confeſſio ſola non ſufficit.Rol.dic. conſ.n.49.& ſeq.practicam autem conficiendi rationes ab officialib.publicis, vide per Bart.in l.2.C.de naulicul.lib.11.& an ratio ſemel reddita, iterum reddi debeat, vide per Aym. conſ. 238.& quæ nõ.Bart.in l.2.C.de iure fiſc.lib.10.

PRO.ream linguam, non facit niſi rea mens.can.homines. 22.q.2. Bell.

Pro. reatus omnem honorem excludit.l. 1.C.vbi ſenat.vel clariſſ. idem.

Rebellis impunè occidi poteſt,& tunc demum probari & declarari,ꝙ fuerit rebellis,& ita dixit Bart.in extrauagant. qui ſint rebelles,in verb.rebellando.n.22.& eſt communis, vt dicit Boſſ.in tit.de hæreticis n.29.& in ti.de crim.læſæ maieſt.n. 119.& ita ſeruatum fuit ĩ Duce Vrbani,qui interfecerat Cardinalem Papienſem, ſuper quo caſu conſuluit Ruin. cõſ.4.li. 5.& Ferret.conſ.31.Sed Claro hæc opi.periculoſa videtur, & dicit quod non ita conſuleret amico ſuo, Cla.§.læſæ maieſtatis.ver.Hinc infertur. P.Fich.

Rebellis impunè occidi poteſt , ac deinde fœdiſſimæ eius criminis labi obnoxius tum probari, tum declarari.commune aiunt Aegidius Boſſius in pract.ti.de hæret.n.29.& in ti.de crimine læſæ maieſt.n. 119.& qui meritò ea in re hęret I.Cla. in prac.§.læſæ maieſt. ver.hinc infertur.Cur enim in auditum quemquam occidi licebit?cur tanta graſſandi feneſtra aperietur?verum ea de re alibi vberius. E.Suar.

Rebellis impunè occidi poteſt,& tũc demum probari, aut declarari quod fuerit rebellis,vt eſt communis opi. Clar.in §. læſæ maieſtatis.ver.hinc infertur.ſed Claro non placet. vide ibi per eum Soarez ver.rebellis.n.16. vide Portium commun. opi.li.1.concl.2.Ant.Gabriel.communi.opi.lib.7.conclu.11. Bonacoſſ.

Recatatio. Facultas rem alienatam recatandi ex ſtatuto competens proximiori agnato, non poteſt extraneo cedi, ſecundùm Pe.Cy.& Bal.in l.3.C.communi di.Alb.in 1.par.ſtatu.q.88.d.conſtantium in l.ſi ſtipulatus ſum illud aut illud.ff. de ver.ob.& nunc tempus præfixum ad recatandũ incipit currere à tempore ſcientiæ, ſecundùm Iac.de Are.in l. vero procuratori.& in l.aliud.ff.de ſolu. Imo.in l.quæ dotis. ff.ſol.mat. Barto.& Bal.in l.generoſo.ff.de his qui notan.infa. per l.cum ſexum.ff.de ædil.edic.& l.quinquaginta ff.de excuſa.tut.Balb. deciſ.193.

Receptator furis tenetur eadem pœna,qua & ipſe fur,vt eſt communis opi.Cla.q.9.poteſt tamen defendi,vt ibi.ver.quæro etiam, vide omnino. Quis nam ſit receptator. vide per D. Hieron.à Monte in ſuis variis quæſt. q.17.num.15.& ſequ.& no. ꝙ recipere in domo amicos humanum eſt ſecũdum Bal. in l.quicunque.C.de ſeruis fugi.Blancus.in l.fi. n.202.ff.de q. & ſi quis ſcienter receptat ſine aliquo lucro, vel ſine ſpe lucri, non tenetur ſtatuto de furtis.Crauet.conſ.18.nu.22. Marſ.in conſ.53.n.30.in 1.vol.portius conſi.226.item limita nõ procedere in recipiente, & non abſcondente, quia recipere quis dicitur,quando bannitum.vel furem abſcondit, vel rem furatã abſcondit,Bart. in l. 1.ff.de ſeruo corrup.& in occultis ſemper capimus interpretationem in meliorem partem.6. q.1.ſi omnia,& c.ex tuarum.de ſortilegiis. additio. ad D.m.Alcia.in tract.de præſum.reg. 1. præſum.7.in fi.Item limita, ſi de furto prorſus receptator quis eſſet ignarus.l.fi.C. de operis liberto. & opus eſſet quod præſtaret opem furto l.2.§. homines. ff.de vi bono.rap.l.2.ff.de origi. iur. Bal.conſ.250.n.5.in 1.vol.l.1. §.fi.ff.de receptato. Grammati.conſ.37.num.21. paſethus in conſil. 185. numero 2. & qui tenetur ex receptione & receptatione.non tenetur,ſi illam ſine culpa & coactè fecit. Soci. cõſ.90.n.9.in 3.vol.Res autem reperta apud aliquem facit indicium ad torturam.fallit ſi ſit homo bonæ famæ & cõditionis. Marſ.ſing.392.Et bãnitus receptans alium bannitum non punitur.Cumio.in practica ſyndica.c.8.n.45. Bonac.

PRO.recipiendo ſortem tacitè videtur remitti pœna.in l.ſi poſt moram.ff.de eo quod cer.loco.

Obiec. contrà de l.cum ſtipulati ſumus.ff.de ver.ob. & l. 1. C.de iud.

SOL.dic ꝙ creditor petendo in iudicio ſortem principalẽ, non præiudicat ſibi in vſuris intereſſe,damnis,nec aliis acceſſoriis,vt ibi.ſecus videtur in receptione ſolutionis:quia recipiendo ſortem ſimpliciter , ſibi præiudicat in iſtis acceſſoriis, vt hic & l.2.ff.ſi quis caut.

OB.ad idem contrà de l.& eleganter.§.nõ ſolum.& ibi no. ff.de dol.vbi recipiendo rem non videtur remittere intereſſe.

SOL.ibi,quia erat ex diuerſis cauſis debitor.vt ibi gl. Bell,

Reciproca donatio non dicitur propriè donatio. com. dicit Cla.in §.donatio.ver.item quæro. P.Fich.

Reciproca donatio non eget inſinuatione.com.in §.D.qu. 16.ver. Sed nunquid. idem.

Recognitio feudi per errorem facta non nocet poſteris, com.Cla.in §. F.qu.20.verſi. Sed pone. idem eſt,ſi recognitio aliter fiat quàm more ſolito vel debito,vt ibid.quod intellige de feudo antiquo, vbi vaſallus defunctus non poteſt præiudicare vocatis ex tenore inueſtituræ. P.Fich.

Recognitio facta quoad bona quid operetur?& an & qñ ſibi in bonis recognitis noceat,& qñ tertio,vide Iaſ.conſ.65.li. 3.conſ.136.col.antepe.li.4. & quid operetur quo ad pſonam recognoſcentis,vel eius filij Bald.Sal.& Are. in l.tranſactione matris.C.de tranſac.Iaſ.cõſ.81.li.1.quid de deſcriptione facta in cataſtro,quid operetur.& an probet pro cataſtrante,vel tertio prẹiudicet.vide Bald.in l.cenſualis. C.de don.& in l.ſi functiones.eo.ti. quibus adde quæ ſcribit Bald.in l.ſi certis annis. col.3.ver.extrà.C.de pact.& per recognitionem factam p aliquem qui ſe recognouit emphyteutam,quod ius dicatur trãſire in eum cui fit recognitio:vide Rip.in l.ſi aliquẽ.ff. de acq. poſ.& ibi quid inferatur in præiudicium tertij:qd quoad poſſeſſorium & petitorium:& quid operetur ea confeſſio quoad dominium & poſſeſſionem:vide Bald.in l.cũ falſa.C.de iur.& fact.ign.& quid de confeſſione & recognitione in reali, Aret. conſ.36.col.2.Barb.conſ.14.col.16.lib.2.& ibi an reuocentur per errorem emiſſa.quid in recognoſcente rem ſuam eſſe cenſualem:vide Iaſ.in d.l.cum falſa.& an recognoſcens rem tenere in feudum,transferat directum dominium. caſtr.conſ.11. lib.1.Quæ omnia declara vt per Iac.in ſua inueſt.ver. qui quidem vaſalli promiſerunt recognoſcere.nu.12. Aym. Crauet. conſ.15. Put.

Reconuentio. Clericus agens contra laicum coram iudice laico, volũtariè dimiſſo iudice eccleſiaſtico cuius copiam habebat,poteſt ibi reconueniri,ſecundum gl.Hoſt.& Io.And. & pleroſque cano.in c.at ſi clerici.ext. de iud. Niſi in fraudem hoc fecerit,aut reconueniatur in actione famoſa,vel re ſpirituali,& niſi ageret pro iniuria vel damno:ſecus ſi ex neceſſitate,vt quia cauſa erat merè prophana : & tunc procedat opio. Pe.Cy.& Iac. But.tenentium ꝙ non poſſit reconueniri ſecundùm Arch.3.q.8.in c.cuius in agendo.in c.nullus,ext.de foro comp.in c. 1.ext.de mu.petitio.Spe.in tit.de reconuen.§.nunc dicamus ver.ſed pone clericus.& ver.& no. Ang.in l.conſenſiſſe.§.ſed ſi agant.ff.de iudi.Bal.& Sal.in auth.& cõſequenter. C.de ſen.& interlo.om.iud. Balb.deciſ.64.

Quando reus vult reconuenire actorem, non incõtinenti, ſed in futurum,procurator actoris tenetur ſatiſdare ꝙ in cauſa futura defendet dominum in cauſa reconuentionis, & hoc procedit,quando reus non habet iura ſua in promptu,quibus poſſit de prẹſenti reconuenire procuratorem,tũc debet ei ſatiſdari : ſecus , ſi poſſet re conuenire de præſenti, & nollet.Eſt com.opi.ſec.Iaſ.in l.actionem.C.de proc. M.Chærian.

Reconuentio poſt litem conteſtatam fieri non poteſt. Eſt com.opi.ſec.Fel.in c.1.in prin.de mut.petit. idem.

Reconuentioni non eſt locus, quo ad effectum ſimultanei proceſſus aliquo pacto,quãdo vna cauſa reperitur ſummaria, altera verò plenaria,vt per Inn.& communiter Canoniſtas omnes in c.1.de mu.peti.& Legiſtas in auth.& cõſequenter.C. de ſen.& Ang.in l.ſed & hæ.§.non ſolùm.ff.de procu.in quib. locis plerique ſcriben. aſſeuerant iſtam eſſe communem opi. doct.vtriuſque cenſuræ. aduerte autem, ꝙ quoad effectus ſimultanei proceſſus reconuentio ipſa fieri debet ante litẽ conteſtatam,ſecundum prẹfatos docto.ſecùs autem quo ad effectum prorogationis iudicis,quia vſque ad ſententiam fieri poteſt reconuentio coram eo.c.diſpendioſa.c.reus quoque,& ibi,Io.And.de reſcr.li.6.& in d.c.1. F.Viuius.

Reconuentio non fit coram iudice delegato electo de conſenſu partium,Gome.in c.diſpendia.de reſcr.n.33.lib.6.com. dicit. B.Villal.

Contrarium deciditur per l.20.tit.4.par.3.

Reconuentio non habet locum in cauſa appellationis,ſec. Inn.Bu.& Pan.in c.1.de mu.petitio.Cy.& Bal.in l.per hanc.C. de tempo.app. Gul.Bar. & Sali.in auth.& conſequenter.C.de ſen.& interlo.om.iu.Spe.in tit.de reconuen.§.nunc dicamus. ver.ſed nunquid coram iudice.per caſum quem Bal.dicit ſingularem.in l.ad cognitionem.ff.ex quib.cau.in poſſ.ea. & l.1. §.ſed ſi agant.ff.de iud.Quod limitant Ang.in l. cõſenſiſſe.§.legatis.e.ti.But.& Pan.in d.c.1.Niſi appellans, cum haberet copiam iudicis appellationis in proprio domicilio , voluit ad alium remotum iudicem appellare,& in appellatiõe extrà iud. quod ſequitur do.Præpo.in rub.extrà,de app.in 30.col.Balb. deciſ.65.

Reconuentio. In iuriſdictione prorogata habet locum recõuentio ſec.gl.fi.& notabilem ĩ ſuo.2.intellectu in d.l.eſt receptum.ibi Ang.& dominus Cato.faciunt not.in l.cum Papinianus,& in auth.& conſequenter,C.de ſen. & interlo.om.iudi.per can.in c.1.ext.de mutu.petit. Balb.deciſ.115.

Reconuentio habet locum etiam in officio iudicis implorato,ſecundum gl.in l.1.§.fi.iuncto illo tex. & iungendo gl.ibi in verbo debetur.cum gl.fi.ff.de variis & ext.cogni.contrarium tenuit gl.in l.ſed ſi reſtituatur.circa princ. ff.de iudi.prima opi.poteſt procedere quando officium iudicis principaliter imploratur.Secunda quando incidenter ſecundùm Inn.in titulo extrà, de mu. petitio.in fine.ibi, & ſecundum prædicta. Balb.deciſ.242.



Reconuentio. Quando vna cauſa eſt ſummaria,alia plenaria, non eſt locus reconuentioni quo ad effectum ſimultanei proceſſus,ſecundùm Inn.& communiter can.in c.1.de mu.peti.legiſtas.in auth.& conſequenter.C.de ſen.Angel.in l.ſed & hæ.§. non ſolum ff.de procur. Et quo ad effectum ſimultanei proceſſus debet reconuentio fieri ante litem conteſtatam, ſecundum eos. ſecus quo ad effectum prorogationis iudicis: quia vſque ad ſententiam fieri poteſt recõuentio coram eo, c.diſpendia.§.reus quoque,& ibi Io.And.de reſcr.in 6.& d.c.j. Balb.deciſ.279.

Reconuentioni ex cauſa plenè atque exactè excutiẽda locus non eſt ob cauſam ſummatim agitãdam:atque id, quo ad ſpontanei proceſſus effectum , vt frequenter placitum ponit Franciſcus Viuius lib. 1.opi.258. E.Suar.

Rector vniuerſitatis non poteſt eligi niſi ſit clericus,Soc.in c.1.de foro comp.decla.14.n.13.comm.dicit. Villal.

Dubia etſi quæſtio ſit,an rector,vel prælatus de rebus eccleſiæ ſignanter.quæ abſque capituli conſenſu,& tractatu, ac ſuperioris auctoritate alienari non poſſunt,compromiſſum de iure,& in arbitrium,ſine cõſenſu capituli & ſuperioris auctoritate,facere poſſit,vt vide licet in c.cum tempore de arb. vbi videtur negatiua,quam nonnulli ſecuti ſunt,pro quibus facit quod voluit gl.fi. & ibi Hoſt. in ſumma,in tit.de arb.§.de qua re ver.quid de clerico.vbi indiſtinctè concludit,clericum ſup rebus eccleſiæ ſuæ,quas per ſe liberè alienare non valet,compromiſſum facere non poſſe, licet ſecùs ſit de propriis rebus, ea(vt inquit,)ratione,quia in re propria quilibet eſt moderator & arbiter.l.in re mandata.C. mand.alij verò, quos Inn. in d.c.cum tempore commiſcitur,contrarium voluerunt. Magis tamen communis & receptior illorum eſt ſentẽtia,qui negatiuam aſſumpſere,illamque tuentur,cum quibus fuit Ant. de But.& Imo.ĩ d.c.cum tempore:quo in loco idem Imo.ſcribit, ꝙ licet ſuper propriis rebus, & fructibus præteritis huiuſcemodi perſonæ compromittere abſque capituli cõſenſu,loquendo de prælato, & ſine ſuperioris auctoritate poſſint, ſuper fructib.tamen futuris,& iuribus eccleſiæ, ſecus eſſe:& alij quãmplurimi,quos Soci.qui hanc magis com.affirmat,refert conſ.18. proſequendo.lib. 1.ſequuntur, cum quibus fuit Ab. in d.c.cum tempore.vt ibi videre licet. F.Turz.

Pro. recurrendum eſt ad vulgarem interpretationem.in l. anniculus.ff.de verb.ſig.in c.ex literis.extra de ſponſ. & matr. Bellon.

Recuſatio ita ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, ſicut appellatio,Ant.de Trem.in addi.ad Bona.in rub.de recuſa.in fi. magis commu.dicit. Villal.

Recuſatione propoſita,ſi iudex ex actis ante recuſationem propoſitam procedit ad ſententiam definitiuam,licet dicatur nulla,iudex recuſationis, vel appellationis poteſt dictam ſententiam confirmare Philip. Franc. in addi.ad Io. Monachum. in c.iudex,de off.deleg.lib.6.nu.3.communem dicit ex Imol. & Io.And.in cap. 1.de confir.vti.vel inuti.& Alex.in conſ.67. vol.6. idem.

Recuſatio iudicis non minus illius iuriſdictionem ſuſpendit , quàm quæuis appellatio ritè interpoſita. commune inqt Ant.de Tremo.in additio.ad Bon.in rubr.de recuſat.in fi.Villal.in ſua collect. E.Suarez.

Reges originem à iure gentium trahunt.commune inquit Ant.Corſet.de poteſt.reg. 1.qu. 1.Iouemque in terris,hoc eſt, Deum optimum maximum proculdubio repræſentant,vt vbique tum omnis philoſophorum ſchola,tũ multiſonus poetarum cõcentus, tum denique ſerium theologorum ſtudium profitetur.Meminiſſe tamen in primis vel illud maximè omnes ij debent,quod alicubi Horat.

*Regum timendorum in proprios greges,*
*Reges in ipſos imperium eſt Iouis*
*Clari gygantæo triumpho,*
*Cuncta ſupercilio mouentis.* E.Suarez.

Recuſari poteſt iudex in cauſis criminalibus,vt eſt communis opi.Cla.q.43.in prin.recuſari tamen non poteſt, niſi ſit criminoſus.communis eſt opi.Cla.ibi.ver.item quæro.Et recuſatus iudex,ꝙ ſit infamis,vel excommunicatus,nõ poteſt ſuper iſta exceptione cognoſcere,vt eſt communis opi.Cla.ibi recuſari tamen non poteſt iudex ordinarius in criminalibus,vt eſt communis opi.de qua D. Oſaſcus deciſ.Pedemontana. 16.in prin.Limita,vt ibi per eum multipliciter. Bonac.

Recuſatio iudicis. Omnis etiam minima ſuſpitio eſt iuſta cauſa recuſationis iudicis:non ſic in teſte.gl.ordinaria in c.cũ R.canonicus.extrà de officio delega. Balb.deciſ.111.

Reditus annui,(non perpetui,)inter mobilia cenſentur,cõmunior eſt,vt apparet ex allegatis per Nicol.Boer.conſ.3.nu. 7.Quæ tamen ſanè intelligenda ſunt,nempè reditibus ad modicum tempus, vt potè ad quatuor.aut quinque annos(ita loquitur Boerius)duraturis.Non ergo ex hac communi ſequitˀ, Cenſus redemibiles, ob id quod quouis anno redimi poſſint, ipſos quoque inter mobilia computandos eſſe. Etſi enim poſſibile ſit,vt vel altero vel ſecundo anno redimantur tamẽ per inde poſſibile eſt, vt centum annis nõ redimantur(cuius multa extant exempla.) cùm tamen redimendi facultas quandocunque cõpetat,ſi in inſtrumento venditionis(prout in talib. redimibilibus cenſibus vel penſionib.eſt moris)appoſita fuerit.Cùm ergo tempus redemptioni nõ certũ, ſed planè incertum adeoque indefinitum fuerit appoſitũ,talis cenſus perpetuus cenſebitˀ.l.iuris peritos.vbi notat ff.de excuſ.tut.ſufficit igitˀ incertum eſſe.ſit ne futurũ aliquid,an nõ,vt perpetuum in dubio cenſeatur,ita ſcribit Tiraq.lib.2.De Retract.§.2.gl.1.n. 39.per l.ſufficit.& ibi Iac.in 2.no.ff.de condi.indeb.& ſubiungit.Ex qua omnes illud vbique aſſumunt, dubia & incerta interpretari præſumique perpetua,&c.cum multis ibi allega.& firmat idem Tiraq.in eo.Tract.lib.1.gl.14.n.120. I.Fich.

Reditus & emolumenta fiſcalia inter primum & ſecũdum conductorem quomodo diuidantur quando tempore vnius commiſſum eſt maleficium,& inſtructus proceſſus,& tempore alterius lata eſt ſententia:dic vt per Alex.conſ.7.lib.3.Iaſ.in l.more.n.22.ff.de iuriſd.om.iudi.Boer.q.5. Put.

Reductio ad arbitrium boni viri in laudo poteſt peti vſque ad 30.an.Præpo.in c.à iudicibus,2.q 9. & Balbus de præſcr.in 4.par.4.princ.q.33.communem dicunt.Nota tamen verbum Nunij in alpha.hiſpano.de leg.re.in litera in verbo aluedriado res,quod l.fi.titulo par.3.quæ diſponit quòd à ſententia arbitri eſt appellandum in 10.dies habet locum in arbitris,& no. Salic.in arbitratoribus,quod nota,& vide illum. B.Villal.

Reductio ad arbitrium boni viri,eſt petẽda, vel appellatio eſt proponenda coram iudice illius,contra quem ſententia arbitri,vel arbitratoris eſt prolata, Alex.conſ.131. vol.2.quem refert Coua.in reſo.lib.2.cap.12.in prin.communem dicit,& hanc communem limitat Pan.in c.Quintauallis.de iureiurãd. quando ex forma ſtatuti,ſententia arbitri,vel arbitratoris poteſt mandari executioni , quæ opinio facit multum ad intelli. l.vlt. ord.de madrid. & l.8.de anno.1539.& in compilatione noua tit.4.lib.3.l.1.ord.ſed tamen contra opinio.Panor.tenet Pau.in l.2.C.vbi & apud quem,& alij quos refert.d. Couar.in d.ca.12.in verbo, primo, etenim,quem vide quia ipſe contra opi.Pan.ſe reſoluit de iure regio per.l.23.tit.4.eſt ſublata hæc cõtrouerſia, qua diſponitur,ꝙ per iudicem ordinarij vbi ſententia eſt prolata,tractetur de reductione, ibi de les Iuezes del tal lugar do acaeciere.Et ad hoc notat illam l.Nunius de exequen.mand.regul.c.1.n.19. idem.

à ſententia iudicis Reductionis , vel appellationis non eſt appellandum,ſecundum Bart.in l.2.C.vbi, & apud quos,quã magis commu.dicit apoſtil.in addit.ad Alex.conſil. 106. vol. 3.contrariam, imò quòd poſſit appellari, commu.dicit Deci. in l. 1.ff.de reg.iur.& Philip.Franc.in rub.de regu.iur.lib.6.nu. 17.Et hanc magis comm.dicit Alex.in d.conſ. 106.& hanc vltimam dicit veriorem de iure Coua.in reſo.lib.c.12.n.5.ver.j.ſi authores.

De iure regio eſt approbata hæc vltima , vt poſſit appellari per l.vlt.in ord.de madrid.de qua vide per Coua.in d.c.12.lib. 2.in reſol. B.Villal.

Reductio ad arbitrium boni viri debet ſecundum magis communem ſentẽtiam Doct.examinari & diffiniri coram ordinario rei.Bart.in l.ſocietatem.§. arbitrorum.num. 19. verſi. contrarium puto.ff.pro ſocio.Io.Pet.de Ferrar. in ſua pract.in forma libelli quo agitur ad pœnam ex compromiſſo.in verb. nec reductio.Calder.in conſ.5.nu.2.de arbitris.Io.de Imol.in c.quintauallis.nu. 54.ver.circa quartum.Pan.nu.39. verſi.ſed dubitatur.ext.de iureiur.Licet autem alij contrariam ſententiam ſequantur Lud. Rom.in conſ.265. & Matth.de Afflict. in Deciſ.ſacri conſ.Neap.in deciſ.51.per multas aliorum doc. authoritates & rationes ibi allegatas:Tamen priorem ſentẽtiam veram & communem concluſionem eſſe inquit Alex. de Imol.in conſ.131.nu.1.in libr.2.conſiliorum. Meminit &

huius ſententiæ Rol.à Valle in conſ.76.nu.33.in 1.Tom.cōſiliorum. Probat & hanc apoſtillator in ſuis annotationibus marginalib. ad conſ.Alex.in verb.ordinarium.in d.conſ.131. Et ſecundùm hanc ſententiam in Camera Imperia.iudicatum eſſe annotat Mynſing.in obſerua. iudic. Imper. Camer. in ſecunda Centur.obſerua.61.vbi ipſe & plures aliorum doct.authoritates allegat. De qua multa diſputat in vtramque partem Didac.Couar.in libr.ſecundo.variar.reſolut.ca.12.incip. an à iudice qui vt bonus vir arbitratur liceat appellare. Kirchouius.

Reductionis petitio propter enormem læſionem ad arbitrium boni viri,non obſtante renunciatione,admittitur, quia non eſt veriſimile quòd compromittentes hoc voluerint , vt eos arbiter vel arbitrator enormiter læderet.Bal.in l.cùm antea.nu.3.C.de arbi.Io. Petr. Ferra.in ſua pract.in for.libel.quo agitur ad pœnam ex compromiſſo in verb. nec reductio peti ad arbitrium boni viri,nu.3.& hanc eſſe communem opinionem & obſeruantiam, quòd per nullam cautelam verborum appoſitorum in compromiſſo,fieri poſſit,quo minùs petatur reductio, ſi laudum allegetur iniquum propter enormem læſionem dicit Pau.de caſt. conſ.74.ver. breuiter communis opinio. ſecundùm veterem impreſ. Hanc quoque ſequitur & communem dicit Dec.in conſ.11.nu.6.& ibi apoſtill.in verb. nulla.& in conſ.39.nu.6.& 7.& in conſ.533.nu.1.Nic.Boe.in ſuis Dec.q.284.nu.18.D.Vitalis de Camban.in tract.clauſula. in clauſ.an reductioni ad arbitrium boni viri poſſit renunciari.pag.lib.mei.631.& Phil.Dec.in conſ.ad hæc.20.n.30.& ibi Moder.in verb.conſului.ext.de appel.nec non Did. Couar.in 2.rub.par.nu.14.ver.hinc etiam procedit.extrà, de teſta.in 1. Tom. Kirchouius.

Reductio ad arbitrium boni viri non excluditur, licet ſit ipſi reductioni renunciatum cum iuramento quando doloſè eſt arbitratum, vel eſt læſio enormis, ſecundùm Bar.in l.ſi ſocietatem.in §.arbitrorum.ff.pro ſocio.Hoſt.But.& Imo.in ca. quintauallis.extrà,de iureiur. Dy. in regula ſcienti.de reg.iur. in 6.Io.Andr.in addi.ad Specu.titul.de arbi.§. ſupereſt. verſic. item quid ſi compromiſſum. & Alber. in dict. §. arbitrorum. Quia iuramentum habet illam tacitam conditionem,ſi æquè arbitrabitur.ff.de ope.lib.ſi libertus.& d.c.quintauallis. Balb. deciſ.168.

Reductio ad arbitrium boni viri nunquam tollitur per aliquam verborum cautelam, appoſitam in cōpromiſſo, quādo arguitur dolus ex propoſito arbitri,& data eius magna iniquitate ex enormiſſima læſione,vt eſt communis practica aduocatorum.de qua Dec.conſ.587.nu.11.in 4.volu. Bal.conſ. 380.in 1.vol.n.1.Præpoſi.in c.à iudicibus 2.q.6. communem dicit.Cherianus in ſuo communium opi.in verſ.compromiſſum.communem dicit,& communem.dicit,Dec.conſ.39.circa fi.vol.1.n.60.Ripa in c.2.de reſcrip.n.5.Balbus in tract.preſcrip.in 4.part.quartæ partis qu.33.communem dicit.Alex.in conſ.133.nu.4.in 6.vol.Etiam quòd in compromiſſo ſit iuratum.Curt.iu.conſ.79.nu.4.communem dicit,& communem dicit Cagn.in l.2.num.88.& 89. C.de reſcin. vend.etiam non obſtante ſtatuto noſtro Ferrarienſe de compromiſſis. Dec. conſ.587.nu. 11. Ab ipſo tamen laudo non datur appellatio ob id,Abb.conſ.77.col.fi.verſ.circa primum communem dicens. Bonacoſſ.

Reductio intra quantum tempus peti debeat?& dic, vt per Rom.conſ.27.col.2.vbi inquit,aut dictum fuit, quòd vt arbitratores declarare deberent: & tunc eorum declaratio reduci poteſt ad arb. boni viri, dum tamen reducatur dictum laudum intra decēdium,ex no.per pract.Pap.for.lib.ex compromiſſo.ver.nec reductio.nu.2.

Contrarium tenet Oldr. conſ.156.4. dub. Bar.in l.ſocietatem.§.arbitrorum. ff.pro ſoc. Bal.in l.fi.col.5.verſi. quæro vſque ad quod tempus C.de contr.empt.Ang.conſ.315. Feli.in in c.quoniam contra.col.19.ver.verum eſt de proba. & hanc communem dicit Io.de ana.conſ.16.n.12.Alex.conſ.95.col. fi.lib.2.conſ.183.num.3.lib.6.Dec.conſ.39.col.pe.ad fi.conſ. 587.in fi.Rob.de ord.iud.vlt.part.2.Actu. num.122.& magis communem refert Soci. conſ.220.col.3.libr.2. Afflict.deciſ. 132.& quam communem opin. quòd peti poſſit ea reductio vſque ad 30.annos intellige,& declara,vt per Alex.dict.conſ. 95.lib.2.conſ.183.nu.3.lib.6.vbi doct.in apoſtil. Dec.d.conſ. 39.col.pe. circa fi.dummodo intra annum pars ſit conqueſta, Fel.in c.quo ad conſultationem.col.fi.in fi.de re iud.De quo, & quis adeundus ſit iudex in tali reductione: vide Rob. dict. tract.capit.54.numero 126.& ſeq. vbi concludit quòd ordinarius.

Reductio ad arbit. boni viri. Quando iudex aut arbitrator eſt perſona ſecularis vel eccleſiaſtica:ad quem petatur reductio?& dic,vt per Rom.conſ.173.265.col.1.299.quid ſi reducentes fuerint perſonæ mixte, quia vnus clericus, alter laicus,dic,quòd clericus trahet laicum,& reductio petetur ad iudicem eccleſiaſticum, ſecundum Saly. poſt Bal.in l. præcipimus ante fi. C.de appel.Matheſ.ſing.144.Iaſo.in l.imperium. col.3.de iur.om.iud.Rob.de ord.iud.11.diſt.nu.18.de quo vide Rom.d.conſ.173.

Qua in re,aduerteñ dicunt aliqui, quòd iſtud procederet,ſi teneretur illa opi. quòd reductio peti debeat coram ſuperiore arbitratoris,quæ opi.ab aliquibus dicitur reprobata, diceñ igitur, hoc non procedere in petitione reductionis:ſed in appellatione, adeò quòd ad ſuperiorem clerici non laici appellandum ſit,quando clericus & laicus ſimul de cauſa cognouerunt,teſte Rob.vbi ſup.num.20. de quo vide Iaſ.in l.teſtamenta omnia in fi.C.de teſtam.dixit tamen Rom.dict.conſil.265. col.2.quando petitur reductio: illam peti debere ad ſuperiorem arbitratoris laudantis, & quo ad appellationem non debere inſpici perſonam litigañ ſed iudicis à quo, & idem procedere in reductione, reſoluendo tamen. Dic, quòd imo peti debet coram eo qui iudex cauſæ fuiſſet, ſi de ea compromiſſum non eſſet,teſte Bar.in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum. num. 19.& ſeq.ff.pro ſoc. iuxta diſtinctionem pract. Pap.for.lib.ex compromiſſo. ver.nec reductio.n.5.quam dicit communem Alex.conſ.131.in prin.lib.2. Soc.conſ.18.num.31.lib.1.Rui. conſ.7.lib.4.61.poſt numer.41.lib.5.Rob.de ordi. iud 2.actu principali.vlt.par.num.126.vbi dicit eſſe magis communem, in quam videtur inclinare Afflict. deciſ. 51. quem alleg. Miſing.cēt.2. obſer.61.dum quærit de reductione ad arbitrium boni viri, coram quo iudice petenda ſit, & refert Rom. dict. conſ.265.qui cenſet petendam coram eo, qui eſt iudex arbitratoris, ad inſtar appellationis, contrariam verò opi.receptā fuiſſe in camera ſcilicet eundum eſſe ad iudicem rei, qui ſcilicet eſſet futurus iudex cauſæ : ſi actor voluiſſet in iudicio litigare,vt latius per eum ibi.

Reductio peti debet coram ordinario,ſecundum communem per Rol.de ordin.iudic.vlt. actu. num.176.pro qua vide Rol. conſ.26.nu.30. lib.7.conſ.76. nu.33.vbi quòd reductio ad arbitrium boni viri examinare debet & diffiniri coram ordinario rei,vel coram ſuperiore arbitratori : vt d.conſ.nu.34. de quo tamen per afflic.deciſ.51.Quid ſi iudex aut arbitrator fuerit ſecularis, aut perſona eccleſiaſtica, ad quem appellari debeat,aut reductio peti?dic vt per Rom. conſ.173.265.299. Iaſ.in l.imperium.ff.de iuriſdi.om.iudic.& quid ſi ſunt perſonæ mixtæ:vide Rom.d.conſ.265.col.1.

Reductio. Quancunque poteſtatem dederint ꝯpromitteñ ei in quem factum eſt cōpromiſſum, nō tamen prohibetur enormiter læſus,reductionem petere ad arbitrium boni viri,in quacunque enim generalitate verborum enormis læſio excepta intelligitur,l.ſi libertus ita.ff.de op.li.l.ſi creditor.§.lucius. ff.mand.Rom.conſ.90.col.2. poſt prin. Alex.conſ.131.n.12. lib.2.Dec.conſ.11.col. 5.ver.prin.&r.conſ.39.n.6.conſ.60. col. 2.533.in prin.587.ad fi.632.col.2.Cur.iun.conſ.79.ante fi.& eſt communis opi.per Abb.in c.quintauallis col.15.& ſeq.de iureiur.Iaſ.de arb.par.vlt.q.14.

reductione ad arbitrium boni viri pendeñ: an poſſit fieri executio laudi?& dic, vt per Abb.c.quintauallis col.20.de iureiur.Bar.& Socin.in l. Iulianus.la 1.ff.de cond.& dem.quod procedit in laudo arbitri de quo loquitur text.in l. cum antea C.de arb.qui tex.non habet locum in arbitratore,vt per doct. ibi,& Bar.in l.ſocietatem.§.arbitrorum ff.pro ſoc.in quo laudo arbitratoris ſuſpenditur ſemper executio, quia eſt inſtar contractus.

reductio ad arbitrium boni viri ex leſionæ ſentētię arbitralis fieri ſolet,nec aliqua cautela euitari poteſt, imo ſtañ læſione:non obſtañ iuramento ea petitur, ſecundum communem per Burſ.conſ.99.n.11.& 12.lib.1.

reductio ad arb.boni viri ex laudo:coram ordinario peti debet,ſecundum communem per Rob.mar.de ord.iud.actu.vl. n.126.pro qua vide quæ ſcribit Rol. conſ.76.n.33. lib. 1.cōſ. 26.n.30.lib.2.vbi ꝙ ea reductio ad arbitrium boni viri examinari & diffiniri debet coram ordinario rei,vel ſuperiore arbitratoris ibi n.34. ſed intra quantum tempus ea reclamatio ex laudo proponi debeat Alex. ꝯſ.103.col.1.li.5.131.col.1.lib. 2.Paris.conſ.45.n.11.n.65.lib.1.quam autem facultatem habeat iudex reductionis ad arb. boni viri? Dic, vt per Rol. dict. conſ.76.nume.48. Dec.in c. dilecto col.pen.de appell.afflict. deciſ.51. Quid in iudice vel arbitratore eccleſiaſtico? & vide Rom.conſil.173.265.299. Iaſo.in l.imperium.colum.3.ff.de iuriſdict.om.iudic.





Reductio pars condēnata volens poſt decēdium reducere laudum ad arbitrium boni viri:an contineatur ſub ſtatuto de cauſa reductionis ad arb. boni viri?& dic,ꝙ ſic,quia regula nō valenti agere ſeu reductionem non petere:terminus non currit,locum habet, niſi pars condemnata dederit ſibi caſum impotentiæ, aut non volendi reducere , tunc enim impotentia tamquam ſua culpa cauſata ei non prodeſt, quum terminus currat,ita Rom.conſ.9.vbi concludit partem condemnatam ſtatuti termino obſtañ reductionem petere nō poſſe,ex quo dedit ſibi caſum impotentiæ aut intra dictum tempus nonvalendi reducere,quam concl.declara,vt latius per eum,d.conſ. vbi dicit , partem condemnatam à reductione excluſam eſſe, quia poſt latum laudum terminum petiit ad ſatisfacieñ contentis in laudo,ex not.per Bal.in l.ad ſolutionem C.de re iud.

Regalia præſcribi poſſe tempore cuius non extat memoria. communior eſt,vt videre licet apud Aym.Crauet.in tract. de antiqui. temp. in 4 part. §. abſolutis differentiis, verſ. quartò quæro.nu.13. I.Fichard.

PRO.regina non habet eandem prerogatiuam,quam Rex. l.quod princi.cum l.ſeq.ff.de leg.2. Bellon.

PRO.regina eſt & domina in vltimis voluntatib.voluntas teſtatoris.l.cum quæſtio. in fi.C.de leg.l. in conditionibus.ff. de condi.& demonſt. Bellon.

Regulæ inhærendum eſt,& qui eam habet pro ſe:habet fundatam intentionem,Bar.in l.2.ff.ſi quis in ius.voc.non ier.vbi iaſ.ampliat in col.8.in princ.dec.conſ.8.col.1.qua in re, dixit Bar.in l.quoties.ff.ſi quis caut.ꝙ illud nō dicitur eſſe dubium de quo eſt regula, licet aliqui ſint caſus ſpeciales vt per eum. de quo vide quæ plenè ſcribit abb.in c.quoniam frequenter. extra,vt lite non conteſt.Nat.conſilio 199.dec. conſilio 401. & 517.

Rei vendicatio pro ſingulis tantū rebus competere,intentariq; poteſt.commune dicit Anto.Gomez.de teſta.c.5.nu.7. competet autem & contra merum rei detentorem , vt commune ait Io.Coraſ.in l.naturaliter.§.nihil commune.nu. 3.ff. de acq. poſſ. Non tamen aduerſus eum ritè intentabitur , qui cùm rem nec poſſideat,nec teneat,eam poteſt reſtituere,ſi velit. commune inquit Alex. in l. Pomponius.§.ſi is, qui precario.nu.22.ff.de acq.poſſ.Ac non ſolùm in domicilij loco, ſed vbi res ipſa ſita eſt,rei vendicatione quis pulſari poterit.commune ſcribunt Pan.in c.ſanè,de foro compe.Turan.opi.127. E.Suarez.

PRO. relatiuum quis vel qui,in dubio non facit veram relationem,ſed ſimplicem.l.iulianus hæred.inſt. Bellon.

PRO.relatiuum qs vel qui reſtrictiuum eſt.l.ea tamen adiectio.ff.de le.3.Aliàs declaratiuum.vt l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.& in l.cunctos populos.C.de ſumma trin.& fide catho.vbi Bart. Bellon.

Relegato debet reſtitutio concedi curt.iu.conſ.182.nu.13. com.dicit. Villal.

Relegatio nō eſt in vſu,ſed eius loco eſt exilium iure ciuili, & hodie etiam iure canonico.contrarium ſeruatur,vt eſt cōmunis opinio.Clar.q.67.ver.relegationis. Bonacoſſ.

relegato reſtitutio debet concedi.curt.iu.conſ.182.nu.13. com.dicit. Bonacoſſ.

PRO.relictum pro anima,cenſetur eſſe ad pias cauſas,gl.in l.ſi quis titio.ff.de leg.3. Bellon.

PRO.relicta ab inſtituto cenſetur repetita à ſubſtituto l. licet imperator.ff.de leg.1. Bellon.

relictum inſtitutionis titulo non cenſetur,ſi teſtator ita dicat:filio meo centum relinquo, nec volo quòd vlterius petere poſſit.com.in §.T.q.38.verſ.præterea. F.Fichard.

relictum ſpurio nihil valet,& pro non ſcripto habetur,nec tamen fiſco applicatur , ſed defertur hæredib. inſtitutis. com. in §.T.q.31.verſ.ſed quid ſi pater. idem.

relictum per vxorem filio mariti, non habita mentione patris , nec patriæ poteſtatis , intelligitur factum intuitu filij, & non patris, Stephanus Bertr. in l. hac ædicta. C. de ſec.nup.n. 13.com.dicit. B.Villal.

relictum filiæ,ſi nupſerit,centum, & ſi non, quinquaginta, ſi ingrediatur in monaſterium habebit centum.dec.conſ.64. Io. Duran. in arte teſtan. tit. 6. cau. 6. dec.conſ.419.communem dicit. idem.

relictum ad meram alterius voluntatem,inutile eſt, l. ſenatus.§.legatum,vbi gl.& ff.de lega. 1.niſi factum eſſet relictum ad cauſam piam,tunc valeret de iure canonico.c.cùm tibi. de teſta.Et hanc communem dicit iaſ.conſ.110.vol.1.I.Fichard.

relictum pro anima cenſetur:quando legatus alicui monaſterio, ſeu religioſis quod quidem relictum pium dicitur, ſecundum communem per Burſ.conſ.47.nu.15.lib.1.

relinquo verbum ad rem,ſeu quantitatem certam relatum trahi non poſſe ad filij hæredis inſtitutionem.doct.communiter in §.aliud quoque capitulum.iuncto §.cæterum.in auth.vt cum de appella.cogn.imol.in c.Raynutius de teſta.not. etiam in l.1.§.quoties.& in l.his verbis,in pr.vbi Bar.Bald.& Ang.ff. de hæred.inſti.Bart. & alij in l. cogi. in prin. ad Treb. Alex. in conſ.321.nu.20.lib.2. F.Turz.

relinquendi verbum cum vniuerſali bonorum nomine,vel cum aliqua illorum parte coniunctum ad inſtitutionem refertur,vt ſi quis,verbi cauſa,omnia ſua bona,vel quartam bonorum ſuorū partē alicui reliquerit,hæres inſtitutus diceť, ac ducetur, cui relinquitur.cōmune dicūt iaſ.in l.cum ij.in prin. nu.6.ff.de tranſ.& in auth.nouiſſima.nu.33.C.de inoffi.teſta. Arius Pinel.in rub.par. 1.nu. 15.C.de bo.mater. At ſi iſthoc relinquendi verbum ad rem aliquam particularem,vel certam quampiam quantitatem referatur , ad inſtitutionem trahi nō poterit.commune ponunt Turz.opi.37.Viuius lib.j.opi.441. E.Suarez.

religioſis poteſt indici durior vita ſecundū regulam,& ordinem.Pan.in c.ad noſtram.nu.4.de app.com.dicit.& dec. numero 6. B.Villal.

religionis profeſſio ſub ea conditione, vel modo ſuſcepta, qui vel continentiæ,vel paupertatis,vel obedientiæ voto reluctetur,irrita prorſus eſt.commune ait Did.à Couar.de ſponſa.2.par.c.3.§.1.nu.18. Quin & ſi quocunque metu vel etiam reuerētiali,vt doctores fantur,vel obſequiali ſeu officio inducatur,nullius erit ponderis,ac momenti .commune interpretum dogma pronunciat Did.à Couar.d.ca.3.§.6.num. vltim. E.Suarez.

Religionem ſi pater ingrediatur, liberi ipſius ſic ſtatim ſui iuris ac mancipij efficiuntur , vt teſtari & cætera quæuis ritè gerere poſſint.commune affirmant iaſ.in l.patre furioſo.n.45. ff.de iis qui ſunt ſui, vel alien.iur.Boer.deciſ.112.nu. 2. & ſeq. Fran.Viuius lib. 1.opi.121. Præterea vſusfructus,quē de liberorum bonis carpebat,nec penes ipſum manet,nec monaſterio conciliatur,ſed ad liberos proprietatum dominos reducitur.commune aiunt Sal.in auth.idem eſt.C.de bo.quæ lib.Dida.à Coua.in c.2.n.8.de teſta.Quamuis Alex. atque alij apud Franc.Viuium li. 2.opi. 220. contrarium perperam receptum effutiant.Si verò religionem filius profiteatur,patriæ poteſtatis vinculis exemptus ad ea duntaxat cenſebitur,quæ ipſi cōmodo non erunt.commune dicit Ant.Gomez.de teſta.c.4.n. 3.& c.10.n.10. Nec tamen propterea bonorum ipſius vſufructu pater labetur.commune pronunciat Did.à Coua.in c.quia nos.nu.2.de teſta.Vaſquius in tract.de ſucceſſ.proceſſ.tit. qui teſta.non poſ.lib.1.§.1.nu.41.Semper autem cuiuſcunque teſtamentum ob religionis initia rumpetur. commune ait Io. Dilect.de hæred.inſtit.tit.3.caut.9. E.Suarez.

religionis initiatio non impedimento,moræve eſſe debet, quominus ob crimina antea commiſſa atque antea in accuſationem deducta ſanctæ iure pœnæ luantur. commune aſſerit Marquard.de iudæis.par.3.c.5.nu.3. Nec quicquam proderit ſi quis ſe ante patratum delictum religionem vouiſſe iuret: quippe nec is, vel eccleſiaſtici fori prærogatiuis potietur, vel vltrices pœnas euadet,vt praxi,vera rerum doctrice, receptū contra vulgares interpretum gerras atteſtatur I.Clar.in prac. §.vlt.q.93.verſ.ſed quid. E.Suarez.

Religionis profeſſio vicem filiorum ſubit quo ad excludendum ſubſtitutum:vt frequenter placitum inquiunt fulg. cōſ. 53.Ang.conſ.80.incip. quæſtio ſubtilis eſt. & vide quæ hanc etiam in rem inferius obſeruo verſ.Subſtitutio in liberorum defectum. idem.

religionem profeſſuris,vel profeſſis ſi qua ſtatuta ſuccedendi ius adimant, nihil generaliter atque indiſtinctè valebunt. commune inquiunt Alex.conſilio 139.viſo themate.libro 2. Bolognet. numero 105. Marc. Mant. numero 78.cum ſeq. in l. vltim. C. de pact. Viuius libro 1. opi. 312. an autem illi, & quando non ſolum hanc , ſed & aliam teſtamenti factionem habeant , differit latiſſimè ex receptis interpretum ſententiis I.Clar.de teſta.q.28.cum duabus ſeq.ad quem de materia acturus recurrito. E.Suarez.

religionem ingreſſa filia,cui,ſi ſacris imbueretur,ducenta, ſi nuberet,mille nummum ſextertia legata erant,integra mille conſequetur.commune ponunt Hippo.in l. vna.nu.45.C. de rap.virg.Emanuel à Coſta,cum dec.fely.& Ferret.in l.cum tale.§. ſi arbitratu. ampliat. 11. numero 5 ff. de condit. & demonſtr. intellige tamen niſi ſi teſtator prohibeat expreſſim ne illa mille nummum ſeſtertia aliter filia adipiſci poſſit, quàm ſi matrimonium inierit.commune aſſerunt dec.conſil. 419.Berous in c.in præſentia.nu.494.& ſeq.de probat.Vi.li.j.

opi.125.quamuis mihi ſolidas hac in re iuris vtriuſque rationes intuenti verius multò videtur, vel vtroque caſu, vel neutro potius filia admittatur. Sed hac de re copioſius alibi. E.S.

Religionis ad alterius populos qui merces vetitas detuliſſe probabitur, ſi pro captiuorum redemptione id eſſe factum conſtiterit, nihil fraudi damnóve illi erit: ſi tamen interim dū merces aſportantur, intercipientur liberari, recuperarı́ue nō poterunt. commune inſit Marquar. de iudæis. par.1.c.5.nu.4. & ſeq. E.Suarez.

Religionem aliquam, puta fratrum minorum, ſi quis ingrediatur poſtquam eſt inſtitutus, talis inſtitutio pro non ſcripta habetur, teſte iaſ. in l. ſi quis mihi bona. §. ſeruus. ff. de acq. hær. Quid de eo qui ingreditur monaſterium? & dic, licet non poſſit per pactum ſibi reſeruare dominium aliquarum rerum quia hoc repugnet regulæ, poteſt tamen ſibi reſeruare poteſtatem diſponeñ de parte bonorum: vt poſſit teſtari vel contrahere, teſte Catel. verſ. monaſterium vbi alleg. iaſ. in auth. ingreſſi. col penult. C. de ſac. ſan. eccl. & not. Syluestr. in ſumma. verſ. religio.3. nu.8. Cagn. in l. fi. nu.186. vſque ad 209. C. de pact. Quid de hæredibus illius qui ingreditur religionem: & qui dicit ſe dolo inductum ad religionem? & dic, ꝙ bona debentur hæredibus ipſius ingredieñ, & non monaſterio, ſecundum Cæpol. Cautel.201. Aym. conſ.160. vbi de ingredieñ religionem, & cedeñ iura ſuis fratribus in ſeculo remaneñ, ꝙ læſionem allegare non poſſit, in caſu de quo ibi, & d. conſ. nu.4. & 6. vbi loquitur de nouitio qui non potuit cedere iura ſibi competeñ fratri ſuo, & ibi quid de ceſſione facta ante ingreſſum, diſtingue, vt per eum d. nu.6.

Religionem ingredi volentis teſtamentum non ſubiacet diſpoſitioni iuris communis, ideoque non vitiabitur etiamſi id quod filiis ſuis relinquit non inſtitutionis titulo relinquat, ſufficit enim quocunque titulo relinquat, filij tamen nihilominus habebunt legitimam ſuam. com. §. T.q.38. verſic. item quæro. P.Fichard.

religionem vel monaſterium ingreſſus an poſſit mutare vel reuocare teſtm̄ prius factum ante ingreſſum? & an hæres ſtatim habebit eius hæreditatē? an verò debebit expectari mors naturalis? & vide iaſ. in auth. ſi qua mulier. nu.26. C. de ſacroſanct. eccleſ. Put.

Remedium cap. redintegranda.3.q.1. & l. ſi coloni. C. de agri. & cenſi. lib.11. competit cuilibet, qui poſſeſſione ſuarum rerum eccleſiaſticarum, aut aliarum quaruncunque ſine iuſta cauſa ceciderit, communis eſt doct. ſententia ſecundum Bart. in d. l. ſi coloni, & Alex. in conſ.51. viſo vol.1. & in conſ.191. in cauſa. vol.5. & doct. in c. ſępè de reſti. ſpol. Quod prę ſertim locum habet, quando agitur contra poſſidentem ſine titulo, quoniam illius poſſeſſio præſumitur clandeſtina, vt not. Ale. in conſiliis ſuperiùs adductis. F.Turz.

Remedium, ca. redintegranda 3.q.1. datur contra quemlibet poſſeſſorem, communem dicit Pan. in ca. cùm ſedem, nu. 26. de reſtit. ſpol. I.Fichard.

Remedio ca. redintegranda agens non tenetur probare ꝙ tempore ſpoliationis poſſederit, quod aliàs in interdictis requiritur, Corn. com. dicit conſ.18. nu.1. vol.1. I.Fichard.

Remedium l.2. C. de reſ. ven. non habet locum in contractibus ſtricti iuris, ſed tantum bonæ fidei, vel habentibus naturā bonæ fidei. eſt com. opi. ſec. imol. & iaſ. in l. ſi quis cum aliter. de verb. obl. M.Chærian.

Remedium l.2. C. de reſc. vend. non habet locum in contractu tranſactionis. eſt vera, & mag. com. ſec. dec. conſ.216. viſa tranſactione. & conſ.203. vt vera reſolutio. ſed ibi dec. dicit, contra. opinio. magis eſſe communem. Adde curt. iu. in conſ. 53. habita. verſ. non obſtat. Alex. conſ.42. volu.1. & conſ.118. vol.7. idem.

Fallit, vbi quis eſſet deceptus vltra dimidiam iuſtæ æſtimationis futuræ litis, longo & magno exceſſu. dec. in d. conſ.216. Corn. in conſ.166. vol.j. Idem. in conſ.60. viſo themate. vol.2. verſ. ex quo infero. vol.1. idem.

Remedium l.2. C. d reſc. ven. non habet locum, quando interuenit in actum decretum, vel authoritas ſuperioris. eſt com. opi. ſec. dec. in conſ.210. viſo puncto. ver.3. etiam. vol.2. idem.

In remedio. l.2. C. de reſc. vend. ſupplementum pretij non eſt in obligatione, ſed in facultate rei, ex illo remedio conuenti. eſt com. opi. cum gl. ſec. Sali. in d. l.2. in 14.q. C. de reſc. ven. & ſatis probatur in tex. M.Chærian.

Remedium canonis reintegranda, competit etiam laicis pro rebus prophanis. Alex. de imo. conſil.51. n.1. libr.1. & in conſ.16. nu.14. & ibi Apoſtill. verb. prophanis. in 3. libr. conſil. Et hanc communem ſententiam eſſe ſcribit dec. in conſil. 252. Licet multi alij contrariam ſententiam defendant, quos refert Menochius in d.15. remedio. n.26. verſ. contrariam ſententiam. Sed priorem communiorem eſſe cum multis adductis authoritatibus inquit Rol. à Valle in d. conſ.50. nu.3. Ita quoque ante illum Henning. Gœden. conſ.105. in ord. conſil. j. de interdict. reſtitutoriis. nu.9. affirmauerat. kirchouius.

Remedium c. redintegranda.3.q.1. competit poſſidenti vigore conſtituti ſecundum veriorem & communem ſententiam, quam refert Rip. reſp.46. nu.2. imò tranſit etiam in ceſſionarium proprietatis, & ei competit, teſte Ripa reſponſ.47. num.2.

remedium prædicti canonis redintegrandæ.3.q.1. datur ſecundùm communem ſententiam doct. ei, qui probat ſe rem poſſediſſe, & à poſſeſſione ſine iuſta cauſa cecidiſſe, & ad aliū perueniſſe. dec. in conſ.57. nu.3. verſ. & ſic ex omnibus ſuprà dictis fundata remanet intentio. & in conſ.62. in prin. verſ. vnde ſaltem videtur quod agentes. & in conſil.252. nu.3. Quam ſententiam communem eſſe atteſtatur Rol. à Valle, poſt alios in conſ.50. nu.5. in 2. Tom. conſ. Kirchouius.

remedium cap. redintegranda. competit tam pro rebus eccleſiaſticis, quàm prophanis, ſecundum communem per Ale. conſ.51. lib.1. Soc. in l. rem quæ nobis. ff. de acq. poſ. Ang. conſil.154.q.1.

remedium quorum bonorum, ceſſat contra oſtendeñ titulum, ſimiliter petitio hæreditatis, ſecundum communem per Burſ. conſ.49. nu.15. lib.1.

remedium l.2. de reſcind. vend. & vtrum deceptus vltra dimidium iuſti precij etiam ſi in vno tantum nummo vltra deceptus ſit, ex contractu, vel ad reſciſſionem contractus precio reſtituto vel ad precij iuſti ſupplementum agat, non tantùm in emptio. & vendit. iuxta communem, ſed etiam in quibuſcunque bonę fidei contractibus locum habet ſecundum glo. in d. l.2. & Bart. ibidem argumento. l. contractibus. ff. ex quibus cauſis maior. & l. iunioribus. ff. com. vtriuſque iud. gl. in c. cùm dilecti. de empt. & vendi. & ita communiter quoque teneri refert Bened. reg.87. n.62.73. & ſeq. quod verum eſt, niſi ſciuiſſet læſus non pluris valere, aut niſi renunciaſſet beneficio d. l.2. aut quod pluris valeret donaſſet: qua de re vide ibidem numero 95. & ſeq. Debet autem in remedio alternatiuè concludi, vt contractus reſcindatur, & ſic res alienata reſtituatur, vel vt ſuppleatur iuſtum precium, vt tenet Hoſtien. & Io. And. d. c. cum dilecti. & gl. in c. cum cauſa. de empt. & vendit. vt ſequitur ibidem D. Ant. & hanc opinionem cùm vtrumq; ſit in obligatione, communiter canoniſtas approbare refert ibidem nu.111. Bened. capr. In foro autem ciuili ſeruanda eſt gl. l.2. C. de reſcind. vend. quæ vult ſimpliciter peti reſtitutionem rei, & ſic reſciſſionem contractus, ꝙ tantum eſt in obligatione & precium ſuppleri in facultate ſolutionis, quam opinionem tenuit Cy. & Bal. ibidem communiter legiſtæ, vt refert Bened. ibidem nu.113. licet melius dicat vt in vtroque foro ſecundum Bart. alternatiuè concludatur, in d. l.2. C. de reſcind. vend.

Remedium ca. reintegranda datur etiam contra poſſidentem cum titulo. gl. in c. cùm ad ſedem. in verb. interdictum. & ibi Pan. nu.26. inn. in c. ſæpè. nu.1. & 2. & Pan. num.15. extr. de reſti. ſpol. Alex. de imol. in l. rem quæ. nu.8. ff. de acq. poſſ. Alexan. in conſ.51. nu.1. verſ. quinimò tenuit Anto. & in conſil. 200. nu.8. in 2. lib. & conſ.6. nu.5. & 17. lib.3. & in conſ.91. nu. 6. vbi ipſe inquit hanc communiorem doct. ſententiam eſſe. Et in conſ.92. nu.8. in 5. lib. conſ. iaſ. in d. l. rem quæ. nu.19. addens hanc communem opinionem eſſe. Idem dicit dec. in conſil.57. nu.5. Robert. Marant. in tracta. de ord. iud. in 7. diſt. iud. parte 4. nu.50. Io. Baptiſta Plotus in l. ſi quando §.3. nu.46. C. vnde vi. & nouiſſime Rol. à Valle in conſ.50. nu.11. & in conſil.52. nu.7. in 2. Tom. conſ. & ibi ab illo multæ authoritates doct. adducuntur. Sed alij multi doct. etiam nonnulli ex allegatis voluerunt non dari prædictum remedium contra poſſidentem cum ti. Bar. in d. l. rem quæ. Alex. de imo. in conſ.118. nu.j. & 7. in 2. li. & in conſ.89. nu.7. in li.5. conſ. Et hanc ſententiam veriorē eſſe inquit Apoſtil. ad Alex. in d. conſ.6. in verb. tit. & idem in d. conſ.91. in ver. tit. Bart. Soc. in conſ.226. nu. 15. verſ.2. eadem concluſi in 2. volum. conſ. iaſ. in conſ.21. nu. 1. in 3. vol. conſ. Ant. Rubæ. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu.70. cum ſeq. & in conſ.4. Soc. iu. in conſil.47. num.25. & in conſil.48. num.12. Quibus locis ipſi teſtantur, hanc veriorem & communem doct. opinionem eſſe, quam nouiſſimè defendit & ſequitur cum pluribus adductis authoritatibus Iac. Menochius in comment. ſuis recuperandæ poſſeſſionis in decimoquinto remedio, num.89. verſ. contrariam itaque ſententiam. Kirchouius.

Remedium



Remedium l. fi. C. de acq. poſſ. Vbi in inſtrumento eſt hypotheca generalis bonorum cum cōſtituto, poteſt creditor venire contra tertium poſſeſſorem, non facta excuſſione bonorum debitoris, intentando remedium. l. fi. C. de acq. poſſeſ. ſec. Iac. Bu. & Bal. ibi Ang. & communiter doct. in l. exitus. ff. eod. tit. in l. fi. ff. ſi cert. pet. quia illud remedium eſt poſſeſſorium recuperandæ, & agenti tali remedio non poteſt opponi exceptio excuſſionis concernens petitorium. c.1. c. in literis. ext. de reſtit. ſpoliat. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. iul. de vi. iuncta l. certè. ff. de precario. Ideo in tali caſu vtile eſt intentare dictū remedium. Balb. deciſ.84.

Remedium denunciationis non habet locū contra filium famil. tutum exceptione Macedo. ſec. inn. c. quia plerique, extrà de immu. eccle. Bart. in conſtitutione ad reprimendam. in verbo per denunciationem. quia talis exceptio deſcendit ex delicto ſeu dolo creditoris, ſicut in quacunque alia exceptione conceſſa in odium creditoris. l. qui exceptionem. ff. de condi. inde. Idem in exceptione Velleiani. Primum dictum temperant inn. Butr. & Pan. in d. c. vt non procedat, quando creditor non fuit in culpa, mutuando: puta, quia ex charitate, vel ignorans eſſe filiumfa. & aliter, vt ibi per eum. Balb. deciſ.150.

Remedium l. fi. C. de edic. diui adr. competit pro codicillis iuxta veriorem ſententiam per Burſ. conſ.89. nu.12. lib.1. daturq́ue dubitanti de viribus teſtamenti, ſecundum communem per eundem. d. conſ. nu.21.

PRO. remittere eſt dare. l. ſi mulier. ff. de cond. cauſ. dat. & cauſ. non ſecuta. Bellon.

Pro. remittentibus actiones ſuas non eſt dandus regreſſus ad eas in l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædilit. edict. l. poſtquam liti. C. de pact. idem.

Remittere tenetur reum vel delinquentem de iure cōmuni, iudex originis vel domicilij, ad iudicem loci in quo delictū cōmiſſum eſt, ſi ille iudex domicilij requiſitus ſit à iudice loci delicti, ad effectum vt ibi accuſetur & puniatur. communē dicit Cæpol. conſ. crim.59. curt. iu. in l. hæres abſens. §.1. nu.5. de iudi. Marian. in c. poſtulaſti. nu.14. de foro compe. practica Conrad. nu.12. Sapia. d. l. hæres abſens. n.10. Arian. in c. ex his. nu.9. de furt. Si verò non ſit petita remiſſio, non tenetur iudex remittere. communem dicit Did. pract. q.11. nu.6. Et licet aliqui tenuerint ꝙ iudex requiſitus debeat prius cognoſcere, an ille qui petitur remitti ſit culpabilis de delicto pro quo imputatur, vt refert Cæpolla. conſ.54. tamen illam opinionem praxis non admittit, vt atteſtatur Didacus in d. q.11. num.8. & contrarium tenent Doctores communiter, vt ait imola in l. interdum, §. idem autem. ver. nota argumentum. ff. de publica. Sed quicquid ſit de iure, hodie de conſuedine non fit remiſſio communiter, vt atteſtatur Cy. in auth. apud eloquentiſſimum: in tertio notabili. C. de fide inſtr. Bart. in l. ſepulchri. nu. 3. ff. de ſepulch. viol. quem refert abb. conſ.24. nu.1. li.7. Grammati. conſ.28. in fi. Publ. ſuper conſuetud. Aluer. artic.1. nu.3. Gandin. de malef. in rub. de citati facien. nu.8. Bald. conſ.393. lib. & conſ.290. in fine, lib.2. & conſ.238. lib.4. & in l.1. nu.2. in fi. C. vbi de crim. agi oportet. Vital. de malef. in rub. quid ſit accuſatio, n.53. iaſ. in l. à diuo Pio. §.1. nu.2. ff. de re iud. quem refert pract. Conrad. in limit.8, Rimi. conſ.7. n.7. marſ. in prac. crim. §. opportunè. nu.35. & conſ.32. nu.9. & conſ.99. nu.21. quem refert Rol. conſ.60. nu.22. libr.2. Gram. deciſ.26. nu.3. Berous in c. de his. nu.29. de accuſ. fulg. conſ.149. nu.2. Soc. iunior, conſ.76. nu.7. lib.3. Hoc tamen, ꝙ non fiat remiſſio, intellige procedere inter illos iudices qui non ſunt ſubditi eiuſdem principis, & hæc communis ſententia vtriuſque cēſuræ dicit Probus in Apoſtil. ad Io. Monach. in c. inquiſitores. nu.8. de hæreti. in 6. Dicit etiam Chaſſan. ſuper conſuetu. Burgun. nu.14. quod hæc ſit communis ſententia omnium tam iuris ciuilis quam canonici. Et ait Didac. d. q.11. nu.10. quod hæc ſententia communi totius orbis Chriſtiani vſu & praxi recepta eſt. Si tamen iudex requiſitus non haberet iuriſdictionem procedendi contra illum reum, & ita neque capiendi, tunc nō habet locum remiſſio. communem dicit gl. in ti. de foro compet. nu.52. & ſeq. Clarus tamen dicit ſe ſemper vidiſſe contrarium ſeruari. Præterea obſeruandum ꝙ in leuibus delictis, nō debet fieri remiſſio. vt communiter teneri dicit abb. in d. c. fi. nu.15. de foro compe. quem refert Duennas in reg.278. in Limitat.3. & Didac. pract. q.11. nu.7. verſ.8. remiſſiomi. Similiter non habet locum remiſſio, quando ageretur ciuiliter pro crimine, tum enim etiam de iure remiſſio non eſt facienda, ſiue leue ſiue grauiſſimum ſit crimen, vt commun. dicit Abbas d. c. fi. nu.15. Hæc omnia Clar. d. §. fi. q.38. verſi. eſt autem. cum ſeq. P.Fichard.

Remittere iniuriam, ſeu pacem facere, nemo poteſt à iudice ſeu officiali cogi, vt com. dicit marſ. conſ.98. num.6. & hæc opinio Bald. in l.1. §. quies. nu.2. ff. de of. præfect. vrb. æquitatis enim ratio non patitur, vt quis cogatur inuitus offenſam remittere prętęrquam in foro pœnitentiali, debet ergo iudex ſuadere, non cogere ſubditos, vt pacem faciant. Hæc Clar. d. §. fi. q.58. verſ. fi. idem.

Remiſſio etiam in ciuilibus non habet locum. com. dicit Bern. à Dias. in tract. reg. iur. Regula 642. vbi limit.15. modis. I.Fichard.

Remiſſiones in criminalib. hodie de cōſuetudine non fiunt, iſtam communem eſſe opi. doct. vtriuſque iuris, & ita etiam ſeruari omni die communiter dicit Iac. de Belui. in repe. c. Romana in §. contrahentes in 6. prin. oppoſito cir. fi. de foro compet. lib.6. idem.

Remiſſio iniuriæ facta in foro conſcientiæ, non impedit quo minus remittens iniuriantem poſtea in foro iuridico accuſare poſſit, nam per talem remiſſionem non cenſetur ſublatum ius accuſandi. communem dicit Alex. in l. ſi ſibi decem. §. quædam. nu.1. ff. de pact. quem refert Did. libr.2. reſolut. c.10. nu.6. ver. Tertiò, vt conſtat, pract. Conrad. nu.32. Aug. ad Angel. de malefic. in verbo comparet & produxerunt. num.27. quem refert pract. conrad. nu.33. iaſo. in d. §. quædam nu.2. & ſeq. Igneus in l. diuus. nu.25. & ſeq. ff. ad Syll. Petr. Bellus de re milit. nu.128. Plaza. in d. capitulo 6. num.40. & eſt ratio, quia non tenetur quis ex præcepto euangelico remittere niſi rancorem & odium. Hæc Clar. d. §. fi. q.58. verſi. ſed in propoſito. P.Fichard.

Remiſſio ſi facta ſit delinquenti à parte offenſa, nihilominus adhuc poterit accuſari à tertio aliquo, modò ſuorum iniuriam proſequatur, vel aliàs ipſi competat ius accuſandi, vt quia crimen publicum ſit communem dicit fely. in ca. de his. nu.3. de accuſat. Didac. lib.2. reſolut. cap.10. nu.5. curt. iu. in l. tranſigere. C. de tranſact. nu.34. Maranta in ſpec. n.61. Clarus. d. §. final. quæſtione 58. verſicul. Sed pone. P.Fichard.

Remiſſio delinquentis ad commiſſi delicti locum vſu abolita, ac praxi communi antiquata iam eſt, vide ſupra verb. delinquens. E.Suarez.

Remiſſio penſionis vel mercedis, licet colonis regulariter ob ſterilitatem & alios caſus fortuitos concedi ſoleat, de quibus in l. ex conduct. §.1. ff. locati. c. propter. eod. tit. ſterilitas tamen ex cōmuni vſu loquendi agricolarum, & opinione vulgi metienda eſt. arg. l.j. ff. de flum. l. cùm de Lanionis. §. aſinam. ff. de fundo inſtr. c. ex literis. de ſponſa. Vnde ſi dicant optimas meſſes & vindemias habemus, annus fertilis, ſin dicant nihil valent meſſes, nec vindemia, operas omnes perdidimus, vix ſemen recolligetur, annus ſterilis reputabitur. quæ opin. Goffrido & communiter Doctor. placuiſſe videtur, ſecundum Io. Andr. d. c. propter. vt refert Bened. capr. reg 88. nu.89. Qui numero 2. ibidem dicit opinionem eorum qui ſterilitatem ex eo metiuntur, quod ne ſemen quidem recolligatur communiter reprobatam eſſe, quod fructus etiam ex pratris, vineis, oliuetis & aliis qui non ſeruntur capiantur. Vt autem remiſſio penſionis fiat in totum, oportet caſum vel ſterilitatem eſſe tantam, quod illo anno deductis impenſis & ſumptibus nihil fuerit recollectum, ſecundum Hoſti. Io. Andr. D. Ant. & imol. in dicto capitulo propter. argumento l. illud. §. minus. ff. de tributo. & id ita communiter teneri refert ibidem numer. 49. Bened. Aliàs ſi deductis ſumptibus dimidium eius quod percipere conſueuit collegit, nihil remittitur nec reputatur ſterilitatis. Sin minus dimidio collegerit tunc pro rata fiet remiſſio, vt rectè tenet imol. d. c. propter contra Hoſt. Io. Andr. & D. Ant.

Remiſſio de loco ad locum in contractibus fieri poteſt, quando debitor renunciauit fori priuilegio. gloſſ. notabilis, & ibi Bartol. Baldus & communiter doct. in lege prima ff. ſi quis in ius vocand. non ierit. Idem Bartol. in lege hæres abſens. §. primo. ff. de iud. Bald. in lege, cum Archimedoram. C. vt in poſ. lega. Licet Ang. in d. l.1. contrarium tenet per ca. Romana. §. contrahentes, de foro compet. in 6. Sed ſecundum Panor. in capit.1. de iud. ille. §. limitatur per gloſſ. prædictam, quando non erat renunciatum priuilegio fori. Balb. deciſ.5.

Remiſſio rei ad iudicem loci, in quo deliquit, de conſuetudine totius. Italiæ non fit aliquo pacto, vt eſt communis opinio Clarus q.38. verſicul. eſt autem abb. in conſil.24. nu. 1. in 1. Graſſus commun. opinio. lib.2. cap. q.3. Ant. Gabriell. in ſuo communium opi. concluſ.25. libro 7. Porti. communium opi. lib.4. concluſ.4. Iodocus in Enchiridio criminali. c. 33. Plotus inter conſilia criminalia conſilio 133. numero 5. Martinus de Laude conſ.40. Plotus ibi. in addi. Fallit, vt ibi

per Plo

per Plotum d.conſ.133.Cæpolla conſ.crimi.58.nu.1. Vbi de iure cõmuni ſit remiſſio, quando eſt grauè delictum & reus ſit contumax,vt eſt com.opi.ibi.vide etiam Iac.de Beluiſio in pract.tit,de remiſſione fienda.Fran.Mar.deciſ.Delphina.176. in 2.par.vbi dicit,ꝙ antequam debeat fieri remiſſio, ꝙ debet conſtare de delicto,vt eſt com. opi. de qua ibi per eum.nu. 7. & deciſ.179.in 2.par.& deciſ.331.ea.par.Iudex ergo originis eum punit.Et hęc quidem remiſſio non ſit inter illos iudices, qui non ſunt ſubiecti eiuſdem principis. Et ideò hortatur Clar.reos,vt delinquentes ipſos in locis finitimis faciant ſibi facere ſaluumconductum. Sed vach qui vult ſecurè viuere ſub dictis ſaluiſconductis: quia non eſt credendum propriè matri in hoc.Et dicebat ille pontifex,qui fecit ſaluumconductum.Vix potui te habere cum ſaluoconductu,vt per Neuiz. in ſylua.Et aiebat ille iudex.Vedi tu, che me l'hai ſaluoconducto.Solus itaque princeps poteſt facere tales remiſſiones, vel eius locum tenens.Cla.d.q.38. verſ.ſed quid. Nec debet fieri remiſſio, vbi agitur de leuibus criminibus, vt eſt comm. opi. Clar. d.q.38.verſ.ſcias tamen.idem quando agitur de leuibus delictis,etiam ciuiliter,ſiue de grauibus,vt eſt com.opi. Clar. ibi. verſ. item ſcias. Remiſſio tamen omnino eſt facienda de clerico iudici eccleſiaſtico,vt eſt com.opin.Cla.d.q.38.ver. item intelligenda. Soarez verſ. remiſſio. & ver. delinquens. Bonacoſſ.

Remittere iniuriam, ſeu pacem facere,nemo poteſt à iudice vel officiali cogi,vt eſt comm.opi.ſed bene pōt ſuadere,ſed non cogere ſubditos ad pacem.Cla.q.58.ver.ſi.licet perſuadere quandoque ſit plus quàm compellere. l. 1. §. perſuadere.ff. de ſeruo.corrup. Bonacoſſ.

Remiſſio iniuriæ facta in foro conſcientiæ, non impedit quominus remittens iniuriantem poſtea in foro iuridico accuſare queat. Nam per talem remiſſionem non cenſetur ſublatum ius accuſandi.vt eſt com.opin.quia non tenetur quis ex præcepto euangelico remittere niſi rancorem & odium. Cla.q.58.verſ.ſed in propoſito.com.dicit. idem.

Remiſſio ſi facta ſit delinquenti à parte offenſa. nihilominus adhuc poterit accuſari à tertio,ſi aliquo modo ſuorum iniuriam proſequatur. & aliàs ipſi competat ius accuſandi, vt quia crimen ſit publicum,vt eſt com.opi.Cla.q.58.ver.ſed pone.nam quis remittere tantum tenetur rancorem pro iniuria ſibi illata & odium.com.eſt opi.Soc.in c.olim.nu.29.de iniur. & prælatus non poteſt remittere iniuriam factam eccleſiæ, vt eſt com.opi.Soc.ibi.nu.34. idem.

Remittere poteſt pœnam delictorum princeps & indulgere,vt eſt comm.opi.Clar.q.59.verſ.alia eſt.& tam corporales, quàm pecuniarias.&tam lata ſententia,quàm ante,vt eſt communis opi.ibi. Bonac.

Remittere pro bono pacis poteſt princeps iniurias,& damna ſingulorum, nec eorum requiritur conſenſus. vt eſt com. opi.Cla.q.59.ver.adde.quod intellige ex cauſa,vt ibi latiſſimè vbi etiam dicit, quòd princeps debet habere conſenſum eorum, qui habent offenſam in remiſſionibus pro bono pacis. vide omnino. idem.

Remiſſio in confeſſione facta ſacerdoti. remittit ſolum rancorem animi offenſi. Non tamen ob id actio iniuriarum remiſſa cenſetur,quo ad damna,& pœnas pecuniarias,vt eſt cōmunis opi.de qua D.Lauren.Occa Ferrarien.inter conſ.crim. conſ.64.tom.2. Bonacoſſ.

Remiſſio criminis publici, quod infert iniuriam, cuilibet fieri non poteſt. etiam ſi ſit priuato illata ſoli, vt eſt com. opi. vt per Boſ.de furt.n.58.vnde ſibi etiam non pręiudicat,quando pœna applicatur fiſco. idem.

Remuneratoria donatio, non poteſt dici propriè mera donatio,com.dicit Cla.in §.donatio.q.3. P.Fichard.

Remuneratoria donatio ad hoc vt valeat, requiritur vt ipſa merita æquiualeant donationi.com.in §.donatio.q.3.verſi. Sed nunquid.in reſiduo enim erit donatio ſimplex. idem.

Remuneratoria donatio,vt valeat,quando ſumus inter perſonas donare prohibitas, vt inter patrem & filium in poteſtate,requiritur vt de meritis omnino conſtet: illa vero ſi appareant, in cauſa ſunt,vt donatio facta remuneratoriè,præſumatur,quantumcunque ſimpliciter facta fuerit, abſque vlla meritorum expreſſione.ſecundum doct.alleg.ab Hippo.in ti. de dona.inſtit, in prin.nu.84.Et com.dicit dec.in l.ſi donatione. C.de collat. I.Fichard.

Renubens vxor vel mulier, ſi certum nuncium de obitu mariti accepit,vel etiam fama publica interueniente probabiliter credere potuerit illum defunctū, excuſanda eſt,aliàs verò punitur de adulterio.com.dicit Ant.Gom.ſuper l.80.Tauri.nu.31.Clar.in §.fornicatio.verſ.ſed pone. P.Fichard.

Pro.renuntians priuilegio non videtur renuntiare iuri communi.l.miles.§.ſexaginta.ff.ad l.iul.de adul. Bellon.

Renuntians appellationi non videtur nullitati renuntiaſſe. eſt commu.opi.ſecun.dec.533.vt refert Sebaſt.Van. in tract. nullita.In minori editione. I.Fichard.

Renuntians filia partem facit, licet ipſa non admittatur ad partem,&idcircò eius portio remanet & accreſcit hæredi,cui pater prouidiſſe videtur,communiorem dicit Guido Papa deciſ.295.vt refert Minſ.obſ.22.cent.4. I.Fichard.

Renuntiare non poſſe fideiuſſorem beneficio excuſſionis, com.dicit Vaſq.lib.1.illuſt. contro.34.nu.25.Poſtea verò allegat permultos contrariam opinionem tenentes. I.Fichard.

Renuntians beneficium in manibus prȩlati,poteſt pœnitere antequam alteri facta ſit collatio Boer.dec.350.nu.3.com. dicit. Villalob.

Renuntiare feudum,inuito domino, vaſallus non poteſt, quia feudum eſt contractus nominatus vltro citroque obligatorius. neque dependet ex vnius voluntate. Hæc opinio Claro magis placet quàm quòd poſſit renunciare.Dicit tamē doct.communiter ita diſtinguere:Si Vaſallus non tenetur ad certa ſeruitia eo caſu non poteſt renuntiare inuito domino, ſed ſi feudum ſimpliciter ad incerta ſeruitia conceſſum ſit,poteſt renuntiare.Hęc dicit Cla.in §.feud.q.34.verſ.contrariam. P.Fichard.

Renuntiare poteſt pater beneficio,l.ſi vnquam.C.de reuodo.etiam in præiudicium filiorum.eſt magis com.opi.ſec.iaſ. in conſ.125.circa primum.ver.ex prædictis.vol.j.Contrarium tenet latiſſi.curt.in conſ.1.per tot.& ibi dicit eſſe veriorem,æquiorem, & amplectendam. Egeret deciſione Cæſarea. M.Chærian.

De conſenſu vtriuſque partis poteſt ſoli inſtantiæ Renuntiari.eſt contra com.opi.Bar.ſec.Alex. in conſ.22. viſo inſtrumento.ver.& licet Bart.vol.1. idem.

Renuntians ſpecialiter condictioni indebiti, ſine cauſa & omni legum auxilio,non tamē propterea impeditur ſolutum per errorem repetere,quia promiſſio,vel renuntiatio erronea non præiudicat.eſt magis opi.cum Bart.ſec.iaſo.in l.fi.§.item quæſitum.per illum tex.ff.de cond.ind. M.Chærian.

Legi prohibitiuæ Renuntiari poteſt cum iuramento. eſt com.opi.contra Bart.ſec.Alex.in l.ſi conſtante.§.quoties.ſol. mat.Rip.in l.qui Romæ.§.duo fratres.nu.73.de verbo.oblig. idem.

Renuntians feudum vel emphyteuſim,nunquam admittitur donec ſuperſint de cōprehēſis in prima inueſtitura, niſi ad effectum,vt non deuoluat, ſecundum communem per Burſ. conſ.63.nu.30.lib.1.pro qua vide doct.in l.qui Romæ.§.duo fratres.vbi Alex.q.10.ff.de verb.obl.

Renuntiari poteſt in compromiſſe reſtitutioni in integ.ſecundum magis communem per Burſ.conſ.114.nu.31.lib.1.

Renuntiari poſſe legi prohibitiuæ,cum iuramento ex communi tradidit Rip. in l.qui Romæ. §. duo fratres. nu. 73.ff. de verb.obl.Alex.in l.ſi conſtante §.quoties.ff.ſo.ma. quam concluſ.declara,vt per Rol.conſ.98.nu.13.num.41.42.lib.1.pro qua vide etiam quæ ſcribit prac.pap.for.reſpon.rei.ver.ſaluis. num.17.

Renuntiaſſe quis non intelligitur iuri quod ignorat,l.mater decedens. ff. de inof.teſt.iaſ. in l.ſtichus.§.item quæſitum, nu.3.ff.de cond.indeb.& renuntiatio iurata ſimpliciter facta: intelligitur rebus ſic ſe habeñ prout ſunt,l.fi.ff.qui ſatiſd.cog. iaſ.in l.quod ſi ſtipulatuș.poſt nu.11.ff.ſi cert.pet.vbi ponit q. notab.de filia renuntiante,quam concl.de renuntiatione: declara,vt per iaſ.in l.1.ff.de cond.indeb.

Renuntiatio facta in iudicio tollit ius conditionale,Io.à Ripa in l.conditionis.nu.16.C.de pact.com.dicit.

Amplia ad renunciationem iuratam.idem ibi,nu.17.com. dicit. B.Villal.

Renuntiatio omnium caſuum, per quos reuocatur donatio,non valet.Rube.conſ.94.com.dicit. B.Villal.

renuntiatio reductionis ad arbitrium boni viri, vel appellationis in compromiſſo non operatur contra enormiſſimam læſionem,curt.iu.conſ.79.nu.4.com.dicit. B.Villal.

renuntiatio exceptionis non numeratæ pecuniæ tempore cautionis emiſſæ.eſt nulla.Alexand.in conſilio 35.vol.1.communem dicit,quem refert & idem ſentit Coua.in ſuis reſol.c. 4.nu.3.lib.1.

De iure regio,contrarium eſt determinatum per l.9.titu.1. parte 5. B.Villal.

Renuntiatio generalis cum iuramento operatur circa legitimam.Io.de Rip.de le.lib.1.c.6.nu.8.com.dicit. B.Villal.

Amplia ad renuntiationem bonorum paternorum cum iuramen



iuramento.Idem ibi,num.13.com.dicit contrariam Boer.deciſ.3.nu.7. ſed tene primam quia plures ſunt qui tenent eam, vt per Coua.in relec. d.ca.quamuis.de pact.par.3.§.2. num. 2. idem.

Renuntiatio vaſalli non prȩiudicat agnatis eius.com.dicit in §.feud.q.34.in fi. P.Fichard.

Renuntiatio generalis &indefinita non comprehendit ius fideicōmiſſi futuri.eſt com.opi.ſec.Soc.in conſ.25.quoniam in præcedenti.vol.2.& Ripa in §.duo fratres.in 5.q.Bart. in fi. de verb.obl.per tex.in l.& vno.§.1.de accep.& l.ſi ita ſcripſiſſet.de leg.2. M.Chærian.

Renuntiatio filiæ,viuo patre defunctæ, nepotibus indiſtinctè non præiudicat.eſt comm.opi.teſte dec. in conſ. 181.ſatis nota. idem.

Renuntiatio non numeratȩ pecuniȩ facta tempore confeſſionis non valet,quemadmodum enim quis pecuniam inueniendi cauſa facilis eſt in confitendo , ſic facilis eſſe cenſetur in renunciando,vt Iac.ab Arena.Cy.Bart.Bald.Ang.& Sal.tradiderunt in l.ſi ex cautione.C. de non nu. pec. vbi atteſtantur hanc opinionem eſſe communem. F.Turz.

Renuntiatio etiam iurata non trahitur ad caſum valde inſolitum,& incogitatum.eſt com.opi.ſec.Alex.conſ. 28. viſis. vol.1. M.Chærian.

Renunciatio Velleiani per mulierem facta etiam cum iuramento,non extenditur ad beneficium auth.ſi qua mulier. C. ad Velleia. ſecundùm Bald.in l.1. C. ne vxor pro mari.per gl. ibi, & do. Alexan. in l. generaliter. C. ad Velleia. Balb. deciſ.506.

Renunciatio generalis caſuum in iudiciis facta poſt certos caſus ſpeciales expreſſos, licet in ſua generalitate non valeat, tamen valet ad hoc,vt extendatur ad caſus ſimiles expreſſos, non autem ad maiores ſecundum Guil. de Cu. Bald.Cato. & do.Ambro.in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cau.&communiter doct.ibi:bene facit.c.qui ad agendum.de procura.in 6.c.ſedes.de reſcri.cle.non poteſt.de procura.l.fi.§. cui dulcia. ff.de vino triti.oleoque leg.licet Bart.& Ang. poſt Cy. in d.§. quæſitum.tenuerint contrarium.&idem Cy.in l.j.C.commo. In contractibus autem idem tenent communiter doct. vbi ſ. quando clauſula generalis poſita eſt poſt caſus ſpeciales.Si autem ante,tunc ſecundum do. Car. ibi extenditur etiam ad caſus maiores expreſſis per l.quæſitum.§.fi. ff. de fundo inſtruc. quaſi illi caſus ſpeciales poſt generalem renunciationem intelligantur appoſiti ad declarandum, non ad reſtringendum. d.§.ſi. Balb.deciſ.347.

Renunciatio ceſſionis bonorum facta,iuxta benigniorem & magis communem doct. ſententiam, non tenet, niſi debitor diſſipaſſet omnia bona in fraudem creditoris,aut niſi contraxiſſet ſciens ſe non eſſe ſoluendo,vt illud tacuiſſet.leg. 1.ff. quȩ in fraudem credit.l.pen.ff.de iure dot.vt refert & ſequitur Bened.capr.reg.75.nu.26.& 29.

Renunciatio etiam iureiurando munita caſus inſolitos,& incogitatos non complectitur. commune inquit Alex. conſil.28.libr.1. Quin & generalis & indefinita renunciatio non comprehendit futuri fideicommiſſi ius , vt receptum affirmant Soc.conſ.25.lib.2.Rip.in l.qui Romæ.§.duo fratres. in 5.q.ff.de verb.obl. E.Suarez.

Renunciare legi interdicenti cum iureiurando quiuis poterit.commune prodit Rip.in l.qui Romæ. §. duo fratres.nu. 73.ff.de ver.obl.poſt Alex.in l.ſi cōſtante.§.quoties.ff.ſo.ma. E.Suarez.

De renuntiatione defenſionum quam faciunt rei in cauſis criminalibus,vide Bart.& doct.in apoſtill.in l.cuſtodias.ff. de publ.iud. vbi quando,quomodo & quo caſu facta valear. de quo plura.Et pro opi.negatiua ſcribit Bald.in l.1.nu.27.C. de confeſſ.iaſ.in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff. ſi quis caut. vbi in cauſa ciuili ſcribit quòd ſic: ſecus in criminali. Et quòd præcluditur via defenſioni in cauſa criminali per lapſum termini, Bald. in l. fi. 5. not.ff.de feriis.pro qua principali concluſione vide Natt.conſ.359.col.2.declara vt per Bald.in l.ſi accuſatoribus.nu.19.C.de accuſ.Rom.conſ.176.Capel.Toloſ.q.146. fol.in pract.crim. 1.part.3.part.nu.72.& in 2.part.2.par.num. 8.Amplia & limita vt per fel.in c.cum ſuper.de re iud. Put.

Renunciatio facta de non contrauenieudo generaliter occaſione fideicommiſſi,vel ſubſtitutionis cuiuſcunque, vel alterius iuris præſentis,vel futuri ex teſtamento,vel ab inteſtato, non præiudicat in fideicommiſſo conditionali inter ignorantes.Ita eſt doctrina Bart.magis communiter approbata in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 5.q.ff.de verb.obl.Et licet Ang. & quidam alij aliter dixerint.Tamen cum Bar.eſt communis opi,vt ibi per iaſ.& Soc.iu.vt refert ipſemet Soc.iu.ni.in con ſil.20.nu.28.vol.4. E.Muſcul.

Renunciatio mulieris in caſibus,in quibus valet, debet fieri expreſsè, & ſpecialiter S.C.Velleiano, vel eius exceptioni, cum certioratione illius. Nam illa ratione ſexus præſumitur illud ignorare. Hoc magis concorditer dicunt doct. in l.ſi. C. ad Velleian.& Bald.& alij in l.1.cod.tit.Et ita etiam poſt alios voluit Alex.in Apoſtill.ad Bar.in l.ſi §.fin.ff.ad Vellei. & licet ibi fulg.& plenius,in l.fi.C.ad Velleian.diſputando dicat poſſe teneri,certiorationem non eſſe neceſſariam.Tamen in fine ſubdit,quòd communis opinio eſt,quòd certioratio requiratur,& quod ab ea recedendum non eſt,& propterea in ſuo diſcurſu non negat,quod debeat ſpecialiter,& expreſsè Velleiano renunciari, ſed illud omnino præſupponit, vt refert Soci. iu.in conſ.20.nu.42.vol.4. E.Muſcul.

Renuntiatio legitimȩ nunquam in generali renuntiatione includitur,ſecundum communem per Burſ.conſ.102.nu.12. libro 1.

Renuntiatio filiæ etiam minoris 25.annis pro modico accepto de bonis paternis & maternis cum iuramento valet , ſi non ſit enormiſſima læſio,nec de dolo conſtet,ſecundum cōmunē, ſed ſi maior,etiam enormiſſimè læſa ſuſtineretur, iuxta veriorem & magis communem per Burſ.conſ.75.nu.1.nume.5.lib.1.

Renuntiatio in vno: non inducit excluſionem in alio , l.ſi domus.ff.de ſer.vrb.pred.not.iaſ.in l.nec is.§.hæres.ff. de acq. hæred.poſt Rom.conſ.40.in prin.132.in fi.168.in prin. Quæ renuntiatio non præiudicat peteñ ius iam renuntiatum : ob nouam ſuperuenieñ cauſam,teſte Rom.d.conſ.168.nu.2.vbi de muliere peteñ fraternam ſucceſſionem quæ iam prius paternæ renuntiauerat,qua in materia, Adde,quòd renuntiatio renuntianti non officit,data enormiſſ.læſione & ideò ſicut in caſu c.Quamuis de pact.ius excluditur dolus,ita etiam quando enormiter quis reperiretur læſus, quia ex magna læſione dolus præſumitur,& tali caſu,nedum minor,ſed etiam maior contrauenire poteſt, non obſtañ iuramento, adeo quòd non eſt neceſſaria abſolutio,quia talis enormis læſio excepta eſt à iuramento,quod procedit, ēt ſi quis promiſit non contrauenire aliqua ratione,vel cauſa,vt per curt.iun.conſ.141.col. 2. vbi quòd iuramentum non tollit enormiſſ.læſionem propter quam dolus reipſa cauſatur , qui quidē appellatur dolus præſumptus, qui dicitur propriè dolus , ex not. per Rol.conſilio 96.colum.fi.in fi.libr.3. Quid de renuntiante cum iuramento , an comprehendat caſus inſolitos & incogitatos? & dic, quòd non,ſecundum communem per Alex.conſilio 28.col. penult.lib.1.conſilio 16.lib.2.vbi quòd generalis renuntiatio non firmatur iuramento, licet in hoc diſtinguat iaſ.in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.col.fi.n.42.ff.ſi quis caut.neque etiam remittit ius futuri fideicommiſſi,teſte Rip.ī l.qui Romæ.§.duo fratres.q.5.de verb.ob.reg.autem quòd quis poſſit renuntiare iuri in ſui fauorem introducto,limita, vt per Archid. in capi.quàm periculoſum.col.2.nu.6.nu.7.qu.1. Quid de renuntiatione exceptionum?& vide pract. Bonacur.tit.de imped.& excep.quæ contra reſcrip.num.16. Quid de electione iuris in competeñ: an per eam videatur renuntiatum iuri quod quis ignorabat ſibi competere?& dic,quòd non,ſecundum affl.deciſ.53.nu.3.vbi loquitur in materia mutationis actionis,quid de eo qui renuntiauit omni iuris & legum auxilio ſibi competeñ?& dic,talem generalem renuntiationem ad excep.cedendarum excludeñ non extendi, ex not. per Alex.conſilio 196. ante fi.libr.5.dec.conſilio 99.numero 3.conſilio 104.colum. 2.446. poſt prin. Hypol. in rub. numero 29. de fideiuſſ. licet non loquatur quando renuntiatum eſt omni iuris auxilio, nam eo caſu videtur potius ſentire contrarium d.rub.numero 35. & pro affirmatiua opi. ſtat affl. deciſ. 182.numero 10. numero 13.dec.conſilio 27.numer.6.in l.fi. in prin. ſi certum peta.in capit.ex parte 2.numero 7.de officio deleg.Soc.conſilio 200.colum.penult.& ſeq.Neguſ.tract.pig.3.memib.5.parte prin.numero 24.Corn.conſilio 51.libr.2. licet contrarium quòd ſcilicet, ex vi illius generalis clauſulæ, renuntiauit omni legum auxilio , videatur renuntiatum beneficio cedendarum : cui renuntiari poſſe ſcribit Rom. conſilio 472. colum. 2.circa med.gloſſ.in l.niſi hic actum.ff.de pact.cuius clauſulæ effectus plures enumerat Rol.conſilio 13.à numero 6.vſque ad 20.libro 1.poſt iaſo. in l plerique.numero vigeſimonono. & trigeſimoquarto. ff. de in ius voc. qua iure fac. quæ idem iaſo.ſcribit in l.1.numero 11. vſque ad 24.ff.ſi quis in ius vocand. non ier quòd quando in renuntiationibus,& aliis actibus requiruntur clauſulæ & verba generalia, vel ſpecialia, quid de generali vel ſpeciali renuntiatione, & vide eundem in l.ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. vbi numero 6. ponit

ponit limit.ad illũ tex.ꝙ generalis renuntiatio non valet, verum eſt quoad exceptiones futuras, ſecus quoad præteritas, quam concl.Declara, vt latius per eum ibi vbi nu. 16.dicit, ꝙ ad hoc vt renuntiatio valeat, non ſolum debet eſſe ſpecialis, ſed etiam ſingularis, idem iaſ.in l. 1.nu. 10.&ſeq.ff.de cond.indeb.& fac.quę de liberatione generali ſcribit Tiraq.inter reg.iur.lib. 3.ver.cauſa legis verſ.& ideò. Quid quando aliquis, pu ta, minor renuntiat beneficio minoris ætatis & reſtitutionis in integ. & omni alij iuris & legum auxilio, cum iuramento, per illa verba: quibus videatur renuntiatum? & dic, vt per Bar. in auth.matri & auiæ.C.quando mul.tutel.of.fung.poſſ.Nat. conſ. 145.col.3.in fi.& col.ſeq.in prin.& ibi ꝙ renuntiatio iurata nunquam extenditur ad caſus ad quos non iurata non extenderetur, Bar.d.l.ſed & ſi quis.§.quæſitum in fi.vbi Bal.Angel.& alij, Nat.d.conſ.nu. 8.vbi ꝙ illud quod dicitur iuramentum habere vim ſpecialis diſpoſitionis, l.cum pater §.filius matrem de leg. 2. intelligitur in iis in quibus conſentitur, ſecus in aliis, & d.conſ.nu. 9.vbi ꝙ renuntiatio generalis, qua renuntiatur omni iuris & legum auxilio pertinet ad omnia, cum ſalua ratione recti ſermonis, aliter fieri non poſſit cuius renuntiationis virtutem, & ſic 14. effectus enumerat Rol. de dote q.42. Quid quando quis approbat omnia contenta in aliquo inſtrumento cum iuramento, promittens non contrauenire? & dic, vt per Rip.reſponſ. 147.colum.fi.in fi.per iaſ.in l. 1.ff.de cond.indeb.& de prædicta clauſula, renuntiauit omni iuris & legum auxilio, vide catel.ver.clauſula general. dec.conſ. 27. Rol.d.q.42.nu. 10.& ſeq. Oſaſc.deciſ. 91.nu. 18.pulchrè Gabriel.com.opi.lib.6.tit. de reg.iur.concl.4.poſt iaſ.in l. 1.ff. de cond.indeb.in l.ſtichus.§.item quæſitum.eo.tit.

Renuntiatio vt odioſa eſt reſtringenda, vt non extendatur niſi ad expreſſa.nec renuntiatio reſpectu vnius iuris: præiudicat quò ad alia, quæ non veniunt in conſequentiam, ſecundum communem per Burſ.conſ. 32.nu.40.48. lib.j.vbi latius declarat..

Renuntiatione ſimplici ipſo iure an extinguatur ius vel actio alicui competens ſine facto ſuo, puta ex diſpoſitione legis vel ſtatuti, aut ex teſtamento: dic vt per doct. in apoſtil. ad Bart.in l.Pomponius ſcribit.ff.de neg.geſt. Put.

renunciationes S.C.Velleiani factæ à mulieribus efficaces non ſunt niſi ipſe fuerint antè de priuilegiis ſibi competentib.certioratæ per doctrinam Bald.in l.2.in 4.q.C.de reſcind.vend.dec.in conſ. 180.num.8.in 1.parte conſ.Et renunciatio Velleiani in interceſſione mulieris non præſumitur, imò fortius ſi mulier renunciauerit non præſumitur certiorata. Debet enim certiorari. l. fi. §. penult.ff. ad S.C. Velleian.Et licet nonnulli doct.voluerint hanc etiam ſententiam procedere, ſi iuramentum interueniſſet, quia qua facilitate mulier interducitur ad intercedendum & renunciandum, eadem interducetur ad iurandum, per alia & ſimilia argumenta, quæ doct. referunt in l.ſciendum.ff.de verb.obl.Contraria tamen ſententia, vt propter vim iuramenti valeat renunciatio Velleiani facta à muliere etiamſi non ſit certiorata, magis communis eſt Alexan.de imo.in d.l.ſciendum.nu. 30.cum ſeq.verſ.quod tamen iaſ.ibid.nu. 31.Marian.Soc.iu.præceptor nu. 57.& 58.Pro hac ſententia communiter doct.allegarunt ca.ex reſcripto.extrà. de iureiur.& regulam illam tritam, ꝙ iuramentum ſemper debeat ſeruari.c.cùm contingat.c.quamuis.extra eod. cum aliis ſimilib.ibi adductis.Alex.in conſ.27.nu.3.in lib. 1. & in conſ. 127.in 2.lib.conſ.& in priori conſil.in verb.certioratione.volunt mod. pariſ.omnes eiuſmodi ſententias de iure falſas eſſe, nec apud Gallos vnquam in vſum receptas, & ibi remittunt ſe ad ſua commentaria, ſuper conſuetudines pariſ.titu. 5.§.76. kirchouius.

Renunciatio continens dolum reipſa, ratione enormiſſimæ læſionis, iuramento non firmatur, ſecundùm communiorem ſententiam. Licet alij contrariam communem eſſe voluerint, vti quoque dictum eſt in verb.læſus enormiſſime.Philip.dec. in conſ.45.nu.1.& 2.& in conſ. 180.in fi.& in conſ.379.num. 15.& nouiſſime pulchrè Io.Cephal.in conſ.34.nu.40. in li. 1. conſ. Kirchouius.

Renunciatio facta per filiam de hæreditate patris cum iuramento, ſi ea parente viuente deceſſerit, non nocet nepotibus. Bart.in l.qui ſuperſtitis.n.3.ff.de acq.hær.Bald.in l.pact. quod dotali.nu.2.C.de collat.& ibid.Alex.nu.7.ver.extra gl.& dec. n.18. teſtantur hanc ſententiam communem eſſe, licet idem dec.in conſ. 181.num.3.contrariam ſententiam communem opinionem doct.appellauerit: tamen recentiores doct. priorem ſententiam tanquam communem ſequuntur Gozadin. in conſ.75.col.penult.in fi.dicens, ꝙ dec.in d.conſ. 181.conſu luerit contra communem. Aym.Crauet.in conſil. 84.num. 5. inquiens, quòd in practica ſeruaretur quòd renunciatio non noceret. & Rolà Valle in conſ. 11.num.7.in 1.volum.conſil. kirchouius.

### RENVNCIATIO.
*Summaria.*

Filiam renunciantem bonis paternis, extantibus maſculis, ſuccedere fratri mortuo ſine liberis, etiam in bonis paternis, vel ſolam, vel cum aliis fratribus & ſororibus, renunciatione non obſtante.q. 1.

Filia renuncians bonis paternis extantibus maſculis, ſuccedit patri ſine maſculis defuncto, quamuis neptem habenti ex præmortuo filio: Aliud eſt, ſi pater decedat ante filiam.q.2.

Filiam accepta dote generaliter renunciantem bonis paternis, cum pacto, quòd non velit amplius quicquam petere, non videri renunciaſſe legitimæ. Verùm petere poſſe ſupplementum legitimæ. vel dotis in vicem legitimæ. Adeò, vt etiam ſi legatum pro legitima & hac conditione relictum, ne quid amplius petat, acceperit, nihilominus rectè agere poſſit ad ſupplementum, q.3.

Filiam dote accepta etiam cum iuramento renunciantem non impediri petere ſupplementum legitimæ. Iuramentum enim non ſupplere vim clauſulæ ſpecialis.q.4.

Iuramentum quidem firmare, ac roborare actum, vt valeat omni meliore modo, quo poteſt, non tamen extendi ad id, de quo ſpecialis debet fieri mentio.ead.q.

aduerſus præſcriptionem cauſatam ex capite ignorantiæ, conceditur in integ.reſt.eſt com.opi.ſec.Alex.in conſ.77.viſo proceſſu.vol.6.etiā ſi ſit præſcriptio.40.an.eſt com.ſec. eund. in conſ.159.viſo.vol.2. Contrar.tenet Soc.& dicit neminem diſcrepantem in conſ.2.præterea.vol.3. idem.

reſtitutio papæ vel principis nunquam retrotrahitur, quo ad bona & iura,in alium medio tempore ſolenniter & iuridicè tranſlata.eſt com.opi.ſec.iaſ.in conſ.139.in cauſa.vol.j.idē.

reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ,datur etiam contra prę́ſcriptionē 20.an.Eſt vera & com.opi.ſec.Goza.in conſil.56.circa primum.n.11.poſt Alex.in conſ.171.& conſ.84. vol.1.& conſ.116.vol.5. idem.

reſtitutio ex ignorantiæ capite aduerſus 30.an.prę́ſcriptionem concedi proculdubio debet.commune affirmant Alex. conſ.77.lib.6.Bertr.conſ.15.nu.42.lib.1.Gozad.conſ.56.nu. 11.curt.iu.conſ.57.nu.3.Balb.de præſcrip.4. part.4.part.q.29. Quamuis contrarium commune perperam affirmet Soc.conſil.2.verſ.præterea lib.3. Sed & poſt 40. an. ſpatia eccleſiæ, ac pauperibus conueniet.commune inquiunt Boer.deciſ. 39.n. 7.Bell.46.nu.15. E.Suarez.

reſtitutio in integrum & contra ſententiam dabitur ſcripturæ de nouo repertæ nomine,vt frequenter placitū ait curt. iu.conſ.18.n.1.Nec hæc alia reſtitutio relegato iuſtè illam poſtulanti deneganda eſt.commune inquit idem cur.conſ.182. n.13.omnis tamen in integrum reſtitutio in pœnis ſilet.commune eſſert Mauric.de reſtit.c.152. vbi autem poſtulata in integr.reſtitutio eſt ſententiæ executionem remorabitur.commune dicunt Pariſ.conſ.100.nu.18.lib.1.Bellon.conſ.18.nu. 22.Did.à Couar.in pract.q.c.25.nu.7. amicus noſter Grauat. ad Veſtrium.lib.8.c.3.nu.25.Nec initium antea capiet reſtitutionis in integrum petendę tempus quàm à ſciētię die,quamuis antea centum anni præterfluxerint. commune affirmant dec.conſ.36.Io.Dilect.de art.teſtand.tit.11.caut.1.Viuius lib. 1.opin.146. idem.

reſtitutio in integrum & ob res minimas minori concedetur,vt verius & receptius aſſerunt Arius Pinel.in l.2.part.1.c. 1.nu.26.C.de reſcin.ven. Did.à Couar.lib.1.variarum reſol. c.3.n.11.Eman.à Coſta in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.2.par. nu.77.cum ſeq.ff.de lib.& poſth.Quæ ſi in iis minori indulgetur, quæ indiuidua & coniuncta ſunt,ad conſortes dilatatur. commune ponit Mauric.de reſtitutio.in integr.c.185.Præbebitur autem omnis reſtitutio regi, quæ minori conceditur. commune pronunciat Boer.deciſ.265.nu. 2. Quin & reginæ quoque indulgebitur,vt iudicatum atteſtatur Luc.de pen. in l.cubicularios de proxi.ſacr.cubic.lib.12. Et cuiuis etiam reipublicæ,cuiuis vrbi atque etiam caſtro popularibus ita referto,vt ſuis adminiſtratoribus regatur,proculdubio elargietur. commune ponunt Rom.conſ.423.pro pleniori.li.3.dec.conſil.42.in fi.Turz.opi.141.& amicus noſter Nic.Anto.Grauat. ad Veſtrium.li.8.c.3.nu.22. qui verò reſtitutionem in integr. iure minoris deſiderat, allegare ac probare debet ſe vel propria facilitate, vel aduerſarij dolo læſum eſſe, at quod adhuc intra reſtitutionis tempus ſit,nec allegare neceſſe habet.commune dicunt Io.Nic.in add.ad Alc.de præſum.reg.1.præſum. 42.Eman.à Coſta in l.ſi ex cautione.poſt limit.vlti.nu.3.C.de non nu.pec.Viuius li.1.opi.215. Huic porrò reſtitutionis beneficio minor minori in ætate renunciare nequit, ad maiorē ætatem productus nulla re id facere prohibetur. commune ait Pan.in c.ſi diligenti.de foro compet. idem.

reſtitutio in integrum nō admittitur,quando in contractu venditionis vel donationis eſſet iuramentū appoſitum.auth. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ. vend. vnde illa auth. etiam procedit in contractu venditionis & donationis,gloſ.ibid. in verbo , contractus. Quam communiter approbatam eſſe inquiunt Bartholom.Soc.in conſ.279.n.1.in 2.vol.& conſ.53. nu.29.in 4.vol.& Rol.à Valle in conſ.59.n.6.in 1.Tom.conſ. vbi ipſe nu.4.poſt Crauet.in conſ.7.nu.2. & in conſ.151.n.6. in 1.par.conſ.egregiè tradit,minorem,quando eſt lę́ſus vltra dimidiam iuſti precij,non poſſe agere reſtitutione in integrū, ſed remedio.l.2.C.de reſcin.vend.agendum eſſe, quando ſolum eſſet læſus in præcio, ſecus ſi in re,quia tūc agere poterit, vt ad rem reſtituatur. Kirchouius.

reſtituatur ad appellandum reipublicæ cauſa abſens, vt frequenter placitum aiunt Aret.conſ.160.nu.7.cur.iu. conſ. 60. nu.etiam 7.Cuius quidem reſtitutionis effectus is eſt,vt & abſentiæ,& impedimenti tempus de medio auferatur. commune inquit Balb.de præſcr.part.6.q.1.caſu 22.n.26.& vide quę ſuperius obſeruo ver.abſens. E.Suarez.

reſtitutio in integrum conceſſa minorib. non tollitur per ſtatutum ꝙ ſententia arbitri non deberet reduci ad arbitrium boni viri,quin minores non poſſint vti læſi petere reſciſſionē laudi.Bald. in l.ſi minor.§.ſi minores.ff.de minorib⁹ & in conſil.208.in vol.& 187.in 2.volu.conſ.Pulchrè Pan.in conſ.31. verſ.ſtatutum autem curiæ in 2. part. conſ. Et hanc communem opi.appellat cum plurib.adductis authoritatib.Maria.Soci.iu.in conſ.48.nu.55.in 1.par.conſ. kirchouius.

reſtitutio in integrum non datur minori,quando ſtipulatio vel contractus incepit à defuncto, & minor ſuccedit maiori, cum quo nihil eſt geſtum,ibi non conſideratur perſona minoris,ſed maioris à quo initium habuit.Bart.& alij in l.2.C.ſi aduer.vend.pigno.& in l.fi.in quibus cauſ.reſti.in integ.non eſt neceſſe.Io.Hannibal.in l.poſt contractum.n.146.verſ.Sed aduerte,quia ex quo ſumus in tempore conuentionali,&c.allegans tex.l.Aemilius.ff.de minoribus.l.& ff.de donat. Quam ſententiam communem opi.doct. eſſe teſtantur iaſo.in conſ. 226.in 2.vol.& Roland.à Valle,in conſ.10.num.14.cum ſeq. kirchouius.

Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ, non competit contra prę́ſcriptionem quadragenariam,vt aliàs dari ſolet iux.l.1.in fi.ibi,ſi qua mihi iuſta cauſa.ff. ex quib. cauſ. maior. Nam ſi daretur, vtique qui tanto tempore poſſedit, non eſſet pleniſſimè ſecurus,ſed moleſtiam pateretur contra prædicta. Ita hanc opinionem tanquam veriorem ſequutus eſt pluries legendo,& Soc.iu.vti atteſtatur in conſ.37.nu.5.vol.4.Vbi inter alia hanc opinionem firmaſſe dicit in conſ.76.cum diebus elapſis nu.102.& in conſ.145.n.77.78.& 79.vol.1.In quibus oſtendit,hanc opi.magis communiter approbari, licet aliqui reperiantur,qui contrarium tenentes aſſerant, eorum opi. eſſe communem ſed errāt, vt conſtat ex allegatis per Soc.iu.in d.conſ.Adduxit enim 16.vel 17.doct.magni nominis,opinionem hanc noſtram tenentes , & vltra allegatos in d. conſiliis addit.Quod hanc opinionem tenent infra ſcripti Moderni,videlicet Bertr.conſ.139.cum ſupponatur 2.vol.ex primis,&in conſ.203.punctus qōis.n.4.& 5.2.vol.in nouis Pariſ.conſ.23. prima in huiuſmodi nu.221.1.vol.Igneus in l.3.§.ſi conditioni.nu.126.ff.ad Syllan.Alex.in conſ.56.circa dubitationes.ad fi.vbi poſt dec.dicit quod eſt com.opi.& Tiraq.in tract. de vtroque retract.Car.234.n.37. 38. & 39. Et ante omnes iſtos ita videtur tenere iaſ.in conſ.209.vera vt arbitror.vol.2. Hæc refert Soc.iu.d.conſ.37.nu.5.vol.4. E.Muſcul.



Reſtitutio in integrum competit etiam ratione lucri. l. ait prætor.§.fi.ff.de minor.& in c.conſtitutus.vbi abb.in 6.nota. extr.de in integr.reſtitut.Limitatur non procedere,ſi tale lucrum cum iniuria, & damno conſideretur. Nam quando reſtitutio eſt concedenda,etiam ſi de lucro agatur,neceſſe eſt,vt tale lucrum fecerit abſque prę́iudicio alterius.prout declarāt Ang.Paul.de Caſt.Raph.Cuma.& Roma.in l.cum quidam.in prin.ff.de acq.hær.Vbi etiam idem tenent Alex.ver.limitatur tamen hoc Aret.ver.nec tamen intelligo,& iaſ.1.not.in prin. ver.limita niſi illud.Et hoc eſt commune dictum,nemine cōtradicente,vt atteſtatur Soc.iu.in conſ.46.n.43.in 4.vol.E.M.

reſtitutio in prę́ſcriptione conuentionali,non datur ex clauſula illa,ſi qua mihi iuſta cauſa videtur, ex capite ignorantiæ. Hoc aperto ore firmauit curt.Sen.in conſ.58. ſuper præmiſſa dubitatione,verſ.ſed præmiſſis omnibus,vſque ad fin. vbi ad hoc,facit quinque pulchra fundamenta.& in eis in effectu reſpondet omnibus contrariis,& ita etiam ſequitur pro veriore opinione Hier.Cagn.in l.2.C.de pact.inter emp.& ven.in j. lect.in q.16.ſub n.125.cum 4.ſeq.Et licet idem doct.in 2.lect. eiuſdem l.n.j.Contrarium teneat aſſerendo,ita magis communiter teneri.Tamen verior videtur opinio ſupra poſita : vt dicit Soc.iu.in conſ.45.num.3.vol.4.remittens ibi ſe ad curt.ſeni.in d.conſ.58. E.Muſcul.

Reſtitutio ,quando competit non ratione minoris ætatis, ſed tantum ex æquitate, de qua in illa clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur quia non datur in priuilegium perſonæ, ſed tātum ex illa ę́quitate,non poteſt dari,vbi ceſſat æquitas, putà,quia aliunde poteſt ius ſuum ꝯſequi,vt poſt alios,quos allegat Ruin.in conſ.119.videtur fortaſſe prima facie nu.21. vol.5.& eſt inſignis doctrina Bar.communiter approbata in l. Aemilius.ff.de minor.Quam & Soc.iu.in conſ.46.nu.47.vol. 4.refert & ſequitur. E.Muſcul.

reſtitutio in integrum datur minori aduerſus præſcriptionem 40.ann. & quæ reſtitutio ex capite ignorantiæ conceditur nedum minori ſed maiori aduerſus eam præſcriptionem 40.an.ſecundum magis communem per Rol.conſ. 72.n. 46. 48.li.3.& conſ.68.col.4.eodem, vbi ponit declarationem notab.nu.21.& 22.vbi ꝙ in caſibus in quibus conceditur reſtitutio minori,in eiſdem conceditur vniuerſitati & villæ, ſecundum communem ibi,Quid in eccleſia?& dic, ꝙ reſtituitur etiam aduerſus præſcriptionem 40.an.ſecundum communem d.conſ.68.nu.24.26. 27.vbi ꝙ præſcriptio quadragenaria nō nocet illi qui impedimento iuris vel facti agere non potuit,de quo vide quę ſcribit Rom.conſ.123.col.4.in fi.conſ.166.colum.pe.in prin.nu.12.Quid in eccleſia?vide ibi col.fi.vbi quid de vna eccleſia an aduerſus aliam eccleſiam reſtitutione in integ.vti poſſit?Diſtingue, vt per eum d.conſil.166.123.col.fi. vbi an poſt quadriennium ad reſtitutionem datum detur reſtitutio?quod repetit etiam conſ.369.nu.22.aliquam ponit fel.in c.1.poſt nu.9.de præſcri. Hipp.ſing.ibi.Quibus addę, ꝙ ignoranti aduerſus quem præſcriptio longi temporis cucurrit,datur in integ.reſtit.ſecundum Rom.conſ.477.col.fi. quæ concl.procedit etiam in eccleſiis & hoſpitalibus,quæ regulariter ,nec ſolum ex capite ignorantiæ reſtituuntur,teſte eodē Rom.conſ.123.nu.3.conſ.407.nu.2. Nunquid autem eccleſia ſeu hoſpitale poſt lapſum quadriennij à tempore præſcriptionis decurſæ excludatur à dicta reſtitutione? dic,vt per eundem Rom.conſ.407.col.2.n.6.conſ.123.ante n.5. ver.quinimo.conſ.166.poſt nu.12. iaſ.in l.2.nu.49. C.de iur.emphyt. Boer.q.39.col.5.in prin.& vide tex.in c.1.de in integ.reſt.lib. 6.in l.vlt.C.de in integ.reſt.

Reſtitutio non datur aduerſus curſum temporis,cuius initij memo. non eſt in contrarium, ſecundum communem per Rol.conſ.59.poſt nu.17.& ſeq.li.4.item non datur reſt.aduerſus præſump.iuris & de iure,quæ non admittit probationem in ꝯtrarium vt eſt in præſcriptione immemoriali Rol. d.conſ. nu.20.& aliis nu. ſeq. vſque ad nu. 26. vbi latius proſequitur declarando,& d.nu.26.vbi ꝙ reſt.in integ. non conceditur actori aduerſus præſcriptionem immemorialem , ſecus in reo conuento,vt ibi.

Reſtitutio temporis appellanti. Licet propter impedimentum contingens appellanti in ſecundo anno, non detur tertius annus:poterit tamen ei ſuccurri beneficio reſtitutionis in integrum aduerſus lapſum ſecundi anni ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa,de qua in l.1.in fi.ff.ex quib.cauſ.maio. Quæ reſtitutio tanquam remedium extraordinarium non videtur in tali caſu remota,ſec.gl.& Sal.in auth.ei,qui.C.de tempo.app.Roma.& Nicel.in l.2.ff.de re iud.per l.1.§. quæſitum. ff.de ſepara.in l.planè.in fi.de peti.hæ. ꝙ imò ſuccurratur appellanti de iure communi in caſu prę́miſſo,videtur caſus in c. ex ratione.extrà de app.ſed ille textus ibi, præiudicium generari,intelligi debet ope reſtitutionis in integr. ſec.Roma. vbi s̃.& Pan.ibi,Archi.2.q.6.ad fi.niſi ſecundum eos impedimentum proceſſerit facto iudicis, vel fuerit de partium conſenſu ſuperceſſum,quia tunc ipſo iure tempus non currit,nec opus eſt reſtitutione,cle.quandiu.de app. & ſec.glo.d.c.ex ratione. & in d.auth.ei,qui. Balb.deciſ.478.

reſtitutio in integrum ex ignorantia probabili,etiam maioribus concedenda eſt,ſec.gl.fi.cæteros,præſertimque iaſ. in l. 2.C.de iur.emphy.ſpec.in tit.de locato.§.nunc aliqua.q.15.& ſeq.Bar.in l.Aemilius.de mino.dec.conſ.564.nu.19.fel.in ca. vigilanti.de præſcr.affl.deciſ.37.in prin.& 329.per totum.Barto.cæteroſq; communiter in l.cùm filius.§.in hac. ff. de verb. obl.Craue.conſ.204.nu.22.& conſ.225.nu.7.Rui.conſ. 139. nu.14.& 17.vol.2.conſ.26.nu.19.& 32.vol.3.& Balb.in tract. de præſcr.in 4.part. 5. partis prin.q.29. vbi cum aliis copioſè relatis per eum dicit iſtam communem opinionem fore.& Gram.quoque deciſ.52.nu.5.& ſeq.& ſic non tantùm minoribus ex iuſta ignorantia,verùm etiam maioribus,vt s̃.docuimus ipſa in integ. reſtitutio ex clauſula generali venit concedenda. F.Viuius lib.2.opi.245.

reſtitutio in integrum non competit doctori minori 25.annis.propter peritiam & probatam induſtriam eius, vt vult gl. in l.j.C.qui aduer.quos.Allegando enim facillitatem,dici turpitudinem ſuam.l.2.§.nuncij.ff.de ori.iur.hoc tenet domi.Cato.in l.1.ff.quod quiſ.iur. Balb.deciſ.369.

reſtitutio in integrum per clauſulam generalem datur hæredi non ſoluenti canonem, etiam aduerſus præſcriptionem quadragenariam.Cagn.in reg.qui in alterius.nu.6.ff. de regu. iur.diſtinguendo vt ibi. Bonacoſſ.

reſtitutio in integrum ceſſat in executionibus pœnarum, Mauritius de reſt.in integ.c.152.com.dicit. idem.

reſtitutio tamē in cauſa criminali peti poteſt contra ſententiam,& proceſſum,licet non contra crimen.Bal.in l. ſi operis. C.de pœnis. idem.

reſtitutionem in integrum ex capite ignorantiæ aduerſus canonem non ſolutum dari, ſecundum magis communem opi.pluribus allegatis authoritatibus conſulendo ſcribit Soci.iu.in conſ.70.nu.23.verſ.vltimò probatur in 1.part.conſil. Kirchouius.

reſtitutio in integrum etiam poſt decurſum quatuor annorum ſpacium , ſi enormiſſima læſio arguatur concedi debet, commune fatur Soc.conſ.266.in cauſa.libr.2.Et ſemel atque petita reſtitutio eſt,ſententiæ executionem impedit. commune inquiunt iaſ.in l.qui ſe obtulit.§.condemnatum.nu.23. ff. de re iud.amicus noſter Graua.ad Veſtrium li.8.c.3.nu.25.& vide ſupra nu.69. E.Suarez.

reſtitutioni ſubiecta quibus interpretum depoſitionib.illuſtrentur,vide ſupra ver.Alienari & ver.prohibita.Et memineris quod nec pro ſeipſo redimendo filius alienare illa poterit. commune dicunt iaſ.in auth.res quæ n.20.commune de leg. Arius Pinel. merito atque humaniter , in contrariam ſententiam abiens,in auth. niſi tricennale.nu.36. prope finem.C. de bo.mater. E.Suarez.

reſtitutio datur eccleſię & monaſterio aduerſus contractus ex quibus reſultat læſio , item contra ſententias iudiciales, aut arbitramentales,ſecundum Rom.conſ.123.col.pen.& fi. conſ.369.nu.22. vbi an poſt quadriennium ad reſtitutionem datum,detur reſtitutio? & dic,vt per eum locis prææalleg.præſertim conſ.123.col.4.& 5.conſ.166.col.pen.

reſtitutio in integ. vt petatur principaliter : requiritur ſpeciale mandatum,ſecus ſi incidenter,teſte Rol. conſ.26.nu. 1. nu.7.li.2 poſt abb.in c.ſciſcitata nu. 5.de reſt.in integ.vbi plura in materia ſpecialis mandati.

reſtitutio in integrum non competit hæredibus ſubſtitutis:quando culpa tutoris non fuit adita hæreditas pupillo delata,ſecundum communem per Burſ.conſ.8.nu.4.lib.1.

Reſtituitur maior etiam ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa, ex capite ignorantiæ aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis , ſecundum magis communem per Burſat. conſ.26.nu.34.lib.1.

Reſtitutio in integrum ad adeundam hęreditatem non aditam competit tantum abſenti cauſa reipublicę ſeu ex alia cauſa legitima excluſo tempore vel morte, ideſt impedimento infirmitatis, ſecundum communem per Burſa.conſ.60.num.5. libr.1.

reſtitutio in integrum denegatur, niſi de læſione conſtet cauſata ſui facilitate, vel dolo aduerſarij, ſecundum magis cōmunem per Burſ.conſ.27.nu.17.lib.1.

reſtitutioni in integrum aduerſus læſionem renuntiari poteſt in compromiſſo, ſecundum magis communem per Burſ. conſ.114.nu.31.lib.1.

reſtitutus à principe etiam quo ad bona, non recuperat iam alienata & in alios tranſlata, niſi id expreſsè caueatur, ſecundum communem per Burſ.conſ.54.nu.12.lib.1.

reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem lōgiſſimi temporis, etiam 40.an. concedi ex capite ignorantiæ, ex illa clauſula, Si qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, multi doct. voluerunt, ad hanc deciſionem allegantes Bart.in l.j.§.ſi quis autem propter.ff.de itin.actuque priua.doct. in clem. 1. de reſtit.in integ.per tex.illius.Clem. vbi generaliter dicitur, quod etiam aduerſus lapſum temporis in integrum reſtitutio peti poteſt.Lud.Ro.in conſ.166.n.12.Quorum ſententiam communem & veriorem eſſe inquit Alex. de imol.in conſ.169.n.15.ver.non obſtat.in 2.lib.& in conſ.116.in lib.5.conſ.appellat hanc communem concluſionem, à qua in iudicando non eſſet recedendum.Sed alij contrariam ſententiam ſequuntur, quò ad 40.an.quos refert Bartholom.Soci.in l.filiusfamiliàs. §.in hac,n.10.addens ſe ſæpè ita conſultum vidiſſe per doctiſſimos viros.vbi Apoſtillator in ver.ſæpius, illorum doct.conſilia meminit.ff.de verb.obl.Et hanc ſententiam communem doct.opinionem eſſe teſtantur Philip.dec.in conſil.375.nu.5. verſ.& vlterius iſta concluſio, & ſe refert ad conſ. 29. vbi ipſe eandem ſententiam latius tradiderat.& ibi Apoſtilla. in verb. concludo.Et Marian.Soci.iu.in conſ.76.nu.102. verſ. & primò dico, addens & hanc veriorem, & quam idem in conſilio 174.nu.32.in 2.part.ſe ſolitum defendere, & ita pluries contra Alex.conſuluiſſe, in alia tamen præſcriptione 30. ann. vel minori, ſi contra ignorantem interueniſſet, omnes ferè conſentire, dari poſſe in integrum reſtitutionem, refert. Et hanc ſententiam ipſe Alex.ſequitur in conſ.151.nu.8.&9.vbi Apoſtillat.in verb.attamen.in d.ſecundo lib.conſ. kirchouius.

Reſtitutio ad proſequendam appellationem non datur minori niſi de læſione probetur.l.verum.§. item non reſtituitur. ff.de minor.25.an.l.nam poſtea.§.ſi minor. ff.de iuireur.Bar.l. fi.in fi.C.de in integ.reſt.Phil.dec.in conſ.436.nu.5.Quam ſententiam tanquam communem latiùs explicarunt iaſ. in d. §.ſi minor.& Rol.à Valle, in conſ.53.nu.42.43.44.&45.in 2.To. conſ.poſt Crauet.in conſ.179.nu.8. kirchouius.

reſtitutione in integrum vtitur eccleſia aduerſus eccleſiam, ſicque priuilegiatus contra priuilegiatum, teſte abb.in c.auditis col.2.de reſtit.in integ.Rom.conſ.166.in fi.& dic, ꝙ reſtituuntur nedum reſpub.ſed ciuitas, & pagus, ſecundum Bar.& Bal.in l.reſpublica C.ex quib.cauſ.maior.Alex.conſ.1.lib.4.& hanc communem dicit dec.conſ.42.in fi.de quo vide quę ſcribit iaſ.in l.domus.§.ſi fundus.nu.19.ff.de leg.1.in l.inter diuinum n.15.C.de ſac.ſan.eccl.vbi loquitur de ciuitate & repub. quam concl.intellige, procedere, niſi in rure, puta, ſex vel octo commorarentur homines, ex not.per doct. in d.l. reſpublica. affl.in prælud.conſt.reg.Neapol.q.5.princi.ex quibus reſultat concl.reſtitutionem in integ.reipub.ciuitati, & villæ ſeu pago competere.

reſtitutio in integrum, tempus quadriennij ad peteñ reſtitutionem in integr.à iure præfinitum: locum habet tam in eccleſia, quàm minore, & repub.& in omnibus vniforme eſt, & ſecundum communem ex æquo omnibus competit, teſte afflict.deciſ.175.Quod quidem quadriennium à principio vtile eſt, quia à die ſcientiæ currere incipit, ſecundum dec.conſil. 42.in fi.Boer.q.39.nu.7.Bellon.conſ.46.nu.15.Sed hanc reſtitutionem ex capite ignorantiæ, poſt 40.an.intra quadrienniũ tantum eccleſiæ & pauperibus competere dicunt, reiecta aliquorum opinionę contraria, quæ prior opi.verior eſt, per deci.Boer.& Bellon.vbi ſupra illud tamen non eſt prætermittendum ꝙ quadriennium ad peteñ in integ. reſtitutionem aduerſus tres ſententias: vel omiſſas probationes à die vltimæ ſententiæ computari debet, ſecundum capel.Toloſ.q.54.55.caſſiad.de in integ.reſt.deciſ.2.

reſtitutus principis gratia bannitus vel deportatus non ea bona recuperat, quæ iam in tertium alienata ſunt.commune inquiunt fel.in c.inter quatuor.de maio.& obedien.iaſ.conſ. 139.in cauſa, lib.1, Viuius lib.1.opi.244. Excipies tamen vbi fœcunda atque vberi clauſula reſtituitur, & ſi fructus inter deportationem & gratiam perceptos nunquam ſeruet. commune ponit Viuius vbi ſupra, & qui latius de hac re agit.I.Clarus in prac.§.vlt.q.59.verſ.item quæro, cum ſeq. E.Suarez.

reſtitutus principis gratia bannitus.vel deportatus, non recuperat eius bona, quæ iam in tertium ſunt alienata, vt eſt cōmunis opinio.Soarez in ver.reſtitutus.niſi adſit clauſula prægnans in reſcripto, quæ ea comprehēdat.Fructus autem inter bannum & gratiam ſumpti non reſtituuntur, vt eſt communis opinio.Soarez ver.reſtitutus.nu.87.Boſſius de ſententiis. nu.11.Bellamera deciſ.774.exceptis bonis ad fiſcum delatis, & alteri nondum conceſſis.Pariſ.conſ.69.nu.199.Caſſan.conſil.66.Fichard.in addi.ad Villalob.litera R.nu.52. Bonacoſſ.

reſtitutus ex iuſtitia omnia bona etiam à tertiis poſſeſſorib. recuperat ac pœnam, & totum qđ bannitus amiſit: ſecus ſi reſtituatur per gratiam, ſecundum communem per Burſ.conſi. 54.num.35.libr.1.pro quo vide quæ ſcribit Roland.conſilio 45.lib.4.

reſcuſcitati teſtamentum rumpent, & ſi hæreditas ab alio adita iam ſit.commune dicit fulg.in l.iura conſtitui.ff.de legi. E.Suarez.

Retrocurſo. In his quæ motu proprio principis conceduntur, non fit retorcutio, ſecundùm gl.communiter approbatam in verbo decernetur.in l.j.ff.quod quiſ.iuris.per quam limitatur totus ille titulus. Balb.deciſ.368.

Retractatio actus eſt pœna.Boe.deciſ.1.communem dicit. B.Villalob.

Retractus rei venditæ qui datur conſanguineo, vel ſocio per ſtatutum vel conſuetudinem, eſt contra ius commune, Tiraq.de vtroque retract.de retrac.lignagier.§.35.num.8. com.dicit. idem.

retrouendere promittens infra certum tempus, eo elapſo amplius non adſtringitur retrouendere. l. 2. C. de pact. inter emptorem & venditorem. Quia illud tempus adiectum cenſetur cauſa limitandæ obligationis, propterea obſtabit exceptio ꝙ tempus elapſum fuerit.l.eum, qui.§.ita.ff.de verb.oblig. vbi doct.Soci.ſen.in conſ.241.nu.14.in 2.vol.conſ.Hier.cagnol.in d.l.2.verſ.differentia tamen eſt.nu.24.25.Hanc indubitatam iuris concluſionem appellat Rol.à Valle. in conſ.10.n. 12.in 2.To.conſ. Kirchouius.

reuelans delictum, ſi ſit ex complicibus, vel particeps delicti, præmium ex ſtatuto, vel proclamate non conſequitur, vt eſt communis opinio.Cla.q.27.ver.in multis. An autem quis teneatur reuelare tractatum contra principem.vide portium in ſuo communium opi.regula 15.lib.1. Bonacoſſ.

reuelare quis poteſt ſecretum amici dictum in confeſſione, & etiam pręſtito iuramento de non reuelando, vt eſt communis opinio, de qua fel.in c.intimauit.nu.4.de teſtibus, & nu.5. quod intellige vt ibi.quia ſi tendit ad corruptionem multitudinis ſpiritualem, vel corporalem, vel grauè damnum proximi, tenetur reuelare, aliàs non, vt ibi latius per eum. Bonacoſſ.

Reuendendi pacto obligatus ſi rei tradendæ facultatem habeat, non ſatisfacit ſoluendo id quod intereſt: ſed rem omnino tradere cogitur. commune ait cordatè ac diligenter Arius Pinel.meus iuris doctor in l.2.par.2.c.3. nu.22. C.de reſcind. vendi.licet autem reuendendi pactum in tempus perpetuum ineatur, rite 30.ann.curriculis illi præſcribetur. commune teſtantur Iaſ.in l.petens.num.10.C.de pact.& in l.ſi mater.C.de inſtit.& ſubſtit.latiſſimè Balb.de præſcr.4.par.5.par.prin.q.3. & qui contrarium non de nihilo cum Fabian.tentat Ant.Gomez.de contract.c.2.nu.28. E.Suarez.

Reuerentia ſiue dignitas & coniunctio ſanguinis quæ habet reuerentiam, ſola non inducit diſſenſum ex taciturnitate. vt communiter teneri refert Bened.capr.reg.56.nu.33.&37. vide j.Taciturnitas. nec ſola dignitas aut reuerentia eſt cauſa reducendi actionem, quod metus cauſa, Bart.in l.metum.C. quod me.cau.ibid.

reuocatoria non poteſt agi contra tertium poſſeſſorem habentem rem alienatam in fraudem, niſi principalis antea excutiatur.Iaſ.in §.item ſi quis de acti.numer.67. omnem dicit. Villal.

Limita, ſi notoriè conſtat nulla bona habere alienantem. idem ibi nu.68.communem dicit, & ponit alias ſeptem limitationes. idem.

Reuocare princeps indiſtinctè poteſt priuilegia gratiæ, ab anteceſſore ſuo conceſſa.Alb.roſa. in tit.de iuſtin.cod.confir. nu.17. communiter doc. tenere teſtantur, ſimiliter communem dicit Mar.Laud.in tract.de priui.q.34. I.Fich.

Fallit primò, ſi eſſent conceſſa ob benemerita. Matth.de Affl.dec.228.nu.10. idem.

Fallit ſecundò, ſi fieret ſine iuſta & legitima cauſa, doct.in l. digna vox.C. de LL. Ceterum de iure canonico planum eſt, ꝙ ſucceſſor quandocunque ſui anteceſſoris priuilegia & gratias reuocare poſſit, c.ſi is cui.de præb.& dignit.lib.6. idem.

Reuocari non oportet, neque debet ꝙ nulliter factum geſtumve ſit, vbi omnino ſi id factum non eſſet, fieri deberet, ratio eſt, quia ex quo de nouo ſic faciendum eſſet, partis non intereſt ꝙ reuocetur, & voces quorum non intereſt, recipiendę, & audiendæ non ſunt, inquit iureconſ. in l.j.ff.de appel.recip. probatur concluſio ex tex.in l.fi.ff.de eo quod met.cauſ.& ex his, quæ ſcribunt Ang.& Alex.in l.ſi finita. in prin.ff. de dam. infect.Aret.in §.quadrupl.inſti. de actio. qui loquuntur in tenuta nulliter data.Pau.de caſt.conſ.472.in cauſa capturæ.Iac. in fi.li.j.Soc.conſ.113.ad fi.li.3.dec.in c.cum ceſſante, in fi.de app.& in conſ.449.iaſ.in l.à diuo pio.§.in venditione, de re iudi.& in l.ſi pacto quo pœnam in 5.no.C.de pact.curt.iu.in conſil.127.verſ.accedunt ad confirmationem, Gozad.conſil. 21. abb.conſ.29.in fi.par.2.imo.in conſ.105.ver.nec obſtat quod legitur & notatur: quos omnes pro comprobatione communis ſententiæ, quam atteſtatur, refert Craue.conſ.189.in cauſa appellationis nu.6. ad quem data facti contingentia recurrere poteris & ad eundē conſ.65.ſorores.& conſ.140.in cauſa ſpolij in fine quam concluſionem veram ſe credere ait d. conſ.65.quando ex eiſdem actis conſtet quòd illud quod nullum eſt de nouo fieri deberet, aliàs ſecus. F.Turz.

In actione perſonali reus vſque ad 30.an. poteſt petere reuocationem tenutæ ex primo decreto quando vult reficere actori expenſas, & ſatiſdare de iudicio ſiſti, ſec.formam auct.& qui iurat.C.de bo.auct.iud.poſ.eſt com.opi.ſec.Alex.in conſ. 205.viſa dicta.circa med.vol.7. M.Chærian.

reuocatio donationis, quæ fit ex diſpoſitione l.ſi vnquam. C.de reuoc.do.fit pro ipſo iure immediatè, cum naſcuntur liberi.com.dicit Cla.in §.donatio.q.23.ver.præterea. P.Fich.

reuocatio teſtamenti generalis non ſufficit, ſi vnum vel plura teſtamenta præceſſerint, quorum vnum vel plura habuerint clauſulam derogatoriam, ſed requiritur vt in reuocatione fiat expreſſa & ſpecialis mentio clauſulæ derogatoriæ.cōmunem dicit in §.T.q.99.verſ.Et hæc quidem. idem.

reuocatione teſtamenti facta coram tribus teſtibus.ſi concurrat perſeuerantia longi temporis nempe decennij, cenſebitur reuocatum teſtamentum factum, etiamſi poſtea non fiat vel ſubſequatur aliud teſtamentum.com.in §.T.q.91.verſ.dictum.Si autem reuocatio fiat coram ſeptem teſtibus, & teſtator expreſsè dicat ſe velle inteſtatum decedere, tunc non requiritur curſus decennij.com.in d.§.T.q.12. idem.

reuocari poteſt quicquid factum eſt ad falſam aſſertionem aduerſarij, detecta falſitate, vt eſt com.opi.Alba. in conſ.9. nu. 50. Bonacoſſ.

reuocatio procuratoris niſi parti ac iudici intimetur, dominum non releuat, quo minus ex geſtis procuratoris abs ſe reuocati & certiorati teneatur, vt communiter receptum refert Bened.capr.reg.58.nu.3.& ſeq.& nu.29.& nu.24. dicit reuocationem inſtitoriis non aliter valere, quam ſi publicè ac palam in loco, vbi præpoſitus eſt tabernæ, fiat, vt ſimiliter communiter teneri ibidē refert vide ſuprà procurator & inſtitor.

reuocatio procuratoris in iis quæ non poſſunt ſortiri effectum ſine præſenti iuſſu domini, vt eſt dominij trāſlatio, & ſimilia, quæ tempora executionis requirunt perſeuerantiam conſenſu vt nuptiarum contractus & c.nihil intereſt peruenerit in noticiam procuratoris vel partis necne, quia actus neutro caſu valebit.c.fi.de procurat.lib.6.l.ſi pœnituit.ff.de diuortiis, ponderatur in præſentia conſenſus, & non domini, quæ diuerſę ſunt animus enim domini, vbique pręſens eſſe poteſt ſed corporalis præſentia circumſcribitur loco, & ſic non poteſt eſſe vbique, & communiter teneri refert Bened. capr.reg. 59.nu.21.

reuocatio procuratoris ſoli iudici & non parti intimata, reddit geſta ipſo iure nulla, quia tunc iudex ſcienter contra perſonam non legitimam diceretur ferre ſentētiam, aliàs ſi ſoli parti intimata foret ope exceptionis, infringerentur geſta, communiter teneri refert Bened.capr.reg.59.num.35.ſuprà Procurator.

reuocatio in actibus inter viuos inducetur etiam per alienationem nullam, quæ ſuum ſortitur effectum, nam ea quæ à mera voluntate dependent, licet nullum ſortiantur effectum per tranſlationem, vtilem tamen ademptionem faciunt, Bart. in l.etſi.ff.de adimend.legat.in l.plane.ff.de leg.j.gl.in §.ſi rem. inſtit.de legat.l.legatum.§.fi.ff.de adimend.legat.l.3.§.minor. & ibidem Bart.& gl.ff.de fund.inſtruct.l.cùm domini.§.filius fam.ff.de pecul.lega.Bart.in l.fi.ff.de ann.legat.quod communiter teneri refert capr.reg.118.nu.13.

reus ſi actor eſt contumax, & nihil probat, abſoluitur diffinitiuè, quando tempus eſt aſſignatum ad probandum, ſi autē nullum tempus eſt aſſignatum, abſoluitur ab inſtantia, iaſ.in l. properandum.§.etſi quidem num.15.C.de iudi. communem dicit. B.Villal.

Amplia iſtam communem in tantum eſſe veram, ꝙ abſolutus reus, quia actor non probauit, amplius de delicto illo non poteſt accuſari, nec per actorem, nec per alium, Coua.in reſo. c.1.lib.1.nu.8.communem dicit, ex doct.in l.qui de crimine, C.de accuſ. idem.

reus exceptionem ſuam probans dubiè etiam ſi actor probauerit plenè eſt abſoluendus, quando dubia probatio eſt talis, quæ poteſt facere actum licitum, iaſ.in l.non ſolum.§.ſciendum.nu.6.de no.ope.nun.ff.com.dicit. idem.

reus debet in expenſis condemnari, ſi ſuccumbat, etiamſi ſententia ſit interlocutoria, iaſ.in l.properandum.§.ſiue autem.n. 19.com.dicit.

Fallit, niſi iuſtam habuit litigandi, Hiero.cagn.in l.qui in alterius.ff.de reg.iur.n.25.com.dicit.

Concor.cum l.7.tit.22.par.3.per quam declaratur l.39.tit. 2.& l.8.tit.3.par.ca.& l.6.ti.13.lib.2.For.ll.& vide quæ habes in verſ.iudex. idem.

reus conuictus de homicidio, poteſt ſe iuuare, ꝙ ad ſuam defenſionem illud fecit.Hier.cagn.in l.nemo.nu.4.ff.de re.iu. com.dicit. idem.

reus inuentus cum aliqua re ſubtracta, ſi res eſſet menſura in loco vbi inuenitur, poteſt ibi conueniri, aliàs ad ſuum iudicem data ſatiſdatione, remittitur, Boer.dec.218.n.3.&4.communem dicit.

Aliter diſponitur in l.32.tit.2.par.3.in cau.12. vbi diſponitur, ꝙ ſi res mobilis, vel ſe mouens ſi alicui petatur, ꝙ ibi reſpondere debet vbi inuenitur etſi ſit bonæ famæ, ſub fideiuſſoribus de iudicio ſiſti. & iudicatum ſolui res ſibi tradatur, aliàs ſi ſit malæ famæ, detinetur cum re, & de re ſe mouenti, eſt l. 5. ſtili.Et nota dictum aureum Angel.in l.2.ff.vi bonor.rapt. vbi dicit ꝙ poſſum & propria authoritate roncinum meum qui ſubſtractus eſt furtiuè, accipere, de quo per iaſ.in conſ.20.vol. 3.in 1.quam communem habui de facto.& pro iſta opinione fuit liberatus Ares comes de Pinnero, & vide Petr.Rauen. in alpha.aure.in verſ.fur.

reus opponens ſe in iudicio, cum clauſula. quòd per actus, quos facit, non videatur prorogare iuriſdictionem, non intelligitur prorogare iuriſdictionem, Io.de Ripa.in c.cum M.nu. 99.conſt.com.dicit.Et vide in verbo proteſtatio.nu.277.idē.

PRO.reus in exceptione eſt actor.quod intellige, quantum ad onus probandi: ſicut enim actor probat intentionem ſuā, ita reus ſuam exceptionem.l.1.ff.de exceptio.& in l.exceptionib.ff.de proba. Bellon.

PRO.rei duo debendi hodie inſolidum non obligantur, ſed pro parte conueniuntur, niſi renuntiauerint beneficio diuidendarum actionum.auth.hoc ita.& ibi gl.C.de duobus reis.

reus conuentus non dicitur liti ſe offerre niſi interrogatus reſpondeat ſe poſſidere.Quia litē conteſtando per negationē videtur negare quicquid in libello narratur, i. agentem eſſe hæredem & ſe poſſeſſorem gl.in l.is qui ſe obtulit.§. poſſideret.ff. de rei ven. Ita egregiè declarant Bart. ibidem inquiens: Non dici quem ſe offerre defenſioni rei, licet litiget, niſi interrogatus reſpondeat ſe poſſidere. Bald. in l. cogi poſſeſſorem.n.13.verſ.vlterius quæritur.C.de petitio.hæred.Pan.in c. examinata.n.11.verſ.vltimò induco extrà, de iud.& fel. in ca. aduerſario tuo.n.3.ver.dum ſubdit abb.extrà, de excep.Quam ſententiam communiter approbatam eſſe dicunt Bart.Soc.in l.ſi à te.§.ſi quis.nu.5.ff.de exceptio.rei iud.& Rol. à Valle, in conſ.56.nu.1.in 2.To.conſ. Kirchouius.

reus iuſtis de cauſis litigans non condemnatur in expenſis, vt frequenter placitum inquit cagn.in l.qui in ius.n.25.ff.de reg.iur.& vide quæ ſuperius obſeruo verſ.expenſæ.E.Suarez.

reus actori ex cauſa, quando iudex ex officio eum ad agendum cogere vellet, edere inſtrumenta tenebitur. domini de Rot.in deciſ.213.incip.licet pars actrix in rub. de fide inſtr.in nouis.inn.& Ant.de But.in c.1.extrà, de probatio. conſulendo ſcribit Lud.Rom.in conſ.398.incip.vt clarior reſultet deciſ.nu.4.Alex.de imo.in l.fi.n.22.verſ.16.fallit.C.de edend.deci.in d.c.1.nu.31.iaſ.in d.l.fi.nu.3.ver.limita etiam.Hippol.de marſ.in l.de minore.§.tormenta.nu.23.ff.de quæſt.Licet Pan. & alij de hac deciſ.dubitent in d.cap.1.num.25.verſ.ſed nunquid iudex ex officio ſuo.Franc.de Acolit.Aret.in d.l.fi.n.3.& Bart.Soci.in l.qui accuſare.num.5.in fi.C.de edendo. Tamen

hanc communem ſcribentium opinionem eſſe referunt Io. Fran. Purpurat. in d.l.fi.nu.39.verſ.13.fallit.& Marc. Mantua. in d.cap.1.num.40.verſic. quintò limitatur.extrà, de probat. kirchouius.

reus in cauſa ciuili fiſco inſtrumenta edere tenetur, etiam ad eius intentionem fundandam. Et hanc communem concl. doct. eſſe inquit dec. in l.2.is apud quem nu.40.& in l.fi.n.12. C.de eden. refert quoque Hier. de Monte. in trac. de fin. regen. c.82.n.4. Quam ſententiam latius declarat dec. in c.1.nu.13. verſ.1.de proba. vt non habeat locum in fiſco agente, vbi ex ſpeciali priuilegio reus propria inſtrumenta edere tenetur. l. ne quiſquam. aliàs, ſenatus cenſuit. vbi Bart. & alij. ff. de eden. & nouiſſimè Mantu. in d.c.1.nu.32. Kirchouius.

Reus ſi negaret ſe poſſidere, quando tractaretur de ipſius incommodo, licet probaretur eum prius poſſediſſe, non tamen præſumeretur hodie poſſidere, adeò vt poſſit condemnari ad reſtitutionem veræ poſſeſſionis, ſec. gl. & doct. in l. ſiue poſſidetis. C.de probat. & in l. non ignorabit. C.ad exhiben. Et hanc ſententiam communem, & omnium docto. concluſionem eſſe ſcribit conſulendo Alex. de imol. in conſ.137.n.20. ver. ſed licet probatum. in 2.lib. conſ. ſed de huius doctrinę & concluſionis veritate, & limitationib. eiuſdem videantur ea quæ annotata ſunt ad Alc. in tract. de præſump. 2.reg. prin. pręſump.21. Kirchouius.

reus tenetur ſubminiſtrare expenſas litis actori, petenti vniuerſam hæreditatem vel eius partem. l. ſi inſtituta. ff. de inof. teſta. l.fi.ver. ſi aliqua alia facultas eſſe non poterit. C.de ord. cognit. Et hanc communem doct. ſententiam eſſe ſcribunt Did. in c.6.nu.6.pract.q.To.1.Io.Cæphal. in conſ.127.nu.10.in libro 1.vbi ipſe plures doct. authoritates adducit. Licet Boer. referat ſe non vidiſſe id ſeruari. in conſ.303.in 2.par. deciſ. tamē priorem ſententiam communi calculo approbatam eſſe ſatis liquet ex ſcriptis Guidonis Papæ conſ.561.in ſuis deciſ. Gratianop. D. Andr. Alc. præſum.9.in reg.3.in trac. de præſum. Aymon. Crauet. in conſ.164.in 1.part. conſ. Kirchouius.

Reis magis quàm actorib. onus probandi competit, ſi homicidium ab illis commiſſum fuerit, ipſos animum occidendi non habuiſſe. quia homicidia de genere prohibitorum eſſe dicuntur. Ideò iuris præſumptio eſt contra reos delinquentes ꝙ habuerint animum occidendi. Item quia difficile eſt probare negatiuam. l. actor. C.de prob. Similiter cùm animus probandus ſit, difficilis eſt probatio, cùm anim⁹ nullius appareat, nec teſtes quicquam deponere poſſint de his quæ ab animo dependent. Bald. in l. ſi quis filio. §. eius qui. ff. de iniuſt. rupto. Ita aſſerit Cepolla in conſ.19 nu.4.& in conſ.31.nu.2.in conſil. ſuis crimin. & ita quoque communiter magis doc. concludere ſcribi Bart. Romul. in l. vt vim nu.176.ff. de iuſtit. & iure. vbi ipſe noua ratione & diſtinct. materiam illam latius proſequitur, tradit quoque Hartman. in ſuis pract. obſeruati. ſub ti. de accuſ. c.12.inci. homicidium quando committa. & quando puniatur. kirchouius.

reus ſi delictum ipſum confeſſus fuerit, nullæ ſunt amplius partes iudicis niſi condemnando, talis enim confeſſio contra eum plenè probat. Gomeſ. dicit Bart. in tract. de quæſt. C. quē tractatum tamen alij Gandino aſcribunt. Idem dicit Gandin. in tit. de quæſt. nu.15. Item Guido Suzardis. de indic. & tortu. nu.44. quem refert pract. Conrad. imol. conſ.109. prac. Milei. nu.17. Cla. d.§.fi.65.in prin. P.Fichard.

reus ſi examinetur ſuper informatione vel inquiſitione, & neget, tunc debent teſtes parte citata examinari ſuper veritate ipſius delicti. com. dicit Card. Alex. c. de accuſat. 2.q.8. Cla. d.§.fi.q.45.verſ. cæterùm ſi reus. idem.

reus ſi in tortura illata conſtanter neget delictum commiſiſſe, & in ea negatione perſiſtat, dicitur purgaſſe indicia ꝯ ſe exiſtentia, quaſi puram veritatem dixiſſe videatur, & ita ſeruatur, vt dicit Alb. in rub. C.de queſt. nu.9. Idem in l. edictum. n.2. ff. de quæſt. dicit ꝙ cōmuniter totus mundus ita tenet & ſeruat. quam refert Boer. deciſ.163.nu.12. Gram. deciſ.8.nu.9.& deciſ.96.n.2.& Did. pract.q.23. pract. Caſoni. nu.2. Hanc etiam dicit eſſe communem obſeruantiam Cepol. conſ. crim. 1.verſ. nec poteſt dici. Idq́ue etiamſi delictum fuiſſet contra ipſum plenè probatum, vt dicunt aliqui ex prædictis Doctoribus. Debetq́ue hoc caſu iudex facere inſcribi in actis qualiter tortura fuit moderatè adhibita & indicia ſint purgata. & poſtea debet cum relaxare fideiuſſori. Et ita eſt cōmunis practica & obſeruantia, vt dicit marſ. l. repetinū. ff. de quæſt. & in prac. crim. §. quoniam. n.49. quem refert Anto. Gom. c.13. delictorum. nu.18. Carer. in pract. crim. nu.202. quem refert Simancas de heret. c.63.nu.36. Clar. d.§.fi.q.64.verſ. illata reo. idem.

reus ſi moriatur ante executionem, ſi de crimine confeſſus, conuictus vel cōdemnatus ſit, iudex non debet executionem in ipſum cadauer facere. com. dicit Sapia. in l. imperium. nu.7. ff. de iuriſd. om. iud. cur. iu. ibid. n.35. Igneus in l.1. §. ſi ſibi manus. nu.46.& 54. ff. ad Sylleia. Boſſ. in tit. de accuſ. nu.33. Sed quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur in practica, vt atteſtatur igneus ibidem nu.21.&42.& Bald. in l.2. C. qui teſtam. facer. poſſ. quem refert Marcus deciſ.953. imol. in l. defuncto. num.1.ff. de publ. iud. Cla. d.§.fi.q.51.verſ. ſed hic incidenter. idem.

Reus ſi præſens in iudicio neget factum, non eſt vlterius examinandus, ſed recipiuntur teſtes, & ad vlteriora proceditur ad perfectionem proceſſus, com. dicit Marianus in c. qualiter & quando. de accuſat. nu.207.q.75.in fi. hodie tamen de conſuetudine in practica ſeruatur contrarium, vt teſtatur idem Marianus ibidem, & licet aliqui dixerint, ꝙ quando nulla præcedit diffamatio de crimine, non teneatur reus reſpōdere, vt etiam docto. communiter concludere atteſtatur Cardi. Alex. in d. accuſatione 2.q.3. nihilominus indiſtinctè ſeruať ꝙ reus teneatur reſpondere ſuper crimine ipſi iudici. Cla. d.§.fi.q.45. verſ. ſcias autem. idem.

reus ſi velit confeſſionem ſuam ſponte factam reuocare, audiendus eſt, modò velit docere cōfeſſionem illam fuiſſe erroneam, & errorem probare. Ita communem dicit Aret. in cap. cum delict. in vltimo verbo de accuſ. quem refert Boſſi. in tit. de confeſſ. nu.60.& in tit. de defenſ. reorum nu.4. Non tamen poteſt confeſſionem illam prorſus perimere & eneruare, ſed poteſt tantùm ſe excuſare, & aliquid deducere contra propriā confeſſionem, vt omnes dicere atteſtatur Boſſ. in d. tit. de confeſſis, nu.35. Et licet Sali. in l.fi.nu.2. C. de probat. dixerit quòd indiſtinctè, proſit reuocatio, atque etiam Angel. de maleſ. in verbo, comparent, nu.1. dicat ſe vidiſſe practicari, tamen ſeruatur contrarium, vt nimirum nunquam admittatur reuocatio niſi probato errore. Hæc Clar. d.§.fi.q.55 verſ. fin. idem.

reo danda eſt copia indiciorum, communem dicit Ripa in l. ſecunda. numero octauo. C.de edendo. & regulariter ſi procedatur contra aliquem per viam inquiſitionis, danda ſunt inquiſito nomina teſtium contra eum productorum, necnon etiam dicta eorum, ſi petat reus, publicanda ſunt ad effectum vt ſeipſum poſſit defendere, & ſuas exceptiones aduerſus eorum dicta & perſonas proponere, vt communiter tenere Doctores atteſtatur Cepolla conſilio crimin. ſexageſimoquinto. in fine, & conſilio ſexageſimoſexto. verſiculo, quinto probatur. Pariſius conſilio ſecundo, numero 155. libro quarto. Clarus dicto §. fina. quæſtione 49. verſicu. primo. & ſecundo. P.Fichard.

Reus delictum ſponte confeſſus, mitius puniendus quàm is qui probationibus conuictus eſt. arg. l. vnic. C. de his qui ſe def. Et hanc ſententiam communiter approbatam dicit Simanc. de hæretic. c.55.nu.6. quam etiam communem appellat Berous in c. at ſi clerici. in prin. num.88. de iud. ſed iudices hoc non curant, vt etiam nunquam ſeruari vidiſſe atteſtatur Alb. in l.1.§. quæſtioni. nu.3. de quæſt. Cla. d.§.fi.q.60.ver. non deſunt. P.Fich.

reus in criminalibus, non tenetur vt in ciuilibus, edere iura & inſtrumenta fiſco. com. dicit Dec. in l.2.nu.41. C.de edend. Et hoc non ſolum ſi cauſa ſit capitalis, ſed etiamſi ſit merè pecuniaria, vt com. dicit Rip. d.l.2.nu.22. C.de eden. quod etiam dicit ex mente omnium Boſſ. tit. de fiſco. nu.11. Clar. d.§.fi.q.22.ver. ſed hic. idem.

Reo non debet dari terminus ad reſpondendum ſuper facto proprio, etiamſi petat tempus deliberandi. com. dicit Auguſt. ad Ang. de maleſic. in ver. comparuerunt. nu.6. vt illum refert pract. Conrad. nu.2. Et licet Alex. in l.1.nu.6. de edend. dicat contrariam communem eſſe, tamen prior illa ſeruatur de conſuetudine, vt teſtatur Sali. in auth. offeratur. nu.6. C.de lit. cont. Caſtr. ibid. nu.5.& 11. vt refert pract. Conrad. num.5. Amad. de ſyndic. num.184. Clar. d.q.45. verſ. ſed hic quæro. P.Fichard.

reus non eſt fideiuſſoribus relaxandus, regulariter quoties pro crimine imponitur pœna corporis afflictiua. comm. dicit Xuares, in vol. alleg. vbi copioſè de hac materia. Et huic opi. applaudit conſuetudo, vt dicit Card. Alex. in can. quiſquis. 2. q.8. vbi verò non agitur de pœna corporali. non debet reus carceribus mancipari. com. ait Ant. Gom. c.9. delict. n.8. intellige vt procedat, modò offerat præſtare fideiuſſorem, aliàs ſi non haberet fideiuſſorem, debet in carceribus detineri, & ita ſeruari, dicit Clar. d.§. fin. quæſt.46. verſ. in hac autem materia. P.Fichard.

Reus non tenetur reſpondere, ſi non ſint aliqua indicia contra ipſum, imò non tenetur reſpōdere ſi non præcedat aliqua diff.



diffamatio. com. dicit Card. Alex. in can. de accuſatione 2.qu.8. idem dicit Are. in c. qualiter & quando. 2.§. debet. ver. in foro autem. de accuſat. quem refert Do. Ant. de Padilla in l. tranſigere. n.5. C.de tranſact. Clar. d.§.fi.qu.45. verſi. ſed pone. in fi. idem.

Reus poteſt etiam ex vnica confeſſione iudiciali ſponte facta, condemnari. communem dicit Brun. de indiciis & tortura. n.21. quē refert Foller. in pract. cri. n.39.& quod in tali cōfeſſione ſponte facta & ſine tormentis non requiratur ratificatio ſeu perſeuerantia confitentis, ſed ꝙ ſtatim ꝙ eſt confeſſus crimē, debeat cōdēnari. com. eſſe dicit Din. in l.2.ff. de cuſt. reor. quem refert Guido Papę deciſ.339. Gand. in ti. de quæſt. n.15. Iac. de Beluiſo, in pract. cri. in rub. de q.n.97. Bald. in trac. de q.n.2. Vitalis de Maleſ. tit. quæ indicia. n.3. Imol. conſ.109. n.1. quem refert Carer. in pract. cri. nu.24. Marſ. in pract. cri. §. quoniam. n.18.& quod ita ſeruet conſuetudo, dicit Bart. in l.1. de cuſt. reor. quē refert Bald. in l. ſi quis ea. n.2. de cuſt. reor. Licet autem gl. in l.1.ff. de q. dicat ꝙ vna confeſſio ſpontanea non ſufficiat, ſed quòd requirantur tres. tamen gl. illam communiter non teneri dicit Salicet. in l.2. C.de cuſt. reor. nu.3. Si autem confeſſio facta eſſet in tormentis, vel metu, tunc reus non poſſet condemnari, niſi in ea perſeueret, illamq́; ratificet. vt communem dicit Boer. deciſ.163.n.18. Brunus de indic. & tortur. n.3.& n.21. idq́ue ſiue indicia præceſſerint, ſiue non. vt com. dicit. pract. Carer. n.196. Cla. d.§.q.65.ver. fi.& q.64.ver. cæterum ſi reus. idem.

Reus regulariter non debet interrogari de ſociis. textus eſt in l.fi. C.de accuſat. & eſt communis omnium ſententia, vt dicit Io. de Amicis conſ.27.n.1. præterquam in nonnullis criminibus, in quibus propter eorum immanitatem permiſſum eſt. interrogetur, quæ dicuntur crimina excepta. & ea ponit gl. in d.l.fi. Cla. d.§.fi.q.21.ver. dictum ſocij. P.Fich.

Reus damnatus ad mortem ſtatim non debet poſt ſententiam morti tradi. ſed expectari debent decem dies, qui dantur ad appellādum. vt eſt communis opi. de qua Bened. de Vado. in reperto. Fel. in ver. reus damnatus ad mortem. Fel. in c. quærenti. n.3. de off. & po. iud. delegat. vbi communem dicit. fallit ſi reus confeſſus fuit crimen, quia tūc ſtatim poteſt tradi morti lata ſententia. Secundò fallit, quando ſtatutum diſponeret, ꝙ ſtatim reus morti tradatur, vt ibi per Vadum. reus tamen in aliquibus caſibus non eſt ſtatim morti tradendus, vt ibi in reperto. Fel. vide omninò. & plenè per Fel. in d. ca. quęrenti. col.2.nu.3. Bonac.

Reus inuentus cum aliqua re ſubtracta alicui, ſi ibi res eſſet menſura, poteſt ibi conueniri. aliàs ad ſuum iudicem, præſtita ſatiſdatione, remittitur. Boer. deciſ.218.n.3.& 4. communem dicit. idem.

Reus conuictus de homicidio, poteſt ſe tueri exceptione, quòd ad ſuam defenſionem fecit. Cagn. in l. nemo. nu.4.ff. de reg. iur. com. dicit. idem.

Reus liberatur à morte per ſemiplenam probationē, vt eſt communis opi. quam totus mundus ſeruat. de qua Apoſtillātes ad conſ.21. Pau. de ca. n.59. in 3.vol. idem.

Reus ſemel diffinitiuè abſolutus amplius inquiri de eodē nequit delicto. etiam ſuperuenientib. indiciis, vt eſt communis opi. Burſ. conſ.34.n.1. idem.

Reus abſoluitur in criminalib. actore non probante, vt eſt communis opi. Burſ. conſ.59.n.18. idem.

Reus abſoluitur, non probata qualitate in inquiſitione poſita, vt eſt communis opi. Burſ. conſ.94.n.36. idem.

Reo in deciſoriis magis fauetur quam actori. l. Arianus. ff. de actionib. & obl. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. idem ergò videtur in probationibus à quibus deciſio cauſæ depēdet, quia actore non probante reus abſoluitur. l. qui accuſare. C. de eden. l. lege Iunia petronia. quæ eſt 24.ff. de manumiſ. vbi ꝙ dicitur de ſentētia pariter habet locum in teſtib. & probationib. Nam probationes reſpiciunt deciſionem cauſæ. Bal. in l. cum magiſtratus. n.6. C. quando prouocare non eſt neceſſe. Ale. in l. de die. n.1.& 2.& Iaſ. n.3. ver. & in omnib. cauſis, in quib. præfertur quis in ſententia, ſimiliter præfertur in probationib. ff. q ſatiſd. cog. Phil. Dec. in l. nō eſt nouum. n.2. verſ. ſed animaduertendum eſt. C. de eden. & in d.l. fauorabiliores. n.5.& hāc communem ſcribentium ſententiam eſſe teſtatur ibid. nu.5. Hieron. Cag. Licet Iaſ. in d.l. non eſt nouum. ver. iſta nihil valet, contrariam ſententiam tanquam communem amplectatur. kirchouius.

Reus actori ad fundandam replicationem eius inſtrumenta edere tenetur. Bar. in l.fi.n.2. ver. tertiò ꝙ reus edat. C. de eden. Quoniam ſicuti actor edere tenetur reo ad fundādam exceptionem, ita æquum eſt in replicatione actoris, vt idem faciat reus ipſe, cum replicatio nihil aliud ſit, q̃ quædā exceptio exceptionis. l.2.ff. de excep. doct. in ca.2. ext. e. Licet multi alij doct. referente Alex. de Imo. in d.l.fi.n.25. ver. ſed Azo. ꝯriam ſentētiam approbauerint, moti potiſſimum, quia replicare eſt eiuſdem naturæ, cuius eſt actio. l. quæſitum. §. fi. & ibi nota. ff. de pecul. l. ſi pactum. cum gl. C. de exceptionib. ſed Bartoli ſentētiam communiter approbatam, eamq́ue communem doct. opi. eſſe annotant Phil. Dec. in d.c.1.n.34. ver. ſeptimò fallit. & n.39. ver. & ex rationib. Marc. Mantua. nu.30. vbi ipſe tamen Azon. ſententiam ſequitur. & ante eos Bald. ibid. nu.12. verſi. communis opi. eſt, ꝙ debeat fieri editio. quia replicatio eſt exceptionis exceptio, & actor in replicando eſt quodammodo reus. kirch.

Reus. Per ſatiſdationem de iudicio ſiſti, quam ex neceſſitate præſtat reus ſeu per alium actum quem facit ex neceſſitatę & iuſſu iudicis, putà, quia ſoluit ſportulas, non videtur in iudicem conſentire, vel inducitur prorogatio, ſec. Inn. quem ſequitur Fel. in c. inter monaſterium. ext. de re iud. & ibi Bal. in j. col. Arch.4.q.4. in c. nullus. Ang. in l. ſed ſi ſuſceperit. ff. de iudi. Bar. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſ. om. iud. Bal. in l.2. C. de bo. autho. iudi. poſ. & in auth. offeratur. C. de lit. conteſt. vbi eſt caſus ad hoc. Balb. deciſ.90.

Reus excipiendo non videtur confiteri intētionem aduerſarij, ſecundum magis communem & veriorem doct. ſententiam. c. exceptionem obiiciens. de reg. iur. in 6. vbi dicitur: exceptionem obiiciens non videtur intentionem aduerſarij cōfiteri. l. non vtique. ff. de excep. vbi dicitur: Nō vtique æſtimatur confiteri de intentione aduerſarij cū quo agitur, qui exceptione vtitur. igitur acceptatio actoris non debet hoc operari, cùm virtus exceptionis hoc nō dicat. Nā exceptio dicta eſt quaſi quædam excluſio, quæ opponi actioni cuiuſq; rei ſolet, ad excludendum id, q̄d in intentionem ꝯdemnationémue deductū eſt. l.2.ff. de exce. item per tex. expreſſum in c. cū venerabilis. ext. de excep. vbi exceptio fuit acceptata, & tñ non inducitur ꝯfeſſio eius quod de neceſſitate exceptio videreť excludere. Præterea exceptio inducitur ad excludendum actorem. d.l.2. ergò non debet operari augmentum intētionis actoris. l. legata inutiliter. ff. de adim. legat. Porrò ſi ille qui excipit cēſeretur tacitè confiteri, ſequeretur ꝙ per exceptionis obiectū induceretur litis cōteſtatio. Quia litis ꝯteſtatio inducitur per negationem vel confeſſionem tacitam vel expreſſam. c. cùm cauſam, & ibi notatur per doct. extr. de prob. & declarat Bart. in l.1. C. de litis conteſt. in 7. ergò & antecedēs. Hinc Bald. ſcribit in l. per hanc. n.1. in fi. C. de temp. appel. ꝙ illud ꝙ ponit actor dicitur aſſertio, & differt ab exceptione rei. Quia reus excipiendo nihil aſſerit. Et idem Bald. in addit. ad Specul. in ti. de accuſ. in 4.col. in ver. qui excipiendo. tenet, quòd qui excipiendo aliquid dicit, non tamen vnquam intelligitur illud fateri.

Non refragatur, ꝙ confeſſio ante litem conteſtatam in iudicio facta non minus operetur, quàm ſi poſt litis cōteſtationem facta eſſet: confeſſio namq́ue ad ſui validitatem, nō requirit litis conteſtationem, aut tutelam iudicij, vt inquit, Inn. in c. qualiter & quando. 2. extrà de accuſat. quem allegant & ſequuntur Pan. & reliqui canoniſtæ, in c. at ſi clerici. de Iudæ. & c. ex parte. extrà, de confeſſ. Quia illud dictum Inn. huc ratione excep. propoſitæ transferri non poteſt. ita illud ipſum intelligit Pan. ĩ d.c. ex parte. n.15. ver. ego dictum hoc intelligo extrà, de confeſſis. & latius in d.c. cùm venerabilis. n.26. quia cū regula exceptionem, &c. & d.l. non vtique. indiſtinctè loquātur, ergò ſimpliciter ſunt intelligendæ. & ſic niſi actor probaret intentionem ſuam reus abſolueretur. l. ſiquidem. & quod ibi notatur. C. de excep. ita quoque ſcribit conſulendo Alex. de Imol. in conſ.159.n.1.2.& 3. in 6.vol. conſi. & hanc doctrinam communiter approbari ſcribunt doct. in l. decem ſtipulatus. ff. de ver. obl. Quare nō opus eſt de iſto articulo, licet plures dari poſſint ſolutiones, prout referūt doct. in d.c. ex ex parte. & pręclarè Dec. in c. at ſi clerici. quando nō habeat ſua ſubſtantialia. extr. de iud. vlterius diſputare. Nam præclarè Bal. inquit: ꝙ nunquā reus videatur ꝯfiteri, licet actor velit inhęrere exceptioni, cùm quia volūtas agentis nihil diſponit in voluntate excipientis, quæ eſt perimere & negare intentionem ſui aduerſarij. tum quia adhæſio actoris non poteſt mutare naturam exceptionis. l. alia cauſa. C. de his quibus vt indig. & hanc ſententiam communem doct. opi. eſſe, eamq́ue veram, ſcribit Dec. in d.c. cùm venerabilis. n.19. ver. & ita ex omnib. ſ. dictis. kirchonius.

Reus delictum ſpontè cōfeſſus, mitius eſt puniendus, q̃ is, qui probationib. eſt conuictus, vt eſt communis opi. ſed iudices hoc non curant. Cla. q.6. ver. non deſunt. Bonac.

Reus in criminalib. non tenetur, vt in ciuilibus edere iura

& inſtrumenta fiſco, non ſolum ſi cauſa ſit capitalis, ſed etiam ſi ſit merè pecuniaria, vt eſt communis opi. Cla. q. 22. verſ. ſed hic. idem.

Reo non debet dari terminus ad reſpondēdum ſuper facto proprio. etiam ſi petat tempus deliberandi, vt eſt communis opi. & hæc quidem ſeruatur de conſuetudine. licet alia opi. etiam ſit communis. Cla. q. 45. ver. ſed hic quæro. Bonac.

Reus non eſt fideiuſſorib. relaxandus regulariter, q̄ñ pro crimine imponitur pœna corporis afflictiua, vt eſt communis opi. & ita ſeruatur de conſuetudine. aliàs, vbi non venit pœna corporalis imponenda, non debet reus carceribus mancipari, vt eſt communis opi. Modo offerat ſe præſtare fideiuſſorem, alias detinetur. Cla. q. 46. ver. in hac autem materia. idem.

Reus non tenetur reſpondere, ſi non ſint aliqua indicia cōtra ipſum. Immo ſi non præcedit aliqua diffamatio, non tenetur reſpondere, vt eſt communis opi. Cla. q. 45. verſ. ſed pone. in fi. idem.

Reus poteſt ēt ex vnica cōfeſſione iudiciali ſponte facta cōdemnari, vt eſt communis opi. Nec requiritur in tali cōfeſſione ſpontanea facta, & ſine tormentis alia ratificatio, vel perſeuerantia confitentis. Sed ſtatim ꝙ eſt confeſſus, debet cōdemnari. vt eſt communis opi. & ita ſeruatur de conſuetudine. ſed ſi confeſſio fuiſſet facta in tormentis, vel metu, nō poſſet reus condemnari, niſi in ea perſeueret, illamq́ue ratificet, vt eſt cōmunis opi. Idque ſiue indicia præceſſerint, ſiue non, vt eſt cōmunis opi. Cla. q. 64. ver. cæterum ſi reus. idem.

Reus regulariter non debet interrogari de ſociis, vt communis opi. præterquàm in quibuſdam exceptis criminalibus. Cla. q. 21. ver. dictum ſocij. idem.

Reus ſi delictū ipſum fuerit ꝯfeſſus, nullæ ſunt amplius partes iudicis. niſi in condemnando. talis. n. confeſſio ↄ̃ eum plenè probatur, vt eſt communis opi. Cla. q. 65. in prin. idem.

Reus ſi examinatur ſuper informatione, vel inquiſitione, & neget. Tunc debent teſtes, parte citata, examinari ſuper veritate ipſius delicti, vt eſt communis opi. Cla. q. 45. verſ. cæterum ſi reus. idem.

Reus ſi in tortura illata conſtanter negat delictum commiſiſſe, & in ea negatione perſiſtat, dicitur purgaſſe indicia cōtra ſe exiſtentia; quaſi puram veritatem dixiſſe videatur. & ita ſeruatur, vt eſt communis opi. idq́; etiam ſi delictum fuiſſet ↄ̃ ipſum plenè probatum. debetq́ue hoc caſu iudex facere inſcribi in actis. Qualiter tortura fuit moderatè adhibita, & indicia ſint purgata, & poſtea debet eum relaxare fideiuſſori, vt eſt communis opi. Cla. q. 64. ver. illata reo. idem.

Reus ſi moriatur ante executionem, ſi de crimine cōfeſſus, conuictus, vel condemnatus ſit, iudex non debet executionē in ipſum cadauer facere, vt eſt communis opi. ſed quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur in practica. Cla. q. 51. ver. ſed hic incidenter. idem.

Reus ſi præſens in iudicio neget factū, non eſt vlterius examinandus, ſed recipiuntur teſtes, & ad vlteriora proceditur ad perfectionē proceſſus, vt eſt communis opi. ſed hodie de conſuetudine in practica ſeruatur contrarium. Et licet dicatur, ꝙ quando nulla præcedit diffamatio, reus non tenetur reſpondere ſuper crimine ipſi iudici, tamē communiter ſeruatur cōtrarium. & indiſtinctè tenetur reus reſpondere ſuper crimine ipſi iudici. Cla. q. 45. ver. ſcias autem. idem.

Reus ſi velit confeſſionem ſuam ſpontè factam reuocare, eſt audiendus. Modò velit docere confeſſionem illam fuiſſe erroneam, & errorem probare, vt eſt communis opi. Non tamen poteſt confeſſionem illam prorſus perimere & eneruare. Sed poteſt tantum ſe excuſare, & aliquid deducere cōtra propriam confeſſionem, vt eſt communis opin. & ita ſeruatur in practica, quòd non admittitur reuocatio, niſi probato errore. Cla. q. 55. ver. ſi. idem.

Reo dāda eſt copia indiciorum. communis eſt opi. & ſi procedatur per viam inquiſitionis, danda ſunt inquiſito nomina teſtium contra eum productorum, necnon etiam dicta eorū, petente reo, publicanda, ad effectum, vt poſſit ſe defendere. & ſuas exceptiones aduerſus eorum dicta & perſonas proponere, vt eſt communis opi. Cla. q. 49. ver. 1. & 2. idem.

Pro. rex Franciæ nullum recognoſcit ſuperiorem, de iure, nec de facto. in c. per venerabilem. §. inſuper. extra, qui fil. ſint legit. facit quod no. gl. in §. 1. inſti. de patr. pot. idem.

Rex poteſt in ſuo teſtō ordinare vnum ex filiis, qui poſt ſe regnet, & ſic vnū aliis præferre, etiamſi iuriſdictio ipſi teſtatori ſit in feudum data, & ipſe fuerit ſtipulatus pro ſe & filiis, cōmunem dixit Barb. conſ. 55. inter ꝯſ. Ale. vol. 4. cum locupletiſſimè ibi allegatis Cautius tamē eſſet; ſec. Iaſ. ī l. 2. q. vlt. C. de iure emphy. ſi tunc aliis filiis condignam recompenſationem relinquerit. de quo vide Dil. in Ar. teſt. tit. 3. cau. 8. I. Fich.

Rex romanorū vel alius poteſt alicui cōcedere caſtrum nomine & iure antiqui feudi poſſidēdum, quod licet ſit nouum feudum, aſſumit tamē qualitatem paterni & antiqui feudi. & hanc communem opi. doct. eſſe ibid. atteſtatur Phil. Dec. n. 3. in fi. de qua deciſione videantur ea, quæ dicta ſunt in verbo, feudum nouum ſi fuerit alicui datū, & in inueſtitura, illa verba iure feudi paterni & antiqui adiecta eſſet. & de hac valdè, eleganter & copioſè, in vtramque partem multis adductis authoritatib. ſcribit And. Tiraq. in trac. de vtroque retract. §. 32, à n. 31. vſque ad n. 43. Kirch.

Rex romanorum poteſt ante coronationem, res imperij in feudum dare, & de his concedere inueſtituram, imò alicui priuilegium largiri. Hanc communem doct. opi. eſſe per multas authoritates firmant Guido Papa in conſ. 65. ver. ad aliud dubium. n. 9. & Phil. Dec. in conſ. 194. n. 1. & 2. & in c. eam te. n. 2. extrà, de reſcr. kirchouius.

Pro. ridiculum eſt tunicæ fundum accedere. l. iuſtiſſime. ff. de ædil. edict. Bello.

Pro. ritè denotat ſolennitatem, rectè iuſtitiam. gl. in l. non putauit §. non quæuis. ff. de bon. poſſ. contra tab. idem.

Rixa ſedata, ſi vulneratus ex interuallo inſultū faciat in vulnerantem non videtur facere defenſionis, ſed vindictæ cauſa. communem dicit Cepol. conſ. cri. 43. in prin. Cla. lib. 5. ſent. §. Homicidium. ver. ſcias tamen. P. Fich.

Rixantes inuicem, ſi quis eorū fuerit aggreſſor, & neſcitur quis fuerit primus, neuter punitur propter incertitudinem, ꝙ procedit in pœna corporali, vt eſt communis opi. ſecus in pœna pecuniaria. Cla. q. 60. ver. vidi ego. Bonac.

Rogatus hæreditatem expendere poſt mortem in virgines maritandas, vel in pauperes, non poteſt illam erogare in vita, Decius in l. cùm tempus. de re. iur. ff. com. dicit. contrariam veriorem. & communiorem dixit Hiero. Cagn. in d. l. cum temp. per totam optimis fundamentis. B. Villal.

Pro. Roma communis omnium patria, & caput mundi. l. Roma. ff. ad municip. l. 1. §. ſed neque leges. C. de vet. iur. enuc. in c. cuncta per mundum. q. 3. in c. ſi. de pœ. in 6. Bello.

Rubrica generalior nigro non reſtringitur per nigrum ſpecialiter loquens: Imò ex ipſa rubrica generaliori poteſt extendi nigrum, Curt. iu. conſ. 107. n. 7. com. dicit. B. Villal.

Rubrica generalior nigro, poteſt allegari in ſua generalitate, Cur. iu. conſ. 65. n. 3. com. dicit. idem.

Rubrica quę legib. ea contentis generalior ſit, rectè in ſui ipſius generalitate allegatur, commune offert Cur. iu. cōſi. 65. n. 13. Nec à legib. adſtringitur, ſed illarum tractatum amplificat potius, ac dilatat. commune ponunt idem curt. conſ. 107. n. 2. latè Viuius lib. 1. opi. 314. E. Suar.

Rubrica, quæ orationem habet perfectam, pro textu allegari poteſt. etiam ad deciſionem cauſarum, vt eſt cōmunis opi. Menochius conſ. 3. n. 15. Bonac.

Pro. rurſus, aduerbium verificatur in duabus vicibus tantum. l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. ff. de leg. 3. idem.

Pro. ruſtica familia non vtitur cibis delicatis, vti pullis: ſed caſeo, fabis, & ouis. gloſſ. in l. ſeruis vrbanis. ff. de legat. 3. Bellon.

Pro. ruſtici nec æquitare, nec pecunias portare audent. l. domini. C. de agri. & cen. lib. 11. in l. idemq́ue. §. idem Labeo. vbi Accur. ff. mandat. idem.

Ruſticus ſi teſtetur in ciuitate, vel ciuis in comitatu, nō gaudebunt priuilegio. l. ſi. C. de teſtam. in qua conceditur ruſticis quod ſaltem coram quinque teſtib. teſtari poſſint. com. dicit Cla. in §. teſtamentum q. 56. ver. ſed quid. P. Fich.

Ruſticus ad hoc ꝙ poſſit petere reſtitutionem contra contractum initum contra ius, deberet ſaltem conſulere duos iuriſperitos, & non ſufficit vnum, Io. Mau. in tract. de reſti. in integrum, c. 78. com. dicit. B. Villal.

Pro. ruſticorum auctoritati credendum eſt in l. ſi chorus. §. 1. ff. de leg. 3. Bello. Tol.

Pro. ruſticorum vulgare dictum eſt, vt diuidāt rem per medium. gl. in l. Neſennius. in ſi. ff. de neg. geſt. bene facit l. 1. §. ſi. ff. de ſtip. ſer. & l. ſi paternam. de hæred. inſtit. c. afferte. de præſump. Reg. 3. Bello.

Ruſtici teſtamentum, tum demum quinque teſtib. rite conditū cenſebitur, cùm à ruſtico, & ruri exaratum erit. commune affirmant Boe. deciſ. 323. n. 10. I. Cla. de teſta. q. 56. ver. ſcias tamen. E. Suarez.

Ruſticus ad hoc, ꝙ poſſit petere reſtitutionem in integrum contra contractum, factum contra ius, debet ante conſulere duos ſaltem in iureperitos, nec ſufficit vnum. Mauritius de reſti. in integr. c. 88. communem dicit. Bonacoſſ.





# COMMVNIVM OPINIONVM,

## SIVE IVRIS VTRIVSQVE RECEPTARVM

### Sententiarum, ex diuerſis Authoribus collectarum,

### *LIBER XVII.*

### S

SAcra alienari nō poſſunt. l. iubemus. C. de ſacroſ. eccl. §. ſacrę. inſti. de rerum diui. tot. tit. in auth. de reb. eccl. non alien. & extra e. ti. c. nulli. Bello.

Pro. ſacramentum coniugij apud fideles & infideles exiſtit. c. gaudemus. de diuort. idē.

Pro. ſacramenti timore contentioſa litigantium inſtantia compeſcitur. l. 1. C. de iura. calum. idem.

Pro. ſacri canones non dedignatur imitari leges. nec cōtra ſacræ leges, ſacros canones. in c. 1. extra. de no. ope. nun. in authen. de eccle. tit. in prin. col. 9. idem.

Pro. ſacri canones arctari non debēt grammaticis regulis. Indignum eſt ſacros canones adſtringi regulis Donati, inquit tex. in can. indignum. 44. diſt. idem.

Sacerdos bendicens ſecundas nuptias, eſt ſuſpenſus ab officio & beneficio. c. 1. de ſec. nup. non tamen incurrit hanc pœnam ipſo iure, ſed eſt per ſententiam ſuſpendendus. communem atteſtatur Diaz. in pract. cri. can. c. 68. in ſi. Cla. d. §. ſi. q. 75. ver. Sacerdos. P. Fich.

Sacerdos non poteſt reuelare, ſi quis confiteatur ſibi in cōfeſſione ſe hominem vellet interficere. ſed debet celare, vt eſt communis opi. de qua Soc. in c. omnis n. 71. de pœni. & remiſſio. Bonac.

ſacerdos poteſt abſoluere de magnis criminibus, etiam ſi ſit homicidium, vt eſt communis opi. Soci. in ca. Deus, nu. 12. de pœni. & remiſſio. Nec quis ob id tenetur adire Papam, vel epiſcopum, vt ibi. idem.

Sacerdos ſecularis cōſtitutus procurator ab aliqua vniuerſitate poteſt agere in iudicio & litem conteſtari. Capella Toloſ. in ſuis deciſio. q. 131. Hunc contra clericū ſecularem poſt litis conteſtationem non poſſet opponi exceptio. Steph. Aufrer. in ſuis addit. inquiens, hoc intelligendum ab illo qui ſciebat illum eſſe clericum, aliàs poſt litis conteſtationem poſſet opponi. Guiliel. de Suza & Salice. in l. ita demum. C. de proc. kirchouius.

Pro. ſacerdotis officium eſt nulli nocere, omnibus autem velle prodeſſe, c. denique. 14. q. 5. c. cū ſacerdotis. de poſtu. extra. ſacerdotium enim datur, non tantum vt præſit, ſed etiam proſit. c. ſi qui. 1. q. 1. Bello.

Pro. ſacrilegij inſtar eſt dubitare de principis poteſtate, an is quem elegerit, dignus ſit. l. 2. C. de cri. ſacri. idem.

Sacrilegium, vt propriè commiſſum dicatur, duo requirūtur, de iure ciuili, primùm, vt ſit res ſacra quæ furata eſt, ſecundò, vt furata ſit in loco ſacro. com. dicit Bart. in l. diui. n. 1. ff. ad l. Iul. pecul. quem refert Grillan. de diuerſ. crim. lib. 3. q. 1. n. 5. Cla. d. lib. 5. §. ſacrilegium. in prin. De iure verò canonico alterutrum ſufficit. Cla. ibidem. P. Fich.

Sacrilegij pœna de iure ciuili eſt extraordinaria, ſecundum qualitatem rei, perſonæ, temporis & ſexus, ſemper tamen eſt capitalis. com. dicit Salicet. in rubr. C. de crimine ſacrilegij. in ſi. quem refert Boer. deciſ. 254. n. 13. & Bertachinus in verbo ſacrilegium. nu. 17. Cla. d. §. ſacrilegium. verſic. ſed quæro. P. Fichard.

Sacrilegij crimen eſt vtriuſque fori. Cla. q. 37. ver. item quęro. Bonac.

Sacrilegium punitur pœna extraordinaria. communis eſt opi. Cla. in §. ſacrilegium, ver. ſed quæro. vide poſtea. Et ſacrilegium punitur ſtatuto laicorum, & ſtatuto canonico. Vnumquodq́ue in foro ſuo, vt eſt communis opi. Cla. ver. ſed pone in d. §. idem.

Sacrilegium, vt propriè dicatur commiſſum de iure ciuili, oportet. vt ſit res ſacra, quæ ſit furata, & ſit furata ī loco ſacro vt eſt communis opin. de iure autem canonico ſufficit alterutrum. Cla. in §. ſacrilegium in prin. idem.

Sacrilegi debent deponi, vt eſt communis opi. Soc. in ca. eccleſia. n. 45. de ſortilegiis. idem.

Sacrilegi puniuntur pœna capitis. Cla. q. 68. verſi. ſacrilegi. idem.

Sacrilegium eſt de facto Papæ, vel principis iudicare. l. 2. C. de crim. ſacrile. & eſt communis canonum ſententia. Deci. in conſ. 602. & 603. idem.

Pro. ſæpe ad hoc commodantur pecuniæ, vt ditis gratia, numerationis loco intercedant. l. ſæpe. ff. commod. Bello.

Pro. ſæpe confines fundos, etiam ſupra iuſtam æſtimationem, intereſt noſtra acquirere. l. ſi cui fundus ff. de legat. 2. idem.

Pro. ſæpe & ſolutio, & exactio partium nō minima incommoda habet. l. planè. ff. fam. erciſ. idem.

Pro. ſæpe fit, vt proprietati originis, obſiſtat longinquitas temporis. c. ſæpe. 12. q. 2. idem.

Pro. ſæpe plus in nigro, quàm in rubro continetur. vt in ti. ff. de iuſtit. & iur. iuncta l. iuſtitia. in §. iuriſpru. idem in rubr. de vſuc. iuncta. l. præſcriptio. vide gl. in rubr. C. de relig. & in rub. C. de reb. cred. idem.

Pro. ſæpe pro meritis ſubditorum, deprauatur vita rectorum. c. ſi hæreticus. 2. q. 7. Idem.

Sagittam iaciens ſi ſit in vno territorio, & lædat illa ſagitta aliquem in alio territorio exiſtentem, tunc talis poterit puniri in vtroque territorio, erit tamen inter ipſos iudices vtriuſque territorij locus præuentioni. communem dicit Abbas in c. ſi. n. 25. de foro comp. quem refert pract. Conradi Alb. in 4. par. primi temp. q. 8. Cla. d. §. ſi. quæſt. 38. ver. ſed pone. P. Fichard.

Salarium integrum debetur poteſtati mortuę ante finitum officium. Iaſ. in l. diem functo, n. 38. ff. de of. aſſeſſo. & iu. n. 19. com. dicit. B. Villal.

Amplia, in ſalario aſſeſſoris, curt. iun. ibi, n. 37. communem dicit.

Amplia ſecundò, in ſalario doctoris legentis, idem ibi com. dicit.

Amplia tertiò, in aduocato, idem ibidem nu. 53. commun. dicit.

ſi præſidens remoueatur per culpam ſuam, non perdit ſalarium præteritum, ſed futurum, idem ibi, num. 53. com. dicit. idem.

ſalarium aduocati, vel procuratoris pars non petit, ſi gratis officium exercuerunt. Boe. deci. 210. n. 5. communem dicit.

Amplia in aduocato, qui propriam cauſam proſecutus fuit, quia non repetit ſalarium, ſi vincat. Boer. deci. 210. nu. 3. com. dicit. & vide ſ. aduocatus, n. 44. idem.

Salarium ſeu honorarium aduocati, vel procuratoris gratis opitulati non petit victor à victo, vt frequens dogma inquit Boer. deciſ. 210. n. 5. E. Suar.

Salarium integrum debetur magiſtratui ante offici finem mortuo, vt & aſſeſſori, ac doctori publicè profitenti, atque aduocato. commune pronunciant Iaſ. n. 38. curt. iun. 29. & nu. 37. ac n. 53. in l. diem functo. ff. de of. aſſeſſ. Hanc etiam in rem videto quæ ſuperius obſeruo ver. Mortuus. idem.

Salarium totius anni cœpti debetur hæredibus. medici vel alterius profeſſoris de publico conducti, qui morte præuentus annum perficere non potuit. l. qui operas. ff. locati. l. 1. §. diuus. 2. vbi Bart. ff. de var. & extraor. cogn. Philip. Dec. in conſi. 70. Alc. in tract. præſump. in 3. reg. prin. præſum. 19. ver. debet tamen habere integrum. in ſi. & hanc ſententiam com. eſſe dicunt Franc. de Ripa in tract. de peſte. c. de priuil. contract. cau. peſt. n. 115. ver. hinc dicit gl. in d. §. diuus. Quod ſi pendēte anno moriatur doctor vel aduocat⁹, hæredib. debeatur ſalarium totius anni. & Io. Cæphal. in conſ. 70 n. 4. & in ſeq. conſ. 71. dil uit ipſe quæ in contrarium adduci poſſent. in libr. 1. conſ. De qua doctrina etiam facit mentionem Baptiſ. à Villalobos in verb. aduocatus. in verb. ſalarium. & Emanuel. Soarez. in verb. mortui aduocati. kirch.

Saluianum interdictum vtile, ſecūdùm communem Doct. ſententiam, mere poſſeſſorium eſt. doct. in §. item Seruiana. inſtit. de actio. Rol. à Valle, in conſ. 141. nu. 11. & 12. in 1. Tom. conſ. vbi ipſe plures authoritates doct. adducit. Kirch.

Saluuſcōductus perpetuò durat, & ſeruari perpetuò debet, vt eſt magis communis opin. D. Hercula. de cautione de non

offendēdo,c.37.n.11.vbi plura de ſaluocōductu. plura de eo. Nouellus reg.48.Duen.& reg.182. Bonac.

Pro.ſapiens fallere non vult,falli autem non poteſt. gl.in l. iuſtitia.ff.de iuſti.& iur. idem.

Pro. ſapiens pauca,& multa intelligit.§.1.vbi gl.in auth. de conſang.& vterin.fratr.colla.6. idem.

Sapientis dictamine iuramentum ſuum extendi velle ſi teſtator dixerit : tunc poterit ille ſapiens relicto filio vel filiis facto,apponere illa verba iure.inſtitutionis,vel titulo inſtitutionis.cō.§.T.q.38.ver.vlterius. P.Fich.

Pro. ſancta ruſticitas omnia palam habet.Accur.in §. item Seruiana.inſti.de actio. Bello.

Pro. ſanctiſſima res eſt ciuilis ſapientia,quæ pretio nummario non eſt æſtimanda.l.1.§.1.ff.de var.& extra.cog. idem.

Sanguinem ſuum vnicuique licet redimere,& ideò de criminibus pro quib.irrogatur pœna ſanguinis licet tranſigere. per tex.in l.tranſigere.C.de tranſactionibus.& ibi gl. in verb. prohibitum,quæ ab omnibus approbatur,vt dicit purpur. in d.l.tranſigere,n.17.& illam communem appellat Curt. iu.in eadem l.nu.4. refert Don Ant.de Padilla in eadem lege nu.2. Mantua.ibid.n.18.Cla.d.§.fi.q.58.ver.ſucceſſiuè. & ſequentibus. P.Fich.

Sanguis exiens cadaueris coram occiſore facit indicium ad torturam,vt eſt communis opi.Blancus in l.fi.num.408.ff.de quæſtio. Bonac.

Pro. ſatis iniquum eſſe videtur, per leges quæ periuria puniunt, viam periuriis aperiri:auge.n.magis rempublicā hominibus legitimè natis quàm impiis periuriis affici conuenit.l.1. C.de indic.vid.toll. Bello.

Pro. ſatius eſt impunitum relinqui facinus nocentis,quàm innocentem condemnari.in l.abſentem.ff.de pœn. idem.

Pro. ſatisfactio pro ſolutione eſt.l. ſatisfactio. ff. de ſolut. idem.

Satiſdationem cum fideiuſſore ſi lex exegerit,neceſſariò debent interuenire fideiuſſores,aliàs enim non cenſetur ſatiſdatum.l.1.ff.qui ſatiſda.cogan.eſt enim communis opi. Doct.ꝙ ſi lex in ſatiſdatione exigat fideiuſſores,& tunc nō ſuppleatur datis pignorib. vel facta depoſitione auri vel argenti.auth.offeratur,de litis conteſta.Sin lex exigit ſimpliciter ſatiſdationē, & tunc fideiuſſores non requirantur neceſſariò:ita tenet glo. communiter approbata in l. prætoriæ ſtipulationes. vlt.ff.de prætor.ſtipul.l.1.ff. qui ſatiſdar.cog.vbi ita concludunt Alex. Soc.& Iaſ.poſt alios ibi aſſerentes.ita communiter teneri Syl. ueſt.Aldobrand.in §.1.n.21.& 22.inſti.de ſatiſda.tuto. vel curato.licet ei communis opi.non ſatisfaciat. Kirchouius.

Satiſdatio. Arreſtatus pro cauſa criminali tenetur ſatiſdare de iudicatum ſoluēdo, antequam relaxetur:licet multa bona poſſideat,& pœna imponenda ſit modica,ſecundùm Bal.in l. minor.§.is qui.ff.de procur.per illum tex.& l.1.& 2.ff.de cuſt. reo. Balb.deciſ.55.

Satiſdatio. Poſſidere immobilia non releuat à ſatiſdatione de iudicio ſiſti,ſi perſona ſit de fuga ſuſpecta,ſec.Bald.& Ang. in l.Iulianus.ff.qui ſatiſd.cog.& l.ſciendum.e.tit.ex quo limitatur d.l.ſciendum. Balb.deciſ.377.

Satisfactio. Vbi quis non poteſt per viam iuris rem ſuam vel ſibi debitam conſequi,tunc ſibi licet quomodolibet ſatiſfacere,dummodo ſine ſcādalo,ſecundum Inn. in c.cum olim, in 2.col.ext.de reſti.ſpoli.in ca.quia pleriſque. extrà de immu. eccl.Bald.in l.1.C.de teſta. Balb.deciſ.140.

Schedula ſcripta manu propria ipſius teſtatoris, continens eius voluntatē vltimā, diſponendo de bonis ſuis in fauorem piæ cauſæ,in tali caſu ( ſc.piæ cauſæ)illa non ſuſtinetur in vim teſtamenti,neque alterius vltimæ voluntatis.Sed ſi inter liberos reperiatur talis ſchedula à teſtatore confecta,ſeruanda eſt tanquam teſtamentum.com.Cla.in §.teſtm̄.q.7.in prin.idque procedit ſiue teſtes adhibiti ſint necne, cum. in §. T.qu.14.in prin.cum ver.ſeq.Requiritur tamē quod dies ſit appoſita,qua confecta eſt.com.in d.q.14.ver.Sed nunquid.item requiritur ꝙſcripta ſit abſq; vllis abbreuiaturis,vel notis,ēt vſitatis.com. in d.q.14.V.ſed quia. hoc tñ Clarus intelligit de numero vnciarū,vel ſumma aliqua pecuniæ,ne notis arithmeticis exprimantur. Valet aūt huiuſmodi ſchedula etiamſi nō fuerit manu teſtatoris ſcripta,ſed ſaltem ſubſcripta.com.in d.q.14.ver. quæro quid ſi.nā ſi neque ſcripta, neque ſubſcripta eſſet manu teſtatoris,ſed ſaltem in eius arca reperiretur, nihil valebit. d.q.14.ver.item quæro.ſi tñ à filiis ſubſcripta eſſet.(licet à patre neque ſcripta neque ſubſcripta)valeret.com.in d.q.14.V. ſed pone. intellige tñ,ñ vt teſtamentum valere,ſed vt contractum ex conuentione ipſorum filiorū.ibid.Si verò talis ſchedula reperiatur in libro Notarij, non tñ manu teſtatoris ſcripta vel ſubſcripta nihil valebit,etiamſi ibidem reperiantur nomina teſtium adhibitorum.d.q.14.V.præterea quæro.P.Fich.

Schiſmatici omnes ſunt excommunicati.c.de ſchiſmaticis. Si tamen duo vel tres electi in Papam de Pontificatu contendunt, & aliqui bona fide habent vnum illorum pro vero Pōtifice,qui tamen legitimè nō eſt electus,illi ſunt propter probabile dubium excuſandi,&ita ſentire omnes diuini & humani iuriſperitos atteſtatur Simancas de hæreti.c.56.n.6. Cla.d. §.fi.q.78.ver.Schiſmatici. P.Fich.

ſcholarium,vel profeſſorum appellatione veniunt Doctores:vt latè per Abbatem,& Fel.in proœ.Gregoria.Barba.in c. ex literis n.9. de conſtitu.& Iacobum Mandellum conſ.27.n. 6.ſed appellatione ipſorū ſcholarium, aut ſtudentium vtique non veniunt ſcriptores aliquo modo ſecundum glo. ſingularem,in clem.1.de elect.Ant. cæteroſque omnes, & præſertim Barba.n.13.in c.ex reſcripto,de locato,vbi iſtam eſſe com.opi. exiſtimat. F.Viuius lib.2.opi.247.

Scholares non poſſunt extrahi de ſcholis pro delicto.&ita ſeruatur.Cla.q.30.ver.in hoc autem. Bonac.

Scholares delinquentes punit rector,Prætor vel eps̄,ſi ſunt clerici,vt eſt communis opi.Cla.q.35.ver.quæro nunc.idem.

Scholares & bonarum literarum ſtudioſi habent optionem & priuilegium eligendi iudices in cauſis etiam criminalibus. Etiam ſi criminaliter tractetur de pœna ſanguinis, vt eſt communis opi.Doctorum. de qua Oldr.in tract.de iure ſingulari. tit.de Priuilegiis,quæ bonarum literarum profeſſoribus,&c. Tomo 5.fol.137. idem.

Scholaris quamuis vagus ſit & ab ſtudio abhorreat,ſi tamē honeſtè viuat,ſcholarium priuilegiis potietur. commune inquiunt Iaſ.in l.1.n.50.C.ſol.ma.& Tiraq.in tract.ceſſante cauſa.ver.priuilegij cauſa.n.207. E.Suar.

ſcholari,qui lectione cōtempta, ſtudium alterius ſcholaris vicini pertubat, ſilentium iure imponetur. commune ait Iaſ. in l.1.n.47.ff.ſol.mat. E.Suar.

Pro. ſcinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.in can. ſicut in ſacramentis.§.item ſi poſſet.de conſec.diſt.3. ca.ſuper literis extrà,de reſc. Bellon.

Pro.ſcientia poteſt donari nō vendi.in l.j.§.proinde.vbi gl. ff.de var.& extra.cogni. idem.

OB.contrà,cui ius eſt vendendi,& donandi ius eſt.l.cui ius. ff.de reg.iu.

Sol. dic quòd illa regula quandoque locum non habet,qa quandoque permittitur donatio, non venditio : vt l.fin.C.de præd.decur.lib.10. idem.

Pro. ſcientia nobilitat hominem in l.fi.vbi gloſ.C.de poſt. in c.pe.extrà.de præb. idem.

Pro. ſcienti & conſentienti non fit iniuria.l.qui autem.§.1. ff.quæ in fraud.cred. idem.

Pro.ſcire leges non eſt verba earum,ſed vim ac poteſtatem tenere.l.ſcire leges.ff.de legib. idem.

Scientia patientiæ coniuncta, tunc demum conſenſum notat,cum res,quæ geritur,me nolente geri nequit,vt eſt Accurſij doctrina in l.Caius.ff.de pign.action.crebrius probata iuſta Corn.Iaſ.n.11.Curt.iu.n.2.in l.cum proponas.1.C.de pact.Alex.in l.ſæpe.ff.de re iudi. Io.Crot.in l.filiusfam.§.diui.n.148. ff.de leg.lib.1.Carol.Rui.in l.4.§.Cato.n.169.ff.de verb.obli. Quin & mandati formam ac fines generaliter profert, & dilatat:quamuis mandatum de nouo non inducat,vt verius ac receptius contra complures cum quamplurimis ponit Arius Pinelus in l.2.part.2.cap.1.nu.18.C.de reſcindenda vendit. E. Suarez.

Scientia ſola nunquam in delictis regulariter ac generaliter punitur.commune inquit Carauit.ſuper 4.ritu magnę curiæ,nume.2. Quamuis in læſæ maieſtatis crimine ſola ad infligendam mortis pœnam ſufficiat. commune inquiunt Menchiaca controuer.illuſtr.cap.16.num.1. Placa delict. c.22.nu. 17.Taeg.in pract.crim.ca.5.nu.9.Aegid.Boſſius in pract.titu. de cri.læſæ maieſt.nu.6.& ſeq.Longè tamen mihi verius, humanius,ac iuſtius videtur,vt qui aliquam proditionem vel in regem, vel rempublicā texi ſcierit,atque illam,cùm potuerit, non indicauerit,citra naturalem mortē plectatur,quod etiam receptius affirmant Cag.in l.culpa caret.n.21.ff.de re.iur.Gig. de cri.læſæ maieſt.n.10.Rolan. vir multa & recondita doctrina præditus.conſ.88.n.10.lib.2.& qui accuratè hanc quæſtionem tractat Clar.in pract.§.vltimo, quæſt.86.per totam. E. Suarez.

Sciens delictum committendum,& non reuelans, nō ideò eſt puniendus,vt eſt communis opi.non enim quis tenetur reuelare delictum,neque ei obuiare,etiam clamando.Cla.q.87. in prin. Bonacoſſ.





Scientia ſola nūquam in delictis regulariter & generaliter punitur,vt eſt communis opi.Soarez ver.ſcientia.nu.9.Licet in crimine læſæ Maieſtatis ſola ſufficiat, vt mortis pœna plectatur ſciens,vt eſt communis opi.Soarez ibi n.10.Licet contraria opi.ſit magis communis & humanior. Bonac.

Sciens delictum committēdum, & non reuelans non ideò eſt puniendus.ita doctores vbique tenere,atteſtatur Carauita ſuper quarto ritu magn.curiæ. n.2. & ita ſola ſcientia non eſt punibilis,neque tenetur quis obuiare delicto.etiam clamando vel reuelando,Cla.d.§.fi.q.87.in prin. P.Fich.

Sciens delictum,ex ſola ſcientia,etiam in eo,qui non habet facultatem prohibendi delictum,non punitur,vt eſt communis opi.Cla.q.87.in prin.Niſi ſciat tractatum proditionis contra Principem,vel contra patriam,quia nō reuelans debet decapitari.communis eſt opi.Cla.ibi ver.punctus eſt. vide tamē poſtea.item,niſi delicto perpetrando conſentiat, non ſimpliciter,ſed per viam auctoritatis,& defenſionis, & tunc plus debet puniri, quàm ipſe delinquens , vt eſt communis opinio. Cla.d.87.verſic. Hæc autem omnia,quæ procedere ait in grauiorib.criminibus,ſecus in minorib.quia pari pœna punitur. Bonacoſſ.

Scientia ſola in crimine læſæ maieſtatis ob delicti atrocitatem,& immunitatem non ſequuto aliquo conſenſu,conſilio & facto eſt punibilis,ideò vaſallus ſciēs maleficium committi contra perſonam principis ſui, vel contra patriam, & id nō propalans , ſeu reuelans incidit in crimen læſæ maieſtatis , & punitur vti rebellis,ſecundum Bart.in l.vtrum.ff.ad leg.Pompe.de parric.Ang.& ibi Aug.in addit.in tract.malef.in verſ.tu hai tradito la tua patria.in ver.quod crimen.nu.10.Salyc.in l. quiſquis.C.ad leg.Iul.maieſt.Ang.in §.publica.in fi.inſti.de public.iudic.affli.in c.1.§.& bona committentium.nu.103.in ti. quę ſint regal.in vſib.feud.Calca.conſ.2.quod autem.Deci.in l.culpa caret.n.9.ff.de reg.iur.Mart. Laud.in tract.de crim.læſæ maieſt.qu.13.Abb.& Fel.in c.1.de offi. deleg.& in practica opinionem iſtam ſeruari dicit ibi Fel.& Ang.in locis præcitatis,& ſequitur Bertach.in ſuo reperto.in ver.ſcire.in verſi.14. vbi meminit ſe feciſſe decapitari quoſdam ex ſola ſcientia tractatus non releuati contra ſummum Pontificem. & Augu.in d.additio.ad Ang. refert quoque aliàs ſe feciſſe vnum potentem dominum decapitare hac de cauſa.& Deci.in d.c.1.n.35. aſſeuerat quòd ita obſeruatum extitit Florentiæ,dum ipſe legebat Piſis contra Renatum de Patiis , qui ob non reuelationem factam coniurationis contra remplicam fuit decapitatus,& infinitos decapitari vidit Bononię Barb.per iſtam Bart. ſententiam vt ipſe teſtatur in d.c.1.nu.26. & eandem opinionem declarat Io.Cephalus conſi.75. nu.6.28.cum aliis ſeq.& conſ.ſeq.nu.60.cum cæteris ſeq.vol.1. Sed ꝯriam partem tenuerunt nonnulli doct.congeſti per Fel.in ca. quanto.de ſent. excom.& in c.de cætero.de re iudi.vbi titubanter fatetur opinionem Bart. in praxi non obſeruari, & nimis rigoroſam eſſe ait Gigas in tract.læſæ maieſt.lib.3.in tit. de pluribus & variis quæſtionibus.q.2.& Caſſaneus in conſuetu.Burgundię.rubr. 1.n.32. & iniquiſſimam appellat Marſ.in ſing.164.nemo debet ſe ſubmittere,& crudelem commemorat Barb.in d.c.1.n. 62.& Bal.conſ.ſuo incip.cùm quædam allegata ſint,qui originaliter reprobauit conſulendo Bart. & protulit ibi quædam fatua verba, quòd iudices ſequentes Bart. doctrinam omnes ſunt homicidæ, quod anima Bart. ob hoc ſepulta eſt in inferno,nihilominus ſpretis verbis Bald.tanquam vanis, & mordacibus, ipſe ſequor opinionem Bartol. de qua vide quæ ſcribit Franc.Boſcius Decanus Senenſis in c.1.n.93.de off.dele. & opiniones iſtas conatur concordare diſtinguendo Augu. Berous in d.c.1.ſed opinio ipſa Bar.eſt communis,teſte Alciato, licet ſub dubiis verbis,in l.bona fides,nu.20.ff. depoſi. & in l. 4.§.Cato.n.25.ff.de ver.obl.& in effectu communis,& veriſſima eſt,obſeruaturque in practica, vt patet ex relatis apertiſſimè:quæ quidem communis procedit quoq; in filio,qui ſciēs aliquem occiſurum patrem ſuum & non reuelans,licet nō ſit delicti particeps punitur,vt parricida,ſecundum Bartolum in d.l.vtrum : nec obſtat ratio Baldi in d.conſ. quòd non reperitur lex , quæ dicat , quòd quis propter ſolam ſcientiam mori debeat,quia reſpondeo ꝙ tranſcenduntur fines legum criminis atrocitate ex deductis per Bart.in d.l.vtrum.& hoc in terminis tenent Abb.in c.1.de reſti.ſpoliat. & Domini in can.negligere.11.q.7. F.Viuius lib.2.opi.246.

Scire,vel ſcire debere in delictis à pari procedunt,vt eſt cōmunis opi.vnde dicit Bartol.in l.cunctos populos. C.de ſumma tri.quem communiter ſequūtur omnes ſcribentes. Quòd ſi crimen de iure communi non eſſet delictum,ſed tantum ex diſpoſitione ſtatuti Si communi non eſſet delictum , ſed tantum ex diſpoſitione ſtatuti. Si forenſis traxit moram in loco ſtatuti,adeo quòd veriſimiliter debet ſcire tale ſtatutum, tūc obligatur forenſis pœna talis ſtatuti.D.Gabr.Caſatus.Crotus Criſpus & Sanſonus.inter conſ.cri. conſ.59.n.32. Iodocus in Enchiridio Parium vel ſimilium.ī verbo ſcire debere.fo.491. Sed non ſufficit ſcientia. vbi denunciatio pro forma requiritur.Tiraquellus fusè in tracta.de retractu.§.36.in gl.2.nu.28. Bonacoſſ.

Scommeſſæ:id eſt,cum certa ſtatuta pecuniæ ſumma,aliqui certant inuicem an aliquid factum vel futurum ſit, &c.de iure licitæ ſunt.commu. dicit Decius conſ.115.n.4.quem refert Did.in repet.c. peccatum. dubius enim fortunæ euentus non facit contractus illicitos.Cla.d.lib.5.§.ludus.ver.ſed quæro etiam. P.Fich.

Scommeſſæ, id eſt, cum certa ſtatuta pecuniæ ſumma, aliqui certāt inuicem,an quid factum,vel futurum ſit?&c.de iure ſunt licitæ , vt eſt communis opin. Dubius enim fortunæ euentus non facit illicitos contractus.Cla.in §.ludus ver. ſed quæro.Dec.conſ.115.n.4.communem dicit. Et ita aliàs obtinui Ferrariæ in fauorem D. Iulij à Campo de Luca. & poſtea confirmauit ſententiam cōſilium iuſtitiæ anno 1573. Soarez in ver.ſcommiſſæ ſeu ſponſiones. Bonac.

Scriptores nomine ſcholarium non ꝯprehenduntur.commune inquit Barb.in c.reſcripto.n.13.de locato.Et ſi autē horum aliquis non ſe antea ab aliquo loco diſceſſurum promittat, quàm conductam libri conſcriptionem perfecerit,impunè ab eo recedere poterit , & conuentioni ſtare non cogetur. commune aiunt Rip.in l.obligatione generali.n.9.ff.de pign. Franc.Viu.lib.2.opi.207. E.Suar.

Pro. ſcriptura cedit chartæ.§.literæ.inſti.de re.di. Bello.

P R O. ſcriptura fit ad faciliorem probationem , & perpetuam rei memoriam. l.cum res. C.de probat.l.contrahitur.ff. de pig.l.4.de fid.inſtr.l.iubemus.verſ.ſed ne aliqua.C.de teſta. idem.

Pro.ſcripturæ veritas per ipſum debet probari authorem.l. l.ſi quis decur.C.ad leg.Cor.de fal. idem.

Pro. ſcripturæ diuerſæ nihil probant. l. ſcripturæ.C.de fide inſtrumentorum. idem.

Scripturam minus ſolemnem cōtra Titium productam per Sempronium non poteſt ipſe Titius acceptare in parte , & in parte non, etiam quando Capitula eſſent ſeparata ſecundum Cornel. conſil. 81. volumin. 4. ſed debet fieri acceptatio in totum,aut in totum repudiari.contrarium verò ſentit Bart.in l.quædam.§.nummularios.ff.de ædendo,in l. Aurelius.§. item quæſiit.in fi.ff.de liber.legat.& in l.Publia.§.fi.ff.depoſi. vbi ipſe docet modum,quando ſit vnum capitulum,& quādo diuerſa,& illam opinionem Bart.ſequitur Abb.in cap.2.de fide inſtr.& conſ.36.vol.2.Ant.de Bur.& Imol.in ca.bonæ.2.extr. de poſtul.prælat.& in c. ex parte decani.extrà de reſcri.Rom. conſ.346.Iaſ.in repet.l.admonendi.ff.de iureiur.& ibidem Ripa.n.123.idem Iaſ.in l.non ſolùm.§.morte.ff.de ope. no.nun. vbi rationem adducit , quia approbatio ſcripturæ dependet à poteſtate approbantis,ſeu acceptantis, & huiuſmodi ſententiam ſequitur etiam Guido Papæ q.503.& plerique ex præcitatis Doctor.aſſerunt eam eſſe communem, & Bellonus cōſ. 46.n.11. & ſeq. Quæ communis ita retenta tanquam veriſſima limitatur non habere locum in ſcriptura alicuius adminiſtratoris,vt puta in libro rationū tutoris, nā ſi aduerſarius vellet acceptare in partę, tenebitur ſtare in toto propter vnitatē officij ſui.l.cum quæritur ff.de admi. tut.& in iſtis terminis loquuntur Corn.in d.conſ.81.& Ang.in l.ſumptus. C.de admi. tut.vbi ait, ꝙ excepto libro rationum adminiſtratoris in aliis ſcripturis poteſt fieri acceptatio in parte tantum , quando capitula reperiuntur ſeparata:coarctatur ſimiliter hæc communis,nō procedere in priuata ſcriptura facta manu alicuius tertij:illa quippe non poteſt in parte acceptari,etiam in capitulis ſeparatis ſec. Iaſ.in dict. l.admonendi.limitatur poſtremò iſta communis non procedere quando iudici aliud cauſa cognita videretur,& ex veriſimilitudine,ac qualitate perſonæ ſcribentis,ꝙ etiam cōtineat in aliis partib.liber veritatem,verbi gratia:ſi ageretur de modica ſumma, & ſcribens ipſe ſit bonæ famæ.ita Bald.conſ.156.vol.3.& ſic ſec.Bal.hoc videtur reſidere in iudicis arbitrio, & ſequitur Dec.in c.2. de fide inſtr. & in l.1.C. de æden. & circa materiam ſcripturæ aliqua ſcripſimus ꝫ.in ver.teſtes.in ſcriptura priuata,&c. B.Villal.

Scripturam eſſe de ſubſtantia cōtractus emphyteotici.magis com.dicit Cla.§.Emphyteu.q.4. P.Fich.

Scripturam ſeu inſtrumentum præſentans in iudicio, ſemper ſolet apponere clauſulam , ꝙ præſentet eam in quantum pro ſe facit, & non aliter. Si iam talis clauſula proteſtationis

fuerit adiecta, voluit Bald. talem ſcripturam vel inſtrumentũ pro vtraque parte probare, nihilq́ue parti probanti prodeſſe. i.i.c.præſentium,n.3.extrà.de teſt.& ĩ l.vnica.n.5. inquit Bald. Si vna pars litigantium in iudicio produceret acta, quantum facerent pro illa, iudicem tamen poſſe inhærere actis etiam quatenus faciant contra producentem, quia conſtat ei vt iudici.C.vt quæ deſint aduoca.& ibi notabiliter Paul.de ca.n.5. tradit.Si quiſpiam produceret inſtrumentum,proteſtando ꝙ produceret in his quæ facerent pro illo, ꝙ illa proteſtatio ei nõ prodeſſet quò minus iudex poſſit ferre ſentẽtiam pro reo, ſi aliquid in inſtrumento in eius fauorem ↄtineretur.propterea producentis proteſtatio, in his quæ de iure facienda ſunt, manus iudicis ligare non poſſet.Quorum deciſionẽ alij doct. ſequuntur Lud.Rom.in conſ.433.n.11.Iaſ. poſt gl.in l.1.§.editiones.n.18. ff.de eden.& in l.certi condictio.§.ſi nummos. n.39.ff.ſi cer.pe.& in l.nõ ſolùm.§.morte.n.26.ff. de oper.no. nun.Quam quęſtionem latius explicat Aym.Crauet.in tract. de antiq.temp.in 1.par.in §.incip.viſo de verbis enunciatiuis. n.72.cum ſeq.Et hanc communem doct.ſententiam,& in pũcto iuris veriorem eſſe dicit Vaſquius Menchaccenſis in li.1. controuerſ.illuſtr.c.2.n.9.ver. in ſumma ſcias. Licet enim alij Doct. contrariam ſententiam amplexi fuerint ꝙ proteſtatio proteſtanti prodeſſet,& hanc communem appellauerint.Fel. in c.imputari.n.13.extrà,de fid.inſtr.& Ripa,in c.cùm M.Ferrarienſis.n.79.extrà,de conſti.Decius tamen in c. cùm venerabilis n.22.in fi.illas opiniones ex Fulgoſio conciliat, ꝙ prima opinio procederet,quando aduerſarius nõ contradiceret proteſtationi, ſed aduerſario non contradicente proteſtatio non releuaret. Et in eo caſu ſecunda opinio admitteretur. extr.de except. Kirchouius.

ſcriptura priuata vt fidem faciat,tribus maſculis teſtib.munita eſſe debet.commune pronunciant And.Tiraq.de leg.cõnubiali.l.9.n.54.Viuius lib.1.opi.342.Nec vlla diei,vel cõſulis expreſſione opus habet. commune ponit idem Viuius eodem in loco. Sed quidquid ille ac Tiraq. dicat duobus teſtib. fulta fidem applenè faciet.l.vbi numerus. ff.de teſtib.cum iis, quæ alibi ad hanc rem latiſſime obſeruo. E.Suar.

Scriptura de publicis ſcriniis exprompta inter eos fidem tantùm facit, qui loci illius ditioni parent, vbi ſcrinia ipſa ſita ſunt.commune inquiunt Moder. in conſu.Pariſ.ti.j.§.5.n.25. & n.26.Quin & ad hanc rem,& ad vires omnes ſcripturę metiendas,locus vbi facta proponitur,non vbi alibi gentium facta producitur, inſpici debet. commune pronunciant Aym. Crauet.de antiquit.tempor.par.1.n.9.Viuius,qui alios laudat. lib.1.opi.309. idem.

Scriptura quæ nec de ſubſtantia, nec de forma contractus interpoſita cenſetur, teſtib.contrariis abſque dubio refelli poterit.commune dicit Sal.in l.generaliter.n.2.C.de non nume. pecu.Dicetur autem ac ducetur de contractus forma,cùm alteruter cõtrahentium dixerit, vt ſcriptura de conuentis inter ipſos fieret:quamuis non addiderit,vt aliter nullius momenti geſta ſint.commune aſſerit Ant.Gomez.de contract. c.2.nu. 17.magis commune affirmat Porc.in prin.n.4.inſtit.de empt. & vend. idem.

ſcriptura compluria capita complectens ex parte probari, ex parte improbari inculpatè poteſt.commune inquit Bello. conſ.46.n.11.Aym.de antiq.temp.in arg.de ſcrip.priua.n.68. Vnde qui illam produxerit cũ clauſula,produco ſi & in quantum pro me faciunt,& non aliter,illa offendi in iis quę ipſi obſunt,nequit.commune effantur Fel.in c.imputari.de fid.inſtr. Rip.in c.cum M.nu.39.de inſti. & vir magnæ diligentiæ. Nic. Ant.Grauat.ad Veſtrium,lib.6.c.1.n.20.& ſeq.excipe tamen, vt quod ſ.in principio dixi,nequeat procedere,cùm vel ab adminiſtratore,vel tutore,ac ſimilibus in rationum obſeruatione, vel ab aliquo alio particulari ſcriptura ea in literas miſſa proponitur.commune ponit Viuius magna diligentiæ laudę dignus lib.1.opi.249. idem.

Scripturam,quæ ſine mora executioni mandari poſſit,poſt factum contractum contrahentes alternis facerę cogentur. commune interpretum placitũ affirmat meus olim iuris doctor Ant.Gomez.de contract.c.2.n.17.non tamen pœnam aliquam addere compellentur, vt eſt commune dogma pono ſuperius ver.pœna. idem.

Scriptura producta in iudicio,& in actis accopiata & inſerta per notarium cauſę,facit plenam fidem,licet originale non reperiatur.Bald.in l.geſta. C.de re iudica. & in auth.ſi quis.C. de edend.per l.fi.C.de fid. inſtr.dicens hoc tenere Inn.in ca.1. ext.de procur. Balb.deciſ.344.

Pro. ſecundum qualitatem & conditionem perſonarũ verba intelligi debent.l.plenum.§.equitij.ff.de vſu & habi. Bell.

Pro. ſecundum qualitatem & conditionem perſonarum pœnæ ſunt infligendæ.l.Pedius.ff.de incen.rui.& nauf.maior enim pœna infertur ſeruo, & minor libero. in l.capitalium.§. fi.ff.de pœ.l.ſi ſeruum.ff.ſi ex nox.cau.aga.& minor pœna ſublimioribus,quàm humilioribus imponitur.l.3.§.fi.ff.de adulteriis. idem.

Pro. ſecundum diuerſas qualitates diuerſæ ſpecies fiunt. l. & habet.§.placet.ff.de precario. idem.

Securitas data pro veniendo, intelligitur data pro redeundo, ſecundùm gl. cum Bart.in l.vtimur.ff.de ſepul.viola.eundem Bart.in l.de ætate.ff.ad Trebellia. Balb.deciſ.492.

Pro.ſed,ſubſequẽte copulatiua &,denotat diuerſitatem facti,& identitatem iuris.l.2.vbi gl.ff.ne quis eum qui.l.ſed & ſi lege.ff.de pe.hære. Bello.

Pro. ſedes apoſtolica omnibus petentibus ſe liberalem exhibet.c.ſedes apoſtolica.extrà,de reſc. idem.

Pro. ſedes apoſtolica nunquam moritur.c.ſi gratioſa.de reſcrip.in ſexto. idem.

Seditionis auctor punitur pœna mortis.ſi tractatus præceſſit.Cla.q.68.ver.ſeditionis. Bonac.

Pro. ſegnius expediunt commiſſa negotia plures gl. in l.ſi plures.§.1.ff.de tut.& cura. Bello.

Semiplenæ probationes in criminalibus non cõiunguntur ad condemnandum,vt eſt communis opi.Grat.Reſp.47.n.6. in 2.vol. Bonac.

Pro. ſemper in coniunctionibus, non tantum quid liceat, ſed & quod honeſtum eſt,conſiderandum eſt.l.ſemper in cõiunctionibus.ff.de rit.nuptiarum. idem.

Pro. ſenatus ius facere poteſt.l. non ambigitur. ff.de legib. idem.

Pro. ſenatores pars corporis imperatoris ſunt.l. quiſquis. C.ad leg.Iul.maieſta. idem.

Pro. ſenectus venerabilis eſt. Sapien.4. idemq́ue honor ſenibus qui & in magiſtratibus olim tribuebatur.in l.ſemper.ff. de iure immu. idem.

Senectus non excuſat in delictis,facit tamen vt pœna mitigari poſſit.gl.in l.ferè in omnibus.ff.de reg.iu.& hanc frequẽtiore calculo receptam ſententiam ait Plaza.li.1. delictorum, c.32.n.13.Cla.d.§.fi.q.60.ſucceſſiuè. P.Fich.

Senectus no excuſatur in delictis,facit tamen, vt pœna mitigetur.vt eſt communis opi.Cla.q.60.ver. ſucceſſiuè.ſed nũquam vidit in practica ſeruari.Niſi ĩ leuibus delictis,vt ibi per Cla. Bonac.

Senex ætatis decrepitæ torqueri ñ põt.l.3.§.ignoſcitur.ff.ad ſyll.vbi Bar.hoc expreſſe firmat,& in l.de minore.ff.de q.in pr. Brunus in trac.de indi.& tortu.in 4.q.n.18.poſt Odof.& Gãd. ibi relatos per eum.& Gram.deci.34.nu.5.vbi tenet,ꝙ Senex nõ excuſatur à tortura,ſed decrepitus tm̃,q eſt poſt annos ſenectutis,& iſta eſt com.opi.vt aſſerit Pau.Grilan.in tract.de q. & tort.in q.inc.6.quæro,an oẽs perſonæ indiſtinctè, n.2.licet ibi teneat expreſsè ↄ̃rium, quicquid ipſe dicat,ac ſuadeat ob hoc à præfata communi ñ eſſe recedendũ duxi, q̃ approbat ꝑ plures rationes Tiraq.in tra.de pœnis remittẽdis,aut tẽperandis,cauſa 8.nu.1.cum ſeq.imò,retentà com opi.dic fortiùs,ꝙ ↄfeſſio emanata à prædicto ſene, ac ẽt ratificata nulla vr̃, nec eidem in aliquo preiudicat,vt voluit gl.Bar.& alij in l.pe.ff.de q.Gandi.in tract.maleficiorum,in rub.de quæſt.Mar.in l.1.ff. de q.nu.24.& conſ.14.Alex.conſ.5.vol.1. Gram.conſ.cri.37. voto.6. & Capicius deci.145.& iſtam Bar. opi.in d.l.pe.communiter intelligunt doc. paſſim in ↄfeſſione expreſsè ratificata etiam ad bancũ iuris,& in expreſſa ꝑſeueratione dictæ ↄfeſſionis,ita tenet Ale.cõſ.52.vol.3.Marſ.in d.l.j.Ang.Are.& ibi latius Aug.de Arimi.ĩ trac.de malef.in ver.fama publ.n.36.& Marſ.in d.l.pe.quia quouſq; perſonaliter detinetur idẽ metus durare præſumit̃,vt ibi latius per eum, q dicit plures liberaſſe à pœna mortis,& plures alios citat Gram.ↄſ.cri.37.n.8.Iaſ.ↄſ. 88.ver.pari ratiõe lib.nec ↄfeſſio,idem tenet Alc.in c.1.n.52. de of.ord.& Pariſi.ↄſ.63.in fi.vol.4.ex quib.apparet iſtam eſſe com.opi.vt doc.ſ.relati audacter atteſtãt, & alij paſſim,& his accedit quòd ſenex dicitur ab ætate 50.an.vſque ad 70.vt per gl.magiſtram in proœ.6.decre.& ibi plenè Io. Andr.& Gram. in allegat.deci.34. B.Villal.

Pro. ſenior præfertur iuniori.in l.fi.ff.de fide inſtr. Bell.

Pro.ſeniorum conuerſatione,iuuentutis educatio perfecta fit.§.cogitandum.in auth.de monach. idem.

Senex decrepitus non debet tormentis ſubiici.communem dicit Paul.Grilland.de diuerſ.criminibus lib.3.q.6.nu.5.& ita colligitur ex textu.l.tertiæ.§.ignoſcitur.ff.ad Syllani.ſenex tamen non decrepitus bene poteſt torqueri, vt per Grammat. deciſ.34. P.Fichard.

Senex



Senex vſque adeo,vt decrepitæ ætatis annis cenſeatur,nec torqueri poteſt,nec ſua confeſſione etiam conſtanti lædetur. communia ponit Viuius lib.1.opi.260. E.Suar.

Senex decrepitus non debet ſubiici torturæ & tormentis, vt eſt communis opi. Clar.q.64.ver.ſed nunquid.Soarez ver. ſenex.nu.26. Nec eius confeſſio officit,etiam conſtans,vt eſt communis ibi. Bonac.

Pro. ſententia debet fieri in ſcriptis,& ſedendo.in l.2.C.de ſen.ex breuic.recit.& §.ſedendo.in auth.de iudi. Bello.

Pro. ſententia eſt quid indiuiduum. non enim poteſt pro parte valere,& pro parte non valere.l.in hoc iudicium.ff.familiæ erciſcundæ. idem.

Pro. ſententia habet relationẽm ad acta.gl.in l.3.C. de ſen. quæ ſine certa quantita.profer. idem.

Pro.ſententia habet paratam executionem.l.2.C.de execut. rei iudi. idem.

Pro. ſententia facit ius, & reddit de albo nigrum,& de nigro album.l.ingenium.ff.de ſtatu hominum.l.ſiue.ff.de liber. agnoſcen. idem.

Pro. ſententia lata contra ius,ipſo iure eſt nulla.l.2.C.quãdo prouoc.non eſt neceſ.l.1.§.item cùm contra.ff. quæ ſen.ſine appel.reſcin. idem.

Pro. ſententia lata contra formam & ſolennitatem iuris nõ valet.l.prolatam.C.de ſen.& interlo.om.iudi.l.cum hi.§.ſi pręt or.ff.de tranſactionibus. idem.

Pro. ſententia contra pupillum indefenſum non valet.l.acta.§.fi.ff.de re iudica. idem.

Pro. ſententia lata contra vnũ ex ſociis,non præiudicat cæteris,ſi eius culpa acciderit:ſecus ſi dolo. l.ſi de com. ff.ſi ſeru. vendi. idem.

Pro. ſententia in mortuum dicta non valet.in l. Paulus. ff. quæ ſent.ſine appellatio.reſcinda.l.in ſumma.§.fi.de re iudicata. idem.

Pro. ſententia non conſtituit ius,ſed quod eſt declarat.l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur.ff.ſi ſer.vend.l.& ex diuerſo.§.1.ff.de rei vend. idem.

Pro. ſententia omiſſo procuratore lata contra dominum, quia in iudicio non fuit,eſt ipſo iure nulla.l.1.C. de ſen.& interlo.omnium iudic. idem.

Pro.ſententia paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta ſit,timenda eſt. c.ſenten.11.q.3. idem.

Pro. ſententia præſumitur iniuſtè lata.l.Herennius.§.Caia. & ibi no.ff.de euictio. idem.

Pro. ſententia transfert dominium.in §.fi.inſt.de offi.iudi.

OB.contrà de §.item ſi in iudicio.inſt.de excep.vbi ſententia lata in actione perſonali reo abſoluto remanet debitor.

Sol. illud habet locum in obligatione quæ eſt res incorporalis.§.1.inſti.de reb.corpo.& incorp.Hic de dominio rei corporalis:facilius autẽ perditur dominium rei corporalis,quàm incorporalis.in l.3.vbi no.ff.pro ſoc. idem.

Sentẽtia requiritur in caſibus,quibus vaſallus incurrit pœnam priuationis, Vaſallus enim nunquam amittit feudum ipſo iure,niſi in caſu alienationis,& traditionis factæ ſine conſenſu domini. in reliquis omnib. Vaſallus debet prius de culpa conuinci, & ſententia ſubſequi antequam Vaſallus priuetur feudo.com.dicit Cla.in §.feudum.q.62. P.Fich.

Licet ſententia definitiua lata ex veris probationib.puta ex teſtibus,de veritate,vel partis confeſſione,vel publicis inſtrumentis,tranſeat in rem iudicatam,& nunquam poſſit reuocari:tamen lata vigore aliarum probationum, quas Doctor.appellant non integras,vel pręſumptiuas,puta vigore probationis,factę per duellũ,vel per teſtes de credulitate,vel iuramenti ſuppletiui, & ſimilium:talis ſententia poteſt quandocunq; comperta veritate reuocari, & nunquã tranſit in rem iudicatam(Vel breuius:ſententia lata ex probationibus præſumptiuis,vel priuilegiatis,nunquam tranſit in rẽ iudicatam,ſed poteſt quandocunque comperta veritate reuocari.) eſt communis opi.ſecundum Cor.in conſ.55.viſis.circa fi.verſi.& primo allegatur.vol.3. M.Chærian.

Sententia lata contra infirmitate detentum,ſiquidem à iudice ignorãte,mero iure tenet,& valet,ſed datur ↄdemnato in integrum reſtitutio:ſi verò à iudice ſciente,eſt ipſo iure nulla. (Vel generalius:ſentẽtia lata ↄ̃ contumacem,neceſſario impedimento detentum:mero iure valet,ſi ab ignorante, ſed reſtitutione reſcinditur:ſi à ſciente, eſt ipſo iure nulla.)eſt com.opi.ſec.Iaſ.in l.2.§.ſi quis in iudicio.in 5.no.ff.ſi quis caut. idẽ.

Sententia à qua non eſt appellatum, & quæ trãſiuit in rem iudicatam: ſiue contra præſentem, ſiue contra contumacem lata fuerit,pręſumitur iuſta & ſolennis,& quò ad rectitudinẽ, & quò ad rititudinem, nec amplius poteſt reuocari vel infirmari, maximè ſi à tempore iudicati lapſum fuerit biennium. Eſt magis comm.opi.ſec.Alex.in conſ.25.viſo proceſſu.circa med.vol.6. idem.

Sententia lata cõtra communem opi.mero iure valet,propter conflictum.opinionum.eſt com.opi.ſec. Iaſ.in l.cum prolatis.de re iudi.ſequitur Rip.in l.qui Romę.§.duo fratres.in 6. oppoſ.Bar.de verb.obl. idem.

Sententia lata ad conſilium ſapientis, nunquam tranſit in rem iudicatam.eſt com.opi.ſec.Dec.in conſ.278.non leuis.in fi. idem.

In iudiciis vniuerſalibus incerta ſententia reſpectu rerum admittitur,ſed in exequutiõe poſtea liquidatur.eſt com. opi. ſec.Are.in conſ.110.clariſſime.in fi. idem.

Sententia lata per errorem expreſſum habita relatione ad acta,eſt ipſo iura nulla.eſt mag.com.opi.ſec. Alex.in cõſ.123. diſcuſſis.ver.tamen quò ad propoſitum.vol.1. Chærian.

Peruerſio ordinis cauſę ad cauſam,non vitiat ipſo iure ſententiam gl.l.1.C.de appel.eſt com.opi.ſec.Soc.conſ.98.iuſtiſ. iudex.vol.4. idem.

Sententia iudicis,quæ trãſiuit in rem iudicatam habet præſumptionem pro ſe,ſiue lata fuerit in præſentem,ſiue in abſentem,& contumacem verum vel fictum,ſec.Spec.Io. Andr.in §.vt auth.de ſententiis prola.Io.Cald.& Abb.in c.quoniam ↄ̃. de probatio.& alios communiter ibi,Imo.& Ant.de But.in c. in præſentia,de renun.vbi ſubdit ipſe Imo. hanc eſſe communem opi.& in c.in iure de offi.deleg.& in c.in præſentia.de renunt.& latiſſimè Roman.in l.ſciendum.ff.de verb.ob. Grãmma.deciſio.24.nu.5.& 13.& Moder.in d.c. quoniam contra, ratio eſt, quia ſententia poſtquàm tranſiuit in rem iudicatam, cuiuſcunque iudicis fuerit, habetur pro veritate. l.res iudicata.ff.de reg.iur.c.cùm inter,de re iudi.& ex ea reſultat pręſumptio iuris.& de iure, contra quam nõ admittitur probatio in contrarium,niſi propter ↄfeſſionem partis,vt no.Bart.in l.Iulianus verum debitorem.ff.de condi. indeb. & Bal.in l.filium, quem habentem.C.famil.erciſ.& in l.cùm quis. C.de iur.& facti igno.& Cepo.in cautel.23.hoc procedit præſertim vbicũque ſentẽtia, quæ trãſiuit in rem iudicatam lata eſſet non de recenti,ſed de antiquo,vel lõginquo.& tunc præſumitur pro ſentẽtia,etiam ſi in ea nõ eſſet facta mẽtio ſolemnium, aut actorum,ſec.Hoſt.in c.cùm inter.de re iud. Inn.in c.cùm do iure.de of.deleg.Bart.& curt.iu.in l.admonendi,n.250.ff.de iureiur.& Are.conſ.36.Pau.verò de ca.ſibi parum conſtans cõſ. 76.lib.2.tenuit contrarium.vbi ait, ꝙ nõ præſumitur pro ſententia in antiquis,etiam quò ad acta, niſi de eis fiat mentio in ſententia,idem voluit Bald. conſ.204.vol.3.idem videtur tenere Alex.conſ.123.vol.2. Sed prima opi.Inn. videtur magis communis,vt ſcibit curt.iu.in d.l.admonendi,n.250. & prædictis accedit vtiliter ꝙ antiquum tempus, quò ad hoc dicitur 20.an.argumento c.cùm venerabilis.de except. & facit to.tit. C.de præſcr.longi temp.10.vel 20 an.& ita tenet Cald. in d.c. quoniam contra,quem ſequitur Abb.conſ.61.lib.1.& Calca. conſ.8.Sed opinio iſtorum mihi parum ſatisfacit,ex quo alteram ſententiam huic de directo contrariam reperio, & forſan veriorem,quòd in præmiſſis tempus dicitur antiquum, quando poſt latam ſentẽtiam eſſet lapſum biennium,tradit Bald.in l.vnica.C.ne lice.in vna eademq; cauſa ter.prouo.poſt Oſtien. in d.c.in præſentia,idemq́; voluit Io.And.in nouella, Ang. in l.quæcunque.§.fi.ff.de public. Bald. in ca.1.de milite vaſa.qui cõtumax eſt,Bertachi.in 3.par.ſui reperto.in ver.ſentẽtia pręſumitur.ante fi.Alex.in l.fi.§.illud.ff.quando appellan.ſit.in addit.ad Bart.ante fi.& Gramm.poſt alios relatos ibi per eum in deciſ.24.n.7.& ſequ. ſubdens ibi iſtam eſſe veriſſimam opi.in contrariam verò partem videtur inclinare Bald.in dict.c.1.citans Inno.in c.Albericus,ext.de teſtib. & idem Bald.in cap.1. quo tempo.quòd imò requiratur,vt ſit lata ſentẽtia ipſa multùm de antiquo,cęterum neutram ex iſtis duabus opinionib. ſequor.cùm ambæ erroneæ appareant,vt ĩ.apertiſſimè oſtendetur.Tertiam opinionem circa præmiſſam reperio quòd ad hoc, vt dicatur ſentẽtia antiqua ſufficit tempus 10.an. ſecũd. Hoſt.in d.c.Albericus,quem ſequitur Ang.in dict.c.quoniam contra.Alex.conſ.123.lib.2.Gozadi.conſ.130.vel 137.& Veronen. conſ.26. quartam vltimo loco reperio opinionem iudicio meo magis tutam,& æquam,& ſequẽdam fore ſuadeo, quæ quidem eſt ita,ꝙ totum hoc cõmitti, & relinqui debeat iudicis arbitrio, quãdo ſententia ipſa dicatur lata de antiquo, vt pro ea præſumatur, etiam in ea non facta mentione ſolennium,& actorum, & iſtam opin. ſequitur,& tenet Io.Calderi. in dict.c.in præſentia.Alex.conſil.219.lib.6.& conſil.17. libr. 4.Aret.conſil.36.& iſtam ponit eſſe communem opinionem Auguſtinus Beroius.in d.cap.quoniam contra.nu.252.& alij

Modern

Modern. ibi qui quidem iudex variè arbitrari poſſet, ſecundum qualitates iudicum, qui pronunciarunt, quia magis abſque dubio præſumeretur pro ſententia vnius iudicis maioris, quàm inferioris in dubio.l.1.ff.de offi.pręfect.præto.no.Bald. in l.tutores.ff.de confirm.tuto.Iaſo.in l.pacta nouiſſima, in 3. nota.C.de pactis,& in rub.C.qui admi.& hoc procedit quando iudicis maioris qualitas non eſſet nota iudici arbitranti, ſi enim manifeſta eſſet, & iudicē ſciret imperitum,præcipitem, aut minus integrè arbitrium eius, conſiderabit tempus longiùs,quàm in iudice recto,integro,perito & inculpato,vbi verò tempus exactum eſſet annorum 30. illud ſine dubio videtur ſufficere ſecundum Veronen.conſ.63. Ampliatur prædicta communis, quòd ſicut pro ſententia præſumitur, ita pro laudo præſumendum eſt,ſecundum Alex.in l.ſciendum. ff.de ver.obl. Bald.in l.ſi de meis. §. recepiſſet.ff.de arbit.& doctor. in ca.quoniam contra falſam, de probatio. quod procedit de plano in laudo arbitratoris,vt habeat pręſumptionem pro ſe, ſecundum communem opinionem omnium ſcriben. quam celebrat, & citat Dec.in d.c.quoniam contra,n.184.Lanfr.de Oriano,Pariſi.& Auguſt.Beroius ibidem.Similiter hoc procedit in laudo quòd in dubio pro eo præſumitur etiam pendēte reductione ad arbitrium boni viri,vt concludunt omnes indifferenter,in d.c.quoniam contra,præſertimque Deci.ibi, n. 186.Ampliatur quoque iſta communis, quę habet quòd præſumatur pro ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam nō ſolum procedere in ſententia,verum etiam in quolibet decreto iudicis,imò doctor,in di.c.quoniam contra,communiter cōueniunt, quòd præſumatur adhibitum cauſa cognita, etiam quòd in ſpecie non exprimantur ſolemnia requiſita ad ipſum actum, ſuper quo decretum interponitur, & loquuntur Doctor.etiam in actu,in quo tales ſolennitates remitti non poterant, vt in alienatione bonorum eccleſiæ, vel minoris, & iſta exempla,& alia ſimilia ponunt doct.in l.cum hi.§. ſi prætor.ff. de tranſact.vbi Bal.& Pau.de caſtr. F.Viuius.

Sententia lata per iudicem finita inſtantia, eſt nulla, ſecundum Bald.in l.obſeruare.§.proficiſci,in 2.q. ff.de off. procon. & in c.1.ſi de inueſt.inter Domi.& vaſal.lis ori.in vſi.feudorū, & in l.properandum.C.de iudi. Abb.in c.venerabilis, de iudi. Fely.poſt eundem Abb.in ca.de cauſis. de offic. delega.Rom. conſ.425.& 427.Paul.de Caſtr.conſ.324. videtur dicendum, facit text. in auth.& qui. C.de temp.appell.& firmat Paris de Puteo in tract.ſyndic. in ver.ſententia.in princip. vbi dicit inſtantiæ lapſum non ſuppleri.per cap.deteſtantes.in Regno.& iſta eſt communis opinio,vt per Moder.in dict. cap.de cauſis. F.Viuius.

Sententia non poteſt ferri,parte non citata,per conſequēs lata non præiudicat, ſecundum doctor.in l. de vnoquoque.ff. de re iudic.vbi Marſ.& Doct.in l.nec quicquam,vbi Iaſ.n.20. de offic. Procon.& legati,& Bernard.de Luco in reg.673.per tex.in ca.Deus omnipotens,2.qu.1.& in cap.1.de cauſ.poſ.& propriet.quia citatio eſt fundamentum iudicij,vt inquit Spe. in tit.de citatio.in prin.Abb.& alij in ca. quoniam contra falſam.in verb. citationes. de probat. & ibi tradit Deci. & dicit Bart.in l.prolatam.C.de ſententiis & interlo.omnium iudic. poſt Antiquos per eum relatos, quòd citatio dicitur de ſubſtantia iudicij ſaltem eo reſpectu,quia ea omiſſa ſententia cōtra abſentem non citatum erit nullius momenti,& cum Bart. tranſeunt omnes communiter ibi. ampliatur primò iſta concluſio,vt in tantum procedat,quòd ſi ſententia fuerit lata cōtra abſentem non citatum,non valeat nec teneat,etiam quādo eſſet lata in fauorem abſentis non citati, vt voluit Saly. gl. & Bart.in l.eos qui, C. quomodo, & quando iudex, & in l.furioſo,ff.de re iudi.vbi Alex.n.3. ſcribit iſtam eſſe communem opinionem,& Iaſ.in d.l.nec quicquam.num.48.quam ipſe limitat non procedere in ſententia definitiua, ſecùs in interlocutoria lata in fauorem abſentis non citati.Ampliatur ſecundo loco quòd ſententia,omiſſa citatione,etiam à principe,lata,dicitur nulla,vt in l.fi.in princip.cùm gl.2.C. de legib.tenet Bald.ibi, Alex. conſ.11.aliàs conſului,lib.7.Soci.in tractat.de citatio.in 7.art.prin.Marſi.in d.l.de vnoquoque, vbi hoc plurimum declarat,num.13.cum aliis multis ſeq.& Iaſ.in d.l.nec quicquam,nu.29.vbi refert doctor.contrarium aſſerentes:ratio iſtius ampliationis videtur iſta,quippe negans citationem videtur negare defenſionem,quæ cùm naturalis ſit,& iure naturali concedatur. l.vt vim.ff. de iuſti. & iure, auferri nemini debet,vt eſt text.in clem.paſtoralis.§.cæterùm de re iudica. & ita tenet Bald. in l. cùm fratrem.in fi.C.de is quibus, vt indignis Alex.conſil.5.vol.2.nu.2.Iaſ.in l.2.quam legit cum l.1.C. quando libellus Principi datus,& in l.reſcriptum.in ſecundo nota. ff.de pact.imò citatio ipſa dicitur adinuenta de iure diuino.Nam etiam Deus omnipotens,cui omnia ſecreta ſunt clara, non priùs Adam damnauit, quàm citaſſet, quando dixit: Adam,vbi es,vt legitur, Geneſ.ca.3.& ita dixit Bart.in extrauag.ad repri.in verb.& figura,Soc.in præallegato tract.de citatio.in ſecundo articul. Abb.in c.cùm olim.de re iud.& Curtius ſen.conſ.49.n.92.vbi alios allegat.Ampliatur tertio hoc habere locum nō ſolum in ſententia definitiua,verum etiam in interlocutoria requirente cauſæ cognitionem & afferente parti non modicum præiudicium, in qua quidem ſententia requiritur,vt feratur partibus præſentibus,& legitimè citatis, ſecùs autem ſi ſit parui præiudicij.l.à procedente. C. de dilat. tenet, & declarat Bart. in d.l. nec quicquam.§. vbi decretum, Angelus,Imol.Paul.de caſtr.& Marſy.nu.4.& ſeq.in dict. l.de vnoquoque,Bart.Imol.& Alex.in d.l.ſi opus. ff.de noui oper. nuntiatio.& Iaſ.in d.l.necquicquam, vbi nu.23. ait iſtam eſſe communem opinionem, & Ruynus conſ.69.nu.6. quia cauſæ cognitio eſt de iure Diuino,ſecundum Abb.in cap.eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtitutio.& Deci.conſ.264.reuocatur.aduerte tamen quòd in interlocutoria ſententia non ſolum requiritur citatio,verum etiam peremptorium,ſecundum Hieronym.Tortum in quodam ſuo conſilio quòd refert,& citat Marſ.in d.l.de vnoquoque,nu.6.Ampliatur quartò, quòd etiam ſententia diffinitiua videtur nulla ſi pars citetur. ad audiendam iudicis voluntatem, quia requiritur citatio ad audiendam ſententiam, ſecundum Rotam Roma. in deciſione 342.in nouis. iſtud autem procedit etiam ī cauſis ſummariis, vt per gl.& Doctores in clementina ſæpe,de verbor. ſig.& Io. Ferretum conſ.95.nu.3.Ampliatur quinto loco, quòd quando domino fuit facta citatio ad audiendam ſententiam in caſu,quo iudicium fuerit agitatum cum eius procuratore, tunc ſententia ipſa domino non comparente nō valet, vt per Bart. in l.mutari,circa fi.ff.de procu.& in l.procurator.C.eodem titul.canoniſtæ omnes in cap.in nomine domini,de teſtibus,& Alex.in l.furioſo nu.7. ff.de re iudicata. Ampliatur ſextò ꝙ ſi reo fuerit citatio facta ſeptima die menſis April. & lata fuerit per iudicem ſententia die 13. eiuſdem menſis in fauorem actoris ſine alia citatione rei condemnati,tūc ex defectu iſtius citationis omiſſæ ſententia redditur nulla, non obſtante præcedēti citatione facta pro alia die l.fi. §.cum ibi notat.ff.quod vt,aut clàm.& no.& declarat Ruynus conſ.136.nu.1.volu.5. Ampliatur prædicta vltimo loco, quòd non valet Statutum quod ſententia poſſit ferri parte non citata,ſecūdum Bald. in l.1.C. quomodo, & quando iudex.per dictum clem. paſtoralis,& idem tenet Soc.conſ.164.viſa bulla Bonifacij,volum.2. Ant.& Io.de Imol.in d.clem.paſtoralis,& Barthol.Soc.conſ. 7.nu.14.poſito,ac inſerto inter conſi. feudalia Albert. Bruni, & Curtius iu.conſ.70.nu.21. & iſtam concluſionem ita & aliter ampliatam limitat in 19. caſibus Iaſ. in d.l.nec quicquam, nu.23.eandem regulam limitat in aliis.19.modis Franc.Niconicus in c.quoniam contra falſam.de probatio.in ver.citationes,nu.54.vſque ad nu.97.eandemmet regulam limitat Ant. Nicel.115.modis in concordantiis gl. concordan.52.n.224. vſque ad nu.371.& in repetitio.c.teſtium.& in ca.2.de teſtib. F.Viuius.

Sententia Principis abſque citatione non valet de iure canonico tex.eſt in clem.paſtoralis,in ver.cęterum de re iudicata,quia citatio ipſa à iure naturali prouenit,& eſt vera ſpecies defenſionis, itaque nullo pacto per Principem etiam omitti poteſt,vt per Abb.in c.1.de cauſa poſſeſ.& proprieta. Corne. in c.cùm olim.de re iudi.Aret.conſ.165.ſicut Ioan.Soc.conſilio ſuo incipien.ſæpenumero,quod eſt poſitum inter conſilia Fran.de Cur.& eſt 20.in ordine,vbi vult poſt alios relatos per eum ſententiam declaratoriam nō adhibita citatione eſſe nullam,& huiuſmodi opinionem ſequitur etiam tanquam communem Maranta in tractat.de iudic.in 7.parte prin.num.3.& Soci.conſ.12.vol.1.& Sebaſt.Vantius in tractatu de nullit.in tit.quis poſſit dicere,&c.& Fortunius in l.Gallus.§.& quid, ff. de libe.& poſthum.iſta verò communis limitatur non procedere de iure ciuili.l.fin. C. de legibus, vbi apparet ſententiam Principis abſque citatione valere,& notat Roma. conſi.349. in ſecundo dubio:circa fi. allegans l.Lucius, ff.de euictio.& l. item ſi verberatum,ff.de rei vendi.& ideò Alex,conſ.87. viſis codicillis.libr.2. dicit quòd, quando apparet principem omninò voluiſſe alicui præiudicare non oportet citare illum, ex quo actus eo inuito poterat expediri, quod etiam tenet Roman.conſ.212.quò ad primum,& Moder. canoniſtæ.in d.ca. cùm olim,ſequitur etiam Deci. conſ.191.in cauſa, nu.6.& 8. & conſ.269.conſultus ab illuſtri,& Soc.conſ.4.libr.3,nu.14. confirmatur prædicta concluſio: nam Princeps de abſoluta poteſtate poteſt procedere etiam parte non citata ſecundum Io.And.in additio.Spec.in tit.de ſentent.§.iuſta,verſ.eſt etiam nulla,& in c.1.de cauſa poſſeſſio.& propriet.& in c.inter quatuor,vbi Inno. Imol.& Abb.de maiori. & obedien. cum aliis cumulatis per Alexan.in l.de vnoquoque.ff.de re iudic.& per Soc.in d.conſ.20.& conſ.21. & per Fel.in d.c.cùm olim, & licet ibi videatur concludere,ꝙ proceſſus factus etiam de plenitudine poteſtatis contra nō citatum non valeat,tamen in ver. recipiunt iſta, concludit, & tenet valere in caſibus, in quibus poteſt omitti citatio,qui ponuntur per Ale. d.l.de vnoquoq;. & per Maria.Soci.in tractat.de citatio.& opinionem iſtam ꝙ Princeps de plenitudine poteſtatis poſſit procedere,& facere actum validum abſque partis citatione, firmauit quoque per plura argumenta,& rationes diſputando Marſyl.in repetitio. l.de vnoquoque.ff.de re iudic.n.12. vſque ad n.23.ego verò concludo poſſe à principe citationem tolli,quę iure humano poſt concluſionem cauſæ neceſſaria eſt ad ſententiam pronūtiandam,in iſto quippe primo caſu nulla eſt alleganda defenſio,& ideò potius ea citatio eſt iuris poſitiui,& humani,quàm naturalis,quemadmodū in ſpecie tradit elegantiſſimè Afflic. in deciſ.283.& Maranta in tractat.iudiciorum in 6.part.n.10. vbi explicant quòd omnes ſententiæ ſacri conſilij Neapolitani proferuntur poſt concluſionem ipſam in cauſa abſque citatione,& tenent tanquàm latę ſub nomine Regis,& Principis. Secundo caſu ſimiliter conſtat principē poſſe tollere citationem in his actibus,quos ipſe agere poteſt liberè abſque iniuria etiam ſine cauſa,& in alterius præiudicium.Nec enim citatio tunc impedire poteſt liberam voluntatem principis,quòd expreſsè tenuerunt Soc.conſ.164.vol.2.& alij,quos refert,ſequiturque Crauett.conſ.5. F.Viuius.



Sententia interlocutotia de neceſſitate non debet in ſcriptis proferri.iaſ.in l.nequicquam.n.59.de offic. Proconſ.com. dicit. Villal.

Sentētia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, licet ſit interlocutoria,habet tamen vim diffinitiuæ Coua. in reſo. lib.1.n. 8.com.dicit,ex Rebuff.l.quòd iuſſit.nu.48.ff.de re iudi.idem.

Idem ante illos dixit Fel.in c.Examinata.in fi.de iud. I.Fich.

Sententia interlocutoria, quò ad partes, tranſit in rem iudicatam, quò ad iudicem tamen non Præp.in c.12.q.1.& iaſ. in l.quid iuſſit,nu.46.de re iud.ff.com.dicit. B.Villal.

De iure regio,iudex habet terminum trium dierum ad illā reuocandam,& ſi ab eo fuerit appellatum.vſq; quo deueniat ad iudicem,ad quem.l.3.tit.2.lib.2.For.ll.& de hoc loquitur l.3.& 5.tit.13.& l.1.tit.15.lib.2.For.ll. idem.

Amplia etiamſi contingat aliquod factum,poteſt reuocari. iaſ.ibi nu.23.com.dicit.

Amplia ſecundò,ꝙ in tantum eſt vera. quòd ſi pars in proſecutione appellationis fecerat expenſas,nō ſunt reſarciendę iaſ.ibi nu.9.com.dicit.

Fallit in interlocutoria.in qua iudex pronuntiauit ſe eſſe iudicem,quia per eum non poteſt reuocari.iaſ.ibi, num.9.communem dicit.

Fallit ſecundo.in interlocutoria bis confirmata,gl.in cle.fi. in ver.ſuper ea.de appel.ſec.Spec.& Car.ibi. & Aufer.in addi. ad Dec.capel.Tol.181. quia tunc per iudicem.nec per partes poteſt reuocari.Et vide Alex.conſ.99.vol.5. idem.

Sententia lata contra Vaſſallos.ſciente domino præiudicat domino quantum ad poſſeſſionem nō quò ad proprietatem, feli.in c.cum ſuper.nu.12.de re iudi.com.dicit. idem.

Sententia ex teſtimonio periti in arte. nunquam tranſit in rem iudicatam,Hier.Cag.in l.conſil.de reg.iuris ff.n.32.com. dicit. idem.

Sententia quæ tranſit in rem iudicatam non poteſt impugnari ex eiſdem actis,Curt.iu.conſ.9.nu.6.com.dicit. idem.

Fallit ſi appareat euidenter iniqua ex eiſdem actis.quia nūquam tranſit in rem iudicatam Curt.iu.124.nu.14. com.dicit & eſt ipſo iure nulla.iaſ.in l.errorem.n.11. C.de teſtam. com. dicit. idem.

Sententia prolata nō viſo proceſſu.eſt ipſo iure nulla,ſi conſtat,Ant.de Trem. in addi.ad Bona.in pract. excepti.in rub.de impe.executi.nu.17.in verb.alij caſus,verſ.quid autem de publicatione teſtium com.dicit. idem.

Sententia lata pro abſente non contumace,non valet, iaſ. in l.nequicquam,ff.de offic.Proconſ.& in l.furio.n.3.de re iudic.ff.com.dicit.

Amplia iſtam cōem etiam ſi ſit lata in fauorem furioſi, vel abſentis qui non potuit citari, franq. de aret.in c.cauſam quæ, de iudi.nu.23.ex Ant.ibi & ex gl.in l.furioſo.& in l.quęſitum. ff.de re iud. idem.

Sententia diffinitiua,vel interlocutoria parte cuius intereſt. non citata.non valet,Ant.de Trem.in addit.ad Bonac.in prac. excepti.nu.17.in fi.commu.dicit. idem.

Sententia referens ſe ad aliquod inſtrumentum quòd non eſt in proceſſu,non valet ſecus tamen ſi eſt in proceſſu iaſ.in l. ait prætor.§.ſi iudex.n.19.ff.de re iudi.cōem dicit,quia ad alia acta iure poteſt ſe referre Sebaſt.Vantius de defectu proceſſu: & ſollenni.nu.105.com.dicit. idem.

Amplia, etiam ſi iudex ſit informatus de dicto inſtrumento,non tamen producto in iudicio.Coua.Reſo.lib.1.c.1.n.9. com.dicit ex Aret.in c.3.de accuſa.num.14.

Sententia prolata de nocte nō valet,iaſ.in l.non minorem, nu.3.C.de tranſactio.com.dicit. B.Villal.

Sententia lata pro maiori contra minorem ex falſis teſtib. aut probationibus,eſt ipſo iure nulla,& non eſt neceſſaria reſtitutio,iaſ.in l.ſi quis ad quem.ff.de acquir.hære. cōem dicit. Si tamen proferatur contra maiorem, non eſt ipſo iure nulla, ſed cum beneficio reſtitutionis in integrum petito intrà quadriennium,ſec.magis cōem opi.vt atteſtatur Ant.de Tremo. in addit.Bonac.in rub.de excepti.& Be.nu.3.in verſ.vel inſtrumenta. idem.

Nota iſtam cōem ad intell.l.1.titu.26.part.3.& eſt maximi effectus,quia ſi eſſet ipſo iure nulla, deberet nullitas proponi intra 60.dies à tempore latæ ſentētiæ, per l.2.tit.15.lib.3.ord. Sed cum requiratur reſtitutio,ſufficit quod proponatur intrà quadriennium,quod nota.Et circa iſtam.l. nota dictum notabile,Balbi in tract.de præſcrip.in 4.part.4.q.52.nu.4.cum ſeq. vbi dicit, quod ſi apparet de nullitate, manifeſtè in ꝑpetuum poteſt dici de nullitate, ſecùs tamen, quia non durat niſi per triginta annos. idem.

Sententia, in qua non eſt appoſitum verbum, abſoluo, vel condemno,non valet,iaſ.in l.errore.C.de teſta.nu.3.communem dicit. idem.

Sententia in vna parte inualida quando ſunt plura capitula, non eſt in totum inualida,Anto.Nic.in concord.gl.concord. 55.com.dicit. idem.

Sentētiam nullam ex turpitudine iudicis non poteſt iudex, qui protulit corrigere, nec aliter pronuntiare, Pan.in c.oporteat.nu.6.de accuſ.com.dicit. idem.

Sententia iniuſta, quæ tranſit in rem iudicatam,ſi hoc conſtat per confeſſionem partis,vel ſi id ſit notorium,condemnatus reſtituitur,non obſtante re iudicata, Alc.c.nouit.de iud.n. 40.cōem dicit.Et poteſt etiam retractari per Euangelicam denuntiationem,Curt.iu.in conſ.104.nu.4. comm.dicit.& vide Boer.deciſ.306. idem.

Sententia arbitramentalis, quæ tranſit in rem iudicatam à partibus homologata,debet obſeruari.Cur.iu.conſ.177. nu. 13.com.dicit. idem.

Sententia lata per arbitros cum clauſula arbitratorum, & arbitrorum ſi pronunciant tanquam arbitri, & arbitratores, cenſetur prolata tanquàm ab arbitratoribus,Io.de Rip.in lib. 2.reſponſ.c.2.nu.5.com.dicit. idem.

Sentētia poteſt proferri de conſenſu partium per iudicem ordinarium,arbiter autem non poteſt iaſ.l.ſi conuenerit.de re iudi.n.7.ff.cōem dicit,quam intellige,ſi à partibus non ſit homologata,ſecùs tamen,cum pariat actionem in factum, Bart. d.l.ſi conuenerit.

Nota quòd ſententia arbitri homologata ex compromiſſo, rato manente pacto, producit actionem in factum,iaſ.in l.ait prætor,nu.12.ff.de re iudicata.com.dicit. idem.

Sententia ſi per iudicem appellationis ſit confirmata, producit actionem,& ex ea agitur & non ex prima, iaſ.in l.res iudicata,nu.11.ff.de re iudicata.com.dicit. idem.

Fallit,ſi ſentētia appellationis, ſit confirmata ex deſertione primæ per lapſum fatalium, cùm ſit interlocutoria, agitur ex prima,iaſ.ibi nu.4.com.dicit. idem.

Sententia lata contra hæredem,per quam eſt pronūtiatum teſtamentum nullum, præiudicat legatariis,Alex. in l.ſæpe.ff. de re iudic.magis cōem dicit,vt refert Ant.de Trem.in addit. ad Bonac.in pract.except.in rub.de excep.& Bene.nu.5.in verbo,nota autem nono. idem.

Sententia licet ſit pronuntianda in loco maiorum, tamen propter neceſſitatem eminētem,poteſt proferri ſuper turrim, iaſ.in l.ab antiquis.C.de teſtam.com.dicit. idem.

Sententia continens certam diſpoſitionem,licet adiiciātur (prout hactenus ſolitum eſt)illa verba non faciunt conditionem, nec oportet aliquid probare, quando petitur executio Curt.iu.conſ.79.nu.3.com.dicit. idem.

Sententiæ verba ſtrictè ſunt intelligenda.Curt.iu.conſ.74. comm.dicit. idem.

Sententia,vel proceſſum in fauorem falſi procuratoris,dominus poteſt ratificare, ſiue maior, aut minor, iaſ. in l.licet.de

procurat.C.num. 10.communem dicit. idem.

Sententia contra principalem lata non habet executionem paratam contra fideiuſſorem contractus, in fideiuſſore verò iudicij ſecus,ſec.gl.in c. 1.de iniur.& dam.dat.in 6.in ver.prægrauatur.& Bart. in l. 1. ff.iud.ſol.ſed agi debet ordine iudiciario ſeruato actione ex ſtipulatu , & quomodo agendum ſit docet Imo. in cap.peruenit.de fideiuſſo. qui opinionem gl.& Bart.vbi ſuprà com.dicit. Turzan.

Sententiæ, quæ in rem tranſiuit iudicatam ſtandum eſt, & pro dicto eius proceſſu præſumitur ſiue de præſenti ſiue de antiquis & ſiue in præſentem,ſiue abſentē lata ſit.Inn.& Imo. qui aſſerunt hanc cōem in c.cum in iure peritus.de offi.deleg. Fel.in c.quoniam contra.verſiculo quarto concluſio, & verſ. tertio,concluſio.de probationibus. idem.

ſententia poſt peremptam inſtantiam lata,dicitur eſſe nulla, vt doc.communiter tradiderunt in l.properandum. C.de iud. & in c.de cauſis.de offic.deleg. Io.And. in addit.ad ſpec. in tit. de iud.deleg.§.teſti.verſ.quid ſi ſtatuto.& Bald.in l.obſeruare. §.proficiſci.ff.de of.proc.& leg.& in c. ex ratione,de appel.cuius rei illa eſt rō,quia lapſa inſtātia perinde firma remanet prima ſententia,ac ſi nūquam appellatum fuiſſet.l.2.in fi.§.illud. C.de tempt.appella.l.ſi contra.C.de appella.& d.cle.pe.ſicque huiuſmodi ſententia lata cenſeretē à non ſuo Iudice.c.at ſi clerici,de iudi.& toto titulo C.ſi à non compe.iud.iudi.fu.idem.

ſententia contra maiorem abſentem, contumacem,per dolum,& falſas probationes producentem lata,eſt nulla præſertim ſi iudex ſecutus fuerit probationes huiuſmodi vt probatur in l. ſi prætor.§. Marcellus & ibi gloſſ. Bart. & alij de iudic. Abb.in c.cum venerabilis, de except.& plenius in c.licet cauſam de proba.probatur etiam in l.qui agnitis eo.tit. de excep. faciunt l. 1.2.& 3. C.ſi ex falſ.inſtru. & quod notatur in l.querela.C.de falſ.Io.And.in d.c.licet cauſam,hācque opinionem ſecutus eſt ſoci.in conſ. 18.in 1.parte. idem.

ſcribit iaſ.in §.bonæ fidei.col.mihi. 3.n.6. quòd ſi ſententia iudicis,ſiue iudicium delegatorum ſit iniqua, erit quoq; nulla,nec poteſt eſſe iniqua, quin ſit etiam nulla,ea, inquit,ratione, quia illis mandatur, vt iuſticiam faciant.ſi igitur iniquam ferant ſententiam mandatū non adimplent, verum contra illius formam pronuntiant,conſequenter nulliter, c.cum dilecta,de reſcr.cum aliis vulga.q̄ iaſ.ſententia alio ſic corroborari poteſt meo: ſi compromiſſum fiat in aliquem, ſeu aliquos ea lege,quod de iure tantum decidant,& definiant,ſi quidem arbitri contra ius pronuntient, laudum erit nullum.l. non diſtinguemus.§.fi.ff.de recep.arb. Bar.in l.diem proferre.§. ſtari. ff.e.Aret.conſ.68.verſ.3.oſtenditur.Cor.conſ. 177.lib.2.ergo idem dicendum in iudice delegato,cui mandatur,vt pronunciet,ſecundum ius.ſed contra iaſo.dictum inuehitur, & tenet Fel.c.in cauſam,quæ,de re iud.ſequitur Rip.in l. qui Romæ.§. duo fratres.ff.de verb.obl.& breuitatis ſectator & amator,veruſque leg.interpres.But.Aſten.cōſ.69.verſ.7.ipſe delegatus. Pro opinione verò iaſ. tenet Cor.conſ. 177.n.27.lib.2.Ita demum ſi expreſſe mandatum ſit iudici delegato, ꝙ prout de iure pronuntiet,ſequitur Oldr.conſ.93.magiſter ordinis,ver.& ſic cum iuſtas cauſas.conſ.295.orta materia.Barb.ca.prudentiam,& c.in literis.de offic.deleg.Fel. tamen vbi ſupra dicit illam opi.com.ſed dici poteſt iaſ.& ſequa.opi.procedere poſſit. quando diſpoſitiuè demandaretur,ꝙ de iure pronunciaret,& non ſub verbis illis generalibus iuſtitiam faciat, quia tunc,licet demandatum ſit ꝙ tacitè ineſt,illa tamē diſpoſitiua expreſſio aliquid operari debet, iuxta text.l.ſi quando.ff.de leg. 1.& in c.ſi Papa de priuil.in 6.cū ſimil. & pro hac declaratione ſeruit dictum Bar.in d.l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbit.Abb.d.c. cum dilecta.de reſcript.Fulg.conſ. 11. F.Turzan.

ſententia lata de nocte. quaſi extra tempus ſtatutum à lege prolata,& quando poteſtas iudicis ſuſpenſa videtur non valet, ſecundum gloſ.Bar.Abb.Bald.Ang.Paul.caſtr. Alex.& Iaſ qui aſſeruit opinionem iſtam eſſe communem in l. nō minorem. C.de tranſact.& in l.more.vbi gloſſ.& alij.ff.de fer.& Iaffre.in deciſ.412.vbi ſcribit quoque iſtorum ſententiam eſſe cōmunem,& ſequitur glo.Ang.& omnes in §.omnis.inſtit.de verb. obl.vbi ipſe Ang. inquit opinionem præmiſſam Bart. ſeruandam fore,& quod recedens ab ea litem ſuam faceret,& inquit communem, declarat & ſequitur pariter ſubtiliſſimus & celeberrimus in legendo: & conſulendo hac tempeſtare D.Thobias Nonius peruſinus in dic.§.omnis.num.22.& ſeq. & Maranta in tractat. iudiciorum in 6.patr.3. & vltimæ partis, in 1. actu nu.91.In contrariam verò partem inclinauit Hoſtienſ.in ſumma de iudic.§.qualiter & glo.& Butr.in c.conſuluit,extrà de offic.deleg.quorum opinio procederet abſq; dubio,quando ambę partes eſſent præſentes,& non contradicerent.quando vltima dies inſtantiæ & iuriſdictionis expiratura eſſet, aut quando accederet expreſſus partium conſenſus,ſiue quando iudex negociorum multitudine impeditus de die pronunciare non potuiſſet, aut quando conſuetudo in loco vigeret: vt nocturno tempore ſententia feratur, & ſic in omnib.iſtis caſibus prædicta Hoſtienſ.opinio procederet, & ſententia lata de nocte valeret & teneret,prout communiter declarant doc.in locis præcitatis.& Canoniſtæ in dicto c.conſuluit.vbi Feli.Io. And.in addi.Spec.de ſent.§.iuſta.in verſ.de nocte.iaſ.in d.l.nō minorem & Iaffredus in d. deciſ.412. vbi meminit de iſta cōi, & prædictas limitationes,ſeu declarationes & alias quampluress poſuit vberius vtilius,ac diſtinctius quam alius, quē hucuſque viderim D. Thob. in d. §. omnis, & aduerte ad præmiſſorum declarationem,ꝙ nox dicitur quando tenebræ ſunt ſuper terram, adeò ꝙ homo de facili non cognoſcitur. c.ſi perfodiens,extra de homic.quem tex.ad hoc citat Ang. in l. 1.C. de cuſto.reo. declarat. Bal.in d.l.more.in princ.& refert Dec. conſ.354.in caſu in fi.& aduerte etiam,quod quando ſententia ipſa fertur de nocte in dictis caſibus tria luminaria adeſſe debent ſecūdum Bart.Ang.& omnes in d.§.omnis.& ego tam in cauſis ciuilibus quàm in criminalib.multoties in regno dū eram iudex, impeditus de die nocte protuli ſententias,tribus tamē luminaribus accenſis, & ita vidi obſeruari multis vicib. me patrocinante, quamuis iudices non teneantur,nec cogi aliquo modo poſſint ad pronunciandum de nocte de iure cōmuni, nam magiſtratibus temporibus verſpertinis in publicū eſſe non cōuenit l.2.§.deinde cum eſſet ff.de orig.iur.ſed cauſas audientes matutino,mox meridie,& demū veſpere,id eſt, ante noctem ſedere debēt.§.ſedebunt.in auth.de iudic.& hoc idem in regno ſancitum reperio in conſtitutione baiulos,diſponente, ꝙ omnes iudices à mane vſque ad veſperas præter neceſſarias horas comeſtionis & ſomni ſui copiam omnibus præſtare teneantur. F.Viuius.lib.2.opi.248.

Sententia capitalis non debet ſtatim executioni mandari, ſed debent expectari decem dies à iure communi conceſſi ad appellandum,communem dicit Pariſ.de Put. de ſyndicat.nu. 11.fely.in cap.quærenti.numer.tertio. de officio deleg.quem refert Didacus pract.quęſtio.vigeſimatertia.numero quarto, Boſſ.in titu.de Appellation.numero quarto.Sed quidquid ſit de iure,contrarium ſeruatur conſuetudine,vt atteſtatur Bart. in l.qui vltimo.in fi.ff.de pœnis,Pariſ.de puteo in loco allegato.Dias regul. 110.Pract.Foller.nu. 5. Clar.d.§.fi.q.96.in prin. P.Fichard.

Sententia capitalis ſi vigore ſtatuti contra aliquem lata ſit, in caſu tamen quo neque à iure communi neque ipſo ſtatuto bonorum publicatio imponitur,tunc ex tali ſententia nō venit confiſcatio in conſequentiam. communem dicit Boſſ.in ti.Banniti quid admittant,n. 11.Cla.d.§.fi.q.78.ver.ſed pone. idem.

Sententia publicationis bonorum trahitur etiam ad bona ſita extra territorium confiſcantis.communem opinion.legiſtarum & canoniſtarum dicit Roman. Sing. 572. quem refert Auguſt.ad Ang.de malefic.in verbo,& eius bona. nume.7.in fine.relatus per pract. Conrad. Hanc etiam communem dicit Arno.Epito.75.meminimus.Bona autem ipſa applicantur domino,in cuius iuriſdictione ſita ſunt.com.Bru.conſ.31.feudali,nu. 16.Roland.conſ.78.nu. 14.libr.2. Intellige tamen quòd hoc procedat, modò ille dominus habeat etiam ipſe ius confiſcationis bonorum,aliàs ſecùs,vt cōem dicit Rom.d.ſingu. 572.quem refert & ſequitur Affl.dec.282.n.16.item intellige, modò confiſcatio fiat ſecundum ius commune,ſecùs ſi fieret ex ſtatuto vel lege ſpeciali,vt com.atteſtatur Boſſ.de bon.public.n.62.Cephal.conſ.79.n. 15.lib. 1.Intellige etiam vt nō cedat de bonis immobilibus.nam bona mobilia non circunſcribuntur territorio, & ideò applicantur domino confiſcanti,etiam ſi extra eius territorium ſita ſint. Ita tenuit Bal. in l. mercatores.n. 1.C.de commerc.& mercator.Et licet idem poſtea in c. 1.n.6.de pace tenenda , contrarium tenuerit,tamen prior eius opinio in d.lege mercatores, magis eſt approbata,vt dic. Carauita ſuper 132.ritu mag.cur.num.3.& ſeq.quam tamen Clar.dicit ſe nunquam vidiſſe obſeruari.d.§.fi.q.78.verſ. Sed hic quæro. idem.

PRO.ſententia à non ſuo iudice lata,eſt nullius momenti. in l.fi.C.ſi à non comp. iud.c.in clericorum. 11.q.j.c.in primis. in fi.2.q. 1.c.at ſi clerici.ext.de iud.c.ad audientiam de cōſuet. ext. Bellon.

PRO.ſententia debet eſſe conformis libello.l.vt fundus.ff. com. diui.l.fi.de fide.lib.C.c.licet Heli.de ſimo. idem.

Sententia diffinitiua lata ex falſa cauſa , valet meo iure,licet ſit iniuſta. l. 1.§. item cùm contra ſacras conſtitutiones.ff.





quæ ſenten.ſine appel.reſcindan.leg.cùm putarem.ff.familiæ herciſ.doc.in l.ſi prætor.§.Marcell. ff.de iud.& in l.Diuus.ff.de re iud.Bart.Soc.in l.qui agnitis. ff.de except.& in l.iuſtè poſſidet.nu.6.ff.de acquir. poſſ. propterea reſtitutionis remedium quo ad retractationem neceſſarium eſt,d.l.diuus.& ibi doc.ff. de re iud.quam ſententiam cōem eſſe ibi doctor.teſtantur.Et Syluest.Aldobran.in §.ſi quis autem.n.8.& 13 cum ſeq.Inſtit. de excuſ.tut.vel curat.quamuis ipſe putet per d.l.qui agnitis. defendi poſſe in ſententia non opus eſſe reſtitutione,cùm cognita rei veritate non detur rei iudicatæ exceptio , quæ daretur ante reſtitutionem,ſi mero iure valeret.Adde l. 1.& 2.C.ſi ex falſis inſtr.Præterea cùm ideò ſubſiſtat rei iudicatæ authoritas,quia lex præſumit ei veritatem ineſſe. l.ingenuum. ff.de ſtatu hom.l.res iudicata. ff. de reg.iur. detecta autem veritate rei & falſitate inſtrumentorum iam eneruatum ſit fundamentum d.præſumptionis, cū nihil magis repugnet veritati quam falſitas quæ eſt veri immutatio , ſequitur quod ſententia ipſa vitiatur ex vitio intrinſeco,quod ineſt ipſi ſententiæ,ideò nō eſt neceſſaria reſtitutio, quæ ſolet reparare ea quæ accidūt rei & ſententiæ,non quæ inſunt,vt patet in l. 1.ff.de integr.reſtit. & hoc eſt de mente gl.in l.ſi fideiuſſ.§.in omnib.in verb.ceſſat. in fi.ff.mandati.& per alia nonnulla.quę & ſimilia argumenta ante illum iaſ.in repet.l.admonendi.nu. 10.& Io. Corr.ibid.in §.incipien.ſpecies facti.n.22.& Zaſ.noſter in d. l.Diuus Adria.nu.6.7.8.& 9.& d.l.qui agnitis.n.6.cum ſeq.Item idem Zaſ.in lib. 1.ſingul. reſpon. c. 13.incip. ſententias tranſactioneſue ex falſis inſtrumentis datas,ſine in integrū reſtitutione retractari adduxerunt. tamen ſententia cōis à pleriſque doct. plurib. optimis & bonis argumentis defenditur.gl.in verb. denegandam.in d.l.ſi prætor.§. Marcellus. & ibi doct.in d.l.admonendi.& in d.l.Diuus. & ibi maximè iaſ.nu.7.& in d.l.qui agnitis. Abb.in c.cùm venerabilis n.41.Dec.n.31.& 32.ext.de excep. quorum argumenta ibi quilibet per ſe videre poterit.kircho.

Sententia expertorum peritorumq; in arte,vt ſunt Medici, obſtetrices, extimatores, ſimiles qui de credulitate iurant, & non de veritate,nunquam tranſit in rem iudicatam, ita quòd perpetuò ab ea poſſunt appellari, ac poſſunt retractari,reuocarique ipſa ſententia poſt tempus datum ad appellandum,ſi ſuperueniret dictum aliorū magis peritorum, qui cōtrarium dicerent,ꝙ prædicti imperitè extimauerunt,& iudicauerunt, ſec.Io.And.in addi.Spec.in tit.de homicid.§.fin.ver.ſed pone. Bald.in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir.ff.ſol.matr.Ang.in l.ꝙ ſi mancipium.ff.de ędil.edict.Ant.& omnes in c.propoſuiſti.de probatio.iaſ.in l.admonendi.ff.de iureiur.Barb.& Dec.n.42. cum aliis ſeq.in d.c.propoſuiſti.Maran.in trac. iudiciorum.in 6.par. in 1.actu.nu. 141.& Marſil.in l. 1.in fin. aliàs ſi quis vltrò.ff.de quæſt.n.55.vbi ſcribunt iſtam eſſe cōem opi. & ita conſuluit Io.de Amic.conſ. 102.vbi n.4.pariter dicit iſtam communem ſententiam fore,prout aſſeruit quoque Grammat.conſ.ciuili. 118.nu.2.& Cag.in reg.conſilij.ff.de reg.iur.n.32.ſed ſi appellatio interpoſita extitiſſet ab hac ſentētia expertorum vtique curreret, & periret inſtantia appellationis vnius anni circulo, quemadmodum in cæteris iudiciis,& poſſet ipſa ſentētia exequi,vt in c.ex ratione.de appel. & ita conſuluit Grammat. in d.conſ.ciuili. 118.item interpretatur dicta communis nō habere locum,vbicunque experti aſſumpti forēt accedente ambarum partium cōſenſu,tunc quippe ſententia iſtorum retractari nequit,ſec.iaſ.in d.l.admonendi.& Maran.vbi ſuprà. F. Viuius lib.2.opin.249.

Sentētia,qua iudex ſimpliciter pronūciauit,prout in conſilio ſapientis, ſeu conſultoris continetur, qui in eo retulerat Titium condemnandum, valet, & tenet propter relationem factam ad illud conſilium,ſec.Pet.Cy.& Bald.in l.j.C.ſi aduer. lib.Ang.in l.qui ſe dicit.ff.de iud.Abb. & Dec. in c.cùm venerabilis.de exceptio.n. 142.& Marant.in tract.de iud.in 6.part. 3.par.n. 126. ſuper primo actu, in quibus locis recitant iſtam eſſe cōem opi.Hoc verò limitatur non procedere vbicunquę iudex diceret in ſententia pronuncio in omnibus,& per omnia, ſicut pronunciauit talis iudex in tali cauſa, tunc profectò huiuſmodi ſententia non valeret aliquo pacto,ſi quidem certificatio nulla fit per relationem ad acta eiuſdem inſtātiæ, ſec. Ang.& Imol.in l.ſi conuenerit.ff.de re iud. ſpec.in tit.de ſent, pręla.§.qualiter.ver.ſed ſi iudex.vbi pariter Io.and.in add.hoc firmat Ang,& iaſ.in §.curare,nu.37.inſtit. de actio.vbi ſcribit iſtam eſſe cōem opi.fallitq; ſimiliter præmiſſa cōis non habere locum,qn̄ iudex formaliter aſſereret pronuncio abſolutionem,vt in conſilio,hoc enim caſu,cum iudex ipſe futuri temporis verbis vtatur non valet ſententia, ſec. Bart.in d. l. 1. C.ſi aduer.lib.& Dec.in d.c.cùm venerabilis.vbi nu. 144. præſuppponit iſtam eſſe cōem opi.ſed ſi iudex diceret in ſentętia,condemno ſi eſt probatum aliter abſoluo,hoc caſu abſque dubio valet ſententia iſta,ſec.Ang.in d.§.curare. & ibi iaſ.nu.39.qui explicat opin.hanc.com.fore. F.Viuius lib.2.opi.250.

Sententia eſt nulla.quæ pendeñ dilatione fertur, quia dilatio pendeñ termino non currit,teſte iaſ.conſ. 10.lib. 1.in l.qui tribunali n.37.ff.de re iud.ſed de nullit.ex defec.iuriſd. ord.n. 157. Quam concl.limita,niſi cauſa ob quam dilatio conceſſa fuit: ceſſaret,aut iudex eam reuocaſſet,quia tunc iudicis officium non conquieſceret,ſec.Bal.in c.2.de dila. Alex.conſ.34. in ſi.lib.2.Tiraq.tract.cauſ.ceſſ.part. 1.n.74. finge iudicem alicui tēpus ad compareñ vel reſpondeñ. poſitionib.præfixiſſe: Ille verò ſtatim comparuit,& reſpondit,tunc iudex non alr̄ exſpectato termino dictorum trium dierum:ad vlteriora,iure ꝓcedere poteſt,cum finita ſit cauſa dilationis, teſte Bart.& aliis in l.à filia §.alumno ad trebell.Rom.conſ.503.col.3.ver.moueor.idem erit qn̄ iudex dilationem reuocat ex not.per Aret. l.ſi quis hæres.2.ff.de acq.her.quam tamen reuocare poſſe intellige,cauſa deficieñ,vt per Io.And.ad Spec. titu.de dilat.§. 1. verſic.probatoria. Quæ omnia limita, vt per iaſon.d.l.qui tribunali.q.vl.vbi reg.negatiuam tradit, ꝙ pendeñ dilatione nihil à iudice eſt innouandum,quam ēt pluribus modis limitat.

Sententia arbitralis,propter magnam iniquitatem,& maximam læſionem,ſemper poteſt peti,ꝙ reducatur ad arbitrium boni viri.Ita dicit Dec.in conſ.39.iuridicam eſſe arbitror ver. 2.principaliter laudum impugnatur,vbi poſt plures,quos allegat,ſubdit, ꝙ ita ſe habet communis opinio, & obſeruantia, allegando etiam alios doc.qui ita dicunt,vt per eum.Soci. iu. in conſ.94.n. 1.vol.4. E.Muſcul.

ſententia declaratoria requiritur,vt quis ex culpa ſeu negligentia poſſit feudo priuari,ſec.Bald. per illum tex.in cap. 1.de feud.ſine culp.non amitt. & bene probatur in cap. 1.qualiter dom.prop.feud.priue. Vbi etiam Bal.Dicens:quod ibi eſt optimus text.quòd licet euidens culpa ſit,& notoria,tamē requiritur ſententia priuatiua,vt per eum.Et ita voluit Paul.de caſt. in conſ.84.q.iſta vertitur.verſ.præterea vt ſupra dixi vol.2.in nouis.Et ita ſe habet Communis opin.vt per Curt.iu.in conſ. 142.Habita diligenti conſideratione.n. 11. & per Soci.iun.in conſ. 1.nu.87.vol.4. idem.

Sententia lata contra impuberem indefenſum , eſt nulla.l. cum & minores.& ibi per doct.C. ſi aduerſ. rem iud.& l.acta. §.fina.ff.de re iud.Et ibi etiam tradunt doct.cum concordant. vt per Dec.in conſ.411.viſis his.n.4.Et dixit Ang.in l. 1.ſuper glo. 1.C.qui pet.tut.vel curat.Et non ſolùm in Ciuilibus procedit, verùm etiam in Criminalibus, vt docet Bart. quem alij ſequuntur in l.contra Pupillum.in ver.quęro quid in criminali.ff.de re iudic.Et allegat tex.in l.clarum C.de authorit.præſt. Et ibi etiam doct.idem volunt.Soc.iu.in conſ. 1.nu.80.vol.4. comm.aſſirmat. idem.

ſententia lata contra non citatum,eſt ipſo iure nulla.Clem. paſtoralis.§.cæterum.& ibi tradunt.doct.de re iudic.& probatur in c.nuper.de decim.& ita per illum text. firmat Soci.ſen. in ſuo ſolennt tracta de citat.in 7.artic. ver.quartò procedit, vti eum allegat Soc.iu.in conſ.76.nu.32.vol.4. E.Muſcul.

ſententia lata ex probationibus priuilegiatis, ſicuti ſi fertur ex teſtimonio partis aduerſæ in ſupplementū ſemiplenæ probationis,& in multis aliis caſibus,quod eſt contra l.omnibus. C.de teſtib.cum ſimilibus,nunquam tranſit in rem iud.intantum quod perpetuò,ſemperque apparentibus veris probationib.reuocari poteſt, ſec.Inn.in c.tua nos.ext. de cohabi.cleri. & milie.Bar.Rom.Alex.Iaſ.& omnes in l.admonendi.ff.de iureiur.Ang.in l.ſub ſpecie C.de re iudi.Anto.Imol.cæteroſque Cano.in c.propoſuiſti.de prob.Pano.in c.ex tuarum.de purg. cano.Deci.in d.c.propoſuiſti.n.44. & Io.de Ami.conſ. 102.n. 4.vbi exprimit iſtam eſſe cōem ſentētiam:& ſequitur,ac limitat Marant.in tract.iudiciorum,in 6.par.in 1.actu nu. 146.vbi n. 130.cum aliis ſeq. refert.24.caſus, in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam. F.Viuius lib.2.opin.251.

ſententia lata ex præſumptionibus non tranſit in rem iudicatam,vt habetur in l.ſi qui adulterij.C.de adul. ſecund.communem intellectum,de quo per feli.poſt alios,in c.propoſuiſti.ext.de prob. F.Viuius lib.2.opi.252.

ſententia quando eſt nulla , quia eſt defectus in ſententia, ſeu in concernentib.ſententiam ipſam,& non in reliquis ſubſtantialib. ipſius proceſſus, tunc iudex appellationis illam reformare poteſt.Alex,de imol.conſ.53.nu.1.libr. 5.conſ.Deci. in rub.ext.de appellat.nu. 12.ver.2.Abb.hic concludit. Aym. Crauet.conſ. 140.nume.8.1.part.conſ.quam opinio.communem eſſe inquit Rolan.à Valle,conſ.41.num.40.tom. 1.conſ. kirchouius.

ſententia ſuper legitimo ſtatu facit ius quoad omnes. Bal.

in l.ingenuum.n.6.ff.de ſtatu hom. Io.fab. in §.præiudiciales. n.17.cum ſeq.Inſtit.de act.doct.in c.cauſam.2.ext.qui filij ſint legitimi.Et hanc ſententiam cōem eſſe refert Zaſ.in l.ſæpè.n.65.ff.de re iudic.Et quomodo hoc intelligatur in allegatis locis,doct.ſatis copioſè declararunt. Kirchouius.

ſententia quamuis ipſo iudicis ore pronunciari debeat,tamen generali Italiæ conſuetudine illam notarius recitat.ac iudex ſubiungit,ita abſoluo,vel ita condemno,vt atteſtatur Vital.de malef.in rub.de pœ.condemnat.n.26.Iul.Clar.in pract. §.vlt.q.93.in princ. Quin & iudicis ſubſcriptione ſententiam vallari ſufficiet,tametſi non eiuſdē manu exaretur.cōe inquit Eman.à Coſta in l.ſi ex cautione.verſ.2.ſpecies. C.de non nu. pecun. E.Suarez.

ſententia vt perfecta eſſe,ac ſuis omnibus numeris conſtare intelligatur,expletumq́ue iudicis officium exiſtimetur, neceſſe cum primis eſt abſoluendi,vel condemnandi verbum illi inſeratur,alioquin nec verba illa ſufficient,lata, data, &c.vt frequenter placitum inquit Alex.conſ.118.omnis.nu.12.lib.3.nec ſententia ipſa aliquid valebit cōe ſcribit iaſ. in l.errore. nu.tertio.C.de teſtamentis. idem.

ſententia,ſi ꝯſultor dicat in conſilio,aliquem fore condemnandum,vel abſoluendum,& iudex in ſentētia dicat:Pronuncio ſecundum formam conſilij:non valet ſententia, ſecūdum glo.in l.1.in verbo,admittit,ad finem, iuncta gloſ.in l.fin.C.ſi aduer.liber.& ibidem Bart.Specul.in tit.de excep.§.viſo.verſ. porrò in Italia.ibi,ego puto,&c. & ibi Io.And.in addit. idem ſentit Bald.in l.ſolent.ff.de offic.procon. Imo.in c.ſi pro debilitate.ext.de offic.deleg.Fede.de ſenis conſ.204.do.Præpo.in c.dilecto.ext.de appel.Sal.poſt Iac.But.in d.l.licet contrarium ibidem ſenſerint Pet.Cy.ac Bald.& Angel.in l.qui ſe dicit ſuis nummis.ff.de iudic.Panor. & Fel.in c.cum venerabilis.ext.de excep.Quorum opinio ſecundum Spec.vbi ſuprà,poſſet procedere in interlocutoria,non in diffinitiua. Balb.deciſ.1.

ſententia lata contra infirmantē,vel alio iuſto impedimento impeditum hoc ſciente iudice,eſt nulla.ſi autem ignorabat iudex,valet:ſed reſtituitur,ſecundum Bart.in l.quęſitum.ff.de re iud.& in l.2.ff.de appel.recipien.Et eſt conſilium,ꝙ citatus mittat excuſatorem ad nunciandum iudici infirmitatem vel impedimentum,ſecundum Bart.vbi ſuprà.Niſi fama eſſet vel notorium de ipſa infirmitate vel impedimento:quia tunc nō requiritur dicta nunciatio,per text.in c.illud.extr.de cleri.excommunic.mini.& glo.in l.ſi tutor penitus.C.de peri. tutor. Et vult Imol, in d.l.quæſitum. Balb.deciſ.16.

ſententia lata pro mortuo, non valet pariter nec decretum in eius fauorem interpoſitum,ſecundum Bart. & communiter doct in l.in ſumma.§.fin.ff.de re iudic.Reprobata gloſſ.ibi quæ viſa eſt tenere contrarium. Balb.deciſ.27.

ſententia arbitri lata per pecuniam tenet ipſo iure.l. ita demum,cum glo.1.circa fi.ff.de arbi.gl.fi.in c.cum ab omni,ext. de vita,& honeſt.cle.Secus in ſententia iudicis.l.venales.cum glo.in verbo infirmas. C.quando prouoc.non eſt ne. Balb. deciſ.165.

ſententia lata contra ſtatutum particulare loci eſt nulla,ſec. Bal.in l.2.C.quando prouoc, nō eſt ne.Bart. in l.cum prolatis. ff.de re iud.dummodo ſit incluſum in volumine ſtatutorum: aliàs ſecus.idem Guido de ſuſa.in ſuis quæſtionibus ſtatutorū in 3.col.& fel.in c.1.ext.de re iud. Balb.deciſ.166.

ſententia clauſula appoſita in ſententia,prouiſo ꝙ quoties per libros rationum de aliquibus ſolutionib.conſtiterit,quid importet,& operetur:Dic,quòd importat conditionē reſolutiuam ſntiæ quoties poſtea conſtaret per libros rationum,vel aliàs de aliquibus ſolutionibus,ſecundum Bertr. conſil.335. lib.2.1.par.num.14.& ſic licet ſententia prima facie videatur pura: propter tamen ſequeñ. reſeruationem efficitur conditionalis,gl.in l.item labeo.ver.ſed ſi pure. ff.famil.erciſ.Bertr. d.conſ.vſque ad numer.17.pro quo vide quæ ſcribit Dec.in l. plerunque.cir.fi.de reg.iur.iaſ.in l.qui Romæ. §.augerius.n.9. ff.de verb.oblig. & fac.quæ not. Bar.in l.iulianus. nu.39. ff.de cond.indeb.Quid de dictione niſi poſita in ſententia,quid importet,puta,ſi iudex dixerit pono te in banno, niſi ſolueris x. intra menſem,& Dic, vt per iaſ.in l.ſi eum. §.qui in ius.nu.27. & ſeq.ff.ſi quis caut.

ſententia ſcripturam in ſententia de neceſſe requiri , not. doct.l.1.& per tot. C.de ſent.ex breuic.reci.Bar.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de off.proconſ.& ſi in ea reperiretur dictio abreuiata ex.non poſſet fieri extenſio, ſecundum iaſ.in repe.l.gallus. §.idem credeñ.numer.7.ff.de lib.& poſthum.ex quibus autem nulla reddatur ſententia:vide per Alex. conſil. 123.lib.2. Quid quando ex breuitate temporis:& Dic,vt per iaſ.conſ.22.lib.1. Deci.conſ.295.col.vlt.vbi declarat,& caſus in quibus in ſententia ſcriptura non requiritur: vide per glo. in §.ſancimus.in gl.magna.in auc.de exhib.reis. in auc.vt cler. apud proprios epiſcop. in auc. vt iud. ſine quoquo ſuffrag.§. neccitem ver.in non ſcripto.

ſententia lata ſuper appellatione ab interlocutoria eſt reſpectu partium interlocutoria,licet reſpectu iudicis dicatur diffinitiua,ſi pronunciatur contra appellantem, & remittatur negocium diffiniendum iudici à quo ſecundùm Bal.in Auth.hodie.C.de iura.calumniæ. Balb.deciſ.219.

ſententia nulla , quia lata die feriata ob neceſſitates hominum non poteſt per partes confirmari,aut ratificari tacitè vel expreſsè:quia talis nullitas prouenit ex defectu iuriſdictionis & ſolennitatis ſubſtantialis,cuius ſuppletio & confirmatio in voluntate ratificantis non eſt,ſecundùm Cyn.l.cum antea.C. de arb.Bal. & Pan.in c.prudentiam. ext.de offic.deleg. & per theoricam Inn.ibi,in ver. Item non eſt contrà. Inſtit.de teſta. milit.& ibi, ſed reſpondemus. contra facit l. 2. C.communia vtriuſ.iudi. Balb.deciſ.253.

ſiue ſententia ſit lata pro falſo procuratore ſiue contra,poteſt per dominum ratificari , ſecundùm Bar. in l.ſin autem. ff. de aqua plu.ar.per illum text.& per l.fin.C.ad Macedo.& c.cura.de iur.pat.& ſecundum gl. Bar. & communiter doct.citramontanos in l.ſi mater.§.hoc iure.ff.de excep. rei iud.dom.de Rota,deciſione.459.& do. Præpoſ.in c.dilecto.col.47.ext.de appel.& pro hoc.l.licet.ff.de iudic.l.3.§.falſus. ff.rem rat.hab. licet domini docto.vltramon.tenuerint contrarium,quando pro falſo procuratore lata eſt ſententia:nam tunc dicunt non poſſe ratificari ad præiudicium partis,per gl.nota. in l.ſi indebitum.§.1 ff.rem ra.hab.& in l.fin.§. neceſſitate.C.de bo.quæ libe.& quia quod eſt nullum, non poteſt ratificari.ca. auditis. ext.de elect.nota.per gloſſ.& inn.in c.prudentiam.ext.de offi. deleg.Prima opin.videtur communior,quoniam in caſu pręmiſſo validitas actus pendet à mera voluntate ratificantis,nec voluntas exigitur pro forma.ideo ſubſequens ratificatio validat,inſti.de teſta.mili. §.penul.& ita etiam intelligitur dictum c.cura. idem quandocunque talis voluntas tendit ad bene eſſe , ſeu ad extenſionem præiudicij ratificantis , & ita loquitur d.l.ſin autem.& ibi Bal.& domini de Rota, vbi ſuprà,& gloſſ. in dic.§. hoc iure. Si autem voluntas ratificantis exigitur pro forma & ſubſtantia actus,tunc ratificatio ſubſequens non validat, & eo caſu procedit gloſſ. in d. §. neceſſitate.& opin.vltramon. & etiam quando ſententia eſſet lata in fauorem falſi procuratoris,& contra partem abſentem, licet citatam ad inſtantiam falſi procuratoris:nam tunc cùm citatio non tenuerit , nec ſententia tanquam lata in abſentem non legitimè citatum,ratificatio non validat in præiudicium abſentis,ſecundùm Ang.in d.l.licet.& facit gl.in d.c.prudentiam, dum ponderat , ꝙ duo ex tribus delegatis proceſſerunt contra abſentem,& ſequendo primam opi.in caſu ſuo, ſaltem valebit ſententia in vim pacti.per l.2.C.communia vtriuſque iud. Balb. deciſ.255.

ſententia abſolutoria à iudicij obſeruatione propter libelli ineptitudinem vel actoris abſentiam magis eſt interlocutoria,quàm diffinitiua.c.ad diſſoluendum. ext.de deſpon.impu. & ibi Panor.& Bar. in l.Titia. ff.de accuſat. ſecus ſi abſolueretur,quia actor non probauit,ſecundum gl.ca.de his.extr.eod. Balb.deciſ.262.

ſententia lata contra fiſcum abſente aduocato fiſcali eſt nulla,nedum in cauſa ſtatus,ſed etiam in aliis,ſecun.gl.not.in l.fiſcus.ff.de iure fiſc. Balb.deciſ.267.

ſententia ex cauſis mixtis. ſi in ſententia exprimantur plures cauſæ,quarum aliquæ ſint falſæ, aliquæ veræ:non vitiatur ſententia propter cauſas falſas: ſed ſuſtinetur propter veras, ſecundùm inn io.And.& Panor.in c.in præſentia.extrà,de renunciatio.eundem Panorm.in c.cum inter.in 2.column.in penultimo notabili. extr.de re iudicata. imolam in l.ſi plagij ff. de verb.obligat.facit l.ſi ex falſis.C.de tranſact.idem ſi omnes cauſæ expreſſę eſſent falſę,ſed iudex dixiſſet his & aliis cauſis, &c.vel eſſet vſus verbis præſertim,præcipuè,vel aliis includētibus alias cauſas,quàm expreſſas,dummodo ex proceſſu poſſit apparere de aliqua legitima cauſa:aliàs ſecus,cū iudex non poſſit,moueri niſi ex cauſis contentis in proceſſu.l.illicitas. §. veritas. ff. de off. præſid. ſecund.Panor. vbi ſ.& eſt de mente Bal.in repeti.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infa. col.10. & in l.1. C.de condi.indebi. Feli.tamen in c. ſicut. extr.de re iudicata. tenet tunc ſententiam valere,licet ex actis non appareat de legitima cauſa:quod improbant Rom.in l.ſi is ad quem. ff.de acquiren. hæredit. Butr. in d.cap. in præſentia. & do. Præpoſitus in capit. dilecto. col.8.extr.de appellat. Balb. deciſio. 300.

ſenten



Sententia præcipitanter lata,& tam breui tempore quo veriſimiliter acta maturè videri non potuerunt, eſt nulla ſecundum Bart.& Bald.in l.2.C.de eden.in l.2.C.de ſent.ex breui.reci.Bart.in l.prolatam.C.de ſent.in fi.per c.tum ex literis.ext.de in integ.reſtit.Butr.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.ext. de conſtit. do.præpoſ.in c.dilecto.7.col.ext.de appell.niſi ſecundum fulgoſ. eſſet lata partibus præſentibus & conſentientibus , quaſi tunc præſumitur cauſæ cognitio præceſſiſſe. Balb.dec.357.

Sententia lata pro pupillo,qui fuit in iudicio ſine tutore,valet ſecundum glo.in verbo aduerſus,cōmuniter approbatam in l.1.C.qui legit.perſon.l.non eo minus. C.de procurat.quicquid contra ſenſerint domin.docto. vltramon. in dicta leg. 1. Balb.deciſ.343.

ſententia diffinitiua ciuilis,cauſæ expreſſionem non requirit,ſecus in criminali,ſecundum Iodoc.pract. crim.c.55.n.10. de quo vide Bar.& Bal.in l.in ſumma.ff.de re iud.Iafr.de oria. tract.interloq.& appell. nu.77.& ſeq. qua in q.in abſolutoria. ſententia inſeri cauſam dixit Bar.in l.2.§.Senatus cenſuit ff.de iure fiſci.Quibus autem ſentētiis cauſa exprimi debeat:ponit idem Bar.in l.properandum.§.illo procul.n.3. C.de iudi.prac. Bar.tit.de ſent.q.1.pract.Pap.for.ſent.diff.ver.relaxandum. n. 4.pulchrè Abb.in c.examin.nu.8.de iudi.licet Corn.conſ.79. col. 1. lib. 3. dixerit ꝙ iudex prudens cañ in ſua ſententia non exprimit vt etiam per Anch.conſ.208.col.2.nu.8.& in criminalibus,vide tex.in l.2.§.ignominię.ff.de iis qui no.infam.cur. in l.col.6.in fi.ff.ſi cert.pet.plura not.Pariſ.conſ.102.libr.j.Iafr. concl.300.iaſ.l.1.n.47.ff.de edend.& an iudex mutando pœnam legis cauſam in ſententia exprimere debeat : Dic,vt per Miſing.cent.2.obſer.30.

ſententia,à qua appellatum non eſt,quæque in rem iudicatam tranſiuit,magno præiudicio,ac multa præſumptione munitur,ſiue illa de pręſentib.ſiue iam olim lata ſit,& ſiue in pręſente,ſiue in abſentem dicta proponatur.commune pronunciant Imol.in c.cùm in iure peritus,de offic. deleg. Alex. conſ. 25.viſo proceſſu.ad med.lib.6.felin.in c.quoniam contra ver. 4.concluſio. de probat. latè Did.à Couar. in tract.de ſponſ.c. vlt.§.vlt.num.12.ver.ex quibus.ac Franciſ. Viuius lib. 1.opin. 261.Si tamen iniquè lata fuerit, & aliquis illa ſcienter ac prudenter vtatur,mortifero peccato ſe irretiet,cōe affirmat Did. à Couarr.d.§.vlt.nu.19. E.Suarez.

ſententia,in qua iudex,ſi probatum eſt,cōdemnat alioquin abſoluit, proculdubio valet, firmatque omnino eſt.commune inquit iaſ.in §.curare.num.39.inſtit.de action. vt.Et illa profectò ſeruari neceſſariò debebit , quæ in conſulentis conſilio continetur lata eſt. commune ait Marant.de ordin. iud.6.par. 3.par.num.126.ſuper j.actu.Quod tamen ita demū proceſſurum intelliges ſi notum iudici conſilium illud iam ſit : ſecus verò ſi vel adhuc literis mandatum non ſit , vel ſaltem iudici nō innotuerit. commune affirmat Dec. in c. cum venerabilis. nu.144.de except. idem.

ſentētia etiam quæ in actione reali fertur iudicati actionem producit.vt communiter doctoribus probari inquit Ripa. in l.miles.§.iudicari.num.6.ff.de re iud. Quod ſi ab ea prouocabitur,ac deinde confirmata fuerit,non iam illa,quæ confirmata eſt, ſed quæ confirmat , actionem pariet. commune teſtantur iaſ.num.11. Rip.nu.15.in l.1.ff.de re iudic. amicus noſter Nicol.Grauatius ad Veſtrium,lib.8.c.vlt.num.31.Nec tamen idcirco priſtina vel obligatio, vel actio extinguetur. commune dicit Porc.in §.præterea. numer. 5. inſtit. quibus mod.toll. oblig. idem.

ſententia quæ cōtra homicidas lata eſt,paratum confiſcandorum bonorum effectum habet aduerſus ipſorū hæredes. cōmune dicit.Alex.in l.cum filiusfamilias.n.7.n.8.ff.de verb. oblig. idem.

ſententia in rem iudicatam nūquam tranſit ſi ex priuilegiatis probationibus lata ſit.commune inquiunt Corn. conſ.55. viſis lib.3.Io.de Amicis conſ.102. num.4. Nec item vnquam rei iudicatæ vires induet ſententia,quæ ex periti alicuius artis teſtimonio dicta eſt. commune affirmant additio Panor.in c. fraternitatis.de frigid. & malef.Gramm.conſ.ciuil.118.num. 2.Cagnol.in l.conſilij. num.32.ff.de regu.iur. Io.de Amicis d. conſ.102. nu.5.& qui id eleganter conſtringit, ac multos generaliter contrarium aſſerentes laudat Pinel.in l.2.c.vlt.num. 6.C. de reſcind. vendit. Nec item ſententia ex ipſis actis euidenter iniqua , in rem iudicatam vnquam veniet. commune ait Curt.iun.conſ.124.numero 14.nec item quæ ex ſapientis conſ.dicta eſt.commune inquit Dec.conſ.278.non leuis.in fi. idem.

ſententia quamuis ex partium conſenſu à iudice ferri poſſit , tamen ab arbitro non poteſt. commune dicit iaſon in l. ſi conuenerit.nu.7.ff.de re iudic. idem.

Sententia quæ ſuper alterius ſententiæ executione fertur, interloquutoriæ vice ac numero habetur. commune ponit Franc.Viuius lib.1.opi.157.in finem. tametſi contrarium verius,meo quidem iudicio,ſit,vt etiam arbitratus eſt Iac. Butr. in l.ab executione.ff.de appel. idem.

ſententia nullius momenti prorſus ipſo iure erit,ſi ab eo tāquam à iudice,aut tanquam à delegato lata ſit,qui nec iudex, nec delegatus reuera ſit, nec proderit , obſtabítve quidquam quod is,qui iuriſdictionem alteri concedere vel delegare poteſt,illam poſtea ratam habuerit.commune aio ex Guid.Pap. deciſ.286.num.2.Geor.in clement. ſæpe.ver. mandato. de re iudi. Barb.in clem. 1.de ſequeſt. poſſ. feli.in c.nonnulli. §.ſunt & alij.in princip.nume.49 de reſcrip. item ſecundò,ſententia nulla ipſo iure habēda erit,ſi à duobus iudicibus feratur, cùm & tres creati eſſent , & tertius abeſſet , nec quidquam officiet quod tertius ille poſtea præſens eam confirmet.commune renuncio ex Ang.in l.licet in finem.ff.de iudic.Dec.conſ.434.in fi.Sebaſti.Vant.de nullita.num.176. Tertiò,nulla penitus ſententia erit ſi eo non citato feratur,cuius intereſt.cōmune pronunciant Ant. de Tremor.in addit ad Bon. in prælud. except. num.17. in fi. Villalob.in ſua collect. Quartò, nulla iure ipſo ſententia eſt, quæ vel non inſpectis rei probationibus lata eſt, vt commune effatum aſſerit Alex.conſ.53.quæritur.in fi.lib. 1.Vel quam non perſpectis actis latam eſſe conſtat. commune ſcribit Anto.de Tremo.in addit.ad Bon.in rub.de impedimen.execut.num.17.in ver.alij caſus. verſ.quid autem de publicatione.Quintò,nec nomen ſententiæ,nedum vires conſequetur ſententia,quæ expreſſo facti errore innitetur, vel manifeſtum,& liquidum errorem continebit:vt frequenter placitum renuncio ex Fel.in c.quoniam contra.num.6.de prob. Sebaſt.Vant.de null.num.126.Quamobrem ſi ſe ad acta nihil probantia retulerit,nulla ipſo iure erit, quod in ſpecie cōmune enunciatum dicunt Alex.conſ.123. diſcuſſis. num.4.lib.1. iaſ.in l.ſi is ad quem num.21.ff.de acquirend.hæred.Dec.in c. quoniam contra nume.158.de probatio. Item conſequenter nulla etiam ipſo iure erit, ſi ſe ad inſtrumentum in proceſſu nuſquam adductum referat, quod rurſus in ſpecie commune profitetur iaſ.in l.prætor.§.ſi iudex. nu.19.ff.de re iud.Rurſus etiam conſequenter vel à fortiori nulla omnino ſententia erit,ſe ad probationes referens,in quibus cōtrarium reperitur. commune teſtantur Alex.conſ.127.num.7.lib.1. Alex.n.11. iaſ.num.21.in l.ſi is,ad quem.ff.de acquir.hæred.Fel.in c.inter cætera num.2.in fi.de re iud.Soc.conſ.99.nu.13.lib.3.Matth. de afflict.deciſ.47.num.3.Sextò,nulla ipſo iure ſententia erit, quæ per errorem iuris in illamet expreſſum feretur , quod ſi error in ipſamet non exprimetur,valebit quidem, ſed appellatione reſcindi poterit.communia affirmo ex iaſ.in l.cum prolatis.num.7.& in l.præſes.num.3.ff.de re iud. & in l.penult.n. 6.ff.de iuſtitia.& iur.& in l.ſi is ad quem.à nu.16.ff.de acquir. hæred. Marant.de ordin.iudic.par.4.num.5.& par.6.à n.117. late Sebaſt.Vant.de nullit.à.num.118.Septimò,nulla erit ſententia,quæ ex falſa cauſa contra minorem dicitur. commune profert iaſ.in d.l.ſi is,ad quem.num.14.ff.de acq.hær. Octauò vires,nullumq́ue pondus ſententia ſortietur,in qua iudex cauſam ineptam expreſſit, quamuis nullam rationē iudex exprimere teneatur.commune aſſerunt Curt.iu.in l.1.num.33.ff.ſi cert.pet.Franc.Viuius lib.1.opi.156.Quod tamen non procedet,ſi iudex in reddenda cauſa verbo, maximè, vſus ſit, & alia legitima cauſa perpēſis actis eluceſcat,alioquin etenim ſecus. commune teſtificatur Carol.Ruin.conſ 63. li.1.n.16. Nonò, nullum robur , nullumq́ue momentum ſententiæ ineſt, quæ poſt finitam inſtantiam fertur.commune ponit Viuius d.lib. 1.opi.262. Decimò,ſententia,in qua quis in maiorem multā dānatur,quàm ſtatuto ſanciatur,ea fini nullas vires habét,qui ſtatam ſummam ſupregreditur.commune inquiunt Io.de cane mortuo conſ.33. num.2.inter.conſ.crimin. Iulius Clar.in pract.§.vlt.q.93.ver.quæro ſi iudex. Vndecimò, nihil ſententia valet,in qua quis peritorum ex parte damnatur,ex alia nec abſoluitur,nec condemnatur. commune ait Fran. Viuius lib. j.opi.176.cum Corn.Gozad.& aliis. Duodecimò,ſi nulla erit ſententia ob iudicis turpitudinem,vt nec amplius corrigi,nec amplius aliter à iudice pronunciari poſſit.cōmune enunciant Panor.in c.cum oporteat,numer.6.de accuſa.Tertiodecimò, nulla prorſus erit ſententia ſi noctu feretur.cōe inquiunt,contrarium cōſuetudine pleriſque in locis ſeruari atteſtantes iaſ. in l.non minorem.nu.3.C.de tranſact. Seb.Vantius.de nullit. titul. de nullitate ſententiæ ex defectu iuriſdi. nu. 132. Socin. in tract.fallen.reg.359.fallen.2.ac Iacob.Monach. qui in arbitris ſecurè contrarium probat de arbitr.iudic. lib.1.q.62.n.1.

Denique ( non enim latius in hanc rem nunc ſpatiari lubet) ſententia iure ipſo nulla erit, ſi euidenter iniqua oſtendatur. vt receptum interpretum dogma ponunt felin.n.26.Dec.nu. 26.Lanfr.in princ.rep.nu.41.in c.quoniam contra.de probat. idem fel.in c.inter cæteras. ver.6.declaratio. & ver.2.declaratio,de re iud. Grat.huiuſmodi nullitatem, & poſt tres ſententias conformes admittendam aſſerens, conſil.72. lib.2.& qui cõplures laudat Nic.Ant.Graua.ad Veſt.lib.4.c.4.n.26.quamuis contrarium longè verius iure ſit,vt latiſſimè alibi demonſtro, & vt conſtanter exiſtimauit Bal. quem ſequitur feli.ſibi aduerſus in c.per tuas.nu.4.ad fi.de ſen.excomm. aſſerit idem luculenter Ang.in l.j.C.de re iud.& quanquam dubiter,tamẽ hoc magis probat Curt.in l.ſi diuerſa.num.13. C.de tranſact. ſed nos,vt diximus,hæc alibi vberrimè.Notandum porrò eſt, & memoriæ diligenter commendandum, quod ſentẽtia ſimpliciter confirmans ſententiam ipſo iure nullam, & ipſa quoque iure ipſo nulla eſt,vt commune auſim conſtituere ex iaſ. ac Dec.in ver.3.concluſio,in l.vna. C.de error. calcul.fel. in c. ea quæ ver.meritò,de re iud.Sebaſt. Vant. de nullitate. nume. 131.Notandum rurſus hac in materia eſt,& memoriæ tenaciter inſcribendũ, quod ſententia euidenter ac notoriè,vt docſantur,nulla,nec etiam poſt duas alias cõformes penitus ſententias executioni mãdabitur,ſed nulla ſemper dici,nulla ſemper declarari poterit. commune aſſerunt Bernard. conſil.83. libro primo,Marianus iu.conſilio quadrageſimoquinto.Aymon Crauet.conſil. tertio, & conſil. centeſimoquarto.Grat. conſil.72.& conſil.80. & conſil.85.libr.2. Pariſ.conſil.98.lib. 3.ratio autẽ ea eſt,quam nos in elucubratiſſimo conſilio pro Salomone Darderio contra Baptiſtam Lambertum duabus ſentẽtiis iure nullis initentẽ copioſius attulimus, quia huiuſce generis generis ſententiæ impropriè, ac falsò ſententiæ dicuntur. cùm reuera nec ipſum nomen , nedum effectum ſententiarum aliquem habere intelligantur.libro quarto.§. condemnatum.ff.de re iudic.l.non putauit.§.non quæuis.ff.de bonorum poſſeſſione. contra tabul. tradit late felinus in c.ex tenore.numer.4.de reſcript.conferunt ad idem text.in libr.2.ff. de auth.tut.in l.quoties.ff. qui ſatiſdare cogant.in l.ſi quis aliquid. §.teſtamentum. ff.de pœn. in l.ſi aut nullum. C.de legit. hæred. Sed & notandum denique in hac eadem materia valde eſt,ac menti ſeriò inculpendum,quod ſententia nulla ipſarum partium conſenſu nequit conualeſcere, quamuis pacti inſtar vires ſumat.commune ait Paul.in l.1.n.7.C.qui pro ſua iuriſdict. E.Suarez.

ſententia iudicum delegatorum,quibus ſemper iniungitur, vt iuſtitiam faciant,non ideo nulla erit,quia iniqua ſit.cõe affirmant fel. in c.cauſam,quæ.de re iud. & qui aliquammultos in contrarium profectos diligenter refert franc. Turzan.opi. 156.cuius diſcordiæ veritas ex iis pendet,quæ ſupra proximè poſui ver.deniq;.& alibi vberius à nobis excutiuntur.E.Suar.

ſententia arbitrorum eo compromiſſo electorum quo illis ſumma indulgetur facultas,appoſitis omnib. verborum cautelis. ſemper nihilominus reductioni ad arbitrium boni viri obnoxia intelligitur.cõe inquit Dec.conſ.xj.ver.quarto principaliter.& conſ.36.circa medium. & conſ.60.libr.1.debebit tamen intra triginta annos proponi reductionis petitio. cõe affirmat Dec.d.conſ.39. idem.

ſententia arbitraria, quæ ex compromiſſi prorogari vi fertur,non aliter valet,quàm ſi prorogatio partibus ipſis renunciata,atque intimata fuerit.cõe aſſeuerat Dec.conſ.39.iuridicam.in principio libr.1. idem.

ſententia ob inſtrumenta de nouo reperta, quorum vſus in primo iudicio certam ob cauſam impeditus eſt ,retractari poterit.cõe pono ex iaſ.in l.Imperatores.n.6.ff.de re iudic.And. Alciat.in l.ſub prætextu.C.de tranſact.Quod ſi nulla iuſta impedimenti cauſa oſtendatur,nec inſtrumentis de nouo repertis, nec etiam teſtamento vel aliqua alia vltima voluntate de nouo eruta,atque inuenta reſcindetur.ſic enim dictat vera,& frequentius recepta Accur.doctrina.l.3.§.item ſi ipſe ver.euicerit. ff.ſi cui plus quam per l. Falcid.à qua ſtant eodem in loco antiquiores iuris proceres,& Alex.in d.l.Imperatores.n.1. iaſ.in l.non minorem.n.j.C.de tranſac. Quamuis perperam aliud autumarint Roma. ſing.95.iaſ.ſibi aduerſus,in laudata l. Imperatores.n.2. Fel.in c.ſuborta.n.11.de re iud.& illud cum Alex.in d.l.ſub prætextu.n.6 magis cõe poſuerit Franc.Turz. vir alioquin magna diligẽtiæ laude dignus opi.84. qua etiam de re latius alibi. idem.

ſententia , quæ vel per aduerſarij confeſſionem iniquè obtenta probatur,vel ſic rem eſſe liquido cõſtat,reſtitutione cõdemnato indulta infringetur. cõe inquit Alciat. in c. nouit.n. 46.de re iudic.vel per piam,at religioſam denunciationem retractabitur.cõe fatur Cur.iu.conſ.104.n.4. quæ apprimis conferunt ad ea,quæ ſuprà obſeruaui n.50.ver.Denique. idem.

ſententia. qua nullum fuiſſe teſtamentum cõtra hæredem pronunciatur, & iis,quibus aliquid legatur,nocet.cõe ponũt Alex.& qui illum laudat Ant.de Trem.in addi.ad Bon.in rub. de except.& bon.n.5.ver.nota autem nono.ac Villalob.in ſua collect. idem.

ſententia,quæ irretractabile damnum infligit,ſi nulla dicatur, non antea executioni mandabitur, quàm illius vires diligenter excutiantur. tametſi alteri indagine opus ſit. cõmune inquiunt iaſ.in l.tertia.§.ſi ſeruus.n.9.ff.de acq.poſ.Iulius Clarus in pract.§.vlt.q.94.ver.ſcias autem. idem.

ſententia in criminalibus cauſis lata , quamuis ante decem dies appellationi præſtitutos executioni tradi non debeat, tamen generali conſuetudine contrarium obſeruabitur.vt atteſtantur Marian.in repet.c.qualiter, & quando,n.267.de accuſation.& qui copioſius hac de re agit Iulius Clar.in prac.§.vlt. quæſt. 96. Differetur tamen abſque dubio criminalis ſententiæ executio, & cum damnatus rationes alicui eas poſtulanti redditurus eſt,& cum accuſatio ab eodem in alium orſa ad finem perducenda adhuc erit,& cùm ad penitentiam adigẽdus monitionibus proponeretur,& cùm grauida mulier corporis ſupplicium luere alioquin debebit.vt frequenter placita atteſtatur, & accuratè explicat Iulius Clarus in pract. §. vlt.quæſt. 97.per totam.Differetur item rurſus, ſi de damnati innocentia alicunde poſtea conſtiterit. cõmune affirmant Ant. Gom. de delict.c.8.n.4.Iulius Clar.in d.§.vlt.q.98. ver.ſed nunquid. idem.

ſentẽtia declarari ex coniecturis.ſi quæ ſint ab eo iudice poterit,qui ipſius latori ſucceſſerit.quamuis alioquin abſque illis nequeat.commune ponit Franc.Viuius li.1.opi.158.idem.

ſententia executioni mandari poteſt per eum iudicem,qui vel ipſius latori ſucceſſerit,vel ſtatuto,iure,aut conſuetudine ſententiis exequendis præfectus ſit, quamuis nullæ ad id literæ proponantur vt cõe inquiunt Soc.in l.à Diuo Pio.§.ſententiam Romæ.n.17. & ſeq.ff.de re iudic.quem laudat Viuius d. lib.1.opin. cap.7.& qui latius aliquantulo loquuntur Aegid. Boſſ.in pract.tit.de for.compe.nu.87.Iul. Clar.in pract.§.vlti. q.95.verſic.item quæro. idem.

ſententiæ verba expreſsè ac ſtrictè exaudiri debent. cõe interpretum placitum effatur Curt.iu.conſ.74. idem.

ſententia an ferri debeat contra dñm vel procuratorem: Dic,vt per Bartol.in l.Quecunque ff.de act. & ob.in l.furioſo ff.de re iudic.in l.1.C.de ſentent.& interloq.col.pen.& antep. Bar.in l.ſtipul.Iſta §.ſi.ſtipuler alicui num. . de verb.obl.in l.ſi procuratori preſentis eo.ti.tex.ĩ l.ſi ideo.§.1.ff.de euic. Bar.in l.ſtipulatio iſta.§.pen.col.3.in prin.vbi iaſ.nu.12.de verb.obl. in auc.vt omnes obed.iud.prouin.§.1.col.fi. Ab. latè in c.querelam col.3.in fi.& col.ſeq.extr.de elec. pulchrè Rob.de ord. iud.c.53.numer. 108. vbi quòd ſi quis litigat per procuratorem : & facta litis conteſtatione:moritur dominus, ſententia cõtra procuratorem ferri poteſt, quia procurator effectus eſt dominus litis,& debet iudex dicere,condẽnamus talem procuratorem quoñ filij defuncti procurato. nomine hæredum, vel eorum ad quos ea res pertinet, eodem modo quando lis agitata eſſet cum procuratorem , & iudex ferret ſententiam in perſonam domini, nam non valet , per text.in l.1.C.de ſentent.in quo articulo diſtingue, vt per Tremol.ad prac. Bonacur.titul.de imped.exec.& cauſ.null. poſt numero 14.ver vel quia condemnauit index,Quid de ſententia lata cum procuratore reuocato : an ſit nulla : & Dic,vt per Rom. conſi.367. num.10.vbi videtur concludere quòd non,niſi plura concurrãt de quibus ibi,Quid ſi procurator decedat ante cauſæ diffinitionem an poſſit ſententia ferri in perſonam domini cauſæ: & Guid.pap.quæſtion.octuageſima ſexta, concludit quòd ſic, de quo vide quæ ſcribit iaſ.in l.nulla C.de procur.ſed ſi ambo ſint mortui & procurator & dominus , diſtingue, aut ex eiſdem actis conſtat de morte , & tunc non fertur ſententia in perſonam mortui , ſed citantur hæredes, ſi verò non conſtet, tunc ſi proferatur ſententia valet , Quid de executione ſententiæ:an contra procuratorẽ litis exequi poſſit:& Dic,quòd non, ſicut nec contra tutorem, curatorem, & ſimiles, niſi eſſet procurator in rem ſuam , de quo vide quæ habet per prac. Pap.for.exec.ſentent.per Bart.in l.1.C.de ſent. Quid ſi procurator litem fuerit conteſtatus:& dominus litis effectus:an valebit ſententia lata cum domino : abſente procuratorem ? & Dic, quòd ſic , & ſi dominus aliqua agat quæ concernant ordinem litis,procuratorẽ domino litis effecto nõ vocato,non valebunt , ſecus ſi aliqua agat concernentia litis deciſionem, ſecundum Aufr.ad capel.Toloſ.queſtion.centeſimaſecunda.





Quid quando filius fuit admiſſus ad defendeñ p̃rem abſentẽ, contra quem erat lis conteſt.finito proceſſu an iudex debebit proferre ſententiam condemnatoriam contra p̃rem, an verò contra filium?& dic,ꝙ contra filium,ſecũdum veriorem ſententiam per Iaſ.in l.exigendi.n.22. C.de proc. vbi vide rationes no.prædictas autem principales cõcl.intellige, & declara, vt per Abb.d.c.querelam.col.4.& ſeq.de elect.

Valet ſententia lata vtraque parte præſente,licet neutra inſtiterit tunc ius dici. Secus ſi altera partium tantum fuit præſens, niſi eſſet lata pro actore, qui ſemel in libello petiit reum condemnari ſecundum Bald.in l.1. C.vt quæ deſunt aduocat. Ang.in l.quamuis.C.de adulte. Balb.deciſ.409.

Sententia lata de nocte eſt nulla ſecundum gl.in §.in diem. ver.id autem.inſti.de ver.obl.in l.more.ff.de fer.Bar.& cõmuniter doct.ibi,per §.ſedebunt.in auth.de iudi.licet contrarium tenuerit gl.in l.non minorem.C.de tranſact. in c.cõſuluit.ext. de of.deleg.& ibi Bu.niſi eſſet dies vltima inſtantiæ,quæ expiraret,d.c.cõſuluit.vel niſi illa die actio expiraret ſi nõ pronunciaretur.l.2.& 3.ff.de fer. vel niſi de conſenſu partium feratur de nocte,ſec.doct.communiter in locis præallegatis,quaſi facta prorogatione de tempore ad tempus,vt in l.2.§.ſi iudex.ff. de iudi. Balb.deciſ.412.

Sentẽtia ſuper ineptitudine libelli eſt interlocutoria : caſus eſt ſingularis ſec. Roma. in l. metum.§. ſed quod prætor.ff.ꝙ metus cauſa.& ſecundum Nicellum,in rubrica.ff. de re iudi.idem in ſententia ſuper recuſatione iudicis, ſec.Archid. & Io. And.in c.iudex ab apoſtolic. de offic.delegati,in ſexto. Nicel. vbi ſ̃.idem in ſentẽtia ſuper deſertione appellationis,licet habeat vim diffinitiuæ,ſec.Inn.in c.auditis.extrà.de procu.Ang. in l.imperium.ff.de iuriſd.om.iudi. Bald.l.2.C.de epiſc.audiẽdis.Roma.& Nicell. in d. rubrica. quod admittunt domini de Rota in nouiſſi.deciſio.432. ſuper rubrica. de re iudic. vt habeat vim diffinitiuæ, quando eſt appellatum à diffinitiua , vel à ſententia lata ſuper exceptione peremptoria , ſecus ſi ab alio grauamine illato ante diffinitiuam. Balb.deciſ.421.

Sententia lata ſuper executione ſententiæ, eſt interlocutoria ſecundum communiter docto. in l.ab executione.C.quorum appellat.licet Iac.But.ibi teneat eſſe diffinitiuam.idem in ſententia excommunicationis ſecundum Spec.in tit.de ſen.§. ſpecies.ver.ſententia autem excommunicationis.glo. But.& Pan.in c.ſacroſan. de ſen.excomm.Fel.in rub.extr.de re iudic. Roma.& Nicel.in rub.ff.eo.idem ſecundum eos,vbi ſ̃.in ſen. lata ſuper exceptione peremptoria , licet habeat vim diffinitiuæ,vt etiam vult Bal.in l.pe.C.de ſent.ex breuicu.recitan.& in ſententia ſuper incidenti ſecundum eos. & Specu.in d.§.in prin.Nec in ea requiritur ſcriptura per l.defendente.in verbo facias iudicata.& in verbo reſponſum habes. ff.de auth.tuto. ſecundum Bal.in d.l.pen. idem in ſententia primi vel ſecundi decreti,ſecundum Bar.in l.ſi finita §. ſi forte.ff. de dam.infect. Roma.& Nicel.vbi ſ̃.allegat glo. in l.præſenti.§.ſi hoc facere. gl.magna,in fi.C.de his qui ad eccleſ.confugi. Licet ſententia ſecundi decreti habeat vim diffinitiuæ,& poſſit dici mixta,ſecundum Bald.in l.per hanc.circa fi.C.de tempo.appella.& domi Præpo.in ca.cum ceſſante.9.col.extrà de appellat. Balb. deciſ.422.

Sentẽtiæ appellatione in dubio intelligimus de diffinitiua, non de interlocutoria ſimplici.l.1.§.quòd in ſentẽtiis, iuncta gl.ff.quando appellan.ſit.& ſecundum gl.in l.1.C.ſent.reſcin. non poſ.in c.cum olim.extr.de teſti.Imo.& Alex.in rubr.ff.de re iudi.Fel.in rub.ext.eo.Ideo ſententia ab obſeruatione iudicij non excuſat iudicem,qui ex ſtatuto tenebatur ferre ſentẽtiam intra certum tempus,ſecundum Bart.in l.generali. C.de decurio.lib.10.& Nicel.in d.rub.iudicaſſet.quia ſibi de cauſa non liquebat,per nota.in l.properandum.§.1.C.de iudic.Nec ſtatutum loquens de appellatione à diffinitiua , habet locum in appellatione ab interlocutoria, præſertim non habẽre vim diffinitiuæ ſecundum Pau.de ca.conſ.23.inci. Viſo puncto:vt refert & ſequitur dominus Præpo.in c.paſtoralis.in 5.col.ext, de appellat. Balb.deciſ.424.

A ſententia lata de conſilio electi de partium volũtate poteſt appellari,ſecundùm Bart.& communiter doct.in l.ſi conuenerit.ff.de re iudi.in l.1.§.quæſitum.ff de appell.Pan.& Fel. in c.cauſam,quæ.in prin.extrà de re iudic. Balb.deciſ.453.

Sententia arbitramentalis. Arbitramentalis ſententia non debet executioni mandari pendẽte reductione ad arbitrium boni viri:quia reductio habet inſtar appellationis, ſecundùm Bal.in repeti.l.tale.§.qui prouocauit.ff.de pact.in 22.q.& Do. Cato, ibidem faciunt notata in l. ſi ſocietatem.§. arbitrorum. ff. pro ſocio. in l. non diſtinguemus. §. arbiter. ff. de arbitris. Balb.deciſ.461.

A ſententia arbitri ex neceſſitate ſtatuti,vel præcepto iudicis electi appellatur.l.fi.& ibi Barto.& communiter doctores C.de iudi.in fi. Et ſic emptor victus per talis arbitri ſentẽtiam poterit agere contra venditorem de euictione,quod aliàs nõ poſſet.l.ſi dictum.§.ſi compromiſero.ff.de euict.quod probat ille tex. ibi, nulla enim neceſſitate cogente id feci,à contrario ſenſu iuncta gl. Balb.deciſ.467.

Sententia non valet , ſi iudex pronũciat antequàm nũcius miſſus ad citandum fecerit relationem, licet poſt ſententiam referat ſe ante ſententiam citaſſe ad audiendum ſententiam, ſecundùm Bart.in l.hoc autem.§.1. ff.ex quib. cau.in poſſ.eat. Inn.in c.cùm contingat.in gl.ſua,in verb.iuſtè & in ca.prudẽtiam.ext.de of.deleg.Bar.in l.multum.ff.de cond.& demonſt. Balb.deciſ.499.

Sententia capitalis non debet ſtatim executioni mandari. Sed debent expectari decem dies à iure communi terminati ad appellandum conceſſi,vt eſt communis opi.Sed quicquid ſit de iure,contrarium ſeruatur de conſuetudine. Cla.q.96.in prin. Bonac.

Sententia capitalis ſi vigore ſtatuti contra aliquem lata ſit, in caſu tamẽ, quo neque à iure communi.neque ipſo ſtatuto bonorum publicatio imponitur. Tunc ex tali ſententia non venit confiſcatio bonorum in conſequentiam. vt eſt comm. opi.Cla.q.78.ver.ſed pone. idem.

Sententia publicationis bonorum , trahitur etiam ad bona ſita extra Territorium cõfiſcantis,vt eſt communis opi.Bona autem ipſa applicantur domino,in cuius iuriſdictione ſunt ſita,vt eſt communis opi.intellige tamen,vt hoc procedat,modo ille Dominus habeat ius confiſcationis bonorum,alias ſecus,vt eſt communis opi.intelligeque modo confiſcatio fiat ſecundum ius commune.ſecus ſi fieret ex ſtatuto,vel ſpeciali lege,vt eſt communis opi. itẽ intellige, vt procedat de bonis immobilibus , quia bona mobilia Territorio non circunſcribuntur.& ideò applicantur domino cõfiſcanti.etiam ſi extra ius ſit Territorium,vt eſt magis communis & recepta ſentẽtia. Cla.q.78.ver.ſed hic quæro. idem.

Sententiæ verba ſunt ſtrictè intelligenda. Cur.iu.conſ.74. com.dicit. idem.

Sententia,quæ per cõfeſſionem victoris apparet iniuſta,retractatur per Euangelicam denunciationem.Cur. iu.in conſi, 104.n.4.com.dicit. idem.

Sententia nulla ex turpitudine iudicis,nõ poteſt iudex,qui protulit corrigere,nec aliter pronũciare.Pan.in ca.cum oporteat.n.6.de accuſatio.com.dicit. idem.

Sentẽtia criminalis eſt nulla iuris ordine nõ ſeruato. quod eſt,quando nulla præceſſit denũciatio, accuſatio, vel inquiſitio.l.2.3.& 4.C.de ſent.ex breui.recitan.l.ſi feriatis.ff.de feriis. Et præſertim etiã ſi quis nõ fuit citatus,& datus ſibi terminus ad ſe defendendum,& ſtatutus ſibi terminus peremptorius,& alia deficiunt,de quibus Plotus inter conſ.criminalia. conſ.3. n.19.communem opi.dicens.Boſſi.tit.quomodo procedatur per præcepta.col.2. Rol.à Valle in conſ.47. nu.44.& 45.in 2. vol.alias eſſet facere iniuſtitiam Bal.in ca.1.in §.ſeu furturo.in 5.col.de pace iura.Firman. in vſibus fendo. Marſ.conſ.27 nu. 20.in 1.lib.Cla.q.5.ver.ſcias etiam vide omnino. idem.

Sententia in cauſis criminalib.lata,licet ante dies 10.appellationi præfixos,executioni de iure mãdari nequeat. Secus tñ eſt ex generali conſuetudine.Soarez in ver. ſententia.n.91.& 92.differtur tamen ob rationes reddendas per reum, vel ſi aliquem accuſet,donec ſit finis accuſationis, vel donec reus pœnitentiam agat,vel donec mulier grauida pareat, vt eſt cõmunis opi.ibi n.96 vel ſi de innocentia poſtea rei manifeſtè conſtiterit,vt eſt communis opi.ibi n.97. idem.

Sententia contra homicidas habet executionem paratam quò ad bona cõfiſcata contra hæredes, vt eſt communis opi. Soarez ver.ſententia.n 43. idem.

Sententia excommunicati valet , vt eſt communis opi. de qua Corn.cõſ.vlt,lib.vlt.litera F.ſi ſit tolleratus.ſecũdum omnes Modernos, quæ tolerantia tamẽ debet eſſe probabilis, & ex probabili ignorãtia. Vnde ſcienti excommunicationem nihil prodeſt tolerãtia hæc.communis ſentẽtia.& vbi patet notoriè vitium,non poteſt eſſe probabilis ignorantia,& per conſequens ſententia,& quæ ſubſequitur ibi Corneus. idem.

Sententia lata ſuper contractu. vſurario nunquam tranſit in rem iudicatam propter periculum animæ , licet non ſit appellatum.vel deſerta appellatione in principali,vt eſt communus opi.de qua Iaſ.in conſ.21. n.1.in 1.vol. & Maranta in ſpeculo. idem.

Sententia ꝯ carceratum , vel ſub quauis alia cuſtodia , ſeu cautione puta de ſe præſentãdo alibi eſt nulla, vt eſt com.opi.

de qua Vantius de nullitatibus proceſſ.fo.105.n.161. Bonac.

Sententia lata non viſis actis,& cauſæ cognitione non pręcedente,eſt nulla,vt eſt communior & verior ſententia. Vantius de nullitatibus proceſſ.fol.214.n.36. idem.

Sententia tenetur & valet,licet communiter non cōtineat illa verba apponi ſolita per notarios. Lata, data & in his ſcriptis promulgata. &c.vt eſt com.opi.de qua Vantius de nullita.proceſſ.fol.224.n.88. idem.

Sententia ad aliud quàm ad acta pro eius certitudine ſe referre non poteſt,vt eſt com.opi.de qua Vantius de nullitatib. proceſſ.fo.228.n.103. Niſi illa acta eſſent falſa,quia ſententia non valeret,vt eſt com.opi.ibi n.129. idem.

Sententia per falſos teſtes,vel falſas allegationes, ſeu inſtrumento lata eſt nulla,vt eſt com.opi.de qua Vantius de nullita. proceſſ.fo.235.n.132.Limita,vt ibi per eum. idem.

Sententia ↄ data ex falſo inſtrumento licet non teneatur,ex falſo tamen iuramento data ipſo iure tenetur,vt eſt com.opi. de qua Vantius de Nullita.proceſſ.fo.237.n.139.' idem.

Sententia criminalis lata ↄ aliquem in loco commiſſi delicti,non facit fidem in loco originis,vel domicilij.ita,vt ſit executioni mittenda, qñ eſt lata per iudicem alterius Territorij, prorſus à iuriſdictione illa ſeparati,vt eſt com.opi.Facit tamē indicium ↄtra eum,ita ꝙ etiam non conſtito de delicto poteſt procedi,vt eſt com.opi.Cla.q.38.ver.ſed pone. idem.

Sentētia in criminalib.debet eſſe abſolutoria,hoc mō,Nam ſi reus probat innocētiam ſuam,aliter quam per torturam,abſoluitur diffinitiuè,neq; amplius p̄t inquietari. etiam ſi noua ſuperueniant indicia.Si verò per torturam,vel ſi nō adſunt indicia ſufficientia ad torturam,vel ad imponēdum aliquā pœnam extraordinariā,abſoluitur reus non diffinitiuè.ſed ſtātib. rebus prout ſtant, & ſi ſuperueniant noua indicia, proceditur adhuc ſuper crimine.nō obſtante d.ſentētia.Clar.q.62.& 57. Vide s̄.in verſ.abſolutus.Et in formanda pronūcia.diligenter ſunt ↄſideranda verba legis,ſuper qua fundatur pronūciatio. Vnde qñ iudices pronūciant ſecundum ſtatuta terrarū. Verba ſtatuti debent apponi in ipſa ſententia,vt eſt text.quem ad hoc no.ibi Bald.in l.qui ſe dicit.ff.de iudiciis. idem.

Sentētiam legere nō tenetur iudex in criminalib.ſed de cōſuetudine notarius eam legit. Et ita obſeruatur. Clar.q.93.in prin.Rochus de Curte in tract.de conſuetudine n.150.vbi dicit,ꝙ communiter.ita faciunt omnes iudices.Nec tenetur iudex in ſentētia exprimere cauſam, vt eſt com.opi.Cla.ibi ver. fuit aliquando.& ſi eſt præſens reus,ſufficeret dicere condemnamus.quia legitimè ſe non defendit.Abſoluimus,quia legitimè ſe defendit.Vel quia contumax,condemnamus,&c.Cla. q.93.ver.fuit aliquando.& tenetur ſententia,ↄdemno in centum,quæ ſi nō ſoluat,amputetur ſibi manus. Et ita de conſuetudine obſeruatur.Cla.d.q.93.ver.quero nunquid.& ſi iudex condemnauit aliquem in maiori ſumma,quàm dicat ſtatutū, ſententia eſt nulla,& iudex,qui malè iudicauit,tenebitur verſus Rempublicam ad intereſſe.Cla.d.q.93.ver.quæro. & ſententia,condemno.Titium ex tali cauſa in centum,ſaluo & reſeruato,ꝙ ſi eſſet condemnatio in plus,vel minus,quam ſtatutum dicit,ex nūc eam reduco ad debitum quātitatem.Cla. ibi. vbi dicit non ita ſeruari. & apponitur clauſula in ipſa ſententia.& in omnibus & per omnia,iuxta formam ſtatutorum ſuperinde diſponētium,vt eſt communis opi.Clar.ibi.ver.ſed pone. idem.

Sententia nulla,nō debet exequi etiam in criminalib.vt eſt com.opi.Cla.q.94.ver.ſcias autem.& eſt nulla lata cōtra mortuum.l.pe.ff.quæ ſententiæ ſine appella.reſcin.Cæpolla conſ. cri.59.nu.3. Bonacoſſ.

Sententia etiam criminalis reprobari poteſt per contumacem,qui eſt admiſſus ad nouas defenſiones per Principem,vt eſt communis opi.Cla.q.94.ver.eſt etiam. idem.

Sententia lata per iudicem criminalem contra aliquem ad furcas,cum reſtitutione bonorū raptorum,damnorum & intereſſe.ſecundum communem.valet,& tenetur.D.Rol.à Valle in conſ.30.n.1.in 2.vol. idem.

Sententia declaratoria opus eſt,crimen,ſ.eſſe commiſſum, vt eſt com.verior & magis recepta opi.de qua Menoch.conſ. 99.n.168 diſtingue tamen,vt per Bald.in l.iubemus.n.7.C.de ſacroſ.eccl.vbi ponit.vtrum pœna intelligatur inflicta ipſo iure. an verò requiratur ſententia iudicis. vide etiam omnino. D.Hiero.Gabriel.in conſ.51.n.36.Moro.in tract.de fide,treuga & pace.q.31.nu.4.& q.33 per totum.& q.36.& vide Apoſtillam.ad conſilium Paul. de ca.conſ.3.litera E.in 3.vol.& per eundem Caſtr.in l.decuriones. C.ex quibus infamia irroga.in pœnis itaque.quæ ipſo iure per legem imponuntur, requiritur ſententia declaratoria tex,eſt ſec. Iaſ.in l.ſi quis iniquum, § ꝙ autem ait.ff.quod quiſque.nu.4.qui ita declaratat omnes leges tam ciuiles,quàm canonicas.in c.cum ſecundum.§.fi.de hære.in 6.& ſubdit Iaſ.ibi.n.3.ꝙ pœna tituli.quod quiſque iuris.imponitur ipſo iure,vt eſt communis opi.ſed iudex non arctatur pronunciare ſuper crimine,quia ſatis eſt,ꝙ pronunciet reum ſic feciſſe,vel non feciſſe crimen.vide D.Hier.à Monte. q.11.n.15.& ſeq.& moris prōnūciandi eſt iudicis opi.Si enim pronunciauit ſimpliciter reum commiſiſſe illud delictum, de quo agitur,ſtatim venit imponēda pœna. Si verò ſimpliciter imponit pœnā,ſatis videtur pronūciare ſuper delicto, vt per Abb.in c.veritatis.n.14.de dolo & contuma.& in c.inter dilectos.n.12.de exceſſib.prælato.vbi dicit,ꝙ pœna.quādo imponitur alicui ipſo facto,non requiritur,ꝙ apponatur in ſentētia ↄdemnatoria.& iſta verba habeantur pro conuicto & confeſſo,denotāt per ſententiam.Fel.in c.Rodulphus. n.27.de reſc. & de decreto,ſeu ſtatuto ꝙ quis non reſpondēs poſitionib.habeatur pro confeſſo,vel habeātur pro confeſſis, ꝙ requiratur ſententia declaratoria. vide per Syluanum in conſil.100.in 2. vol.& ſi dicat ſtatutum ipſo iure,non requiritur ſententia,niſi declaratoria.D.Hier.Gabr.in conſ.196.nu.1.& ſeq. Riminaldus nouiſſ.us in conſ.72.n.136.& ſeq.vbi dicit,ꝙ non requiritur ſententia declaratoria, quando ſtatutum aliter vult. vide Ant.Gabriellium in ſuo communium concl.libr.7.concl.12. vbi ampliat & limitat.Anan.conſ.21.n.4.vbi dicit, ꝙ declaratoria opus eſt, etiam ſi quis ↄfiteatur contēta in inquiſitione forè & eſſe vera.ſed ↄ̄rium tenet Burſ. conſ.77.nu.24.& dicit communem.& no.ꝙ nullus homicida adulter,falſator monetæ,aut alius committens publicum crimē,eſt infamis infamia iuris,niſi lata ſentētia,licet ſit infamis infamia facti, vt p Ang. in l.1.§.1.ff.de infamibus. idem.

Sententia lata contra abſentem in criminalib.etiam eſt nulla,vt eſt com.opi.Menochi.conſ.100.n.278. idem.

Sententia publicationis bonorum trahitur ad bona extra territorium exiſtentia, vt eſt comm. ſententia doctorum. de qua Arnonus Epitoma.75. idem.

Sententiæ criminali debet adeſſe reus.& ita quotidie practicatur,vt dicit Blanc.fo.18.n.40.& debet apponi practica quę ſe habet, ꝙ debeat caput amputari, ita quòd anima ſeparetur à corpore. Fel.in c.ex literis.n.22.de conſtit. idem.

Sententia criminalis, lata ex conſilio peritorum, non trāſit in rem iudicatam,& ſic poteſt retractari. Vt ſi vulnus ſit lethale,vel non.Corſetus in repertorio Abbatis.in ver.ſnīa.n.4.ſed an ꝑ ſnīa capitali p̄ſumatur.vide per Corn.ↄſ.278.vol.4.idē.

Sententia lata per falſas ſcripturas non poteſt exequi,& cōtra eum poteſt opponi exceptio falſi,vt eſt com.opin. de qua Soc.in c.ſuper eo.n.6.de crimine falſi. idem.

Sententia lata contra abſentem per falſas probationes dolo præſentis inductas, quas iudex fuit ſequutus eſt nulla, vt eſt com.opi.Soc.in c.ſuper eo.n.30.de crimine falſi ſententia requiritur, vt bona per fiſcum apprehendantur, quæ tamen fieri poteſt mortuo hæretico,vt eſt com.opi.Burſat. conſ.43. nu.24.ſeu nu.2. idem.

ſententia declaratoria delicti non requiritur, vbi pars eſt confeſſa delictum in iudicio,vt eſt com.opi.Burſ.conſ.77.nu. 24. idem.

ſententia declaratoria requiritur ſemper,vt pœna ipſo iure infligatur,vt eſt com.opi.Burſ.conſ.77.nu.22. idem.

ſententia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, præſumitur pro rectitudine proceſſus,ſiue lata ſit de recenti,ſiue non, ſiue in præſentem,ſiue in abſentem contumacem, verum vel fictum.ita referunt per multas authoritates Io.de Im.c.in præſentia.n.34.35.& 36.ext.de renun.& c.cùm in iure.n.30.& 31. ext.de of.del.& Alex.de imo.in l.ſciendum.n.21.ff.de ver.ob. & Alex.de imo.conſ.22.lib.2.conſ.volentes hanc ſententiam communiter receptam eſſe,non obſtante eo quod Bart.contrariam ſententiam veriorem eſſe voluerit in auth. ſi quis in aliquo.nu.13.C.de eden.idem Bar.in l.1.n.5.C.de relat.cuius communem doctrinam eſſe ſcribit Fran.Cur.d.auth.ſi quis in aliquo.n.13.ver.ex his infert etiam. & idem Cur.in addit.ſuis ad lect.Alex.d.l.ſciendum.lit.l.ſed imo.& Alex.ſententiam ſequuntur alij doc.Fel.c.quoniam contra.n.31.ver.quarta conclu.ext.de prob.vbi ipſe multas authoritates aliorum doc.adducit,additque hanc ſenten.communiter receptam eſſe.Pan. conſ.73.n.2.lib.1.conſ.Lud.Rom.conſ.334.n.7.& 8.Alex.de imo.conſ.123.lib.2.quorum ſententias Ang.aret. conciliare voluit in §.fi.n.9.inſti,de fideiuſ. kirchouius.

ſententiam non ſuo nomine, & ſic prorſus nulliter latam, papa vel ſupremus princeps ex plenitudine poteſtatis ratificare ac confirmare poteſt. commune refert Bened.Capr.reg. 54.numer.33.vide ſuprà,Ratihabitio.





Sententia nulla lata pro non citato,licet ſecundum communem & veriorem opinionem contra gl. in l. properandum.§. ſin autem.in verbo.contraditionem.C.de iud.ab ea ratificari non poſſit,ſecundum gl.in l.quæſitum.& ibid.Bar.ff.de re iu. & gl.in l.furioſo.ff.eo.tit.ibid.Bar.& gl.& Bar.in l. ea quæ. C. quomodo & quando, vt communiter teneri dicit Bene.reg. 54.n.41.id tamen fallit in iudiciis ſummariis & criminalibus ſecundum Bar.in extrauag.ad reprimendum Bal.l.obſeruare. §.ſi.ff.de de of.proconſ.& in l.accuſatorib.C.de accuſ.ibidem nu.42.& ſeq.

Sententia.ex ſententia plus inferri non debet: quam ex ea neceſſario inferatur,per tex.in l.ſi quis à liberis.§. ſi vel parēs. ff. de lib. agnoſ. verba enim ſententiæ intelligi debent prout ſonant, & ſtrictè, nec extendi ad intellectum quem ex lata ſignificatione habere poſſent, l. 1. C.ſi plures vna ſent. cuius rei exemplum ponit Oſaſc.deciſ.64.vbi poſt plura,dicit,ꝙ verba ſententiæ reſtringuntur,& limitantur ex actis, quam concluſ.declara,vt latius per eum, vbi quòd & ſententia includit in ſe ea,quæ ex actis deſumi poſſunt.

## SENTENTIA.

*Summaria.*

Sententiam producere obligationem ciuilem,non autem naturalem,propriè ſic dictam.q.1.

Præceptum iudicis in confeſſum,eſſe ſententiam.q.2.

Condemnationem expenſarum,quæ ante ſententiam definitiuam,dici interlocutoriam:ſed quæ ſit cum definitiua,eſſe partem ſententiæ definitiuæ.q.3.

Ad ſententiam interlocutoriam partem citandam eſſe,ſi ei præiudicium inde oriatur:ſecùs ſi nullum ſit præiudiciū.q.4.

Si partes ſint præſentes in iudicio, nulla opus eſſe citatione, vel ad interlocutoriam,vel ad definitiuam.ibid.

Citationem requiri in inhibitoriis, quas faciunt iudices eccleſiaſtici ſecularibus. Nonnullis tamen contrarium opinantibus.q.5.

Non eſſe neceſſe ſententiam interlocutoriam in ſcriptis proferri:ſed ſine ſcriptis ferri poſſe,& poſteà in ſcriptis redigi debere.q.6.

Sententiam definitiuam ſemper in ſcriptis ferendam:Et ne quidem de partium conſenſu ſine ſcriptis latam valere.ead.q.

ſententiam ferendam eſſe in ſolito & conſueto loco iudicij.ſed tamen iudicem appellationis poſſe ſententiam proferre in omni loco honeſto.q.7.

ſententiam proferendam de die,& non de nocte.q.8.

Iudicem ita in ſententia dicentem,pronuncio, pro vt in tali conſilio continetur,videri condemnaſſe,ſi conſultor in cōſilio condemnandum eſſe conſuluit.q.9.

ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam, probare acta & proceſſum iudicij.q.10.

ſententiam interlocutoriam reuocari poſſe à iudice:niſi talis ſit,qua lata finiatur officium iudicis.q.11.

Quomodo intelligēdum illud,qđ vulgò dicitur,interlocutoriam,quę habet vim definitiuę,reuocari nō poſſe.ibidem.

A ſententia arbitri nō eſſe appellandum,ſed ei ſtandum, & ſi iniqua ſit.Quod verum in arbitrio voluntario: ſecus in ſtatutario. Item niſi ſententia arbitri contineat errorem expreſſum.q.12.

ſententia referens ſe expreſſe ad acta nihil probantia, ipſo iure nō valet:ideò appellatione non opus eſſe, cùm non tranſeat in rem iudicatam.q.13.

ſententiam non referentem ſe ad acta,quam tamen ex actis apparet iniquam eſſe,valere ipſo iure.Et hoc caſu ſententiam dici latam contra ius actoris.q.14.

Si duæ cauſæ ſint expreſſæ in ſnīa,quarū vna vera,altera falſa,ſuſtineri ſnīam ex cauſa vera:nec reddi nullā ex falſa.q.15.

ſentētiā iudicis referētis ſe ad certā quātitatē,de qua liquet in certo inſtr̄o,nō tamen in actis producto,non valere.q.16.

ſententiā latā pro abſente ēt nō cōtumace,nō valere.q.17.

Sententiam latam contra minorem indefenſum, ipſo iure nullam eſſe.q.18.

Sententiam latam pro minore indefenſo,valere.q.19.

Mortuo domino poſt litem conteſtatam, proferri ſententiam contra procuratorem.q.20.

ſententia contra procuratorem, mortuo domino poſt litē conteſtatam, hoc modo concipi,& proferri debet condemno talem procuratorem quondam Titij defuncti, procuratorio nomine hæredū,vel eorū,ad quos res illa pertinet.q.21.

ſententiam latam ſuper inepto libello, ex quo non poteſt legitimè colligi actio ipſo iure non valere.q.22.

ſentētiā latā ex iudicio expertorum in arte.nō trāſire in rē iudicatam;ſed retractationi ſubiacere,& obnoxiam eſſe.q.23.

Si in tres pluresve compromiſſum ſit,non valere ſententiā, vel arbitrium prolatum vno abſente. Idque de iure ciuili, ſecùs de iure can.q.24.

Diſpoſitionem c.fi.ext. de arb. non habere locum in terris imperij.q.25.

iudicem ordinarium in ſententia poſſe tempus executionis à lege indultum,ex cauſa prorogare,vel minuere.q.26.

Delegatum non poſſe prorogare,vel minuere tempus executionis à lege indultum.q.27.

Si agatur actione iudicati ex ſententia, requiri libellum, & ordinem iudiciarium:ſin imploretur officium iudicis, ſufficere ſummariam petitionem.q.28.

In executiōe ſnīę reqri citationē ptis:& q̄ ſit hui⁹ ratio.q.29.

Indiſtinctè in omni executiōe citari partē,æqui⁹ eſſe.q.30.

Ordo executionis hic ſeruandus eſt, vt prius capiantur bona mobilia minus damnoſa.q.31.

Executionem factam non ſeruato ordine. & forma l. à diuo pio.in §.in venditione,ipſo iure non valere.q.32.

Executorem & victorem non teneri de euictione rei venditæ,ſed periculum ſpectare ad emptorem, ſeu potius in effectu ad debitorem.q.33.

Executionem ſententię impediri per petitionem reſtitutionis in integrum.q.34.

Exceptionem nullitatis, ſi ſit liquida,& ſummariè probari poſſit,impedire executionem ſententię,ſecùs ſi requirat altiorem indaginem.q.35.

Exceptionem nullitatis non impedire executionem trium ↄformium ſententiarum:idq; obtinere ac procedere & in criminalib.& in tribus ſententiis interlocutoriis.q.36.

Nullitatis exceptionem admittendam aduerſus tres conformes ſententias,quoties nullitas ipſa notoria eſt,& euidens ex actis:aut tertius aliquis eam opponat.ead.q.

An & quando tertius poſſit impedire executionem ſententiæ inter alios latæ.q.37.

Tertium, ſententiæ executionem impedire volentem,docere debere ſummatim & intra breue tp̄s ius ↄdicendi.q.38.

Tertius opponens ſe executioni ſententiæ, cùm calumnia præſumitur,non eſt admittendus q.39.

Intellectus clem. 1.de re iudic.Et an tertius poſſit impedire executionem trium ſententiarum ex cauſa nullitatis.q.40.

ſententia lata contra hæredem,an & quando noceat & prę iudicet legatariis.q.41.

## QVAESTIO I.

QVAERO,an ſententia condemnatoria producat vtramque obligationem,naturalem& ciuilem?reſp.quoad ciuilem, nullus eſt qui dubitat,vt teſtatur iaſ.in l.iulianus verum debitorem.nu.23.ff.de cond.ind.

ſed an naturalem producat, inter doctores eſt controuerſia. communis tamen & vera ſententia eſt, ꝙ ſententia condemnatoria producat obligationem tùm ciuilem,tùm naturalem,vt relatis plurib.opi.firmat iaſ.d.l.iulianus.nu.23.Quæ communis ſententia tamen intelligenda eſt,de naturali obligatione impropria,quæ ſcilicet naſcitur ex illa naturali æquitate, quæ vult, vt patriæ magiſtratui, & ſic ſententiæ iudicis obediamus. habet enim ſententia ſecun.doc.communiter d. l.iulianus.duo capita,ex quibus oritur, conſenſum nempè,& æquitatem naturalem in genere.

## QVAESTIO II.

Quæro, an præceptum iudicis in confeſſum, ſit ſententia definitiua,vel interlocutoria?reſp.ꝙ licet inter doc.ſit controuerſia: communiter tamen in eam itum eſt ſententiam, ꝙ ſit ſententia.ita tenet Bald.in addi.ad ſpecul.ti.de ſent.ver.ſed an valeat præceptum.Ang.§.illud.auth.de hære.& falci.eandem tenet Rip.c.quoniam contra.ver.interlocutiones.ext.de probatio.Fel.c.quærenti.de of.del.Et eam dicit eſſe communem Marant.in ſpecul.par.vlt.c.1.nu.28.

## QVAESTIO III.

Quero,an condemnatio expenſarum dicatur interlocutoria,vel definitiua?reſp.cōis & vera concl.eſt,ꝙ ſi cōdemnatio expenſarum fiat in proceſſu cauſæ ante ſententiam definitiuam,tunc eſt interlocutoria.ſecùs ſi fiat cum ſententia definitiua:quia tunc cenſetur pars ſentētiæ definitiuæ.ita tenet Fel. rub.extr.de re iud.Ang.l.qui agnitis.ff.de except. & hanc eſſe com.opi.firmat Marant.in ſpecu.d.part.vlt.c.1.nu.36.

## QVAESTIO IIII.

Quæro, an ſententia interlocutoria requirat citationem partis?reſp quòd ſecundum magis communem & veram doctor.ſentētiam,ſi ſententia interlocutoria ſit præiudicialis parti,requiratur citatio partis,aliàs nihil valet. ſecùs ſi ſit modici præiudicij.ita tenet Bartol.& omnes doc. in l.nec quicquam.

ff.de of.proconſ.Et ibi iaſ.dicit hanc eſſe magis com.opi.Eandem tenent Bart.imol.& doct.in l.ſi ōpus.ff.de noui ope.nun.

Limita hanc communem conclu. vt non procedat,quando partes ſunt præſentes in iudicio, namque tunc etiam inuitis partibus quęcunque ſententia poteſt proferri etiam diffinitiua ſine citatione.Ita eſt text.qui probat in l.de vnoquoque. verb.præſentib. de re iud. vbi tenent hanc ſententiam Ang. imol.& Alex.Et ꝙ iſta ſit communis opi.firmat iaſ.d.l.nec quicquam.nu.26.quam tamen intellige & declara vt per eum.

### QVAESTIO V.

Sed quæro, Nunquid in inhibitoriis, quas faciunt iudices eccleſiaſtici ſecularibus,requiratur citatio? Reſp.doct. in hac q.ſententiis variant. Vna eſt illorum, qui dicunt non requiri citationem,ex quo ɔtradicere non poſſunt. Hanc partem amplectitur Bald.in l.presbyteri.C.de epiſc.& cler. Ant.de Butr. c.tuam.de ord.cog.Aret.conſ.75.incip.diligenter. Altera eſt opinio illorum,qui volunt,ꝙ requiratur citatio, quam tenet imol.& Pan.c.debitores.ext.de iureiu.Pet.de Anch.in conſil. 222.incip.caſus talis eſt,poſt præceptum. Hanc dicit eſſe magis communem opi.Alex.in l.4.§.condemnatum.ff.de re iud. & in l.titia,ff.ſo.ma.& in conſ.91.incip. viſis ac mihi tranſmiſſis.vol.2.conſ.9.incip.præſtantiſſime doctor.vol.4.

### QVAESTIO VI.

Quæro,An ſententia interlocutoria debeat proferri in ſcriptis? Reſp.communis & vera concluſio eſt, ꝙ neceſſariò non ſit in ſcriptis ferenda: licet poſtea debeat in ſcriptis redigi, ita tenet gl.in ca.quoniam contra verb.interlocutiones. Et hanc opi.ſequitur Bart.in l.2.C.de ſent.ex breui.recit.Ang.& imol. in l.1.§.libelli.ff. de appel. Et hanc dicit eſſe communem opi. iaſ.d.l.necquicquam.n.59.cū ſeq.Et in hoc differt à ſententia diffinitiua,quę non valet niſi in ſcriptis feratur,& deſcripti re citatione,tex.l.fi. C.de ſent.ex breui.recit.& eſt communi ſecundum præfatos doct.

Amplia hanc communem, vt etiam de partium conſenſu ſententia definitiua ſine ſcriptis lata non valeat,ita tenet gl.c.fi.verb.illuſtrium.de re iu.in 6.gl.§.ſicubi.auth.de mand.prin. Et ita communiter firmat iaſ.d.l.necquicquam.nu.67.

### QVAESTIO VII.

Quæro,Vbi ſententia ſit ferenda? Reſp.ſec. communem & receptam doct.opinionem,ſententiam eſſe ferendam in loco ſolito iudicij.de hoc eſt tex.in l.cùm ſententiam. C.de ſent.& ꝙ hæc ſit communis opi.firmat iaſ.in l.pe.per illum tex.ff. de iuſtit.& iur.Maran.in ſpec.par.3.prin.c.1.nu.71.

Limita hanc communem conclu.vt non habeat locum in iudice appellationis, namque is in omni loco honeſto poteſt ſententiam proferre.Ita ſentit gl.in d.l.cùm ſententiam.& ibi doct.communiter,vt firmat Robert. Maran.in ſpec.d. part.3. c.1.nu.81.

### QVAESTIO VIII.

Quæro,Quando ſententia ſit ferenda? Reſp.ꝙ ſententia debet proferri de die, & non de nocte, aliàs ſi noctu iudicatum ſit non valet.text. eſt in c.conſuluit.de of.deleg.l.2. §. & quia magiſtratus.ff.de orig.iur.Hanc opi.tenet gl.Bart.& doc.communiter in l.more Romano.Et ibi in ſpecie firmat iaſ.ff.de feriis.Eandem dicit eſſe magis communem opi.Corn. in conſi. 54.vol.2.

### QVAESTIO IX.

Quęro,Si iudex in ſententia ſua dicat, pronuncia prout in tali conſilio continetur:An videatur condemnaſſe,ſi conſultor in ſuo conſilio condemnandum eſſe conſuluit? Reſp.Videtur dicendum ꝙ non,quia in ſententia pro forma requiritur verbum condemno , vel abſoluo, aliàs ſententia ipſo iure nulla eſt.Contraria tamen opinio communiter approbata eſt,vt firmat Alex.in l.1.ff.de re iud.Rober.Maran.d.part.6.c.1.n.126. intentio enim iudicis hæc fuit,vt condemnaret,relata ad conſilium ſapientis. Vnde ita debet interpretari , vt actus potius valeat , quàm pereat.Et ita tenet Angel. in conſil.250. incip. domina.

### QVAESTIO X.

Quæro,An ſententia probet acta iudicij præceſſiſſe & proceſſum? Reſp,ꝙ non probat,niſi tranſiuiſſet in rem iudicatam, quia tunc habet præſumptionem iuris pro ſe,quò ad rectitudinem proceſſus,& inſtantiam.Ita tenet gl.ca.quoniam contra extr.de proba.quam ſequitur ibi inn.Ant.de Butr.& doct. inn.c.bonæ memoriæ.ext.de elect.ſpec.tit.de ſent.& re iudi.§. fi.verſic,in ſumma.Rota deciſ.417.& deciſ.296.Fred. de Sen. conſ. 165. ſiue ſententia lata parte præſente,ſiue contumaciter abſente,Ant.de Butr.d.c,quoniam.Spec.tit.de ſent.prola. §.vt autem,pract.Papienſ.form.ſent.definit.verb.viſaque litis conteſt.imol.& Rom.l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.imol. c.cùm in iure.de of.delegat. Vbi dicit hanc eſſe communem opi.quem refert Th.Gram.deciſ.24.nu.5.Ratio quia non appellans videtur approbare ſententiam,&per conſequens omnia ex eadem cōſequentia,vnde verbis ipſius cuncta acta narrantibus ſtandum eſt , & omnia legitimè interueniſſe præſumendum eſt.Eandem opi.tenet Bertr.conſ.232.vol. 3. incip. addendo eleganter.Vbi dicit,ꝙ multi ſunt doctiſſimi, & magnę authoritatis,qui huic ſententię aſtipulantur,quod pro ſententia pręſumatur,quę tanſiuit in rem iudicatam,ſiue lata fuerit de præſenti,ſiue non : ſiue in præſentem,ſiue in abſentem, & contumacem,verum vel fictum.Et eam dicit communem idem imo.in d.c.quoniam.& in c.in præſentia.de remiſ.Rom. in l.ſciendum.ff.de ver.ob.idem conſuluit curt. ſen.conſ.65.

### QVAESTIO XI.

Quæro,An iudex poſſit reuocare ſententiam interlocutoriam? Reſp.ꝙ ſic,& de hoc eſt tex.in l.quod iuſſit.ff. de re iud. & ibi communiter teneri firmat iaſ.in princ.Et dicit pract.papienſ.in for.ſent.interloc.ſup.incompet.iud. quod veritas eſt ſecundum omnes doct.tam legiſtas,quàm canoniſtas,ꝙ ſententia interlocutoria poſſit reuocari omni caſu,ſi interueniat cauſæ cognitio.niſi ſit talis,qua lata finiatur officium iudicis, vt quia iudex pronunciat ſe non eſſe iudicem competentem, ſiue ſententia interlocutoria contineat aliquid dari : vel fieri, ſiue deciſionem alicuius articuli incidentis vel emergentis.Et hanc eſſe communem opinionem firmat idem iaſ.d.l.ꝙ iuſſit n.23.Et ita intelligenda eſt communis doct.opinio,quę vult, interlocutoriam,quæ habet vim definitiuæ,reuocari non poſſe,vt procedat in illis,quæ non ſperant aliam ſententiam poſt ſe,Aliæ namque,quę dantur in medio proceſſus,quæ ſperant diffinitiuam poſt ſe,reuocari poſſunt Alex.d.l.quòd iuſſit Maran.d.part.3.c.1.nu.46.& 32.Vbi dicit ſupra d. concluſionem eſſe communem.

Amplia communem opinionem,vt procedat,etiamſi poſt interlocutoriam factæ eſſent expenſæ per partem. Namque nihilominus poteſt reuocari etiam non refuſis expenſis parti, ita probat tex.in c.cum ceſſante.de app. & ibi tenet Hoſti. Io. And.& doc.communiter.Hanc dicit eſſe communem opinionem Alex.d.l.quòd iuſſit.limi.5.& iaſ.nu.9.

### QVAESTIO XII.

Vulgaris concluſio eſt arbitri ſententiæ,etiamſi iniqua ſit, ſtandum eſſe,ita probat tex.l.diem proferre.§.ſtare.ff.de arbi. & tex.l.qualem.e.tit.Hanc dicit eſſe communem opi.Rober. Maranta,in ſpec.par.6.rub.de app.nu.259.

Limita hanc concluſionem procedere in arbitrio voluntario:ſecùs in ſtatutario,Nam ab eius ſententia appellatur ex diſpoſitione iuris,cùm multum aſſimiletur iudici ordinario,ſecundum not.per doc.l.fi.C.de iud.Hanc opinionem tenet gl. c.à iudicibus.2.q.6.gl.in ca.ab arbitris.de of.deleg.Hanc opi. ſequitur Bar.Sal.iaſ.& Iac.de S.G.in d.l.fi.Et ibi Are.qui dicit, quòd hæc eſt verior & com.opi. Et eam tenet Iaſ.§. omnium. nu.11.inſt. de actio. & eſt veriſſima opinio, licet contrarium teneat Ant.de Bu. c.cum dilectus.de arbi.

Secundò limita,vt non procedat,quando ſententia arbitri continet errorem expreſſum,ita tenet Bart.Alex.iaſ.& doc.in l.cum prolatis.ff.de re iudi. Et dicit iaſ.ꝙ hanc ſententiam tenent omnes poſt inn.in c.P.& G.ext.de of.deleg.fel.in c.1.nu. 6.de re iud.Eandem tenent omnes modern.in l.qui Romæ.§. duo frēs.ff.de ver.ob.An. de Bu.c.quintauallis.n.42. de iu.iu.

### QAAESTIO XIII.

Quæro,An ſententia referens ſe ad acta nihil probantia valeat,ſi nō fuerit appellatum? Reſp.In hoc articulo variè locuti ſunt doct.Quidā ſentiunt,ꝙ talis ſnīa nō ſit ipſo iure nulla.Ita firmat.inn.d.c.qm̄ ɔ falſam Bal.l.prolatam.C.de ſen.& interl. & in l.j.C.de erro.calc.l.j.C.de indict.vidui.abb.c.inter cętera. de re iu.Matth.de affl.cū multis ꝑ eū alleg.deciſ.28.n.3.&ſeq.

Contrariam ſententiam,ꝙ talis ſententia ſit ipſo iure nulla, & conſequenter nō tranſeat in rem iudicatam . quamuis non ſit appellatum,tenet idem inn.in c.cùm Berthold.ibi, Ant. de But.de re iud.Ant.de Bu.imo.& Aret.d.c.quoniam contra.Et hanc opi.dicit eſſe communem Alex.l.ſi is ad quem.ff.de acq. hær.Eandem dicit eſſe communem Matth.de affl.deciſ. 47.n. 3.& eam tenet Io.de imol.l.ex diuerſo.§.fi.ff.ſol.mat.Eandem dicit eſſe magis communem Alex.in conſ.123.incip.diſcuſſis hæſitationibus.vol.1.Et eam tenet Hoſt.c.ſicut nobis. de re iudi.Et hæc quidem procedunt , quando iudex expreſsè in ſententia ſe refert ad acta.

### QVAESTIO XIIII.

Sed quid ſi ſententia non refert ſe ad acta,ſed tamen ex actis apparet eſſe iniquam,quo caſu ſententia dicitur lata contra ius litigatoris? Reſp.In hoc articulo magna fuit controuerſia





inter doc.Quidam exiſtimant ſententiam eſſe nullam,ſi apparet ex actis iudicem malè iudicaſſe. Hanc opi.tenet Iacob.de Rauen. Petr.de Bellaper.l.1. C.de error.calc. Rot.deciſ.335. incip.fuit dubitatum.Eandem ſententiam firmat Abb.c.cùm inter.de re iud.c.quoniam contra.de prob.Card.cle.1.§.fi.de foro comp.

Contrariam opi.ꝙ talis ſententia non ſit nulla, tenet Bald. in l.1.C.de error.calc.Alex.l.rei iudicatæ.§.fi.ff.ſol.mat.Feli.c. inter cæteras.de re iud.Eandem tenet Bald.l.1.C.ne filius pro patre.Et eam dicit eſſe magis communem Alex.de imol.in l. præſes.ff.de re iud.quem refert Matth.de Affl.deciſ.28.nu.8. Eandem dicit eſſe com.opi.idem Matth.de Affl.deciſ.47.n.4.

### QVAESTIO XV.

Sed quid ſi duæ cauſæ in ſententia ſint expreſſæ, quarum vna eſt vera,& altera falſa. nunquid ſententia reddatur nulla, an verò ſuſtineatur ex cauſa vera? reſp.ꝙ ſententia valet & remanet firma, inſpecta cauſa vera , quia in dubio ſemper pro ſententia præſumit.ita tenet Inn.c.in præſentia.ext.de renun. & ſequitur Im.Paul.de caſt. & Alex. d l.ſi is ad quem.Et dicit ibi Alex.dictum Inn.communi calculo approbari,& in conſ. 146.incip.in cauſa & lite vertente.eandem dicit eſſe communem Iaſ.d.l.ſi is ad quem.nu.27.

### QVAESTIO XVI.

Quæro, an valeat ſententia iudicis, referentis ſe ad certam quantitatem,de qua liquet in certo inſtrumento, non tamen in actis producto? reſp.Inn.in c.venerabilis.ext.de except.concludit per tex.ibi,dum dicit per authen.ſcripta,ꝙ ſic. eandem ſententiam firmat Bal.l.1. C.de ſent.ex breuic.recit.Alex.ſibi contrarius in l.ait prætor.§.ſi iudex.

Sed in contrariam partem magis communiter itum eſt, ꝙ ſcilicet talis ſententia non valeat,ſi inſtrumentum in iudicio, vel inſtantia illa productum non ſit.Hanc opi.tenet Io.Andr. in addit.ad Specul.tit.de ſenten.prola. §.qualiter. verſ.quid ſi iudex.Ioan.de Imo.c.cùm venerabilis.de except. Eandem tenet Roman.l.1.§.ſi quis ita.ff.de verbor.obligat. Et eam dicit eſſe communem Alexand.in conſ.53. incip.quæritur an ſtante nullitate.volu.5. & in conſ.109. incip.viſo proceſſu cauſæ vertentis. Et hanc dicit eſſe veriorem & communiorem Iaſ. d.§.ſi iudex.nu.19.

### QVAESTIO XVII.

Quæro,An valeat ſententia lata pro abſente non contumace? Reſp.glo.l.properandum.§.ſin autem reus. verb.contradictionem.& §.ſi autem alterutra.verb.victori.tenet quòd ſic.

Sed negatiua ſentētia communiter approbata eſt,vt firmat Rapha.Cuma.& Alex.l.furioſo.ff.de re iud.& ibi iaſ.n.3.Eandem dicit eſſe cōem idem iaſ. l.nec quicquam. n.48.ff.de off. procon.Ex quo enim deficit citatio,q̄ eſt de forma ſubſtantiali ſententiæ,ſententia pro abſente non citato lata æquè nō valet in eius fauorem,ac ſi ɔ abſentem nō citatum eſſet prolata.

### QVAESTIO XVIII.

Quæro , an ſententia lata contra minorem indefenſum valeat mero iure? Reſp.ꝙ non, ſed eſt ipſo iure nulla,de hoc eſt textus in l.cùm &minores,C.ſi aduer.rem iudicatam.l.contra pupillum.ibi,Bart.& Alex.& doct.communiter.ff.de re iudic. iaſ.l.ſi is ad quem.num. 14.ff.de acquir.hæred.& hoc eſt indubitatum.

### QVAESTIO XIX.

Sed quæro , Nunquid valeat ſententia , ſi pro minore lata ſit? Reſpond.quòd ſic, & de hoc eſt text.in l.non eo minus.ibi Alex. & omnes doctor.C.de procuratoribus. Alex.in l.furioſo.ff.de re iudicata.Et quòd hæc ſit communis opinio, firmat Rober.Marant.d.6 part.Rub.de ſenten.nu. 106.

### QVAESTIO XX.

Quæro, An ſententia poſſit ferri contra procuratorē mortuo domino poſt litem conteſtatam? Reſp.quòd ſic,quia effectus eſt dominus litis , ideoque non extinguitur mandatum morte principalis.

### QVAESTIO XXI.

Sed dubium eſt,qualiter ferenda aut concipienda ſit ſentētia , quia ſi mortui fiat mentio , videtur ſententia non valere, per text.in l.in ſumma. §.finali.Et quæ ibi not.doct. ff.de re iudicata. Reſp.in hoc communiter approbata eſt ſentētia Alex. in l.nulla. C. de procuratorib. ſecundum quam iudex ita pronunciabit : Condemno talem procuratorem quondam Titij defuncti, procuratori nomine hæredum, vel eorum,ad quos res illa pertinet. Et talis ſentētia valet. Hanc eſſe communem & receptam ſententiam teſtatur Rober.Maran.in Spec.6.par. Rubr.de ſent.nu.108.

### QVAESTIO XXII.

Quæro,An ſententia lata ſuper inepto libello, ex quo ſcilicet non poſſit legitimè colligi actio, ſit ipſo iure nulla? Reſp. quòd ſic,ita tenet glo.in princ.Inſtitut.de obligat.verb.ſecundum,quam communiter approbatam firmat Maran.in d.par. 6.Rubr.de ſent. nu.67. & eam opinionem tenet Abb.c. cùm dilecti.extrà,de emptione & venditione.Bald.l.ex hoc iure.ff. de iuſtitia & iure. Ex quo enim talis libellus non valet, etiam parte nō opponente,imò poteſt de ineptitudine opponi poſt ſententiam,apparet ſententiam eſſe nullam.

### QVAESTIO XXIII.

Quæro,An ſententia lata ex iudicio expertorū in arte,tranſeat in rem iudicatam,ita vt retractari non poſſit? Reſp.Communis & recepta doct. opinio eſt, quòd nunquam tranſit in rem iudicatam,ita tenet Bald.Alex. & doc.l.ſi ab hoſtib.ff.ſol. matrim.Ang.l.quòd ſi nolit.§.ſi mancipium.ff.de ædilit.edict. eandem tenet Feli.c.propoſuiſti.ext.de prob.& eam dicit eſſe communem Iaſ.l.admonendi.in repet.nu.39.

### QVAESTIO XXIIII.

Quæro, ſi in tres vel plures fuit compromiſſum, an valeat ſententia,vel arbitrium,vno abſente? reſp.de iure ciuili expeditum eſt non valere,ita probat text.l.item ſi vnus.§.fin.ff.de recept.arbit.ſecùs de iure canon. Namque maior pars poteſt procedere ad ſententiam tertio abſente , & valet arbitrium. text.eſt expreſſus.c.fi.de arbi.in 6.

### QVAESTIO XXV.

Sed dubium eſt, an diſpoſitio d.c.fi.ſit quoque ſeruanda in terris imperij? & communis ac recepta doct.opinio eſt, quòd non , ſed debet ius ciuile ſeruari in foro ciuili, & ius canonicum in terris eccleſiæ ſubiectis.Ita tenet gloſſ.in d.c.fi. ver.ciuilis.& hanc opinionem ſequitur Bart.& doc. in l. duo ex tribus.& ibi Iaſ.dicit hanc eſſe communem opinionem.nu.4.ff. de re iud.

### QVAESTIO XXVI.

Quæro, an iudex in ſententia poſſit tempus executionis à l. indultum ex cauſa prorogare vel minuere? reſpond. quòd in iudice ordinario hoc eſt expeditum per text.l.2.ff.de re iudic.& quòd iſta ſit communis opinio,firmat Iaſ. ibi in princi. & nu.6.

### QVAESTIO XXVII.

Sed controuerſia eſt inter doc.nunquid delegatus poſſit illud tempus prorogare vel minuere. communiter tamen in eam itum eſt ſententiam,ꝙ non poſſit,vt teſtatur Iaſ.d.l.2.nu. 5.& nu.9.quia iudicaret de re,quæ non eſt ſuæ iuriſdictionis, & imponeret legem ſuo ſuperiori , quod fieri nequit ſecundum not.per Bart.& doc.ibi communiter.

### QVAESTIO XXVIII.

Quæro, an in iudicio , quo petitur executio ſententiæ, requiratur libellus,& ordo iudiciarius? reſp.ꝙ ſi agatur actione ex ſententia deſcendente, tunc requiri libellum, & cæteros actus iudiciales,ſecùs ſi imploratur officium iudicis,quia tunc ſufficit ſummaria petitio, ita tenet Spec.tit.de execut.ſent. §. qualiter.in prin.Bart.& doc.l.intra dies.ff.de re iud.& nouiter conſtitut.Imper.Carol.v.Auguſt.3.part.art.48.hanc dicit eſſe com.opi.Imol.d.l.intra dies.ſubdens ab ea non eſſe tutum recedere.eandem dicit ibi com.Rapha.cuma. & in pract.ſeruandam.& Alex.cum multis per eum alleg.

### QVAESTIO XXIX.

Quæro , an citatio partis requiratur in executione ſententiæ? reſp.ꝙ ſic.l.1.ibi,ſi cœperis conueniri.C.de iur.& fac.ign. Bart.Alex.Iaſ.& doc.l.à diuo Pio.§.in venditione. & ibi Vinc. de Hercul.nu.32.ff.de re iud. Ratio eſt, quia aliter pars poteſt lædi propter multas exceptiones,quas opponere poterit. Gl. & doc.d.l.1.Matth.de Afflic.in conſtit.Neapol.libr.2.rub.17. numer.15.

### QVAESTIO XXX.

Sed nunquid indiſtinctè in omni executione requiratur citatio? reſp. Cyn. l.ab executione. C.quor.appel.non recip.tenet ꝙ ſic, ſiue executio fiat in actione perſonali, ſiue in reali, propter identitatem rationis,& hanc ſententiam ſequitur Im. d.§.in venditione. & ibi Alex.qui dicit, ꝙ hæc opi.eſt verior, & Iaſ.nu.9.

Contrarium tamen tenet Bart.d.§.in venditione.nu.2.ꝙ in reali , quando fit executio in eadem re , in qua facta eſt condemnatio , & quando in perſonali agitur ad ſpeciem extantem,non requiratur citatio,aliàs ſecùs. Et hæc opi. eſt magis com.vt firmat Iaſ.d.§.in venditione.nu.9. Mihi tamen placet opi.Cyn.quæ nititur æquitate,quam etiam tenet Soc.in trac. de dilat.art.7.q.19.& eſt magis tuta.

Amplia hanc concluſ. procedere etiam poſt deſertionem appellationis,ſcilicet,ſi pars intra tempus non fuit proſequuta appellationem,& ſic remanſit deſerta.ita tenet Bart.l.j.in fi.

ff.nil no.ap.pen. Bald.& doct. communiter in l.ſi contra.C.de app.vt teſtatur Marian.in Spe.par.6.Rub.de execu.n.16.& ſequitur Dec.conſ.97.nu.2. Matth.de Afflic. conſt. Neap.lib.2. Rub.17.n.20.aliâs ſi pars in executione non fuerit citata,non valet executio.vide dec.Neap.358.

QVAESTIO XXXI.

Quæro, Quis ſit ordo,& forma executionis? Reſp.de hoc eſt textus in l.à diuo Pio.ff.de re iud.l.1.C.de execut.rei iud.& tradit gl.in c.paſtoralis.§.quia verò.de offi.deleg.Et not.cõem concluſion.ꝙ prius debent capi bona mobilia minus damnoſa,ita tenet glo.ibi in verb.animalia, quam dicit communiter approbatam ibi iaſ.n.10.Licet Raph.Cuma.velit in electione creditoris eſſe capere,de quibus ipſe velit.

QVAESTIO XXXII.

Sed quæro. An executio facta nõ ſeruato ordine d.l.à diuo Pio.ſit ipſo iure nulla? Reſp.Bart.in d.§.in venditione. tenet ꝙ non,quem ſequuntur Io.An.& Ant.de But.in c.quoniam frequenter.§.fin.ext.vt lite non conteſt. Abb.c. quod ad conſultationem. de re iudi. Et hanc eſſe magis commun.opi. firmat iaſ.d.§.in venditione.n.19. Licet ipſe amplectatur contrariam opi.quam etiam tenet ibi Alex.& Im.& hæc videtur verior,vt ſcilicet dicamus Iureconſultum ibi ponere formam, à qua recedi non debet, ne nimis grauetur debitor. Hanc opinionem tenet quoq; Fel.d.c.ꝙ ad conſultationem.Maran.part.6.Rub. de execut.& ita iudicatum refert Matth.de Afflic.deciſ.358.

QVAESTIO XXXIII.

Quæro, An executor & victor teneatur de euictione rei vẽditæ? Reſp.ꝙ non, ſed periculum ſpectat ad emptorem,ita tenet gl.d.l.à diuo Pio §.ſi poſt addictum.verb. periculũ. quam communiter approbatam dicit iaſ. ibi nu. 3. quia tamen ipſe habet regreſſum contra debitorem condemnatum, cui profuit ſolutio, & qui fuit liberatus per ſolutionem pignorum, effectus periculi euictionis eſt ipſius debitoris condemnati.

QVAESTIO XXXIIII.

Quæro, Vtrum petitio reſtitutionis in integrum impediat executionem ſententiæ? Reſp. ꝙ ſic.tex.eſt l.vnica.C.de reſtit. in integ.poſtul.Inn glo.Abb.& omnes.c.ſuſcitata.de in integ. reſtit.Bart.l.defendente.ff.de autor.tuto. & l.ſi prætor.§. Marcellus in fin.ff.de iud.Eandem tenent ſententiam Imol.Cum. & Alex.in l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.vbi iaſ.n.26. & Ripa n.30.fatentur hanc eſſe communem.& tenet Bald.in conſ. 358.vol.3.Soc.conſ.109.vol.4. Paul. Pariſ.conſ.109.col.vlt. lib.4.Rota.deciſ.446.in nouis Rober.Maran.de ordine iudic. par.6.c.de execut.ſenten.nu.58.Rota.deciſ.379.in nouis.

QVAESTIO XXXV.

Quæro,vtrum ſententię executio impediatur nullitatis exceptione? Reſp. ꝙ ſic, dummodò ſummariè & ſtatim probari poſſit nullitas,l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iud.Bart.& omnes.l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.Fran.c.dilecto.de appel.doc.l.fi.C.ſi ex falſ.inſtru.Bal.l.ab executore. n.7.C.quor. app.non reci.Matth.de Affl.deciſ.Neap.283.& hanc dicit eſſe com.opi.Alex.conſ.33.n.9.lib.j.Sebaſt.Vant.de nullit.c.quot & quibus.mod.nullitas proponi poſſit.n.32. Alex. iaſ.& Moderni d.§.condemnatum,& præſertim Ripa.

QVAESTIO XXXVI.

Sed quid,ſi ſint tres conformes ſententiæ,nunquid nullitatis exceptio impediet executionem? Reſp. Receptior eſt opinio,non impediri trium ſententiarum conformium executionem.text.eſt Clement.1.de re iud.& firmant omnes doc.præſertim Alex.iaſ.& apertius Ripa.dic.§.condemnatum.numer. 14.& ſequent.

Amplia prædictam concluſionem,vt procedat etiam in criminalibus, Namque non obſtante nullitatis exceptione tres conformes ſententiæ executioni mandandæ ſunt, ita firmat gl.communi conſenſu approbata.d.Clem.1.verb.quamuis.

Amplia ſecundò, vt obtineat quoque in tribus ſententiis interlocutoriis,ita tenet. d.glo.communiter approbata,vt firmat Alex.Rub.ff.de re iud.Abb.c.cauſam matrimonij.de offi. delegat.Eandem ſententiam tenet Rot. deciſ.113.in nouis.& Fel.Rub.de re iud.

Limita prædictam cõem concluſionem, vt admittenda ſit nullitatis exceptio aduerſus tres ſentẽtias cõformes, quoties nullitas ipſa notoria eſt,& euidẽs ex actis,ita tenet Oldr.conſ. 106.Card.d.Clem.1.Dom.conſ.24.& conſ.95.col.j.Eandem ſententiam firmat Fran.c.dilecto,de appel. Bald.l.1.C.ne lice. tertio prouo.Imo.l.de pupillo.§.qui opus. ff.de oper. no.nun. Corn.conſ.204.lib.2.Iaſ.conſ.44.lib.3. Curt.ſen.conſ.59.col. 6.Aim.Crau.conſ.3.col.1.Io.ab Amic.conſ.128.& eam dicit com.Rip.d.§.condemnatum.& tenet ibi Alex.& Iaſ.

ſecundò limita, vt non habeat locum in tertio opponente nullitatis exceptionem,Namq; impeditur executio, ita tenet Io.And.d.Clem.1.in glo.verb.contra ſe.& ibi Card.q.4.Fel.c. cùm ſuper.de re iud.nu.28. & c.qualiter.el.1. nu.31. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem.c.veniens.el.2.ext.de teſtibus. Alex.& iaſ.d.l.à.diuo Pio. §.ſuper rebus ff.de re iud.Eandem dicit eſſe com.Sebaſt. Vant.de nullit.ti.quis poſſit dicere de nullit.& ſequitur Dec.c.ſua.n.10.de appellat.Rot.dec.441. in antiq.Rom.ſing.291. Quam ſententiam ego indiſtinctè veram puto,quoties ſententiæ tertio vel ex natura cauſæ,vel ratione ſcientiæ non nocent,licet contrarium velint Barb. Zenzeli.& Imo.d.Clem.1.

QVAESTIO XXXVII.

Quæro, An tertius poſſit impedire executionem ſententiæ inter alios latæ? Reſp.Circa hunc paſſum in varias per doc.itũ eſt ſententias,pro clariori igitur declaratione diſtinguendum eſt. Aut fit executio ſententiæ latæ in actione reali,aut perſonali.primo caſu aut victus poſſidet rem duobus ſimul petentibus, & tunc qui prius vicerit, obtinebit in executionis iudicio,præſtita tamen cautione victo de eum defendendo cõtra tertium,ita probat text.expreſſus in l.is à quo.cum l.ſeq.ff.de rei vend.l.cùm idem.ff.de pet.her.per quæ iura,ita tenet Bart. Alex.iaſ.& doct.l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iud.Bart. d.l.cùm idem.& l.ſi alienam rem.ff.de ſolut. Abb.Ant.de But. Card.felin.n.7.Aret.& alij.c.veniens.el.2.de teſtib.Inn.c.cùm ſuper.n.4.felin.n.11.de re iud.Si verò tertius poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, cœpit agere contra victum, vel oppoſuit ſe executioni,non auditur,ſed mandatur executioni ſententia contra poſſeſſorem in re petita,etiam ſine vlla cautione,ita tenet Inn.Imo.Ant.de But.&fel.d.c.veniens.n.8. & Aret.ibi,num.3.dicit.hanc eſſe communem opinionem,& quod omnes ſequantur firmat felin. num.9. Eandem ſententiam firmat Ang. Aret.l.à ſententia.ff.de appellat.Alex. & iaſ. d.§.ſuper rebus.glo.d.c.cùm ſuper.verb.interpoſitam.

Aut tertius ſe opponens poſſidet, & tunc dubio procul audiendus eſt,& impedit executionẽ.Ratio, quia hic tertius rei petitæ poſſeſſor nondum fuit victus ab eo,qui petit executionem: alioquin non fieret executio contra victum, ſed contra ipſum tertium,qui nuſquam litigauit,nec victus fuit, ſicut ꝓbatur in d.d.cùm ſuper.& d.§.ſuper rebus.& l.ob maritorum. C. ne vxor pro marito. Facit regula, Res inter alios acta, aliis non nocet.l.ſæpè.de re iud.Ita tenet imola.l.à ſententia,in pr. ff.de app.quam ſequitur Alex.& doct.communiter.d.§. ſi ſuper rebus.Pet.à Duen.in tract.regula.reg.274.limit.2.

Aut res quæ à duobus petitur,vacat,& tunc admittitur oppones ſe ad impediẽdam executionẽ,ſi velit docere,ꝙ ei' interſit poſſeſſionẽ victori non tradi: quia facilius eam obtinebit vacantem,quàm ſi fuerit alteri tradita.tex.in d.c.veniens.vbi tenet inn.& omnes doct.Bart.Alex.& iaſ.d.§.ſi ſuper rebus.feli.& doc.d.c.ſuper rebus,& hanc eſſe communem ſententiam firmat Did.à Corua.in lib.pract.q.c.16.nu.3.

Secundo caſu principali.qñ lis eſt ſuper actione perſonali, & ſnĩa executioni mandanda in rebus,quas victor aſſerit eſſe debitoris ꝯdemnati,ſi tertius volẽs impedire executionẽ, nõ poſſidet,& vult probare ſe dñm eſſe illarum rerũ,impedit̃ executio.tex.l.à diuo pio.§.ſi ſuper reb.ibi gl.verb.fiat.Bart.&oẽs doct.communiter.ff.de re iu.inn.& doc.d.c.veniens.Sin verò tertius ille poſſidet,ſufficit, ꝙ alleget poſſeſſionem, ad impediendam executionem quò ad poſſeſſionem, quam obtinet, etiamſi non dixerit ſe dominũ, & victor velit probare dominium eſſe apud debitorem victum, ita tenet Bart. & doct. communiter,teſte iaſ.num.9.Zaſ.d.§.ſi ſuper.Fab.l.1.C.de priuileg.fiſc.abb.d.c.cùm ſuper.

Prædicta omnia ego vera eſſe iudico, in iis caſibus, quibus ſententia lata inter alios aliis non præiudicat,nec iure nocet, vel nocere quidem poteſt & nocet, tertius tamen potuit appellare & appellauit.Secùs verò in iis caſibus, quibus ſententia nocet tertio quoad plenum præiudicium ex natura cauſę, vel ratione ſcientiæ,aut alio pacto, & tertius appellare nõ p̃t. Namque tunc quoque quoad tertium tranſlata eſt ſententia in rem iudicatam,ideoque executio impediri nequit,per ea q̃ no.doc.cõiter d.l.ſępè.ff.de re iu.& in ſpecie vbi interueniſſet ſcientia tertij,dicit hanc eſſe communis opi.Alexan. d.§.ſi ſuper rebus.num.24.per tex.c.quamuis.de re iud.Ant. de Burr. Pan.& fel.d.ca. veniens el 2. de teſtib.quos refert & ſequitur Pet.à Duen.tract.reg.reg.274.limitat.1.

QVAESTIO XXXVIII.

Quæro, Quid probare debeat tertius volens impedire executionem ſententię inter alios latæ? Reſp.frequentiſſimo omnium conſenſu traditum eſt, eum, qui velit impedire ſententiæ executionem, docere debere ſummatim & intra breue

tempus



tempus ius cõtradicendi,cauſam ſcilicet,ꝙ damnum patiatur ex illius ſententiæ executione, ita probat text.c.veniens. el.2. de teſtib.ibi no.Pan.&Fel.l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.ibi doc. ff.de re iudi.& iſta eſt communis opinio,vt teſtatur Did.Cou. in lib.pract.quæſt.c.16.n.1. & tenet Fel.c.præterea.col.penul. de teſtib.cogen.Quod tamen ita intelligi debet,vt ſufficiat ſemiplena probatio, nec requiratur plena probatio, vt firmat Inn.& omnes doc.d.c.veniens.vbi Fel.ita communiter à doc. noſtris receptũ eſſe dicit.n.13.& d.c.cùm ſuper.n.16.de re iud.

QVAESTIO XXXIX.

Sed quæro,quid ſi adſit ſuſpicio calumniæ,an admittendus tertius opponens ſe executioni? Reſp.ꝙ non.c. ſuſcitata.de in integ.reſtit.& tenet glo.Abb.Fel.& Dec.c. ſuper eod.de offic. deleg.ver.tenebit.Feli.c.fi.de calum.Card.fel.n.x.d.c.veniens. el.2.de teſtib.Card.clement.1.q.4.de re iudic.quorum opinio communis eſt,teſte Couar.d.c.16.

QVAESTIO XL.

Quæro, An tertius poſſit impedire trium ſententiarum executionem,ex cauſa nullitatis? Reſp.doctor.ſententiis variant, nonnullis exiſtimantibus non poſſe,quæ ſententia eſt Guliel. & Barb.clement.j.de re iudi.quam etiam ſequitur ibi Zenzel. & Imol. eo caſu, quando tertius ille fuit certus de omnib.tribus ſentẽtiis,aliàs verò vbi nullam ſcientiam habuit duarum ſententiarum, cenſuerunt nullitatis exceptionem admitti, ad impediendam executionem à tertio.

Contrariam opi.quòd ſcilicet indiſtinctè exceptio nullitatis per tertium obiecta impediat trium ſentẽtiarum executionem, frequentiori calculo approbarunt interpretes. Io. And. d.clemen.j.verb.contra ſe.Card.q.4.fel.c.veniens.2.n.11.ext. de teſtib.Dec.c.ſua.nu.10.de appell.Alex.& iaſ.l.à diuo Pio.§. ſuper rebus.ff.de re iud.Rot.deciſ.441.in antiq.Rom.ſin.291. Fel.c.qualiter.1.nu.31.vbi dicit ita tenere doct.communiter. de accuſat.c.cùm ſuper.n.18.de re iud. Vant.de nullit.tit.quis poſſit dicere de nullitate,vbi aſſerit hãc eſſe cõmunem,quam ego indubitanter veram iudico, quoties ſententiæ nec ex natura cauſæ,nec ratione ſcientiæ tertio nocent etiam ſcienti.ſecùs verò eſſe arbitror,qñ tertio ſententia nocet vt tertia,& ea ex cauſa appellatio interdicitur,quod probatur ex rõe d.cle.j.

QVAESTIO XLI.

Quæro, An ſententia lata cõtra hæredem præiudicet & noceat legatariis? reſp.in hoc variæ ſunt docto.ſententiæ.Aliqui dicunt diſtinguendum eſſe. An ſententia lata ſit contra hæredem contumacem vel colludentem, & tunc ipſo iure abſque neceſſitate appellationis, minimè præiudicet legatariis, quin non obſtante exceptione rei iudicatæ poſſint agere ad legata aduerſus victorẽ ipſum.an verò lata ſit ob iniuriam & culpam ipſius hęredis,qui iudicem ad iniquè pronunciandum prouocauit,nec deinde,cùm potuiſſet à ſententia appellauit,& tunc noceat legatariis ad hoc ne poſſint victorem conuenire,quia tutus eſt exceptione rei iudicatæ, & hæc fuit opinio Bart.in l. ſi ſeruus plurium.§.ſi hæreditatis.ff.de leg.1.quam ſequuntur ibi Iac.Aret. Alb.nu.5.Cuma.lect.2.& iaſ.qui dicit cum Bart. communiter tranſire alios. Ratio differentiæ allegatur, quia in primo caſu hæres verſatur in dolo, ideoq; propter dolum hæredis ſubuenitur legatariis etiam contra victorem:in ſecũdo verò tantum eſt in culpa,atque ob id contra hæredem quidem,non autem aduerſus victorem ſubuenitur.Quidam verò exiſtimant contra Bart.etiam hoc vltimo caſu,quando hæres fuit in culpa, nec appellauit cùm potuiſſet, ſententiam latam iniquè legatariis ipſo iure non nocere abſque vlla neceſſitate appellandi,ſicut in præced.glo.ibi,verb.non nocebit.2. intellectu.Im.Paul.de Caſt.Cuma.lect.1.Alex.& Aret.ideoq; agere poſſunt aduerſus victorem,& dicere vim &poteſtatem teſtamenti non obſtante exceptione rei iudicatæ.

At quicquid ſit hæc doct. controuerſia optimo diſtinctionis moderamine tollitur,vt ſententia lata cõtra hæredem,qui fuit in culpa,quia non appellauit cùm potuiſſet,legatariis noceat ne poſſint agere contra victorẽ,ſi ſcilicet ab ea intra tempus legitimum à die ſcientiæ non appellauerint,ꝙ ſi verò legitimè appellauerint,tunc agant quoque aduerſus victorem,vt ſententia lata per iudicem appellationis reuocetur, ita tenet gl.d.§.ſi hæreditatis.verb.non nocebit.in 1.intellectu,& ibi ſequitur Cum.lec.j.& eam ſentẽtiam frequentiori doc.calculo approbatam eſſe firmat Alex.l.ſæpè.n.83.ff de re iud.M.Graſ.

PRO. Separatorum ſeparata debet eſſe ratio.l. naturaliter. §.nihil cõe.ff. acquir.poſſ.l. Papinianus exuli. ff.de mino.l.fin. ff.de calum. Bellon.Toloſ.

ſepultura prælati,licet ſit honeſtũ, ꝙ ſepelietur ante electionem:non tñ eſt neceſſaria.Guil.conſ.206.n.j.com.d. B.Villal.

ſequeſtratio non aliter fieri poteſt,quã armorũ timore,atq; offenſionis euitãdæ cauſa.quo nõie ſi ſe illam fieri iuſſiſſet iudex aſſerat,fidem abſque dubio merebitur.cõmune inquiunt Soc.conſ.115.li.1.Franc.Viuius li.1.opi.17:.Tolletur autem regulariter ſatiſdatione, vt commune ponit, ac rectè declarat idem Viuius eodem li.1.opi.266.nec aliter vnquam poſſeſſione poſſeſſorem interuertet, quàm ſi ex vtriuſque partis cõſenſu fiat quemadmodum frequenter placitum latè ait idem Viuius d.lib.1.opi.265.& ante eum amicus noſter Nic.Ant.Grauat.lib.7.c.2.n.7. E.Suarez.

ſequeſtrum nõ tollit poſſeſſionem,ſi eſt neceſſarium,ſecùs ſi eſt voluntarium,curt.iu.de ſequeſtris q.2.n.71.com.dicit,vide in ver.poſſeſſio. B.Villal.

ſequeſtrum regulariter tollitur ſatiſdatione,Balb.deciſ.240. curt.iu.de ſequeſtris.q.14.com.dicunt. idem.

ſequeſter p̃t præſentare beneficium eccleſiaſticum, Io.Cora.in Miſcel.lib.3.c.2.nu.16.com.dicit,licet contrariam dicat com.Borſetus. in cap.examinata de iudi.ſed hanc dicit magis com.Lamb.de iure pat.q.9.ar.3.lib.1.par.2. idem.

ſequeſtrum abſque cõſenſu vtriuſque partis poſitũ penes aliquem mercatorem nõ priuat poſſeſſorem poſſeſſione,præcipueque ſi per iudicem incompetentem appoſitum fuit, tũc iuxta communem ſcribẽtium,quam ſequitur & declarat Fel. & alii ibi in c.illud de præſc.Caſſaneus conſi.48.per totum, & nouiſſimè Gomeſ.in regula cancell.in reg.de annali poſſeſſore.q.6.ante fi. F.Viuius.

ſequeſtrum regulariter tollitur per ſatiſdationem.l.fi.C.de ordi.cog. & ſec.Cyn. & communiter doct.in l.vnic.C.ſe prohi.ſequeſt.pecu.dummodo in ſatiſdatione promittatur de reſtituendo ſine procraſtinatione.ſec.Bart.in l.litibus.C.de agri. & cenſi.niſi in caſu clem.1.de ſequeſtra.poſſeſſio.in quibuſdã aliis caſib.de quibus per Pan.in c.2.ext.e.item cõtumacia.vel abſentia impetrantis ſequeſtrum nõ curantis litem proſequi. l.ſi oleum. ff.de dolo.Similiter nota,quod multi ſunt caſus in quibus ſequeſtratio fieri permittitur.de quibus per gl.in c.dilectus.extra de ſeque.poſſeſ.& fruct.& per Bal.in l.fideiuſ.§.fi. ff.qui ſatiſd.cogan.& in l.vnic.C.de prohi.ſeque.pec.& p Ab. in d.c.delictis,& licet ad cõceſſionem ſequeſtri exigatur ſummaria cognitio, nõ tantum citatio partis, vel alius ordo iudiciarius propter ſuſpicionem fugæ,& exportationis rei, vt per Bald.in præcitato §.fi.& Pan.in d.c.2.circa fi. idem.

Sequeſtrum regulariter tollit ſatiſdatio.l.fi.C. de ord.cog. l.litibus.C.de agrico.&cenſi.l.ſi fideiuſſor.§.fi.ff.qui ſatiſ.cog. & ſec. Cy.& communiter doct.in l.1.C.de prohi.ſequeſt.pecu.Dummodo in ſatiſdatione promittatur de reſtituẽda ſine procraſtinatione,ſec.Bar.in d.l.litibus.niſi in caſu cle.1. de ſequeſt.poſ.&in certis caſibus,de quibus per Pan.in c.2.ext.eo. circa 4.col. Item contumacia vel abſentia impetrantis ſequeſtrum non curantis litem proſequi.l.ſi oleum.ff.de dolo.Item ſententia poſt ſequeſtrum lata ſec.doc.in d.§.fi. Et licet ad cõceſſionem ſequeſtri exigatur ſummaria cognitio,non tamen citatio partis vel alius ordo iudiciarius, propter ſuſpitionem fugæ,& exportationis rei,ſec.Bal.in d.§.fi.& Pan.in d.c.2.in fi. per l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.de his quæ in frau. credi. facit gl.l.fi.C.de feriis. Balb.deciſ.240.

Sequeſtrum tollitur per iuratoriam cautionem,ſec.gl.quæ reputatur ſingul.in l.1.C.de aſſer.tol.pro hoc eſt tex.c.pen.ext. de don.inter vir.& vx.& ibi gl.Eſt ẽt gl.in c.ex parte,el 2.extr. de verb.ſig.Pan.multum commendat illam gl.dicens,ꝙ extẽdit auth.generaliter.C.de epiſc.& cler.ad omnes caſus,in quibus quis tenetur fideiubere.Sed dictam gloſſam credo procedere,ſi perſona,contra quam eſt factam ſequeſtrum,ſit honeſta & non ſuſpecta:aliàs ſecus, vt in ſimili diſtinguit Bart.in l. vſufructu.C.de vſufru. Balb.deciſ.6.

PRO.ſero accuſas mores quos vxorem ducendo probaueris.l.hæc verba.§.fi.ff.ad leg.iul.de adult. Bellon.

Seruus teſtamento in teſtem adhibitus,qui tamen communi opinione non habebatur pro ſeruo, non ideò facit teſtamentum irritum ſed valebit.com.dicit Cla.§.teſtamentum.q. 55.verſ.vlt. P.Fichard.

ſeruus acquirit domino ignoranti ex cauſa peculiari poſſeſſionem & vſucapiendi cõditionẽ. Sed ex cauſa peculari licet acquirat poſſeſſionẽ,nõ tñ cõditionẽ vſucapiendi,iaſ.in l.poſſeſſione appellata,§.item acquiramus,nu.5.ff.de acq.poſ.& in §.per ſeruum nu.8.communem dicit. B.Villalob.

PRO.ſeruus neſcit quid faciat dominus ſuus,Io.15.not.gl. in l.eius qui in prouincia.ff.ſi cert.pet. Bellon.

PR.ſerui cõiter ſunt fures.gl.in l.iulianus.ff.de act.emp.idẽ.

Seruus extra cauſam peculiarem nec ciuiliter, nec quo ad obligationis naturalis effectus naturaliter obligatur.commune dicit Porc.in §.præterea.nu.3.inſtit.quib.mod.tolli.oblig.

Nec vnq

Necvnquam in pecuniariam pœnã cõdemnari poteſt,quem admodum frequenter placitum inquit Placa de delict. lib. 1. nu. 18.& qui eum,cum aliis laudat Iul.Clar.in practic.§.vlt.q. 80.ver.item quæro. E.Suarez.

Seruus & abſque cauſa intra modũ à domino impunè verberari poteſt.commune ait Porc. in §.ſed hoc tempore.ad gl. ver.cognita.n.6.Inſtit.de iis,qui ſunt ſui, vel alie.iur.Et ſi cùm authoritate ac iuſſu domini flagitia vel atrocia patrauerit, leuiori pœna plectetur.commune affirmat Did.à cou.de ſponſ. 2.part.c.4.§.4.nu.7. idem.

Seruus ſi matrimonium cum libera muliere contraxerit,ac dominus cùm id ſciret,vel conſenſerit, vel nõ contradixerit, & mulieri conditionem ſerui ignoranti non ſe dominum eſſe nunciauerit, libertatem ipſo facto conſequetur. At ſi vel mulier ſtatum ſerui non ignorauit, vel dominus ipſi illum expoſuit,matrimonium quidem valebit, ſed ſeruus libertatem nõ adipiſcetur.commune latè ponit Did.à couar.de ſpon.2.part. c.3.§.7.n.1. qua in re grauiter hallucinantur Ang. & qui eum ſequitur iaſ.ad Porc.addit.in principio,inſtitut.de nupt.idem.

Seruo, qui ſtipulatus eſt, rectè ac iure regulariter ſoluitur. commune inquit doctor meus Emanuel à coſta in l.ſi ex cautione.ver.tua.nu.6.C.de non num.pecu. E.Suarez.

Seruus pœnæ,vita functi loco ponitur, vt cenſet glo.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. 2.verſ.ſed cum decedit. ff.ad S.C.Trebel.neceſſaria,& cõmuniter interpretibus probata iuxta Claudium inibi ad fi.Quamuis cum nonnullis haud de nihilo reluctetur meus iuris pręceptor Eman.à coſt.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.par.2.nu.1.ff.de lib.& poſthu. idem.

Seruus non poteſt condemnari in pœnã pecuniariam,com. dicit Salic.in l.2.nu.4. C.de accuſat. & licet Bar. in l.hos accuſare.§.omnibus.ff.de accuſat.tenuerit contrarium,tamen eius opinio communiter reprobatur,vt dicit Greg.Lopes in l.10. in litera L.quem refert & ſequitur Plazo.lib.1.delictorum.n. 18.in fi. P.Fichar.

PRO.ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt.l.j.ff.de vſufru.leg. vnde prædium ipſum ſibi ſeruire non poteſt.l.cum eſſet.§.fin. ff.de ſer.ruſt.præd. Bellon.

PRO. ſeruitutes ſunt indiuiduæ,lege, viæ atque itineris.ff. de ſerui. idem.

PRO.ſeruitutes ſunt perpetuę,non temporales.l.4.ff.de ſeruit. idem.

ſeruitus non dicitur propriè quæ à perſona perſonæ debetur.Cora.in rub.de ſerui.nu.13.com.dicit. B.Villal.

ſeruitus, vel ius piſcandi, vel ſecandi ligna ex nemore, vel paſcendi pecora in pratis alienis,eſt perſonale,idem Cora.ibi, nu.208.com.dicit. idem.

ſeruitus de non ædificando molendinum,pręſcribitur à tẽpore pręſcriptionis aliorum habentium molendina,Iac.de S. Georg.in tract.de feudis in verbo.molendino,num.5.comm. dicit. idem.

ſeruitus,vel ea,quæ habent cauſam diſcontinuam,non pręſcribitur,niſi per tantum tempus, de cuius initio non eſt memoria in contrarium,etiam contra ſcientem, Curt.iun.conſ. 178.nu.28.& 38.com.dicit.& in verbo præſcripto. idem.

ſeruitutis probatio inducitur ex cauſa habili allegata,& ꝓbato tempore.Præpoſ.in c.quia cognouimus.10.q.3.comm. dicit. idem.

ſeruitutem vel onus aliquod imponere poteſt vaſallus rei feudali ſine conſenſu domini in ſui præiudicium tantum,Sed in præiudicium domini.vel agnatorum non poteſt, ideo ipſo mortuo extinguitur etiam ſeruitus illa com. dicit Clar.§.feudum quæſt.37. P.Fich.

Seruitutes quas vaſallus pretio acquiſiuit in beneficium rei feudalis,vel alia quæcunque iura inſeparabilia,accedunt feudo,& ad dominum directum pertinent non ad hæredes vaſalli ad quos feudum non tranſit. com.in §.F.q.88.ver.ſed quid de. idem.

ſeruus non poteſt condemnari in pœnam pecuniariam, vt eſt cõis opi.Clar.q.80.Placa.lib.1.delictorum.n.18.in fi.Clar. ibi.verſ.item quæro. Bonacoſſ.

ſeruus pœnæ loco mortui habetur,vt eſt cõis opin.Soarez verſi.ſeruus. idem.

ſeruus qui cum domina ſe immiſcuit,punitur morte.Clar. quæſtione 68.verſic.ſeruus. idem.

ſeruitus viæ, quæ ſemel aſſignata eſt, immutari poterit. ſi via æquè commoda alibi præſtetur. commune inquit Socin. conſ.141.nu.4 lib.1. E.Suarez.

ſeruitutis titulum à domino habens,licet non poſſit probare per inſtrumenta,ac teſtes,poteſt tamen illum titulum probare ex longa poſſeſſione:vnde in caſu iſto allegãs ad probandum titulũ pro cõiectura tituli ſe vſum fuiſſe illa ſeruitute domino ſciente,& patiente 10.vel 20.an.debet obtinere in cauſa.ſec.gl.& Flor.in l.ſeruitutes.ff.de ſeruit. Inn.& Abb. in ca.ſi diligenti.de præſc.Inn.Ant.& Abb.in fi.in c. peruenit.de cenſ. gl.Bar.Fulg.& Flo.l.cùm de in rem verſo.ff.de vſur.Bar.ĩ ſua diſput.exordiente quædam mulier.Ang.Are.in §.æque.inſti.de actio.Bar.& Imol.in l.1.§.fi. ff. de aqua plu.arc.& Pau.caſtr.in d. l. ſeruitutes vbi ſcribit iſtam eſſe communem opi. Legiſtarum,& canoniſtarum,quod omnes refert Fel.in ca.de quarta. de præſcr.& idem firmat Cæpol.in cautela 108. incip.in præſcribenda ſeruitute. F.Viuius lib.2.opi.253.

Seruitutis,quæ vel cõtinua,vel diſcontinua(vt vulgo fandi mos eſt)cẽſetur, allegatus titulus, ac propoſita iuſta aliqua illius cauſa idoneè probabitur, ſi quis ſe illa vſum inter præſentes per 10.an. inter abſentes per tranſactum 20. an. curriculũ oſtendat,vt eſt celebris Accurſij authoritas in l.ſeruitutes.14. in verſ.certam prope fi.ff.de ſeruit.quam communiter interpretib.probari conſtat ex Bart.nu.4.Fulg.nu.3.ad eandem l.& Pau.caſt.in l.ſi filius.C.de pet.hæred. & in l.quam Tubetonis. §.1.n.3.ff.de pecul.Im.in l.1.in fi.ff.de aqua plu.arc. teſtificanturque illam frequenter placitam Alex. conſ.79.circa primũ dubium.lib.5.Fel.in ca.de quarta.n.41.de præſcr.Balb.de præſcri.2.par.4.par.prin.in prin.nu.3. Did.à Couar.libr.1.reſolut. c.17.n.11.ver.& ſiquidem.Quæ tamen opi.de iure falſa prorſus eſt, ſi verum erit ſeruitutes reales,&, vt ſermo eſt, diſcõtinuas, tempore hominum memoriam ſupergreſſo duntaxat pręſcribi,quamuis tunc nulla ad id vel ſcientia,vel domini patientia exigatur.quod commune affirmant Iaſ.in l.imperium n.21.ff.de iuriſd.omnium iudicum.idem Iaſ.n.76. Rip.n.4.in l.1.ff.de acq.poſ.Feli.d.c.de quarta.Balb.d.2.par.4.par.q.1.D. à Coua.d.c.17.n.11.Cur.iu.conſ.274.n.28.& 38.vt nõ iniuria ab illo frequenter placito deſciuerint relati à Bart. d.n.4.Florian.n.36.Pau.n.9.in eãdem l.ſeruitutes. Alex.n.19.Iaſ.n.45. in l.qui aliena.ff.de acq.hæred.& ij,quos citat Balb. in d.tract. 1.par.3.par.q.10.n.10.à quibus ſtat etiam Zaſius ex recentiorib.in l.1.n.8.ff.de ſer.Sed quidquid illi dicant,cùm longe verius ſit ex ſolida iuriſcõſultorum doctrina omne ſeruitutum genus ſtatis temporib.præſcribi, vt alibi vberrimè demõſtro, verior abſque dubio,& incunctabilis ſuperior recepta ſententia cenſeri debet. E.Suarez.

Seruitus præſente ac tacente vicino impoſita non præſumitur eo cõſentiente impoſita fuiſſe,iuxt. com.vt refert.Bened. capr.reg.56.n.48.j.Taciturnitas.

Seruitutis titulus præſumptiuè probatur ex poſſeſſiõe decennali inter præſentes, cum ſcientia & patientia domini, ex quib. ſeruitus acquiritur,iuxta magis communem per Burſa. conſ.78.num.22.lib.1. vbi loquitur etiam in ſeruitutibus diſcontinuis.

Seruitus aquæductus eſt realis diſcontinua præſcribitur longo tempore inter præſentes probata ſcientia aduerſarij,& actib.à ſeruitute prouenientib. tam contra facientem, quàm contra patientem, ſecundum communem per Burſ.conſ.87. nu.29.lib.1.

ſeruitutis ſtillicidij debitor vicinus cum vult illud recipere,ſemper ædificare poteſt,& murum altius tollere,iuxt.communem per Burſ.conſ.111.nu.15. libr.1. ex gl.in l.ſeruitutis, quæ in ſuperficie.§.ſi ſeruitus.ff.de ſeruitu.ad cuius ſeruitutis ſtillicidij prac.vide plura per eundem d.conſ.per tot.

ſeruitus etiam diſcontinua acquiritur probata poſſeſſione 10. annor. cum ſcientia & patientia domini inter præſentes, & cum tituli allegatione,ſecund.magis com. per Burſa.conſ. 87.nu.22.lib.1.

PRO.ſeu,dictio eſt ampliatiua.l.ſi ita. ff.de aur.& arg.lega. Bellon.

ſeu dictio in legatis amplificat. com.ait Soci. l.ſi is, qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dub.Quod tamen ex coniecturis huc atque illuc trahi poterit. E.Suarez.

Pro. ſi,pro quia ſumitur.l.videamus,vbi glo.ff.de in lit.iur. Bellon.

Pro.ſi cæcus cæcum ducat,ambo in foueam cadunt. Matt. 15.Luc.6.c.fi.de æta.& qual.extra. idem.

PRO. ſi ex vna obligatione plures naſcantur actiones, vna tantummodo, non omnibus eſt vtendum. l.plura. ff. de ac.& obligat.

Pro.ſi fueris Romæ Romano viuito more.ſi fueris alibi,viuito ſicut ibi.no.in cano.illa.13.diſt. idem.

Pro. ſi idem eſſent codicilli, & teſtamenta, cur diuerſis nominibus nuncuparentur?l.ſi idem.C.de cod. idem.

Obiec. contrà quia imo idem ſunt. l. fi. C.de teſta. & l.hac conſultiſſima.§.1.C.qui teſta.face.poſſ.vel non.





SOL. Ibi ſunt duo caſus ſpeciales, in quibus æquiparantur teſtamenta, & codicilli. quo ad teſtium numerum tantum, in teſtamento ſcilicet ruſtici & cæci. idem.

Pro.ſi in vno caſu decedat pater & filius,pater prius deceſſiſſe præſumitur.l.qui duos.§.cum in bello.ff.de reb.dub.

Pro. ſi nemo adeat hæreditatem relicta in teſtamento nõn valent l.ſi nemo.ff.de tut.l.ſi nemo.ff.de reg.iur.

Pro. ſi non valet quod ago vt ago,valet vt valere poteſt.l.j. vbi latè not. ff.de iur. codi.l.fi.C. de Cod.l.ex ea ſcriptura. §.1. ff.de teſta.l.ſi vnus.§.vltim.ff.de pactis. idem.

Pro.ſi non valet quod in veritate agitur,tamen valet quod ſimulatè concipitur.l.Lucius.vbi Bart.ff.depoſ. idem.

Pro.ſi omnia in hoc ſeculo vindicata eſſent locum diuina iudicia non haberent.c.2.15.q.6. idem.

Pro. ſi quis contra domini voluntatem rem attigerit, furti actione teneatur.l.ſi quis in tantam,C.vnde vi. idem.

Pro.ſi vinco vincentem te,multo fortius te.l.de acceſſionibus.ff.de diuer.& temp.præſ. idem.

Pro. ſic facienda eſt interpretatio in ambiguis, vt magis actus valeat, quam pereat.in l.quoties.ff.de reb.dub.l.quoties, ff.de verb.obligat.

OB.contra de l.ſi ita fuerit.ff.de reb.dub.& l.duo ſunt Titij. ff.de teſta.tu.vbi in dubiis potius actus vitiatur,quam valeat.

SO.aut ſit interpretatio circa eos,quibus relinquitur,& tũc vbi ſunt incerti relictum impeditur, quia deficit probatio nõ ius.l.quoties.ff.de vſufr. & l.ſi quis de pluribus.de reb.dub. & ita procedant contraria, aut verò ſit interpretatio circa eum, à quo relinquitur, & tũc humanior ſententia eſt ſequenda ne pereat relictum in dubio. l.ſi ita fuerit.§.planè. de reb.dub. & ita hic intelligitur. Bellon.

Pro.ſicut actiones ſunt arma actorum.ita exceptiones ſunt arma reorum.gl.in verb.perſequendi in §.j.inſtit.de actio. idẽ.

ſigillum in epiſtola an ſit neceſſariũ:vide Bart.in rub.proœmij ffοrum,ver.item quæro.Et dic ꝙ ſigillum non probat quę in eo cõtinentur.tex.in l.2.vbi Bart.C.de reb.alien. non alien. habet tamen vim ſubſcriptionis.Rom.conſ.303.nu.2. Put.

ſignum notarij non eſt neceſſarium quòd apponatur, licet ſit vtile propter comparationem. Alex.in rubr. de noui oper. nunciat.ff.14.com.dicit. B.Villal.

Vulgaris fuit doctor.quæſtio,videlicet Rom. & Im.in rub. de no.op.nun.Bart.in l.ad teſtamentum.§.ſi quis. ff.de teſtam. Guy.in l. comparationes. C.de fide inſtrum. Cyn. & Bald.in l.contractus.eo.ti.Bald.in l.ſcripturas.C.qui potio. in pignor. & aliis in locis:An omiſſio Signi Tabellionatus notarij vitiet inſtrumentum;& communiter concludunt omnes non vitiare, quia illius oppoſitio de iure neceſſario non requiritur, vt refert & ſequitur Alex.in d.rub.n.14.vbi videre poteris. F.T.

Signum notarij an ſit neceſſarium, vide iaſ. in l.qui Romæ. §.Chriſogonus.nu.43.ff.de verb.obl.vbi in apoſtil. poſt Bart. in rub.procem.ff.& ꝙ ſignum ſit de ſubſtantia,not.Ang.conſ. 22.col.1.cuius contrarium vult Card. in ca.cum P.tabellio de fid.inſtr. quem ſequitur ibi Fel. col.3.ſpecul.tit.de inſtru.edit. §.1.col.pen.in fi.Abb.in c.1.de fid.inſtru. Card.conſ.133.quæ concluſio maximè procedit, vbi notarius non eſt conſuetus apponere ſignum,vt per eum ibi,col.3.ſequitur Alex.con.14. n.30.lib.6.& nõ reperitur in iure ꝙ debeat interuenire ſignũ, nam glo.in l.generali.C.de tabul.lib.10.enumerat ſignum inter alia requiſita.Et eorum opinio qui dicunt debere interuenire ſignũ,procedit de conſuetudine quando extat,teſte Cor. conſ.118.col.fi.lib.4. Dec.conſ.447.col.j.Alex.conſ.153.lib. 2.qui ſolet in contrarium allegari, loquitur in ſubſcriptione, non in ſigno.& ꝙ imbreuiatura nõ cõtinens ſignum, probet, dummodo contineat alia, not. Bald. in l.fideicommiſſa. §.qm̃ de leg.3.& vide Card. in d.c.cum P. tabellio, vbi loquitur de imbreuiatura defuncti,abſq; ſigno,an debeat dari fides extractui ab eo authoritate iudicis.& dicit ꝙ ſic propter authoritatem iudicis,cuius authoritate fuit talis ſcriptura extracta,leuata,& exemplata. Put.

ſigni notarij omiſſionem nõ vitiare inſtrumentum, nec de ſubſtantia eſſe niſi conſuetudine fuerit hoc introductũ,multi doct.tradiderunt, Zarabell.Card.in conſ.133.n.4.ver.tertio obiicitur.Petr.phil.cornæ.in conſ.226.num.3.ver.His tamen minimè refragantibus.in 3.volu. & in conſil.70.num.2.& in conſil.118.num.3.verſic. volunt enim doctor. quod ſignum notarij ſit de ſolennitate inſtrumenti.in 4.volum.conſ.Dec.in Rub.num.13.ver.nonò ſignum notarij requiritur. ext.de fid. inſtrum.vbi ipſe multas authoritates allegat.Et hanc doc.ſenientiam communem eſſe ſcribunt Alex.de Imo.in Rub. num. 14.ver.Roman.& Io.de imol.ff.de noui oper.nunciat. & Roland.à Valle,in conſ.44.num.40.verſi.non obſtat.in 1.Tom. conſiliorum. Kirchouius.

ſimilitudo cauſæ colligitur pœnes affectionem ipſius teſtis vt eſt communis opinio.D.Brunorus in vnico conſilio criminali. numero nonageſimooctauo. ad fi. vbi dicit, quòd ex ea redditur. teſtimonium. ſuſpectum etiam in criminalibus. Bonacoſſ.

In reſpicientibus formam, & ſolennitatem actus qui geritur,inſpicienda ſunt & ſeruanda ſtatuta illius loci,in quo talis actus celebratur.Eſt indubitata & com.opi.ſec.iaſ.in conſiliorum 48.in caſu conſultationis.vol.1. idem Chærian.

Statutum diſponens, ꝙ qui non petierit creditum ſuum à debitore intra tale tempus,vt puta intra decennium,amplius non poſſit,valet & tenet ſecundum Bart.in l.ſequitur.§.ſi viã.nu.4.ff.de vſuca.& in l.cum notiſſimi.in prin.C.de præſcr.30.vel 40.an.in l.ambitioſa.nu.14.ff. de decretis ab ordi. facien.in l.legaui.ff.de liberatio.leg.in l.cum mulier.ff.ſo.ma.& in l.nemo poteſt.nu.22.de leg. 1.vbi concludit in fortioribus terminis,quod in tantum verum eſt de validitate præfati ſtatuti, ꝙ non poteſt pacto renuntiari,vt potè, quia eſt introductum in fauorem publicum,& in odium negligentis, & iſtam Bart. ſententiam ſequitur iaſ.in prin.inſt.de actio.nu.100.in contrariam verò partem inclinauit ipſemet Bar. reuocando ſententiam,iudiciumq; in repetit.l.omnes populi.nu.24.ff.de iuſtit.& iure, ꝙ dictum ſtatutum non valeat tanquam nutritiuum peccati,cui opinioni inhæret.imo. in d.§. ſi viam. vbi concludit veriorem eſſe opinionem Bar.in d.l.omnes populi,& idem imo.aſſerit eam eſſe communem,conſ.16.nu.1.& in conſ.46.nu.2.affl.in conſti.Neap.lib.3.rub.31.n.4.Bert.conſ.84.nu.5.vol.2.Crotus in d.l.nemo poteſt.& ibi Ripa nu.116.Alc.in l.quinque pedum.C.finium reg.Th.Ferrar.poſt alios quamplures congeſtos ibi per eum in cautela 38.nu.2.Fran. Balbus in tract.de præſcr.in 2.part.prin.q.13.& ſeq.Gomeſ.in prin.inſt.de actio.nu.67.Gozad.conſ.56.n.13. & nouiſſimè Ant. Galleſius in tract.de formulis Cameralis obligat ſuper formu.came.obliga.3.q.nu.11.licet dicat ibi prædictum ſtatutum non ſeruari in vrbe Roma.& ſic ex allegatis mihi ſequendam fore conſtitui opi.cõem.pro qua ſententia eſt textus in c.ſi virgo.verſ.ſi autem ſciuerit.30.4.q.2.& in c.fi.cum ſimilibus de præſcriptio.& dato ꝙ præcitatum ſtatutũ valeret, nihilominus deberet interpretari,quando adeſſet bona fides in præſcribente, quia exiſtens in mala fide non præſcribit, & ſic dictum ſtatutum permitteret expreſsè preſcriptionem cum mala fide,vtique non valeret ſec.Io. Andr.Bart.Bald.Anch.imol.& Anto.de But.in locis citatis à Fran.in c.poſſeſſor.de reg.iur.in 6.nu.9.vbi refert Imo. dicẽtem hanc opinionem eſſe communem, licet Bart.in d.§.ſi viam,aliud voluerit,& malè ſec.imol.ibi relatum,à Franco.& Alex.conſil.99.nu.9. & latè s̃. deduximus. F.Viuius.

Statutariæ præſcriptioni,& ſic inductæ à ſtatuto debitor renunciare non poteſt in merum odium creditoris negligentis petere debitum per ea.quæ ponunt Bart.& alij doct.maximeque iaſ.& Crotus in l.nemo poteſt.ff.de leg.1.& alij, quos citat Pariſius conſ.92.nu.6.vol.3.& iſtam opinionem Bart.atteſtatur eſſe communem Bald.in tract.de preſcr.in 6.parte prin.q.6.Paul.de caſt.in l.ſequitur.§.ſi viam. ff. de vſucap.& Pariſi.in rub.de præſcrip.nu. 32.poſt alios in dictis locis congeſtos per eos. In contrariam verò opinionem inclinauit Dy. Bald.Florian.imo.Io.And.Ant.de But.& alij doct.citati à iaſ.in d.l.nemo poteſt,n.83.& à fel.in rub.de præſcrip.& à pariſ.in præcitato conſ.92.nu.43.vol.3.vbi citat Fabia.& moder.atteſtantes hanc ſententiam communem.Sed tamen in tam diuerſis,iuris noſtri interpretũ ſententiis quid ↄcludendum ego, caſu



eueniente,indubitanter tam in conſulendo,quàm in iudicando ſemper amplecterer primam opi.Bar.tanquam veriorem, communiorem & frequentiorem.Hæc tamen opinio Bart.ita retenta procederet,quando quis renuntiaret præſcriptioni ſtatuariæ decurrere. Præſcriptioni verò iam decurſæ vtiq; renuntiare quilibet poteſt,vt per Bartolum & alios in d.l.nemo poteſt,& maximè per Crotum,n.113.in 6.Fallentia, & ponit Rom.conſ.201.nu.5.quia ad ius ſemel renuntiatum iura redire non patiuntur.l.quæritur.§. ſi venditor.ff.de ædi. edict. ponit paris,conſ.69.n.20.vol.3. F.Viuius.

Statutum imponens nouam pœnam in dubio propter impoſitionẽ huiuſmodi pœnæ videtur proculdubio receſſum, præcipueque in dubio à pœna iuris communis,ſtatutique tãtùm pœna attenditur.vt per Bald.in l.data opera.C.qui accuſa.& in l.2.cir.fi.C.de rebus creditis.& in l.qui ſepulchra,propè fin.de ſepulch. violat.vbi Sali. cum aliis latè congeſtis per marſ.in pract.cri.in §.quęritur,nu. 5.& ſeq.Hoc idem tenet,& ita totus mundus , & practica obſeruat, vt aſſeuerant omnes doct.paſſim.& in c.de cauſis.de of.deleg.preſertim dec.ibi.nume.86.& Alber.in trac. ſtatu.in 8.q.primæ partis,licet abb.in d.c.de cauſis aſſeueret contrarium,quem nonnihil taxant moder.inibi, & iſta opinio videtur magis communis teſte marſ.in pract.crim.in §.quæritur nu.5.& 6. idem.

Statutum vnum ſi pro maleficio imponeret pœnam mille librarum,aliud verò ſtatutum pro eodẽ maleficio imponeret pœnam quingentarum librarum tantùm,per hoc non cenſetur correctum aliud ſtatutum imponens mille librarum pœnam ſec. Bart. eleganter in l.3.§.cum titio.ff. de adimen. lega. quem ſequitur Alex.in l.1.C.de bo.poſ.cõtra tab. Aret.conſ.27.Cornæ.conſ.172.lib.4.dec.in l.1.verſ.vlt.non obſtat.ff.de officio eius.& in l.1.C. de bon.poſſ. contra tab. vbi ait ꝙ hoc procedit,licet verba ſint geminata,quia adhuc per ea non inducitur correctio,ꝙ etiam voluit idem Dec.ↄſ.281.in fi. allegãs Alex.ↄſ.130.lib.4. Sed contrarium,& malè videtur velle idem deci.conſ.2.& ꝙ per dictionem taxatiuam non inducatur correctio iuris,voluit Rom.conſ.87.iaſ.in d.l.1.C. de bo.poſſ.contra tab. Veruntamen contra iſtam partem arguit idẽ iaſ.in d.l.1.ff.de offi.eius,cui.& in l.vni.ff.ſi quis ius dicen.non obtempe.& in l.ſi conſtante.ff.ſol.mat.verſ.4.adde, vbi ait,ꝙ imò induci debet correctio iuris,ex quo aliàs diſpoſitio taxatiua nihil operaretur,quia ſumitur argumẽtum à ↄtrario ſenſu, etiam ad correctionem iuris communis, quando aliàs in ſenſu directo nihil operaretur,tandẽ audacter fatetur ipſe iaſ. ꝙ in pract.difficile eſſet obtinere contra Bart. ex quo non habemus contradicenrem,& ſic iſta Bar. opinio eſt communis, vt per doct.ſupra citatos. idem.

Statutum vltimum debet diſtingui, & interpretari ij. ſtatutum antecedens,quum vnum ſtatutum declaretur per aliud. l.non eſt nouum.ff.de legib.l.ſi ſeruus plurium §.fi.ff. de leg.j. Bart.in l.1.§.paruis.ff.ꝙ vi,aut clam.Pariſ.conſ.54.nu.12.vol.2.nec præſumitur correctio antecedentis ſtatuti,quando non conſtat de mente ſtatuentium voluiſſe corrigere antecedens ſtatutum,ſec.Io.de imol.in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſo.ma. quem ſequitur Alex.conſ.107.nu.6.volu.5.& iaſ.poſt gl.communiter approbatum,& alios doct.in l.ſciendum.ff. qui ſatiſd. cog. vbi iaſ.nu.4.qui dicunt,ꝙ quando non conſtat de mente condentis legem nouam, ꝙ voluerit corrigere legem antiquam, ꝙ lex noua tunc etiam generaliter loquens diſtingui,& intelligi debet per iura antiqua, allegant iura de quibus ibi per eos.Hinc pariſ.conſ.44.nu.9.cum tribus ſeq.in terminis ſtatuti Bononienſis ſub rub.de præcep.facien.&c.ne illud contrarietur ſtatuto,ſub rubr. de cauſa reductio. laudi ad arbitrium, &c.Dixit alternatiuam,vel in ſtatutis reſolui in copulatiuam ne vnum ſtatutum contrarietur alteri,prædictis accedunt aurea dicta per Bart.in extraua.ad reprimen.in verſ.non obſtantibus.vbi dicit,ꝙ ſi ſtatutum præcedens,& ſubſequens eſſent omninò contraria per ſecundum tollitur primum,ſi verò alia limitatione.vel diſtinctione adiuuari,& concordari poſſunt, nunquam primum ſtatutum tollitur per ſecundum. idem.

Statutum alicuius ciuitatis diſponens, ꝙ nemo debeat ad collegium ipſius admitti niſi ſit natus ibi, vel niſi ſit ciuis originarius,non habet locum quotieſcunque quis natus eſſet alibi,& ſic extra dictam ciuitatem tranſeundo,vel caſu,poteſt enim tunc ille eſſe de collegio etiam ꝙ ſit natus in alio loco,& ciuitate per tranſitum,vt per Io.de plate.in l.filios.C.ad municipa.tñ huiuſmodi opinionem non auſus eſt firmare. Bar.ibi. Sed caſu eueniente ſemper conſulerem,& iudicarem pro opinione Ioan. de Plate. tanquam in iure veriſſima, quia originarius non dicitur quis loci,in quo natus eſt caſu,& tranſeundo,vt per canoniſtas omnes in c.Rodulphus,de reſcrip.& ita ſe habet communis opinio,de qua teſtantur moder.ibi,& Boeri.deci.13.nu.52.comprobatur alia ratione iſta ſententia Io. de plate.Nam per hanc natiuitatem filius in ciuitate,vbi verè natus fuit onerib.non obligatur,cùm ibi parens fuerit ad tempus, lege prima.vbi Bart. ff. de capti. & poſtliminio reuerſ. quem ſequitur abb.& fel.in d.c. Rodulphus. & iſtam opinionem ait eſſe communem Auguſt.de cri.in l.huiuſmodi.§.legatum.ff. de lega.1.Ripa in tract.de peſte. in 2.parte.verſic. 18. F.Viuius.

Quando duo per modum regulæ æquiparatam ſunt à iure ſtatutum loquens in vno ex æquiparatis habet locum,& in alio ſecundum gl. communiter approbatam in l. ſi quis ſeruo. in prin.C.de furt.& tradit Soci.in l.1.ff.de leg.1.& Aug.Bero. in q.ſua 105.n.5. vbi arguit de literis Cambij ad ſcriptum priuatum, dicens ſtatutum fori mercatorum ciuitatis Bononiæ loquens de literis Cambij habet locum in ſcriptis priuatis vti per regulam æquiparatis. idem.

Statutum iubens libris campſorum, ſeu mercatorum adhiberi plenam fidem valet,& tenet, quaſi tunc publica authoritate nitatur,ſecundum Io.And.in add.ſpec.in tit.de iſtru.æditio.§.nunc dicendum.Bal.& Ang.in l.quædam. §.nummularios.ff.de eden.inn.in c.cum.P.tabellio.fi.fide inſtru. eundem Bal.in l.cunctos populos.C.de ſum.trin.Anch.in c.canonum. ext.de conſti.Benue.Stracca in tract.de mercatore.in tit.quo modo in cauſa mercatoris procedendum ſit.nu.31.cum aliis abundè congeſtis per crauetam in tract.de antiq.temporum, in 1.par.nu.27.vbi ait huic concluſioni neminem ex ſcribentibus aduerſari, & iſta communis ſententia probatur in cap. cùm dilectus,de fide inſtr.vt latè moder.in l.admonendi.ff.de iureiur.& in c.2.de fide inſtr. Ampliatur hoc ſtatutum extendere vires ſuas extra territorium ſtatuẽtium,& liber, ſeu ſcriptura mercatoris ſic roborata à ſtatuto vbiq; probat, licet in iudicio, in quo producitur nõ adſit huiuſmodi ſtatutum, ſec. Io.And.in d.§.nũc dicendum Bart.& doct.in l.1.in 7.q.prin. C.de ſum.tri.& fide catho.Bald.in l.exemplo.C.de prob.& in l.ſi nõ ſpeciali.n.4.per illum text. C.de teſta.Ant.de But.cæteroſque canoniſt.in d.c.2.de fid.inſtr. Roch.curtium in repeti. c.fi.nu.46.de conſuet.dec.in c.1.de probatio.Benuenu.Stracca in d.tract. de mercatore, in titulo quomodo in cauſa mercatoris procedendum ſit,num.31.& iaſ.in l.ſi arrogator.ff.de adopt. vbi aſſerit, huic ampliationi nunquam inueniſſe contradicentem.& Crauet.in trac.de antiq.temp.1.par.nu.9.atteſtatur iſtam eſſe com.opin. & ratio iſtius communis videtur iſta,quoniam circa ſcripturæ fidem inſpicitur locus, vbi celebrata eſt vbicunque poſtmodum producatur.vt voluit Bald. conſ.79.libr.3.per text.in l.ſi fundus.ff.de euict. Guid.pap.q.262.& Iaſ.in l.ius autem ciuile.ff.de iuſt.& iur.Limitatur primùm præmiſſum ſtatutum nõ procedere ſi eſſet indiſcretum videlicet quòd omni ſcripturæ mercatoris pro ſe crederetur, quia tunc careret ratione, imò eſſet pronum ad falſum committendum,vt per Bald.in l.vnic.nu.13.C.de confeſ.cuius dictum repatat ſingulare,& ſequitur Panor.in c.bonæ. el 2.circa fi.extr.de poſtul.prælat.Iaſ.in repeti.d.l.admonendi. num. 102.vbi omnes Moder.hoc idem tenent Marſ.ſing.458.circ. med.liber mercatoris & Benuenu.Stracca in præcitato tract. de mercatore,titul.quomodo in cauſa mercatoris procedendum ſit,nu.37.& ſeq. dictumque ſtatutum ꝙ libris mercatorum detur plena fides, interpretatur ſecundo loco in pertinentibus ad mercationem,& eorum officium, non autem in aliis,prout tradit Rom.conſ.204.poſt Ioan.Andr.in d.§.nunc dicendum.in addit.magis.Aret.conſ.33.& conſ.44. Alex.Iaſ. in d.l.admonendi. idem Iaſ.in l.age.nu.4. C.de tranſact. Deci. in c.poſſeſſionem.nu.13.de proba.& conſ.30.Crauet conſ.3. nu.15.Rimin.conſ.35.nu.12.& conſ.279.nu.1.conſ.297.& 301.nu.3.Marſ.in repeti.rub.ff.de fideiuſſ.nu.109.& in repetit.l.fin.nu.168.ff.de iuriſdictio.omn.iudic.& Benue.Stracca in allegato tractat.de mercatore, in titulo,quomodo procedendum ſit in cauſa mercatorum,numero quadrageſimo. licet idem Deci.titubanter, & parum ſibi conſtans contrarium teneat in d.l.age. numero quinto. quem taxat Alciatus ibi & primam opinionem dicit eſſe communem, puta ſi ſit mercator pannorum, & in libro ſit ſcriptum aliquid de mercatura pannorum, ſecùs ſi ſcriberet de aliquo depoſito, vel mutuo quod non eſſet de arte ſua.argumen.l.tertiæ.§.eodem modo. ff.naut.caupo.ſtabul. Idem videamus in alio ſimili ſtatuto diſponente, quòd poteſtas teneatur pro ſua familia, quod quidem ſtatutum reſtringitur ad ea, quæ pertinent ad officium, puta ſi familia delinqueret in officio,non ſi extra cauſam officij,ſecundum Rom.conſ.11.& conſ.25. Crauet.in d.conſ.3. & Alciat.in dicta l.age.poſt Angel.in l.1.C.ſi rector prouinc.

Tertio

Tertiò limitatur præfatum ſtatutum ꝙ credatur libris mercatorũ, vt intelligatur procedere, niſi talis mercator ſit infamis vel alius incurrerit infamiam, ita voluit Bald. in d.l. cunctos populos. quem refert & ſequitur iaſ.in §. ſed iſte inſt. de actio. & in repe.d.l.admonendi.nu. 102.& Stracca in d.tract.de mercatore in tit.quomodo in cauſa mercatorum procedendum ſit,nu.39. Limitatur quartò mentionatum ſtatutum intelligendum, ac interpretandum eſſe quatenus liber mercatoris conſcriptus ſit in territorio ſtatuentium, & non alibi, vnde ſi Aquilanus Romæ commorans, & ibi in libro ſuo annotaret ſe ſoluiſſe.centum quæ Martino Aquilano debebat,ſeu ſoluere tenebatur. tunc virtute prædicti ſtatuti non probaretur ſolutio.vt voluit Seue.in d.l.omnes populi.nu.164.poſt Baldũ in c.cùm dilectus.extr.de fide inſtr.& iaſ.in d.l. cunctos populos.Sed contra iſtam limitationem complura ſcribit,& refert prætermiſſaque auctoritate Bald.Cornæus conſ.319.circa primum,in vltima dubitatione,volumine tertio,vbi dictam quęſtionem inſolutam reliquit. idem.

Statutum diſponens,ꝙ cauſæ vertentes inter affines debeāt compromitti non habet locum,nec procedit ſi cauſa vertatur inter quondam ſocerum, & generum, quoniam eſt diſſoluta affinitas propter mortem alterius coniugum,ſec.Bar.Bal.Ange.in l.cui eorum.§.affinitatis.ff.de poſtul.hoc idem firmat,ac tenet idem Bald.in l. fi.C.de verb.ſig.& in l.rei iudicatæ,ff.ſo.ma.& Sali.Paul. caſtr.& Alex.ibi.& iaſ.in l.tantum ff. de re iu. vbi Alex.audacter aſſeuerat hanc eſſe communem opi.num. 27.& Crotus in tract.de teſtibus.in 2.q.6.quæſtionis prin.Sali.verò pręcipitanter videtur tenere contrariam in d.l.fi.cuius fundamentis optimè reſpondet Alex. in præcitata. l. non tantum,& conſil.207.volu.7.vbi conſuluit pro dicta communi. idem.

Sub ſtatuto diſponente coniunctos,& affines teneri ad cõpromittendum non comprehenditur nouerca & priuignus, nec in aliquo pacto habet beneficium iſtius ſtatuti,vt alter alterum poſſit ad compromittendum compellere, ſec. Bal. in l. affinitatis.C.communia de ſucceſſ.& Alex.conſ.207. circa fi. vol.7.vbi aſſeuerat hanc eſſe communem opi.om.doc.& moder.apoſtillantes Alex.inibi,& in tract.de compromiſſis. idē.

Statutum diſponens ꝙ monaſterium,vel religionem ingredientes patri, vel matri ſuccedere non poſſint valet tenet ſec. Bart.in l. fi. C. de pactis, ſecus autem eſſet ſi dictum ſtatutum vteretur verbo futuri temporis , veluti , ſi ingreſſa fuerit, &c. Tunc enim ſecundum eundem Bart.valeret ſtatutum,ſed doct.o. omnes vnanimiter tenent hoc ſtatutum indiſtinctè non valere,præcipueq; Ang.imol.Rom.Alex.& iaſ.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obl. & idem iaſ.cum aliis latè ibi congeſtis per eum in d.l.fi. vbi hoc idem tenet dec. Claud. Aquē.Riminal.aliique moder.Soci.in l.fi.ff.de his,quæ pœnę nomine,& iſta eſt vera,indubitata,& com.opi.contra Bart. vt aſſerit Alex.conſ.139.viſo themate.vol.2.dec.in c. in præſentia.extra de probat.nu.197.Io.Baptiſt.Caſte.in add.ad Matth. eſt in ſing.145.nota dictum,&c. Ruynus conſ.205.nu.2.vol. 1.Bolog.in d.l.fi.nu.105.& Mantua.ibi.nu.78, cum ſeq.& idē dec.in c.eccleſia S.Mariæ,nu.188.de conſt.Item nec valet ſtatutum præcipiens ꝙ qui non petierit creditum ſuum intra tale tempus , puta intrà decennium , amplius petere non poſſit ſec.Bart.in l.omnes populi.in 3.q.prin.ff.de iuſtitia & iure, & alios quam plures congeſtos per Th.Ferrar.in caute.38.nu.1. vbi aſſeuerat hanc eſſe communem opi. & nouiſſimè Anto. Galleſius in tracta.de formulis Cameralis obligationis ſuper formu.Camera.oblig.3.q.nu.11.quamuis ibi dicta iſtud ſtatutum non ſeruari in vrbe Roma, & de hac communi diximus ſuprà in verſ.ſtatutum diſponens,quod qui non petierit creditum ſuum à debitore,&c. idem.

Statutum excludens filias à ſucceſſione patris,præcipienſque eas dotari arbitrio propinquorum,tunc non poſſent propinqui minùs legitima arbitrari ſecundum communem opi. om.doct.quam allegat Gram.in deciſ.101.nu.20.& quamuis propinqui in caſu præallegato minùs legitima arbitrari nequeant,nihilominus poterunt arbitrari in plus,quando legitima non ſufficeret ſec.Sali.& fulg.in auth.res,quæ.in 2.not.C. communia de leg.Alex.conſ.69.vol.j.dicentem,ꝙ ita conſuluit Ang.conſ.incip.D.Gregorius Pagoni.&c. quia ſecundum eum legitima eſt pars minuſcula.l.ſi quis plures filios.C.de inof.teſt.& Bald.conſ.exordiente: Antonius plures filios,vtpotè,q̃a bonus vir non debeat arbitrari,ꝙ legitima filiæ ſit auferenda,quæ cenſetur æs alienum,& debita iure naturali.l.Papinianus.§.ſi quis impubes.de inof.teſta.& ſuccedit in locum alimentorum & legitimæ,per not.per Cyn.in l.ſancimus.C.de ſec.nup.& idem per eaſdem rationes tenet Alex.conſ.7.volu. 2.conſ.83.vol.4.Iſtam opinionem approbare videtur Soci.in l.hæredes mei.§.cum ita ad trebel.dicens, ꝙ iſtam ſententiam tenet,& firmat Sali.in diſputatione inchoāte ſtatuto cauetur, &c.Bal.conſ.incipiente,Materia diuiditur,& conſ.exordiente ſtatutum tria capita,ſubdenſque ibi,ꝙ ſecundum hanc opinionem ſæpius moder.Peruſini cõſuluerunt habentes iſtam opinionem pro canonizata , & ꝙ aliàs fuit iudicatum in ardua cauſa in ciuitate Florentiæ.in qua vtrinque erant conſilia doctorum totius Italiæ,& dictam ſententiam tenet etiam, ſequiturque corn.conſ.197.vol.1.conſ.91.107.162.vol.2.& conſil.111.conſ.115.vol.3.& conſ.1.conſ.258.vol.4.curt.conſil. 27.38.& ſeq. & 78.& ſi quis opponeret præfatæ communi concluſioni hoc fundamento,videlicet ꝙ regulariter ſubſtantia contractus in alterius ex contrahentibus,voluntatem conferri non poteſt.l.quòd ſæpe.§.1.ff.de contrah. empt. reſponde breuiter quòd dotis ſubſtantia poteſt.l.cum poſt.§.gener. ff. de iure dot.& non ſolum per verba reſonantia arbitrium boni viri,vt promitto dotem arbitrio meo.&quam ęſtimauero,ſeu arbitratus fuero.l. ſic.ff.de leg.1.ſed etiam per verba liberam voluntatem importantia , vt promitto dotem , quam voluero.l.fideicommiſſa,§.quanquam.ff.de le.3.Idcirco ſemper videtur boni viri arbitrium , ſtipulationi in inſertum eſſe. l.3. C. de dot.promiſ. vbi omnes not. & in l. 1.ff.ſolut. matri. idem.

Statuti rubrica diſponens,vel prohibens, ꝙ filia dotata nõ ſuccedat in bonis aſcendentium,nigrum verò prædictæ rubricæ,ſeu ſtatuti non diſponens,niſi de bonis matris.vel auię nullum verbum addendo,ac faciendo de bonis paternis,hoc caſu filia non poteſt ſuccedere in bonis paternis,ſecundum Paulum de caſt.conſ.83.vol.2.præſens caſus modicam.ratio allegatæ doctrinæ videtur iſta , quia rubrica generalis habens rubricam perfectam non reſtringitur per nigrum,vt dicunt moderni in d.l.1.ff.ſi cert.peta.Imò dic fortius,quòd prædicta rubrica generaliter nigro poteſt allegari ad deciſionem cauſarum,& pro textu,& l. ſecundum Bartolum.in d.l.1. quod intelligunt omnes ſcriben. ibi communiter,quando rubrica habet orationem perfectam, vt ſupra docuimus, & tenet etiam Alex. conſ.13.in prin.vol.3.conſ.180.maturè digeſtis.vol.2. Corn. conſ. 67.planè quidem. libro 1. & conſ. 104. eod.volu. & conſ. 182.in hac conſultatione. vol. 2. quam quidem communem vltra alios iam congeſtos ſequuntur,& atteſtantur Alex.& dec.in 2.lec.in d.l. 1.& omnes moder.corroborāt ſimiliter dictam doctrinam Paul.de caſt.per deciſionem Petri Gerar.in ſingu.7.ꝙ ſi ſtatutum diſponat, vt filia fœmina non ſuccedat,debet intelligi in bonis dotantis.& per iaſ.in l.qm̃ nouella.C.de inof.teſta. licet de eo, ad quem ius dotandi ſpectat nigrum nihil dicat.in contrariam verò partem inclinauit per ſeptem fundamenta iaſo.in d.l.1. quibus omnibus reſpondet Dec.Niger. & Mantua.ibi,& quam optimè reſpondebat reſidendo cum doctrina Paul.caſt.fortiſſimis,& nouis fundamentis , quæ omitto breuitati ſtudendo. Raynaldus Rodulphus Peruſinus ſingularis præceptor meus Iuriſconſultorum eloquentiſſimus.& acutiſſimus hac tempeſtate dum eum peruſij ſuperioribus annis publicè audiebam , & cum dicta doctrina Paul.de caſt.tranſeunt,omnes doc.communiter in locis mentionatis.Corroboratur vlterius præfata opinio Paul.de caſtr. ꝙ per extenſionem ex mente ſtatuentium collectam comprehēditur ſucceſſio patris,quoniam inficiari nequit aliquo modo,ꝙ ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati de ſucceſſione patris ꝙ idem aquæ diſpoſuiſſent,ſed omiſerunt tanquam clarum, vtpotè quia maior erat dubitatio de ſucceſſione matris, quum bona non diſcedant à familia agnatorum,& iſta eſt com.opi. vt per Soci.conſ.128. Alex.conſ.23.& 122.vol.3.& Alc. in d. l.j.& mihi videtur eſſe probabilem,iuri conſonam,& æquam ſententiam,quia hoc ſtatutum eſt fauorabile ſec.Bald.in l.maximum vitium.C.de lib.præt. idem.

Statutum excludens fœminas propter maſculos eſt principaliter fauorabile,vt per Bald.in l.maximum vitium.C. de li. præter.& per Alex.conſ.89.& conſ.132.vol.6.& conſil.141. vol.7.quia pro conſeruatione agnationis,& familiarum,eſt introductum,vt volunt Bald.& ceteri in d.l.maximum vitium, & alios quamplures eiuſdem ſententiæ relatos per curtium iu.conſ.87.n.5.vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionem, Soci.iunior.verò conſilio 1.num.46.& 108.lib.1.circa iſtam materiam refert quatuor opiniones,& denique ſecundam opinionem,videlicet ꝙ dictum ſtatutum ſit odioſum aſſeuerat eſſe magis communem,ſed quid concludendum in tam variis iuris noſtri interpretum ſententiis?Ego pro nunc inhæreo primæ opinioni,hac potiſſimum rõe omiſſis aliis,quia huiuſmodi ſtatutũ in totũ legitimā tollere non põt,ſed deminuere, ex quo legitimam reduxit ad dotem datam,vel promiſſam,quæ dicitur eſſe loco legitimæ,vt tenent Bald.& Sali.in 2. not. per illum tex.in l.quoniam nouella.C.de inof.teſt.Ampliatur primum hoc ſtatũ diſponens, ꝙ filius maſculus excludere poſſit fæminam,vt procedat etiam in nepote ex filio,qui quidem poteſt dictam fœminam excludere, ſec.Bal. Alex & alios docto.in l.venia.C.de in ius voc.Anch.in canone.ſtatuta,de conſtitu.Ruyn.conſ.141.nu.3.vol.2.& conſ.58.nu. 5. poſt alios ibi per eum congeſtos.volu. 5.quoniam appellatione filij nepos comprehenditur.l.liberorum,vbi Bar.ff.de verb.ſig.& moder.in d.l.venia.Roma.conſ. 129. Rochus de curte in repetit. c.fi.de conſue.Goza.conſ.90.marſ.conſ.85.nu.14.& latius in ſing.303.filiorum appellatione,& iaſ.in l.de quibus.nu.16.ff. de legib.vbi atteſtatur hanc eſt communem opinionem.& Soci.nepos.conſ.144.nu.83.lib.3.poſt dec.in l.2.C.de in ius vocan.Comprobatur etiam iſta communis,quia cõſuetudo extenditur:quando caſus, ad quem ſit extēſio comprehenditur ſub caſu expreſſo ſaltem ex lata vocabuli ſignificatione:nā ad talem caſum extenditur conſuetudo etiam contra ius,aut à iure exorbitās.l.filium habeo.ff.ad Maced.Comprobatur item iſta cõcluſio, quoniam nepos in caſu nr̃o locum patris tenet: ſec.Pau.caſt.conſ.154.præſens caſus.& Fran.de Are.conſ.64. ſubrogatum etenim ſapit naturam eius,in cuius locum ſubrogatur.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.l.1.§.hæc actio, vbi Bart.ff.ſi quis teſt.liber eſſe iuſſus fuerit,& perſona ſubrogata vtitur eiſdem priuilegiis,quibus ille cuius loco ſubrogatur.l.decernimus,& ibi per Bart.C.de aquæ ductibus.libr. 11. & l.comperimus.vbi etiam Bart.C.de proximis ſacror.ſcri.li. 12.Amplia ſecũdò præfatum ſtatutum,vt non ſolum habeat locum in laicis,verum etiam in clericis,qui abſque dubio poſſunt gaudere beneficio dicti ſtatuti contra fœminas,ſecundũ Sand.in c.eccleſiæ S.Mariæ.verſ.ſeptimo quæro,&c.de cõnſt. Bald.in l.cunctos populos,in 2.lect.verſ. ſed his vlterius quæritur.& conſ.30.vol. 1.abb.in c.conſtitutus.de in integ.reſt.in 5.no.Lapus in alleg. 100.& ſeq.Barb.conſ.54.in fi.Soc.iu.conſil.10.nu.23.vol.j.& alios quamplures relatos per Io.Baptiſt. caſtellionem in addi.ad Roma.in ſing.441.habeo caſum in facto,vbi atteſtatur hanc eſſe communem opi. quoniam ſtatutum inter laicos,eſt obſeruandum etiam inter clericos, quando ſtatutum iniecit vinculum ante clericatum c.reſtitutus.de in integr.reſtit.& no.canoniſtæ in d.c.eccleſiæ S.Mariæ : contrariam ſequutus eſt Soci.iu.in d.conſ. 1.nu.93.vol. vbi dixit hanc opi.eſſe veriorem,tamen quicquid ipſe Soc.ſuadeat ob hoc in iudicando , & conſulendo , ſemper ſequerer communem,quia iudicare contra communem eſſe contra ſtimulum calcitrare,vt per Crauet.conſ.91.n.11.Ampliatur tertiò iſtud ſtatutum excludens fœminas propter maſculos , ꝙ excludat etiam legitimatos per ſubſequens matrimonium,ſec. Ancha. conſ.242.& tenore.& dec.conſ. 155.& diligenter pro tenui. Amplia quartò dictum ſtatutum excludens fœminas extantib.maſculis ligare etiam fœminas ingredientes religionem, & ſic operatur contra fœminas profeſſas religionem,ſeu moniales,vt per Io.And.in reg.ſine culpa.de reg.iur. in 6. mercurialibus.Pau.caſt.conſ.339.primum dubium de quo quęritur. Roma.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de ver.ob.Ab. & alios in c.quod clericis de fo.comp.Ab.& fel.in d.ca. eccleſia S.Mariæ & Rip.in ſuis reſpon.in titu. de longa. conſuetudine c.6.nu.11.vbi audacter atteſtatur hanc eſſe com.opi. & Soci. nepos conſ.25.nu.11.vol.3.nonnulli verò doct.& male fuerunt in contraria ſententia,quos refert Ruyn.conſil.200. nu. lib.2.& Laurentius Syluanus conſil.49.nu.4.Amplia quintò hoc ſtatutum , ꝙ fœminæ excludantur propter maſculos extendi,etiam ad Iudęos,vt voluit Ana.in c.Iudęi,el 2.de iudeis & fel.ibi.& nouiſſimè Marquardus de Suſannis,in tract.de iudæis,& infidelibus in 2.part.c.2.nu.4.& ſeq.poſt alios ibi relatos per eum,vbi audacter aſſeuerat hanc com.opi.Amplia ſexto loco dictum ſtatutum,ꝙ ſtantibus filiis maſculis fœmina excludatur,habet locum & procedit etiam ſtante vno ſecun. Bal.in l.1.C.de cond.inſer.per illum tex.quem refert,& ſequitur dec.in c.prudentiam §.adiicimus.n.8.ff.de of.deleg.præallegatumque ſtatutum ꝙ fœmina excludatur ſuperſtitib.maſculis.Amplia ſeptimò,vt procedat,vt tam filia,quàm venientes ex perſona eius à ſucceſſione repellantur,vt per Bar.in l.2. §.videndum.in fi.ff.ad Tert.& in d.l.liberorum per l.illam. C. de collatio.Ruynum.conſ.120.nu.2.vol.1.& conſ.151.nu.6. vol.2.cum aliis congeſtis per dec.conſ.656.iuridicam.Laurētium Syluanum conſ.1.nu.65.& Ruynum conſ.8.nu.9.vol. 3.iſta eſt vera & indubitata concluſio.Amplia vlterius,ꝙ ſub huiuſmodi ſtatuto excluſiuo fœminarum comprehenditur non ſolùm filius legitimus & naturalis, ſed etiam arrogatus in filium ab auo materno , quia per omnia ſimilis eſt filio vero,legitimo, & naturali tam ratione patriæ poteſtatis, quàm quo ad effectum ſuitatis,ac etiam reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato,vt §.ſed hodie ex noſtra.inſt.de adop.§.pe.inſt.de hær. quæ ab inte.iuncta l.cum in adoptiuis circ.fi.C.de adop.& l.ſi te parens,& ibi Bart.C.de ſuis & leg.imò dic,ꝙ arrogatus filij appellatione continetur l.filij appellatione.l.iuſta,& d.l.liberorum.ff.de ver.ſig.ergo ſecuta arrogatione cum in eo concurrant vinculum ciuile & naturale.d.§.ſed hodie.filius legitimꝰ & naturalis dicetur,& eadem ratione quia filius legitimus & naturalis fœminam excludit,eadem & ipſe arrogatus excludere videtur. Ampliatur,ſeu interpretatur nono dictum ſtatutũ excludens fœminas propter maſculos,quod eſt de iure licitũ ſec.communem opi.Do.citatam,& relatam per Alber. Brun. in tractatu de ſtatutis excluden.fœminas. Fallit primo loco iſtud ſtatutum excludens fœminas propter maſculos non habere locum extra territorium ſtatuentium,& ſic non propagetur,nec extendit radices, & vires ſuas,quo ad bona exiſtentia extra territorium ſtatuentium,ſec.Bar.in l. cunctos populos. q.6.C.de ſum.tri.Alex.conſ.127.conſideratis verbis inſtrum. vol. 1. vbi latiſſimè reſpondet omnibus ferè rationibus Sali. contrarium aſſeuerantis in l.cunctos populos.C.de ſum.trin. & fide cath.& iſta videtur com.opi.vt teſtatur allegato conſ. & Ruyn.conſ.48.n.j. circ.med.vol.3.vbi ait ab iſta ſnīa communi nõ eſſe recedendum,& Rol.à Valle poſt alios relatos ꝑ eum in trac.de lucro dotis,in q.20.n.14.Interpretatur,& limitatur ſecundò dictum ſtatutũ excludens filium à ſucceſſione patris, ꝙ ipſo mediante non excluditur ad inualidandum teſtamentum inter liberos ꝯditum,& ſic filia ſimpliciter à ſtatuto excluſa,ſi in teſtamēto patris fuerit præterita,põt illud rũpere , ſi pater extraneos vel filios inſtituerit,quia in hoc filia extranea pſona nõ reputetur,ſec.Corn.in l. hac ꝯſultiſſima.§. ex imperfecto.ver.pdicta faciũt.Cum.conſ.119. cir.fi.cũ aliis relatis ꝑ Boe.dec.241.n.9.vbi ait,hanc eſſe com.opi.& Boer. poſt alios relatos ꝑ eũ ĩ repeti.c.Rainutius.n.234.cũ aliis ſeq. de teſt.vbi ad vtrāq; partē doctè,ſublimiter,ac latè hāc quæſtionē diſputat.Ratio dictæ com.opi.videt̃ iſta, q̃a pater tenetur neceſſariò vocare filiā in ſuo teſtõ,vel eiꝰ filios,vt decidũt Bar.iaſ.ceteriq; doct.cõiter in l.ſtipulatio modo ꝯcepta.ff. de ver.ob.& de dicta cõi atteſtant̃ mod.inibi.& Gu.Ben.in rep.d. c.Raynutius.de teſta.n.81.fallit tertiò præfatum ſtatutum diſponens,ꝙ ſtantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat,non habere locũm in legitimatis per reſcriptum comitis Palatini, vel alterius habentis poteſtatem legitimandi,cùm non excludant fœminam,ſec.Deci.in l.liberos.circa fi.C.de collat.ca.in præſentia.n.40.ext.de prob.& latè conſuluit conſ.[illegible].& Cur. ſen.conſ.16.n.5.& ſeq.& conſ.35. n.16. cuius conſilio complures excellentes, & illuſtres doc.ſe ſubſcripſerunt, & ita in opulenta hereditate fuit Mediolani iudicatum,& iſta eſt communis opi.ſec.eundemmet Deci.d.l.liberos.Et de dicta cõi atteſtatur etiam Fran.Cur.in præal.conſiliis,& de veritate iſtius concluſionis communis plura ſcribit Iaſ.l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſuc.Crot.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de libe.& poſth.Brun.in tractat.ꝙ ſtantibus filiis maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant.q.12.art.4.declarat hoc non procedere in filio ſpurio legitimato per principem,qui quidem ſub ſtatuto prædicto ad excluſionem fœminarum comprehenditur, vt potè quia ipſe verè, ac propriè legitimus & naturalis cenſetur. vt concludunt Bar.& alij omnes cõiter in d.l.ſi is,qui pro emptore,& latè per Alex.conſ.2.vol. 1.ergo filius iſte dicetur excludere fœminas,ſicut legitimus & naturalis.& hoc voluit idem Alex.in l.ſed ſi hac.§.patronum.ff.de in ius voc. qui atteſtatur iſtam doc.cõiter tenere,& in d.conſ.11.& conſ.87.vol.2. Limitatur quartò ꝙ dictum ſtatutum excluſiuum fœminarum, ceſſat ſi maſculi ſunt in capaces,puta ſi ſint deportati,q̃a tunc habentur pro mortuis & pro non ſtantib.vt per Bart.in l.1.§. pen.ff.de bo poſſ.ſec.tab. quem ſequitur Bal.in auth.ingreſſi. circ.fi.C.de ſacroſ.eccl.& Ruyn.conſ.54 nu.5.vol.2.interpretatur ſimiliter & reſtringitur hoc ſtatutum etiam habere locum ſi maſculus extaret & ſuccedere nollet.l.2.§.ſed ſi ſint ſui. ff.ad Tertyllia.& ibi not.Bartol. quia huic ſtatuto poteſt maſculus renunciare,vt per Bald.in l.maximum vitium. verſ. ſed pone frater.C.de lib.præt.Fallit ſextò hoc ſtatutum quod ſtantibus filiis maſculis fœminæ non ſuccedant , ꝙ ſi maſculi non ſuperſint, ſed ſolum fœminæ , ipſæ admittentur , vt per Bart.in l.fi.q.1.ff.ad Tert.Bald.in l.hi quibus.C.de ſec.nupt.& iſta eſt com.ſententia omnium ſcribentium.& longo ac diutino tempore obſeruata, vt refert,& atteſtatur Soci.conſ.80. n.6.vol.2.Limitatur ſeptimo hoc ſtatutum excludens fœminam dotatā à ſucceſſione dotantis nõ excludere eam à bonis

emphyteuticis,cum de ipſis non fiat mētio prout voluit Bal. in d.l.liberti,libertæque.C.de ope.liber.Bart.& alij.doct. communiter in l. iuſiuran.§. ſi liberi.ff. de oper. libert. imol.& alij omnes in c.potuit.de loca.& conducto, & Ruynus conſ.4.n. 6.vol. 1.vbi hoc. declarat, & limitat.Interpretatur octauo loco dictum ſtatutum præferens maſculos fœminis non habere locum in adoptiuis vt voluit eleganter Io.de Ana.conſ.37. viſo caſu,cuius dictum refert,ac comprobat,& ſequitur deci. d.ca.in præſentia.n.117.& ſeq. & Tiraq.cum aliis infinitis ibi relatis per eum in repetitio. l. ſi vnquam. C. de reuoc.dona.in ver.ſuperſint liberos,n.11.Interpretatur nonò præallegatum ſtatutum ꝙ licet excludat fœminas à ſucceſſione,non propter hoc excludit à ſupplemento legitimę,vt per multa concludit Sal.in auth.nouiſſima.C.de inof.teſtamento in l.ſerui noſtri,propè.fi.ff.de noxal.in l.ſancimus.C.de nup.&in auth.res, quæ. C.communia de leg. vbi etiam Raph. Cuma. hoc idem teneat Alex.conſ.7.lib.2.conſ.69.vol.1.& conſ.78.volu.4.& hoc idem tenuit Soci.iu.in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantum,& ita conſuluit conſ.30.150.vol.j.iſtam ſcribit eſſe com.opi.Soci.in l.hęredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel.&Gram.vltra alios per eum congeſtos deciſ.101.nu.46.& iſtam quæſtionem latè diſputat ad vtramque partem Auguſtinus Boerius in repetitio.d.c.Raynutius.num.23.Moderatur, & coarctatur nono hoc ſtatutum non procedere quando ex diſpoſitione ſtatuti fœmina non poſſet ſuccedere,&deberet ſtare dote contenta, tunc filia non poſſet petere ſupplementum legitimę ſec.Bart. & alios in d.§.& quid ſi tantum, & iſta eſt communis opinio, vt patet ex allegatis per Alex. in d. §. quid tantum.& iaſo.in d. auth.nouiſſima.Soci.conſ.150.prima igitur radix. iaſo. conſ. 82.ſtatuto ciuitatis.libr.2.dec.conſ.26.diligenter in conſ.89. viſo puncto.in fi.conſ.203.in caſu.&c.curt.conſ.37.conſiderato Themate.Calca.conſ.11.& quamuis iſtud ſtatutum prohibeat ſupplementum dotis,vel legitimæ, nihilominus non habet locum in magno exceſſu,ex quo detegitur patris dolus,l. vnde ſi Nerua. ff.pro ſoc. & tenet ac declarat Paul.caſtr.conſ. 110.ꝙ refert Ruynus conſ.98.nu.4.poſt prin.vol.2. Fallit decimo ꝙ filia excluſa à ſtatuto donec ſuperſunt maſculi poſſit aliquando ſuccedere.Vnde ſcias,ꝙ filia,quam ſtatutum à ſucceſſione,donec ſuperſunt maſculi,excludit,etiam ſi poſt quadraginta an. deficerent maſculi à ſucceſſionem admittetur vt per Bartolum in l.fi.ff.ad Tertul.cuius opinionem fatetur eſſe communem Soci.conſ.63.in cauſa vertente.lib.j.Io.Dilectus in trac.de arte teſtandi,in cautela 6.nu.5.tit.11.& Soci.nepos conſ.110.nu.4.& 16.vol.2.& conſ.1.nu.1.libr.1.& conſ. 31. nu.1.eod.vol.quam quidem Bart.Paul.de caſtren. Sali. Corn. ceterique omnes in l.2.C.de libe.præter. poſt alios quamplures relatos per Soci.iu.conſ.1.nu.1.lib.1.& intelligit procedere vltra præallegatos doctor. ipſemet Soci. iu. in d.conſ. 110. nu.16.& conſ.114.nu.12.& 3.eod.vol.quando fœmina non ſimpliciter excluditur,ſed temporaliter:veluti donec,& quandiu maſculi ſuperſint:ſecùs autem eſſet,ſi fæminę excluderentur ſimpliciter per ſtatutum,extantibus maſculis quia hoc caſu excluſio earum eſſet perpetua. Interpretatur 11.loco dictum ſtatutum, ꝙ filius maſculis excludat fœminam ſimpliciter locum habere etiam in ea, quæ momento fuit excluſa, vt in perpetuum excludatur & ſic ſufficit tum quòd momento maſculus fœminam excluſerit,vt ſit excluſa in perpetuum,ſecun.Bald.in l.ſi quis poſthumus.§.1.ff.de libe.& poſth. quem ſequitur dec.conſ.623.Interpretatur 12.prędictum ſtatutum excludens fœminas dotatas à ſucceſſione verificari etiam in ea fœmina, cui dos promiſſa fuit vt per Bald. in l.non ſine.C. de bo.quę lib.Affl.deciſ.61.& iaſ.conſ.11.lib.j.In contrariam verò ſententiam videntur inclinare Iaco.de Arena.Pet.Cy.& fulgo.d.l.non ſine.Cum.& imo.in l.titio centum §.titio genero.ff.de cond.& demonſt.Alex.conſ.13.vol.3.& Soci.conſil. 207.volu.2.ſed in iſto conflictu opinionum caſu eueniente ſemper conſulerem pro prima opi.quæ videtur verior vbi ſtatutum ſimpliciter excluderet fœminam dotatam ſecùs vbicunque exigeret dotem eſſe datam,vt per Soci.conſ.92.volu. 1.quem ſequitur Brun.in tract.exclu.fœminarum.in 7.q. Limitatur 13.hoc ſtatutum vbicunque filius maſculus moreretur antè quàm portionem ſibi debitam ex forma dicti ſtatuti adiret,& agnoſceret, quia tunc portio ad quam ipſe filius admittitur ex diſpoſitione ſtatuti, excludendo fœminam, non tranſmittitur ad quoſcunque hæredes,vt voluit Sali.in l.1.C. de adulte. Sed Sali. noli adhibere fidem ne te decipiat, quia contra eum eſt com.opi. vt per Alexandr.conſ.20.vol.1. Soci.conſ.143.vol.1.& conſ.296.vol.2.& per Brun.in ſuo tract. exclu.fœmi.in 13.artic.prin.q.6. idem Viuius.

Inſtitutio patris &matris eſt neceſſaria de iure communi in teſtamento filiorum,vnde filius faciens teſtamentum in caſibus à iure permiſſis,tenetur parentes in aliquo inſtituere hæredem, quia illis præteritis teſtamentum viribus caret, §. ſiue igitur,& §.hæc autem diſpoſuimus.in authentic. cùm de app. cognoſci.notat.Calderi.conſ.5.an ſi teſtator.in tit.de teſt.Bal. conſ.84.veritas lib.4.& hęc eſt com.opi.vt cōſtat ex cōgeſtis per ſcriben.in auth.nouiſſima.C.de inof.teſt. & per Barb.in c. Raynutius,de teſta.contra Bart.in d.auth.nouiſſima,quia legitima debetur parentibus propter honorem, & reuerentiam, quam filij erga illos præſtare tenentur. d.§.hæc autem, & præcipue debetur matri, ne à luctuoſa filij hæreditate dicatur excludi.l.fi.C.de inſti.& ſubſti.ſub cond.fact.& l.liberi. §.1.C.de inof.teſta.& hoc latè docuimus ſ.in ver.filius.in concluſione incip.Inſtitutio parentum,&c.Limitatur hæc com.opi.ſeu limitari poteſt per ſtatutum contrarium diſponens,vnde legitima matri debita cum ſit de iure poſitiuo,poteſt per ſtatutum tolli,ſec.Bald.in l.1.§.ius naturale,ff.de iuſt.& iure, & hanc eſſe com.opi.aſſeuerant audacter Io.de imo.in l.quod de bonis. §.fi.ff.ad legem fal.Alex.conſ.168.vol.7.dec.conſ.372.& Pariſ.conſ.23.vol.2. idem.

Prouincia aucta,& augmentata acceſſoriè comitatu vel regno,ita ꝙ ſit vnum regnum cum primo, vel vnus comitatus: regulatur ſecundum ſtatuta,& regulas ipſius regni,vel comitatus,&eiſdem ſtatutis,legibus,&priuilegiis eſt gubernanda, quibus gubernatur regnum ipſum, & comitatus, ſecundum Bart.in l.ſi conuenerit.§.ſi nuda. ff.de pig.ac.quem ſequuntur omnes doct. ibi, & Rom. conſ.218.Alex.conſ.114.vol.4. & conſ.47.vol.6.affl.in c.j.§.& ſi clericus, de ca.Corr.in vſib.feu. Calcan.conſ.2.Barbat.in c.tranſlato.de conſt.iaſ.in §.in perſonam.inſt.de actio.Rip.in 1.part.reſponſorum.22.& curt.Sen. conſ.56.vbi ait hanc eſſe comm.opi.& Moder.in d.§.ſi nuda. Viuius.

Statutum habilitans,vel inhabilitans perſonā alicuius aliàs inhabilem,ſeu habilem de iure communi,non extenditur aliquo modo ad forenſes,ſec.Bart.in l.1.ff.de tuto.vel curat.datis ab iis, vbi aſſerit eleganter quod ſtatutum ciuitatis, quod diſponit circa perſonam legitimandam ad aliquem actum,nō extenditur,nec porrigetur ad omnes,qui non ſunt ſuæ iuriſdictionis, hoc idem videtur intrepidè tenere ipſemet Bart. in l. cunctos populos,in 3.q.C.de ſum.trinit.& fide cath.vbi concludit ꝙ ſi ſtatutum diſponeret filium familias poſſe condere teſtamentum,tunc filius familias forenſis in ciuitate,in qua reperitur huiuſmodi ſtatutum nō poterit teſtari: nam ſtatutum legitimare nequit perſonam ſibi non ſubditam, nec circa ipſam diſponere aliquid, & cum Bart. tranſeunt omnes doct. in præcitatis locis,& præſertim iaſ.ibi in 1.lect. & in 2. marſ.in l. fi.verſ.hanc tamen concluſionem,ff.de iuriſd. om.iudi. Alex. conſ.45.vol.5.Corn.conſ.45.vol.j.& conſ.14.vol.2.Ruynus conſ.120.vol.1.& conſ.201.eod.vol.vbi ait hanc eſſe comm. opin. Viuius.

Statutum ſimpliciter diſponens,ſeu loquens de marito lucrante dotem, aut bona mobilia mortua vxore in matrimonio,recipit interpretationem per legem hac edictali.C.de ſec. nup.i.niſi ſuperſint filij prioris matrimonij.vt per Bar.Bal.Sal. & ceteros cōiter in d.l.hac edictali. in 6.q.& ſic filij primi matrimonij, non obſtante dicto ſtatuto, poſſunt totam dotem, & bona mobilia petere,iuxta diſpoſitionem tex.in d.l.hac edictali,& iſtam opi.ſequuntur omnes doc.in l.vnica.C.de inof. dot.& dicunt eſſe magis com.iaſ.& curt. iu. in auth. præterea. nu.14.C.vnde vir.& vx.& Aug.Beroius in ſuis quæſt. familiaribus.q.119.nu.2.Iſtam etiam ſententiam communem ſequebatur ſimiliter publicè legendo Peruſij Raynaldus Rodulph. præceptor meus, interpretans annis præteritis cum non modica vtilitate ſuorum Scholarium. d.auth. præterea, qui quidem optimis fundamentis reſpondebat Bart.&ſequacibus in l.ea.lege.q.4.C.de condi.ob cauſam, contrarium aſſeuerantibus, vbicunque tamen (nota) ſtatutum non faceret mentionem expreſsè,& ſpecificè ꝙ maritus, etiam exiſtentibus filiis primi matrimonij,lucretur dotem,ſed ex coniecturis, ac verbis ipſius ſtatuti,&mente ſtatuentium colligi poſſit facillimè ꝙ vellet derogare dictæ l.hac ædictali, & ſic præiudicare filiis prioris matrimonij videtur derogatum dictæ l. hac ædictali, abſque aliquo dubio, licet expreſſe ſtatuentes non fecerint mentionem de ipſa derogatione, & maritus, tunc lucrabitur dotem, etiam exiſtentib. filiis primi matrimonij, ſecundum Bal.conſ.485.vol.6.Sal.in d.l.hac ædictali in 6.q. Paul.de caſt. conſ.192.vol.2.vel j.Rom.conſ.44.& iſtam aſſeuerat eſſe cōmunem opi.om.doct.Pariſ.conſ.91.lib.3.in contrariam verò partem præcipitanter inclinauit Soci. conſ.35. vol.4.& curt. Senior conſilio 78. videlicet, quòd, ſi ſtatutum ſpecificè. d. l.hac edictali non deroget non cēſeatur aliquo modo derogatum,tamen quicquid iſti doct.ſuadeant temerarium, & fatuum eſſet in iudicando,& conſulendo recedere à præallegata communi opinione,quam declarat,ſequitur,& tuetur Rolandus à Valle poſt alios ibi per eum relatos in tract.de ſtatuto de lucro dotis in q.25.n.1.& 3.Sed hoc dubium ceſſat quotieſcunque ſtatutum diſponeret, ꝙ vxore præmoriente ſine liberis, maritus lucretur totam dotem, aut partem dotis, vel bona mobilia in præiudicium filiorum primi matrimonij, tunc valet dictum ſtatutum, & præiudicat filiis primi matrimonij,ſec.Bald.in l.vnic.C.de inof.dotibus.& Paul.caſtr.ibid. tenet Bald.in d.conſ.495.& in d.l. hac ædictali.& ibi Sal. in 6. q.Paul.de caſt.in d.conſ.192.& conſ.448.vol.2.& ita ſe habet communis opi.omnium doct.de qua teſtatur Boerius deciſ. 113.nu. 4.Boerius in dicta q. 119.nu.1. Ruynus conſ.58.& conſ.59.vol.3. Pariſ. conſ.91. vol.3.& iſtud ſtatutum fuit inductum rationabili, & iuſta cauſa, & dicitur fauorabile,ac inductum fauore matrimonij, & publicæ vtilitatis, vt viduæ citiùs,& faciliùs virum reperire poſſint,vt per Baldum in d.cōſil.495.& Decium conſ.19.Alc.in tract.de præſum.in 1.regu. præſump.8.nu.6.Pariſ.d.conſ.91.& ita per iſtam rationem, & alias quàm plures concludebat acutiſſimus præceptor meus Raynaldus Rodulphus Peruſinus,dum eram ſub eius diſciplina peruſij,interpretans d.auth.prętereà.Interpretatur ſecūdo loco prædictum ſtatutum procedere in matrimonio vero,ſecus in matrimonio putatiuo, ideò ſtatutum de lucrando dotem per matrimonium non habet locum in marito putatiuo, ſecundum Bald.Sali.in l.1.C.de condi.ob cauſam.Alex.in l.ſi cùm dotem.§.fi.ff.ſo.ma.& Ripam in rub.eod. tit. & iſtam ait eſſe communem opi.Rol.in tract.de ſtatuto de lucro dotis in q.97.nu.167.& 13.Interpretatur tertiò dictum ſtatutum diſponens maritum lucrari debere dimidiam partem dotis.& aliam partem reſtituat, ꝙ tunc maritus non lucrabitur dotem promiſſam,ſed tantùm ſolutam, ſecundum Bartolum conſil. 133.ſtatuto ciuitatis Augulinæ cauetur,& iſta eſt magis communis opinio doct.de qua meminit Boerius deciſ.22.nume. 7.9.& 13. In contrariam verò ſententiam inclinauit idem Bart.in l.iubemus.§.ſanè.C.de ſacroſ.eccl.Ang.ſibi cōtrarius conſ.158.Iaſ.ſibi contrarius in l.ſi donaturus.§.fi.ff.de condit. cauſ.dat.Alex.in l.non tantum ff.de re iud.Soci.in l.de diuiſione.ff.ſo.ma.Crotus in rubr.eodem titu.& ibi Parpal.Ruynus ſibi contrarius conſ.197.vol.1.Tiraq.in tract.de retractu.nu. 59.videlicet, ꝙ maritus ex forma huiuſmodi ſtatuti lucretur dotem non ſolum ſolutam,ſed etiam promiſſam,tamen quicquid iſti doctores dicant prima pars videtur tutior, & magis communis ſecundum Sali.in l.ſi conſtante.C.de donatio.ante nup.& iaſ.in rub ff.ſo.ma.Ratio eſt,quia dare. & promittere paria ſunt.l.fi.C.ad legem falcid.& quia mulier ex ſola promiſſione dicitur habere dotem,vt notatur in l.cùm poſt.§.1. ff.de adminiſtra.tuto.& in l.vnic.§.accedit.C.de rei vxo.actio. & ita reſidebat cum prædicta communi præcitatus D.meus Raynaldus Rodulphus,quem imitantem veſtigia Bart.&omnium illuſtrium doctorum, ac habendo veritatem ante oculos per ſeptem an. audiui defenſorem communium opinionum,ideò non eſt mirum,ſi peruſij hac tempeſtate in eum virum euaſit, quem totus orbis prædicat, interpretatur quarto loco dictum ſtatutum deferens lucrum dotis marito mortua vxore, vt habeat locum etiamſi in vno momento matrimonium carnali copula conſummatum duraſſet, ac vna nocte concubuiſſet vxor cum marito,ſec.Baldum in l.non tantum. C.de legat.& cum Bal.ſentiunt Ang.Cornæ.& alij doct.communiter ibi,licet ibi iaſ.contradicat opinioni Bald.& malè,vt per moder. in d.auth.prætereà, imò dic in fortioribus terminis ꝙ ſi ſtatutum in ciuitate viri diſponeret ſimpliciter,ꝙ vxore præmoriente maritus lucretur dotem, habet locum etiam ſi mulier præmoriatur antè, quàm ad domum ſui mariti ducta fuerit, & tunc maritus lucrum dotis poteſt conſequi, vt per Bar. eleganter in l. nihil. ff. rerum amota. & iſtam ait eſſe communem opi.Rol.à Valle in tract.de ſtatuto de lucro dotis in q.16.num.9.Interpretatur vlteriùs hoc ſtatutum de lucro dotis locum etiam habere.ſi vxor poſt matrimonium per verba de præſenti,ante tamen copulam conſecutam ingreſſa fuerit, monaſterium mendicantium & in eo profeſſa fuerit: quia tunc maritus poteſt conſequi,& lucrari dotem ſecundū Bar.Paul.de caſt.in l.Deo nobis.in prin.C.de ſacroſ.eccl. fely. in rub.de ſponſa.iaſ.in auth.ſi qua mulier.C.de ſacroſ.eccl. & in l.ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſd. cog. & in l.ex ea.§.inſulam.ff. de verb.obli. & ita conſuluit ipſemet iaſ.conſ.135.vol.2.in quibus locis ait hanc eſſe veram,& communem docto.quam ſequitur etiam Alc. in 2. libr. de verb.ſig. Et animaduerte circa præmiſſa vtiliter,ꝙ dictū lucrum dotis non venit cōicandum per maritum cum fratribus, quia tanquàm aduentitium præcipuum eſt mariti,ſecundum Bartolum in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur.ff.ſol.matr.in l.1.C.de bo.quæ libe.cum quo tranſeunt Bald.in l.ſi donaturus.§.fi.ff.de cond.cauſ.data & in l.in actione.§.fi.ff.pro ſocio.Floria.Sali.Ang.Cornæ.& fulgo. ibi,& Alex.in add.ad Bar.ibi,Cornæ.conſ.149.vol.1.Aret. in §.fuerat,inſt.de actio.Iſta opinio communi calculo ab omnibus ſcriben.eſt approbata ſecundum Flor.in l.ſi filia §.ſi filius. ff.famil.erciſc.Crottum in l.frater à fratre.ff.de conditione indebi.& omnes moder.Baldus Nouellus in tracta.de dot.in 6. part.ſpeciali.37.Campe.in eodem tracta.de dote. in 5. part.q. 7.& moder.in c.in præſentia de probatio. Sed in iſta quæſtione reperiuntur tres aliæ opiniones contrariæ,quæ communiter reprobantur per moder.in d.l.frater à fratre,& per doctores ſupra citatos. Interpretatur & limitatur vlteriùs præmiſſum ſtatutum diſponens,ꝙ maritus per mortem vxoris,cum liberis lucretur dotem : non habere locum vbicunque maritus tranſiret ad ſecunda vota,&ſic propter tranſitum ad ſecundas nuptias maritus perdit huiuſmodi lucrum quo ad proprietatem,ſec.Bald.in auth.vxore.C.de ſec.nup.in auth.ex teſtamento.C.de ſecun.nup.in auth.ex teſtamento.C.e.tit.&in l.pro hæreditariis.C.de hæredi.actio.idem voluit Sali.in l.fœminæ.§.illud.C.de ſec.nup.Roma.in l.ſi cùm dotem.ff.ſo.ma. & conſ.190.Alex.in l.1.§.hoc autem.ff.ad Trebel.conſ.269. vol.4.& in d.auth.ex teſtamento.Paul.de caſt.in l.fi.C.de bonis mater.& in l.2.ff.ſol.mat.& iſtam fatetur eſſe magis communem opinionem Boerius deciſ.185.num.7.cum aliis ſeq. Ruynus conſ.101.vol.1.&Ripa in d.l.fœminæ.nu.45.In contrariam verò partem titubanter inclinauerunt Bal.& Cornæ. in l.fi. C. de bonis mater. per illum text. tamen reperio Cremen.in ſing.vltimo aſſeuerantem ſe conſuluiſſe contra Bal.in d.l.fi.vbi dicit quòd Anto.de Butr.idem conſuluit in conſilio exordiente. Circa examinationem reperio ſimiliter fuiſſe iudicatum in curia Burgalenſi contra dictum Bal.in d.l.fi.vt attestatum apparet per Boeri.in deciſ.185.nu.78.& 9. vnde reprobata communiter per ſcriben.iſta ſecunda opin.Bald.quæ de iure optimis fundamentis, & rationibus reprobari poſſet: inhæreo optimæ opinioni communi ſecundum meum ſolitum,& conſtitutum,ſtylum,& morem.Interpretantur prædicta ſeptimo loco, ſimiliter ꝙ ſi ſtatutum loci vxoris, ea præmortua abſque liberis diſponeret:deferendum eſſe lucrum totius dotis, tunc attendendum eſſet ſtatutum loci mariti, non autem vxoris ſecundum Archidia.in c.illud.12.diſt.Barto. & omnes communiter in l.cunctos populos.C.de Sum. Trinit. & fide catholica.& in l.exigere dotem. ff.de iud.Bald. in conſil.32.& in conſil.208.vol.3.& conſ.53.vol.5.Alex.conſ.100. vol.1.& conſ.129.vol.7.Cuma.conſ.26.& conſ.109.vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionem curtius iu.conſ.129. & quamuis nonnulli doctores & præſertim Angel.in d.l.exigere dotem. aduerſentur ac contradicant dictæ communi ſententiæ:tenendo quòd ſtatutum loci vxoris inſpiciendum ſit, vbi celebratus fuit contractus dotis,tametſi propter hoc non diſcedo à dicta communi,à qua diſcedere hæreticum eſſet in iudicando,& conſulendo, vt aſſeuerat Soci.iu.conſ.14.vol.j. Sequendo dictam communem.& iaſo.in l.1.nu.24.cum aliis ſeq. C. de Summa Trinita.& fide cathol. vbi iſtam communem opinionem limitat in ſeptem caſibus. In tantum autem hoc procedit,quòd ſi vxor duxerit maritum ad eius domum, attendatur ſtatutum domicilij ipſius mariti in lucro dotis, & non ſtatutum loci vxoris, vt per Baldum in l. cum quædam puella. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. quem ſequitur Ioannes Baptiſt.de Sancto Seuer. aliàs Caccialupus in repet. l.cunctos populos. C. de Summa Trinitate & fide catho.Sed contrarium tenuit idem Baldus reuocando ſententiam in melius. in lege finali. C. ſi à non competent. iudi. iudica. fuer. videlicet quòd in iſto caſu attendatur domicilium vxoris, & non viri, hoc idem voluit ſequendo Bal. in dicta lege finali.Alexander in addit. ad Barto. in d. l. exigere dotem. in prin.& curtius iu.ibi,& Cagnolus deciſ.conſ.283.fel.in cap.j. de ſponſ. & iaſ.in d.l.cùm quædam puella.& iſta eſt communis opinio, ſecundum Purpuratum in d.l. cunctos populos. nu.120. quam quidem communem declara & intellige procedere,vt per fel.in d.c.1.in 3.limit. F.Viuius.

ſtatutum ſi diſponat,quod inſtrumenta confeſſionata mandentur executioni, nec aliqua exceptio niſi ſolutionis opponi poſſit, tunc inſtrumenta quoque ante tale ſtatutum facta, habebunt tale priuilegium, ſecun.com.opin.quam ponit Bened.cap.concl.6.nu.36.& ſeq.& n.57.qua de re ſ. in ver.conſtitutio.

ſtatutum diſponens ſuper actu ſucceſſiuo, habente plures partes, emanans poſt actum inchoatum, ſed nondum perfectum, concernit actum inchoatum de præterito, quò ad partes futuras,niſi partes de futuro ita ſint connexæ,vt à præteritis non poſſint ſeparari,communem refert Bened.cap. concl. 6.n.53.& ſeq.& n.57.qua de re ſ.in ver.conſtitutio.

ſtatutum nouum reſpiciens finem, reſpicit præteritum à quo finis dependet,ſecun.com.opi. quam refert ac exemplis illuſtrat.Bened.cap.reg.6.nu.58.& ſeq.qua de re vide ſ.in verbo,conſtitutio.

ſtatutum ſicut nec conſuetudo contra præcepta moralia iuris diuini,de quibus in gl.c.fi.de conſue.& cano.non eſt.§.is itaque.6.diſt.non valet, vt vult gl.communiter approbata in c.cùm tacitè.de conſue.vt refert Bened.cap.reg.11.nu.5.

ſtatutum vel conſuetudo ſi diſponat ꝙ bannitus impunè offendi & occidi poſſit, ſecundum communem opinionem valebit, quia tunc offenſio vt homicidium committitur tanquam à miniſtro legis vel iuſtitiæ,iuxt.l.amiſſione.ff.de capi. dim.l.crimin.ff.de relig.& ſumpt.prout voluit Io.and.in addi. ad Spec. tit.de conſtit. pro quo facit quod habetur 23.q.5.& quod not.per Bart.in l.omnes populi. ff.de iuſtit.& iur. & per do.Ant. in c.fi. de conſuetud. vbi dicit hoc procedere in bannito pro crimine vel delicto.refert ac ſequitur Bened.cap. in reg.11.nu.14.

ſtatuto generali laicorum poſtquam in eo non perinde atque in ſpeciali ſuperioritas denotetur, clericus vel eccleſia modò fauorabile ſit, vti poterit, ita communiter teneri affirmat Bened.cap.reg.15.nu.35.ex iis quæ not.Bal.in l.omni.C. de ſacroſ.eccl.

ſtatutum diſponens ꝙ inſtrumentum publicum debeat ſine libello mandari executioni,licet Bar.in l.1.C.de ſumm.tri. voluerit quod liget quoque clericos, tamen eius opi.ibidem impugnat Bald.& communiter damnatur per canoniſt.ſecundum D.Ant.in c.eccleſia ſanct.Mariæ.de conſtit. quem ſequitur ibid.Io.de Ligna.refert ac comprobat Bened.cap. reg.15. numer.41.

ſtatutum per quod diſponitur quod iudex teneatur committere cauſam conſilio ſapientis,ſi partes vel aliqua ipſarum hoc voluerit, & quod teneatur illud requirere, & ſequi,valet & tenet,prout voluit Io.and.in addi.ad Spec.tit.de requiſitio. conſilij.§.1.ver.vt autem.& hoc communiter,de conſuetudine ſeruari dicit Bened.cap.reg.28.nu.36.arg.l.ſi conuenit.vbi Bart.quoque idem videtur tenere.ff.de re iud.vt in l.1.§.ſi plures.ff.de exec.act.quod procedit, vt voluit Io.andr.in d.addi. quando talis iudex haberet iuriſdictionem & poteſtatem ab ipſis ſtatuentib.aliàs ſi haberet à ſuperiore, nõ poſſent ipſum arctare ad requirendum,vel ſequendum conſilium, niſi eſſet à ſuperiore confirmatum illud ſtatutum.arg.c.cum inferior. de maiorit.& obed. Bened.cap.

Statutum excludens filias, etiam propter patruos, licet ſit factum fauore agnationis,vt comm.dicunt doc.Et talis fauor pro vnica ratione ſolet conſiderari,prout poſt alios plenè relatos firmat Alb.brun.in ſolenni ſuo tract.de ſtat.exclu.fœm. propter maſc.art.3.& plenè dixit Soc.iun.conſ.1. factum tale proponitur.n.38.vol.1.tamen non extenditur in fauorem patruelium,& ſic filiorum patui,licet ſint agnati:ſed illa ratio intelligitur tantum in caſu expreſſo.vt poſt alios voluit Soci.ſe.





conſ.9.viſo ſtatuto 3.vol.quem & retulit & ſequutus eſt Soc. iu.in cõſ.6.moriatur vltimo loco,cum multis ſimilib.deciſionib.n.10.vol.1.& in ſimili,in teſtamẽtaria diſpoſitione firmat Ruin.in conſ.102.n.14.vol.4.vt hæc refert Soc.iu.in cõſ.13. nu.16.vol.4. E.Muſcul.

Statutum excludens ſororem propter fratrẽ,fortius excludit neptem ex prædefuncto filio,propter patruum,licet de eis in ſtatuto nulla fiat mentio, quicquid dixerit Bal.in contrarium in l.venia.C.de in ius voc.ad fi.Nam eius opinio ibi,& alibi per doctores magis cõmuniter reprobatur,vt plenè multos allegando ſcripſit Soc.iu.in conſ.168.magnificus Comes. n.45.vol.2.vti hæc refert in conſ.10.n.17.vol.3.remittens ſe ad d.conſ.168.& ibi dictis addit Rui.in cõſ.140.viſa facti narratione.n.16.vol.3.& hoc voluiſſe, ſi bene aduertatur Ale.in conſ.36.viſo themate in ſecundo dubio,li.6.Vult enim ibi, ꝙ ſtante tali ſtatuto,nepos ex prædefuncto filio,excludet neptẽ ex alio prædefuncto & ſic eius ſororem patruelem attenta ratione ſtatuti, quæ fuit fauor conſeruandæ agnationis, vt per eum. Fortius ergo vellet Alex. quòd illa neptis excluderetur per filium defuncti patrui eius,licet de eo nullum ſit verbum in ſtatuto.Hoc indubitatum putat Soc. iu.in d.conſ.10.vt ibi per eum. idem.

ſtatuti verba debent regulari à mẽte,& ratione ſtatuentium, vt eſt in iure regula infallibilis, vt atteſtatur Ang.in conſ.296. in vol.ſtatutorum.cum concordantib.per Soc. iu.in conſ.13. in nouiſſimo ſtatuto, n.4.. vol.1.& in conſ.4.nu.12.vol.4.vbi demonſtrat,quę ſit mens ſtatuti,quod excludat fœm.propter maſculos.inquit enim exploratiſſimum eſſe apud iuriſconſultos,ſtatuentes in ſtatuto fœminas excludẽte,ꝑpter maſculos, eam mentem habuiſſe,vt ſcilicet bona in agnatione cõſeruarentur, & ſic dicitur tale ſtatutum editum, fauore agnationis in diuitiis,& dignitate conſeruanda, publica quadam vtilitate in eo conſiderata: & in hoc ſtat vera ratio huiuſmodi ſtatuti,vt plenè ſcribit idem Soc.iu.in conſ.j. factum tale proponitur n.38.vſque ad n.45.1.vol.& vltra ibi dicta,multa etiam ad propoſitũ dicit,& plures alios allegat Albc.Bru.in ſuo ſolenni tract.de ſtatut.exclud.fœm. propter maſc.in 3. art.concludens ſecundum communem opi.ꝙ iſta eſt vera finalis, & vnica ratio ſimilium ſtatutorum,& ꝙ habetur perindè,ac ſi à ſtatuentib.fuiſſet expreſſa,vt per eum, qui etiam ſubdit: ꝙ à tali ratione argui poteſt,allegãs ad hoc plures Doctores,ita vt de hoc ſit com. opi. (licet aliqui aliter tenuerint) vt per eum ibi ad quem etiam ſe refert Soc.iu.in d.conſ.10.n.12.Vbi hæc dicit,& hæc refert,vt per eum. idem.

ſtatuta ꝙ ſtantib.maſculis,fœminæ non ſuccedant,cenſentur indiſtinctè fauorabilia,quia bona cõſeruantur in agnatione, & licet ex eis reſultet odium fœminarum tamen valet ſecundum magis communem opi.vt latè oſtendit Alber. Brun. in ſolenni ſuo tract.de ſtatu.exclud.fœm.&c.in 4.art.verſ. ſed verior & magis com.opi. vbi poſt quàm plurimos doctores, per eum allegatos ita firmat, & probat ratione concludenti. Semper enim ratio finalis,& principalis intentio diſponentis attẽditur per iura vulgaria,ſed motus principalis,& finalis ratio ſtatuentium fuit fauere agnationi, vt dictum fuit, ergo illud debet attendi, & licet ex eo reſultet odium fœminarum. Tamen diſpoſitio ſtatuti debet dici fauorabilis inſpecto eo, quod principaliter intendunt facere ſtatuentes,iuxta l.qui exceptionem.& ibi tradunt doct.maximè Bar.Iaſ.ff.de condi.indeb.prout hoc plenè declarat etiam alia allegãdo Brun.in loco prædicto vſque in fi.4.art.& per Soc. iu. in conſ.10.nu.14. vol.4.com.ait. idem.

ſtatuti verba cum ſunt clara,non eſt vlterius diſputandum. argumento l.ille.§.cum in verbis.ff.de leg.3.attento,ꝙ in qualibet ciuitate ſtatuta eius legitimè condita, ſunt omninò ſeruanda.l.omnes populi.& ibi tradunt communiter doct. ff. de iuſtitia & iur.Soc.iu.in conſ.49.n.1.vol.4. idem.

ſtatutum alicuius ciuitatis,dicitur ius proprium illius,quaſi quod non ſit alterius.l.omnes populi.ibi,ipſe ſibi ius cõſtituit proprium ciuitatis,&c.ff.de iuſtit.& iure.& ita nota.ibi doctores communiter: meritò ergo beneficium talis ſtatuti contra ius commune conceſſum alteri ciuitati, ſeu eius ciuibus,non debet dici conceſſum.Soc.iu.conſ.80.n.7.vol.4. idem.

ſtatutum loquens in perſonam, illam excludendo, vel vocando, contra ius commune, non comprehendit nõ ſubditũ, & ſic forenſem.Alex.in conſ.41.ex multis,quæ in themate.n. 6.lib.3.& in conſ.64.n.10.lib. 5.& hanc opi. plures alios allegando firmauit Soc.ſen.in conſ.231. cum in præſenti conſultatione.ver.3.quod forenſis.vol.2.& in cõſ.128.circa preſentem.n.4.vol.4.vbi plures ita tenentes allegat. idem etiam tenuit Corn.in cõſ.94.circa 1.dubium in 2.dubitatione, Dicẽs, hanc doctrinam eſſe communiter receptam, vt.ſ.habilitatio ad ſuccedendum contra ius commune, non procedat in fauorem forenſium,vt per eum. Quod etiam firmauit Deci. in ꝯſ. 114.& pro tenui facultate poſt prin.vbi plures allegat, vt per eum.ita etiam voluit D. Io. de Lecirier in ſuo tract.de primogenitura in x.q.lib.2.n.7.Vbi inquit,ꝙ ſicut ſtatuta non comprehendunt,forẽſes,vt illis noceant,ita nec etiam,vt illis proſint.vt per eum.ſic etiam firmauit Carol.Ruin.in cõſ.112.nu. 11.vol.5.qui ẽt idem dixit,ſi talis forenſis onera non ſuſtinet in conſ.100.viſis ſtatutis,n.7.vol.5.& plenius & clarius,in ꝯſ. 200.viſo themate propoſito.n.12.vol.2. vbi multos allegat. Hoc idem egregiè per multas rationes voluit Io.Crot.in l.omnes populi n.158.ibi,primo ſtatutum concludens quam concluſionem etiam generalem tenet, etiam Pariſ.in conſ.12. in præſenti informatione n.24.25.26.27.vbi plures rationes,& auctoritates allegat.& hanc opi. videtur etiam tenere Hiero. Cag.in l.ſecundum naturam n.7.ff.de reg.iu.dum de hoc ſe remittit inter alios ad Alex.in d.conſ.41.ad Dec.in d.conſ.114. & etiam ad alia duo,& ad Alber.Brun.in tractat. de ſtatut. exclud.fœm.in 6.art.in 1.memb.qui omnes prędictam opinionẽ ſequuti ſunt vt hos omnes etiam refert,& allegat Soci.iu. in conſ.80.ſub n.14.vol.4.vt plenè ibi cum aliis etiam cõcordantibus per eum. idem.

ſtatutum in partibus tuſciæ loquens de inteſtato habet locum in pupillo, propter communem vſum loquendi in Tuſcia,& ſic ſtatutum hoc diſponens,ꝙ mater filiis inteſtatis vel ab inteſtato non ſuccedat,de verbi proprietate in pupillo,qui propriè inteſtatus non decedit,locum habet, & per ꝯſequens mater ad hereditatem ipſius pupilli defuncti non admittitur, ſec.Bart.in l.1.ff.de ſuis & legi.per tex.ibi,quem ait interpretationem huiuſmodi, ſeu extenſionem facere ex communi vſu loquendi, & licet magna altercatio ſit ſuper hoc d.Bart. ꝑ ea, quæ latè tradit Alc.in l.gñaliter.C.de inſti.& ſubſti. vbi ponit duas opiniones principales,& latiſſimè per Decium ꝯſi.466. vbi refert & ponit duas communes.& conſ.563.n.2.vbi inqt magis com.opi.Bart.in d.l.1.& vberius per Curt.iu.conſ.134. per totum.& n.5.tñ quicquid ſit,quando Deci. & alij inferũt ꝯ Bart.videntur ſe fundare ex diuerſitate rationis vnius caſus ab altero,ſed ratio diuerſitatis aſſignari non pt: & ideò Corn. cõſ.318.ex plurib.videtur.n.7.vol.1.firmat,ꝙ omnes fatẽtur, ꝙ apparenter communi vſu loquendi, talia ſtatuta,etiam correctiua,extendantur,& ꝙ communis vſus loquendi ampliet. & reſtringat diſpoſitionem, & ſic opinio Bart. ex rationib.& auctoritatib.congeſtis per præcitatos doct. in locis præmiſſis videtur verior & communior,& eam ſequor,prout eam quoque ſequitur,fulcit,& ab omnib.ꝯriis tuetur Ruin.conſ.50.n. 2.7.& 12.vol.3.vbi profert hoc magnum,& vtile verbum, ꝙ re vera com.opi.non eſt in contrarium, vt præſupponit inaduertenter Ale.in d.l.generaliter, & ei inhæret etiam Boer.ꝯſ. 34.nu.1. F.Viuius lib.2.opi.260.

ſtatutum factum in ciuitate pro lege communi habetur, vt eſt communis & indubitata concluſio. Roland. à Valle in conſ.72.n.2.in 3. vol.& recipit interpretationem à iure communi.licet contra ius commune,vt eſt com.opi.ibi.n.34. & ſi fiat ſtatutũ ſuper aliquo, ſuper quo ſit prouiſum de iure communi,non cenſetur derogatũ iuri communi,licèt diuerſimode ſtatuatur. & quando ſtatutum ponit aliam pænam pro crimine,quam ius commune.videtur receſſum à iure communi. Niſi ex aliquibus coniecturis apparet, quòd ſtatutum noluit recedere à iure communi. iudex tamen tenetur ſeruare ſtatutum,& imponere pænam ſtatuti, quòd certè iurauit. caſt.in l. 1.§.dixerit.ff.de publica. Bonacoſſ.

ſtatutum ꝙ dicit,ipſo iure puniatur,non requirit factũ hominis nec partis,vt eſt com. opi.de qua Rol.à Valle in cõſ.90. n.17.in 3.vol.Portius conſ.149. idem.

ſtatutum præfigens certũ terminum ad inquirendum,elapſo illo tpe,perit,ius procedẽdi de eo crimine,adeò ꝙ de eo amplius cognoſci nõ poteſt. & ideò ſi maleficium ſit notorium, & ſit elapſum tempus datum ad inquirendum ſecundum formam ſtatuti.tandem ſi reus confitetur maleficium, reus non poteſt ex iſta ꝯfeſſione condemnari,vt eſt com.opi.de qua D. Rol.à Valle in cõſ.94.n.12.in 3.vol. vbi adducit rationem.& iſtud ſtatutum inducens præſcriptionem inquiſitioni formãdæ procedit tã in occultis,quã in non occultis delictis.Sylua. conſ.7.n.2.in 1.vol. & ideò confeſſio rei poſt elapſum terminum d. ſtatuti eſt nulla, & non nocet confeſſio, vt eſt magis com.opi.de qua ibi Syluanus.n.6.vide tu tamen Marſ. in cõſ. 87.n.15.& per totum.Natta conſ.225.n.2.in 1.vol. idem.

Statuta vſu non recepta non ligant; vt eſt com. opi.de qua Menoch.conſ.75.nu.90. idem.

Si ſtatutum prohibet emi frumentum, niſi pro vſu ſuo, oportet ꝙ tempore, quo quis emit, emat animo vtendi pro vſu ſuo, adeò ꝙ ſi mutauerit poſtea voluntatem, & non vtatur, ſed vendat, non incidit in pœnã, quia ille animus vtendi debet adeſſe ab initio, nec curatur qualis ex poſtfacto fuerit animus, vt eſt com.opi.vt per doct.in l.cætera. §.ſed ſi parauerit. ff.de le.1.Paſethus conſ.190.n.11.& voluntas extrahendi debet probari per daciarium fuiſſe tempore venditi frumẽti ad pœnam incurrendam. & tali caſu ſtandum eſt iuramento ementis, vt eſt com.opi.de qua per doct.in d.§.ſed ſi putauerit. & de qua etiam ibi Paſethus.n.12.an ſtante ſtatuto, ꝙ nullus poſſit emere frumentum ſub pœna, idem intelligatur de venditore.Bart.in l.ſi ego,n.1.ff.de prætoriis ſtipulatio.vbi determinat, quòd ſic.& ibi per Apoſtillantes. idem.

ſtatuto depoſitionib.eſt ſatisfactum, ſi quis reſpondet occidi, ſed ad mei defenſionem, vt eſt com.opi. vt per Soci.in l.1. ff.vulga.col.6.ver.vnde conſidera.& perinde eſt, ac ſi ſimpliciter reſpondiſſet, vt eſt communis opi.D.m.Alc.in l.1.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verb.ob.fuſius Paſethus in conſ.191.nu.1.& ſeq. Bonacoſſ.

ſtatuti pœna poteſt minui, vt eſt com.opi. de qua Tiraq.de pœnis.in prætha.n.22.ex cauſa ſcilicet etiam iurati.ibi. n.33. idem.

ſtatuta etiam pœnalia & exorbitantia ex identitate rationis extenduntur de ſimilib.ad ſimilia, vt eſt com. opin.de qua Ripa in tractat.de peſte.n.283.fo.52.non tamen ſtatuta in caſu ſimplici extenduntur ad caſum mixtum, quia ſunt odioſa. Dec.conſ.334.n.1. idem.

ſtatutum etiam pœnale ex identitate rationis, extẽditur ad ſimiles caſus etiam fictos, vbi caſus verus & caſus fictus æquiparantur per ius commune, vt eſt com.opi, de qua Ripa in tractat.de peſte. ſub rubrica de remedio præſeruatiuo.nu.50. D. Hier.de Monte.q.28.n.19.& ſtatutum quod loquitur in materia pænali, non debet extendi ad alium caſum, vt dicit Ioan. And.in c.odia.de reg.iu.in 6.Ang.& caſt.in l.1.ff.quod quiſq; iur.vbi dicit hoc vſu receptum. idem.

ſtatutum diſponens, ꝙ ſententia contra filium noceat patri in pœna corporali non tenetur. ſecus in pœna pecuniaria, vt eſt com.opi.quæ in practica ſeruatur; vt per Ant.de Tremol. ad practic.Bonacur.fo.108.verſ.quartus caſus.vide omnino. Marſ.ſing.362.vbi ponit limitationes. idem.

ſtatutum permittens bannitum occidi, etiam in foro conſcientiæ occidẽs eſt tutus, vt eſt com.opi.Pe.Rauen.in ſuo aureo Alphabe.in ver.bannitus.col.pe.ver.ſi ſtatutum. fo.12.& valet d.ſtatutum.Abb.in c.dilecti.de excep. idem.

ſtantibus ſtatutis generalib.de armis non portandis, forenſes non excuſantur.Pe.Rauen.in Alphabeto aureo, in ver, bladum.com, dicit. idem.

ſtatutum, ꝙ pœnæ maleficiorum duplicentur in palatio, duplicatur etiam pœna, ſi quis maledixit.Deum in palatio, vt eſt com.opi.de qua Petr. Rauen.in alphab.in verb.blaſphemare. idem.

ſtatutum ꝙ vnus pro alio puniatur, valet, vt eſt com.opin. Dec.in c.cognoſcentes, n.4.de cõſti.Bened.de Vado in reperto.Fel.ver.ſtatutum, quòd vnus. idem.

ſtatutum imponens pœnam mortis pro homicidio debet intelligi, dummodo ex dolo & propoſito committatur, vt eſt com.opi.vt per Dec.in c.cognoſcentes.n.11.de conſti.amplia & limita, vt ibi per Dec. idem.

ſtatutum dicens, ꝙ quis puniatur pœna manus, vel alia pœna iudicis arbitrio.intelligitur de ſimili pœna.& ſic de mutilatione membri, non autem capitis amputatione.Dec.in c.ex literis.n.15.de conſti. idem.

ſtatutum dicens, ꝙ iudex omnes pœnas ſuo arbitrio imponat, quomodo intelligatur? ponit Corſe.in repertorio Abb.in ver.pœna.& in ver.iudex procedens.aliter etiam non probato delicto.& debet iudex multum temperare pœnam, quando procedit ex præſumptione, vt ibi fuſius per Corſ. idem.

ſtatutum, ꝙ contumax habeatur pro confeſſo, valet & tenetur, vt eſt com. opi.de qua Viuius in ſuo communium opin. ver.ſtatutum.ver.reus pro crimine in 1.parte.Abb.in ca.veritatis.n.29.de dolo & contuma. alias ſecus de iure communi, vt ibi. idem.

ſtatutum puniens eum, qui portauerit extra Territorium, habet locum in reperto in via quando confitetur, ꝙ volebat portare extra.Territorium.Cur.iu.in conſ.237.n.40.vide Riminal.nouiſſimum in conſ.8.vbi de inuento plura. idem.

ſtatutum pœnale, etiam extenditur ad additionem factam prædicto ſtatuto Corſ.in reperto, Ab.in ver.ſtatutum pænale extenditur.etiam ſi non dicatur, Rui.conſ.25.n.28.in 5.volu. Euerar.in centuria legali.in loco à ratione legis larga. in 3.caſu.princ.in ver.circa quod volo te ſcire.pagi.289. Fel.in ca.1. col.2.de iureiu.Dec.conſ.90.col.fi. idem.

ſtatutum in caſu verò, non habet locum in caſu ficto.Fel.in c.inſinuatum.n.1.de ſimonia.vbi dicit hanc eſſe regulam. fallit, vt ibi per apoſtillantes. idem.

Statutum dicit, ꝙ ſi quis cõdemnatus in amputatione manus non ſoluat centum, ſibi amputetur manus quãtum tempus habebit ad ſoluendum.reſp. Bal.in c.quò ad conſultationem.n.13. de conſti.ꝙ habet quatuor menſes poſt decẽ dies, qui dantur ad appellãdum in pæna corporali.l.2.C.de vſuris. Niſi tempus ſit limitatum à ſtatuto cum cauſa, vel ſine, vel à iudice cũ cauſa.caſus eſt in d.c.quò ad conſultationẽ.vbi omnes. idem econtra, ſi ſit condemnatus in centum, & ſi nõ ſoluat amputetur ei manus.idem ſi ſtatuto cauetur, ꝙ ſi condemnatus nõ ſoluerit condemnationẽ, puniatur alia grauiore pæna, & nõ apponit̃ tempus.dic.ꝙ monitio eſt neceſſaria.Bald.in c.ſicut.in fi.n.13.de cohabita. clerico. & mulie.itẽ ſi ſtatutum dicit puniatur in centũ, aut amputetur manus, iſta nõ eſt propriè alternatiua, ſed eſt quædam pœna ſubordinata, ſ.corporaliter in defectum pecuniariæ, & non propter naturam pœnæ corporalis.Bald.in l.Lucio Titio.col.2.ff.de le.2. idem.

ſtatutum non tenetur, quòd nõ poſſit appellari, vt eſt magis com.opi.de qua Nicellus de concor.gl.n.157.& ſeq. idem.

ſtatutum alicuius ciuitatis dicitur proprium illius ciuitatis, quaſi ꝙ non ſit alterius, vt eſt com.opi.de qua Soc.iu.in conſ. 80.nu.7.vol.4.& in ſuo communium opin.ver.ſtatutum.nu. 13. idem.

ſtatutum loquens in perſonam non comprehendit forenſem, ſi eſt contra ius commune, & perſonam excludit, vt eſt com.opi.Soc.iu.communi opi.ver.ſtatu.n.14. idem.

ſtatutum generaliter refertur ad ius commune, non ſolum ne quis puniatur iniuſtè.ſed etiam ne quis perdat legis beneficium, vt eſt com.opi.Steph.in tract.de interpreta.iur. n.43.& omnes doct.in §.in computatione.in gl.c.conſentiunt.& in c. dilectus.de conſue.& no.Bald.in l.ab executione. C.quorum appell.non recip. idem.

ſtante ſtatuto, ꝙ occidens occidatur, niſi habuerit pacẽ ab hærede occiſi.ius habendi pacem nõ eſt qui hæreditarium, vt eſt com.opi.D.Phanucius in de confec.inuenta.par.6.n.56.& ideò pecunia ob id data pro conſequenda pace ab hæredib.interfecti, hæreditaria non cenſetur.& ideò creditores hæreditarij ad eam nullum habent regreſſnm. idem.

ſtatutum requirens pacem haberi ab hæredib.occiſi.eſt neceſſarium haberi ab omnib, vt diſpoſitio ceſſet ſtatuti, vt eſt com.opi.relator eſt D.Phanucius de inuentario.par.6.nu.58. idem.

ſtante ſtatuto, ꝙ bannitus in centum poſſit impunè occidi. Si aliquis eſt bannitus ex vna cauſa in quinquaginta, & ex alia cauſa in aliis quinquaginta, nõ fit cumulatio, vt dicatur bannitus in centum, quia iſta eſt materia odioſa, & in odioſis nõ fit cumulatio.& iſta eſt com.opi.de qua Iaſ.in l. ſi idem cum eodem.n.4.ff.de iuriſ.om.iud.in prin.legis.vbi Dec.& cęteri, qui de ea teſtantur. idem.

ſtatuto cauetur, ꝙ ſtatuta intelligantur ſimpliciter præcisè ad literam, prout iacent, nec aliquam interpretationem recipiant.Dic ꝙ nihilominus poterunt interpretari declarãdo vel diſtinguendo.non autem reſtringendo, vel ampliando, maximè argumento à ſimili vel à contrario ſenſu, vt eſt com. opi. de qua Steph.de Feder.in tract.de interpreta.iur.par.vlt.n.95. Cur.iu.in conſ.340.nu.3.in 3. vide tamen poſtea.& no.quòd vnum ſtatutum declaratur per aliud.Cur.iu.in cõſ.329. n.44. in 3.vol. idem.

Statuta ſimpliciter loquentia, habẽt locum in caſu ficto, vbicunque caſus verus & caſus fictus æquiparantur, vt eſt com. opi.de qua Gram.de extenſio.n.69.alias ſecus.Cur, iu.in cõſi. 329.n.36.& ſeq.in 3.vol. idem.

ſtatutum correctum non poteſt allegari.ſed eius ratio ſic, vt eſt communis opi.de qua Gram.de extenſio. nu, 149. tom.1. idem.

Statuta condere poteſt quilibet populus, ſecundum quòd Reipublicæ expedit, & conſuetudines contra ius commune, vt eſt com.opi.de qua Gram. de extenſio.nu.179.quæ poſtea debent confirmari à Principe, & talis confirmatio dicitur noua datio, vt eſt com.opi.de qua Cur.iu.in conſ.341.n.20.in 3. vol. idem.

Statutum in caſu ſimplici non habet locum in caſu mixto, vt eſt com.opi.de qua Gram.de extenſio. nu.169.& ſtatutum loquens de homicidio, non habet locum in homicidio qualificato.Corſet.de verbis geminatis.nu.10. idem.

Statutum



Statutum de receptatore bannitorum. nõ habet locum, ſi ipſi ſunt bãniti in cõtumaciam.Bal. & Imola in l.ſi mora.ff.ſo. ma.vbi & Ale.qui dicit hanc eſſe magis com.opi.& eã vti magis receptam ſequitur.Iaſ.in l.ſi plagij.col.2.ff.de verb. ob.vbi dicit hoc perpetuò notandum.Marſ.in prac.ſua.in §.ſequitur. n.20.& in §.poſtquàm.n.54.& in conſ.82.n.11.& in cõſ.106. n.21.& in l.1.n.135.C.de rap.virgi.quia non dicuntur banniti ritè ſed magis propter contumaciam, facit ꝙ inquit Marſ.in l.infans.n.21.ff.ad l.Corn.de ſica.Marſ.conſ.10.col.3.& ſtatutum non habet locum in eo qui ſine culpa ſua, ſed coactè receptauit bannitum.Bal.in l.delictis.ff.de noxalib.Rom.in l.1.§.ſi in eo.ff.ad ſylla.quos ſequitur.Ariminen.in addi. ad Angel.in malef.ver.dicto maleficio.in fi.Soc.in conſ.90.volu.fi.col.3. Nam quæ fiunt ꝯ, vel præter voluntatem facientis, nõ imputantur ei.c.1.2.&3.32.q.5.l.cura.ibi, ne ſi per vim.ff.de mune. & hono.& q̃ noſtra volũtate nõ procedunt actiuè, nec in præiudicium noſtrũ paſſiuè à lege interpretant̃.l. ſi miniſterium. vbi Bal.C.de liberali cã, & in maleficiis volũtas ſpectatur, non exitus.l.diuus.C.ad l.Corn.de ſicar.& in omnib. depẽdentib. ab animo, magis attenditur intẽrio quam factum.l.ẽt.§.1.vbi Bal.& Alex.in 4.no.ff.ſol.ma.l.1.§.diuus.ff.de ſica.voluntas ſi quidem totũ facit inquit Cicero ꝓ A.Cecina.& in pœnis corporeis nunquam eſt locus, vbi dolus non interuenit, quamuis maxima culpa lata arguatur. com.eſt opi. de qua Soarez in eius theſauro litera P.n.155.item ſtatutum debet intelligi ſi qs receptauerit, & dederit auxilium & fauorem dolosè. Dec.ꝯſ. 9.n.1.Viuius com.opi.li.1.ver.ſtatutum.Rimi.cõſ.5.& 6.Cla. q.82.ſtatutum.12.& quis à dolo excuſatur quibuſcunq; excuſationib. vel p̃ſumptionib. etiam iniuſtis.l. plagij. C.ad l.fauiam de plagia.l.igitur.§.2.ff.de liberali cauſa.&per ſcriben.in Ang.de malef.in ver.falſario.& voluntas coacta non venit in ſtatuto mentionem faciente de volũtate, quia verba ſtatutorum propriè accipiuntur.Cag.in l.velle.n.6.ff.de re.iu.Et pœna non eſt imponenda, vbi à iure non imponitur, vt eſt com. opi.Soarez in eius theſauro in ver.pœna.n.126. item quis excuſatur à d.ſtatuto & proclamatè, quod iuberet bannitos eſſe reuelandos, & denũciandos, ſi hoc ignoraret. Nã edictũ publicatum ꝯ ſciẽtes, debet intelligi de his, quæ probare poſſunt ꝙ ipſi ſciunt, & denũtiare iubent̃.c.placuit n.6.q.2.Ripa.in trac. de peſte fol.92.in 2.q.q̃a boni viri tacẽt, quod ꝓbare non poſſunt.itẽ nemo debet ſe exponere, & ſubiicere peticulis.l.3. C. ad l.Iuliam maieſtat.& eo magis, ſi metu ſilet.cum metus, aut vis in delictis excuſet.& delinquẽs propter metum, vel coactè nõ punitur, vt eſt communis opi.de qua Dec. in l.vt vim.in 2. no.ff.de iuſti.& iure.Cla.q.60.ver.quæro modo. nũquid metus.& præſertim ſi ipſi banniti mortẽ incurterent denunciaturo.Metus ſi quidem mortis terret, etiam conſtãtiſſimos viros. Baldus in tract.de ſchiſma.in 5.col. etiam quod mors non ſequatur.lege ſi quis fumo.§.pe.ff.ad l.aquil.& ibi dicitur iuſtus metus, vbi iuſta eſt ſuſpicio, & metus iuſtus probat̃, probando potentiam.& malam conſuetudinem alicuius.ſec.Bart.in l.1. ff.quod vi aut clam.Follerius plenè in pract.ſua part.2.titulo qui fuit leno.n.21.vide D.Rol.à Valle in cõſ.45.in fi.in 1.vol. & Arno.Dialogo.45.Riminal.nouiſſimus conſ.28. idem.

ſtatutum puniens factum. non damnatum alias de iure cõmuni, non ligat ignorantem, vt eſt com.opi.Soc.in c.à nobis nu.48.de ſent.exc. Bonacoſſ.

ſtatutum puniens deflorantem virginem honeſtam. Non procedit, non probata qualitate honeſtatis, vt eſt comm. opi. Burſ.conſ.69.n.4.Pariſius conſ.160.in 4.vol.com.dicit.& no. quòd mulier dicitur vim paſſa, quę terrorib.coarceri poterat. Bald.conſ.267.n.4.vol.1. idem.

ſtatutum dicens, ꝙ bannitus non audiatur proceſſus itaque erit nullus, ſi procedatur etiam parte non opponente. tanquã factus contra legis prohibitionem vel ſtatuti, vt eſt com. opi. de qua Pet. Rauen.in ſuo Alphabeto aureo.in verbo lex.& ſi ſtatutum dicit, ꝙ bannitus habeatur pro confeſſo, debet intelligi quò ad ea, quæ ſunt intentata in banno, non quò ad alia. Stephanus de Federicis in tract.de interpretatione iuris.n.87. in vlt.parte. idem.

ſtatuta condere non poſſunt magiſtratus.inferiores à principe cõtra ius commune, vt eſt com.opi.Pe.Rauen.in ſuo Alphabeto aureo.in ver.magiſtratus. idem.

ſtante ſtatuto.ꝙ ſi quis fuerit inuentus cum armis, &c.ſi nõ eſt captus, non dicitur inuentus, vt eſt com.opi. de qua dixi ſ̃. & de qua Riminaldus nouiſſimus in conſ.8.nu.2. vbi ab ea in iudicando; & conſulendo non debere recedi dicit. & ibi plura ſimilia adducit. fallit ſi contrarium de mente condentis ſtatutum, vel proclama appareret.vt ibi per Rimi.d. cõſ.8.n.23. vide Alex.in conſ.216.in 6.vol.vbi ſimilia etiam adducit, & ad hoc vt habeat locum pœnæ legis vel ſtatuti, requiritur, quòd delictum ſit conſumatum. Barto.in l.1.ff.ad l.Cornel.de ſicar. idem.

Statutum ꝙ dicis, non audiatur, vel non admittatur bannitus, intelligitur ope exceptionis, non ipſo iure, vt eſt magis communis opi.de qua Iaſ.in ꝯſ.167.n.3.ver.item inquantum, Niſi dicat non audiatur vllo modo, vt ibi per Iaſ.in 2.vol.& in conſ.168.vbi etiam dicit, quod quando ſtatutum denegat audientiam generaliter, pœnitus inhabilitando perſonam, vt in bannito, tunc quia deficit perſona in qua ſubſtantiatur iudicium, ipſum iudicium eſt ipſo iure nullum, quamuis exceptio non fuerit oppoſita. ſecus quando ſtatutum denegat audientiam, non propter perſonæ inhabilitatẽ ſed propter facti præcedentis ctõrarietatem, vel difformitatem, vel propter alium defectum. qui non perſonam, ſed cauſam reſpiciat. & iſta eſt magis communis opi.vt ibi per Iaſ.in 4.& 5.col.& per totum. & no.quòd vnum ſtatutum aliud declarat.Soc.iun.in conſ.1. n.29.in 2.vol.item ſtatutum, quòd quicunque quid agẽtem expellatur de ciuitate. Dic quòd localem tantum adiectionẽ ſignificat.Ang.in l.& ſeruorum §.1.ff.de ſtatu.homi. item ſtatutum diſponens, quòd ius commune, aut aliquid vltra ſublato iure communi, cenſetur ſublatum ſtatutum.Abb.in c.fi.n. 4.de obſerua. ieiunio.item caſſatis ſtatis, nõ entenditur ad iurata. Moronus de fide, treuga & pace. cap.6.nume.3.in 2.editione. idem.

Si ſtatuto caueretur contra ſententiam latam cõtra inquiſitum non poſſe opponi aliquam exceptionem nullitatis, nõ diceretur ſublata exceptio nullitatis prouenientis ex defectu iuriſdictionis, & competentiæ iudicis, Soc.iu.in conſ.78.n.15. vbi com.eſſe probat. idem.

Statutum puniens plus petentem, non habet locum in eo, qui ante ſententiam deſiſtit à petitione.vel poſt pendente appellatione.Gratus reſponſo 85.num.1.& eſt communis opi. idem.

Statuta ſeruari debent loci dominantis in loco dominato. cum ſtatuta ciuitatis dominantis ſeruentur in locis ſubiectis, & ſi iuri communi repugnarent. & ſtatuto loci cautum eſſet, quòd vbi deficeret ſuum ſtatutum: deberet haberi recurſus ad ius cõmune.Nihilominus prius debet recurri ad ſtatutum ciuitatis dominantis, & illud ſeruari tanquam ius commune.ꝙ ciuitatis Ferrariæ iure municipali cauetur, vt in terminis. Gratus reſponſo.11.n.11.& 12.in 2. vol. caſt.in l.ſi conuenerit.§. ſi nuda.n.4.ff.de pig.actio.& extant literę Principis, de quibus ad propoſitum.Riminal.conſ.72.n.8.in 1.vol.& no. ꝙ vnum quodque ius debet ſeruari in foro ſuo. quia iudices laici iurãt ſeruare leges, non canones, nec poſſunt mandata Principum tranſgredi.Bal.in conſ.386.in 5.vol. idem.

Statutum quis obſeruare debet in omnib.ſuis partibus, qui in eo ſe fundat, vt eſt indubitata opinio.de qua Riminal.cõſi. 396.nu.1. in 2.vol.& ſi dicat ſtatutum reformationes debere præcisè ſeruari.intelligitur præcisè. id eſt ad literam prout iacet.& ſi opus eſt manu militari, & remedio etiam carceris.Baldus.in c.ex parte.n.13.de reſcrip. idem.

ſtatutum certi loci, apponens certam pœnam, afficit etiam non ſubditos, data ſcientia ſtatuti, vt eſt com. opi.de qua Ab. in c.à nobis.n.6.de reſc.ſecus ſi ſint ignari, ibi n.9.& verba ſtatutorum quantumcunque generalia reſtringuntur ad habiles. idem.

ſtatutum iuratum.collegij. & vniuerſitatis poteſt tolli, vel mutari ex iuſta cauſa abſque eo quòd incurratur in periurium, vt eſt communis opi.Capra reg.9.num.38.Fallit vt ibi. idem.

ſtatutum generaliter loquens cõprehendit minores, vt eſt com.opi.de qua Marſ.ſing.481.fallit vt ibi. idem.

ſtatutum non valet, quod filius abſque conſenſu patris matrimonium ꝯtrahere non poſſit, nèc ob id exhæredari poteſt. nec alimentis priuari.Dec.conſ.231.in 2.vol. idem.

ſtatutum, quòd pater teneatur pro filio, & vnus pro alio, nõ valet, cum ſit odioſum.Dec.in conſ.359.in 1.vol. idem.

Statutum diſponens, ꝙ delinquẽs in feſto beatæ Mariæ Virginis debeat duplici pœna puniri, non comprehendit delinquentem, ſeu vulnerantem, in nocte, quæ ſubſequitur feſtum beatæ Virginis, quia nox ipſa, quę ſequitur huiuſmodi feſtiuitatem non comprehenditur ſub die præcedenti: & ſic delinquẽs nõ venit puniendus aliquo mõ duplici pœna, nec ſub diſpoſitione huius ſtatuti cõprehenditur, vt tenuit ꝑ optimas rationes conſulendo Federi.de Senis conſ.44. factũ tale eſt, quẽ ſequuntur omnes ſcriben.in l.more Romano.ff.de Feriis.Fel. cum aliis citatis per eum in c.eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſti. in c. ſi perfodiens.in 2.notab.& c.conſuluit. de officio deleg.

in quib

in quibus locis ipſe fatetur iſtam eſſe commu. opi. & idem teſtatur Cotta, in memoriali, in ver. diem, circa fi. F. Viuius lib. 2. opi. 61.

Statutum requirens ad probationẽ alicuius negocij teſtes optimos, vel optimæ famę, & conditionis, tunc per fundantẽ ſe in eo debet illa qualitas articulari, atque probari, vt voluit Ang. in l. 2. §. diem. ff. quemad. teſt. aperi. Marſ. ſing. 187. qualitas oppoſita poſt medium. Petrus de Moncada cum aliis ſignatis per eum, in tract. de teſtib. n. 392. cũ aliis ſeq. quem fecit ad perficiendum tractatum Io. Croti. qui morte præuentus ſuum tractatum de teſtib. perficere nequiuit: ideò iſte tractatus Petri continuatiuè ponitur cum tractatu Croti: & eãdem opinionem ſequitur, tuetur, & magis com. ac verum eſſe refert Alc. in tract. de præſum. in 3. reg. præſump. 2. n. 10. F. Viuius lib. 2. opi. 262.

ſtatutum, factum conditumq́ue in odium, ſeu pręiudicium certæ perſonæ, non poteſt dici nullum, ſec. Dec. in c. cùm omnes. in 1. lect. n. 15. cum aliis ſeq. de conſtitutio. & in c. conſuluit. el 3. n. 32. de appella. vbi atteſtatur iſtam eſſe communem opin. contra Abb. ibi contrarium aſſeuerantem. & de eadem communi contrà Ab. facit mentionem Curt. iu. etiam in l. 2. n. 7. ff. quod quiſque iur. & in l. fi. n. 25. C. de edicto diui Adria. tol. cęterum opiniones iſtas ad realem concordiam reducere nititur Are. in rub. n. 7. de conſti. & licet de nullitate ſtatuti huius cõditi in præiudicium particularis perſonæ dici nequeat, tametſi ab eo appellari poteſt, atque permittitur ſec. Bart. in repet. l. omnes populi. n. 53. ff. de iuſt. & iur. Iaſ. ĩ l. 1. n. 3. & ſeq. ff. de legib. Ripam in 1. lib. reſponſorum. c. 22. n. 4. & Dec. in d. c. cum omnes. in 1. lect. n. 15. in quibus locis ponunt hoc pro regula cum ampliationib. limitationibuſq́ue quamplurimis. F. Viuius lib. 2. opi. 263.

ſtatutum de compromiſſis faciendis inter cõiunctos valet, & tenet, atque ob publicam vtilitatem inductum eſt. ſec. Bart. Bal. & Pau. caſt. in 1. conſti. codicis. Bart. in l. ambitioſa. & Ale. in addit. ibi. ff. de decr. ab ord. faci. quorum vtique opinionem approbat, limitat à contrariis quibuſcunque tutam derelinquit, & denique communem eſſe, atque contradictorem habere nullum fatetur Marc. Ant. Blanc. in tract. de compromiſſis. in 1. q. n. 1. & ſeq. F. Viuius lib. 2. opi. 264.

ſtatutum diſponens, ꝙ cauſæ inter affines compromitti debeant, vltra ꝙ valeat, ac publicę vtilitatis occaſione inductum ſit, vt in præcedẽti opinione docuimus, nihilominus eſt ẽt fauorabile, vt voluerũt Bald. in l. affinitatis. C. communia de ſucceſ. Fulg. in l. 4. §. pretor. ff. de ĩ ius voc. Bald. Pau. caſt. Rom. Saly Corn. Dec. & cæteri in l. qui ſe patris. C. vnde liber. Rom. & Sal. l. 1. C. vnde vir & vxor. Iaſ. in l. de quibus. ff. de legib. Anch. conſulendo conſ. 158. Alex. conſ. 207. in prin. vol. 6. Soc. cõſi. 4. in fi. vol. 1. Cuma. conſ. 50. & Marc. Ant. Blancus in tract. de compromiſſis. in 1. q. n. 3. & ſeq. vbi citat complures alios eiuſdem ſententiæ, reſpondet contrariis ferè omnib. eam limitat. ac ſimul magis communem fore inquit, & ei pariter inhæret, atque profitetur communem Petrus de Benintendis deci. 21. ſub n. 23. F. Viuius lib. 2. opi. 265.

ſtatutum de deuaſtatione, valet. Cla. q. 82. ſtatu. 8. in prin. & ſeq. ver. Bonacoſſ.

ſtatutum duplicans pœnam ratione loci, habet locũ etiam in percutiente in confinibus ipſius domus, vt eſt communis opi. Cla. q. 82. verbo ſtatutum. in principio. & debet duplicari ſemel pœna. licet ſtatutum adſit, ꝙ duplicatur pœna in committente delictum in nocte, & in platea, vt eſt com. opi. Clar. ibid. ver. pone ſtat. & nox. intelligitur ante Solis ortũ, vel poſtquam Sol non eſt ſuper terram. ſed & hoc eſt arbitrium iudici. Cla. ibi ver. quæro. idem.

ſtatutum ꝙ ſi quis ſpõtè fatetur delictum, diminuatur pœna. ſi quis primò negauit, poſtea ſpontè confitetur, ſibi debet diminui pœna, vt eſt communis opin. Clar. qu. 82. ſtatuto 9. idem.

ſtatutum puniens faciẽtem inſultum ad domum, habet locum in faciente inſultum ad porticum domus, vt eſt comm. opi. Cla. d. q. 82. ſtatuto decimo. in prin. etiam, quòd haberet domum communem cum alio, vt eſt com. opi. ibi. verſi. item quæro. idem.

ſtatutum tenetur, quòd dominus pro familia teneatur. com. eſt opi. Cla. q. 85 ver. & ex hac concluſione. idem.

ſtatutum, ꝙ pater teneatur ſoluere condemnationem pro filio vſque ad legitimam tenetur, vt eſt com. opi. Clar. qu. 86. ver. valebit igitur. Quod non procedit, ſi filius fuit cõtumax, & ſe non defendit, vt eſt com. opi. ibi. N ſi verba ſtatuti aliud ſuaderent, vt eſt com. opi. Cla. ibi. vbi tradit exemplum. & ſtante ſtatuto; quod condemnatus pecuniariter pro aliquo delicto, ſi non ſatisfaceret infra decem dies amputetur ſibi pes. Sufficit, ſi infra terminum pignora, vel fideiuſſorem dederit. D. Hier. à Monte, in ſuis quæſtio. q. 29. n. 25. idem.

Statutũ imponens pœnã capitalem non intelligitur de pœna capitis ſed deportationis, vt eſt com. opi. Graſſus opi. communi. lib. 1. c. 3. q. 25. idem.

ſtatutum dicens, ꝙ ſtetur iuramento alicuius, certè poteſt contrarium probari, vt eſt com opi. Bart. Accerbus inter conſilia cri. conſ. 11. n. 3. To. vlt. & ſi ſtatutum dicat. ꝙ ſtetur ſacramento accuſatoris, nõ habet locum in furto, niſi quatenus ius commune diſponeret. Nec ſi quis exportaret ligna, creditur domino accuſanti contra accuſatum ex ſolo iuramento. Ale. conſ. 168. n. 3. in 2. idem.

ſtatutum habens clauſulam derogatoriam non tollitur per aliud. Niſi de ea expreſsè faciat mentionem, vt eſt com. opi. de qua Riminal. nouiſſimus in conſ. 88. n. 66. & ideo ſi vult primum ſtatutum talem clauſulam derogatoriam habentem ꝙ copia indiciorum tradatur, per aliud nõ poteſt tolli, niſi de ea faciat mẽtionem expręſsè. etiam, ſi eſſet principis litera Ducalis vt ibidem. idem.

ſtatuta ſunt ſtricti iuris, & ideò ſtrictè intelligenda D. Rol. à Valle in conſ. 24. n. 9 in 3. vol. com. dicit. Caſt. in l. quicquid aſtringendæ. n. 5. ff. de verb. ob. & ideò ſtante ſtatuto. ꝙ ſi quis ſententiæ executionem petierit, incidat in pœnam. ſtatutum intelligitur, ſi executionem petierit, & illam ad finem perduxerit, quia quando pœna à ſtatuto imponitur, delicti conſummatio requiritur. cũ ſtatuta ſint ſtrictè interpretanda. D. Hier. à Monte. in ſuis quæſt. q. 29. n. 47. & ſeq. vbi fuſius. & vbi ſtatutum non loquitur, ceſſat eius diſpoſitio. Cur. iu. conſ. 276. nu. 45. in 3. vol. idem.

ſtatuti forma ſubſtantialis eſt omnino ſeruanda, vt eſt com. opi. de qua Rol. à Valle in conſ. 30. n. 1. in 3. & forma ſubſtantialis dicitur, quando diſponẽs vltra proceditur actum annullando, ſolemnitate non ſeruata, vt eſt com. opi. de qua Rol. ibi. n. 11. & vbi ſtatutum diſponit aliter quàm ius commune, tale ſtatutum tanquã ſubſtantialia ponens, cenſetur dare formam. & ideò eſt omnino ſeruandum, vt eſt communis opin. Rol. conſ. 72. n. 61. & omiſſio formæ ſtatuti & proclamatis, etiam in minimo vitiat actum, vt eſt communis opi. ibi. nu. 64. idem.

ſtatuto vt quis ligetur, requiritur, ꝙ ſtatuentes habeant iuriſdictionem in loco, vbi dirigitur virtus ſtatuti, vt eſt com. opi. Rol. à Valle. fuſius. in conſ. 32. n. 44. in 3. vol. idem.

ſtatutum non ligat ſubditum delinquentem extra territorium. Niſi hoc dicat, & poteſt fieri tale ſtatutum, vt eſt com. opi. de qua D. Rol. à Valle. in conſ. 32. n. 46. in 3. vol. Soc. in c. à nobis n. 52. cum ſeq. de ſententia exc. vbi plenè. idem.

ſtatutum non valet, ꝙ ſoluatur pedagium de rebus quæ ſui vſus cauſa deferuntur, vt eſt comm. opi. de qua Rol. à Valle in conſ. 34. n. 20. in 3. vol. alias. ſic. & forenſes non excuſantur etiam in terminis proclamatis. Riminaldus nouiſſimus in cõſ. 72. n. 156. & ideò pro libris. qui gratia iuris exercendi portantur per doctores, non debet ſolui gabella. Rol. ibi. n. 15. & 16. imo exigentes pedagia puniuntur pœna capitali. ibi. n. 18. adde, ꝙ incurrunt in pœnam indignationis Principis noſtræ ciuitatis ex decreto Herculis Ducis ferrariæ doctorum collegio conceſſo. pro quo vide Syluan. conſ. 1. nu. 44. vol. 1. deciſ. Delphi. 425. n. 1. lib. 2. idem.

Statutum executionem paratam perſonalem inſtrumenti guarentigiati concedens, ſeu permittens creditori principali mentionato, ac in inſtrumento deſcripto, prodeſt quoque ceſſionario creditoris prædicti, vt ipſe etiam poſſit vigore iſtius ſtatuti petere executionem inſtrumenti ↄ debitorem obligatum. ſec. Io. And. in add. Spec. in ti. de ceſſio actio. ſub rub. Iac. But. Bal. Sal. Rom. & Dec. in fi. in l. 1. ff. ſi cer. pet. Ang. conſ. 38. Cy Bald. & Alex. n. 24. in l. ſi ſic. ff. de leg. 1. Sal. in l. ſi à creditore. C. de actio. & obl. Bened. de Blas. in tract. de inſtr. guarentigiato, in 1. par. principali, q. 9. Pau. caſt. & Alex. n. 9. in l. poſtulante. ff. ad ſenatuſconſ. Treb. vbi ſcribit iſtam eſſe magis communem opi. & Io. Bapt. Bouius etiam in tract. de ſtat. vrb. præſcrip. tit. ↄtra omn. cred. gl. 19. n. 48. & ita conſuluit Rom. cõſ. 142. & ſic petere poſſet executionem dicti inſtrumenti ceſſionarius, ſicut poſſet creditor principalis, ſiquidem tranſit ius in ceſſionarium cũ priuilegio ſuo inſtrumento cohęrẽte, ſecundũ præmiſſam cõmunem ſentẽtiam, & ob hoc certè in regno Neap. ceſſionarius inſtrumẽtum vndique liquidũ poſſet præſentare, ſecundum formam ritus magnæ curiæ vicariæ, inci. item ꝙ ſi debitores, aut debitrices, in ti. de inſtrumentis, & eorum præſentationib. vt voluit gloſator ibi, & Maranta ſub dubiis, & irreſolutis verbis, in tract. de iudiciis, in 6. par. prin. ver. propoſui in principio huius ſeptimæ partis, n. 9. nihilominus practica contrarium obſeruat in regno, teſte Bologneto, in d. l. 1. ff. ſi cer. pe. nu. 59. per rationem ibi aſſignatam per eum, & expreſſe firmat, ac optimè probat afflict. in conſtitut. eos qui ſcienter, n. 14. rub. 55. li. 3. & ꝙ hoc fieri, & admitti nequeat videtur colligi planè ex deductis, ac notatis per Bald. & Sal. in l. per diuerſas. q. 10. C. manda. vbi tenet ꝙ vbicunque ex ſtatuti vel inſtrumẽti forma, ac diſpoſitione capi, & excommunicari poſſit debitor ad inſtãtiam creditoris nulla citatione interueniente, tũc equidẽ hoc fieri, ac peti nõ poſſe per ceſſionarium, ſicut creditor poterat vigore inſtrumẽti prędicti, niſi ĩ primis, & ante oĩa ↄſtet de ceſſione, & eius iurib. & ſic neceſſariò apparere debet ante executionẽ faciendã, audito & citato prius debitore, iſtum eſſe verũ ceſſionarium, & ſequitur Ang. in d. l. puſtulãte. Rom. i. ſi d conſ. 142. in fi. Alex. cõſ. 95. & conſ. 443. vol. 1. Barb. conſ. 15. li. 1. & iſta eſt com. opi. vt conſtat ex citatis per Boer. deciſ. 10. vbi meminit ita fuiſſe notatum, ac deciſum in ſacro Burdegalenſi ſenatu, & ſequitur Marſ. in l. ſi quis ne quæſtio, n. 8. ff. de quęſt. & in ſing. 26. vbi inquit hoc in actu practico pluries obtinuiſſe, ideò nõ mirandum eſt de aſſertione facta per Bolog. in d. l. 1. ſed contrarium obſeruari vidiſſe teſtatur Cotta in memoriali, in ver. hæres cẽſetur eadem perſona cum defuncto poſt medium. F. Viuius lib. 2. opi. 266.



Statutum conditum per ciuitatem de præſtanda eleemoſina eccleſiæ quolibet anno, poteſt reuocari per eandem ciuitatem, etiam poſt acquiſitionẽ factam ipſi eccleſiæ, ſec. Cy. Imo. Alex. n. 5. & Iaſ. n. 9. cum aliis ſeq. in l. non amplius. §. 1. ff. de le. 1. Fulg. & Pau. caſt. in l. priuilegia. C. de ſacroſ. eccl. Sal. in auth. Caſſa in 5. q. eo. tit. Deci. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. n. 231. & ſeq. vbi etiam Fel. in q. 12. oſtendens iſtam eſſe communem opi. in contrariam verò partem videlicet, quòd ciuitas eleemoſinam. quæ vigore huiuſmodi ſtatuti religioſis dari conſueuit reuocare nequeat, inclinarunt Bart. in d. l. priuilegia, n. 3. Gem. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. in c. 1. de cõſtit. in 6. Roma. in auth. ſimiliter. in 9. ſpeciali. C. ad l. fal. Caccialup. in rep. l. admonendi. ff. de iureiu. & Ant. Fran. de doctoribus in ſcholiis ad Ale. in d. l. non amplius. §. 1. in litera, C. vbi fronte aperta atteſtatur iſtorum ſententiam veriorem fore, que ſecundum eam conſuluiſſe apud partes Germaniæ collegium Paduanum. tamen ſpreta opinione hac concurro cum prima Cy. & ſequacium aſſertione communi, cui videtur inhærere Iaſ. etiam cum aliquo moderamine ↄſ. 1. vol. 1. prout facit, in d. l. non amplius. §. 1. n. 15. Alex. conſ. 260. volu. 2. Calcan. conſ. 12. & Aegidius Boſſius. in pract. cri. in ti. de principe, & priuilegiis eius. nu. 222. vbi pariter meminit de communi opinione. F. Viuius lib. 2. opi. 267.

ſtatutum prohibens alienationem in forenſem valet, & tenet. ſecundum Bart. in l. fi. C. de ſacroſ. eccl. Bald. & Angel. in l. ea lege. C. de cõdi. ob cauſam. Bart. Ang. Imol. Alex. Iaſ. & cæteros omnes communiter, in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. j. Alex. conſ. 53. vol. 3. & conſ. 126. vol. 5. Io. And. Anchara. Domi. & Francum. in ca. fi. de immun. eccleſ. lib. 6. Ruinum conſ. 49. circa fi. vol. 3. & Tiraq. cum aliis copioſè ſignatis per eum ita tractat. de vtroq; retractatu in præfatione n. 14. Deci. cõſ. 661. nu. 1. & Ripam. nu. 79. in d. §. diui, vbi meminit iſtam eſſe communem opi. & huiuſmodi ſtatutum prohibens vendere extraneo, aut forenſi non ſolum tenet vt ſ. ſed fauorabile eſt etiam tanquam principaliter conditum ob publicam vtilitatem, vt poſſidentes ipſi bona immobilia ad onera grauari poſſint, atque exactio illorum facilior ſit, ſec. Alex. conſ. 116. vol. 6. Paul caſt. conſ. 342. Signorolum conſ. 21. n. 3. & 5. & Ripam in reſponſo. 2. n. 11. & in d. §. diui. n. 79. 80. 102. F. Viuius lib. 2. opi. 268.

ſtatuto, vel conſuetudine induci poteſt quòd valeat captatoria voluntas, vt alter pro altero teſtetur, & ſic captatoria voluntas vltima per ſtatutum ipſum approbari poſſet, ſecũdum Ang. in l. captatorias. ff. de hæred. inſti. Alex. Soc. Ripam, & alios, in l. 2. ff. de vulg. in prin. qui cum Iaſ. perhibent iſtam communem opi. fore, & ſequitur Alex. in l. captatorias. C. de teſta. mili. & Couar. in c. cùm tibi, n. 13. de teſta. F. Viuius. lib. 2. opin. 269.

ſtatutum puniens maleficium, an extendatur ad mandantem? dic. quòd ſtatutum diſponẽs per verba in rem concepta, vt puta pro homicidio perpetrato, vel pro furto, ſit pœna mortis, tunc etiam mãdans tenebitur ea pœna, ſed ſi in perſonam loqueretur ſtatutum ipſum, puta ſi homicidium commiſerit, tunc mandans non propriè homicidium feciſſe videretur, ſicque pœnam ordinariam non ſubiret. verum aliam mitiorem ſec. Bart. in l. aut qui aliter. §. fi. nu. 3. ff. quòd vi, aut clam. Deci. nu. 3. & ſeq. & Cagnolum. n. 2. in l. is damnum dat. ff. de reg. iu. Iaſ. cum aliis congeſtis per eum, in l. ſi is, qui pro emptore, nu. 82. ff. de vſuca. & Carrerium copioſè in ſua practi. cri. in §. circa igitur tertium, de homicidio commiſſo. n. 59. in quibus locis audacter firmant iſtam communem opinionem fore. ſed huiuſmodi diſtinctio, tãquam verbalis à pleriſque reiecta eſt, & ſic, vt vtroq; caſu pœna ordinaria teneatur firmat eſſe communem ſententiam Gandinus, in rub. C. de tranſact. & in rub. de pœnis, ipſe verò primæ ſententiæ Bart. & ſequacium, tanquam mitiori, veriori in puncto iuris, & communiori inhæreo. F. Viuius lib. 2. opi. 270.

ſtatutum diſponens vt per iudicem in certis cauſis nulla iuris ſolennitate ſeruata procedi poſſit, tunc quippe etiam diebus feriatis in honorẽ Dei procedere poſſet ipſe iudex, ſecundum Bart. n. 3. Bald. & Ang. in l. mulieris. C. de teſt. milit. Rom. in rubr. de arbitr. q. 17. Bart. & Bald. in l. 1. ff. de mili. teſta. Bart. in l. prouinciarum C. de feriis, & Ancha. in clem. ſæpè, de ver. ſig. quia hæc feriarum obſeruatio inducta iure humano cenſetur, contrariam verò partem firmauere Imo. & Roma. in l. ſi cum filiusfa. ff. de don. per d. clem. ſæpè, cum ibi nota. Alex. n. 4. & ſeq. in d. l. milites, & Tiraq. de priuilegiis piæ cauſæ, priuilegio. 156. tamen quicquid docti iſti ſuadeant, ob hoc igitur in actu practico nullo modo recedendum foret à prima opinione Bar. & ſequacium, quæ vera, cõmuniſq́ue ex relatis apparet. F. Viuius lib. 2. opi. 271.

ſtatuta & à populo alterius ditioni mancipato cõdi poſſunt, vt commune inquit And. Alc. in c. quod ſedem. n. 59. de off. ord. & à ciuitate ſine ſuperioris facultate cõponi queunt. vt receptum affirmat Gozad. conſ. 35. n. 16. latè Franc. Viuius lib. 1. opi. 324. intelligi que ſemper debent ne forenſes ſeu exteri ligentur, & ne quis indebitè damnum patiatur, quamuis alioquin ſuperflua cenſeantur, communia ponit Franciſcus Viuius d. lib. 1. opi. 286. & opi. 288. comprehendentur tamen exteri ſi de iis ſtatuta egerint, quæ voluntariæ iuriſdictionis ſunt. commune ait Iaſ. in l. cunctos populos. n. 86. C. de ſum. Trinit. Porrò illorum verba preſſiè ac ſtrictè exaudiri, accipique debẽt. commune affirmant Deci. in l. non vult. nu. 4. cum ſeq. ff. de reg. iur. Berous in ca. ſi quis epiſcopus. nu. 6. de accuſat. vbi tamen ſtatutum aliquo in caſu expreſſim loquetur, & tanta rationis ſimilitudo in alio erit. vt ſi ſtatuentes interrogati fuiſſent, aliter reſpondere non poſſent, ad illum etiam ſtatuti verba proferemus: vt commune renuncio ex Alex. conſ. 83. & conſ. 122. libr. 3. Soci. conſ. 128. atque aliis, quos laudat Viuius d. libr. 1. opi. 314. Notabis præterea quod licet ſtatuta ius commune antiquent, ſi tamen de vno correlatiuo verba fecerint, ad aliud ampliabuntur. commune aſſerit curt. iu. cõſ. 6. nu. 1. habebitque id locum, quamuis pœna aliqua imponatur. commune profert Iaſ. in l. ſi prius. num. 34. ff. de nou. oper. nunc. non tamen id genus ſtatuta, ſi in caſu vero loquentur, & in ficto procedent. commune inquit Alex. conſil. 189. viſo ſtatuto. lib. 7. Crauet. conſ. 205. nu. 25. Notabis rurſus ſtatuta ſimpliciter loquentia ad contractus iureiurãdo confirmatos non referri. commune dicit curt. iun. conſ. 67. nu. 1. Notabis deinde quod ſtatuta, ſi obligationem naturalem vel ciuilem quouis temporis ſpatio tollent, nulla prorſus erunt. commune aſſeuerat Balb. de præſcrip. 2. par. 2. par. q. 5. nu. 14. & 5. par. quintæ partis, qu. 6. Quamuis alios pro aliis obligare & pecuniariis pœnis ſubdere poſſe receptũ ſit, teſte Dec. in c. cognoſcentes. ver. & ex his. de conſtit. Notabis denique ac memorię perpetuo indes, quod ſtatuta in alicuius certæ perſonæ damnum ac præiudicium cõdi nihil vetat aut remoratur. commune inquiunt Dec. in c. cum omnes. lect. 1. n. 15. cum ſeq. de cõſtit. & in c. conſuluit. 3. n. 32. de appellat. Cur. iu. in l. vlt. nu. 25. C. de edict. diui Adrian. toll. Quamuis ab illis appellari poſſit: vt commune ponunt Dec. in d. c. cum omnes. lect. 1. n. 15. Iaſ. in l. j. n. 3. & ſeq. ff. de legib. Rip. li. 1. reſp c. 22. n. 4. Quæ autem ſtatuta morib. vtentium nunquam excepta ſunt, nullas vires prorſus habent commune affirmant Alex. conſ. 6. viſo themate. lib. 1. E. Suarez.

ſtatutum ſi veſtrum aut alterius rei vſum, cum pœna interdicat, non in alios, quàm in apprehenſos locum habebit. commune pono latè ſ. ver. inuentus. idem.

ſtatutum ſuperſtitib. maſculis fœminas excludens ad bona in alterius ditionis loco ſita, non profertur. quemadmodum magis communem eſſe doctorum ſententiam memoriæ prodidit Alex. ↄſ. 16. viſo titulo. lib. j. cenſetur aũt ſola agnationis conſeruandæ ratione inniti, vt verius arbitror, & magis commune pono ex Bal. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. Roman. conſ. 32. & conſ. 311. deci. conſ. 333. & conſ. 372. Iaſ. conſil. 205. & conſilio 221. libro 2. Curt. iunior conſil. 87. & conſi. 111. & conſ. 150. Ruin. conſ. 20. & conſ. 89. & conſ. 93. & con

& conſ. 107.& conſ. 179.& conſ.203.lib.2.Tiraq.qui multos laudat,in tract ceſſante cauſa, limit.12.nu.15.atque ante eos ex Pau.caſtr.in l.ſi vero.ff. ſolut.ma.& conſ.40.lib.2.Ange.Aret.in §.1.inſtit.de iur.nat.gent.& ciu. Alex.conſ.110.lib.3.& conſ.89.li.6.Soc.conſ.128.li.4.Quidquid multi contrarium dixerint,de quibus alibi. idem.

Statutum, ſeu lex generaliter loquens non videtur comprehendere dotem,ac bona dotalia.l.fi.C.de iure dot.vbi Sal. Iaſ.in l.1.3.nota.ff.ſol.ma.in l.quod dicitur.ff.de ver.ob. Bald. Nouellus,in tract.dotis.in 6.par.priuileg.47.Gozad.conſ.43.nu.11.& ſeq.Ruin.conſ.61.num.3.volum.3.& Neguſantius, in tract.de pignoribus,in 8.par.primo membro, ſub num.23. vbi perhibet iſtam eſſe communem ſententiam, atque Decio contrarium aſſeueranti reſpondet. F.Viuius lib.2.opi.272.

ſtatutum loquens de creditore,comprehendit etiam creditorem ex legato, & ſic procedit quoque in ipſo creditore ex legato vt per Deci.nu.26.curt.iu.nu.69.& Iaſ.nu.46.in l.1.ff. ſi cer.pet. vbi docet iſtam communem opinionem fore attẽto communi vſu loquendi,& Alex.inibi,nu.37.& 40.& Soc. nu.43. præterea ſtatutum hoc extenditur quoque ad creditores ius hypothecæ habentes,ideoque debet etiam legatarium comprehendere,ꝗ habet tres actiones,ex teſtamento,rei vendicationem,& hypothecæ,vt no.Guid.Papæ deciſ.387. F.Viuius lib.2.opi.273.

ſtatutum diſponens quòd credatur iuramento damnum paſſi,vel cretoris,non procedit in fauorem forenſis vt per Deci.conſ.150.nu.8.& Pariſ.conſ.12.n.26.vol.3. vbi dicit iſtam communem opinionem fore, quod quidem procedit etiam ipſe forenſis ſolueret onera merè realia.vt per Alex.conſ.3.aliàs 41.volu.7. ſed ſtatutum hoc latius interpretati fuimus in prima parte in opinione 292. exordiente ſtatutum quod de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi. F.Viuius lib. 2.opi.274.

ſtatutum diſponens ꝙ teſtamenta inſinuentur,aliàs non habeant firmitatem aliquam, tunc ſi teſtator prohiberet in ſuo teſtamento illud inſinuari debere profectò ex defectu huiuſmodi inſinuationis teſtamentum ipſum non valeret, quia teſtator prohibere nequit inſinuationem à l. municipali requiſitam,ſecund Bart.nu.8.& omnes in l.nemo poteſt.ff.de lega. 1.cuius opinionem communem eſſe ſcribunt ibi Iaſ.in ſecunda lectu.nu.41.Io.Anniba.nu.272.& Rip.n.47. F.Viuius lib. 2.opi.275.

ſtatutũ ſi fuerit à ſummo principe Imperatore vel Pontifice Romano conditum,dicitur ius ciuile:ſi verò ab inferiorib. à ſupremo principe non recognoſcentib. cum, de iure vel de facto,& tunc ex quo habent vim ſupremi principis, huiuſmodi ſtatutum ius ciuile appellabitur:aut à Ducib. vel Marchionib.vicariis perpetuis,& habentib.perpetuam dignitatem, & iſtud pariter erit ius ciuile:ſi eſſet cõditum à recognoſcentib. ſuperiorem,& ab iis qui non ſunt vicarij perpetui,nec qui habent perpetuam dignitatem,tunc erit ius prætorium:quia qcquid ſtatuitur ab iſtis inferiorib.ius prætorium appellatur. ita illa explicant Albert.Brunus in tracta.ſuper ſtatu. fœm.& cognatorum lineam à ſucceſſionib.excludentib.in 13.articulo. § ſecundò quæro.Gregor.Natta in tract.ſuper eandem materia §.circa primam quæſtionem principalem.n.11.ver.2.quæro.Rol.à Valle, in ſuis quæſt. ſuper ſtatu. de lucro dotis. in 4. quæſt.vbi Brunus.d.loco.num.4.& Rolan.hanc veriorem & magis communem opinionem Doctor.eſſe teſtantur. kirchouius.

ſtatutum prohibens reductionem ad arbitrium boni viri niſi dolus vel lata culpa arbitratoris interuenerit,intelligitur. Iaſ.in l.quidam cùm filium.n.25.vt ipſe multorum doct.conſilia allegauit, de verb. oblig. quæ non tranſcribo.ita nouiſſimè quoque ſcribit Socyn.iun.in conſ.48.nume.52 in 1.part. conſ.inquiens hanc ſententiam communiter approbatam eſſe. kirchouius.

ſtatutum de dote verificatur etiam in promiſſa , quando mulier vel alius à quo dos ſolui debeat in mora fuerit,ne quis ex ſuo delicto commodum percipiat.Io. Crottus in d.rub.n. 85.ver.quod fallit.ff.ſol.ma.& hanc communem ſententiam eſſe adductis authoritatib.multorum doct.Rol.à Valle q.7.n. 3.dicit. Kirchouius.

ſtatutum prohibens reductionem laudi ad arbitrium boni viri non procedit data enormi læſione. ita cõſulendo ſcribũt Per.de Anch.in conſ.206.cuius ſentẽtiam collegium Paduanum per viam ſententiæ in ſeq.conſ.108.comprobauit. Pan. in conſ.31.ſecundò principaliter.in 2.volu.conſiliorum.Marian.Soc.iu.in conſ.48.n.51.vbi ipſe multas authoritates aliorum doct.allegat. Propterea minores læſi ſpeciali eorum priuilegio reſtitutionis in integrum, laudi reſciſſionem petere poſſunt,iuxta l.1.& tot.tit.C.ſi aduerſ.rem iud.toto tit.C.ſi aduerſ.tranſa.Nam ex compromiſſo ſecuto poſtea laudo oritur quædam tranſactio.iuxta ea quæ habẽtur in auth.ſi verò contigerit.& in corpore vndè ſumitur.C.de iudi. Nec per ſtatutũ vel aliud ſimile dicit hoc remedium ſublatum Bald.in l.ſi minor.§.minores.ff.de minorib.& in conſil.208.in 1.volu.& in conſ.177.in 2.vol.conſ.& hanc com.opi.videri inquit Maria. Soc.iu.in d.conſ.48.n.55. idem.

Statutum communitatis non valet , quo homines directò vel per indirectum coguntur ire ad molendina ſeu furnos ipſius communitatis.ita egregiè conſuluit Per.de Anch. in cõſ. 298. vbi ipſe in vtramque partem hanc quæſtionem explicauit. ad cuius deciſionem plures authoritates allegat Boer. in ſuis deciſ.q.125.n.4.& hanc doct.communem ſententiam eſſe dicunt Iaſ.in l.quo minùs.nu.156.ff.de fluminib.& in conſ. 161.in 2.vol.cõſ.& Octauia.Cacheranan.in Deci. Sena.Pedemontani,Deci.17.n.8.vbi ipſe plures authoritates doct.adducit. idem.

Si in fine alicuius ſtatuti pœnalis ſit aliqua additio,pœna appoſita in principio, videtur repetita in illa additione. Ex quo enim adiicitur,videtur,quòd ſit pars illius ſtatuti,quòd intellige,cum adiicitur verbum adiicientes.Vel etiam,idẽ iudicium eſſe volumus,&c.communis eſt opi. vt per Ab. in c.de multa. num.18.de præbendis.Vide Iaſ.in l.penult. ff.de in ius vocan. Bonacoſſ.

ſtante ſtatuto,quòd non ſoluens onera,non audiatur in iudicio,ſi talis fuit vulneratus. iudex nihilominus ex officio poteſt inquirere contra vulnerantem,vt eſt com.opi.de qua Fel. in c.dilecti filij.num.5.de excepr.Niſi ſtatutum reddat maleficium impunibile,vt ibi. idem.

ſtatutum diſponens idem,quod ius commune.addens, vel minuens pœnam,non tollit ius commune.Pan.in c.de cauſis, de off.deleg.Henric.Bohich.de Sydono in 3.par.art.1.n.236. com. dicunt. Licet Henricus tendat ad oppoſitum, & diſtinguit.Ioan. Bapt. Vezinus Hiſpanus, in ſuo Aerario communium opi.ver.ſtatutum. idem.

ſtatutum loquens in vno ex correlatiuis, etiam ſi ſit correctorium iuris communis,habet locũ in alio. curt.iu.conſ.6.n. 1.com.dicit,de qua vide Iaſ.in auth.quas actiones.n.33.C. de ſacroſ.eccl. idem.

ſtatutum reſpiciens factum,in delictis,ſecũdum grauat primum,vt ſi dicat,qui fecerit tria furta moriatur.Sed ſi reſpicit pœnam non grauat, vt ſi dicat pro duobus furtis quis decapitetur. D.m. Alc.in ca.cum non ab homine,de iudiciis.nu.35. dicit. idem.

ſtatuta,ſeu proclamata,quòd banniti impunè poſſint occidi tenent,& valent,vt eſt communis opi.Nonius in conſ.98. nu.6. idem.

ſtatutum, ſeu edictum prohibens extrahere de Territorio animalia, vel quid aliud, ſub certa pœna, non comprehendit vendentem in Territorio rem prohibitam extrahi.& ſi venditio ſit facta in ciuitate, & traditio facta in Territorio, vel propè menia, ex pacto conuento inter partes, non punitur vendens, vel emens, etiam qui ſint in portu cum re prohibita extrahi,etiam quòd habeat animum extrahendi, etiam quòd ſit forenſis emptor,quia potuiſſet pœnitere.Nam duo interuenire copulatiuè debent, vt pœna habeat locum, vt ſcilicet quis ſit in itinere & voluntatem extrahẽdi habeat.& poſſet, etiam ante extractionem,extrahẽdi facultatem impetrare.Sed ſi appareret ex confeſſione,probationibus & cõiecturis eum,qui accuſaretur, fuiſſe extracturum, vel exiturum, eſſet ſecus.ita D.Hier.Gabr.in cõſ.18.per totum allegat l.Cæſar.de publica. & vbi eſt caſus legis ibi nulla eſt dubitatio.l.ancillæ. C.de furtis cum ſimilibus. idem.

ſtatutum Ferrariæ.De fabricante falſam monetam,non cõprehẽdit fabricantem falſos Bagatinos, quia Bagatini in loco Ferrariæ non expenduntur. & ſtatutum Ferrariæ intelligitur de fabricitante monetam falſam currentem in illo loco.Alex. in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pign.actio.& in conſ.104. in 1. part. Et d. ſtatutum non habet locum in minore 25.annis,vt per Roland. à Valle in conſ.77.num.9. verſic.18. in 3. vol. idem.

ſtatutum denegans præciſè audientiam, operatur vt iudex ex officio non poſſit procedere.Corſ.in Reperto.Abb.in ver. dictio præciſè. & in ver.iudex ex officio ſuo. Vbi dicit, quòd quando ſtatutum intenderet denegare præciſè audientiam: & tolleret omnimodam facultatem audiendi. Tunc nec iudex poteſt ex officio procedere: quæ opinio ab omnibus approbatur , ſecundum Corſet. ibi. & iudex procedit ex officio ſuo, quando delictum eſt euidens & notorium.Nam tunc iudex poteſt hoc ex officio ſuo. Licet nõ iudicet de eo,quod eſt ſibi notum,vt notorium. idem.



Stante ſtatuto,prout eſt Peruſij.Quòd pater teneatur ex delicto filij vſque ad legitimam. Et prout extat Ferrariè Decretum,vel edictum.quicquid ſoluit pater fiſco pro filio,habet filius imputare in legitimam,ſecus ſi non adeſſet tale ſtatutum, qa videretur pietatis gratia ſoluiſſe pater.Et tunc pater ſtante d.ſtatuto.Si filium in teſtamẽto præteriit,ſuſtinetur teſtamentum ex clauſula codicillari.Et poteſt filius conſequi legitimã tantum, quæ à fiſco rapitur ſibi,ſi eius bona confiſcantur. Et vltra legitimam,ex vi d.clauſulæ codicillaris,tenetur reſtituere bona & hæreditatem,quãdo ſcienter à patre eſt præteritus, vt eſt communis opin.de qua D.Hyer. Gabriel. conſ.109.per totum. Bonacoſſ.

ſtatutum criminale & pœnale ſi interdicat veſtes, vel alia portari, non comprehendit viſum portare, ſed apprehenſum & inuentum,vt eſt communis opi.Soar.verſ.ſtatutum.n.194. & ver.inuentus. idem.

ſtatutum de furtis non habet locum in eo, qui ſurripit hebreo fœneranti:quia cum furtum dicatur contractatio rei alienæ inuito domino.hebreus rerum vſura acquiſitarum non eſt dominus,ſed eccleſia vniuerſalis, ſicut & omnium bonorum hebreorum. Item, quia etiam fur de iure communi non debet mori,vt eſt communis opi.de qua Angel.de Vbal.inter conſ.crimi.conſ.31.nu.12. idem.

ſtatutum diſponẽs.quòd banniti pro debito pecuniario poſſint impunè offendi, non valet, vt eſt communis opi. & ideo ſi quis talem bannitum occideret, non excuſaretur. Clar.in §. homicidium.ver.plerunque. idem.

ſtatuto cauetur, ne quiſquam bannito ferat auxilium. Dic, ꝙ nihilominus aduocati & procuratores illi impunè patrocinari poterunt.videntur enim iuris miniſterio potius quàm ipſi bannito auxilium præſtare, vt eſt communis opi.Clar.q.82. ſtatutum 2.ver.quæro nunquid. idem.

ſtatuto ſi cautũ ſit,vt villa teneatur pro damno dato in eius territorio, Tunc non ſtatur iuramento damnum paſſi,in probatione damni.vt eſt communis opi.damnum verò ſi ſit datũ in confinibus duarum villarum, tenetur vtraque, vt eſt communis opi.Clar.q.82.ſtatuto 2.Dec.conſ.40.nu.13.iaſ.in l.ſi quando.nu.37.C.vnde vi. Alb.in qq.ad ſtatuta.q.75.in 2.par. Afflict.ſuper.1.conſtitu.regni.rubr.27.nu.54. idem.

ſtatuto,ſi cui denegetur actio, vt in bãnitis ſit quandoque, & iis qui nolunt onera ſoluere.Talis non eſt admittendus neque ad accuſationem,neque ad querelam. Imò etiam iudex. non poſſet hoc caſu contra delatum inquirere,vt eſt communis opinio.Clar.q.50.ver.poſſet etiam.Quæ ſibi magis placet. idem.

ſtatutum vbicunque pœnam mortis infligit,ſemper requiritur quòd dolus concurrat,vt eſt communis opi.Cum.in practica ſyndica.Vbi agit de ſententiis.nu.26.& 38. idem.

ſtatutum ꝙ bannitus in criminalibus habeatur pro confeſſo,non comprehendit delinquentem,extra territorium iudicis bannientis,ſecund.But.in c.propoſuiſti,extr.de foro compet. Quia ipſum ſtatutum non poteſt extorquere talem confeſſionem ab abſente extrà territorium,per nota.in c.poſtulaſti.ext.eod.tit. & in c. Roma.in §.contrahentes. eod.tit.libr.6. Balb.deciſ.200.

ſtatutum diſponẽs compromitti de quæſtione,intelligitur de quæſtione facti,vel facti & iuris: non autem iuris tantùm, cum ius ſit certum.l.ornamentorum. ff.de aur.& ar.leg.ſecundùm Bal.in l.ancillæ.in 3.not.C.de fur.niſi quando quæſtio iuris eſſet dubia propter doct. varias opi.ſecundum Bald.in l.cũ proponas.C.de reb.credit.Balb.deciſ.271.

ſtante ſtatuto,quòd pro homicidio imponatur pœna pecuniaria,ſi iudex reum condemnet & puniat ad mortem, poterit ipſe iudex in ſyndicatu decapitari ſecun.Bart.Bald.& Ang. in l.prima.ff.quod quiſ.iuris. contra tamen facit, quia cùm dictum ſtatutum ſit iniquum,iudex non tenebatur illud ſeruare ſecundùm Hoſtien.& Panor.in c.ſecundo.de del.c.puer. Hoſtien.in ſumma de cõſuet.§.qualiter.in fine,D.Conſt.in l.quoties.ff.de actio. & ob.bene facit c.pauper.11.quæſt.3. Eſt præterea tale ſtatutum cõtra legem Dei,quicunque gladio feriet, gladio peribit, & contra legem Dei non poteſt lex humana,c. eccleſia ſanctę Mariæ,ext.de conſti.auth.ſtatuimus.C.de epiſcop.& cleri.auth.caſſa.C.de ſacroſan.eccleſ. Balb.dec.366.

ſtatutum diſponens quòd iudex adeat conſultorem,debet intelligi in caſu dubio, nam qui in caſu certo requirit conſilium,calumniari videtur.Iac.de Aret.in l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de leg.3.vt refert & ſequitur Bald.l.1.in fi.C.de legi. Cald.in qq.ſyndicatus.q.26. Balb.deciſ.388.

Valet ſtatutum,quod de omnibus cauſis laicorum illius loci compromittatur, & tamen intelligitur de cauſis dubiis, & de quibus non eſt inſtrumentum vel ſententia , & quæ non habent paratam executionem,ſecun.Bart.& Bald.in 1.conſti. C. Si tamen de voluntate partium iterum cœperit cognoſci, valet ſecunda ſententia contra primam.ſecun.Bald.Sal.&do. Alex.in l.fratris.C.de tranſac.Paul.de caſtr.in l.poſt rem.circa fi.ff.eo.Bald.in l.1.col.2.C.quando prouo.non eſt nec. Balb. deciſ.406.

ſtatutum ſimpliciter loquens de ſententiis diffinitiuis,comprehendit ſententias interlocutorias habentes vim diffinitiuæ,ſecus ſi expreſsè loquitur de mera diffinitiua,ſecun.Rom. & Nicel.in rub.ff.de re iud.circa fi.& ſecundum eos.ita determinauit Ang.per l.ſi ita legatum.in prin.ff.de leg.1.nam & in huiuſmodi interlocutoriis cùm tractatur de magno præiudicio,requiritur peremptorium vt in diffinitiua, ſecun.Bart.in l.conſentaneum. C.quom.& quan.iud. nec in appellatione à talibus interlocutoriis requiritur inſertio cauſæ , ſecundum Ioan.andr.in nouella.in c.peruenit.extr.de appel. & gl.ſingularem ſecun.Rom.in c.fi.de elec.in 6.in verb.inanes. Imol.& Card.in cle.appellanti.de appel.Bald.in l.minoribus.C.de his quib.vt ind. Balb.deciſ.423.

ſtatutum remouens appellationem à ſententia in dubio intelligitur remouere à diffinitiua,non ab interlocutoria, ſecundùm Panor.in cap.paſtoralis.extr.de appel.& ibi do. Præpo.cum appellatione ſententiæ in dubio,intelligatur de diffinitiua,ſecun.gl.in l.1.C.ſenten.reſcin.non poſ.in c.cum olim. de teſtib. faciunt tradita per Bald. in l.1. C.ne lic. ter.prouoc. Balb.deciſ.481.

ſtatuta laicorũ fauorabilia habent etiam locum in eccleſiaſticis,quia talia ſtatuta in effectu cõtinent priuilegium, quod quoque clericis videtur competere.Panor.in c.eccleſia S.Mariæ.nu.25.ext.de conſtit.& idem in c.ex literis.nu.2.ext.de cohab.cler.& mul.Alex.de imol.in conſ.209.nu.15.libr.2.conſ. & hanc communem concluſ.doc.eſſe dicit Deci.in conſ.282. nu.8. kirchouius.

ſtatuto Lubecenſi aut alterius vrbis ſi caueretur, ꝙ vxore præmoriente maritus lucretur dotem, illud ipſum ſtatutum quoque in dote promiſſa non verificaretur. Bartol. in l. iubemus.2.§.ſanè ſi hæc.nu.7.C.de ſacroſ.eccl.& hanc ſententiam communem eſſe inquit Rol.à Valle,in ſuis allegatis quæſtionib.ſuper ſtat.de lucro dot.q.6.num.3.vbi ea quæſtio ab ipſo in vtramque partem , adiectis declarationib. & limitationib. optimo ordine explicatur.Sed ne quis arbitretur nullam eſſe differentiam , inter duas illas relatas quæſtiones , obſeruandum eſt,primam intelligi,quando ſtatutum ſimpliciter deferret lucrum dotis marito, tunc procedit in dote promiſſa: ſed quando ſtatutum diſponit de dote data lucranda , tunc non verificatur in dote promiſſa, vt valde notabiliter Ioan.Crott. in rub.num.85.ver.ſed iuxta præmiſſa.ff.ſolut.matr. explicat. Kirchouius.

ſtatutum loquens per verbum, ſi quis non comprehendit vniuerſitatem.& ſic corpus quoddam fictum.iaſ.l.ſi quis maior.nu.7.C.de tranſac.Menoch.de arbit.iudic.caſu 184.n.15. vbi fuſius.Arno.epito.17.& eſt com.opi.vt per omnes recentiores in d.l.ſi quis.& ibi D.m.Alc dicit viatorium fuiſſe conſilium Iaſonis,de quo ibi.vide Alb.in d.l.ſi quis. & Cagn.in d. l.ſi quis maior.nu.18.Rom.conſ.400.nu.3. & com.eſt opi.ꝙ vniuerſitas,collegium, & ſimi.poſſunt delinquere, & conſequenter puniri.Boſſ.tit.banniti qui poſſint.nu.1.ad fi.Oldr.in tract.de iure & æquitate.tit.14.Pariſ.conſ.21.nu.30.in 4. Cagnol.in l.aliud.§.refertur.ad fi.ff.de reg.iur. Albe in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.col.6.verſ.communiter tenetur. vbi dicit, ꝙ vniuerſitas quemadmodum poteſt defendi per ſyndicum, ita & puniri,pœna ſcilicet pecuniaria,vel pœna aratri,vel priuari eius priuilegiis. & illi, qui fecerunt delictum poſſunt etiam criminaliter puniri.& delictum,ꝙ habet trãctum ſucceſſiuum & continuatum vniuerſitas poteſt delinquere, & puniri.Ber.Diaz regu.197.in 2. Limita.vide Bal.in l.metum.§.1. ff.quod met.cauſ. Et poteſt villa, vel vniuerſitas puniri extra ordinem,& amittere cauſam.vt eſt gl.in ca.venerabilis.de excep.à cuius opi.in iudicando & conſulendo non eſt recedendum,vt in terminis iſtis conſuluit Barb.in conſ.53.col.3.cum ſeq.vol.3. Bonacoſſ.

ſtatutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio, cùm occaſionem delinquendi præſtet,non valere,multi doc. voluerunt,quos referunt Panor.in c.fi.circa fi.n.3.& ibi apoſtil.in verb.ſtatutum.& in ver.pronitatem peccandi.Roch.de Curt.nu.190.ver.ſecundò infertur non valere conſuetudinẽ

vel ſtatutum.ext de conſuet.& Hipp.de Marſ. in l. 1.n. 17.ver. item homicidium non poteſt puniri pœna pecuniaria, etiam ex forma ſtatuti.ff.ad l.Cornel.de Sicar.& in ſuis ſing.ſin.665. Licet nōnulli ſententiam contrariam amplexi fuerint referētibus.Fel.in Rub.ext.de homic.volunt.& caſua.& eod. Hipp. in d.ſing.665.& Lud.carer.in ſua pract. cauſ.crimin.§.circa ſecundum iuxta legem Moyſi. Nu. 58.fol.libr.mei.228. Quam ſententiam docto.communiter tenere ipſe ibi tradit.Prior.tñ ſententiam tanquam magis communis ab aliis doct.approbatur.Dec. in c.cognoſcentes.nu.2.ver. Et ad hoc facit in 1.lect. ext.de reſcript.Didac.in lib.2.variar.reſolut.c 9.nu.2.& Rol.à Valle,in conſ.98.nu.26.in 1.Tom.& in conſ.111.nu.39.in 2. Tom.conſ.Quod tamen ſtatutum cum temperamento intelligi neceſſe eſt,ſi homicidium dolo commiſſum fuerit, dolus enim in materia homicidij, ſumitur pro animo occidendi.d.l. 1.§.Diuus Adrian.Diuus Adri.reſcripſit. I.C.Martiano dicente, cùm qui hominem occiderit,ſi non occidendi animo hoc admiſerit,abſolui poſſe.& in l. 1.ibi,qui ſi probauerit non occidendi animo hominem à ſe percuſſum eſſe. C.eod. Petr. calæphatus in conſ.92.nu.4.in 2.vol.conſ. crim. Propterea vno ore omnes doct.tam in lecturis, quàm in conſiliis tradiderūt, etiam per ſtatuta homicidia puniri non poſſe niſi dolus interuenerit.Bald.in l.data opera.n.7.verſ.item ſi ſtatutum præciſè punit homicidium ad mortē.C.de iis qui accuſ.nō poſ. Paul. de caſtro,in l.nemo nu. 5. C.de epiſc.audien.in l.& ſi ſeuerior. n.5.Alex.n. 5.ver.Et ideò ſi ſtatutum.C.ex quib.cau. infam irrogetur. Et idem Paul.de caſtr.in l. 1.n.3. C.vbi Senatores vel clariſſ.vbi ipſe valdè eleganter loquitur;ſi ſtatutum cōtineret homicidam decapitandum eſſe, & quiſpiam per culpam ſine dolo interfeciſſet hominem,iudices ignorantes conſueuerūt dicere, ꝙ non debeamus diſtinguere inter dolum & culpam, ſed ſimpliciter ſtandum eſſe verbis ſtatuti.nam non inſpicitur animus ſed factum.l.Diuus.ff.ad l.Conel.de Sica.Verùm ſi ita nunc intelligere deberemus verba ſtatuti magnum abſurdū & iniquitas ex eo ſequeretur,ꝙ de homicidio caſuali quis decapitari deberet,quod eſſet cōtra omnem æquitatem & iuris ſcripti rationem Hanc ſententiam vbique alij doc.cōmuniter ſequuntur Pe.de Anch.in ꝯſ.283.n.5.Bart.cepoll.in conſ.29. n.22.ver.non obſtat ſtatutum.conſ.30.n.3.verſ.item quia ſecundùm ſtatuta non inſpicitur animus occidentis ſed ſolùm factum.conſ.31.n.3.ver.ſimiliter.conſ.33.nu.6.& in conſ.37. n.4.& 5. Alex.de Im.in conſ.109.n.5.in 1.vol. conſ.140.n.4. in 2.vol.conſ.Dec.in conſ.9.& ibi Apoſtil.in verb.dolo.n.j & in conſ.234.n.3.& in conſ.482.n.8.Paul.de caſtr.n.10.in fi.& iaſ.n.19.in l. 1.ff.de legib.vbi iaſ.allegat.l.cùm autem redhibitio.§.excipitur.ff.de ædilit.edicto.iaſ.in l.in actionib.nu.26.& ibi ipſe atteſtatur hanc com.opi eſſe,&Dec.ibidem.n.20.ff.de in litem iur.pulchrè & copioſè Hipp.de Marſ.in conſ.4.n.28. conſ.7.n.17.conſ.25.n.3.in 1.vol.conſ.77.n.5.conſ.91.n.11. conſ.103.n.5.conſ.128.n.21.& in ꝯſ.137.n.3.in 2.vol.cōſ.Io. de Ana.in conſ.45.n.10.in 1.vol.conſ.crim.Io.calæphat.in d. conſ.92.n.3.Maria.Soc.iu.in conſ.117.nu.15. vol.3 conſ.nouiſſimè Hartman. Hartm.in pract.obſeru.lib.2.tit.de accuſ.c. 112 homicidium quando committatur & quomodo puniatur.Petr.calæph.in conſ.104.nu.21.in Tom.1.conſ.ad cauſas crimi.recens editorum.Crauet.in conſ.6.n.100.in j.part.conſ. Marc.Blanc.in pract.crimin.§.viſis indicijs.per reum. nu.147. cum ſequ. Cattilian.cotta in ſuis memorabilibus,in verb.homicidium.& Tiraq.in præfat. tract.de pœ.n.22.vbi ipſe teſtatur hanc ſententiam cōmunem eſſe,& n.21.nonnullos doct. contrarium aſſerentes adduxit. Vnde Roſtochienſis Reipub. & aliarum vicinarum ciuitatum ſtatuta reſtringi debebāt, ne homicidia dolo nō commiſſa,morte,quemadmodum perperam fit,punirentur.Quæ enim eſt illa barbaries,à doct.de meliori ſententia nolle edoceri, quare prudenter ex iuris ſcripti ratione ſcribit iaſ.ſtatutum ſimpliciter diſponens,ꝙ committens homicidium debeat capitis pœna plecti, non debere ita præciſè intelligi, ſed ſecundùm granum ſalis. i.iuris communis, ſi tale homicidium non fuerit commiſſum dolo: item ſi ſtatutum punit homicidā ad mortem, & non faciat doli mentionem,tamen iudex vbi non eſt dolus debet ſententiam temperare,l.quid ergò.§.pœna grauior.ff.de his qui notan.infam. nam ſtatutum reſtringitur per rationes iuris cōis. l.ſi ſerui veſtri.C.de noxalib.& voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.l.qui iniuriæ.ff.de furt.c.cùm voluntate.ext.de ſent.excom.in conſ.137.n.1.in 1.vol.conſ.Iac.Nouell.in tract.ad defenſam.§.homicida.ex quib.cau.à pœ.mor. excuſ.n.85. Quæ doctrina adeò vera eſt,quod non valeret ſtatutum,quo caueretur, ne liceret cuique perſonam ſuam defendere ab iniuria. Nam neque cōſenſus poſſet hoc facere, nec per conſenſum id fieri poſſet,per not.in l.pactum inter hæredem.ff.de pact.imò nec imperator hoc facere poſſet.Marc.Mant.in conſ.314.nu. 58.in 1.vol.conſ.Multo fortius ſtatutum quod ſimpliciter loquitur de pœna,intelligitur loqui de caſu culpabili,non de caſu licito.d.l.ſi ſerui veſtri, ne ſubiecta innocentia feriatur.l.ſi. C.de accuſ.Imo ſtatutum intelligitur,ſicut intelligitur ius cōmune,imò eſt ipſum ius commune, à quo videtur deſcendere,per not.in c. 1.de conſti.lib.6.& ſic meritò recipit interpretationem paſſiuam à iure communi.c.cùm dilect.ext.de conſuet.cùm ſtatutum debeat intelligi ſanè, ita vt ipſum ratio & natura non reſpuat.ca.erit autem lex.diſt.4.certum.n.eſt ꝙ in pœnis corporalib.requiratur dolus.l.in lege Cornelia.ff.ad l. Cornel.de ſicar.l.nec exēplū.C.ad l.Cornel.de falſ.& ita Bald. de Peruſ.conſulendo ſcribit, cuius ꝯſilio plures doct.ſubſcripſerunt.in conſ.19.in j.To.conſ.crim.recens editorum. ſed hāc doctrinam limitandam eſſe multi exiſtimarunt,ſi ius municipale ſeu ꝯſtitutiones ſtatuerent verbis generalib.& prægnantib. veluti, ſi quis quocunque modo occiderit, pœna capitis puniatur,per doctrinam Sal.in l.2.n.12.C.de noxal.cuius ſententia videtur ab omnibus approbata.doct.in l.j.§.nunciatio. ff.de ope.noui nun.dec.in rub.n.11.ver.tertiò limitari probabiliter poteſt.ext.de prob. Quam limitationem per bonas rationes rectè improbat Bart.Romuleus in l.vt vim.n.192.ver. ſed huiuſmodi limitatio.nihil obſtabit præceptum non occides. Nam homicidium ēt in lege Dei excuſabile erat.Deuteron.c.19.Marſ.Mant.in ꝯſ.214.n.46.nec ñ ſæpius iura diuina recipiunt modificationem & reſtrictionem ex aliqua probabili ratione,& cauſa,præſertim cùm non agatur de articulis fidei.c.ſunt quidam.25.q.1.doc.in c.fi.ext.de conſuet.& in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur. An verò animus occidēdi in dubio præſumatur,& cui onus incumbat probādi,copioſè multorum adductis authoritatibus proſequūtur Cepol.in d.conſi.29.n.4.&Hipp.in l.j.n.65.cum ſeq.C.ad l.Cor.de ſicar.Lud. Careirius in ſua pract.cauſa crim.§. homicidij aūt ſpecies duplex eſt.ver.ſed an in dubio præſumatur anim⁹.n.80.cum ſeq. pag.li.mei. 106.Lancillot.Conrad.in ſuo pretor.& Curia.breuiario.ti.de homicidio, & quæ requirantur ad defenſionē neceſſariam,& ex quib.cau.homici.probetur.Cepoll.in d. conſ. 29.Marc.Blanc.in pract.crim.in §.tertia pars defenſionis erit, & in precedentib.§§.incip.Iis ſic premiſſis,ſecunda pars defenſionis.Aym.Crauet.in conſ.119.n.7.cum ſeq.I.Cla.in li.5.ſenten.recepta.§.ſed quomodo probatur quod fecit ad ſui neceſſariam defenſionem.Marc.Mant.in conſ.216.in To. 2.conſ. Matth.Vueſenbec.ī ſuis paratib.l.ff.ad d.l.Corn.de ſicar.n.22. Pet.à Placa in epit.delictorum.li.j.c.9.n.7.ver.Et in dubio cui incumbat onus probandi.Et Bart.Romul.in d.l.& vim.n.75. vbi ipſe,quomodo articuli & depoſitiones ad excuſandū homicidam accuſatum concipi, & quomodo teſtes deponere debeant, variis recitatis doct.ſententiis, & indicata ſententia communi ſatis copioſè explicauit. Kirchouius.

Statutum vel decretum aliquid diſponens ſuper eo, quod eſt de iure communi diſpoſitum,in dubio præſumitur ſe confirmare cum iure communi.Bar.&alij doc.in l.4.§.prætor ait. ff.de dam.inf.quare ea ſententia communis doct.reſolutio dicitur,quod vbi ſtatutum vel decretum poteſt aliquid operari, tūc ſemper reſtringendum eſt vt minus deroget iuri communi,quā ſit poſſibile per l.2.C.de noxal.Ale.de imol.in d.§.prętor ait.n.12.item & fortius debemus potius dicere,tale ſtatutum nihil operari,quàm quod aliquis indebitè dānum patiatꝰ, iuxta notata per gl.& communiter ſcribentes in l.fi.§.in computatione.C.de iure delib.Quam communem diſtinctionem vltra Alex.plurib.ꝯfirmat fel.in c.Rodulphus.ext.de reſcr.Pariſ.in conſ.65.nu.88.in 1.vol.& in conſ.110.nu.36.in 3. vol. conſ.Laur.Syluan.in conſ.28.nu.6. kirchouius.

Statutum faciens mentionem de fratre ſimpliciter debet intelligi per prius & non per poſterius:Item excludens fœminas extante fratre,debet intelligi de fratre primi gradus, non autem ſecundi.Bald.in l.iubemus §.ſi.C.ad S.C. treb. Et hanc ſnīam cōem eſſe referunt Alb.Bru. Aſtenſis in tract.ſuper ſtatutis excludentibus fœminas artic.12.n.214. Rol.à Valle, in conſ.55.n.17.cū ſeq.vbi ipſe plures authoritates adducit,&in vtrāque partē hāc materiā proſequitur.in 1.To.conſ.kircho.

Statutum licet poſſit tollere quamlibet exceptionem,non tamen poteſt tollere, ſecundùm communem ſententiam,exceptionem defenſionis & innocentię. Bal.in repe.l.edita.habita in ſtudio patauino,ann.1380.n.115.C.de eden. Io.de Ana. in conſ.59.in prin.verſ.in quibus locis. Alex.de imol.in conſ. 113.n.8.& ibi Apoſtill.in add.in verb.innocentiæ.in li.5.conſi.Hip.de Marſ.in ſuis ſing.ſing.59.inc.innocētib.iura fauent. & Phil.dec.in l.vt vim.ver.vnde ſtatutū,n.9.ff.de iuſt.& iu.kir.

Statutum



Statutum excludens matrem exiſtente patruo non habet locum in patruo magno,i.in fratre aui paterni.ita concludit Bald.poſt Iac.Butr.in l.j.in prin.C.de ſuc.edic. inquiens ita Boniæ conſultum fuiſſe. & horum ſententiam doc. communiter ibi approbarunt.& hanc com.opin.doc eſſe inquit.ibid. nu.2.& 3.Philip.Dec.& in conſ.670.nu.1.& 3. kirchouius.

ſtatutum prohibet ſororem non poſſe nubere ſine conſenſu fratris non valet,vt eſt communis opin.Clar.q.82.ſtatut.3. ver.item quæro. Bonac.

ſtatutum priuans filiam dote, caſu quo nubat indigno, tenet & valet.vt eſt com.opi.vtriuſque fori. Clar.d.q.82.ſtat.3. ver.ſed quæro. idem.

ſtatutum vel conſuetudo valet,ꝙ bannitus poſſit impunè occidi,vt eſt com.opi.Capr.reg.11.nu.14. idem.

ſtatuti pœna habet locum in eo qui ingreditur poſſeſſionem alterius ex decreto iudicis inualido. com.eſt opi. Clar.q. 82.ſtat.4.de turb.poſſeſſ. idem.

ſtatutum prohibens rem immobilem alienari in forenſem ſub pœna valet,vt eſt com.opi.Clar.d.q.82.ſtatut.5.ver.1.ſed non ligat clericos,nec valet contra eos.com.eſt opi.Clar.d.q. 82.ſtat.5.ver.ſed quæro. idem ſi prohiberet ſpecialiter in eccleſias,vel eccleſiaſticas perſonas alienari,com.eſt opi.& hoc ſtatutum habet locum,etiam ſi quis inſtitueret forēſem, cōis eſt opi.idem ſi locatio efficeretur forenſi ad longum tempus, ſecus ſi ad modicū.com.eſt opi.Clar.ibi.ver.quæro nunquid. Non prohibetur aūt forenſis legatum conſequi,com.eſt opi. & ſtatutum etiam prohibet præſcriptionē fieri per forenſem, vt eſt com.opi.Clar.ibi ver.ſed quid. item quæro. Nec cenſetur facta dictę alienationis prohibitione tranſlatū dominium in emptorē,vt eſt com.opi.Cla.ver.ſed qd ſi,cedens aūt actionem forenſi ad rem immobilē,non incidit ex conſenſu in pœnam ſtatuti,vt eſt com.opi.Clar.ibi ver.quæro etiam. idem.

ſtatutum autem Ferrar.prohibet fieri ceſſionē.& ſtatutum ipſum non habet locum in neceſſaria alienatione,vt eſt com. opi.Clar.ibi ver.ſciendum eſt. idem.

ſtatutū prohibet arma deferri. quis eſt viſus deferre arma, ſed non captus non comprehenditur in ſtatuto. Et ita hodie ſeruatur.Clar.d.q.82.ſtatutum 6.in princ. idem.

Statutum punit deprehenſum cum armis. Nō comprehendit non captum,licet habeat teſtes contra deponentes, quòd viderunt arma deferre.com.eſt opi.Clar.d.q.82.ver.ſed quid ſi ſtatutum. Sed ſi ſtatutum diceret, quòd poſſet procedi per inquiſitionem vt communiter dicitur in edictis, certe cōprehenderetur, etiam ſi nō eſſet captus & puniretur. & d.ſtatutū non cōprehendit arma defenſiua deferentem,vt eſt com.opi. Clar.ibi ver.& ſcias.quæro nunquid.Nec ſaxa deferētem.ibi. com.eſt opi.& deferens arma in nocte veneris.S. vbi non ſonatur campana,punitur ſtatuto prohibente de nocte arma deferri,vt eſt com.opi.Clar.ibi.ver.pone.Non autem prohibet. Statutum arma deferri ad vſum itineris,vt eſt com.opi. Clar. ver.item quæro.& habens arma in domo nō punitur ſtatuto de armis prohibitis,vt eſt comm.opi. Clar.ver. quæro etiam. Nec comprehendit clericum.ibi verſ.vlterius.& deferens arma prohibita ea amittit,com.eſt opi.Clar.ibi.ver.ſcias autem. & ita ſeruatur de conſuetudine. idem.

ſtatutum punit robariam,prout Ferrariæ.Ad ſtatutū dic,ꝙ accuſator debet docere,& fidem facere.de trib. Primò,de ſua poſſeſſione. Secundò.de rei exportatione. Tertio de ipſo rei valore & æſtimatione.& dolum ac ſcientiam rei alienę ex parte delinquentis,vt per Bal.in conſ.98.in 5.vol. idem.

Statutum, ꝙ bannitus pro pecunia impune occidi poſſit, non valet com.eſt opi.Cap.reg.10.n.23.& reg.12.n.15. idē.

Statutum, quod prohibet extrahi blada extra territorium, valet.etiam quò ad amiſſionem bonorum, vt eſt comm. opi. Cla.q.82.ſtat.7.in princ.Quod ſtatutum etiam ligat forenſes. com.eſt opi.ibi.verſ.quæro nunquid.Sed non comprehendit clericos, niſi mercarentur.Bal.in c.ex literis.nu.5.de vita & honeſta.cleri.item non comprehendit portantem per tranſitum com.eſt opi.Cla.ibi ver.item quæro.nec qui pro vſu ſuo exportant.com.eſt opi.Clar.ibi. verſ.vlterius licet poſtea non vtantur,ſed ea vendant,vt eſt com.opi.Cla.ibi.ver.ſed pone.& ſtatutum comprehendit etiam portantem farinam,com.eſt opi. Cla.verſ.præterea,non autem comprehendit inuentum portare blada teſtibus conuictum, licet perſonaliter non comprehenſum.com.eſt opi.Cla.ibi.ver.ſed hic quæro.Nec comprehendit illum,qui eſt in itinere repertum,ſed ad locum prohibitum nondum peruenerat,com.eſt opi.Cla.ibi.verſ.pone, quod procedit niſi conſtet de mente ipſius, ꝙ per ſe non ſtabat, quin exportaret, ſed quia fuit inuentus, fuit prohibitus. Clar.d.q.82.ſtatu.7. verſ.pone. D.Hier.à Monte in ſuis variis qq.quæſtione.15.nu.36.vbi etiam ponit,quando actus punitur non conſumatus,& ſi quis portat merces illicitas cum licitis,illicitæ confiſcantur,non licitæ,vt eſt com.opi.Cla.ibi.idē.

Statutum pœnale de vera perſona, non habet locum in repreſentata.dec.conſ.486.vbi latius.quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris, & contra communem rationem inducta, & ideò non extenduntur,ſiue interpretātur,niſi in caſibus, in quibus expreſsè loquuntur.Odofredus in l.certa forma.nu.13.C.de iure fiſci.li.10.Protrahuntur tamen etiam ad alios caſus ſimiles, vbi ſit eadem ratio,vt ibi per eum. Bonacoſſ.

Statutum ꝙ bannitus impunè occidi poteſt, etiam habet locū in eo,qui occideret bannitum, dato ꝙ occidens ignoraret illum eſſe bannitum,vt eſt com.opi.de qua dec.conſ.327. nu.4.in 3.vol.Etiam,ꝙ occidens habuiſſet notitiam per publicam vocem & famam,ꝙ bannitus liberatus fuiſſet, non tamē ſciret eum de banno cancellatum, vt ibi fuſius. vide omnino iaſ.in l.huiuſmodi.§.ſi ita.nu.15.& ſeq.ff.de leg.1. idem.

Statuta debent interpretari ſecundum communem vſum loquendi.Soc.conſ.157.n.3.vol.1. Et etiam communis vſus loquēdi habet locum in ſtatutis principum,& in verbis legis. abb.in c.capellanus.n.j.de feriis.iaſ.in rub.ff.de ope.no.nun.n. 6.& 7.Limita,vt ibi per eum. Etiam ſi ſtatutum ſit pœnale, & punitorium, ac odioſum. Amplia & limita, vt per iaſ.in l ſi a uiæ.col.fi.nu.12.C.de ſucceſſ.edicto.vbi latius.Nam communis vſus loquendi preualet propriæ verborum ſignificationi, vt eſt com.opi.de qua Benedictus de Vado. In reperto.fel.in verſ.nepotis appellatione.Limita,vbi adeſſet ſtatutum in ciuitate diſponens,ꝙ verba debeant intelligi propriè, ſecundum naturale verbum, vt ibi. Et cōis vſus loquendi eſt largus & generalis,vt dicit Bal.in l. 1.ff.ſi cer.pe.& debet eſſe ſalua ſemper conſuetudo interpretatiua ſtatutorum, vt dicit Bal.in ꝯſ. 48.nu.3.in 3.vol.& non ſecundum ius commune, vbi agitur de perſonali pœna.caſt.in l.ſi fugitiui.nu.7. C.de ſeruis fugiti. Sed prout iacet,& hoc ex generali conſuetudine, vt ibi caſtr. fuſius. Bonac.

Similitudo caſuum in ſtatuto non inducit correctionem legis,vel ſtatuti,vt eſt com. opin. de qua per gl.communem & vulgatam,quanquam valde notabilem.de qua per Bal.in cōſ. 224.in 1.vol. idem.

ſi ſtatuto cauetur ꝙ ſi aliquis banniatur. bannum eius debeat exemplari in libro communis per tabellionem deputatum.Modo accidit ꝙ per errorē tabellionis eſt omiſſum quominus bannum exempletur, an bannum vitietur? & com. eſt opi.ꝙ vitietur.de qua Sal.in l.ambiguitates.nu.4.C.de teſta.& quemadmo.teſta.ape. idem.

ſtante ſtatuto,quod bānitus de homicidio non audiatur.cū hæc ſint duo obſtacula,alterum ſolum non obſtat,ſed ideò debet eſſe condemnatus immediatè de homicidio, nec ſufficit, ſi ex mandato homicidij ſit condemnatus. ita Bal.in l.1.n.37. C.ſententiam reſcin.non poſſe.& ſtatutum dicens,ꝙ bannitorum querelæ non debeant audiri.Licet aduerſarius non opponat.iudex tamen ex officio debet bannitum repellere.Bal.in l. quos prohibet ff.de poſtulando. idem.

ſtante ſtatuto,ꝙ querelæ bannitorum non audiantur,bānitus ex aliqua iuſta cauſa, petit ſe in integrum reſtitui contra bannum, quod poteſt,an repelletur ad hoc beneficio per diſpoſitionem d.ſtatuti?Reſp.Bal.quòd non.in l.1.n.5.C.ſi pen den.appella.mors interue.quia non videtur bannitus, qui habet in integrum reſtitutionem. idem dicit in excommunicato. idem.

ſtatutum dicit. quòd ſi quis tale quid fecerit,intelligatur & ſit bānitus.intelligitur ipſo facto,ſine iudicis miniſterio,Bald. in l. 1.col. 1.n.1.C.de ſec.nup. idem.

ſtatutum dicens. patrem teneri ſoluere condemnationem pro filio vſque ad legitimam,licet ſapiat tyrannidē, & ſit ꝯtra ius commune.vt dicit Bald.in l.ſeruum quoque.§.publicè,in 1.col.ad fi.C.vnde vi.vbi etiam dicit, ꝙ poteſt comparere pater pro ſuo intereſſe & filium defendere. tamē tale ſtatutū valet,vt eſt magis com.opi.quæ in practica ſeruatur, vt dicit Alex.in l.lex Cornelia.n.8.ff.de vul.& pup.& magis communē dicit Soc.iu.l.cū filiusfamilias.n.8.ff.de ver.ob.& licet ſit ꝯtra ius naturale tamen valet.Bal.in l.ſi quis in tantum.n.13.C.vnde vi.Non tamen habet locum,ſi nepos delinquat, quia nō tenetur auus,quia ſtatutum hoc nullam habet ī ſe rationem, & ideò merè eſt inhæredum verbis,vt dicit Bal.in l.ſi filius tuus. C.ad Macedo. Grammarus in tract.de extenſionib.n.185.& pater non tenetur pro filio condemnato in contumacia.Feli. in c.Bertoldus col.7.de re iudi.caſt.cōſ.30.omiſſo ordine Bal. in ti.de execu.ſentētiæ.in ver.ſententia lata in filium.Et quod habetur in l.executores.C.de bonis quæ libe.Fab.in auth.nouiſſi

uiliſima.C.de inoff. teſtam. col.8.ver. quarto quæritur.Soc.in l.cum filiusfamilias.col.2.de verb.oblig.ſpec.in tit.de execut. ſententiæ.§.ſequitur videre.ver. quid ſi filiusfamilias. Bal.in l. ſi qua pœna.de iis, qui ſunt ſui.& ibi per apoſtillan. Et hæc eſt communis opi.vt ibi per Soc.nu.6.Item ſtatutum ſimpliciter dicens,quod pater in maleficiis teneatur ſoluere condemnationem factam filio vſque ad legitimā.Tenebitur pater,etiam ſi filius poſitus fuerit in banno per cōtumaciam,& iſta eſt magis communis opin.Soc.in d.l.cum filiusfamilias. nu. 10.ff.de ver.obl. Quod intelligit ibi.n.20.Stante ſtatuto,ꝙ contumax habeatur pro confeſſo.Et quando pater ex forma ſtatuti tenetur aſſignare legitimam filio delinquenti , fictione ſtatuti pater intelligitur mori tunc,cum portio aſſignatur.& tunc viuo ipſo patre legitima non augetur,nec minuitur.Bald.in l.ſi ſucceſſione.C.de his, quæ in frau.credito. Et not.ꝙ ſtatuta terrarum,quæ volunt certa tempora ſtatui,alioquin ponatur reus in banno, ſi non comparet, ita ſunt præciſè ſeruanda, ꝙ nihil addi,vel diminui poteſt,quia ſtatutum dat formā iudici.Bald. in Auth.qui ſemel.C.quomodo & quando iudex. Bonac.

ſtatutum puniens grauiori pœna offendentem me ad domum etiam habet locum in offendente me ad domum communem,vt eſt commun. opi. de qua Alex.in l.ſerui electione. §.labeo.n.2.ff.de leg.j. ſed nunquid habeat locum ſtatutum in offendente in porticu domus? Reſp.Abb.in c. 1.de decimis.Satis dicere ponderandam mentem ſtatuti.An ratio verificetur in porticu domus,vel ne? Et ſi ſtatuto puniretur delictum cōmiſſum in eccleſia,non vindicaret ſibi locum in delicto commiſſo in Baſilica,ſeu Lodia.Abb.in rub.de conſecra.eccle.vel altar. Bonacoſſ.

ſtatutum prohibens portari frumētum extra territorium, non intelligitur de eo,ꝙ quis ſui vſus cauſa portaret,vt eſt cōmunis opi.de qua Alex.in l.præterea.§.ſed ſi quis.n.6.ff.de legat.1.Et hoc habet locum,& ſufficit,ꝙ quis habeat propoſitū portandi à principio ſui vſus gratia , quamuis poſtea ex noua cauſa frumentum iſtud nō conſumpſerit in proprios vſus,ſed vendiderit.Ale.ibi. Et quis non dicitur extraxiſſe bladū cōtra decretum,qui reperitur in finibus,licet verū ſit eum portaſſe contra decretum, non tamen extraxiſſe, vnde delictum nō eſt cōſumatum.Si ſtatutum dicit.ſi quis extraxerit,Secus,ſi dicit. Si quis portauerit,quia contra portat, ille qui per legem prohibitus tendit. Si autē nondum cœpit portare, licet aptauerit ſalmas ad portandū,non punitur, quia iſta præparamēta non faciunt rem nō eſſe integram, & adhuc locus eſt pœnitentiæ. vide Bald.in l.arboribus.col. 1.ad fi.ff.de vſufruct. idem.

ſtatuto ſimpliciter loquente.Nō obſtante quacunque conſuetudine in cōtra faciente,per iſtam clauſulā derogatoriam cenſetur derogatū conſuetudinibus præcedentibus, & etiam futuris,vt eſt communis opinio,de qua iaſ.in l.de quibus. nu. 55.ff.de legibus. Bonacoſſ.

ſi ſtatutum permittat aliquem offendi impunè poſſe,poterit etiam impunè occidi, vt eſt communis opin. de qua latius iaſ.in l.in ſuis.nu.26.ff.de lib.& poſth. idem.

ſtatutum dicit,quòd bānitus poſſit impunè occidi.quidam bannitus dicit ſe nō eſſe iure bannitum,vel de iure debere eximi de banno.ſi medio tempore occidatur.an occidens teneatur de homicidio vel ne? Et communis opi.videtur,ꝙ indiſtinctè , ſiue via appellationis , ſiue alia via agatur de nullitate, vel iniquitate banni, illo medio tempore non poſſit bannitus impunè occidi.iaſ.in l.poſſideri.§. ſi ſeruus.nu.8. ff.de acquir. poſſ. idem.

ſtante ſtatuto,ꝙ ſi quis ingreſſus fuerit fundum alterius, & eum in poſſeſſione turbauerit, puniatur. &c. Si quis intrat ex decreto iudicis inualido, non excuſatur à pœna ſtatuti ſimpliciter loquentis,vt eſt communis opi. de qua iaſ.in l.iuſtè poſſidet.nu.24.ff.de acq.poſ.Limita,vt ibi per iaſ.n.30. idem.

ſtatutum excommunicationis non comprehendit Epiſcopum,quia non poteſt ſe ipſum excōmunicare, vt eſt cōis opi. de qua Soc.ſen.in c.noſtro. numer.47. de pœnit.& remiſſio. idem.

ſtatutum imponens pœnam vendenti rem immobilem forenſi. Si hæres in teſtamento ſit dānatus vendere rem immobilem forenſi, teſtamentum eum non excuſat,vt eſt cōmunis opinio.de qua iaſ.in l.iuſtè poſſidet.nu.29. ff.de acqui.poſſeſ. idem.

ſi ſtatuto cauetur, ꝙ elapſo termino banni, bannitus poſſit impunè offendi.Si conſtat bannitum intra terminum banni comparere nō potuiſſe.interim offendi non poteſt,vt eſt cōis opi.de qua iaſ. in l.ſi quis ſtipulatus. §.2.n.8. ff.de verb.obl.Et dicit ꝙ ſeruaretur in practica.Et no.ꝙ occidens bannitum,nō gaudet priuilegio ſtatuti, quando ipſe doloſè procurauit bānum. Abb.in c.poſtulaſtis. nu.7.de conceſſ. præb. Facit quod inquit Natta.in conſ.233.& Fel.in c.non debet,ſub n.4.& ſeq. de teſtib.Rom.ſing. 591. Ferrat. cautel. 18. D. Rol. à Valle in conſ.66.nu.47.in 1.Bombin.q. 5. Fran.Marc. deciſ.Delphina. 425.n.6.lib.2.Et ſtatutum diſponens,bannitū haberi pro confeſſo,intelligitur,quò ad maleficia deſcripta in libro banni, & non quò ad alia,& limitata cauſa limitatum producit effectū, Ita iaſ.in l.age.nu. 12.C.de tranſact. idem.

ſtatutum diſponens, ꝙ nullus poſſidens apothecam poſſit perſonaliter capi.Si quis poſſidet viliſſimam,poterit capi.iaſ. in l.quia.de feudis.nu.22.qui feud.dare poſſ.fol.206. comm. dicit. idem.

ſtatuta laicorum contra libertatem eccleſiaſticam,etiam in criminalibus nō valent,vt eſt cōis opi.de qua Plot. conſ. 108. nu.12. inter conſ.crim. Et condens & non abolens incidit in excommunicationem,vt eſt cōis opi.Soc.in c. Nouerit.nu.9. 13.& 14.de ſent.excommunic. Bonacoſſ.

ſtatuta pœnalia non ligant forenſes, & non ſubditos, nec notarium. forenſem & non ſubditum , ex quo præſumuntur ignorare ſtatuta,Secus ſi ſciebant. vel erant in craſſa ignorantia.Plot.in conſ.108.nu.79.inter conſ.cri.vbi cōem dicit.vide omnino Rui.in conſ.48.per totum in 3.vol. Alex. in conſ.45. Rui.etiam in conſ.49.in 3.vol.Alb.in l.municipia.ff.operibus publi.nu. 1.fallit in Decreto Papæ,vt ibi per eum. idem.

ſtatutum tribuens iuriſdictionem Poteſtati ſolū ſuper maleficiis commiſſis in ſuo Territorio, vetans inquiſitionem,cēſetur vetare accuſationem,vt eſt communis opi.de qua Ang. de Aret.inter conſi.crimin.conſ. 58.nu.2.in 2.vol. idem.

ſtatutum dicens,ꝙ ex tunc ſit exbannitus & condemnatus. verbum ſit,eſt verbum expreſſiuum veritatis,& communiter non denotat fictionem,quę eſt contraria veritati.Corn.conſ. 104.litera F.in 1.vol. idem.

ſtatutum ſimpliciter & indiſtinctè loquens non cōprehendit ſubditum delinquentē extra territorium. Pariſ. conſ.159. vlt.vol.Corn.conſ.89.in 3.vol. Etiam ꝙ illud territorium ſit ſub eodem Domino.Corn.conſ. 106. vol. 3.fallit,vt per Pariſ. ibi.Benè poteſt ſubditus quæri per viam accuſationis ad pœnam impoſitam de iure cōmuni, vt eſt communis opi.de qua ibi Pariſ.nu.8.& 9. idem.

ſtatutum, quod tranſiuit in cōtractum Princeps tollere nō poteſt,vt eſt communis opi.de qua iaſ.in conſ. 1. n.2.col.4. in 1.vol.fallit vbi ſubeſt iuſta cauſa.l.quòd ſemel.ff.de decre.ab ordi.facien. idem.

ſtante ſtatuto,quòd bannitus impunè poſſit occidi, poteſt occidi etiam proditoriè:& ita obſeruatur.Tob.Nonius conſ. 99.nu.26. idem.

ſtatutum loquens in vno ex correlatiuis habet locum & extēditur in altero ex correlatiuis.puta loquens de vxore,habet locum etiam in marito. Etiam ſi ſit correctorium iuris communis.& ſic fit extenſio de vno ſtatuti prædicti ad aliud correlatiuum.Bar.in l.iura.n.j.ff.de legib. Ang.in l.nec in ea.in prin. ff.ad l.iul.de adulter.iaſ.in l.ſicut bonis. nu.2. C.de in ius voc. iaſ.in l.legem Iuliam.n. 1. & ſeq.C.de indic.viduita.tollen.vbi communem dicit. quod fit extenſio in correctoriis & correlatiuis,& huiuſmodi.fallit, vt ibi fuſius per eum.Bened.de Vado in repertor.Feli. in ver.correlatiua.vbi etiam infert ad ſtatuta de gabellis. Nam ſi lex facit exemptum monaſterium à vendendo,intelligitur etiam facere exemptum emptorē, qui emit.no.Gemin.in c. 1.de temp.ord. in 6.& inquit Io.de Imo. in illo.c.j.§. 1.ꝙ eo ipſo,ꝙ lex facit exemptum monaſterium à vendendo, intelligitur etiam facere exemptum,qui emit.& ſi ſtatutum permittat aliquem emere aliquid ſine ſolutione gabellæ.Intelligitur etiam permittere vendere.Et hæc quidē extenſio correlatiuorum , etiam in pœnalibus debet fieri,vnde dicit Abb.c.quia clerici.de iure patro. ꝙ lex pœnalis loquens de venditione extenditur ad emptorē,& hanc dicit eſſe cōem theoricam Bart. & legiſtarum in l.fi.ff. de acceptila. refert ſic iaſ.in conſ. 112.in 1.vol.n.2. vbi & alia ad hoc adducit fuſiſſimè,qui omnino eſt legendus. idem.

ſtatutum puniens vulnerantem, vel inferentem vulnus,nō intelligitur de modico vulnuſculo, vt eſt cōis opi. Hercul.de cautione de non offend.c.27.nu. 18.ver.ex quibus. idem.

ſtatutum contra ius commune valet & tenet. Aug.de Arimino in tract.malef.in addit.ad Ang. in ver.fama publica,nu. 48.fol.92. idem.

ſtatutum Ferrariæ de furtis,nō habet locū in crimine expilatæ hæreditatis,vt eſt cōis opi.de qua Rimin. in addit.ad Sal. in l.fi.C.de crimine expilatæ hæredi.Sed expilator punitur extra ordinē arbitrio iudicis,citra ſanguinem. Menoc. de arbitr. iudicis.caſu 199.Cyrillus in eius ſumma criminali.ti.de priua. delict.§.3.nu.6.fol.93.& furtum fieri non poteſt,niſi res ab aliquo ſit poſſeſſa.Cyrillus vbi ſ.§.5.nu.2.vide Sal.in l.ſi te.nu. 2.C.ex quib.cau.infa.irrog.iaſo.in l.ſi quis extraneus.nu. 1.ff. de acq. hær.vbi dicit,ꝙ crimen furti & crimen expilatæ hæreditatis ſunt diuerſa,quia rei hæreditariæ non fit furtum,& requiritur in furto,ꝙ verè res ſit aliena, & inſit dolus.ibi.nu. 12. Nam hæreditate iacente non fit furtum.Alb.in l. 1.§.ſcæuola. ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſſus fuer.per illum text. Bald.in l.3.C. fam.erc.& Sal.in l.ſi abducta.nu.8.C.de furt.fallit in trib.caſibus,vt ibi in glo. nam hæreditas antequàm adeatur nondum eius res poſſidentur,ideo de his non fit furtum.l.contra.§.fin. ff.rer.amot.quia in re non poſſeſſa furtum committi non poteſt.l. 1.§.ſcæuola.ff.ſi quis teſta.lib.quia hæreditas antequam adeatur non dicitur in bonis,nec ius adeundi.Balb.in trac.pręſcrip.ver. 12.prin.quæro.fol.86.col.j.tom.6. nec obſtat ſtatutum Ferrariæ, ꝙ poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem, quia illud eſt fictione iuris,& hæres ante aditam hęreditatem non eſt dominus.Bal.in l.ſi quæſtio.nu.2.C.de iis quib.vt ind. vbi com.eſſe dicit. ſecus ſi ſtatutum diceret, ꝙ poſſeſſio continuetur in hæredem,quò ad omnem effectum. Plotus in l.ſi quando.n.837.C.vnde vi.vide iaſ.in d.l.Pompo.§.j.n.8.Boſſi. de furtis.n.12.Menochium de arbitrio iudicis.caſu 300.Alex. in l.ſi quis extraneus.nu. 5.ff.de acquir.hæred.Alex.conſ.135. ad fin.in 1.vol.vbi eximit quandam mulierem.quia eſſet mulier.vide Plotum in d.l.ſi quando. C. vnde vi.nu. 837.& 838. vbi dicit hoc fallere in decreto Mediolani. Caſtr. conſ.3.in fi. in 3.vol.Amplia etiam d.ſtatutum habere tamen locum in publico & famoſo expilatore hæreditatis procedendo de ſimilibus ad ſimilia. imò de minoribus ad maiora,ſeu de poſitiuo ad cōparatiuum per locum à minori, vt poſſit in furca ſuſpendi,prout fur, vigore d.ſtatuti de furtis, vt dicit not. Bal.in l.de his,quæ n.2.per gl.ibi.C.de furtis,& ſeruo corrupto. Bonac.



Statutum de furtis non habet locum in damno dato.quia damnum eſt cum rei corruptione,furtum verò cum rei amotione & contractatione, vt eſt communis opi. de qua Plot. in l.ſi quando.n.823.C.vnde vi Pariſ. conſ.158.nu.11. in 4.vol. vbi dicit magis communem. Gratus reſponſo.154. in 2.vol. & ſtatutum non habet locum ſi quis exigit à debitoribus alicuius pecuniam,& in vſum ſuum conuertit,quia nomina debitorum non cenſentur in dominio creditoris,antequam debitum exactum ad ipſum ſit peruentum.Rui. conſ.202. n. 11. vol.2.& furtum eſt contractatio rei alienæ, quod genitiuum ſignificat dominium,vt ibi per Ruinum. Bonacoſſ.

ſtatutum non publicatum non ligat,vt eſt communis opi: de qua Plotus in l. ſi quando. nu. 858. C. vnde vi. Et quando ſtatuta recipiant interpretationem. vide per iaſ.in l.quamuis. ff.de in ius vocand. idem.

ſtatutum de furtis,vel damno dato,nō habet locum in muliere,quia maſculinum non concipit fœminum in odioſis.Etiam ſi ſtatutum diceret , quòd quilibet poſſit accuſare, quia fœmina non poterit accuſare.Plotus in l. ſi quando.n.862.C. vnde vi.communis eſt opi.de qua Ant. Grabriel. in ſuo communium concl.lib.2.concluſ.6.Ant. Bardus in tracta.de tempore vtili & continuo.c.8.nu. 15. idem.

ſtatutū loquens de cognitione hominis. Intelligitur etiam de cognitione de præterito.quòd ſcilicet cognoſcat nunc talem,& per prius cognouerit, vt eſt cōmunis opi. de qua Gargeareus inter conſ.crimi.conſ. 126.nu. 1.to. 1. idem.

ſtatuta & cōſtitutiones annullantes contractus celebratos per minores ſine certa ſolemnitate,licet iuramentum interueniat,non valent.vbi ipſa ſtatuta & conſtitutiones iuratos contractus annullant, in contrahentibus, ſinè requiſitis ſolemnitatibus,dolum & fraudem præſumentes, vt eſt cōmunis opi. de qua D.Simon inter conſ.crim.conſ. 154.tom. 1. idem.

ſtante ſtatuto,ꝙ condemnato filio de maleficio,debeat fieri exequutio in bonis caſtrēſibus, vel quaſi,& aduentitiis,nō habet locum, ſi filius fuerit contumax, vt eſt communis opi. de qua Tobias.Nonius conſ. 102.nu.4. Et in peculio aduentitio filij condemnati adeſt etiam ius conſequendi bona per patrem alienata. contra verò patrem alienantem ad precium agi non poteſt.niſi re perempta, vel præſcripta, vt eſt magis cōmunis.opi.Tobias Nonius d.conſ. 102.nu. 11.& 12. idem.

ſtatuta,ſeu decreta concedentia liberationem,ſeu indulgētiam delictorum , vel diſponentia , ꝙ banniti cancellentur de banno,non trahuntur ad banna,vel delicta futura, vt eſt com. opi.de qua Clar. q.59.verſ. ſucceſſiuè. Idem ſi ſub ſpe decreti, vel ſtatuti cōdendi,ꝙ cancelletur quis de banno, vel indulgentia liberetur,deliquit, com.eſt opi.vt ibi per Clar. d.q. 59.ver. fortius dico. idem.

ſtatutum, quòd Guelphus non accipiat in vxorem Gebelinam,non valet,vt eſt magis com.opi. de qua Petr. Rauen.in alphabe.aureo.in ver.ſtatutum,fol. 129. Bonacoſſ.

ſtatutum prohibens rem immobilem alienari in forenſem ſub pœna valet,vt eſt com.opi.Clar.q.80.ver.ſtatutum. 5.circa alienationes.Ad quod ſtatutum vide Barba.conſil.43.in 1. vol.vbi ſuper ſtatuto Ferrariæ, & D. Phannucium Lucenſem in conſ.ſuo vnico ſuper d.ſtatuto poſt tract.de confectione inuentarij. idem.

ſtatutum prohibens matrimonium non valet , vt eſt com. opi.Clar.q.82.ſtatutum.3. idem.

ſtatutum prohibens matrimonium contrahi cum forenſe, non valet ,neque quò ad prohibitionem , neque quò ad pœnam.vt eſt communis opin. Clar.q.82. ſtatutum 3.ver. Hinc infertur. idem.

ſtatutum non valet , quòd filiifamilias non poſſint contrahere matrimonium ſine conſenſu patris,vt eſt com.opi. Clar. q.28.ſtatutum.3.verſ.ſed nunquid. idem.

ſtatutum quòd de beſtiis ſoluantur tot pro gabella an valeat,& vide quæ ſcribit Nat.conſ.347.quid de damno peccuario Iodoc.pract.crim.ca. 142.& quòd pro damno animalium detur actio in dn̄um not. Dec.conſ. 550.de ordi. autem quòd pro quaſſ. beſtia ingredien̄ predium alicuius : ea accuſata exigantur tot pro pœna, & banno, not.idem Dec. conſ. 109 nu. 4. & quid veniat appellatione beſtiæ vide Iaſ. in l.poſſideri §. nerua filius.n. 10.ff.de acq.poſ.quibus adde,ꝙ ſtatutum ꝙ ſtetur iuramento damnum paſſi: ꝙ talis proba.eſt contra reg.iuris cōis.Ideo requiritur, quòd ille qui iurat ſit omni exceptio. maior docto.in l.qui accuſare C.de eden.fac.quæ not. Bal.ibi nu. 19.in l.in bonæfidei q.7.C.de reb.credi.Bar.in l.admonendi col.pen.ff.de iure iur. & de debitore qui in Inſtr̄o promiſit de damnis & intereſſe ſtare iuramēto creditoris,ꝙ poſſit eam conuentionem reuocare antequam creditor iuret,ſcribit iaſ. in l.ſi ab arbitro nu.4. ff.qui ſatiſd.cog. Sed quid de ſaltuariis vel campariis aut aliis denuntiatoribus , & dic , quòd eorum accuſationi ſtatur vti publicū officium haben̄,ſi prius iurauerint officium predictum bene & legaliter exercere, Nat. conſ. 550. num.8. & ſeq.Bar.in l.Diuus Adrianus q. 3. ff.de cuſtod. Reor.Idem Nat.d.conſ.num.9. vbi diſtinguit, quòd quedam ſunt malefic.grauia & in illis non ſtatur Denuntiatoribus,nec alij iudici coæquali l.ea quidem C.de accuſ.l. 1. C.de decur.& ſtation.lib. 12.Quædam ſunt malef.non grauia, & tunc ſecus, & ſic creditur officiali referen̄ ſe aliquem inueniſſe,puta,cum armis& ſimil.Ita loquitur tex.in l. 1.§.cura.ver.quies.ff.de off. præfec.vrb. aliàs ſufficit tantum ad inquirendum, non ad puniendum Salyce.d.l.ea quidem. q. 10.vbi quòd.ſtatur relationi Denuntiatoris vbi leue eſt delictum ex ſui ſpecie , & ex genere pœne,& hoc ad eorum ſpectat officium Nat.d.conſ.col. 3.vbi loquitur de deputatis à dominis locorum qui ſunt inueſtiti de mero & mixto imperio , & ibi etiam quid ſi ab vniuerſitate aliqua creati & deputati fuerint vt fit in noſtra Subalpina patria,vide ibi d.conſ.vbi cōcludit c.tria,Primum,quòd. poſſint agrorum cuſtodes conſtituere, Secundum ſtatuere ꝙ credatur eorum Relationi , Tertium ꝙ. Dan̄ Damnū addere poſſunt pœnam leuem.

ſtatuta dicuntur recipere interpretationem paſſiuam,ita vt interpretentur à iure communi,quemadmodum Bartol. in l. omnes populi.nu.60.ver.ſecundo caſu.ff.de iuſt.& iure ſequitur Io.de Imo.in l.ſi verò.§.de viro.num. 15.ver.quartò fallit. ff.ſolut.matr. Licet multi alij contrariam ſententiam amplexi fuerint:tamen hanc ſententiam Bart.communem eſſe dic.Io. Crot.in d.l.omnes populi.nu. 194. verſ.quærit Bar. an ſtatuta recipiant interpretationem paſſiuam.in 1.vol. repet. De qua doctrina egregiè diſputat Alex. de Imol. in l. 1.§. lex Falcidia. nu.7.& 8.ver.2.not.ff.ad l.Falcid. Kirchouius.

ſtatutum quod præfert patruos & alios agnatos fœminis, licet ſit contra ius commune.§.conſequens.§.ſequenti. in authen.de hæred.ab inteſt.venientibus.colla.9. auth.defuncto. C.ad ſenatuſc.tertul.& doct.in rub.extrà,de ſucceſ.ab inteſta. Tamen communiter doc. tradunt tale ſtatutum fauorabile eſſe,quia per illud conſeruantur agnationes, dignitates,& familiæ.l. 1.§.ſi ſeruus.ff.de ven.inſpic.conſeruantur enim agnationes & familiæ per maſculos & non fœminas.l.pronunciatio.§.fi.& Bald.in l.maximum vitium q.2.nu.2.C.de lib.præt. ita conſulendo ſcribit Ioan.de Anan. conſ.69.Et hanc magis com.opi.eſſe,multis adductis authoritatibus inquit Phil. Deci.in l.2.nu. 5.in fi.C.de in ius voc. kirchouius.

ſtatutum probari poteſt ſine ſcriptura etiam per teſtes,quia lex vel conſtitutio pro ſui eſſentia non requirit ſcripturam, ſecun.vnam opi. magis com. & veriorem, quam iudex ſequi tenetur in iudicando & decidendo,vt not.in c. 1.de conſti. Et

quod ſcriptura non ſit de ſubſtantia legis vel ſtatuti,&ideò ꝓbari poſſit per teſtes, probatur per tex.in l.1.ibi, quodcunque igitur,& in verb.interlocutus.eſt.ff.de conſtit.prin.l.2.§.his legib.ff.de orig.iur & in c.conſuetudo.j.diſtinc.& in c.1.in prin. in verb.& nō ſcripta.de iureiur.lib.6. & in c.j.iuxt.fi.de renun. libr.6.quam deciſionem plurib.confirmat Henning. Gœden. in conſ.2.de iniur.& in ord.conſ.193.nu.53. Kirchouius.

Statutum diſponens in dote data, locum habet & in dote confeſſata,teſte Oſaſc.deciſ.20.n.8.quam concl.maxime procedere dicit,quando confeſſio facta non eſt ſub ſpe futuræ numerationis,vel renunciatum eſt excep. non nu.dotis,lapſumq́; eſt tempus opponeñ excep. quia tunc per confeſſionē probatur cont.ipſum confiteñ naturalis numeratio, Oſaſc.d.deciſ.nu.10.

## STATVTVM.

*Summaria.*

Rubricæ ſtatutorū, aut conſtitutionum, an & quando poſſint allegari ad decidendas cauſas.q.1.

Rubricam ſeu titulum ſtatuti,aut conſtitutionis,rectè allegari ad deciſionem omnium caſuum,qui ſub generali Rubrica comprehēduntur:licet ſpecialiter in nigro (vt loquuntur) non exprimantur.q.2.

Rubrica generaliter concepta,hoc modo:Extantibus filiis maſculis, filiam dotatam ſuccedere nō debere. Atque dehinc in nigro ſpecialiter caueatur, & exprimatur, filiam dotatam extantibus maſculis,non ſuccedere debere matri,vel auię maternæ,licet patris mentio non fiat, tamen propter generalitatem rubricæ etiam à patris ſucceſſione eam excludi. ibid. §. hinc infertur.

Vtrum Rubricæ ſtatutorum prohibitoriæ,orationem perfectam continenti poſſit renuntiari.q.3.

Statutis prohibitoriis renuntiari non poſſe.ibid.

An quilibet populus,vel ciuitas poſſit ſtatutū cōdere.q.4.

ſtatuta contra bonos mores, aut ſuper rebus, vel negotiis, ſuper quibus diſponentes non habent poteſtatem,inualida eſſe.ead.q.§.& hæc concluſio.

ſtatutum,quo diſponitur filios ſpurios patri ſuo ex teſtamēto,vel alia vltima voluntate poſſe ſuccedere,nō valere:& quæ ſit huius ratio.ead.q.§.ex quo infertur.

ſtatutum,quo cauetur,vt creditor, ſi infra decennium non petierit,perdat debitum,nec poſſit vlterius exigere, non valere:& quæ ſit huius ratio.ead.q.§.ſecundò infertur.

Malam fidem excludere quamcunq; præſcriptionem,ſiue ciuilem,ſiue canonicam.ead.q.d.§.ſecundò infertur.

Bartoli opinio,de præſcriptione debiti decennalis,per ſtatutum introducenda,reiecta & improbata.ead.q.§.contrarium.

ſciens rem eſſe alienam,nunquam poteſt eam per præſcriptionem,vel vſucapionem ſine peccato acquirere.ead.q.dic.§. contrarium.in fin.

ſtatutum,quo permittitur in aliquo caſu,non ſeruare iuramentum,& ſic occaſio datur periurij,eſſe cōtra ius Diuinum: Ideoque non valere.ead.q.§.tertiò infertur.

ſtatutum quandoque per indirectum condi poſſe contra iuramentum,vel eius obſeruantiam.ead.q.vlt.

ſtatutum tollens legitimam liberis debitam, an & quando valeat.q.5.

Legitima deſcendentib.debita iuris naturalis eſt.ead.q.

Ius naturale eſſe immutabile.ibid.

ſtatuta contra ius naturale non valere.ibid.

ſtatutum generaliter aliquem à ſucceſſione excludens, an & qñ videatur eum à petitione legitimę quoq; excluſiſſe.q.6.

Per ſtatutum in totum tolli poſſe legitimam propter fauorem agnationis,& familiæ,q̄ conſeruatur per maſculos.ead.q.

Liberos non poſſe excludi ab alimentis, etiam iis caſibus, quibus legitimam eis auferre licet.ibid.

ſtatutum obligās & iubens patrem ſoluere ex legitima pro delicto filij,an valeat.q.7.

legitima aſcēdentib.debita,an penit⁹ tolli poſſit ſtatuto.q.8.

ſtatutum reſpiciens perſonæ alicuius præiudicium, vel odium,an & quatenus valeat.q.9.

Abbatis opinio,exiſtimantis, ſtatutum in alicuius præiudicium,vel odium conditum,nullum eſſe,ac ipſo iure non valere.probata: Et in qua ſpecie ſit admittenda, eiuſdemque cum communi conciliatio.ead.q.

ſtatutum in præiudicium alicuius factum,vt infirmetur,appellatione,vel ꝓteſtatione,aut cōtradictione opus eſſe.ead.q.

ſtatutum diminuens ſolennitatem teſtamenti circa n.7.teſtium de iure communem & receptam doc.ſententiam.q.10.

ſeptem teſtium ſolennitas requiſita in teſtamento,introducta eſt de iure ciuili.ead.q.

Contra ius ciuile,aut ea quæ iure ciuili diſpoſita ſunt,ſtatuta condi poſſe.ead.q.

In patris teſtamento inter liberos,duo:&à ruſticis condito, quinque teſtes ſufficiunt.ead.q.

Principem ex iuſta & rationabili cauſa, poſſe diſtinguere ius naturale,vel gentium.ead.q.

Conſtitutio principis vel Imperatoris,ius naturale,vel gentium:ob iuſtam cauſam,diſtinguens, in iis caſibus, quibus ratio diſtinctionis ceſſat,locum habere non debet.ead.q.

Iure diuino,in ore duorū,aut triū cōſiſtere omne verū.ea.q.

Amplior, quàm duorum, triúmve teſtium numerus iure ciuili ſtatutus,diminui mutarique ſtatuto poteſt:Idq́; authoritate iuris diuini.ead.q.in fin.

An & quatenus ſtatuta alicuius loci,vel ciuitatis ligent forenſes, vel non ſubditos, tàm in vltimis voluntatibus, quàm contractibus.item ſucceſſionib.ab inteſtato.q.11.

In his quæ reſpiciunt formam & ſolennitatem contractus: Item quò ad deciſionem litis & cauſæ merita ex ipſo contractu originē trahentia, inſpicienda ſunt ſtatuta loci contractus celebrati,ſiue ſubditi ſint,ſiue extranei,qui cōtraxerunt. ead. q.§.primus caſus.

In repetitione,ſeu exactione dotis,nō ſtatuta loci celebrati ɔ̄ctus,ſed ſtatuta loci domicilij mariti,inſpicim⁹.e.q.§.limita.

In his quę reſpiciunt proceſſum & ordinationē litis,ſeruanda ſtatuta loci iudicij,nō cōtractus celebrati.e.q.§.in his verò.

ſtatutum minuens numerum 7. teſtium, in teſtamento de iure communi requiſitum,extenditur quoque ad extraneos, in loco,vbi ſtatutum viget exiſtentes. ea.q.§.ſecundus.

ſtatutum, quò ad bona, in loco,vbi ſtatutum viget,ſita,extenditur etiam ad forenſes:ſiue ſtatutum hoc reſpiciat vtilitatem & commodum forēſium, ſiue damnum & præiudicium. ead.q.§.tertius caſus.

ſtante ſtatuto, quòd mater non ſuccedat filio, niſi in certa parte bonorum, mater forenſis vel extranea non admittitur ad ſucceſſionem filij ab inteſtato,niſi in illa parte tantùm.ead. q.§.hinc infertur.

In ſucceſſionibus ab inteſtato ſemper attendimus ſtatuta illius loci,in quo bona defuncti ſita ſunt. nō autem vbi defunctus deceſſit,aut hæres domicilium habuit.Idque indiſtinctè, ſiue ſtatutum ſit cōceptum in rem,ſiue in perſonam.e.q.in fi.

An ſtatutum prohibens vendere certis perſonis, puta, non ſubditis,includat clericos.q.12.

Vtrum ſtatutis,vel conſuetudinibus alicuius Regni,vel Ducatus,obligentur ipſi Reges,vel Duces.q.13.

An & quatenus princeps lege ſua teneatur.ead.q.

Quoties prouincia,caſtrum,vel villa, quò ad diſtrictum,& iuriſdictionē,adiicitur alicui Ducatui, aut Comitatui acceſſoriè, neque retinet nomen regalis dignitatis:tūc debent homines eius regi ſm ſtatuta & conſtitutiones Regni vel Ducatus cui adiicitur: ſecùs ſi non acceſſoriè,ſed principaliter adiiciatur.q.14.

ſtatutum, quo cauetur, vt teſtamentum coram tribus vel 4.teſtibus factum,valeat,extendi etiam ad bona extra territorium.ſita.q.15.

ſtatuta permittentia,quod iure communi quidem in genere licet, ſed ratione ſolennitatis, de qua ſtatuto diſponitur, prohibetur,extra territorium vigorem ſuum extendere.ea.q.

Actus,licet iuxta ſolennitatem ſtatuti,& à ſubdito celebratus,ſed tamen extra territorium,in quo ſtatutum viget,inualidus eſt.ead.q.

Actus celebratus ſecundum ſtatuta alicuius territorij,etiam à non ſubdito,an & quando valeat.ead q.in fin.

ſtatutum de hæreditate ab inteſtato aliter diſponēs, quàm iure communi cautum eſt,an extendatur ad bona extra territorium ſtatuentium ſita.q.16.

ſtatutum ſimpliciter aliquid diſponens, debet intelligi ſecundum ius commune,etiamſi ita intelligendo nihil addat iuri communi:& quæ ſit huius ratio.q.17.

ſtante ſtatuto,quòd inſtrumentum confeſſionatum habeat executionem paratam, tamen non denegari moræ purgationem,ead.q.in fi.

An ſtatutum, diſponens, quòd in cauſis decidendis rigor iuris ſeruari debeat,excludat moræ pugationem. quæſtio 18. remiſſiuè.

ſtante ſtatuto,quòd pro aliquo delicto manus amputetur, an ſi delinquens habeat manum aridam, illa debeat abſcindi. quæſt.19.

ſtatutum diſponens & loquens in contractu, habeat ne locum in liberatione,& renunciatione.q.20.

Quę fœmina,prohibente ſtatuto, ſine cōſenſu propinquorum



rum obligari non poteſt,ea nec hæreditatem citra eorundem conſenſum,poteſt adire.q.21.

Mulier ſtatuto prohibita contrahere ſine conſenſu propinquorum,nihilominus hæreditatem adire poteſt q.22.

Adire hæreditatem, non eſt propriè contrahere,ſed quaſi. ead.q.

Verba ſtatutorum propriè & ſtrictè eſſe intelligenda ead. q.in fi.

Statutum diſponens, ꝙ mortua vxore ſine liberis, maritus lucretur dotem, habere locum etiam in dote promiſſa, nec dum tradita.q.23.

Cum ſtatuto cauetur, ꝙ filia debeat dotari arbitrio propinquorum,an propinqui poſſint arbitrari minus legitima.q.24.

An ſtatutum imponens pœnam capitalem, debeat intelligi de pœna mortis.q.25.

Primogenito, qui ex ſtatuto ſuccedit ī regno,præmoriēte, relicto filio:an filius iſte præferatur patruo ſuo in ſucceſſione regni.q.26.

Arbiter electus ad pronunciandum ſecundum iura poteſt & debet iudicare ſecundum ſtatuta & conſuetudines.q.27.

Nomine,ſeu appellatione iuris, contineri quamcunque iuris partem vel ſpeciem.ead.q.

## QVAESTIO I.

Quæro,vtrum rubricæ ſtatutorum,aut conſtitutionum ad decidendas cauſas allegari poſſint? Reſp. communis & recepta doct.opinio eſt,ꝙ rubricæ,ſiue tituli ſtatutorum æquè ad cauſas decidendas allegari poſſint,ſicut ipſa ſtatuta aut conſtitutiones,dummodò orationem perfectam contineant. ita tenet gl.in proœ.6.verb.tit.gl.diſt.1.ti.de pœniten.§.hæc autem verba.& firmat Ab.in proœ.decr.verb.rex.n.2.Fel.rub.ext.vt lit.non conteſt.Alex.in conſ.190.n.5.lib.2.Io.de Imol.rub.ff. de ver.ob.Alex.n.4.ibi Iaſ.& Rip.n.9.& vltra prędictos doct. de communi teſtantur plures alij relati per Eberhar. in Topi. in loco à rubro in prin.

## QVAESTIO II.

Sed quid ſi ſtatutum vel ɔſtitutio ſit ſpecialior rubro? Reſp. ꝙ rubrica nihilominus allegari poſſit ad deciſionem omnium caſuum, qui ſub generali rub.comprehenduntur, nec reſtringatur per tex.ſpecialem.ita tenet gl.auth.vt fac.no. cōſti.ver. huiuſmodi.& firmat Alex.l.1.n.4.& ibi cōmunem dicit Rip. n.13.ff.ſi cer.pe.Card.Pariſ.conſ.53.nu.95.Alex.in conſ.190. n.4.lib.5.conſ.6.lib.3.Dec.conſ.527.Pet.Gerhar.ſing.7.incip. quando rubrica eſt generalior nigro.Alex.in conſ.1.nu.7.lib. 3.Eberhar.d.loco.ver.quod autem contra.& tenet gl.l.vni.& ibi Bar.C.de capi.ciuit.cenſ.exim. quam communiter approbatam eſſe dicit Iaſ.d.l.1.

Hinc infertur,ſi in rub.ſtatuti generaliter dicatur,ꝙ extantib. filiis maſculis filia dotata non ſuccedat, & poſtea nigrum ſpecialius ſtatuat, ꝙ filia dotata extātib.maſculis nō ſuccedat matri,vel auiæ maternæ,& de patre nulla fiat mētio, propter titulum generalem,filiam dotatam etiam à patris ſucceſſione excludi,ita conſulendo tenet Pau.de ca.cōſ.134.inci.præſens caſus modicam dubitationem habere videtur.quem ſequitur Alex.d.l.1.ff.ſi cer. pe.Iaſ.rub.inſti.de actio.n.17.Pet.Gerar.d. ſing.7.&hec opinio ſecundum eos magis communis & vera eſt,licet contrarium teneat Iaſ.d.l.1.

## QVAESTIO III.

Sed quęro,Nūquid rubricæ ſtatutorum prohibitoriæ orationem perfectam continenti poſſit renunciari? Reſp. ꝙ non, ſicut nec ipſis ſtatutis prohibitoriis, ita tenet gl. communiter approbata l.1.C.ne fideiuſ.dot.dent.Bart.l.2.C.e.tit.& firmat Io.de Imo.ca.cùm contingat.extrà,de iureiur.& iaſ.vbi com. dicit.n.C.ſi aduer.vend.Tiraq.in tract.de iur.primogen.q.24. Eberhar.d.loco.in fi.

## QVAESTIO IIII.

Quæro,an quilibet populus, vel ciuitas poſſit ſtatuta condere? Reſp.ꝙ ſic,& iſta eſt com.opi.ſiue is populus iuriſdictionem habeat,ſiue nō,vt firmat iaſ.in l. omnes populi.in lect.n. 2.& n.26.& in rep.nu.7.ff.de iuſtitia & iure.Alber.de Roſa.in tract.ſtatu.par.1.q.8.canoniſtæ communiter,& in ſpecie Ab. in c.quod clericis.extrà,de for.comp.c.fi.& ibi Roch.Cur.extrà,de conſuet.Alex.l.1.ff.de iuriſd.omn.iud. Eandem opi.firmant Bald.Salic.& Alber.d.l.omnes populi.Bal.l.2.C.de conſtit.pecu.

Et hæc cōcluſio indiſtinctè procedit in iis rebus,vel negociis,de quib.ſtatuentes liberam habent ſtatuendi poteſtatem, quęque principis aut ſuperioris præiudicium non reſpiciunt, aut etiam bonis morib.non repugnant,neque libertatem eccleſiaſticam infringunt.

De aliis verò,ſuper quib.diſponendi poteſtatem nō habēt, ſtatuta condita inualida ſunt,ſecundum communem & receptam doct.ſententiam,vt firmant doct.in locis præal.Ab.Fel. & Dec.in c.quæ in eccleſiarum ext.de conſti.Bapt.de Caccialup.l.cunctos populos.n.169.& ſeq.

Ex quo infertur non valere ſtatutum, per quod diſponitur filios ſpurios patri ſuo ex teſtamento, vel alia vltima voluntate poſſe ſuccedere, quia tale ſtatutum eſt ɔ̄ bonos mores,& præbet occaſionem fornicandi c.quemadmodum. de iureiu. & hanc opi.tenet Are.in d.l.cūctos populos.n.15. Bald.n.13. Iaſ.l.ait prætor.in prin.n.12.ff.de iureiu.eandem dicit eſſe cōmunem Dec.ī c.præſentia.n.124.de probat.Nicol.Boer.deci. 127.n.9.Bapt.de Caccialup.d.l. cunctos populos.n.160. Hāc quoque dicit eſſe communem ferd. Loazes in tract.de matrimo.2.dubio.n.7.cum multis per eum allegatis. Io. Gualden. in trac.de arte teſtandi ti.1.caut. 14.n.1.Guliel.de Bened rep c. Rainutius.in prin.n.39.& eam tenet Bar.Soc.in conſ.95.n.9. vol.4.Are.in l.teſtamenti factio.ff.de teſta.

Secundò infertur,non valere ſtatutum, quo diſponitur, ꝙ creditor perdat debitum,nec poſſit vlterius exigere,ſi ī.decēnium non petierit,tanquam nutritiuum peccati,& quod fundatur in mala fide,quæ omninò excludit quamcūque præſcriptionem ciuilem ſiue canonicam,ita tenet Bart.contra morē ſibi contrarius in rep.l.omnes populi. n. 24.ff.de iuſtit.& iur. Ang.& Imol.l.quod te.ff.ſi cert.pet.Ale.in conſ.51.volu.5.& hanc opi.Bart.in d.l. omnes populi dicit eſſe veriorem Imo.l. ſequitur.§.ſi viam.ff. de vſuc. & eam dicit communem in cōſ. 16.n.1.& conſ.46.n.2. eandem dicit eſſe com.opi. Crotus in d.l.omnes & in l.nemo poteſt.ver.quærit etiam Bart.& ibi Ripa.n.116.ff.de leg.1.Balb.in trac.præſc.2.par.3.par.prin.q.13. & 14.Gomeſ.in prin.inſtit.de actio.n.67.& hanc quoque dicit eſſe communem Phil.Prob.in addit.ad Io. Mona.in c.1.n. 16.de præſcrip.lib.6.& hoc tenet Matthæ.de affli. in conſtit. Neap.li.3.rub.31.n.4.Gozad.in conſ.56.n.13. Bertrand. conſ. 184.n.5.vol.2.

Contrarium,ꝙ tale ſtatutum valeat,tenet Bar. in d.l.ſequitur.§.ſi viam.n.4.& in l.1.nu.3.ff.de vſucap.idem in fortiorib. terminis tenet in d.l.nemo poteſt.n.22.dicens, quòd in tantū procedat,vt nec pacto renunciari poſſit, quia tale ſtatutum introductum eſt in fauorem publicum,& odium negligentis,& iſtam ſententiam amplectitur Iaſ.in prin.inſti.de actio. n.100. ſed prima opinio verior & cōmunior eſt,vt ex alleg.patet.pro qua etiam facit,quia cauſa ſtatuti non excludit peccatum,iuxta doctrinam Bart.communiter approbatam.d.l.omnes.n.22. cùm res aliena ab eo, qui eam alienam nouit, nunquam abſque peccato poſſit acquiri.

Tertiò infertur, non valere ſtatutum permittens nō ſeruare iuramentum in aliquo caſu, cùm ſit nutritiuum peccati, & inuitet homines ad delinquendum, quia iuramentum hoc caſu abſque peccato periurij nemo tranſgreditur,quod eſt contra ius diuinum.ita probat tex.in c.ſi verò.ca.cùm contingat. ext.de iureiur.& ibi Doct.communiter. Hanc opi.tenet quoque Pau.de caſtr. in auth.ſacramenta puberum.& ibi Iaſ.dicit hanc ſententiam Pauli eſſe veriorem.n.82.Io.Andr.quem ſequuntur ibi omnes doct.c.tua nobis.el.1.ext. de decim.Fran. Are.conſ.8.incip.abundè. eandem opi.tenet idem Pau.de ca. in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.& eſt communis ſecūd.Iaſ.in d. auth.nu.83.

Limita tamen,ꝙ, licet ſtatutum contra iuramentum vel eius obſeruantiam directè condi non poſſit,per indirectum tamē id fieri poſſe,receptum ſit,ita tenet Bart.in l.omnes populi.2.q.3.princip dicens,ꝙ ita vidit obſeruari,quem ibi ſequūtur doct.ff.de iuſtit.& iur.Pau.de ca & Sali.d.auth.ſacramēta puberum.& ibi Iaſ.dicit hanc eſſe com opi.n.85.Pan.in conſ. 72.inc.quinque dubia.vol.1 Rom.cōſ.12.inci.viſo facto propoſito.Ale.conſ.59.incip.viſo inſtrumento,vol.1.conſ.38.in cip.viſa petitione.vol.3.

## QVAESTIO V.

Quæro,an valeat ſtatutum,tollens legitimam filiis debitā? Reſp. communis & recepta doct.ſententia eſt, legitimam filiis debitam ſtatuto aut conſuetudine vel alio iure ciuili penitus tolli,aut diſtingui nō poſſe,niſi ex iuſta & rationabili cauſa.ita tenet Bart.in l.Titio centum.§ fi.ff.de cōdi.& demonſt. Alex.in conſ.55.vol.2.conſ.134.nu.32.vol.7. Hanc dicit eſſe communem opi.Iaſ.in l.quoniam in priorib nu.3. & in auth. nouiſſima.n.56.C. de inof.teſta. Dec.l.iura ſanguinis.ff.de re. iur.Ratio eſt,quia legitima in gn̄e deſcendentib.debita,eſt iuris naturalis,qđ immutabile eſt,& certum eſt, ſtatuta ɔ̄ ius naturale condita nō valere,ſi ius naturale vel penitus tollant vel abſque iuſta & legitima cauſa diſtinguāt,vt communiter tradūt doct.in d.l.omnes populi.& in ſpecie,Baptiſ.d.Caccialup.

& Crotus,canoniſtæ communiter,poſt Ab.Fel.& Dec.c.quæ in eccleſiarum.ext.de conſti.arg.c.paſtoralis.de ſen.& re iudi.

QVAESTIO VI.

Sed quæro,vtrum ſtatutum excludens aliquem à ſucceſſione,intelligatur ipſum excluſiſſe quoque à petitiõe legitimæ? reſp.ꝙ in iis caſib. in quibus ſtatutum poteſt in ſpecie aliquẽ excludere à legitima,ſi excludat ipſum generaliter à ſucceſſione, intelligitur quoque excluſiſſe à petitione legitimæ, vt firmat Ang.conſ.105.inci.ſtatuto cauetur.Pau.de ca.conſ.110. incip,ſi domina Cornelia.& conſ.135.incip.viſo puncto.Ale. l.Gallus.§.& quid ſi tantum. ff.de liber.& poſth. vbi ſubdit ſe nunquam voluiſſe conſulere pro parte contraria.eandem dicit eſſe communem Soc.conſ.288.cum ſeq.vol.2.& Dec.ↄſ. 26.cum multis per eum alleg.&in conſ.276.Aym.Crauet.ↄſ. 11.& vltimo.Dec.conſ.305.nu.9.& eam tenet Bald.in l.cum lege.C.de epiſc.& cler.Vbi dicit ꝙ fauore agnationis & familiæ, quæ per maſculos conſeruatur poteſt ſtatutum in totum legitimam tollere.& tenet Curt.iun.conſ.10.licet ab alimentis excludi non poſſint. Eandem cum pluribus allegatis dicit eſſe communem Tho.Gram.deciſ.101.n.6.

In iis autem caſib. in quibus ſtatutum non poteſt aliquem in ſpecie excludere à legitima , ſtatutum excludens aliquem ſimpliciter à ſucceſſione, non intelligitur ipſum excluſiſſe à petitione legitimæ,ita communiter teneri firmat Soc.in cõſi. 150.vol.1.

QVAESTIO VII.

Nunquid autem ſtatutum, inducens, quòd pater teneatur ſoluere condemnationem vel legitimam pro filio valeat,dixi j.c.filius.q.23.

QVAESTIO VIII.

Sed quæro.Nunquid legitima aſcendentib. debita penitus ſtatuto tolli poſſit?reſp.ꝙ ſic,& hæc eſt com.opi.ſec. Bald.l.1. §.ius naturale.ff.de iuſti.& iur.& firmat Ang.conſ.105.Rom. conſ.32.& Pau.de ca.conſ.344.

QVAESTIO IX.

Quæro,vtrum ſtatutum reſpiciens ſingularis perſonæ præiudicium,vel odium valeat?reſp.ꝙ non, dummodò fuerit appellatum,ita tenẽt in l.omnes populi.n.53.ff.de iuſti.& iu.Bal. &iaſ.l.1.n.3.cum ſeq.ff.de leg.Franc.Ripa.lib.1.reſp.c.22.n.4. Io.Crot.d.l.omnes populi ver.decima concluſio. Licet cõtrarium ſed malè teneat Ab.c.cùm omnes.n.2.ext.de conſti. ca. conſuluit.el.3.nu.4.de appel.ꝙ.ſ.ipſo iure non valeat,& ita ꝙ poſſit dici nullum. ſed primam opinionem contra Abbat. dicit eſſe communem Dec.d.c.cùm omnes.& d.conſuluit.n.32. quod ita demum non valeat,ſi ab eo appellatum vel illi reclamatum fuerit. eandem opi. contra Ab.dicit eſſe communem Cur.iu.l.fi.n.25.C.de edic.Diui Hadri.tol.& in l.2.n.7.ff.quod quiſque iur.poſſent tamen hę opiniones conciliari,ſi dicatur opinio Abb. procedere, quando ſtatutum eſſet conditum in præiudicium alicuius de collegio,qui tempore conditi ſtatuti contradixiſſet vel reclamaſſet: tunc enim ſtatutum eſt nullum,ex quo contradicens eſt ſanior pars capituli,in quo videtur reſidere ius capituli. Idem ſi alterius non de collegio præiudicium reſpiciat,& vnus de collegio contradicat.ita cõcordat Are.rub.n.46.de conſtitutionib.

QVAESTIO X.

Quæro,vtrum valeat ſtatutum diminuens ſolennitatẽ numeri ſeptem teſtium de iure communi requiſitam?reſp.diuerſæ ſunt opiniones,vt per iaſ.in l.cunctos populos.lect.1.n.31. cum ſeq.& lect.2.n.81.& ſeq.ſed magis com.eſt,quod valeat vt dixi j.c.4.q.36.quia ſolẽnitas teſtium 7.eſt ſolum introducta de iure ciuili.l.hac conſultiſſima.C.de teſta.&certum eſt ↄ ea quæ iure ciuili diſpoſita ſunt,ſtatuta cõdi poſſe.§.ſed naturalia.inſti.de iur.natur. ſic imperator ſtatuit in teſtamento patris inter liberos duos teſtes,& à ruſticis condito quoque ſufficere. Vnde ſicut lege contraria imperator hoc ſtatuit, ita etiam ſtatuto vel conſuetudine id fieri poſſe dubium non eſt.

Non obſtat,ꝙtale ſtatutum inducat occaſionem delinquẽdi,falſitatis, ſc.committendæ, quia non eſt præſumendum id fuiſſe de mente ſtatuentium, ſed quod plurimùm conſiderẽt de legalitate ſuorum ciuium,vnde cùm ceſſet ratio,ſ.fraus,teſtamentũ valet. Nãq; licet princeps ex iuſta & rationabili cauſa poſſit ius naturale vel gentium diſtinguere. Tamen ſi eo caſu de quo agitur,ceſſat illa ratio ſine cauſa,conſtitutio illa ſeruanda nõ eſt.Vnde quoque cùm ius diuinum generaliter diſponat in ore duorum aut trium conſiſtere omne verbum, licet leges ciuiles ampliorem numerum requirant,falſitatis euitãdæ gratia,ſi illa cauſa in rei veritate ceſſet,minorem numerum ſtatuto induci poſſe certum eſt. Vtrum autem tale ſtatutum extendatur ad forenſes,ſtatim dicemus.

QVAESTIO XI.

Quæro,vtrum forenſes, vel non ſubditi ligentur ſtatutis alicuius loci vel ciuitatis?Reſpon.quòd in hoc caſu plures ſunt conſiderandi caſus.

Primus caſus eſt in contractib.in quo concludo ſecundum doctrinam.Bar.communiter approbatam in l.1.C.de ſum.tri. vt firmat ibi iaſ.in 2.lec.n.55.ꝙ in his,quę reſpiciunt formam ſiue ſolennitatem contractus,attendi debẽt ſtatuta loci cõtractus celebrati , ſiue contrahentes ſint ſubditi , ſiue extranei, Bart.Bald.iaſ.d.l.1.Card.Pariſ.conſ.99.n.54.vol.j.idem in his, quæ deciſionem litis vel merita cauſæ reſpiciunt,ſi ipſa oriantur ex ipſo contractu, inſpicimus enim locum contractus celebrati.Bart.Bald.iaſ.n.22.& 58.2.lect.& doct.communiter d. l.1.Soc.conſ.266.vol.2.& conſ.103.vol.4.

Limita hanc communẽ non procedere in dotis contractu, quia quò ad effectum inſpicimus ſtatuta loci domicilij mariti,non loci contractus celebrati.De hoc eſt tex. expreſſus in l. exigere dotem.& ibi communiter Doct. ff.de iudic.vt firmat Gram.deciſ.103.n.132.Matthæ.de affli. deciſ.226.n.9.& 10. vbi dicit ita tenendum eſſe.eandem opi.tenet Ang.d.l.exigere dotem.dicens,ꝙ hæc eſt veritas. Ant.de But.c.1.&ibi Ab. de ſponſal.& hanc dicit quoque com.opi.eſſe iaſ.d.l.cunctos populos.n.24.& firmat Alex.conſ.101.incip. ex inſpectione dictorum ſtatutorum.

In his verò, quæ proceſſum, & ordinem iudicij reſpiciunt, inſpicimus locum iudicij,non contractus,ita tenet Bart.Bald. iaſ.d.l.1.n.20.lect.1.& lect.2.n.57.quæ doctrina Bart.communi calculo approbata eſt.

Secundus caſus eſt in vltimis voluntatib.in quo concludo, ſtatutum minuens numerum.7.teſtium,in teſtamento de iure communi requiſitum, extendi quoque ad extraneos & forenſes in loco vbi ſtatutum viget, exiſtentes. ita tenet Bart.& doct.d.l.cunctos populos.&ibi iaſ.dicit hanc eſſe magis com. opi.nu.40.1.lect. & idem Bar.l.de quibus. ff.de legib.Bald.l.ſi non ſpeciali.C.de teſta.

Tertius caſus eſt in ſucceſſione.ab inteſtato.in quo concludo,ſtatutũ indiſtinctè extendi ad forenſes quò ad bona in loco vbi ſtatutum viget,ſiue tale ſtatutum viget, ſiue tale ſtatutum vtilitatem forenſium, ſiue damnum vel præiudicium reſpiciat,& iſta eſt comm.opi.quam firmat Ab.alleg.101.Alex. 111.vol.7.Soc.cõſ.36.n.7.vol.1.Pe.de Anch.c.canonum ſtatuta.ext.de conſtit.

Hinc infertur,ſtante ſtatuto,ꝙ mater non ſuccedat filio niſi in certa parte bonorum , matrem quoque forenſem non admitti ad ſucceſſionẽ filij ab inteſtato,niſi in illa parte tm̃. Et hęc eſt verior & cõmunior opi.ſecundum preal.doc.licet cõtrariam voluerit ↄſulendo idem Alc.in conſ.41.vol.7.Namque in ſucceſſionib. ab inteſtato ſemper attendimus ſtatuta illius loci,in quo bona defuncti ſita ſunt,non autem vbi defunctus deceſſit, aut hæres domicilium habet, idque indiſtinctè ſiue ſtatutum ſit conceptum in rem, ſiue in perſonam, atque hæc ſententia communiter recepta eſt,vt firmat Alex.in cõſi. 19.vol.6.& conſ.128.conſ.16.vol.1.Corn.conſ.162.lib.3.& conſ.202.lib.2.Soc.conſ.298.vol.2.

QVAESTIO XII.

Quæro.an ſtatutum prohibens vendere certis perſonis,puta non ſubditis,includat clericos? reſp.ꝙ non,quia eſſet cõtra libertatem eccleſiaſticam,& hęc eſt com.doct.ſententia,vt firmat Fel.in ca.eccleſia S.Mariæ,ver.nonò quæro.& eam tenet Io.And.&Gemi.c.fi.de immu.eccleſ.li.6.Bart.l.filiusfamiliàs. §.diui ff.de leg.1.Alex.in conſ.214.vol.2.

QVAESTIO XIII.

Quæro.vtrum ſtatutis vel conſuetudinib.alicuius regni vel ducatus obligentur ipſi reges vel duces? Reſp.ꝙ ſic,dummodò eiuſmodi ſtatuta regni vel ducatus conſenſu ſint condita & promulgata.& hæc eſt communis & recepta doct. opin.vt firmat Soc.conſ.58.volu.3.Andræ.Tiraq.de vtroque retract. par.1.§.1.gl.13.n.29.Licet enim princeps,quatenus princeps non ligetur lege ſua: tamen ipſe quò ad patrimonium ſuum priuatum,vt priuatus obligatur ex diſpoſitiõe legis ſuæ. Zaſ. & doct.in l.digna vox.C.de legib.

QVAESTIO XIIII.

Quæro,Vtrum ſtatutis alicuius ducatus ligentur homines alterius prouinciæ , caſtri vel villæ iſti ducatui quo ad diſtrictum & iuriſdictionem ſubiecta eſt?Reſpon.quòd ſecundum communem & receptam doctor.ſententiam,prouincia ſi adiiciatur regno,vel caſtrum aut villa comitatui acceſſoriè, neque retineat propriè nomen regalis dignitatis , tunc regi debent ſecundum ſtatuta & conſtitutiones iſtius regni vel ducatus,ſecùs ſi non acceſſoriè ſed principaliter adiiciatur.

Ita no



Ita not.Bart.l.ſi conuenerit.§.ſi inſula.ff.de pig.actio.quem ibi ſequuntur Sali.Pau.de caſt.& doct.Bar.poſt gl.in l.ex ea.ff. de poſtul.Et hæc eſt com.opi. vt teſtatur Alex.l.1.nu.10.& ſeq. & Rip.nu.16.ff.de leg.1.Abb.c.2.n.5.ext.de relig.domib.Soci.iu.conſ.80.nu.9.vol.1.Ruin.conſ.219.nu.7.vol.1.Crauet. in tract.de antiq.tempo.par.4. §.tranſeo. nu.35. Et eam tenet Hier.de Mont.in tract.de finibus.c.3.nu.5.iaſ.l.ſi eadem.nu.3. ff.de aſſeſſor.

QVAESTIO XV.

Quæro,vtrum ſtatutum,quo cauetur, vt teſtamentum coram tribus vel quatuor teſtibus factum valeat,extendatur ad bona ſita extra territorium?Reſp.doct.in hac q.fuerunt varij, vt refert ſpec.tit.de inſtru.edit.§.compendioſè.verſ.quid ſi de conſuetudine. Verior tamen & communior opinio eſt , tale ſtatutum extendi quoque extra territorium, quò ad hoc , vt in bonis etiam extra territorium ſitis ratum ſit.Et ꝙ iſta ſit cõmunis opi.firmat practica papienſ.in for.lib.quo pet.hære.ex teſta.Et eam tenet Bar.nu.36.& 37.poſt Cy.in d.l.cunctos populos.& ibi iaſ.nu.91.in 2.lect.dicit hanc eſſe communem opi.Namq; communiter receptum eſt,ſtatuta permittentia id, quod ſecundum iuris communis diſpoſitionem in genere quidem permiſſum eſt,ſed ratione ſolennitatis, de qua ſtatuto diſponitur, prohibitum, extra territorium vigorem ſuum extendere,non quidem vt talis actus ſecundum ſolennitatem ſtatuti extra territorium etiam à ſubdito celebratus valeat, ſed ad hoc vt intra territorium etiam à non ſubdito celebratus vbique locorum valeat, non tantùm in iis bonis, quæ habuit in loco , vbi actus geritur , ſed in omnibus vbique locorum ſitis,vt firmant doct.alleg.

QVAESTIO XVI.

Quæro , An ſtatutum de hæreditate ab inteſtato aliter diſponens , quàm iure communi cautum eſt, extendatur ad bona extra territorium ſtatuentium ſita?Reſp.in hoc articulo doctor. variè locuti ſunt.Bart.in d.l.1.C.de ſum.trinit.diſtinguit an ſtatutum conceptum ſit in rem,vel in perſonã.Primo caſu, vt ſi ſtatutum dicat,ꝙ bona defuncti perueniant ad filium primogenitum , vel ꝙ bona deſcendentium perueniant ab inteſtato ad aſcendentes excluſis tranſuerſalibus, tunc debent attendi ſtatuta iſtius loci,in quo bona ſita ſunt.

Secundo caſu,vt ſi ſtatutum diſponat ꝙ primogenitus diſcedat,vel ꝙaſcendentes ſuccedant ab inteſtato deſcendentib. excluſis tranſuerſalibus,tunc ſtatutum extendit etiam effectũ ſuum extra territorium ad quæcunque loca. Ita tenet pract. papienſ.de for.libell.quo pet.hæred.ex teſta.verb.vallatum.

Contraria tamen opinio communiter recepta eſt,ꝙ ſ.ſtatutum in ſucceſſione ab inteſtato aliter diſponens , quàm iure communi ſtatutum eſt,nullatenus ad bona extra territorium ſita extendi,ſiue ſit conceptum in rem,ſiue in perſonam,vt firmat Alex.conſ.128.& conſ.16.vol.1.Card.Pariſ.conſ.84.nu. 43.vol.1.

QVAESTIO XVII.

Communis & recepta doct.opinio eſt,ꝙ ſtatutum ſimpliciter aliquid diſponens, debet intelligi ſecundum ius commune,etiamſi ita intelligendo nihil addat iuri communi,quando aliàs quis indebitè damnum pateretur. Ita tenet gl. quam ſequitur Bart.& doct.omnes.l.fi.§.in computatione. C. de iure delib.& ibi iaſ.nu.12.dicit ita communiter teneri.

Hinc infertur,ſtante ſtatuto.ꝙ inſtrumentum Guarentigiatum , ſeu confeſſionatum habet executionem paratam , non tamen denegari moræ purgationem, vt dixi infrà,libr. 2. poſt doct.communiter.c.1.de mora.q.16.

QVAESTIO XVIII.

Quęro,Vtrum ſtatutum diſponens,quòd in cauſis decidendis rigor iuris ſeruetur,excludat moræ purgationem? dixi infra d.ca.

QVAESTIO XIX.

Quæro,ſtante ſtatuto, ꝙ pro aliquo delicto manus amputetur,an ſi delinquens habeat manum aridam , illa debeat abſcindi?Reſp.Diuerſę in hoc articulo ſunt opiniones.Cy.in auth.ſed nouo iure.C.de ſer.fugi.exiſtimat bonam manum eſſe amputandam. Aliter ſentit Bal. in d. auth. diſtinguens, An in ſtatuto de certa manu dextera vel ſiniſtra ſit facta mentio, vel non.

Sed communis &recepta doc.opinio eſt,ꝙ ſi ſtatutum ſimpliciter dicat,manum amputandam, tunc arida debet abſcindi,ita communiter teneri firmat Io.And.in add.ad ſpec.rubr. de poe.quem refert & ſequitur Aug.Arimi.in addi.ad Ang.in tracta.malef.verb.quas ſi non ſoluerit intra decem dies.nu.4. Et eam tenet Iac.de But.in d.auth.ſed nouo iure.& Alberi. de Roſat.& latè Raph. fulg. Eandem dicit communem eſſe opi. Alex.in conſ.104.vol.1.Cæpol.d.auth.ſed nouo.nu.34.&ꝑlures relati per Pet.à Duen.reg.393.limit.9.in fi.

QVAESTIO XX.

Quæro,An ſtatutum,diſponens in contractu,habet locum in liberatione,& renunciatione?Reſp.ꝙ ſic, & eſt communis opi.vt teſtatur iaſ.in l.more.nu.37.ff.de acq.hær.

QVAESTIO XXI.

Quæro,An ſtatutum,quo diſponitur vel cauetur, mulierẽ ſine conſenſu propinquorum non obligari , prohibeat quoque hæreditatis aditionem?Reſp.quòd ſic,ita tenet Bart.Sali. & doct.in d.l.more.ibi iaſ.nu. 19.qui dicit hanc eſſe communem opinionem.

QVAESTIO XXII.

Sed qui ſi ſtatutum dicat , ꝙ mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum,nunquid poteſt adire hæreditatem?Reſp.ꝙ licet in hoc articulo variè locuti ſint. Tamen magis communis opinio eſt,ſtante tali ſtatuto,mulierem nihilominus hæreditatem adire poſſe , vt firmat Alex. l. mutum. ff. de acq.hæred.Et ibi eam tenent Sali.imol.Cuma.& Aret.Eandem dicit eſſe communem iaſ.d.l.more.nu.33.Quia adire hæreditatem non eſt propriè contrahere , ſed quaſi. Vnde cùm verba ſtatutorum ſtrictè & propriè ſint intelligenda ſecundum receptam doct.opinionem,ſtatutum loquens in contractu,ad hæreditatis aditionem extendi non debet.

QVAESTIO XXIII.

Quæro, Vtrum ſtatutum diſponens ꝙ mortua vxore ſine liberis maritus lucretur dotem,habeat locum in dote promiſſa?Reſp.ꝙ ſic,& iſta eſt magis vera & communis opinio, vt teſtatur Pau.de caſt.& Alex.in l.ſi donaturus.§.fi.ff.de condi.ob cau.Eandem opinionem dicit eſſe magis veram Alex.in conſil.54.vol.vlt.quem refert Ant.Capi.deciſ.176.nu.32.iaſ.d.rubri.ff.ſo.ma.nu.23.Bald.in l.poſt dotem.ff.eod.titu.Vbi dicit, quòd ſi ſtatutum nõ haberet locum etiam in dote promiſſa, ſequeretur maximum abſurdum , quia promiſſor ex mora ſolutionis præmium conſequeretur , & ita eſſet aperta via malitiis.

QVAESTIO XXIIII.

Quæro,ſtante ſtatuto, ꝙ filia debet dotari arbitrio propinquorum,an propinqui poſſint arbitrari minus legitima? Reſpon.quòd non,& iſta eſt com.op.vt teſtatur Gram.deciſ.101. nu.20.Et eam tenet Sali.iaſ.nu.28.& doct.in auth.res quæ.C. commu.de leg.

QVAESTIO XXV.

Quæro,An ſtatutum imponens pœnam capitalem,debeat intelligi de pœna mortis?Reſp.quòd non,ſed pœna illa capitalis interpretanda eſt in mitiorem partem,vt comprehendat deportationem. Hanc opinionem probat tex. in l.in præſenti.C.de his qui ad eccleſ.confug.Et eam tenet fel.c.qualiter& quando.el ſecund.nu.52.de accuſ.Io.de Ana.c. 1. de homici. Chaſſanæ.in conſuet Burg.tit.des iuſtices.rubr.1.§.5.fo 43.& fo.54.nu.119.Io.de Villamati.in repeti.l.Diuus.nu.70.ff.ad l. Corne.de ſicar.iaſ.in l.tranſigere.& ibi Riminald.nu.4.de tranſact.Alc.in l.licet capitalis.ff.de verb.ſig.iaſ.in l. diuortio. nu. 16.Vbi dicit ita tenere omnes doct.poſt ſupradictos,vltra eos vide,quæ d.infrà lib.2.c.de pœn.q.2.

QVAESTIO XXVI.

Quæro,ſtante ſtatuto , ꝙ primogenitus ſuccedat in regno, ſi primogenitus decedat relicto filio, An filius præferatur patruo ſuo in ſucceſſione regni?Reſp.doct.in hac quæſt.ſententiis variant.Quidam volunt quòd talis filius primogeniti prę feratur patruo. Ita conſuluit Oldrad. Laud. conſilio 224. incip. iſtæ ſunt allegationes. Et tenet hanc opinionem Bal.l. liberti. C. de oper. libert. l.ex hoc iure.q. 6.de iuſtitia & iure. Eandem opinionem ſequitur abb. conſilio 86. incip. in præſenti quæſt. Et eam dicit eſſe communem Barbat. in conſilio 12.2.parte.Aret.conſilio 163.incip. diligenter & maturè excuſſis.

Pro contraria parte , quòd ſcilicet ſecundò genitus præferatur. text. in capit.paſtoralis. de re iudic. & eam tenet Bart. in auth. poſt fratres. C. de legit. hæred. Old. Laud. ſibi contrarius conſilio 94. Vbi dicit eam de iure veriorem. Hanc quoque dicit magis communem Alexand. conſilio 4. volumine 4.

QVAESTIO XXVII.

Quæro , Vtrum arbiter electus ad pronunciandum ſecundum iura , poſſit & debeat iudicare ſecundum ſtatuta & conſuetudines? Reſpon.quod ſic,ita tenet gloſ.in proœ.Clem.in princi.verb.iuris. Vbi ſub nomine iuris comprehendit quod-

cunque tam ſtatutarium, quàm alterius ſpeciei. Hanc opi.tenet Ant.de Bu.c.quintauallis.n.49.de iureiur.abb.in procœm. clem.in prin.& in c.cum veniſſent.nu.4.de eo qui mit.in poſſ. & in c.Cumana.n.11.de elect.præpoſ.c.ius generale.n.8.diſt.j. & hanc opi.dicit eſſe communem iaſ.l.præſcriptione.n.20.C. ſi cont.ius vel vtil.pu.& eam tenet in l.omnes populi.lect.j.n.3.& 2.lect.n.19.Et ibi eandem dicit eſſe communem Crot.1.not.Baptiſt.de S.Seuer.dec.c.licet cauſam.n.20.de proba.Eãdem dicit eſſe communem Claud. de Seyſel.l. ius pluribus.n.4.& ibi tenet Pau.de caſt.ff.de iuſt.& iur.Licet nonnulli doct. teneant contrarium,relati per Rochum curt.Rub. de conſue. q.5.nu.50. Michael Graſſus.

Statutum generaliter excludens mulierem dotatam ab hæreditate aſcendeñ. intelligitur ab hæreditate patris & matris, ſecundum veriorem ſententiam per Rol.conſ.24.n.xj.& ſeq. lib.3.vbi n.13. dicit,ꝙ ſtatutum excludens dotatam à ſucceſſione aui,patris,vel patrui reſpicit fauorem agnationis,quam concl.declara,vt latius per eum ibi.

ſtatutum diſponens, ꝙ muliere decedeñ in matr. ſine liberis, vir lucretur certam partem dotis datę, non habet locum in dote promiſſa tãtum, ſecundum veriorem ſententiam per Oſaſc.deciſ.21.nu.9.vbi hanc concl.procedere dicit ſi vx.promittente nulla mora imputari poſſit. Matheſ.ſing.73. Diſtingue tamen vt per Oſac. d.deciſ.poſt num.15. Rol.de dot.q.5. tex.in §.fi.in auc.de non elig.ſec.nub.

ſtatutum loquens in rem ſiue in perſonam: an extendatur ad forenſem quo ad bona ſita in territorio ſtatueñ? & dic, ꝙ non,ſecundum magis communem per Rol.conſil.24.nu.17.29.lib.3.

ſtatutum puniens facientem: extenditur etiam ad fieri facieñ & fauore reipublicæ,ne delicta remaneant impunita, l. ſi quis id quod.ff.de iuriſd.om.iud.& hanc opi.de iure veriorẽ exiſtimat Oſaſc.deciſ.67.nu.6.Quam dicit procedere etiam ſi ſtatutum reſpiciat vtilitatem publicam ſecundario,teſte eod. d.deciſ.num.7.qua in re,diſtingue,vt latius per eum vbi ſuprà num.11.

ſtatutum generaliter excludens mulierem dotatam ab hæreditate aſcendentis:intelligitur excludere ab hæreditate patris & matris,ſecundum communem per Rol.conſ.24.n.11. lib.3.vbi n.12. ꝙ aſcendeñ appellatione venit pater & mater, & ibi n.13.ꝙ ſtatutum excludens dotatam à ſucceſſione aui, patris vel patrui reſpicit fauorẽ agnationis, de quo ſtatuto & maximè loqueñ in rem ſiue in perſonam:an extendatur ad forenſem quo ad bona ſita in territorio ſtatueñ,&dic,ꝙ non,ſecundum magis communem per Rol.d.conſ.24.nu.17.29.vbi ꝙ ſtatutum loquens in perſonam non habet locum in forẽſi, Quid in ſtatuto diſponeñ ꝙ extañ filiis legitimis & naturalibus filia dotata non ſuccedat: an locum habeat in legitimato per reſcriptum? & dic, quòd ſic, ſecundum communem per Rol.conſ.81.nu.11.& ſeq.lib.3.

ſtatutum factum per collegium notariorum ꝙ notarius non matriculatus non poſſit recipere inſtrumentum,& receptum fidem non faciat,an valeat:not.iaſ.conſ.122.lib.4.&poſito quòd valeat an comprehendat cauſam dotis dic, vt per Sali.in l.ſancimus.C.de nup.iaſ.in l.1.ff.ſo.ma.&quando adeſt ſtatutum ſi inſtrumentum non ſit deſcriptum in libro communis quòd non valeat:&habeatur pro caſſo & fidem non faciat,dic,quòd poterit,tunc probari per teſtes.vt per caſtr.in l. ſeruum filij.§.eum qui chirographum,de leg.1.conſ.101.lib. 1.dec.conſ.17.&an tale ſtatutum comprehendat notarios forenſes,vel contrahentes forenſes Rui.conſ.201.lib.j.& quòd tale inſtrumentum confectum contra ſtatutum non valeat: ſcribit Bal.conſ.179.lib.j.Quod quidem ſtatutum diſponens vt inſtrumentum receptum contra formã ſtatuti non valeat neque fidem faciat, locum habet etiam appoſito iuramento, Rui.d.conſ.201.col.vl.in fi. & vbi eſt tale inſtrumentum receptum: poteſt pars conualidare contenta in eodem per teſtes inſtrumentarios,vel per alios idem eſt vbi eſt ſtatutum improbans fidem inſtrumenti niſi adiecta certa ſolẽnitate:vt etiam iuramentum tunc non operetur, poteſt tamen probari per teſtes ꝙ fuit iuratum,& propterea iurans ad obſeruantiam iuramenti compelli poterit de quo conſtat per teſtes, vt per abb. in c.cum contingat col.pen.de iureiur.Soc.conſ.97.lib.j.Rui. conſ.55.li.5.& ꝙ tale ſtatutum non liget forenſes contraheñ in loco.tenet abb. conſi.52,libr.2.& ꝙ poſſit contractus tunc probari per teſtes,Ang.in l.generaliter.C.de non nu.pec. & ꝙ inhabilitet actum forenſium facientium in territorio. not.ab. conſ.92.lib.2.Corn.conſ.64.lib.3. Put.

ſtatutum puniens,vel dãs executionem contra ſcribentem comprehendit quoq; ſubſcribentem,ſecundum communem per Burſ.conſ.39.nu.24.

ſtatutum de ſucceſſionibus loci vbi ſita ſunt bona,eſt attendendum, non autem ſtatutum originis, ſiue loquatur in perſonam,ſiue in rem,quando defunctus erat ciuis loci vbi ſunt ſita bona,ſecundum communem per Burſ.conſil.8.num.35. libro 1.

ſtatutum ſimpliciter deferens lucrum marito,non cenſetur derogare diſpoſitioni l.hac edictali C.de ſec.nup.vt plus non habeat,quàm vnus ex filiis primi matrimonij,ſecũdum communem per Burſ.conſ.12.nu.38.lib.1. vbi dicit ſecus ſi deferatur lucrum etiam exiſteñ filiis primi matrimonij,vel pars filiis,& pars marito, quia tunc maritus in ſtatuto conſequitur lucrum ſtatuti abſolutè cõtra diſpoſitionem d.l. hac edictali. iux.communem ibi d.conſ.nu.39.

ſtatutum prohibens alienationem in forenſes cum pæna: prohibet quoq; ſucceſſionem ab inteſtato,& legitimos hæredes excludit,ſecun.communem per Burſ.conſ.37.n.13.lib.1.

ſtatutum derogatorium iuris, ab ipſo iure interpretationẽ capit,iux.communem per Burſ.conſ.12.nu.53.lib.1.poſt cur. iu.conſ.7.nu.8.Apoſtil.ad Rom.conſ.399. verſ.non aſſumat. Rol.de dote.q.26.nu.12.

ſtatutum prohibens loqui non comprehendit ſcribeñ niſi eadem ratio vigeat,ſecundum communem per Burſ.conſ.94. nu.7.lib.1.

ſtatutum generaliter loquens, non comprehendit cauſam dotis,ſecundum magis communem per Burſ.conſ.32.nu.11. nu.27.lib.1.Idem ſi diſp.ſuper caſu aliter à iure communi priuilegiato,vt ibi.

ſtatutum non extenditur ad bona extra territorium exiſtentia,ſecund.magis communem per Burſ.conſ.93.nu.21.libr.1.

ſtatutum excludens filias: includit eas quæ poſt conditum ſtatutum effecte ſunt ſtatus clericalis ſecundum Brun. de ſtatut.exclud.fæminas 6.artic.1.memb.col.2. Put.

ſtatutum excluſiuum fœminarum eſt ſimpliciter fauorabile,ſecundum magis communem per Burſ.conſ.93.nu.7.lib.j. licet ſecundum aliam rationem reſpectu maſculorum ſit fauorabile,reſpectu verò fœminarum odioſum.quam concluſionem declara vt latius per eum ibi.& vide quæ idem ſcribit cõſil.76.nu.28.eod.lib.vbi ꝙ ſtatutum fœminas excludens propter maſculos eſt fauorabile,iuxta magis communem ibi relatam.

Per ſtatutum poteſt tolli ius quæſitum ſi generaliter ita fiat, non ſi ſpecialiter.Bart.in l.toties.in fi.ff.de pollicitatio. & in l. pen.C.de fid.inſtru.& iur.haſtæ fiſc.lib.10.& in l.neque.C. de decurio. vbi doct.in apoſtil. & hoc poteſt fieri etiam ſpecialiter ſi in vtilitatem reipub.dummodo is contra quem ſtatuerit ſecum non contraxerit, vt ibi.& vide in l.vlt.C.de debit.ciuitat.ſtatuendo ꝙ quis pro vtilitate reipub.cogatur vendere. vide etiam doct.in l.venditor.§.ſi conſtat.ff.com. prædior.Put.

ſtatuti pœna tollit legis vel iuris pœnã,licet corporalem,iuxta magis communem per Burſ.conſ.94.nu.4.lib.1.

ſtatutum excludens fæminas propter maſculos,non habet locum in hæreditate clerici,ex vna communi,licet contrariũ dicat magis communem Burſ.conſ.93.n.16.&36.& vide conſil.76.nu.28.lib.1.

ſtatutum lucrum dotis marito,ſemper ſecundum ius commune intelligitur ne plus lucretur, quàm vnus ex filiis primi matrimonij habeat ſecundum communem per Burſa.conſil. 12.nu.10.lib.1.quam concluſionem dicit procedere etiam ꝙ adeſſent illa verba,in totum lucretur,ex not.per eum ibi.

ſtatutum de reſtitutione dotis loquens,non comprehendit aſſecurationem dotis factam conſtante matrimonio ob viri inopiam,ſec.magis communem per Burſ.conſ.120.n.36.li.1.

ſtatutum vltimum non tollit primum, quando primum eſt ſpeciale,& vltimum generale Bart.in l. omnes populi.ff.de iuſti.& iur.Item quando vltimum non facit expreſſam mentionem de primo gl.in clem.dudum.circa fi.verb.pacta.extrà;de ſepult.Item quando ſtatutum vltimum derogat primo,intelligitur in ea parte tantum,in qua eſt contrarium: in aliis partibus remanet firmum,ſecundum Bald.in l.1.C.de latin. libert. tollend.&dixit Bald.in c.cum olim.de conſue.ꝙin ſtatutis nõ attenditur prioritas aut poſterioritas quando ſunt contraria: ſed iudex debet ſemper attendere quid iuſtius aut æquius. & vide iaſ.in l.Gallus.§.quidam rectè.vbi Galiaul.in fi.d.§.ff.de liber.& poſth. Put.

Statutum loquens in dote data, an locum habeat in dote promiſſa,vide Alex.conſ.39.col.vlt.in fi.lib.6.conſ.122.lib.7. curt.ſe.conſ.78.col.pe.& ſeq.Ang. conſ.335. Et dic ꝙ ſtatutũ de dote lucrãda locum habet in dote promiſſa.Calc.conſ.31. Et an habeat locum in dote præſumpta,quæ videtur ſecundo

marito



marito data,quæ fuerat data primo.Iaſ.conſ.50.libr.1.vbi dicit ꝙ non:& tamen tale ſtatutum dicitur fauorabile,ſec.Dec. conſ.353.& per conſequens extendendum.Quid de dote data in primo matrimonio, an intelligatur in ſecundo repetita. Bartol.in l.diuus.ff.de iur.dot. dicit ꝙ ſic. pro quo vide Ruin. conſ.56.152.lib.5.conſ.223.nu.7.conſ.53.libr.2. Pariſ.conſ. 34.lib.3.Aret.in §.fuerat.n.21.inſti.de act.Alex.conſ.144.lib. 5.Rom.conſ.314.Et an ſtatutum deferens lucrum marito,locum habeat, ſi extant filij ex primo viro. Socin.conſ.8.conſ. 70.lib.1. vbi ꝙ tale ſtatutum dicitur fauorabile: & ꝙ de iure mulier videtur eandem dotem dediſſe etiam vbi adeſt ſtatutum lucratiuum.Quid ſi non aſſignauit,nec expreſsè tradidit ſed paſſa eſt maritum poſſidere & fructus percipere, vide ibi, & an tale ſtatutum locum habeat ſi adſint filij ex alio matrimonio,Soc.iun.conſ.93.lib.j.& ꝙ valeat tale ſtatutum,etiam in præiudicium filiorum primi matrimonij, ſi defert etiam in totum marito lucrum,Grat.reſp.35.nu.16.lib.1. Bal.in l.nulla. & in l.cum citra. C.de iur.dot. tenet habere locum in dote præſumpta.Abb.conſ.46.libr.1.Rui.conſ.61.nu.10.libr.3.& quando ſtatutum loquitur de dote data,intelligitur de ꝯceſſa, & propterea adaptatur ad caſum quando maritus poſſidet bona immobilia vx. quæ iam dederat pro dote vel in cauſam dotis exegit,& inſolutum habuit vt ibi,&tale ſtatutum habet locum in dote promiſſa, Bar.conſ.128. ciuitatis Eugubij ſtatuto.Bal.l.fi.C.de dot.prom.licet Bart.in l.iubemus.§.ſane.C. de ſac.ſan.eccl.tenuerit contrarium, & tamen reprehenditur per Mod.ibi,vt etiam refert Calc.d.conſ.31.quid in dote pro miſſa pro ſponſa nondum traducta? vide Corn.conſ.247.li.2. conſ.149.lib.1.conſ.84.lib.3.conſ.127.lib.4. vbi an videatur dediſſe alia bona,prout diſputauit Bar.q.7. Grat conſ.131.li. 2.& an in ſponſa per verba de præſenti,& an tale lucrum poſſit peti in præiudicium filiorum primi matrimonij.vide eundem Grat.conſ.35.libr.1. & an ſtatutum de dote data,locum habeat in dote promiſſa,vel in teſtamento relicta.vide Sylua. conſ.2.&an in ſponſa,etiam non ad domum viri. Alex.conſ. 129.lib.7.& an præiudicet filiis primi matrimonij?Dec.conſ. 283.Sal.l.ſi conſtante.C.de don.ant.nup.vbi an in tali ſtatuto veniat dos promiſſa,qñ adeſt verbũ reſtituere, & ibi d̃t ꝙ ſic. & qd ſi ſtatuta ſint diuerſa in lucro in loco mariti & loco vxoris.vide Ang.in l.exigere.ff.de iudic. & an tale lucrum ſtatuti locum habeat ſi quis ducat minorem 12.an.Ang.l.nec vllam. §.omnib.ff.de pe.hær.Ruin.conſ.224.lib.1.vbi ꝙ tale ſtatutũ extendatur. adde quando locum habeat ſtatutum de lucro dotis,& vide Bart.l.nihil.ff.rer.amo.Fel.c.tertio loco.de præſump.Guid.pap.q.274.& 565.& Boer.q.22. Put.

Subſtitutio exemplaris vt fieri poſſit,inter alia multa requiritur quoque vt ſit mente captus cui facienda eſt. l. ex facto. ff.de vulg.& pupil.l.humanitatis.C.de impub. & aliis ſubſt.& ibid.Bald.qui idem eſſe dicit in furioſo,vt exemplariter ſubſtitui poſſit,quod ſec.Im.in c.Raynutius.de teſta.per text. & gl. in l.fi.§.1.C.de cura.furioſ.cōmuniter tenetur,quemadmodū refert Bene.capr.in tract.ſubſtitutionum,poſt reg.poſito.ſpecie 3.nu.41.Quod Imo.quoque ad prodigum extendit,iuxt. notat.in l.ſi conſtante.in princ.& l.ſi verò.§.de viro. ff.ſol.ma. & ita communiter contra Ang.d.l.ex facto. teneri refert ibid. nu.44.idem Capr.Quod Im.loco præal.ad mutum & ſurdum qui teſtari non poſſint extendit.vt ei quoque poſſit exemplariter ſubſtitui,cùm eadem ſit ratio,& prouiſio legis ad caſum ſimilem ſeſe extendat.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſthu.prout voluit Bart.poſt Gul.de Cun.& Rayn. in d.l.ex facto.& Bald.in d.l.humanitatis.C.de impub.& aliis ſubſti.& ita communiter teneri,ibid.nu.46.refert idem Capr.licet Iac. de Aren.Cyn.& Ang.d.l.ex facto. & Io.An.d.c.Raynutius.vt ex Imol.ibid.videre eſt,aliud voluerint.

ſubſtitutio exemplaris impuberi ac in poteſtate conſtituto à patre fieri nequit,cùm pupillaris hoc caſu præualeat.argu.l. qui habet.de tutel.& hoc voluit Bart. poſt Gul.de cun.in l.ex facto.ff.de vulg.& pup.& Bald.in l.humanitatis. C.de impub. & aliis ſubſti. qui dicit cùm iſta ſubſtitutio ſit ſubſidiaria,non poteſt fieri niſi adulto , id eſt maiori , vel minori in poteſtate non exiſtenti,quam opi.Im.in d.c.Raynutius. veram & communem eſſe dicit,licet Ang.d.l.ex facto. teneat oppoſitum,& licet pater filio impuberi mente capto, in poteſtate ſua exiſtenti, exemplariter ſubſtituere non poſſit, tamen poterit eidem emancipato ſicut mater exemplariter ſubſtituere, quod ex Im.d.c.Raynutius.de teſta.communiter quoque teneri refert ibid.Bened.capr.nu.50.& 51.

Subſtitutio exemplaris vt procedat, requiritur inter alia quod mente captus poſt mortem teſtatoris efficiatur ſui iuris, ſic vt non reincidat in poteſtatem alterius, perinde atque in pupillari idem requiritur.l.qui in poteſtate.ff.de teſtam. vt voluit Bart.d.l.ex facto. & Bald.d.l.humanitatis. cum quibus cæteros communiter tranſire refert Bened.ibid.nu.64.

ſubſtitutio exemplaris licet non poſſit fieri præterito, neque exhęredato.poterit tamen fieri inſtitutio in minus quàm legitima ex quo poteſt ad ſupplementum agere,iuxt.l.omnimodo.C.de inoff.teſta.prout voluit Bart.l.ex facto. ff.de vul. & pup.quod communiter teneri,eſto quod Ang.d.l.ex facto. aliud voluiſſe videtur ob fauorem ſubſtitutionum,per c.fi.de re iud.& æquum eſſe refert Bened.capr.ibid.nu.73.

Subſtitutio exemplaris expreſſa continet in ſe tacitam vulgarem perinde atque expreſſa pupillaris,& licet Imo.in c.Raynutius.velit ex eiuſmodi tacita vulgari niſi teſtamētum aliter confirmatum ſit,hæreditatē adiri non poſſe,per l.eam quam. C.de fideicommiſ.tacita comprehenſa in exemplari teſtamētum poſſit aſſumere vires,& habere effectum ſicut & vulgari tacita comprehenſa in pupillari,prout communiter teneri refert ibidem nu.82. Idem Capr. referens ſe ad relata ſub prima ſpecie ſubſtitutionū. circa primum effectum vulgaris, & ſub ſpecie 2,circa 3.membrum.

ſubſtitutio vulgaris expreſſa, perinde exemplarem tacitam ſicut & pupillarem tacitam in ſe cōtinet,imò aliquando tam exemplarem quàm pupillarem tacitas ſub ſe cōplectitur,puta ſi fieret pupillo dementi & in poteſtate conſtituto, nam licet duo ſpecialia concurrere non poſſint quando procedunt ex eadem cauſa.l.1.C. de dot. promiſſ. tamen quando ex diuerſa cauſa procedunt,cōcurrere poterunt.l.ſingularia.ff.ſi cer.pet. Imo.in c.Raynutius.de teſtament.dicit quod caſu prædicto ſi filius decedat in pupillari ætate,continebitur exemplaris tacita,prout voluit Bart.l.ex facto. ff.de vulg.& pupil. & Bal.in l, humanitatis.C.de impub.& aliis ſubſtit.& Im.d.c.Rayn.cum quib.cæteros communiter reſidere refert ibid.nu.104.Cap.

Subſtitutio exemplaris ad alterutro parente facta,licet trahitur ad omnia eius bona,vndecunque quęſita,ſicut & pupillaris ſubſtitutio,per l.ſed etſi plures.§.ad ſubſtitutos,& Bart.l. ex facto.ff.de vul.& pup.Bald.l.humanitatis. C.de impube.& aliis ſubſtitut. id tamen fallit ſi ſiat à parente legitimo tantum puta adoptatore vel atrogatore, quia tunc tātum trahitur ad bona ipſius ſubſtituentis. l.ſi arrogator. ff.de adopt.& d.l.ſed etſi.Sin autem ſubſtitutio exemplaris ab vtroque parente, patre & matre facta ſit,tunc ſubſtitutus à patre habebit paterna, ſubſtitutus à matre materna bona,ſed aliunde venientia ſubſtituti inter ſeſe diuident,argumento.l.ex facto.ff.de heredib. inſtituendis,prout voluit Bart.poſt Nico.de Mattar.d.l.ex facto.ff.de vul.& pup.quod ēt procedit,licet mēte captus in patris poteſtate fuerit. quia hoc caſu nō attenditur vinculū patriæ poteſtatis d.l.humanitatis.quod verius eſt ſec.Im.contra Dy.& Gul.de Cun.in d.l.ex facto.tenētes ſubſtitutum à patre indifferenter omnia bona auferre.in c.Raynutius de teſta. & ita communiter teneri teſtatur Ben.capr.in tract.ſubſti.ſpe.3. n.119.dicens ea procedere, ſi pater ante filium decedat, aliàs non , quia filio manente in poteſtate ſubſtitutio à matre facta corruit l.qui in poteſtate.ff.de teſtamentis.

ſubſtitutio exemplaris informata à iure accreſcendi,aut cū eo vnita,perinde atque pupillaris,etiam non agnita tranſmittitur.l.qui primo. ff.de acq.hær. prout voluit Bald.in l.humanitatis.C.de impub.& aliis ſubſt.quod communiter teneri refert Bened.Cap.ibid.n.129.

ſubſtitutio exemplaris expirat ſi mens ſana redierit, & perdurauerit vſque ad mortem, quia ſicut in teſtamēto quod qs ſibi facit inſpici debet an impedimentum ceſſauerit in vita ipſius teſtantis,ita quoque in teſtamento quod quis facit alteri vt pupillo vel furioſo,inſpici debet an impedimentum ceſſauerit in vita eius cui facta eſt ſubſtitutio,vt voluit gl.mag.l. ſi arrogator.ff.de adop.ſec.Bart.l.ex facto.ff.de vul. & pup. & Imol.in c.Raynutius.de teſtamentis.ac ita communiter teneri refert ibidem nu.140.quod eſt verum,ſi verè ceſſauit morbus,aliàs ſi fuit occultus & velatus ſub vmbra quietę mentis, aut etiam ſi fuit interpolatus interuallis ſanæ mentis,poſt recurrat , etiam ſi expiraſſet ſubſtitutio, inde reconualeſcit, vt voluit Bald.in l.humanitatis.C.de impub.& aliis.& Bar.d.l.ex facto.

ſubſtitutio exemplaris licet interrumpatur per natiuitatem filij legitimi & naturalis ipſius dementis.l.fi.Auct. licet. C. de natura.lib.id tamen inter alia fallit,quando talis filius naturalis & legitimus ipſius dementis poſt ſubſtitutionē factam natus , decederet non tantùm ante mortem aui vel auiæ ſubſtituentis. ſed etiamſi decedat poſt mortem quidem ſubſtituentis,ſed tamen ante mortem ipſius filij.i.patris,cui facta eſt ſubſtitutio,cùm vtroque caſu reconualeſcat ſubſtitutio,ſecus autem ſi poſt vtriuſque mortem decederet , prout voluit Bald. in l.humanitatis.C.de impub.& aliis ſubſti.& Imola in c.Raynutius.de teſtamentis. argumento legis poſthumus. ff. de iniuſt.teſtamento & argumēto.l.2.C.de poſth.hæred.inſtituen. cum quibuus cęteros communiter tranſire,ibid.n.152.refert Bened.capra.

ſubſtitutio breuiloqua ſiue reciproqua,cùm non ſit ſubſtitutionis ſpecies,ſed alias ſubſtitutiones ſub ſe contineat,inter alia requirit, quod inter ipſos ſibi mutuo ſubſtitutos ſit paritas ſiue æqualitas,ita quod in perſona cuiuſque poſſit pariter ac æqualiter ſubſtitui,quia ſubſtitutio reciproca plures ſubſtitutiones coniungit, & copulat.l. iam hoc iure.l. Lucius.ff.de vul.& pup.l.quamuis.C.de impub.& aliis ſubſti.vnde vt plures comprehendat vulgares requiritur vt ſingulis vulgariter poſſit ſubſtitui , & ſimiliter vt plures comprehendat pupillares aut exēplares,requiritur vt ſingulis pupillariter aut exemplariter poſſit ſubſtitui,vt voluit Bar.d.l.Lucius,&Bald.in l.in teſtamento.C.de teſta.milit.&Imola in c.Raynutius.de teſta. aliàs verò ſi inter ipſos non ſit paritas,ita vt vnus pubes, alter impubes,vel vnus in poteſtate,& alius non. tunc licet ſubſtitutio reciproca comprehendat vulgares,tamen non comprehēdit pupillares, etiam in perſona eius cui potuit pupillariter ſubſtitui,vt voluit Bart.d.l.Lucius.& Bal.d.l.in teſtamento.& Imol.d.c.Raynutius. quod communiter teneri refert Bened. capr.in tract.ſubſti.poſt reg.poſito ſpe.4.n.15.

ſubſtitutio reciproca poſtea facta, vt contineat vulgarem, requiritur ꝙ omnes filij ſint inſtituti, aliàs ſi partim inſtituti, partim vel ambo exhæredati ſint, tūc licet talis ſubſtitutio reciproca poſtea facta,comprehendat pupillarem,cum exhæredato poſſit pupillariter ſubſtitui.§.non ſolū.inſt.de pupil.ſubſtitutio.tamen non continebit vulgarem,cùm non poſſit exhæredato vulgariter ſubſtitui.iux.l.j.ff.de vul.& pup.vnde nō comprehendit vulgarem,etiam ex perſona ipſius inſtituti,ex quo vniformiter vtique nō potuit vulgariter ſubſtitui.l.iam hoc iure.& Bal.d l Lucius.ff.de vul.& pup. quē ſequitur Imola,d.c.Raynutius.& hoc cōmuniter,licet Gul.de Cun.& Rayner.aliud voluerit,teneri refert ibid.n.21.idem Ben.Cap.

Subſtitutio reciproca ſi fiat teſtamento, non cōprehendet ſubſtitutiones fideicōmiſſarias, quia ſubſtitutio directa regulariter nō obliquatur.gl.in l.qui plures.Bart.l. Lucius.ff.Bald. & Ang.l.iam hoc iure.ff.de vul.& pup. Bal.in l.in teſtamento. C.de teſta.mil.quod ex Imol.in c.Raynutius communiter teneri refert Bened. Cap.in tract.ſubſtitutionum.ſpecie 4.n.32. quod eſt verum, niſi teſtamentum fiat hiſce verbis. Vos inuicem ſubſtituo vulgariter,pupillariter,exemplariter, & per fideicommiſſum,quia ſec.Bald.d.l.teſtamento.& Imo.d c.Raynutius. continebit præter vulgarem, pupillarem & exemplarem,etiam fideicommiſſariam ibid.n.34.& ſeq.

ſubſtitutio reciproca ſi facta eſt codicillis , continebit duas fideicommiſſarias tantum,l.Scæuola ff.ad Trebel.l.hæreditatem.C.de codicil & Bar.d.l. Lucius.& ita communiter teneri refert ibid.n.31.Bened.

ſubſtitutio breuiloqua ſiue reciproca , ſi verbis generalib. continet ſubſtitutiones expreſſas , licet tunc hoc reſpectu dicantur tacitæ.gl.& Azo.& Bart.l.Lucius.& gl.l.iam hoc iure. ff.de vul.& pup.& gl.pe.in l.precib. C.de impub & aliis ſubſt. tamen cum generaliter dicantur expreſſæ, ipſa ſubſtitutio reciproca in quātum continet pupillarem, excludit matrem, ex quo verbis generalib. eam expreſsè continet, vt voluit Bart. d.l.Lucius & Ang.d.l.iam hoc iure.& Bal.d.l.in teſtamēto.C. de teſta.milit.& Imola c. Raynutius.de teſta. & ita communiter teneri refert ibid.n.35.idem Capr.ſecus autem,ſi pupillarē omninò tacitam complecteretur, quia tunc non excludit matrem,ſec.Bart.d.l.Lucius.

ſubſtitutio breuiloqua ſiue reciproca in dubio refertur ad omnes pariter,ita vt omnes veniant non ſeruato ordine,licet fuerit inter aliquot ſubſtitutos ſanguinis ꝯiunctio, Vnde ſi teſtator 4.habens filios, duos ex prima reliquos ex ſecunda vxore,eoſq; heredes inſtituat,& ſibi mutuo ſubſtituat,tūc vno mortuo,vel repudiante,nō veniet alter,vtrinque ꝯiunctus ſolus,ſed omnes ſuperſtites pariter, vt tenuit Dy.l. cohærede.§. qui diſtinctos.Bart & Rayne.l.Lucius.Bald.& Ang.l.iam hoc iure.ff.de vul.& pup.per l.& periculo.ff.de le.2. quia coniunctio ſanguinis non eſt attendenda, ex quo non inducit ius accreſcendi.l. re coniuncti.ff.de le.3. Bald.in l.in teſtamento.C. de teſta.milit.quod communiter tenetur n.36.

ſubſtitutio reciproca propter ſuperuenientem inæqualitatem,non ceſſat in perſona alterius in quo non ſuperuenit inequalitas,ꝑut voluit Azo.& Gul.de Cun d.l. Lucius ff.de vul. & pup.per l.eadem §.1. ff.de duob.reis. Vnde ſi facta ſit inter duos filios,quorum vnus 12.an. alter anniculus ſit,non expirabit in perſonam anniculi, licet alter ad puberratē peruenerit,quod communiter teneri ibid.n.41.refert idem capra.idq́; procedit non ſolum ſi talis inæqualitas perueniat poſt mortem,ſed etiam in vita ſubſtituentis,prout tenuit & notat Rayner.d.l.Lucius.arg.c.cùm Marthæ.de celebratione miſſæ.& l. ſi fideicommiſſa.§.ſi rem.ff.de le.3.l.rem lega.ff.de adimen.legat.ibid.n.ſeq.

ſubſtitutio reciproca licet propter ſuperuenientem inęqualitatem non eſſet in alterius perſona in quo non ſuperuenit inequalitas,vti dictum eſt,tamen ſi nō naturaliter,ſed facto hominis voluntario ſuperueniret,puta ſi teſtator duos filios impuberes inſtituat,ac eoſdem ſibi mutuo ſubſtituat, & deinde vnum ex iis voluntariis emancipet,tūc ſubſtitutio reciproca, quo ad vtriuſque perſonam expirabit,prout voluit Guliel.de Cun.Ray.& Bart.in l.Lucius.ff.de vul.& pupil.Secus autem ſi neceſſitate coactus alterutrum emancipaſſet, iuxt.gl.in §.fi.inſti.quib.mo.ius pat.poteſt.ſoluit.quia tunc nō expiraret ſubſtitutio pupillaris reciproca , in perſona ipſius remanentis in poteſtate,argumento.l.2.l.alteri.ff.de adimend.lega. l.fi.de accept.Imol.in ca.Raynutius.de teſta.quod tametſi Bald.etiam ſi voluntariè emancipauerit,idem eſſe putat,l.in teſtamento. C.de teſta.mil.argumento.l.fi.ff.de duob. reis.l.tribunus. §.fi. ff.de teſta.milit.communiter teneri refert ibidem n.50.& 52. idem Cap.

Subſtitutio cōpendioſa directis verbis facta cēſetur quum verba de eorum natura ſonāt,quod de manu propria quis accipiat,& propria authoritate,iuxt.no.in l.Titia cum teſtamento.§.1.ff.de le.2.l.eam quam.& ibidem gl.C.de fideicommiſſ. in verbo directis.quod etiam voluit Bart. in l.Centurio. ff.de vul.& pup. Floria.& Imol.in c.Raynutius.in fi.de teſtamētis. quod in effectu ſequi videtur Bald.in l.fi.C.de ſacroſ.eccle. & ita communiter teneri refert in tract.ſubſt.5.ſpecie.n.24.Ben.

Capr.aliàs ſi verba ſonant vt quis capiat de manu alterius nõ directa ſed obliqua erunt,prout vult Bart. d.l.centurio.capr. ibid.n.29.

Subſtitutio compendioſa verbis communib.ſeu indifferẽtibus,i.quæ poſſunt habere vtrumque ſenſum,tam directum quàm obliquum,ita vt manu ꝓpria,vel de alterius manu accipere liceat,facta cẽſetur.ſi teſtator vſus ſit verbis ſubſtituo, perueniat,deueniat,redeat,deuoluatur, reuertatur, ſuccedat, & ſimilib.Ang.& Barr.in l.centurio.ff.de vul.& pup.Bald.l.C. de ſacro.eccl.Imol.c.Raynutius.de teſta.Io.And.c.licet.de ſepult.lib.6.quod communiter teneri refert Bened.ibid.nu.32.

ſubſtitutio compendioſa à milite impuberi facta, ſi impubes decedat intra pupillarem ætatẽ,valebit vt pupillaris ſubſtitutio ſi ſit talis cui pupillariter ſubſtitui poterat adeò ꝙipſe ſubſtitutus accedat ex pupillari iure communi,etiam ſi mater ſit in medio,iux.gl.in l.precib. C.de imp.& aliis ſubſt.Si verò decedat poſt pupillarem ætatem,nec mater ſit in medio, valebit iure directo,ex priuilegio militari,& ſic iure ſpeciali,iux.l. centurio.ff.de vul.& pup. aliàs ſi mater eſt in medio, valebit fauore matris iure fideicommiſſi, iuxt.gl.l.precib. & l.centurio.quod eſt verum, niſi fuerit facta per verba directa ciuilia, puta ſi dictũ fuerit: Quandocunque filius meus deceſſerit talis ſit hæres,vel talem inſtituo,quia tunc valebit vt directa, etiam poſt pupillarem ætatẽ licet mater ſit in medio, vt tenuit Bar.Bal.& Ang.d.l.centurio.Franc.de ramponibus, & D.Floria.in c.Raynutius.de teſta.ſin autem facta fuerit per verba directa non ciuilia,vel communia,matre exiſtente,locus erit fideicommiſſariæ ſubſtitutioni,iux.l.de precibus.prout voluit Bar.d.l.centurio.&licet gl.ibidem videatur velle,quod etiam ſi per verba directa ciuilia ſit facta ſubſtitutio,ꝙpoſt pupillarẽ ætatem quoque matre exiſtente,valeat ſubſtitutio fideicommiſſaria,quod Imola quoque d. ca. Raynutius.videtur ſequi, tamen Bart.d.l.centurio.aliud ſentit,cuius opi.tãquam veriorem modernos communiter contra gloſſas ſequi refert Bened.capr.n.48.

ſubſtitutio compendioſa à milite per verba communia facta, nõ tantùm vulgarem, ſed etiam directam,etiam poſt aditam hæreditatem,cõtinet,ſi fiat puberi valebit iure directo ex priuilegio militari,etiam ſi mater ſit in medio,iuxta gl.d.l.precibus.ſin impuberi per verba communia fiat ĩ. pupillarem ætatem,valebit vt pupillaris,ſed poſt eam ætatem,ſi mater non ſit in medi,valebit iure directo,propter priuilegium militis.ſi verò mater ſit in medio,tunc poſt pupillarem ætatem valebit iure fideicommiſſi.iuxt.gl.Bart.d.l.centurio.& gl.l. precibus. Im.in d.c.Raynutius.quod communiter doctores quoque tenere refert ibid.n. 51. idem Bened.capr.de compendioſa ſubſtutione plura require s.& hic ordine proſequere.

ſubſtitutio compendioſa per verba directa puberi à pagano facta ante aditam hæreditatem comprehendit vulgarem. Bar.in l.cẽturio.ff.de vul.& pup.D.Ant.in c.raynutius.de teſt. poſt aditam verò hæreditatem non comprehendit directam ſubſtitutionem,cùm paganus non poſſit directò ſubſtituere, poſt pupillarem ætatem,& poſt aditam hæreditatem.§. extraneo.inſti.de pup.ſubſt. quod eſt verũ,niſi dementi vel furioſo ſubſtituat,quia comprehendit exemplarem.l.humanitatis.C. de imp.& aliis ſubſti.ſed ipſa compendioſa facta puberi nõ dementi,comprehendit fideicommiſſariam quantumcũque facta fuerit per verba directa,iuxt.l.ſcæuola.ff.ad Treb.&voluit Bart.ibid.& Ang.d.l.centurio.idq́ue benignitate,non de rigore iuris,vt doct.communiter velle refert Be.capr.in tract.ſubſtitutionum poſt regulas poſito ſpeci. 5.n. 55.quam ibidem vt æquam & communiorem,in practica obſeruandam dicit,per no.in gl.in verbis ciuilibus.de vul.& pup.

Subſtitutio compendioſa à pagano per verba directa impuberi cui pupillariter ſubſtitui poteſt facta,potentia ſeu aptitudine comprehendit,ſiue apta eſt comprehendere,non tantùm vulgarem ſi vulgariter ſubſtitui poteſt,ſed etiam pupillarem,adeò quod ipſi ex pupillari ſubſtitutione,modò in pupillari ætate deceſſerit, ſuccedatur, etiam ſi mater ſit in medio.l. precib.C.de impub.& aliis ſubſti.in quo gl.& doct.communiter conuenire refert ibid.nu.57.idem capr.ſed ſi decedat poſt pupillarem ætatem , gl.iur. ciuilis & canonici concordant in hoc communiter,quòd dicta ſubſtitutio poſt pupillarem ætatem annulletur,vt neque iure directo,neque fideicommiſſario valeat,gl.l.centurio.l.in pupillari.l.verbis ciuilib.ff.de vul. & pup.& d.l.precib.& in §.qua ratiõe inſti.de pup.ſubſtitutione.& gl.in c.raynutius.de teſtamentis.in ver.ſubſtitutionis,& in c.ſi pater.e.ti.lib.6.in verbo abſque deductione,idem tenet in d.c.Raynutius.Inn.& communiter doct.vtriuſque iuris nemine diſcrepante,vſque ad Io. And.licet aliqui, quos recẽſet Cy.d.l.precib.tenuerint cõtrarium, quos ſecutus eſt Io. And. vt refert ibid.n.58.idem capr.& n.66.

Subſtitutio compendioſa à pagano impuberi per quæcunque verba directa ſiue ciuilia vel non ciuilia, aut etiam communia facta ĩ.pupilarem ętatem valebit vt pupillaris,ſed poſt pupillarem ętatem valebit vt fideicommiſſaria,ſec.Io.And.in c.ſi pater.de teſt.lib.6.& c.raynutius e.ti.quod & d.c.capitulo raynutius.Do.Ant.dicit Florentinos practicari & hodie canoniſtas Modernos communiter ſequi refert ibid.n.64.Bened. capr.quod pugnat cum præcedenti communi,ita vt dubia ſit quæſtio,dicit tamen præcedẽtem opi. veriorem videri,& magis com.per l.verbis ciuilibus.ff.de vul.& pup.vt refert ibid.n. 66.capra.

Subſtitutio compẽdioſa à pagano per verba directa impuberi facta, licet regulariter ĩ. pupillarem ætatem etiam ſi mater ſit in medio, vt directa pupillaris valeat, poſt eam verò ætatem,euaneſcat,vt etiam in vim fideicommiſſi non valeat,vt tenẽt communiter gl.iuris ciuilis & canonici.l. verbis ciuilib. l.in pupillari.ff.de vul.l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſti.& c.raynutius.de teſtamentis.capitulo ſi pater.e.ti.li.6.id tamen inter alia fallit quando in dicta ſubſtitutione eſſent diſtincta tempora,vt ſi dictum eſſet: Quandocunque filius meus deceſſerit in pupillari ætate,vel poſtea,talis ſit hæres.quia tunc cenſentur duæ ſubſtitutiones,vna pupillaris, & alia compẽdioſa, poſt pupillarem ætatem,prout voluit gl.d.l. verbis ciuilibus. quam ſequitur Bart.& communiter doctores. propter quod difficile eſſet in practica tenere cõtrarium, licet alia opi.quod ſit nulla,quã tenet glo.d.§.extraneo.de iure defendi vt verior poſſit, vt voluit Im.d.c.raynut.vt refert ibid.n.71.Bened.licet autem Iac.de Aren.in l.precib. idem exiſtimat eſſe quando in ipſa compendioſa ſubſtitutione apponitur dictio geminata, vt ſi dicatur:qñcunq; filius meus deceſſerit,talis ſit hæres eò, ꝙ dictio illa ſit diſtributiua,nec vnicam ſed plures ſubſtitutiones,perinde ac dixiſſet : Quandocunque in pupillari ætate,& poſtea deceſſerit,continet,argumento.l. ſicut in annis.ff. qui. mo.vſus amit.gl.tamen.d.l.precibus.& Bar.d.l. centurio.ff.de vul.per l.ſtichum.§.ſtipulator.ff.de ver.ob.contrarium tenet, quod Imola d.c.raynutius.communiter teneri dicit, vt refert ibid.n.71.& n.105.Bened.capr. Similiter fallit quando ſubſtitutio compendioſa facta à pagano per verba directa fuiſſet facta impuberi extra poteſtatem ſubſtituentis conſtituto, puta à patre filio emancipato vel à patre aut extraneo,qa tunc etſi non valeat vt directa,etiam ĩ.ætatem pupillarem,ex quo eidẽ directo ſubſtitui nõ potuit,valebit iure fideicommiſſi, prout voluit gl.in l.verbis ciuilibus.& ibid.Bart.idem in l. centurio. ff.de vul.& pupil. quod licet gl.in §.extraneo.inſti.de pupilla. ſubſtit.aliud voluerit, communiter teneri refert ibid.nu.72.idem capra.

Subſtitutio compendioſa extraneo facta, quem poſtea teſtator loco filij adoptet,iure directo valere non debet,ex quo à principio valeret iure fideicommiſſi , & licet ſec.Imolam in c.raynutius.de teſtamentis &Bart.in l.2.§.ſed etſi extraneum. ff.de vul.& pup.placuit.ĩ.pupillarem ætatẽ iure directo quoque valere,idq́; defenſari poſſit,vt iure forte verius ſit:tamen ex quo alia opin.communiter tenetur,illa in practica erit ſeruanda, vt refert ibid.n.72. idem capr.tametſi autem nonnulli quoque fallere id putent,quando in ſubſtitutione cõpendioſa à pagano impuberi facta,appoſita fuit conditio,ſi ſine liberis,cum tunc etiam ſi facta ſit per verba directa,fideicommiſſaria ſemper futura ſit,ſic vt etiam ĩ.pupillarem ætatem vt fideicommiſſaria valeat,iuxt.gl.in l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſt.cùm illa verba ſine liberis non poſſint cõuenire impuberi,qui non poteſt habere liberos, & ſic puberi in quo iure directo non, ſed iure fideicommiſſi valet,etiam ĩ.pubertatem facta cenſeri poſſit ſec.Bar.in l.cẽturio.ff. de vul.& Iac.de Aren.in l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſt.gl.ĩ c.raynutius. & ibid.Inno.de teſt.iuxta l.Scæuola.ff.ad Treb.§.extraneo.inſtitu. de pupillari ſubſtitutione.tamen contrarium tenuerunt alij Doctores communiter dicentes,ꝙ cõditio ſine liberis nõ immutet naturam ſubſtitutionis , quia tacitè etiamſi non exprimatur, ſubintelligitur iuxta l.cum annus.ff.de condi.& demonſtr.l.cùm acutiſſimi.C.de fidecommiſſ.vnde talis expreſſio nihil operatur,ex quo tacitè ineſt.l.3.ff.de le. 1.ca.ſi pater. de teſt.libr.6.vbi verba illa ſunt,& nihilominus ĩ. pupillarem ætatem valebit, iure directo, vt & pupillaris directa, vt refert ibid.n.73.ibid.Bened. capr.ſimiliter fallit inter alia quando ipſa ſubſtitutio compendioſa fuiſſet facta à pagano ipſo impuberi per verba directa non ciuilia,quia tunc quoque valet vt pupillaris,ĩ.pupillarem ætatem adeo quod ſubſtitutus pupillariter ſuccedit,etiam ſi mater ſit in medio,iuxta c.ſi pater.





de teſt.lib.6.in quo omnes communiter cõueniunt, ſed poſt pupillarem ætatem,non euaneſcit,ſed valebit vt fideicommiſſaria,prout voluit Io.And.d.c.ſi pater.Bart.& Bald.ĩ l.cẽturio. ff.de vul.& pup.Ant.& Floria.ca.raynutius.de teſta. quorum opi.æquior eſt,vt dicit ibid.Imola.&de iure canonico verior, quia talem verborum ſubtilitatem non conſiderat, c. dilecti. de iudi c.præterea.de verb.ſig. ſicut ibid.n.75. refert ibid.Bened.capra.

Subſtitutio cõpendioſa à pagano per verba merè obliqua, puta per verbum reſtituat,det,vel ſimile facta, ſemp eſt fideicommiſſaria & impropriatur vt fideicõmiſſum valeat ſecundum omnes,vt refert ibid.n.76.capr.Imò cõtinet ſolam fideicommiſſariam ſubſtitutionem,iuxta l.cohærede.§. cum filiæ. ff.de vul.& pup.& hæc ſubſtitutio matrem vel alios veniẽtes ab inteſtato non excludit,nec excludit à legitima neque Trebelliana,quia detrahuntur,niſi teſtator id prohibuerit,vel niſi reſtitui deberet pauperib.vel ad pias cauſas, prout communiter teneri ſecundum notat.l.Marcellus.§. quod autem.ff.ad Treb.& Auct.ſed cum teſtator. & auct. ſimiliter C.ad l.Falcidiam.c.ſi pater de teſta.lib.6.refert ibid.n.78.idem capra.

Subſtitutio compendioſa hiſce verbis à pagano facta : ſi filius meus quandocunque deceſſerit,bona mea dentur pauperib. omni tempore erit fideicommiſſaria, ex quo facta eſt per verbum merè obliquum,dentur,vt voluit Bart.l. centurio.ff. de vul. vnde Epiſcopus poterit bona accipere & dare pauperib.etiamſi teſtator id prohibuiſſet,quia cohibere non poteſt. auct.de eccleſiaſticis titulis.§.ſi quis autem.& auct.licentiam. C.de epiſc.& cler.quod voluit Bart.d.l.centurio.cũ quo tranſit ibid.Bald.& Aug.idem tenet Imo.d.c.raynutius.de teſta.& Bart.communiter ſequi doct,refert ibid.n.80.idem capr.

ſubſtitutio compendioſa à pagano facta per verba communia in codicillis omni tempore erit fideicommiſſaria.l.ſcæuola.ff.ad Treb.quia codicillis directo ſubſtitui nequit.l. hæreditatem.C.de codicillis. teſtamẽto autem puberi vel etiam pupillo cui pupillariter ſubſtitui nequit,puta emancipato,aut extraneo facta ſimiliter omni tempore fideicommiſſaria erit, & iure fideicommiſſi valebit.cum nullo tempore valere poſſit iure directo ex quo prædictis directò ſubſtitui non poteſt. l.verbi ciuilibus.ff.de vul.pup.§.extraneo.inſt.de pupillari ſubſtit.iuxt.no.l.Scæuola.ff.ad Treb.& l.generaliter.§.fi. C.de inſtit.& ſubſtit.& ita communiter teneri refert ibid.n.98.capra.

ſubſtitutio compendioſa à pagano impuberi cui pupillariter ſubſtitui poteſt,communib. hiſce verbis:ſi filius meus deceſſerit vel quandocunque deceſſerit, talem ſubſtituo, facta, cùm verba illa poſſint intelligi & verificari ſiue decedat viuo patre,ſiue poſtea,vel ſiue decedat poſt teſtamẽtum ante mortem,ſiue poſtea,continet vulgarem ſubſtitutionem,quæ verificari quoque põt,etiamſi inſtitutus poſſit eſſe hæres.l.Thais. §.ſponde. ff. de fideicommiſſis lib.quod tenuit Bald. in l.precibus. C.de imp.& aliis ſubſti.idem videtur tenere Barto.in l. centurio.ff.de vul & pupil.ſi rectè ponderetur,quod ſequitur Imola in c. raynutius.de teſta.& ita citra dubitationem communiter teneri refert ibid.n. 103.Bened.capr.

ſubſtitutio compẽdioſa verbis communib.impuberi cum deſtinatione temporum ſiue ætatum à pagano facta,puta ſi dixerit:ſi filius mox deceſſerit in pupillari ætate,vel poſtea quãdocunque,talem ſubſtituo,valebit iure directo,ĩ.pupillarem ætatẽ,quia propter diſtinctionem temporum cenſentur fuiſſe duæ ſubſtitutiones,vna pupillaris,& alia fideicommiſſaria, vt vult gl.mag.in fi.d.l.precibus. & procedit etiamſi mater ſit in medio,prout vult Imola d.c.Raynutius.ꝙ communiter teneri ibid.n. 104.refert idem capr.licet autem Iac. de Arena. & Cy.in d.l.precib.idẽ eſſe dicunt,ſiquidem ſine diſtinctione tẽporum & ætatum, modò cùm dictione diſtributiua quandocunquè facta ſit argumento.l.ſicut in annos.ff.quib.mo. vſus amittit.Bart.tamen l.centurio.ff.de vul.&pup.d.l.precibus.C. de impub.&aliis ſubſt.& Bald.l.ſi quis ad declinandam,3.cõcluſ.C.de epiſc.& cler.& doctores communiter cõtrarium tenent,vt refert ibid.n.71.& 105.idem capra.Quia dictio diſtributiua non inducit pluralitatẽ diſpoſitionum,niſi fiat expreſſio temporum,l.ſtichum.§.ſtipulatio.l.pluribus.cum ibid.no. ff.de ver.ob.ibid.n.106.

ſubſtitutio compendioſa per verba cõmunia à pagano impuberi facta omni tempore eſt fideicommiſſaria:& ſic valebit etiam ĩ. pupillarem ætatẽ hiſce verbis facta:ſi filius meus deceſſerit,talem ſubſtituto.quam opi.tenuerunt gl.in l. cẽturio. ff.de vul.in l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſti.& in c.raynutius.in verbo,vel ſubſtitutionis,de teſta.in c.ſi pater. in verbo, abſque deductione,e.tit.li.6.quã d.c.raynutius.ſequũtur Inn. & Hoſt.& Archid.in d.c.ſi pater. Azo.in ſumma de impub. & aliis ſubſti.ſimiliter Dy.Rayne.& Beluiſo, quẽ ſequitur Bald. d.l.centurio.dicens communem eſſe,& ſecũdum eam doctores conſuluiſſe,quam communiter tam à canoniſtis quam legiſtis teneri refert ibid.n.107.Bened.capr.

Subſtitutio cõpendioſa à pagano facta per verba communia in re vel quantitate certa. non trahitur ad directam ſubſtitutionem,nec per conſequens ad vniuerſa bona,iuxt.no.in l. lege.§.generaliter.ff.ad Treb.&auct.vt cum de appellationib. §.aliud quoque capitulum.coll.8.prout voluit Bart.l. centurio.ff.de vul.Imo.c.raynutius.de teſta.quod procedit etiam ſi in tertia vel dimidia parte bonorũ facta eſſet ſubſtitutio, quia & tunc cenſetur in re certa facta.l.non amplius.§.fi.ff.de le.1.l. ſi ſeruum.§.fi.cũ l.ſeq ff.de leg.3.Quinimò etſi facta ſit in tertia vel dimidia parte hæreditatis,nõ trahitur ad directam ſubſtitutionem , ſi vnus tantùm fuerit ſubſtitutus , prout voluit Bart.d.l.cẽturio.quam ſequitur Imol.d.ca.raynutius,cũ quib. cæteros communiter tranſire refert.ibid.n.1.Bened.capr.

ſubſtitutio compendioſa vulgaris plurib. inſtitutis facta ſuper toto, alterutro tãtùm mortuo ſubſtitutus nõ admittitur, ſed cohęres tanquam prædilectus.l.quidam teſtamento.ff.de vul.& pupil.vt voluit Bald.l.pe. C.de impub.& aliis ſubſtit.& Ang.in l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Treb.licet autem pluribus facta ſimpliciter & non ſuper toto,alterutro mortuo ſubſtitutus regulariter admittatur,argumento.d.l. quidam teſtamento.à contrario ſenſu.quia verba ita ſonant,à quib.verbis in dubio non eſt recedendum,iuxt.l.non aliter.l.ille aut ille.§. cùm in verbis.ff.de le.3.ſicut d.l.pe.Bald.& d.§.cùm ita. Cng. quoque placuit.id tamen inter alia fallit,quando ipſi inſtituti eſſent de liberis,& ipſe ſubſtitutus extraneus,quia nec tũc veniet ſubſtitutus,niſi exiſtat conditio in perſona vtriuſq;,quia attenta mente teſtantis videtur in dubio cohæres tanquam magis prædilectus, ante ponendus ſubſtituto minus prædilecto.l.pluribus.§.1.ff.de cond.& dem.arg.l.cùm auus.ff.eo.ti.l. cum acutiſſimi.C.de fideic.l.ſi is,qui ducenta. § item ſi pater. ff.de reb.dub.quod voluit Bald.d.l.pen.& Ang.d.§.cum ita.& Im.d.c.Raynutius.& ita communiter teneri refert Ben.capr. ibid.n.159.idem eſt ſi ſubſtitutio compendioſa vulgaris copulatiuè aut plurib.inſtitutis per verba ſimplicia, etiam ſi hæredes non erunt,talem ſubſtituto.quo caſu verba illa vim copulatiuę habent,quia ſubſtitutus non admittitur,niſi in vtriuſq; inſtituti perſona exiſtat conditio, prout voluit Bart.& Ang.l. hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Treb. cùm non ſit verum, quod vno non exiſtente hærede , ambo videantur non hæredes. l. quamuis.& ibid.Bal.C.de impub.& aliis ſubſt.quod cõiter teneri ibid.n.166.refert Bene.capr. idem eſt ſi ſubſtitutio compendioſa vulgaris pluribus inſtitutis ſub nomine collectiuo fiat,puta ſi dicatur:Si vterque,vel ſi neuter non erit hæres,vel ſi ambo in tali ætate , vel ſine liberis deceſſerint talem ſubſtituo,vt locus ſit ſubſtitutioni,requiritur quod in vtriuſq; perſona exiſtat.Bald.& Bart.l.pen.C.de imp.& aliis ſubſt. Ang.d. §.cùm ita.& d.l.quamuis.Im.d.§.cùm ita. quod communiter teneri ibid.nu.170.refert Bened.capr.

Subſtitutio compendioſa pupillaris vel exemplaris, pluribus filiis inſtitutis ſimpliciter facta,vt quia dictum ſit:Si tales filii mei deceſſerint in pupillari ætate,vel non ſanæ mentis,vel copulatiuè, puta ſi dictum ſit : Si Titius & Caius filij mei deceſſerint in pupillari ætate,vel non ſanæ mentis,talem ſubſtituo.ſubſtitutus non admittitur niſi vterque ita deceſſerit.l.pater filio §.fi.ff.ad leg.falc.l.pen.C.de imp.& aliis ſubſtit.quod voluit Bart.& Ang.l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad treb.& ibid. Im.dicens per d.l.pen.id procedere non tantùm ſi ſubſtitutus ſit extraneus,ſed etiam ſi ſit de liberis, maximè quando ad inuicem eſſent ſubſtituti.cæterùm ſi vltimus decedat in pupillari ætate vel non ſanæ mentis,admittitur non tantùm ſubſtitutus ad portionem vltimo loco decedentis ex ipſa ſubſtitutione,tam ex mente quàm in verbis ipſius ſubſtituentis, ex quo conditio extitit in perſona vtriuſque,ſed etiam ad portionem primo loco mortui. imò ſi extat tantùm conditio in perſona ipſius vltimi , admittitur ſubſtitutus ad portionẽ eius ex quo non ſupereſt alius inſtitutus.arg.d.l.pen.& d.§.cùm ita.puta ſi ſuperſit filius primi decedentis tempore quo vltimus decedit,vt voluit Im.d.§.cùm ita. cuius dictum procedit, quando talis ſubſtitutio fuiſſet facta per verba ſimplicia,vel copulatiuè,quia tunc cùm talis pluralitas reſoluatur in ſingularitatem ex quo tendit ad diuerſos effectus, cùm cuilibet de per ſe videatur facta pupillaris vel exemplaris ſubſtitutio. arg. l.falſa. §.fi.ff.de condi.& dem.vt ibid.not.per Bart. quod in d.§.cùm ita.ſecundum Bart.velle videtur & ſequitur Bald. d. l. penult. C. de impuber. & aliis ſubſtitutionibus. quod communiter teneri ibidem numero centeſimo octuageſimotertio. refert

Bened.cap.vbi tamē adiungit,ꝙ ſi ſubſtitutio facta ſit ſub nomine collectiuo,ꝙ tunc attēta verborum ſignificatione,ſubſtitutus non admittitur,etiam ſi cōditio exiſtat in perſona vltimi, ſed requireretur vt conditio exiſtat in perſona vtriuſq;, juxta dictam l.pe.ibid.

Filij hæredum inſtitutorum ſubſtitutione expirata per defectum conditionis, veniunt magis ab inteſtato, quàm ex teſtamento,vel fideicommiſſo,ſecundum communē per Burſ. conſ. 1.n.6.lib. 1.

Subſtitutio breuiloqua,ſiue ſit facta verbis directis,ſiue verbis communib.ſiue ſit facta perſonis imparib.ſiue parib.nunquam continet ſub ſe niſi directas,vulgares, pupillares, & exemplares ſubſtitutiones, fideicommiſſariam autem nūquam. & hanc communem doctrinam antiquorum & modernorū doct.appellat Iaſ.in cōſ. 134.n.2. vbi ipſe multas authoritates doct.allegat in 1.vol.cōſ.& hanc communiter obſeruari ſcribit conſulendo Phil.Dec.in conſ.205.n.6.& in conſ.292.n.3. & in conſ.219.nu.3.vbi ipſe eandem opi.communem, à qua conſulendo & iudicando nō eſt recedēdum,eſſe refert.Licet Bald.contrariam ſententiam in l.humanitatis.C. de impuber. &aliis ſubſti.referente Barth.Soc.in conſ.6.n.2.in 3.vol.conſ. ſecutus fuerit.etſi vera & communis ſit ipſa hæc ſententia,tamen recipit limitationem,vt locum non habeat, quādo cum breuiloqua iuncta eſt compendioſa, quia vbi ſubſtitutio breuiloqua facta eſt cum clauſula , ſi quis eorum decederet ſine filiis,&c.tunc poſt aditam hæreditatem ipſa ſubſtitutio breuiloqua tranſit in fideicommiſſariam.Bald.in conſ. 55.n.5.in 3. vol.conſ.doct.in d.l.Lucius.Rol.à Valle,in conſ.25.n.10.in 1. Tom.conſ. kirchouius.

ſubſtitutio ex vna ſpecie ad aliam profertur atque extenditur.commune dicunt Iaſ.conſ.203.li. 1. Io.dilec.de art.teſtan. tit. 5.caut. 5.Ant.Gomez.de teſt.c.3.nu. 10. Eman.à coſta.in l. Gallus.§,& quid ſi tantum.par. 5.n. 1.cum ſeq.ff.de li.&poſth. Si autem illa ab aliqua conditione pependerit nec ad teſtatoris filios ante conditionis euentum trāſmittitur,ſi aliud ipſius teſtatoris voluntas coniecturis collecta nolit. commune pronunciant Cur. iu.conſ.3.n.15.& Franc. Viuius cum multis aliis lib. 1.opi.335. E.Suarez.

ſubſtitutio in liberorum defectum,hoc eſt,ſi quis ſine liberis deceſſerit,& tūc euaneſcet,tùm is,cui ſubſtituitur,religionem profitebitur.commune inquiunt, Barb.cōſ.20.ſtat difficultas.lib. 1.Dec.c.in præſentia.n.227.& ſeq.de prob. Quamuis idem proceſſurum non ſit ſi tantū clericus efficiatur.commune affirmāt Boerius.deciſ.253.Sylua nup.lib. 5.n.81. cum duob. ſeq. Nec item idem procedet ſi ſubſtitutio ad captiuorum redemptionem fiat.quemadmodum frequenter placitū aſſerit Corn.conſ. 53. libr.4. Nec denique id etiam procedet, cùm teſtator aliter expreſſim cauerit. commune teſtificatur Calcan.conſ.7.incipit quia à me. idem.

ſubſtitutio vulgaris inferior impendio eſt,quā vel iure ſanguinis,vel iure deliberandi trāſmiſſio. Quin nec vllas vires habet,quandiu tranſmiſſioni ex his capitib.locus eſt.commune dicit Soc.conſ.296.in præſenti.lib. 2.And.Alc.in l. 1.nu.22.ff. de vul.& pup,magis commune teſtat. Ant.Gom.de teſta.c.9. nu. 50.ver.& in expreſſo. idem.

ſubſtitutio vulgaris tacita,quæ ex pupillari ſubſtitutione expreſſa colligitur,tunc extra pupillarem ætatem porrigetur,cū nulla mentio vel pupillaris ætatis,vel temporis ꝯ.eam ętatem fit.ſed aut ſimpliciter,aut in longius tp̄s cōpoſita eſt,q̄ pubertatis ætas cōprehendat.Verbi cauſa,ſi ſubſtitutio in hanc formā exaretur:titium impuberi filio meo ſubſtituo,aut titium, ſi filius meus intra 10.an. cadauer exuerit , bonis eius portiri volo extinguetur.at ſi ita teſtator verba fecerit : titius,ſi filius meus è corporis cuſtodia euaſerit,hæres eſto:aut,titius,ſi filio meo intra 25.an.quid humanitus contigerit, eius locū habeto:tunc illic ſemper,hic ad expreſſum vſque tempus ſubſtitutio vulgaris durabit,vt commune eſſe antiquorum placitum teſtificatur Albe.in l.precibus.nu.4.C.de impub.& aliis,ac receptum etiam neotericorum dogma pronūciat Imol.in l.qui habebat.ff.de vul.& pup.& in c.raynutius,in materia vulgaris ſubſtitutionis,n.83.de teſta. idem.

ſubſtitutio pupillaris expreſſa matrem omnino tum legitima portiōe, tum bonis à linea materna pupillo quæſitis interuertit tam iure fori,quàm iure poli.quemadmodum frequenter receptū inquit Ant.Gome.de teſta.c.4.n.7.ver.ſed his non obſtantib. Quin & tacita pupillaris ſubſtitutio hæreditatem pię alicui cauſę delatura matrem excludet.commune ait Rip. in l. 1.ff.de vul.& pup.alias autem ſecus, vt frequenter placitū atteſtatur Deci.conſ.211.ſubtilis eſt caſus in prin. idem.

Subſtitutio pupillaris,quam auus præterito filij emancipati nepoti facit.hodie valet,ac firma rataque eſt.commune Inquit Franc.Rip.in l. 2.n.31.ff.de vul.& pup.Nec vlla vnquam hodie irrita fiet pupillaris ſubſtitutio,quod patris teſtamentū ob filij præteritionem irritum ſit. commune affirmant Rom. conſ. 506.in caſu propoſitæ,ad fi.Ant.Gome.de teſta. c.4.n.4. Emanuel à Coſta.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm par.3.n:103. ff.de lib.& poſthu.vide quæ ſuperius obſeruo ver.Præteritio. idem.

Subſtitutio quaſi pupillaris,ſeu.vt vocant,exemplaris, non ſolū mente captis,ac furioſis.ſed omnib.iis perſonis,quæ ſibi teſtamentum cōdere nequeunt, fieri rectè ac ritè poteſt. cōcedicit Vigl.in §.qua ratione.n.4.inſti.de pupil.ſubſti.&matrem tùm à legitima tùm à cæteris filij bonis exigit,atque expellit. commune aiunt Iaſ.n.43.Rip.nu.48.in l.ex facto.ff. de vulga. idem.

ſubſtitutio compēdioſa verbis directis facta ſi iure directæ pupillaris valere potuit , iure fideicommiſſariæ extra pupillarem ætatem non valet. vt magis commune inquiunt Alex. n. 24.Iaſ.n.29.Ripa.n.69.in l.centurio.ff. de vul.& pup. Quamuis aliud generaliter receptum dicat Iaſ.conſ. 129.lib. 1. excludet autem illa matrem,vt latè receptum ponit Franc.Viui.lib. 1.opi.334. idem.

ſubſtitutio his verbis cōcepta,inſtituo,& ſubſtituo:ex verbo,inſtituo.directam:ex verbo, ſubſtituo fideicommiſſariam ſubſtitutionem inducet,commune teſtatur Cur.iun.conſ.83. nu.2.Villal.in ſua collect. idem.

ſubſtitutio compendioſa per verbum commune fideicommiſſariam continet,ſecundum magis communem per Burſa. conſ.71.n.10.lib. 1.

ſubſtitutio conditionalis non tranſmittitur ad filios filiorū inſtitutorum,ſi pendeñ cōditione grauatus decedat,ſec.com. per Burſ.conſ.71. n. 15.lib. 1.quæ concl.fallit, ſi ſit vnita cum iure accreſcendi,iuxta magis communem relatam.dict.conſ. numer. 14.

ſubſtitutio conditionalis vnita cum iure accreſcendi tranſmittitur ad hæredes,ſec.magis comm.per Burſat.conſ.71.nu. 14.libr. 1.

In ſubſtitutionib.reſpicieñ vnum tantum effectum pluralitas nunquam reſoluitur in ſingularitates,ſec.com. per Burſa. conſ. 19.n. 16.lib. 1.

ſubſtituto mortuo tempore exiſteñ conditionis per mortē grauati ſine filiis , caduca efficitur ſubſtitutio, abſque iuris hæreditatis in deſcendeñ tranſmiſſione,ſec.comm.per Burſa. conſ. 1.n. 17.lib. 1.

ſubſtitutus decedens pendeñ cōditione:tranſmittit ius ſeu ſpem ſuccedendi ad filios ſuos,ſec.com. per Burſ.conſ.71.nu. 13.lib. 1.

ſubſtitutum excludit monaſterium loco filij ſuccedēs,ſec. magis com.per Burſ.conſ.97.n.23.li.j.vbi eam dicit procedere etiam quòd dictum eſſet,ex ſuo corpore natis, ex pluribus ibi alleg.

ſubſtitutum excludit legitimatus per reſcriptum, ſec.com. per Burſ.conſ. 1.n.30.lib. 1. Quid in legitimato per ſubſequēs matrimonium,vide eundem d.conſ.n. 28. vbi quid qñ extant illa verba,ex legitimo matrimonio natis& procreatis, & de legitimato per reſcriptum.vide ibi d.n.28.

ſubſtitutus ſi citatus fuerit in legitimatione obtēta per ſpurium à comite palatino,excluditur à legitimato,licet non cōſentiat,cum citatio requiratur,ex communi per Burſ. conſ. 1. n.31.lib. 1.

ſubſtitutus compendioſè admittitur mortuo primo ſubſtituto,viuo teſtatore, niſi ſit vocatus poſt primum, quem eſſe hæredem teſtator præſupponat, iuxta communem per Burſ. conſ. 97.n.7.lib. 1.

ſubſtitutus pluribus decedeñ excludetur à perſona venieñ ab inteſtato ex veriſimili mente teſtantis,non adimpleta conditione ſubſtitutionis ſpecifica in perſona omnium,ſec.com. per Burſ.conſ. 19.n.3.lib. 1.

Agens ex ſubſtitutione,& dicens ſe ſubſtitutum alicui,ſubſtitutionem ipſam probare tenetur,& quòd ſubſtitutio comprehēdat caſum de quo agitur.teſte Rol.cōſ. 56.n.4.lib. 3. vbi ponit ſex concl.in materia,quarum prima eſt,ꝙ in ſubſtitutionib.fideicommiſſariis locum habet regula &doct.ꝙ hoc caſu ſubſtitutio non loquitur,& qui contrarium aſſerit, probet, 2. Quod teſtator non loquitur:velle nō præſumitur,& non ſufficit dicere teſtatorem ita voluiſſe niſi eius voluntas tranſierit indiſpoſitionem,ſec. Dec. conſ.61.col. 2. 186.col.2.205.n. 5. 477.in fi.& hanc communem dicit Rol.d.conſ.n.6.n.7.

ſubſtitutio compendioſa facta filio impuberi non valebit vt pupillaris, ſed erit omni tempore fideicommiſſaria, matre

exiſten



exiſtente in medio ita voluit Bart.in l.cēturio.ī 3.q.prin. ff.de vul.& pup.ſubſt.Quia interpretatio fit fauore matris,& ne excludat à luctuoſa hæreditate filij, receditur à regula cōmuni, quemadmodum in tacita pupillari, ad quam ſubſtitutio vulgariter facta porrigitur,cum nō procedat illa regula ꝯ matrē. l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſti.& l.fi.C.de inſt.&ſubſtit. ſub condit. fact. item in re dubia illa pars eligetur quæ fauet matri,vt filio ſuccedat.l.qui duas.in prin.iuncta gl.fi.in fi.ff.de reb.dub. Ang.de Vbald.in conſ.97.n.3. & hanc communem doct.opi.eſſe teſtantur Bal.in l.nam hoc iure.ff.de vul. & pup. & Io.de Anan.in conſ.79.n. 1. quorum ſententiam Ludouic. Bolog.ibid in addi.ſuis ſequitur,& refert Matth.de affli.in deciſ.ſacri conſ.Neap.deciſ.367.in conſ.Neap.poſt longam deliberationem iudicatum,ſubſtitutionem compendioſam factā per verba communia,omni tempore matre exiſtēte in medio fideicommiſſariam eſſe:& hanc veriorē & communem opin. eſſe. Alij multi,contrariam ſententiam ſecuti fuerūt, quorum nomina annotat Marian.Soc.iu.in d.l.centurio.n.265.vbi ipſe inquit,cōtra Bart.& alios magis com.ſententiam & opi.eſſe,& ibi reſpondet ipſe argumentis in ↄtrarium adductis.verſ. non obſtant allegata in cōtrarium.& in conſ.94. n.28.inquit Soc.iu.ꝙ hāc opi.communem omninò ſequi debeamus,præſertim in iudicando & conſulendo.in 1.par.cōſ.& ꝙ talis ſubſtitutio compendioſa,etiam matre exiſtēte in medio, pro tēpore pupillaris ætatis,ſit directa & non fideicommiſſaria,multis authoritatib.& argumentis,pulchrè,vt ſolet,affirmat Rol. à Valle in conſ.69.n.6.cum ſeq.in 1. to.conſ.de qua doctrina doct.varij varia loquuntur,vt liquet ex comment.&rep.Frāc. de Ripa in d.l.centurio.n. 118.& annotat.marginal.Moder.in conſ.12.& in conſ.17.in verb.medio.litera.A. Alex.de Imol. in lib.3.conſ. kirchouius.

Subſtitutio facta per hęc verba,nullis naſcentib.liberis,vel natis deficientib.ſubſtituta matre teſtatoris,nō trahitur ad caſum quando vnica tātum filia naſcitur,fauore matris filiæ defunctæ.iuxta com.per Burſ.conſ. 19.n. 1.n.4.lib.j.

ſubſtitutio facta poſt mortem filiorum naſciturorum purificatur etiam filiis non natis,ſec.com.per Burſ. conſ. 19.n. 13. n.20.lib. 1.

ſubſtitutio pupillaris tacita:licet matrem pupilli ex fauore non excludat,ex communi,minus ve exemplaris tacita, id tamen non procedit vbi mater teſtatoris ſit ſubſtituta, ſec.com. per Burſ.conſ. 19.n. 14.lib. 1.vbi contrarium ſcribit n.28. vel vbi appareret de coniecturata mēte teſtatoris,iuxta communem d.conſ.n.7.

ſubſtitutio pupillaris ſeu teſtatoris mens tacita & coniecturata non admittitur contra matrem pupilli,ex communi, nec ſubſtitutio in vno caſu trahitur ad alium fauore illius, ex cōmuni,niſi de mente teſtatoris appareat,ſec.com.per Burſ.cōſ. 19.n.7.lib. 1. vbi poſt plura concludit, tacitam pupillarem nō admitti contra matrem, niſi de mente teſtatoris per ſigna vel coniecturas appareat,iuxta communem ibi.

ſubſtitutio reciproca inter filios , ſi ſine filiis expirat moriente altero ex inſtitutis cum filio,licet filius nō extiterit hęres,ſec.magis com.per Burſ.conſ. 51.n.3.n.37.lib. 1.

ſubſtitutio quæ aliter extendi poteſt de caſu ad caſum , ad expreſſam tamen porrigitur,vbi eſt facta cum clauſula, tūc & eo caſu,ſec.com.per Burſ.conſ. 51.n.25.lib. 1.

ſubſtitutio extinguitur nato filio,qui momēto etiam viuat poſt mortem grauati, licet poſtea ſine filiis decedat, ſec.com. per Burſ.conſ. 51.n.37.lib. 1.

ſubſtitutio facta nullis naſcentib.vel natis deficientib.deficit vno nato tantum,ſec.com.& veriorem opi.per Burſ.conſ. 67.n. 15.lib. 1.

ſubſtitutio inter nepotes & filios filiorum ſecundi gradus poſitorum in conditione reciproca : cenſetur inducta, ſi inter filios ſit facta,quando adſunt coniecturæ ex opi. & communi per Burſ.conſ. 52.n. 2.lib. 1.

ſubſtitutio reciproca non inducitur inter filios poſitos tantum in cōditione,licet poſt eorum mortem ſit facta,ſec.com. per Burſ.conſ. 52.n. 14.lib. 1.

Subſtitutio fideicommiſſaria ſi facta ſit poſt mortem plurium ſi deceſſerint ſine liberis , & talis conditio purificatur in perſonam vnius tantum : dic, ꝙ in eius portione admittitur ſubſtitutus, ſecundum communem per Oſaſc. deciſ. 110.n.7. Quam declarat procedere,& hoc adeò verùm eſſe, ꝙ ſi ſubſtitutio fideicommiſſaria fieret pluribus extraneis per nomina collectiua:communis opi.eſt ꝙ admittatur ſubſtitutus, purificata conditione in perſona vnius tantum ,ex no.per Alex.in l. pe.C.de impub.& loquitur Oſaſc.d.deciſ.in terminis,quando monaſterium eſt ſubſtitutum & inter alia alleg. Albam mandel.cōſ.31.qui adducit rationes diuerſitatis inter ſubſtitutionem factam vltimo morieñ,& factam poſt mortem plurium ſeu omnium,alias rationes ponit Oſaſc.ibi,& n. 13.vbi declarat cōcl.quam poſuit n. 5. ꝙ ſubſtitutio facta vltimo morieñ in tota hęreditate facit videri hæredes tacitè inuicem ſubſtitutos,quam concl.limita,vt per eum ibi,dum alleg.l.titia §.ſeia libertis de leg. 2.Bar.& Rip.in l.hęredes mei §.cum ita.nu. 14. ad trebel.Aym.conſ. 113.n. 1.l.codicillis ff.de vſufr.leg. quib. omnib.quomodo,& quo ī caſu locus eſſe debeat quo ad primam concl. vide ibi d.deciſ.n.8. & aliis ſup.alleg.vbi reſpondendo contrariis,dicit ea loqui in deſcendeñ teſtatoris, Quo caſu ex præſumpta mente teſtatoris præſumitur perſona coniuncta ſubſtitutum excludere,l.cum auus.de cond.& demon. ſecus in caſu de quo d.deciſ.in quo ſubſtitutio facta eſt extraneis.pro qua vide quæ ſcribit Por.lib.4.concl.34.

PRO.tanta eſt vis matrimonij,vt qui anteà ſunt geniti,poſt contractum matrimonium legitimi habeantur.c.tanta, extra qui fil.ſint leg. Bellon.

PRO.tantum operatur genus in ſuo genere,quantum particulare in ſuo particulari.l.ſi chorus.ff.de leg.3.l.ſi duo.ff. de admin.tut.

OB.contrà de l.ſi quis mihi bona.§.ſed vtrum.ff.de acq.hæred.& l.ſed & ſi rei.§.quæſitum.ff.ſi quis caut.

SOL.dic quòd ibi requiritur ſpeciale mandatum,ꝙ ſub generali veriſimiliter non comprehenditur. Bellon.

PRO.tantum operatur fictio in caſu ficto,quantum veritas in caſu vero.§.minorem.inſtit.de adop. idem.

PRO. tantum valet vnum verbum effectiuum, quantum mille.l.ſi aliquid.vbi Bald.no.C.de don. idem.

PRO.tanto grauiora ſunt peccata,quantò diuturniora. in c.non ſatis.& c.cum in eccleſiæ.extra de ſimo. idem.

Taxatiua legis vel ſtatuti verba non excludunt caſus ſimiles,vt frequenter placitum affirmant Rip.nu.86.Io. Crot. nu. 56.in l.ſi conſtante.ff.ſo.ma.Ant.Gomez.de teſta.c.11.nu. 12. verſ.nec obſtat. E.Suarez.

Tempeſtatis cauſa, quæ in mare iactantur, tunc demum ꝓ derelictis non habita cenſentur,cùm bene compoſita & colligata iactantur.vt eſt com opi.cum accur.in l.qua ratione. §. vlt.ff.de acqu.rer.do.& in l.falſus.§.ſi iactum.ff.de furt.& l.interdum.§.1.ff.de acq.poſſ.& in l.2.§.vlt.& in l.qui leuandæ.ff. ad l.Rhod.de iact.& in §.pen.inſtit. de rerum diuiſ. Quam tamen opinio.nos alibi latè & euidenter confutamus. E.Suar.

Tempus præſcriptum ad aliqd agendum non currit ignoranti.vt commune aſſeuerat curt.iu.conſ.8.numero ſecundo. E.Suarez.

Tempus decem annorum longum dicitur, commune ait Martin.Nauar.reconditę doctrinæ vir in c.1.§.2.n.5.de pœniten.diſt.1.At centum an.tempus dicitur hominum memoriā ſuperare, vt commune placitum enunciant curt.iu. conſ.90. nu.2.Aym.Crauet.hac in re ſemper videndus de antiqui.tempor.4.par.ver.abſolutis differentiis. idem.

Tempus, quo ad ſolutionem iudicatis indulgeri debeat in iudicis arbitrio ponitur, commune effatur Boerius deciſ.45. nu.2. idem.

Tempus à lege ſic exactum,cùm fuerit ſeptem an.aut cùm peruenerit ad ſeptem an.aut,cum eius ætas ſeptēnium fuerit: non ſatis eſt ordiri,ſed opus eſt pertexi,ac perfici. At ſi tempus iis verbis deſideretur,cum in ſeptimo anno fuerit,ſatis ſuperque erit incipere,atque auſpicari. communia ponit latiſſimè Did.à Couar.de ſponſ.1.part.c.2.nu.2. idem.

Tempus in illius odium duplicabitur, qui ante tempus egerit.commune inquit Ant.de Tremo.in add ad Bon.in practi.exceptio.n.25.ver.conditionē,in quib.mod.ſuo nom.idē.

Tempus decem an.dicitur longum,Naua.in c.1.§.2.de præſcrip.diſt.1.n.5.com.dicit. Villalob.

Tempus 30.dierum petendorum apoſtolorum,currit ſcienti latam ſententiam,ſtatim à tempore ſciētiæ,Magis communis,& æqua eſt opi.ſecun.Maran.in ſpec.in 6.par.iud.nu.290. I.Fichard.

Tempus faciendi inuentarium currit à tempore aditæ hæreditatis,dec.conſ.633.Rom.conſ.304.Dur.in arte teſtan. ti. 11.cau.8.iaſ.in l.ſcimus.C.de iure delib.n.7. Bell.conſ.68.cōmunem dicit, & poſt aditam hæreditatem debet incipere intra 30.dies,& finire intra 60. B.Villal.

ADDITIO. Dictique 30.dies continui ſunt,ac à die ſciētiæ delationis hçreditatis incipiunt,& ſimpliciter alij 60.continui, à die hæreditatis aditæ incip. & ita de cōi teſtatur Bero. q.62. an tempus,& q.ſeq.&refert M.Ant. Bard.tract.de temp. vti.& contin.in c.3.ſub nu.7.

Tempus datum à prætore, non poteſt abbreuiari ad finem excluſionis,ita nec tempus datum ad adeundum,de iure ciuili,curt.iu.conſ.108.nu.37.com.dicit. B.Villal.

Iudex tamen pōt abbreuiare tempus ad adeundam hæreditatem,ne legatarij diu expectent,Alex.conſ.4.volu.2.& idem Alex.& iaſ.in rub.de ſucc.edicto.C.com.dicit. idem.

Intentio creditoris non eſt fundata contra hæredem filium, ex eo ꝙ probatur, ꝙ non abſtinuit, quia interim dum ſe non immiſcuerit, potuerit abſtinere, Pyrrhus Angleb. in conſue. Aure.de ſucceſſ.c.29.com.dicit. idem.

Tempus ſtatutum ad aliquid faciendum non currit ignoranti.curt.iu.conſ.8.com.dicit. idem.

Fallit in tempore dato patronis ad præſentandum,quia currit à tempore vacationis beneficij,Lamber.de iure patro. lib. 2.par.2.q.1.art.8.nu.1.com.dicit.

Fallit ſecundò,in petitione reſtitutionis ex capite ignorantiæ quia non poteſt peti poſt quadraginta an.Boer.deci.39.n. 7.com.dicit,de qua in verbo reſtitutio.nu.32. idem.

Tempus longiſſimum facit præſumi ſolennitates extrinſęcas,Boer.deciſ.1.nu.15.com.dicit.

Fallit ſi ex eius aſpectu apparet defectus.curt.iu conſ. 130. nu.7.com.dicit,de qua in verbo ſolennitas.

Tempus centum an.requiritur ad hoc ꝙ dicatur concurriſſe tempus de cuius initio memoria non ſit in contrarium,cur. iu.conſ.90.nu.2.com.dicit,Aym.Crauet.de antiquitate temporum,part.4.in verſ.abſolutis differentiis,in princ.vſque ad nu.9.diſputando hanc materiam concludit,ꝙ quando requiritur tempus,de cuius initio non ſit memoria,non eſt neceſſarius curſus centum annorum, ſed ꝙ probetur, ꝙ non ſit memoria hominum in contrarium,per notata,per doct. in ca.1. de præſc.in 6.de iure regio ad probandum immemoriale tempus ſufficit ꝙ teſtes deponant de quadraginta annis de viſu,& de auditu,auditus antiquorum,cum publica fama,& voce,(vt habetur in l.41.Tau.)in contrarium probato tempore immemoriali, non dicitur probatum tempus centum annorum, cùm requiritur lapſus temporis centum annorum.Coua.in c. poſſeſſor.de reg.iur.li.6.nu.9.com.dicit,ex gl.in c.cùm vobis. de teſtib. idem.

Tempus de cuius initio memoria non ſit in contrarium, debet probare ille,qui fundat intētionem ſuam in dicto tempore.cur.iu.conſ.90.in ſi.com.dicit. idem.

Tempus in quo grauamen incipit effectum non conſideratur ſed tempus in quo grauamen profertur à iudice, præpoſ.in c.biduum.2.q.6. Fallit autem in excommunicatione, communem dicit. B.Villalob.

Tempus

Tempus quod datur condemnatis, vt ſoluant, eſt in iudicis arbitrio. Boer.deciſ.45.nu.2.com.dicit. B.Villal.

Tempus executionis cauſarum criminalium eſt in iudicis arbitrio, idem ibi nu.7.com.dicit. idem.

Tempus quadriennij ad petendum reſtitutionem currit à tempore finitę præſcriptionis, cum præſcribitur contra nunc maiorem, qui tempore inchoatæ præſcriptionis minor erat, Io.Maur.de reſti.in integ.c.44.com.dicit. idem Villal.

PR. tempus contractus eſt inſpiciendum in contractibus, l.ſi filiusf.ff.de verb.ob.l.1.§.non ſolum.ff.depoſ.l.ſi tamen.ad ſenat.maced. Bellon.

PR. tempus non eſt modus tollendæ, vel inducendæ obligationis.l.obligationum fere §.placet.ff.de act.& obli. idem.

OB. contrà de l.cùm de in rem verſo.ff.de vſur. vbi ſolutio vſurarum pluribus annis facta obligat in futurum.

SOL.ibi propter lapſum decennij, qui eſt loco iuſti tituli, & ideo ibi allegatio iuſtiti tuli obligat in futurum.

OB ſecundò opponitur de l.1.C.de fideic.vbi ex præſtatione alimentorum triennali præiudicatur in futurum ſoluenti.

SOL.ibi fauore alimentorum, & vltimæ voluntatis.

PRO.tempus, perſona, locuſque aggrauant delictum.l.aut facta ff.de poe. idem.

Tempus ſtatutum à lege vel ſtatuto an & quando currat ignoranti, vide iaſo.in l.quandiu.col.fi.C.qui admitti. Quid in termino dato à iudice aut alio, an currat à die dati termini, an verò à die notificationis & ſcientiæ, vide doct. in apoſtill. ad Bar.in l.Labeo.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſſ.fuer. vbi plura notab.faciunt quæ idem Bar.ſcribit in l.1.§.præſides.ff.de requir. reis. & in lege genero. ff.de his qui not.infam.poſt numer. 3. Put.

Tempus inſtantiæ cauſæ principalis à iure vel ſtatuto præfixum prorogari non poteſt partium conſenſu, ſec.gl.& doct. communiter, in l.properandum.gl.in verbo, triennij.C.de iudic.in l.2.ff. de re iud.cùm ſit principaliter fauore publico inducta vt ſit litium finis, cui partes renunciare non poſſunt.l.ius publicum.ff.de pact.l.2.§.ſed quia.C.de iura.calum. Idem in inſtantia cauſæ appellationis, ſec.Barto.in auth, ſi tamen.C. de temp.app.Bald.in l.centurio.circa fi.ff.de vulg.& pupil.Io. And Pan.& Do.præpo.in c.ex ratione.extrà de app.ſpec.eod. tit.§ nunc breuiter.verſ.licet autem detur annus.&ſeq.Rom. & Nicel. in l.2. de re iud.licet contrarium teneat ipſe Bald. in extrauag.de pace conſtan.in verbo, in cauſis, in auth.ei, qui.& in l.fi.C.de temp.app.per dictam auth.ſi tamen, & clem. quandiu.de app.quæ iura ſecundùm præfatos doct.loquuntur, nõ de prorogatione vltrà tempus inſtantiæ, ſed de ſuſpenſione curſus temporis inſtantiæ, dum partes conſentiant nolle litigare. Balb.deciſ.426.

Tempus ad probañ non labitur: dum diſputatur an articuli vel poſitiones admitti debeant, teſte Bal. per illum text.in l. quandiu de acq.hær.not.glo.& doct.in c.cupientes §. quod ſi ver.videbitur.de elec.in 6. idem dicũt doc.procedere dilatione pendeñ ad reſponden̄ poſitionibus vel diceñ de impertinentia per gl.clem ſæpe ver.poſt dilationem de ver.ſig.Bal.in l.vlt.ff. de fer.idemque dum ſuper perſonæ legitimatione ante litis conteſtationem diſputatur, iux.not.per Bal.& Alex.in l.properandum in prin.C.de iud.idem quando dilatio labitur propter inducias rei, l. 2. §.pen. de iudi. ſimiliter vbi tempus præfixum parti ad aliquid ageñ. culpa ipſius & malitia labitur inutiles petendo dilationes, ex not.per Bart.in l.intra vtile. ff. de minor in l.petendæ C.de temp.in integ.reſt.Minſing. cent. 2.obſer.99. Quibus adde, quòd ſi terminus fuerit per iudicẽ aſſignatus actori ad probañ.& produceñ capi'a: dum diſputatur ſuper admiſſione interim non currit tempus & terminus probañ.ſecundum cur.l.1.col 1.cir.fi.C.de iur.cal. Alex.conſil 42.col.3.circa med.lib.3.& fac.Nat.conſ.318.vbi loquitur in terminis ſtatuti præfigeñ terminum ſuper admiſſione capitulorum, & ibi quomodo currat tempus, & not.iaſ.in l.contra maiores C.de inof.teſt.in l.ſi cum §.qui iniuriarum col.2.& 3. ff.ſi quis caut.catel.verſ.inſtantia accedit, quòd terminus non currit, vbi diſputatur ſuper eo quod expedieñ erat, l.ſi cum ipſe ff.de excuſ.tut.l.intra vtile in prin ff.de minor.vnde ſi alicui ſtatutus eſt terminus ad probañ aliquã exceptionem: donec diſputatur, an illa exceptio ſit admittenda vel non, terminus ad probañ non currit, vt ſcribit Nat.conſ.172.col.fi.vbi quando per cauillationes & ſubterfugia aduerſarij cauſa protelatur: quòd non currat inſtantia, pro quo fac.Alex. conſilio 72.colum. 1.libro 3. ibi num. 2. quòd ſi cauſa expediri debet intra certum tempus: illud non currit impedito per dilationem aduerſarij, vnde dicimus, inquit Alex.ibi, quòd ſi ſtatutus eſt actori terminus ad probañ; & in termino actor poſitiones producat: & ſtet poſt diem quominus poſitionibus reſpondeatur non currit terminus actori ſtatutus, Quid in cauſa appellationis? & dic, vt per Alex. in dicto conſilio Cagnol. in l.ea eſt natura nu. 9. de regulis iuris. Quibus omnibus conuenire videtur quæ habentur in pract. pap.for.ſent. diffin.ver. primo quidem, ſed prædicta omnia magis proderunt, ſi fiant proteſtationes & interpellationes quas docet iaſo.in l.properandum.§.ſin autem vtraque.C.de iudi

Tempus petendæ inueſtiturę non incipit currere, niſi à die probabilis ſcientię, & ſic ille annus à principio eſt vtilis & poſt ſcientiam continuus.com.in §.feudum..q.49.ver.Scias tamen P.Fich. ex Claro.

Tempus petendæ inueſtituræ non currit impuberi.com.in §.feudum q.49.verſ.item ſcias. idem ex eodem.

Tempus datum ad cognoſcendum, incipit currere à tempore præſentationis commiſſionis, ſi detur ſub certo numero dierum, ſecùs, ſi vſque ad certum diem, Franc, in c.ſuper eo, 2. de app.com.dicit. B.Villal.

PRO.tempore indigemus vt aliquid maturius agamus.ca. ponderet. 50.diſt. Bellon.

Tempus datum ad probandum non currit, dum diſputatur, & cognoſcitur an capitula probatoria, vel poſitiones probare debentis, admitti debeant, ſecundùm Bal. in l.quandiu, per illum textum. ff. de acquirend. hæred. gloſſ. & Gemin. in capitulo cupientes.in §.quòd ſi in verbo videbitur.de elect. in 6. Idem dilatione pendente ad reſpondendum poſitionibus, vel dicendum de impertinentia, ſecundùm gloſſ. in verbo poſt dationem in cle. ſæpè. de verborum ſignificat. Bal. & dominus cato in l.fi.ff de fer. in l. 1. C. de iura. calum. ſpecul. in titul. de dilatio.§. 1. verſicul. ſed nunquid currunt. Idem dum diſputatur ſuper legitimatione perſonæ ante lit. conteſtat. nec tunc etiam perit inſtantia, licet per decem annos ſuper hoc litigaretur, ſecundùm Bal. quem ſequitur dominus Alexander. in l. properandum. C. de iud. in prin. eundem Bal. in l. & poſt edictum. ff. de iudi. Idem vbi tempus labitur propter priuilegium, vel inducias rei. l. 2. §. pe. ff. de iudic. l. fi. §. donec. C. de iure deliberand. Idem generaliter vbi tempus præfixum parti ad aliquid faciendum labitur culpa, & per maliciam, & dilationes fruſtratorias partis, per caſum cum Bart. in ſecunda opinione in lege intra vtile. ff. de mino. iuncta l.petendæ. C. de tempo. in integr.reſtit. petend. Balb.deciſ.185.

Tempus appellandi currit minori, ſi fuit defenſus, & tutor eius vel curator interfuit ſententiæ, & ita ſecundum Bartol. in lege fi. C. ſi aduer. rem iudica. procedit gloſſ. ibi, & in §. pupillis. in authentica de hæredi. & falcid. quæ allegat caſum de hoc in §. 1. in auth. de appella. & intra quæ tempora. Secùs ſi fuit indefenſus, & tunc procedat opin. Iacob. Butr. qui tenuit tempus ipſo iure non currere per legem final. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria. Habebit tamen primo caſu remedium reſtitutionis in integrum ad totam cauſam ſeu ad appellandum, ſecundùm doctor. in d.l.fi.C.ſi aduer.rem iud. Balb.deciſ.319.

Tenuta ſeu alius actus iudicis in quo proceſſit de facto parte non citata, vbi erat citanda, poteſt ab eo reuocari parte non citata, & ſine cauſæ cognitione, ſecundum gloſſ. in capitu. excommunicatos. 11. quæſt. 3. in l. minor. & ibi dominus Alexand. ff. de euictio.in l. 1. in verb.infirmabitur. ff. de fer. Bald. in l. pacto quo pœnam. C. de pactis. in l. poſt ſententiam, in vltimo folio. C. de ſent. Bart. in l.2.C. de ſeruitu. Balb. deciſ.354.

Tempus datum à iudice partium conſenſu, prorogari poteſt: & ideo non ſoluens intra terminum à iudice ſtatutum, ſub excommunicationis pœna, vel pecuniaria, non incidet in pœnam facta termini prorogatione per partem, dummodò ſoluat in termino prorogato. l. Celſus. ff. de arbit. & ſecundùm Bar. in l. 1. §. & poſt operis. ff. de oper. noui nuncia. canoniſt. communiter in cap. præterea, el 2. extrà de appellat. Balb.deciſ.432.

Tempus appellationis ſuſpenſum. Per compromiſſum factum in arbitratorem ſuſpenditur tempus appellationis proſequendæ, ſicut & in arbitrum, ſecundùm Roma. & Nicel. in l. 2. ff. de re iudica. per clemen.quandiu. de appellat. & in auth.ſi tamen.C.de temp.app.& quia eadem eſt ratio in vtroque, licet Pet.de Anch.conſ.274.determinauerit contrarium, cuius opinionem ipſe Roma.vbi ſuprà pluribus motiuis confutat. Balb.deciſ.479.

Tempus executionis cauſarum criminalium eſt iudicis arbitrio, vt eſt communis opinio de qua Boerius deciſ. 45. numero 7. Bonacoſſ.





Tempus quòd datur condemnatis, vt ſoluant eſt iudicis arbitrio. Boer.deciſ.45.nu.2.com.dicit. idem.

Tempus commiſſi delicti, reo inſtante declarari precisè debet, vt eſt com.opi.per Burſ.conſ.34.nu.25. Bonacoſſ.

PRO.tenebræ aptiores ſunt ad fabricandum falſum.in l. 1. §.tria lumina.ff.de vent.inſp. Bellon.

Tergiuerſator punitur pœna infamiæ, & lib. 5.auri.com.dicit Marian.in rub.de calum.n.6.Cla.d.§.fi.q.72.verſ.tergiuerſator, ibi etiam dicit Oldradum mortuum eſſe triſtitia propter hoc crimen. P.Fich.

Terminus, diem termini non computari in hoc ipſo termino, per multi doct.aſſerunt, & hanc opinionem communiore conſuetudine obſeruari dicit Bald.in l.eos.§.ſi autem.nu.6.ff. de appel. Et communem eſſe dicit iaſ.l.1.nu.20.ff.ſi quis cautio.vt refert Pet.Duen.reg.196.per totum.

Contrariam opinionem, ꝙ imò dies termini computetur in terminum, tenent ſimiliter plurimi docto. (multi ſibi ipſis contrarij.) Et communem eſſe dicit Philip.Cor.conſ.279.nu. 4.vol.4.vt refert Duen.in ſubſequenter reg.197. per totum, quem omnino vide, necnon Tiraq.ibid.alleg. I.Fich.

Terminos prædiorum, vel domum amouens ſcienter, ac dolo malo finium occupandorum gratia, ſi eſt perſona nobilis relegatur ad tempus, ſi vilis fuſtigatur, & ad biennium relegatur.l.2.ff.de ter.mo.Cy.Bal.Sali.& Alb.in l.1.C.de acc.abb. & Barba.in c.ex literis.de probat. Iodocus Damhouderius in Enchiridio ſub rub.de tranſlatione limitum, vbi autem illos terminos amoueret quis cauſa offuſcandi eos, punitur pœna arbitraria, l.fi.circa fi.ff.de ter.mo.abb.in d.c. ex literis. Sali. in l.1.de accuſ. Vbi verò quis amouit terminos dolo malo, puta vt lapides confinales furetur, vel vt vicinis negotium faceſſat non tamen mouit eos occupandi ꝯfinia nec animo litis confinium ſuſcitandi in ſuum commodum, nec ea offuſcãdi, punitur pœna 50.aureorum.l.fi.in prin.ff.de termi.mo.Sali.in d. l.1.abb.in d.c.ex literis Iodocus in d.rub.de tranſla.limi.& ita reſtringitur ipſa l.fi.& iſta eſt com.opi.ſec.dec.in d.c.ex literis in fi.vbi tamen qui amouit terminos neſciens illos eſſe terminos, dolo tamen id egit, puta vt lapides confinales furetur, ſi eſt vilis perſona ceditur verberib.l.2.ff.de term.mo. ſi eſt nobilis punitur pœna arbitraria ſec.abb.in d.c.ex literis vel ſaltem tenetur furti, vt per Sali.in d.l.1.& terminos, ſeu limites intellige quæuis ſigna, ſiue ſubſignacula, quæ agros ad inuicem ſeparant, ſiue lapides, ſiue pali, ſiue arbores, ſiue foſſata eſſent.vt per Iodocum in præcitata rub.de tranſla limitum, in fi. gl.& doct.in d.l.fi. F.Viuius.

Terminus parti ſtatui poteſt ad accuſandum, ita vt ſi in eo termino non accuſauerit, poſtea non ſit audiendus. com. dicit imola in c.tuæ.circa fi.de procu.& eſt practica com.ſecun. Blanc.in practica crim.nu.41.Cla.d.lib.5.§.fi.q.3.verſ.& conſequenter. P.Fich.

Terminus ſtatutus à iudice ad producendum inſtrumenta intelligitur præfixus ad omne genus ſcripturarum, non autẽ ad teſtes producendos, ſecundum ſpe.in ti.de dila.§.videndũ. verſ.item no.& Bald.in l.1.C.de iura.cal. quod ibi ſequitur & dicit eſſe notandum do.Sandilianus. Balb.deciſ.37.

Terminus ad faciendum ſuas defenſiones in criminalibus omnino eſt dandus, etiam ꝙ reus fuiſſet ſponte confeſſus, vt eſt com.opi.Cla.q.49.ver.eſt igitur. Etiam non petitus, vt ibi. adeo ꝙ nec princeps, etiam de plenitudine poteſtatis, non poteſt tollere defenſiones reo, vt eſt com.opi.Cla.ibi.ver.& hoc adeo verum. Et ſi ſtatutum dat terminum ad ſe defendẽdum, reus poteſt ſibiipſi abbreuiare, vt ſi defenſionem non facit infra talem terminum ob ſuam negligentiam, tacitè cenſetur termino renunciaſſe.Bal.in c.perſonas.nu.1.de appell. idem.

Terminus iudici præfixus ad inquirendum pro delictis currit à die commiſſi delicti, non à die ſcientiæ, vt eſt com. opi. Cla.q.51.verſ.ſed quæro. & not.ꝙ terminus à ſtatuto poſitus non poteſt diminui, vel prorogari, puta, ſi dicat ſtatutum ꝙ contumax ponatur in banno, in quo aſſignetur ei per iudicẽ terminus octo dierum, infra quem ſi non comparuerit, habeatur pro confeſſo, quia tunc iudex non poteſt neque augere, neque minuere, ita Bal.in l.iubemus.C.de iudiciis.nu.10.& ſi ſtatutum. idem.

Termino elapſo ad ſyndicandum, etiam non abſoluto officiali, non poteſt amplius de eo quæri, & ſyndicari, etiam in propria patria, vt eſt communis opi.Cla.q.51.ver.hæc etiam. Bonacoſſ.

Tertius ad cauſam veniens: in ſtatu in quo ea reperitur audiri debet, ſecundum doct.in l.ſæpe de re iud.affl. deciſ. 235. Marc.Delfin. deciſ.272. vbi ꝙ tertius ſciens litem ſeque non opponens nec appellans à ſententia, præiudicium ſaltem quo ad poſſeſſionem ſibi parat. iuxta communem per Alex. in l.à diuo pio. §. ſi ſuper rebus.nu.24. ff. de re iud. Hinc dixit abb. in c. ſuper eo. col. vlt. de of. delega. quòd ſi iudex tertium ſe malitiosè habere ad impedieñ.executionem cognouerit: illum audire non debet, teſte iaſ.in l.4.§.condemnatum.nu.11. de re iud.

Tertius veniens ad cauſam virtute clauſule, omneſque alios intereſſe putañ in reſcripto: tunc in eo ſtatu admittitur in quo cauſa reperitur, adeò vt ſi publicati eſſent teſtes ſibi obeſſent, teſte fel. in c. veniens. de teſti. in ca. exceptionem de excep. in c. ſuper nu. 13. de re iud. Caſſiad. deciſ. j. tit. de excep. cui adde, ꝙ quando tertius commiſſionem impetrat ꝙ conſtito de intereſſe: iudex ipſum admittat, tunc in eodem ſtatu non recipitur: ſed renouandus eſt proceſſus, teſte Caſſiad.deciſ.5.all. Sed an tertius veniens ad cauſam poſt terminos non ritè recteque ſeruatos teneatur illos iterare & repetere? & dic, ꝙ ſic, ex not. per doct. in apoſtill. ad Rol. deciſ. 2. num. 37. de reſcript. Qui quidem tertius ad defenſionem cauſæ pro ſuo intereſſe ex perſona rei compareñ fori declinatoriam etiam poſt litem conteſtatam opponere poterit, licet talis exceptio regulariter ante litem conteſtatam opponi debeat, ca. inter monaſterium, de re iud. iaſ.in l.ita demum. num. 5. C. de procur. poſt inno. in c. capſum ſanctæ crucis. de reſcr. franc. niconi.alleg.34.nu.17.

Tertius comparens didicitis atteſtationibus, non poteſt alios teſtes producere, & prima publicatio ipſi nocet, ſecundũ communem per Burſ.conſ.95.nu.13.

Teſtamentum non infirmatur ex eo, ꝙ teſtes ſint legatarij, ſi ſolenniter ſit confectum: ſecùs ſi in teſtibus conſiſtit, curt. iu.conſ.18.nu.18.com.dicit.

Concor. cum l. 11.titul. 1.parte 6. & cum l. 8. titul. 5. For.lt.

Item, nec probatur legatum ſibi ademptum, iaſo. in l. dictantibus, C. de teſt. nu. 6. & Io. Durand. in arte teſtan. titu. 2. communem dicunt, & Bellon. in conſil. 16 Idem concludendo, nu.7. & dicunt com. tam iſtam quàm præcedentem. Villalob.

Teſtamentum comprobatur legitimè eſſe factum. per duos teſtes teſtamentarios, Alex.conſ.84.vol.2.& Dur.cau.2.nu.6. com.dicit. idem.

Teſtamentum non reuocatur ex eo, quod teſtator coram ſeptem teſtibus dicat nolle valere teſtamentum niſi dicat ſe velle mori ab inteſtato. Io. Durand. titul. 2. caut. 3. communem dicit.

Teſtamentum ſubuertitur filius non inſtitutis, etiam ſi eis legata ſit res certa.Io.Duran.in arte teſtan.ti.3.cau. 1.communem dicit.

Etiam ſi legetur ei legitima, ſi non inſtituatur. l. 5. titul. 8. parte 6. ſed tamen de hoc vide quæ habes in verbo, legitima.

Amplia, ſi inſtituantur filij ſub conditione non poteſtatiua. Dur.in dicta cau. 1.num.3.& Soc.conſil. 97.volu.3. communem dicit.

Amplia in teſtamento filij patre non inſtituto, quia non valet.Io.Duran.ibi nu. 8.com.dicit. idem.

Teſtamentum, in quo pater inſtituit filios ſimpliciter, non comprehendit filium, quem ignorabat habere, & eſt nullum.iaſ.in l. ſicuti. nu. 2. C. de teſta. milit. communem dicit. idem.

Teſtamentum inter liberos non ſuſtinetur ea via, quæ melior de iure valere poteſt. Io.Dur. d.cau. 1. nu.7.communem dicit. idem.

Teſtamentum matris, vel aui materni, ſuſtinetur per clauſulam codicillarem etiam ſi filius ſit præteritus, quia grauati cenſentur venientes ab inteſtato reſtituere. Io.Dur.in art.teſtan. tit.3.cau.15.com.dicit.

Amplia ad teſtamentum nullum ex quacunque cauſa, ſi in eo ſit appoſita clauſula codicillaris venientes ab inteſtato, tenentur reſtituere hæredibus ſcriptis obtenta quarta trebellianica, iaſo. in auth. ex cauſa. nu. 22. C. de lib. præte. Durand. in arte teſtan. tit. 8. cau. 1. nu. 4. tit. 11. cau. 1. & Io. Nicol. in conſil. 2. num. 6. de ſecund. nuptiis. communem dicit, quàm intelligit, Rub.conſ.125.num.7. quando venientes ab inteſtato tempore teſtamenti tenebant primum gradum quod nota. idem.

Teſtamentum patris cum clauſula codicillari per verbum, de præſenti valet, non comprehendit poſthumum, ſecùs tamen per verbũ, valet & valebit de futuro, & de preſenti. Alex. conſ.124.vol.j.com.d.reprobata opi.Bart.dicentis clauſulam codicillarem per quodcunque verbum, non comprehendere poſthumum. Et hanc Bart.opinionem Fran.de Aret.conſ.vlt.

nu.7.communem dicit,quos refert iaſ.in auth.ex cauſa.n.24. de lib. præte. Et hanc vltimam dicit magis communem. Ant. Rub.conſ.22.fi.vbi dicit Barbat.&Socinum hanc dixiſſe communem. idem.

Teſtamentum eſt ipſo iure nullum,quando erratur in perſona hæredis , quam credebat teſtator eſſe coniunctam.iaſ.in l eam,quam.nu.16.C.de fideic.com.dicit. idem.

teſtamentum,in quo filius ſub poteſtate eſt preteritus,ſi filius dicat nullum,rumpitur,aliàs non.iaſo.in l.poſthumo.nu. 21.C.de bo.poſ.com.dic. licet ipſe faciat concluſionem contrariam,dicens ꝙ eſt ipſo iure nullum, & in auth. ex cauſa. de lib.præte. nu. 8. dicit hanc ſuam concluſionem communem, quod ſit ipſo iure nullum in filio ſub poteſtate , & in emancipato,non ſit ipſo iure nullum. idem.

Teſtamentum,in quo à patre filiusfamilias præteritus exiſtit, an ſit ipſo iure ſimpliciter & omnino nullũ, vel ita demũ, ſi filius velit dicere nullum. Hanc quæſtionem adeò controuerſam eſſe ſcribit Fer. Vaſ.Illuſt.contro.lib.3.c.99.nu.1.(idq; ex iaſ.in l.fi.nu.cum ſeq.de bo.poſ.contra tabu.)vt ſit de ſummis iuris apicibus.

Quòd enim tum demum ſit nullum , ſi id velit , tenent per multæ gloſſe,adeò vt in d.l.fi.nu.23.eam dicit gl.eſſe communem,quam ſequitur & firmat Ang.in l.ita tamen.§.quoties.ff. ad treb.vbi dicit veram eſſe non aliter atque euangelium.eam ſimiliter ſequitur propter multos quos allegat tiraq.in l.ſi vnquam in verſ.reuertatur.nu.13.C.de reuoc.dona.

Contrariam opinio.ꝙ vt teſtamentum ſit prorſus ipſo iure nullum,non attenta filij declaratione, multò plures gloſſæ tenent,quas ſequitur & firmat iaſo.in l.filio præterito.nu.23.& 29.C.de contra tab.dicens communem eſſe tam vltramontanorum quàm citramontanorum.Et ſimiliter communem dixeruntEman.à Coſta,Gulicl.Bened.Alex.in conſ.dec.(dicens in hac re tanquam clara, non eſſe laborandum.) Et denique curt.iu,prout illos recenſet idem Vaſq.in d.c 99.nu.j.fi. Et ibidem concordiam quandam harum pugnantiam opinionum, ex d.curt.ſubiungit,quam ibi vide. I.Fich.

Licet teſtamentum ſit nullum ex præteritione filij in poteſtate,tamen debentur legata.iaſ.in auth.ex cauſa.nu.1.de lib. præte.com.dicit,& Alex.conſ.36.nu.8 lib.1.

Fallit ſi in teſtamento ſit clauſula codicillaris , quia valebit in vim codicillorum.Alc.in l.1.§.ſi quis ita.nu.17.de ver.obl. com.dicit,quia rupto teſtamento ex preteritione,clauſula codicillaris ſortitur ſuum effectum integrum,magis com. dicit, Alex.conſ.37.vol.1.nu.3.

Amplia iſtam communem,& ſi teſtator ignoraret natos ſibi eſſe nepotes.Alex.in conſi.26.num.9.magis com.dicit,ſed Apoſtill.in add.ad ipſum Alex.in d.conſ.26.dicit ꝙ hodie cõmu.opi.eſt in contrarium reprobata,gl.auth.ex cauſa.C.de libe.præte.vt per Bart.Paul.&iaſ.ibi,nec etiam recipit limitationem Bart.inquantum intendebat dicere,ꝙ hæc noua com.opi. non habet locum, quando teſtator diu vixerit. Et nota ꝙ hæc noua com.opi. dicitur magis communis ab Alex. conſil. 47.nu.11.lib.2.

Reſtringe iſtam ampliationem in legato paruo,ſecùs tamen in magno,quia rupto teſtamento per natiuitatem poſthumi, rumpitur legatum magnum.Alc.de præſum.re.1.præſum.13. in prin.com.dicit.

Amplia etiam,ſi prætereatur poſthumus,iaſ.ibi nu.2.commu.dicit.

Amplia ſecundò, etiam quo ad ſubſtitutiones exemplares & pupillares.iaſ.ibi nu.10.com.dicit.

Amplia tertiò,quò ad fideicommiſſa.num.11.comm.dicit idem iaſ.

Amplia quartò,etiam in exheredatione ſine cauſa, vel cum cauſa non probata.ibid.nu.8.com.dicit Iaſ.

Limita in legatis relictis ipſi filio rumpenti teſtamentum. idem Iaſ.nu.5.com.dicit. B.Villal.

Teſtamentum rumpitur per ingreſſum religionis.Io. Dur. in arte teſtan.tit.3.cau.9.com.dicit. idem.

Teſtamentum ſi inueniatur cancellatum penes teſtatorem præſumitur de eius voluntate.iaſ.in l.ſi vnus.nu.9.C.de teſta. com.dicit. idem.

Teſtamentum non vitiat ſolennitas leuis omiſſa.iaſ.in d.l.ſi vnus nu.4.com.dicit. idem.

Per ſtatutum poteſt dari teſtandi forma,vltra formam traditam per ius ciuile.Io.Duran.in arte teſtan.tit.2.caute.6. com. dicit. idem.

Teſtamentum factum ſecundum formam loci,in quo teſtamentum conficitur,attenditur, & non loci rei ſitæ, & ad illa bona extenditur.iaſ.in l.1.nu.44.C.de ſacroſ.eccl.com.dicit,licet ipſe in l.ſi arrrogator.n.40.ff.de adoptio.dicat opinionem Petri,quę huic contrariatur,communiter teneri,ſed tenet primam. idem.

Teſtamentum in certo loco conditum, an extendat ſe,valeatque quò ad bona vbicunque exiſtentia, vel ſita? Item cuius loci ſtatuta vel conſuetudines ſint circa hoc attendenda? Quæſtio eſt maximè controuerſa.

Affirmatiuam huius,ſubſequentes doct.tenent.ſpec.in tit. de inſtru.edit.§. compendioſè. verſ. quid ſi conſuetudine.Io. And.ibidem in add.in verb.Cynus.Cynus ipſe in l.cunctos populos.C.de ſum.tri.& fide cath.verſ. quidam moder.Gul. de Cun.in d.l.cunctos.verſ.ex prædictis reſultat.& verſ.ſi eſt dubium,&c.Guido Suſa.in l.omnes populi.ff. de iuſtit. & iur. vt eum allegat Gozad.conſ.49 in prin.Io.Calderi.conſ. 34. ſub rubr.de teſta.quibus annumerari poſſet Bart.ob diſtinctionẽ, quam facit in d.l.j.videlicet, an verba ſtatuti reſpiciunt bona, vel perſonas,&c.Alb.de Roſa.in d.l.1.Bald.in repetitio.l.1.in 30.q. verſ.quinto quæritur.Sali.in eadem l.1.verſ. Si autem bona ſunt immobilia,& ibidem commemorat,ꝙ ita obtinuerit de facto concurrentibus doctiſſi.Iuriſconſultis tam Bononienſibus,quàm Florentinis.Pet.Anch.conſ.37.verſ.venio ad ſecundam rationem.nu.7.Rapha.Fulg.in d.l.1.nu.24.in fi.Ludo.Ro.conſ.39.Franc.Aret.in d.l.1.ſequens ſupradictam diſt. Bart.Ang.Aret.in tract.de teſta.in verb.ſecundum morem & ſtatuta noſtræ ciuitatis regii,&c.in q.5.

Ioan.Campegius in tract.de dote.in vlt.par.q.69.incip.An talis excluſio ſtatuti,&c.iaſ.poſt longam diſputationem in vtranque partem,tandem concludit,Communem eſſe opinionem,quòd teſtamentum ſe extendat ad bona vbicunque ſita, in d.l.1.Et ita etiam prolixè conſuluit idem,in conſ.86. verſi. ſed præmiſſis non obſtantibus 7.lib.3.Alc.d.l.1. nume.14.& ſeq.maximè verò.nume.16.19.& 20.& Ioan.de Amic. conſ. 75.nu.3.Paul.Pariſ.conſ.12.nu.45. dicens communiter teneri.vol.3.

Negatiuam autem & contrariam opinionem tenent Petr. de Bella pert.in d.l.1.poſt dominum ſuum Cyn.in ead.l.1.circa fin. verſ. tu verò teneas. Iac. de Rauen. vt refert. Cyn.ibid. verſ. ſubſequenter quæro. & l.ſi arrogator. ff.de adoptionib. vt eum refert Alex.conſ.16.volum.1.Petrus de Ancharan.in repetitio.capitul.1. de conſtitut. dicens eſſe hanc opinionem communem Alexand.in d.conſilio decimoſexto. & conſilio centeſimo vigeſimooctauo.volumine primo. & conſilio decimonono.volumine ſexto. etiam ipſe dicens hanc communem. Salicetus (vt à quibuſdam intelligitur) in dicta l.1.verſ. ex prædictis infero ad deciſionem. & verſ. præcedenti. Franciſcus Aretin. perplexior quidem eſt , ob multifarias diſtinctiones , nec admodum alienus hac contraria opinio. licet à diuerſa quoque non abhorrere videatur,in d.l.1. Socinus verò conſ.288.volumine primo.& conſ.292. volumine ſecundo.vbi dicit eſſe communem. Albertus Brunus in tractat. de ſtat.fœm.excluden.articul.8.princ.quæſt.25.Lapus alleg.91. incip.in primis videndum eſt de conſuetudine,&c. Card.Floren.conſ.2.& denique plenè Ludouic.Gozadinus Bononienſis,conſ.49.

Hanc q,poſtea etiam à Iac.Philip.Portio (cuius præclarum opus concluſionum,regularum,&communium opinionum hoc anno 1567.Venetiis publicatum eſt)tactam inueni in lib. 5.c.29.per tot.vbi ipſe priorem opi.tanquam magis communem tenet,& pro ea vltra prædictos doc.allegat inſuper Anc. conſ.160.Chaſſan.conſ.19.c.19.Signor.de homo. conſ.169. Alex.(qui dicunt communem)conſ.44.vol.5.Imo.c.cognoſcentes.de conſti.Barb.ſuper rub.de conſue.nu.64.Roc.curt. in c.fi.e.ti.& Bal.l.2.not.1.C.quemad.teſta.aper.& ibi clarius Paul.de caſtr.&c. I.Fich.

Teſtamentum ſecundum,in quo eſt clauſula,non obſtante quocunque alio teſtamento,ſub quacunque forma verborum concepta,irritat primum,& ſi in eo clauſula ſit derogatoria.Aret.c.1.de reſcr.com.dicit.

Amplia, ſi conſtat quomodocunque ꝙ teſtator voluit mutare voluntatem.Io.Duran.in arte teſt.tit.10.cau.1.com.d.

Concor.cum l.22.titul.1.part.9.& vide l.44.in ord.tau.loquente de eo,qui fecit maioricatum. B.Villal.

Teſtamenta duo ſi inueniantur facta in vno die , neutrum valet propter incertitudinem.Boer.deciſ.371.numer.3.communem dicit,vide limit.per Dec.& Iaſo in l.fi.C.de edic.diui adr.tol. idem.

Didacus Perem.in addit.ad ſecuram.in l.quoniam.ff.de acquir.poſſ.nu.92. vult dicere, ꝙ ambo hæredes ſuccedant per l.3.titul.14.part.6. quæ lex mihi non probatur. Verba enim legis ſunt , Y ſi ambos moſtraren que han vgual derecho en los



en los hienes del finado ambos deuen ſer metidos en poſſeſſion dellos ygualmente:non ꝙ lex requirat,ꝙ ambo demonſtrent de ſuo iure , & ſic acquiritur ꝙ ambo habeant ius , ſed nullum habent propter incertitudinem.arg.l.duo ſunt.ff.de teſta.tuto. & lex debet intelligi, quando vel ſunt conſanguinei in æquali gradu,vel æqualiter probatur per teſtes de iure proprio,ſed cogita.

Intellige autem iſtam communem,quando hæc incertitudo non poteſt vitari,vel per horam,vel per momentum,ſi tamen de tempore anteriori poteſt conſtare qualitercunque, teſtamentum prius valet.Ant.Gomez.in l.45.tau.n.148.magis com.d.ex Bart.Pau.& doct.in l.ex pluribus.ff.de ſolut.

Vni primo,niſi vnus ex illis iam poſſideret, Idem ibi num. 149.ex gl.in l.ſi cùm actum.ff.de nego.geſt.& Bald. in l. 1. C. quando prouocandum non eſt.

Vni ſecundò,ſi vnus ex inſtitutis eſſet de venientibus ab inteſtato,idem ibi comm.dicit ex gloſ.in l.ſi prius.ff. de contra. Villalob.

Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis, vt putà ſi teſtator incepit condere,ac conficere teſtamentum ipſum,& poſtmodum non habuiſſet illud pro abſoluto ſuperueniente aliquo impedimento , tunc teſtamentum hoc etiam quò ad pias cauſas non valeret,ſec.gl.Bart.&omnes in l.ſi is,qui.ff.de teſta.Gul.de Cun.& alios in l.fi.fam.erciſc.&omnes cõiter in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta.vbi curt.iu. latiſſimè.n.4.& iſtorum opi.apparet eſſe communem ex relatis per Boeri.deciſ.93.n.10.& deciſ.240.n.4.& ſeq.& ita expreſſè iſtam communem aſſeuerat quoque Franc.de Are.in d.l.ſi is,qui.& moder.omnes in allegato §.ex imperfecto.& quamuis præcipitanter abb.in rub.de ſucc.ab inteſtato.ſenſerit contrarium cum aliquibus aliis relatis per moder.citatos,tñ quicquid iſti doc.abſq; aliqua ꝯcludenti ratione ſuadeant,ob hoc fatuum eſſet recedere ab iſta communi canonica , & veriſſima, imò teſtamentum hoc ratione voluntatis imperfectum ſimiliter nõ valet,ẽt inter liberos conditum,d.l.ſi is qui.&ibi Bart.& per doct.in d.§.ex imperfecto , cum congeſtis per iaſ. conſ.155.cauſa & lite.li.2.vbi ſcribit iſtã eſſe com.opi.&conſil.61.conſultus lib.1.Barbat.conſ.9.illud vol.4.& dec. conſ. 126.ad dubium in fi.Sed hoc non procederet in alio caſu,ſ.vbicunque teſtamentum ipſum eſſet ſcriptum per teſtatorem, vt per alium in ſcedula teſtamentaria,nec eſſet lecta,publicataq; coram ipſo teſtatore,teſtibus,& Notario,tunc quippe teſtamentum hoc valet inter liberos & ad pias cauſas conditũ: ſec.Bart.in l.fideicommiſſa.§.quoties.ff.de le.3.cuius opinionem ſequuntur omnes doct.ibi,& com.dicit Fran.de Aret.& Boer.in præcitatis deciſ.& ita hæc omnia, &alia quam plura, ad materiam præmiſſam concernentia referebat clariſſimus, &conſummatiſſimus iureconſultus D.Raynaldus Rodulphꝰ interpretando publicè peruſij d.§. ex imperfecto , vir omni ſcientiarum genere refertiſſimus. F.Viuius.

Teſtamentum , licet quò ad ſolennitates ſit de iure ciuili, tamen inuentum eſt de iure gentium , & ideo reſcripto non poteſt tolli Bello.in conſ.2.nu.4. B.Villal.

Teſtator ſi condidit teſtamentum in ſcriptis,in quo deficit aliqua ſolennitas,valet nihilominus,vt teſtamentum nuncupatiuum.Gomeſ.conſ.3.nu.10.com.dicit,ex Bart.in l.fi.ff.de iure codici. idem.

teſtamentum,licet ad hoc ꝙ valeat requirantur ſeptem teſtes per l.hac conſultiſſima.C.de teſta.in prin.tamen fallit,Primò tempore peſtis,quia ſufficit ꝙ fiat coram quinque teſtib. & valet.Matth. de affl.c.1.deciſ.25.nu.2.Barbat.conſ.83.n.4. dec.conſ.284.com.dicit:licet Alex.conſ.60.vol.2.dicat communem contrariam,quam refert iaſ.l.& ab antiquis.nu.4.C. de teſta.ſed tamen eum non ſequitur. idem.

Quod Horatius in arte Poetica ſcribit,

*Bonus interdum dormitat Homerus.*
*Verùm opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.*

Id auctori videtur hoc loco accidiſſe. Nullus enim horum doct. hanc opi.dixit communem. Quinimò Matth. de affl.& Barbatia (qui in allegato hic conſ. 83.nihil dicit) in conſ.58. verſi. circa ſecundam dubitationem dico vol. 1. expreſſè tenent contrariam, quemadmodum etiam Alex.in d.conſ.60. vol.2.& inſuper in conſ.178.vol.1.Verum quidem eſt,quod dec.in d.conſ.284.(quo in terminis hanc quæſtionem plene tractat)concludit pro prædicta opin. ꝙ tempore peſtis quinque teſtes ſufficiant, propter magnam eius æquitatẽ,vt dicit, & quia alij plures doct. eam tenuerunt, quos recitat , nempè Bald.Floria.Ang. Areti.And.Sicul.iaſ.Sed interim non audet communem dicere. Et ſi hoc dicat , non videri verum eſſe, quod Alex. tradit contrariam eſſe communem. Imò ſcribit ibidem nu.5.Alex.variaſſe,& in l.ſcriniarios.C.de teſta.mili. tradidiſſe,teſtamentum coram duobus etiam teſtibus tempore peſtis confectum,valere.Poſtremò,inquit,dato ꝙ res eſſet dubia,tamen in dubio in fauorem teſtamenti eſſe iudicandũ, ſecundum receptam theoricam,quo argumento etiam iaſ.in l.fi.vbi latè hanc quæſt.examinat C.de teſta. vſus eſt. Et hanc decij ſententiam in d.conſ.384.(quam etiam retinuit in conſ. 504.n.7.)approbat in add.ibidem Apoſtil. & inſuper pro hac allegat Cor.conſ.53.lib.3.Fran.Ripam in tract.de peſte.Hipp. de marſ.in l.1.§.præterea n.125.de quæſt.Et Steph.Bertr.conſil.223.viſo caſu de quo s.lib.&c.Hanc ſequitur etiam Rubeꝰ. Alex.conſ.71.& plenius conſ.165.cum diſt.tamen,ſ.an peſtis ſit notabilis,vt tunc demum procedat, &c. Deniq; hanc opi. cameram quoque imperialis iudicij hoc caſu,etiam in minore,quàm quinque teſtium numero, iudicãdo ſecutam eſſe,in cauſa Ioachini Gulichs, cõtra Philippum Erlenbacher j.Iulij, anno 1540.Et antea quoque anno 1535.in ſimili cauſa,in obſeruationibus meis reperio. Solet enim illa veritatem potius & æquitatem,quàm ſtricti iuris ſubtilitates in cognoſcendo perpendere,& obſeruare,ſecũdum c.dilecti ext.de iud.Poſtea reperi Iac.Philip. Portium, concluſionum libr.3. cap.9. hanc quæſtionem tractantem,& doct.pro & contra allegat(quem vide omnino)hanc poſteriorem opinionem ſimiliter tenere.

Circa iſtam communem,& ſequentes vide l.1.tit.1.libr. 5. ord.& l.3.tau. quæ diſponunt,ꝙ in teſtamento nuncupatiuo, & ſi ſit inter liberos,debent adhiberi tres teſtes & ſi notarius defecerit , quinq; teſtes & ſi quinque non, ad minus ſint tres, & in teſtamento in ſcriptis,requiruntur ſeptem teſtes & notarius,qui omnes vna cum teſtatore,ſubſcribant teſtamentum, vt per dictas ll.apparet. B.Villal.

Fallit ſecundò,ſi fiat coram presbytero parochiali,&duob. teſtib.Io.Duran.in arte teſtan.tit.2.caut.2.Corn.191.com.dicunt & Dida. conſil. 284. & ſi non ſit parochus, requiruntur quatuor teſtes,Bell.conſ.12.nu.2.com.dicit.

Fallit tertiò,ſi ſit in præſentia principis,quia non requiruntur teſtes ad eius validationem,Coua.in rub.de teſtib. part. 1. nu.2.com.dicit.

Concordat.l.5.tit.1.par.6.

Amplia non ſolùm,ſi fiat coram eo,ſed etiam ſi confirmet. Idem ibi com.dicit,ex Bart.in l.omnium.C.de teſta.

Fallit quartò,ſi quis inſtitutus ſit intuitu pietatis , ſi hæres verè pauper eſt,valet teſtamentum, etiam ſi non ſint niſi duo teſtes,Io.Durand.in arte teſtan.tit.2.cau.2.Barbat.in ca.de teſta.com.dicunt.

Fallit quintò,in teſtamento patris inter liberos, quia valet etiam per ſchedulam vbi de voluntate , & inſtitutione ꝯſtat, etiam ſine teſtibus,Alex.conſ.105.vol.3.& iaſ.conſ.57.vol.2. & Io.Dur.tit.2.cau.2.j.com.dicit.

Concor.cum l.7.tit.1.par.6.

Fallit ſextò,ſi per ſtatutũ conſtituatur, vt valeat teſtamentum cum duobus teſtibus,iaſ.in l.1.de ſum.tri.C.nu.37.communem dicit.

Nota quòd tale ſtatutum non ligat forenſes,ſecundum magis communem opi.vt per iaſ.ibi nu.40.

Fallit ſeptimò , ſi à teſtatore eſt electa fides hæredis, quia non requiritur alias ſolennitas,nec alij teſtes,iaſ.in l.quæſtionum,nu.14.C.de fideic.com.dicit. Villal.

ADDITIO. Quoad primam fallentiam de teſtamento tempore peſtis facto cum quinque teſtibus,an valeat? Dic illud valere,ſec.magis com.& æquiorem opi.per Rol.conſ.81. nu.14.47.57.lib.1.imo etiam cum minori numero,ex no.per eundem d.conſ.n.44.Guid.Pap.q.543.in fi.Pariſ.conſ.32.col. antep.in fi.li.2.conſ.46.n.44.li.3.Boer.q.218.n.11.de quo plura not.Port li.2.concl.9.Alex.conſ.177.lib.2.Neuiz.conſ.26. nu.5.iaſ.in l.fi.C.de teſta.dec.conſ.284.Idem Rol.conſ.30.li. 3.Imo etiam valere teſtamentum ſi teſtator impeditus propter peſtem non potuit illud publicare,concludit idem Rol.d. conſ.81.n.40.poſt Anch.ꝯſ.337.& ꝙ ſufficiant quinque ſcribit idem Rol.conſ.43.n.39.li.3.Quam opi.ſatis ſuperque obſeruatam,&practicatam vidimus annis prçteritis 1576.1577. in ciuitatibus Venetiarum,Mantuæ, Brixiæ,Mediolani, Lugduni,Chamberiaci,& Secuſiæ,in ſubalpina patria.

Teſtamentum ad pias cauſas non requirit de neceſſitate ſolennitates iuris gentium. communem dicit Cla. in §. teſtamentum.q.6.ver.fuit. P.Fich.ex Claro.

Teſtamentum ad pias cauſas ſuſtinetur etiam quò ad legata ad non pias cauſas laicis relicta. communem in §. Teſtamentum q.6.verſ.ſed quæro. idem.

Teſtamen

Teſtamentum conditum ſecundum conſilium Galli Aquilij valet communem in §. Teſtamentum. q. 85. verſic. final. idem ex eod.

Teſtamentum eſt inuentione de iure gentium, ſed ſolennitates in eo requiſitæ ſunt inuentæ iure ciuili & prætorio. Magis com. eſſe dicit Clar. in §. teſtamentum. q. 2. idem.

Teſtamentum fratris rumpitur per querelam fratris ſuperſtitis in totum & non ad legitimam tantum ipſius fratris, quæ eſt quarta pars totius hæreditatis. com. in §. T. q. 50. verſ. ſed quæro. idem.

Teſtamentum in quo filius reperitur præteritus, tam de iure prætorio quam ciuili, nullum eſt. com. in §. teſtamentum q 43. in prin. Et tale teſtamentum eſt ipſo iure nullum etiam antequam impugnetur ab ipſo filio. com. ead. q. 43. verſ. ſucceſſiue. idem.

Teſtamentum inter liberos valet etiam ſi in eo non interueniant ſolennitates iuris ciuilis, attenditur enim in eo ſola diſpoſitio iuris gentium. com. in §. teſtamentum. q. 8. in prin. Sufficiunt autem in eo duo tantum teſtes. ead. q. verſ. Hinc. Et poteſt etiam fœmina in tali teſtamento eſſe teſtis. ead. q. verſ. Secundo. nec reqritur vt teſtes ſunt rogati. com. in ead. q. ver. Tertio. Tenetur tamen teſtator omnino omnibus filiis ſuis aliquid relinquere titulo inſtitutionis. com. in d. q. ver. Sed pone. Et in tali teſtamento ſemper ſubintelligitur clauſula codicillaris. com. in d. q. verſ. Verum tamen. Nutu autem conditũ non valet, com. ead. q. verſ. Vlterius. Item non valet quandiu aliquid in eo deeſt quod teſtator adhuc addere volebat, licet enim ſuſtineatur, etiamſi imperfectum ſit ratione ſolẽnitatis, tamen quatenus imperfectum eſt ratione voluntatis, non ſuſtinetur. com. in d. q. verſ. Habes cum ſeq. Et nota, ꝙ licet in tali teſtamento dari poſſit vnus ex filiis alteri filio in tutorem, tamen pater nõ poterit etiam extraneum dare tutorem com. in d. §. T. q. 10. verſ. Secundo. Talis tamen tutor extraneus datus à patre, poteſt poſtea à iudice confirmari. Ibidem. idem. ex Claro.

Teſtamentum minus ſolemne, facit aliquem naturaliter obligari. com. in §. teſtamentum. q. 90. verſ. Præterea, Intellige de legatis, ibid. q. ver. ſed hæc. Ideò ſi legatarius poſſideat rem ſibi legatam, poterit retinere ope exceptionis. com. in d. q. 90. verſ. Hinc infertur. cum ſeq. Secus autem eſt in hereditate, illa enim ne naturaliter quidem debetur hæredi ſcripto. com. in d. q. 90. verſ. Cæterùm. Si tamen hæres ſcriptus eam poſſideat & aliter hæres ab inteſtato cum non moleſtet, tutus erit in foro conſcientiæ. com. dicit. in ead. q. verſ. Sed quid iſte hæres, quod tamen Claro non placet. idem.

Teſtamentum parens notarius vel alius, iniuſſu teſtatoris, etiamſi poſtea coram ipſo legatur, vel etiam coram teſtibus, & teſtator interrogatus, an ita velit, reſpondeat, ꝙ ſic, tamen teſtamentum nihil penitus valebit. com. in §. teſtamentum. q. 37. verſ. Tertio. idem.

Teſtamentum prius per poſterius rumpitur, etiamſi prius ſit per imperatorem confirmatum. comm. in §. T. q. 94. ver. Et hæc. Imò etiamſi in priore teſtamẽto iuramẽtum appoſitum eſſet tamen rumpitur per poſterius, quia nemo ſibi legem dicere poteſt. &c. com. in d. q. 94. verſ. Sed quid, ſi teſtator. Interim verò teſtator periurus cenſebitur, & ideo debet petere abſolutionem à iuramento. ea. q. verſ. Sed nunquid. Tale tamen iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriæ, ideò debet in ſecundo teſtamento expreſsè poni reuocatio iuramenti. ead. q. verſ. vl. Quod autem teſtamentum prius per poſterius rumpatur, procedit etiam ſi hæreditas ex ſecundo nõ fuerit adita: ſatis enim eſt eam adiri potuiſſe. com. in d. §. teſtamentum. q. 95. verſ. Dixit. Et quòd prius per poſterius rumpatur procedit etiam in teſtamento inter liberos, ſi in ſecundo nullus ſit inſtitutus extraneus. aliàs ſecùs. in d. §. D. q. 98. per totum. idem.

Teſtamentum prius rumpitur per poſterius etiamſi prius habeat clauſulam derogatoriam, quæ in ſecundo non ſit expreſsè reuocata, ſi modo decennium effluxerit inter primum & ſecundum teſtamentum. com. in §. T. q. 99. ver. Scias etiam. Item ſi in ſecundo iuraſſet teſtator ſe velle id eſſe vltimum teſtamentum, non attenditur clauſula derogatoria in primo teſtamento, ſed valebit ſecundum. in ead. q. 99. ver. item ſcias. Idem cenſendum ſi ſecundum fuerit apud acta conditum. ea. q verſ. vlterius. idem.

Teſtamentum quòd ex cauſa præteritionis nullum eſt, annullatur hodie quò ad inſtitutionem tãtum ſed delegata, &c. in teſtamento contẽta firma maneant. com. in §. q. 51. ver. Præcedentibus. idem.

Teſtamentum ruſtici requirit ſaltem quinque teſtes ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis teſtetur. com. in §. T. q. 56. verſ. Sed quid in teſtamentis. idem.

Teſtamẽta duo ſi producantur, valebit illud quod apparet poſterius factum, ſi verò illud non apparet, neutrum valebit. com. in §. T. q. vlt. in ſi. idem.

Teſtari de feudo regulariter Vaſallo non licet niſi feudum ſit abſolutè hæreditarium, in §. feudum. q. 40. idem ex Clar.

Teſtamentum origine, & inuentione de iure ciuili exiſtere voluit, Bart. in progreſſu commenti ſui in l. ex hoc iure. in principio. ff. de iuſt. & iur. & ſentit glo. in l. 1. in verb. Ciuitatis noſtræ. ff. de acquir. rer. domin. ſed idem Bart. in l. interdum. circa principium, eod. tit. tenet contrarium, videlicet, ꝙ inuentione ſit de iure gentium, quia eo ipſo tempore, quo primùm gentes fuerunt, cœperunt teſtari de bonis ſuis poſt mortem, reſpectu verò ſolennitatum ſit de iure ciuili, quòd hæ cum eo iure introductæ ſint dico partim, & partim de iure prætorio, Inſtit. de teſta. in princ. & quod inuentione ſit de iuregent. tenent communiter doct. in rub. ext. eo. de teſta. & probatur ex tex. in l. ſi teſtamentum. F. Turzan.

Teſtamentum præteritione filij in poteſtate exiſtẽtis & nati, vel naſcituri de iure ciuili à principio eſt nullum, abſque eo ꝙ filius dicat nullũ, probatur Inſtit. de exhæredatio. lib. in prin. ibi initio non conſtiterit teſtametum, ad idem tex. in l. 1. ff. de iniuſt. rupt. irritoque teſt. ibi nullius momenti. l. 3. §. ex his ibi illi ſemper & in l. qui vxorem ibi continuò cuius teſtamẽtum qui in hoſtium poteſtate fuit rumpitur eod. tit. l. inter cætera. in fi. ibi inutile eſt teſtamentum. ff. de liber. & poſthum. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de tab. exhi. l. generaliter. §. ex teſtamento. ff. de fideicom. libertat. & plurib. aliis locis probatur iſta cõcluſio, quam veram fatentur doct. in. l. 1. C. de bon. poſſeſ. contra tab. in princ. & communem, vt per eos in auth. ex cauſa. C. de lib. præt.

Limitatur autem iſta concluſio ſec. Alex. in d. auth. ex cauſa. quando filius eſt exhæredatus, & conſenſit ſe exhæredari. licet iaſ. etiam ibi plurimum, & pluribus mediis impugnet.

Limitatur ſecundò, ſecund. ipſum Alex. quando teſtamentum habet ſolitam clauſulam codicillarem, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, quia tũc ſuſtinetur, & valet iure fideicommiſſi. & filius cenſetur grauatus reſtituere hæreditatem ſcriptis hæredibus, tradit Bart. in l. prima. q. 5. ff. de iure codi. in l. ſi iure in fi. ff. de leg. 3. Alex. conſ. 37. in cauſa lib. 1. & in d. auth. ex cauſa. C. de libe. præte. vbi hanc communem opinionem eſſe atteſtatur, & ſequitur, & idem tenet conſ. 41. viſo themate. eodem lib. 1. & in conſ. 142. circa primam dubitationem, aliàs ſecundum librum meum 285. circa finem lib. 2. & conſ. 31. ponderatis libr. 3. Ang. conſ. 119. viſo themate. Bald. conſ. 431. incip. gloſſ. in auth. ex cauſa. lib. 3. & conſ. 104. caſus talis eſt. lib. 5. & denique Roma. conſ. 122. id quod, quæ omnia ſufficiant tibi ad probationem dictæ cõis. F. Turza.

in Teſtamento inter liberos neceſſe eſt relinquere titulo inſtitutionis. Eſt communis opi. ſec. iaſ. in auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſt. Licet idem iaſ. teneat contrarium bonis fundamentis, & in iudicando dicat contrariam opinionem cõmuni eſſe amplectendam, tanquam de iure veriorẽ. Latè Petr. de Vbal. in repetitione c. Raynutius. de teſta. in antiq. M. Chærian.

In teſtamento ad pias cauſas. in nihilo derogatum eſt ſolennitatibus iur. ciuil. per diſpoſitionem l. j. C. de ſacroſ. Eccleſ. eſt communis opinio ſecundum iaſ. in l. 1. verſ. quid tenendum. C. de ſacroſanct. Eccl.

in Teſtamento tempore peſtis non valet diſpoſitio minori numero ſeptem teſtium. Eſt magis comm. opin. ſecund. Alex. & iaſ. in l. fin. C. de teſtam. Hoc autem indubitanter procedit, vbi peſtis eſſet leuis: ſi autem eſſet contagio notabilis, & multum ſæua, tunc in terris eccleſię coram duobus cum parochiano, in terris imperij coram quinque fieri deberet. eſt ęquior & verior opi. ſecund. Rip. in ſuo tract. de peſte, vbi latè hunc articulum examinat, in ſecunda parti. 2. particulę prin. in prin. vbi tract. de vlt. volunt. contrarium tenet Dec. conſ. 284. viſo puncto. vbi contra communem cõcludit, quòd valeat minori numero. de quo vide Alex. conſ. 177. lib. 2. idem.

Teſtamentum ſicut incipere poteſt ab expreſſa vulgari, ſic etiam à tacita contenta in expreſſa pupil. eſt com. opi. ſecund. Alex. conſ. 1. perſpectis. circa med. vol. 1. & eſt magis comm. ſecund. eund. conſ. 188. viſo verſ. & hoc ſecundum eos. volu. 2. idem.

Licet teſtamentum vel alia vltima voluntas ob. defectum ſolennitatis teſtium non valeat, ad hoc vt oriatur actio, & agi poſſit iudicio ordinario: tamen oritur obligatio naturalis, potens ad retinendum, compenſandum, vel excipiendũ. eſt commun. opin. ſecund. Corn. conſ. 261, in hac conſultatione. verſ. nec refragatur. volum. 1. Vide ſuprà in verb. Obligatur. Et eſſe

mag com



mag. com. dicit. iaſ. in l. ſi creditoris. in fi. C. de fideic. idem.

Teſtamentum quod fit per monachum poſt ingreſſum monaſterij, & ſic poſt promiſſionem, ex permiſſione auth. ſi qua mulier, eſt propriè teſtamentum, & omnia iura loquentia de teſtamento, habent locum in eo. eſt com. opi. cont. Azo. ſec. Soci. conſ. 13. præſens conſultatio. ver. item non requireretur. vol. 1. idem.

Per ſecundum teſtamentum non cenſetur primum ſublatum, niſi fuerit in ſecundo facta ſpecialis mentio de clauſulis derogatoriis appoſitis in primo, nec ſufficit generalis reuocatio ſeu caſſatio prioris teſtamenti: & hoc indiſtinctè, ſiue vnicum tantum, ſiue plura præceſſerint teſtamenta. eſt com. opi. contra Bar. ſec. Alex. in conſil. 172. viſis. verſ. ſecundò reſpondeo. eod. vol.

Ad hoc vt præcedens teſtamentum per ſequens annullatũ cenſeatur, requiritur ꝙ in ſequenti teſtamento fiat ſpecialis mentio derogatoria prioris teſtamenti, & non ſufficeret generalis. eſt com. opi. ſec. Alex. in conſ. 163. viſis narratis. vol. 7. & in conſ. 156. viſo teſtamento. in prin. eod. vol. idem.

Valet teſtamentum, in quo ad interrogationem notarij teſtator reſpondit, ꝙ ſic in omnibus diſpoſitis in ipſo teſtamento. eſt com. opi. ſec. dec. in conſ. 489. in caſu. ver. & in caſu iſto. vol. 3. idem.

Statutum vel conſuetudo alicuius loci, ꝙ quis teſtari poſſit coram duobus teſtibus, porrigitur etiam ad forenſes ibi teſtantes, etiam quo ad bona alibi ſita. eſt magis com. opi. ſec. iaſo. in l. 1. verſ. ſecundum dubium. C. de ſacroſ. eccl. idem.

Teſtamentum cum clauſula derogatoria non tollitur per ſecundum habens etiam clauſulam derogatoriam generalẽ, niſi prioris clauſulæ ſpecialis fuerit facta mentio. eſt magis com. opi. ſec. Soc. in conſ. 2. in cauſa. ver. ſed ex ſuperabundanti. vol. 3. idem.

in Teſtamentis de iure canonico, duo tantùm idonei teſtes requiruntur cum parocho. eſt mag. com. opi. ſec. Alex. conſil. 177. viſo verſ. nec obſtat. vol. 2. idem.

Condemnatus ad mortem, etiam ad pias cauſas teſtari non poteſt, quoniam ſeruus pœnę factus cenſetur. eſt magis com. opi. ſec. Alex. conſ. 182. ſuper eo. vol. 5. idem.

Tenor teſtamenti deperditi probari poteſt per duos teſtes notarios, qui deponant, ſe tenorem dicti teſtamenti legiſſe, & intellexiſſe. eſt com. opi. ſec. iaſo. conſ. 42. factum quæſtionis. vol. 1. idem.

Teſtamentum qui condere regulariter nequeunt, nec ad pias cauſas teſtari quidquam efficient. commune aſſerit iaſ. in l. 1. n. 12. & ſeq. C. de ſacroſ. eccl. Vnde nec ſi pupillus pubertati proximus ad pias cauſas teſtetur, eius teſtamẽtum quicquã valebit. cõe effantur Alex. conſ. 182. n. 1. lib. 5. Guliel. c. raynu. verſ. adiectæ impuberi. nu. 88. verſ. ſed aduertatis, de teſta. nec ſi prodigus, cui adminiſtratio bonorũ interdicta eſt. teſtamentum ad eaſdem pias cauſas condiderit, quidquam validum efficiet. commune teſtificantur Beſſet. in repe. l. 1 nu. 100. C. de ſacroſ. eccl. Alex d. conſ. 18. C. nu. 6. li. 5. Nec item furioſi teſtamento ad illas eaſdem cauſas conſcripto vires vllæ aderunt commune ponit Grat. conſ. 300. nu. 32. lib. C. I. Cla. de teſtam. q. 5. ver. ſed an furioſus. Nec denique ſi ad mortem damnatus pie teſtetur, validurum elogium emittet, commune ſcribunt abb. in rub. 11. ver. de damnato, de teſta. Alex. d. conſ. n. 5. Verum enim vero teſtamentum filiifa. ad pias cauſas conditum valet, ac firmum ſtabileque eſt. commune profitetur Alex. in l. 1. §. hoc autem. nu. 4. ff. ad treb. Quod tamen exaudiri ita debet, vt patris conſenſus vna in id acceſſerit. commune pronunciant Guliel. in d. c. Raynutius. verſ. matrem inſuper cleram. n. 28. pariſ. in c. in præſentia. nu. 20. de probat. Io. Dilect. de art. teſtand. tit. 1. cau. 1. nu. 1. in finem latè I. Clar. vbi ſ. q. 5. verſ. ſed nunquid filiusfa. Intellige 2. ꝙ non ſic prorſus id teſtamentũ ratum erit vt legata extra pias cauſas in alios collata conſequenter robur habeant. quemadmodum receptum aſſirmant iaſ. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. nu. 10. verſ. 2. pro iſta. C. de teſta. Guliel. in d. c. ver. teſtamentum. nu. 79. I. Cla. vbi ſuprà, verſ. vnum tamen. & vide inferius ver. teſtamentum minus ſolenne. Alioquin autem filiusfa. regulariter ac generaliter teſtamentum nequit exarare, quamuis & illius pater conſentiat, & de bonis aduẽtitiis, quorum ipſe plenum ius habet, teſtari modo velit. commune affirmant Alex. in l. Senium. nu. 6. in finem. C. qui teſta. facere poſſ. idem Alex. ac iaſo. vterque nu. 2. in l. nemo. C. illo eod. tit. & qui latè cumulant I. Clar. vbi ſupra, q. 18. verſ. vera igitur eſt, & Fran. Viuius libr. 1. opi. 121. Quin nec filiafam. de dote ſua aduentitia validè teſtabitur. vt eſt communis doctorum concluſio teſte Alex. in d. l. ſenium. nu. 3. Viuio d. opi. Si tamen codicillaris clauſula horum teſtamentis adiiciatur, & is qui inſtituitur, vel relicto honoratur, teſtamẽti tempore præſens fuerit, aut aliter ante teſtatoris mortem agnouerit, quod fit, factum vè eſt, valebunt quæ relinquuntur in vim donationis cauſa mortis quæ ab vtroq; illorum iure fieri poteſt: alias ſecus. communia teſtificatur Soci. conſ. 125. nu. 1. lib. 3. I. Clar. de donatio. q. 6. ver. ſed quæro tu ſcis. Memineris, porrò quod nec illud teſtamenti genus valebit, etſi tunc temporis factũ ſit, cum pater apud hoſtes captus detinebatur. cõmune inquit Io. Crot. l. ſi is, qui pro emptore. nu. 10. & ſeq. ff. de vſuc. Memineris deinde id generaliter proceſſurum, ſi filiusf. aduocatus de iis teſtamentum condat, quæ à ſuis clientulis comparauit, vt frequentius dogma teſtatur iaſo. in l. vlt. nu. 1. C. de inof. teſta. E. Suarez.

Teſtamentum, in quo teſtes rogati, atque ad id ſpecialiter accerſiti à notario non dicuntur, non aliter nec alias vnquam valebit, quàm ſi vel ad pias cauſas attineat, vel ſeſe teſtes ſubſcripſerint. communia inquiunt Boe. deciſ. 34. I. Cla. cum aliis, de teſta. q. 6. verſ. 2. Erunt autem ſatis ſuperque pontificio iure duo teſtes, ac parrochialis presbyter: vel quatuor teſtes, & quiuis alius ſacerdos, vt teſtamentum ritè conditum cenſeãt, ac robur vireſque ſummas obtineat. commune effantur Alex. conſ. 321. nu. 3. lib. 3. Corn. conſ. 16. libr. 4. Io. Dilect. de art. teſtan. tit. 2. cau. 2. Bellon. conſ. 12. n. 4. I. Cla. de teſta. q. 57. Peſtis item tempore factum coram quinque teſtibus teſtamentum valet, ac ſolenne habetur commune dicunt Barb. conſ. 87. lib. 4. dec. conſ. 284. Matth. de affl. dec. 25. num. 2. Quamuis Alex. perperam contra aſſerat conſ. 321. nu. 16. libr. 2. & in l. vlt. vbi etiam iaſ. C. de teſta. Sed teſtamentum omne ad pias cauſas generaliter duobus teſtibus contentum eſt, vt frequens placitũ pronunciant Barb. in ca. adhæc in 2. de teſta. Alex. in l. ſi certis annis. nu. 5. C. de pact. & conſ. 131. nu. 2. lib. 7. Imo. in c. cum eſſet. nu. 12. in finem. de teſta. Amplia, vt idem ſit licet teſtes rogati non fuerint, vt præter ſuperius citatos, commune aſſeuerant Rom. in repe. auth. ſimiliter. C. ad l. falc. Corn. conſ. 149. & conſ. 135. lib. 2. I. Cla. late vbi ſuprà, q. 6. ver. 2. infertur. Amplia ſecundo, quamuis etiam mulieres teſtes ſint. commune aiunt Crot. in tract. de teſtibus, nu. 8. Bell. conſ. 14. nu. 8. copioſè I. Cla. vbi ſ. ver. 3. infertur. Eſt enim teſtamentum, quod pie fabreſit. ſolennitate iuriſgentium duntaxat contentum, commune ſcribit Corn. conſ. 307. litera B. libr. 3. Quin & præterea teſtamentum inter liberos conditum duobus ſolum teſtibus rite condetur, quamuis teſtator cæcus ſit. commune interpretum dogma eſſe memoriæ produnt Soci. conſ. 263. lib. 2. iaſ. in l. hac conſultiſſima. num. 4. C. de teſta. I. Cla. vbi ſuprà. q. 17. ver. ſed quero, & vide j. ver. teſtamentum patris inter liberos.

Teſtamentum denique vel coram principe, vel coram iudice factum ac duorũ teſtium ope ſuffultum valet, ratumq; prorſus eſt. commune aiunt Soc. iu. conſ. 138. lib. 1. Did. à Coua. in 2. part. rubricæ nu. 2. de teſta. & qui de hac teſtamentariorum teſtium materia diligentiſſimè & vtiliſſimè tractant I. Clar. d. tract. de teſta. q. 55. cum quatuor ſequentibus, ac Viuius lib. j. opi. 343. E. Suarez.

Teſtamentum, quod antequam perficeretur, deceſſit teſtator, imperfectum ratione voluntatis, non ratione ſolennitatis dicitur, & ideo nec ac pias cauſas, nec inter liberos valet. commune affirmant Boer. dec. 94. num. 10. Sigiſmund. conſ. feud. 14. nu. 65. latè I. Cla. de teſta. q. 7. verſ. aliquando & 4. Viuius li. 1. opi. 339. Quibus autem in caſibus imperfectum alioquin teſtamẽtum ob pias cauſas ſuſtineatur quibus ſecus, tradit accuratè I. Cla. ex receptis ſententiis, vbi ſuprà quæſtio. dicta, 7. per totam. & quibus item caſibus teſtamentum imperfectè inter liberos conditum valeat, nec nè, tradit idem vberrimè. q. ſubſequenti. E. Suarez.

Teſtamentum patris inter liberos, ſchedula voluntatem & & inſtitutionem liquidò enarrante, comprehenſum & validũ ac iuſtum ſine aliis teſtibus ducitur. commune ponunt Alex. conſil. 105. lib. 3. iaſ. conſ. 57 lib. 2. & qui latiſſimè ex receptis interpretum ſententiis proſequitur, quibus in caſibus minus ſolenne vel imperfectum inter liberos teſtamentum valeat: quibus ſecus, I. Clar. de teſta. à q. 8. vſque ad q. 18. & vide quæ inferius obſeruo verſ. teſtamento imperfectè. idem.

Teſtamentum cæci ſi ab hæredis inſtitutione non auſpicetur, nullius ponderis ac momenti eſt. commune aio ex Petro, Cy. Richard. à Malumb. Iac. de Butr. fulg. Philip. dec. nu. 7. in l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. facer. poſſ. Ang. §. cæcus. inſtitu. quibus non eſt permiſſ. Cepolla caut. 128. quod nos alicubi falſum eſſe apertè demonſtramus. idem.

Teſtamentum nutu conditum non aliàs valet, quàm ſi ad pias cauſas condatur, commune affirmant Corn. nu. 26. Alex. nu. 3. Riminal. verſ. an habeat. in l. iubemus. C. de teſta. Bauer.

in prin.n.76.& ſeq.inſti.de teſta. Si autem teſtamentum notarius ipſe conſcripſerit,&illo perlecto teſtator reſponderit,vel ſubiunxerit quod ſic iubet ac vult vti exaratum eſt,proculdubio validum,firmumque teſtamentum erit.commune inquit dec. conſ.489. in caſu, ad med. & vide infrà verſic. teſtator. idem.

Teſtamentum,quod in alterius arbitrium confertur,an valeat,necne,vide ſuperius ver.Captatoria. idem.

Teſtamentum minus ſolenne, quod piæ alicuius cauſæ fauore ſuſtinetur, non ſolum quatenus ad piam illam cauſam ſpectat:ſed generaliter quo ad omnia & aliis in omnibus reb⁹ extra piam cauſam valet, ac ſeruari debet, commune pronunciant iaſ.nu. 10.curt.iu.nu.18.in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.C.de teſta.Io.Crot.in repe.l.re coniuncti. nu.160.ff. de leg.lib.3.I.Cla.de teſta.q.6.verſ.ſed quæro.vbi contrarium cum curt.non immeritò proponit:ſed ea de re alibi copioſè, intelliges tamen vt id abſque dubio non procedat, vbi teſtamentum alioquin nullum foret, ob teſtantis inhabilitatem ex aliena in illum poteſtate ortam,vt ſ.adnotauimus verſ. teſtamentum filiifa. idem.

Teſtamentum,quamuis metu fiat,iure ipſo valet.commune inquiunt Aret. Aemil. Ferret. in l. 1. ff. de teſta. Qui tamen aliquem teſtari prohibet tum in falſi crimen incidit,tum extraordinaria pœna pro iudicis arbitrio punitur, lapſus ipſa hæreditate vt indignus. commune ponunt Aegid.Boſſ.in practi.tit.de iis,qui prohib.aliquem teſtari.nu. 1.I.Cla.in pract. §. falſum.verſ.prohibens. Eritque opus,vt & defunctum teſtari voluiſſe conſtet,& eum,qui huius criminis arceſſitur,illius voluntati impedimento fuiſſe liquidò probetur: vt commune axioma affirmat Soci.iu.conſ.148.nu.1.lib.2.Qui verò teſtari aliquem violenter cum armis cogit,pœnis legis Iuliæ de vi priuata obnoxius fit:& qui denique ſolo metu abſque vila vi ad id teſtatorem impulit,arbitrio iudicis plectitur. commune fantur Iac.de S.Georg.in l. 1.num.4. C. ſi quis aliquem teſtar. prohib.I.Cla.in d.pract.§.vlt.q.80.verſ. compellens aliquem, idem.

Teſtamentum legitimè factum fuiſſe abundè oſtendetur duobus teſtamentariis teſtibus.commune ponunt Alex.conſil.84.lib.2.Io.Dilect.de art.teſtan.tit.2.cau.2.nu.6. idem.

Teſtamentum ritè conditum, non aliter ritè reuocabitur, quàm ſi teſtator vel aliud ſolenne condiderit, vel coram ſeptem teſtibus ſe teſtamentum reuocare velle aſſeruerit, quod mori inteſtatus velit: vel illud reuocare,ac reſcindere coram tribus ſaltem teſtibus enunciet,& decem poſtea anni, à teſtamenti die cōputandi,præterlabantur.cōmunia ponit latiſſimè I.Cla.de teſta.q.91.& 92.Io.Dilect.de art.teſtand.tit.10.caut. 3.Amplia vt idem procedat quamuis hæredes ſecundo teſtamento ritè facto inſtituti hæreditatem adire vel nolint,vel nequeant.commune inquit Did.à Couar.in rub.parte.2.nu. 21. verſ.7.concluſio.de teſta. Amplia ſecundò, licet primum teſtamentum inter liberos conditum fuerit,ſi in hoc deinde condito teſtamento,& iidem liberi heredes inſtituti ſint,&maior illis inde vtilitas proueniat.nam & ſi hoc ſecundum imperfectum ſit,tamen eo ipſo primum reſciſſum videbitur. commune aſſerunt Soc.iu.conſ.117.nu.10.lib.1.& conſ.145.nu. 57. lib.2.Did.à Couar.vbi ſ.nu.19.verſ.6.declaratio.I.Cla.d.trac. q.98.Amplia tertiò, vt teſtamentum primum per ſecundum iure ipſo reuocetur ac reſcindatur, quamuis teſtator ſe illud non eſſe reuocaturum ſolenniter iurauerit.commune proferunt Cotta in memor. in ver.teſtatorem inducere.latè Did.à Coua.d.2.par.nu.15.I.Clar.vbi ſuperius,q.94.verſ. ſed quid ſi teſtator.vbi accuratè id explicat,& cum multis receptum affirmat prædicti iuſiurandi reuocationem inſeri ſecundo teſtamento neceſſe eſſe.quod mihi non probatur:ſed ea de re alibi vberius. Amplia quartò, ꝙ etſi teſtator ſe non reuocaturum promiſerit primum teſtamentum,& quo caſu illud reuocauerit,dicat ſe bona omnia ſcriptis hæredibus dare,atque irreuocabiliter elargiri,tamen per ſecundum teſtamentum, & quouis alio prædicto modo impunè huiuſmodi teſtamentum retractabitur,ac reſcindetur.commune aiunt Alex.nu.2.iaſ.nu. 7.Crot.nu.14.in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. obl.latius I.Cla.d.q.95.Intellige ac perpetuò memoriæ inſculpe,ꝙ ſi teſtator aliis omnibus teſtamentis,quæ poſtea conſcribet, derogabit, niſi ſi certa aliqua ſolennitas in eorum aliquo expreſſim addatur,non ideo hoc teſtamentum primum infirmabitur:quia ſecūdum deinde ritè conditum fuerit, ac generalis etiam precedentium teſtamentorum in eo abrogatio inſeratur, niſi ſi ſpecialis quoque mētio antecedentis teſtamenti fiat,commune effantur Alex.conſ.106.nu.3.& conſil.183. & conſ.172.viſis duobus.nu.7.li.7.Tiraq.de legib.connu. gl. 6.nu.131.Did.à Couar.d.2.par.nu.19.verſ.3.hanc I.Clar. qui diligenter, & accuratè id multis modis explicat.d.tract.q.99. per totam,quo te conferes de materia acturus. E.Suarez.

Teſtamentum in vna,atque eadem charta,plures condere, ac ſeſe inuicem inſtituere quin poſſint, nihil omnino prohibet.commune ponunt Bell.conſ.85.nu.9.I.Clar.de teſtam.q. 60. E.Suarez.

Teſtamentum,quod iure communi ſolenne non eſt,& ſtatutis eius loci,vbi factum eſt,validè ac perfectè exaratum eſt, ad omnia teſtatoris bona tum eodē in loco ſita,tum alibi gentium poſita,firmum,ratum, ac ſuis numeris omnibus abſolutum habetur. commune ponunt Did.à Coua.de ſponſ.2.par. c.7.nu.8.Viuius lib.1.opi.36. E.Suarez.

Teſtamenti & pars vna ex alia declarabitur, & verbum aliquod obſcurius ex eodem verbo alibi in eodem teſtamento clarius poſito explicabitur.commune inquiunt Aemi.Ferret. in l.qui filiabus.in prin.n.4.ff.de legi.lib.j.Pariſ.conſ.73.n.38. lib.2.& conſ.72.nu.42.libr.4.latè I.Clar.de teſta.q.76.reg. 3. E.Suarez.

Teſtamenti ſolennitates tum ſtatuto,tum conſuetudine demi,addiuè poterunt, ſolumque iis vel demptæ proderūt, vel additæ oberūt, qui in ſtatuti vel conſuetudinis loco teſtabuntur,quamuis exteri,ac forenſes ſint.communia ponunt iaſ.in l. 1.verſ.ſecundum dubium.C.de ſacroſ.eccle.Boeri.dec.228. Fran.Viui.lib.j.opi.306. Atque ideo teſtium numerus imminui, coarctariq́; ſtatuto rectè poterit. commune inquiunt fel. nu.17.dec.nu.19.in c. 2.de probat.& qui immeritò poſt non nullos alios dubitat Io. Ceph.conſ.32.nu. 6. libera tamen teſtandi facultas ſtatuto tolli nequit.commune dicit iaſ.in l. ex facto in prin.nu.9.ff.de vulg. E.Suarez.

Teſtamenti condendi facultatem qui à principe impetrauit,cùm id communi iure facere poſſet, abſque ſolennitatib⁹ ritè teſtabitur:aliàs ſecus.communia affirmant dec.in l.Eunuchus.nu.15.C.qui teſta.fac.I.Clar.de teſta.q.34.ver.in propoſito. E.Suarez.

Teſtamenti nulli dicendi ius non admittit edictum ſucceſſorium.commune dicunt Aret.conſil.49. Roder. Soares.in l. quoniam in prioribus amplia. 10.C.de inof.teſta.curt.iu.in rubr.n.16.C.de ſucceſ.edict.tametſi Alex.in cad.rub.nu.vlt.contrarium magis commune perperam arguetur. idem.

Teſtamenti paſſiua factio(vt doct.fantur)iis non eſt,quib. ob crimen aliquod condendi teſtamenti ius non eſt. commune affirmat Areti.in l.is cui l. 1.ff.de teſta.I.clar. de teſta.q.34. idem.

Teſtamento minus ſolenni relicta naturalem obligationē gignunt.commune dicunt Corn.conſ.261.in hac conſultatione.lib.1.Alex.in l.non dubium.nu.2.C.de teſta.iaſ.nu.70.Rip. nu.97.in l.nemo poteſt.ff.de leg.lib.1.iaſ.in l.cum quis à n.9. C.de iuris,fact.ign.& in l. 1.n.16.ff.de cond.inde. & in l. ſi creditoris.in fi.C.de fideic.& qui latiſſimè hanc quæſt.cum appoſitis illationibus,tract.I.cla.de teſta.q.90.Fran.Vi.li.j.opi.146. Limita tamen primò vt ſi relicta illa vel in dilectā, vel in coniunctam perſonam conferantur,non ſolùm naturaliter,ſed etiam efficaciter debeantur,ac ſoluantur neceſſe ſit.commune pronunciat iaſ.in d.l.non dubium.n.6.limi.2.vt iſthęc recepta concluſio in ipſamet hæreditate non procedat,quæ minus ſolenniter relicta nullo iure debetur. vt præter ſuperius relatos commune ait Bertr.conſ.212.nu.21.in fi. lib.4. quamuis quo ad animum ſpectat impunè ab hærede retineri poſſit, ſi non poſcatur.commune inquiunt Capy.deciſ.89.nu.3.Rip.in d.l. nemo poteſt.nu.99.quamuis Did.à Coua.in c. cum eſſes.nu. 10.de teſta.I.Cla.vbi ſuprà,ver.ſed quid ſi iſte,non admodum neceſſariò reluctentur, vt alibi oſtendo. Intellige porrò ac memoriæ vtiliter commenda, quod id genus relicta non idcirco hæres ſoluere cogetur, quia illorum aliquot iam ſuamet ſponte aliquibus ſoluerit.commune efferunt Alex.in d.l. non dubium.nu.3.Iulius clarus d.q.90.ad finem. E.Suarez.

Teſtamento imperfectè inter liberos condito, quæ continentur ſeruari omnia perinde debent, ac ſi teſtamentum ſuis omnibus partibus conſtet, non verò vt ab inteſtato debita, quemadmodum receptiſſimam ſententiam affirmant curt.iuni.in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto n.2.C.de teſta.Emanuel à coſta in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.part.1.n.467.ff.de lib.& poſth.I.cla.de teſta.q.13.Intellige autem quod illud demum teſtamentum imperfectum inter liberos ſuſtinebitur, qđ ſolennitatum,non voluntatis ratione imperfectum fuerit. commmune aſſerunt Alex.conſ.76.nu.14.lib.3.Soc.iu.conſilio 147.nu.& ſeq.lib.2.Io.Ceph.conſilio 99.nu.j.vbi complures diligenter laudat copioſè I.clar. vbi ſupra q.9.ver.pen. ac Fran.Viuius lib. 1.opi.410. Cenſetur autem teſtamentum inter liberos



ter liberos conditum quoties ipſi ſolum liberi inſtituuntur,licet alij legatis cohoneſtentur.commune ponit Io.Ceph.conſil.72.nu.15.& ſeq. E.Suarez.

Teſtamento ob hæreditatem non aditā rupto, nec piè piis cauſis legata debebuntur,commune pono ex Corn.iaſ.n.19. l.eam,quam.C.de fideic.Pala.Ruu.in rub.§.65.nu.17.ff.de dona.inter vxor.Did.à Coua.in c.Raynaldus.§.3.nu.11.de teſta. idem.

Teſtamenta argumentis à contractu ductis reguntur.commune dicit curt.iu.conſ.171.n.3. illorumque conſeruatio ad publicam vtilitatem ſpectat.commune affirmat Anto. Gom. de teſta.c.4.nu.8.verſ.5.facit. E.Suarez.

teſtamenta cum duo comparent,& vtrum prius,vtrum poſterius ſit, non conſtat, neutrum eorum valet. commune inquiunt Boer.dec.311.nu.2.curt.iu.in l.vlti.nu.79.C. de edict. diui Adr.tol. idem.

Teſtamentorum reuocatio ſolùm ea retractat, quæ ad vltimæ voluntatis materiam pertinent,non verò vel contractus, vel confeſſiones, vel alia id genus teſtamentis inſerta conuellit.vt commune dogma eſſe conſtituo ex dec.conſ.96.Rip.in l.nemo poteſt. nu.35. ff.de leg.lib.1.Guliel.in c.Rainutius.in tract.de leg.nu.35.de teſta.Tiraq.de iur.marit.ver.contraiter. gl.3.Io.Cepha.conſ.61.nu.31. E.Suarez.

Teſtamentum damnati ad mortem, in abſentia ex forma ſtatuti,ſecūdum ius commune factum valet,ſed factum ſecundum formam ſtatuti non valet,vt not.in l.eius qui.§.1. & ibidem per Bald.ff.de teſta.& Petr.de Anch.in ca.quanquam. de vſuris,lib.6.quod communiter teneri refert ibid.nu.110.Bened.capr.

Teſtamentum cōdemnati ad mortem ciuilem, ſiue perdat libertatem,ciuitatem &bona,ſiue retenta libertate ciuitatem & bona tamen perdat,iure ciuili non valet.l.quidam.C.de bonis dam.l.deportatorum.C.eod. tit. quia cùm tales perdant, ea quæ ſunt iuris ciuilis,vt d.l.quidam.& teſtamenti factio ſit iuris ciuilis.l.teſtamenti.ff.de teſta.argumento.l.eius. §. ſi cui. ff.eod.tit.non poſſunt teſtari, etiam ſi vellent teſtari de bonis quæ remanere debent liberis & aliis perſonis,ſecundum præſcriptum auct.bona damnatorum.C.de bo. dam. ſicut ſecundum imol.in c.quia ingreſſa.de teſtam.communiter teneri refert ibidem nu.120.Bened. capr. quod verum eſt, niſi taliter condemnatus ad mortem ciuilem, ad pias cauſas ex eiuſmodi bonis teſtari aut diſponere vellet,quod poteſt,per id quod habetur in c.cùm eſſes.& in c.relatum.de teſta.ſicut voluerūt Bart.&Bal.in l. 1.C.de ſacroſ.eccl quod in relictis ad pias cauſas ceſſat omnis ſolemnitas iuris poſitiui cùm ſufficiant ſolēnitates iuris gentium, cum quibus communiter tranſire ſcribentes refert ibidem nu.122.idem capra.

Teſtamentum excommunicati licet multi iux.gl.in c. decernimus.de ſent.excom.li.6.& ibidem refert Io.And.dicant nō valere,quam ſequuntur ibid.Hoſt.Garziaz,& Petr. de Vndella,idq́;ob periculum cōmunionis cum excommunicato,quę eſt fugienda,auct.de priuil.doti.hæretic. mulier.non præſtan. §.antep.coll.8.cùm ei interdicti ſint actus legitimi.d.c. decernimus. & ſimilis deportato videatur,qui eſt inteſtabilis.l.eius cui.§.1.ff.de teſt.Stephanus prouincialis in quadam diſputat. ſua per aut.vt cum de app.cogn.§.generaliter.colla.8.per quē textum Hoſt.in ſum.de teſta.§.quis ſit effectus.ver.& prodeſt hoc notare, colligit ꝙ nec hæres inſtitui poſſit, quod tenuit Io.Monach.Card.in c.quaquam de vſuris.lib.6.quibus accedit quod nec arbiter eſſe poſſit.l.pedius.ff.de arbitris,&c.Contraria tamen opinio quam tenuit inn.in ca.cum voluntate.de ſent.exc.excommunicatum teſtari poſſe,dicens,vt ſecutus eſt archid.in c.pia.de excep.lib.6.& ibid.Petr.de Anch.abb.&Bellamera.d.ca.decernimus.& ibidem Io.Andr.priorem opinionem mutando.& Iac.de Beluiſ.in auct.de ſanctiſſi.Epiſc.§.omnibus.coll.9.verior eſt,& magis cōmuniter tenetur,quemadmodum refert Bened.capr.d.reg.103.n.174 quia excommunicatus poteſt contrahere & donare.d.c.cum voluntate.ergò & legare,cùm legatum ſit donatio,l.fi.C.de leg. & inſt.eod.ti. in prin.quod eſt verum,niſi excommunicatus foret ob hæreſin, vel crimen, quod inteſtabile eſſet,ca.excommunicatus.§. credentes. de hæreticis. nec eſt verum ꝙ ſimilis ſit deportato, ſed relegato,prout voluit gl.in c.paſtoralis.de appellatio. qui teſtari poteſt,vt tenuit Frideri.de Senis,conſ.80.& 124.quem ſequitur d.c.decernimus.Pet.Anch.&Dominic.Bald.in l. 1.C. de ſacroſ.eccl.Rota.deciſ.19.incipit,item quod accept.&procedit etiam in publicè excommunicato,& communiter teneri ibidem nu.18.& 189.refert Bened.

Teſtamentum obſidis populi Romani,id eſt,eius qui ex infidelibus apud chriſtianos obſes ſit,vel contra,non valet.l.obſides.ff.de teſta.aliàs obſes pro vna ciuitate vel principe,ad aliam vel alium teſtari poteſt,ſicut d.l.obſides.vult Bart.& docto.vt not.in c.ex reſcripto,de iureiur. & ita communiter teneri refert Bened.capr.d.reg.103.nu.203.

Teſtamentum eius qui incertus ac dubius eſt de ſuo ſtatu non valet.l.de teſta.ff.de teſta.& licet Bald.in l. 1.C. de ſacroſ. eccl.id dicat procedere, etiam ſi ad pias cauſas factum eſſet, quod ſequitur etiam Ancha.ca.quia ingreſſa.de teſta.Bart.tamen d.l. 1.C.de ſacroſ.eccl.contrarium tenet quoad pias cauſas factum valere ſuſtinet,per id quod habetur in l. ſi militari. §.ſi miles.ff.de teſta.milit.quod verius videtur,cùm tale impedimentum à iure ciuili inductum, non debeat piis cauſis nocere,per id quod habetur in c. cùm tibi. de teſtamentis. quod etiam tenet imol.d.c.quia ingreſſa.cum quibus cæteros quoque doctores reſidere refert Bened.ibid.nu.206.

Teſtamentum ſi patitur defectum in his quæ ſunt de ſubſtantia vel eſſentia eius,etiam adiecta clauſula,ſi non valet vt teſtamentum,valeat,&c.non poteſt in ius codicillorum reſurgere, puta ſi eſſet nullum ratione voluntatis imperfectæ, vt quia antequam impleretur deceſſiſſet teſtator.l.fideicommiſſum.§.j.ff.de leg.3.l.ex ea ſcriptura.ff.de teſta. ſecundum Bart. l. 1.ff.de iniuſt.rup.&irrit.fact.teſt.& in l. 1.ff.de iure codicillorum.& hoc voluit gl.communiter approbata in l eam quam. C.de fideic. Secus autem ſi pateretur defectum ſolemnitatis, quia tunc clauſula operabitur, licet enim in teſta. ſeptem teſtes rogati requirantur, clauſula tamen codicillaris adiuncta, efficeret vt quinque etiam non rogati ſufficiant.l.fi.C.de codicillis:vt refert Bened.capr.reg.111.nu.33.& nu.50.

teſtamentum iure ciuili ſeptem exigit teſtes.l.ſi vnus.l.hac conſultiſſima. & l. fi. C. de teſta. niſi iure canonico, quo caſu quinque,aut inter liberos,aut à milite fiat. quo caſu ſi in actu belli fiat duo teſtes ſufficerent.d.l.hac conſultiſſima.d.l.fi.l.diuus lucius.ff.de teſta.milit. iure autem canonico in relictis ad pias cauſas duo teſtes idonei in vtroque foro ſufficient. In relictis verò extra pias cauſas in terris eccleſiæ ſubiectis, ſimiliter duo teſtes cum presbytero parrochiali ſufficiunt, ſed non in foro ciuili,vbi ſeptem requiruntur teſtes,quemadmodum concludit Io.Andr.in c.cùm eſſes.de teſta.quem in effectu ibidem & in c.relatum.eod.tit.ſequuntur Petrus Peruſinus,Per. Ancharanus, D.Floria.cuius opinionem communiter teneri, ac in practica obſeruari,& conſuetudine roborari,argumento.l.minimę.ff.de legibus,refert Bened.capr.reg.104.nu.2. & 8.refert Bened.capr.idq́ue Bart.Bald.& legiſtas in l. 1. C. de ſacroſ.eccl.ſequi dicit.

Teſtamentum perinde ex tacita ſubſtitutione, puta in pupillari comprehenſa,atque ab expreſſa,poteſt incipere,& effectum aſſumere, quod & ipſa non requirit aditionem ad eius confirmationem,licet pupillaris requirat, ſicut voluit gl. in l. lex cornel. & ibi Guliel.de cuneo.Bart.& Bal.in l.ſi pater captus.ff.de vulg.& pupil.Ang.& Bart.l. 1.eod.ti.per l.neque.§.fi. ff.de teſt.milit.& l.pen.ff.de ventr.inſpicien.idq́ue contra glo. l.apud Iulianum.§.idem Iulianus.ff.ad treb.communiter teneri refert Bened.capr.in tract.ſubſtitutionum.poſt regulas poſito,ſpe.1.nu.83.

Teſtamētum vſurarij manifeſti tametſi non ſecuta cautione de reſtituendis malè ablatis regulariter non ſolùm cum ipſa manifeſta cōtritionis ſigna apparent, quò ad relicta ad pias cauſas valebit,vt conſuluit D.Ant.Butrig.& Pet.de Anch.per l. 1.C.de ſacroſ.eccleſ.quod prius voluit Lapus in allega.125. quem ſequitur Domini.in c.quanquam.de vſuris.& communiter tenetur,ſed etiam tam quoad relicta certis perſonis,pro reſtitutione certarum vſurarum malè ablatarum, quam quò ad relicta pauperib⁹ Chriſti,pro incertis vſuris aliis malè ablatis,quia tunc quò ad illam quantitatem ſimiliter valebit eius teſtamentum vt ſentit Io.And.d.c.quanquam. & Lapus d.all. 125.quod verum eſſe & communiter teneri refert Bened.capra d.regu.103.nu.163 & 167.quando de eiuſmodi vſuris & malè ablatis aliter quàm per confeſſionem teſtantis cōſtaret, aliàs ſecùs, quia magis ſpeciem aut vim relicti quàm inſtitutionis haberet.ſec.Pet.de Anch.d.c.quanquam.

Teſtamentum vſurarij manifeſti licet ante præſtitam cautionem de reſtituendis ablatis factum,etiam ad pias cauſas,non valere,nec poſt præſtita cautione & ſatisfactione reconualeſcit.c.quanquam.de vſuris lib.6.Bald.l. 1.C.de ſacroſ.eccl.glo. in clem. 1.in verbo manifeſtus:de ſepult.& ibid.Paul. de Leazar.Bald.in l.ſi hæreditas.C.de teſta.militis.& ita dicto c.quanquam.contra Io.And.tenuerunt Garzias,Io.Monach.Lapus. abb.& Io.de lignano.& ita communiter tam per legiſtas quā canoniſtas teneri refert Bened.capr.regu.103.nu.141.tamen contrariam opinionem quam tenuerunt Nico. de Matarellis

in quadam diſputatio.Bart.in l.filio preterito.ff.de iniuſto teſta.& Io.And.Io.de Fant.& Bal.ſibi ꝑrius Pet.de Anch.Domi. Aegid.Bellamer.&Guliel.de Pontolino in d.cap.quanquam. magis æquam & communem, à quo in iudicanda & conſulendo non ſit recedendum dicit ibid. nu. 154. Bene quod eſt verum,niſi vſurarius facto teſtamento,ac præſtita cautione redierit ad vomitũ & occultè exercuerit vſuras, quia teſtamentum tunc vitiabitur,ſecundum Io.de Ligna.Fran.de Zabarel. & Paulum de Leazar.d.clem.1.de vſuris. & Laur.de Florent. in tract.vſura,q.206.Lapus Anch.& Domi.in d.c.quanquam Bald. in l.executorem C.de execut.rei iud.& in l.1.C. de ſacr. ſan.eccl.Frideric.de Senis.conſ.7.Anch.& imol.in ca. quia ingreſſa.de teſta.quod communiter teneri ibid.nu. 159. refert Bened.capr.

Teſtamenti executores,vide ſuprà executores.

Teſtamentum furioſi & mentecapti, ante furorem vel per dilucida interualla recurrente ſana mente factum,licet valeat, l.furioſum.C.qui teſt.face.poſſ.c.fi.de ſucc.ab inteſtato. l.1.§. exigit.ff.de bo.poſſ.ſecundum tab.Bald.l.1.C.de ſacroſ.eccle. tamẽ ſi ante perfectionem teſtamenti ſuperueniſſet furor vel mentis defectus, non valebit, etiam ſi tenderet ad pias cauſas, vt voluit Pet.de Anch.in ca.quia ingreſſa.de teſta.quia ſecundum eum non valet teſtamentum imperfectum etiam inter liberos,vt not. in l.fi.C.famil. erciſcund.ideoque multò minus ad pias cauſas,vt not.in l.in his.l.ex ea.ff. de teſta,fauorabilior enim eſt cauſa filiorum quàm eccleſiarum. 17.q.4.c.fi. vt no. in l.ſi quis ad declinandum. C.de epiſc.& cleri. quod ſequitur imol.d.c.ingreſſa.& in c.relatum. 1.de teſtamentis.idque communiter teneri refert ibid.nu. 15.Bened.capr.de quo vide Bartol.d.l.ſi his.

Teſtamentum natura muti ac ſurdi, licet non valeat, id tamen fallit ſi ex accidente talis eſſet,quia modò ſcribere nouerit,teſtari poterit.l.diſcretis.C.qui teſt.face.poſ.Idem eſt ſi mutus tantùm ſit,& ſcribere ſciat,aliàs ſecus,quia ne ſtatuto quidem induci poteſt,vt mut' neſciens ſcribere teſtari poſſit, niſi hoc à principe cui ſoli id reſeruatum eſt,habeat.l. ſi mutus.ff. de teſta.arg.l.j.§.de qua re.ff.de poſtul.vt voluit Bar.in l.ſi quęramus. ff.de teſta.& imol.in c.quia ingreſſa.eo.tit.Surdus verò,ſed idem non mutus,rectè teſtatur,dicta l.diſcretis,& codicillos facit.l.mutum.& ibid.no.ff.de lega.3.quod tamen communiter teneri refert Bened.capr.reg.103.nu.22.

Teſtamentum cęci non ſeruata ſolennitate.l.hac conſultiſſima.C.qui teſtamentum facere poſſunt, non valet niſi per ſtatutum expreſsè aliter diſponeretur,cùm per ſtatutum talis ſolennitas poſſit diminui,vt voluit Bart. in l. ſi quæramus. ff. de teſta.quod verum eſt, modò id expreſsè circa cæci teſtamentum diſponeretur, aliàs ſi ſimpliciter ſtatutum diſponeret, ꝙ teſtamentum cum quinque teſtibus valeat,ad cæci teſtamentum non porrigitur,prout voluit Bald.in d.l. ſi quæramus. cũ quo reſidet imol.in c.quia ingreſſa.de teſta.&ita communiter teneri teſtatur Bened.capr.ibid.nu.25.

Teſtamentum pupilli vel impuberis etiam ſagacis ad pias cauſas factum licet non valeat.l.qua ætate.ff.de teſta.c.ſi pater. de teſta.lib.6.ſecundum imol.in d.c.ingreſſa,eod.tit.tamen valebit ſi ſtatuto induceretur, vt eiuſmodi impuberis ſagacis & cuius malicia ætatem ſuppleret, teſtamentum valeret. idque contra Anch.d.c. quia ingreſſa, ſecundum Bart. in l. ſi quæramus.ff.eo.vbi vult quod talis defectus ætatis ſtatuto tolli poſſit,quod ſequitur ibid.Ang.per id quod habetur,in l.fi. C. de teſta.milit.cum quibus doct.communiter tranſire refert ibid. nu.30.Bened.capr.

Teſtamentum eius qui poſt ingreditur religionem quæ ꝓprium habere non poteſt,vt eſt ordo mendicantium,valet,ac ſtatim poſt ingreſſum veluti per mortem ciuilem confirmatur, bonaque eius deuenient ad eos quibus teſtamento reliquit, mors enim ciuilis ex hoc inducta eundem effectum habet in teſtamento quem habet mors naturalis,prout notatur in l.1.ff.de teſta.& ibid.per Bart.& canoniſtas,in c.vnico.de relig.domib.lib.6.& in clem.Exiui. de verb.ſig.quod communiter teneri refert ibid.nu.37.idem capr.

Teſtamentum eius qui poſt ingreditur religionem quæ in communi proprium habere poteſt, ſi tempore teſtamenti non cogitauit de ingreſſu, per ingreſſum, quia tacitè videtur mutare voluntatem ſuam,ingrediendo cor, quo bona requiruntur monaſterio,auct.ingreſſi de ſacroſ.eccl.Si verò cogitauerit de ingreſſu,tunc licet gloſſę communiter dicant,ꝙ ſi ad ea reliquit,rumpatur teſtamẽtum, quippe cùm monaſterium loco filij habeatur,gl.c.præſenti.de probat.& in auct.de ſanctiſ.epiſcop.§.ſed hoc præſenti, col. 9. tamen ſi monaſterium fuerit inſtitutum in aliquo, tunc monaſterium vtitur fruitur relictis illis ad vitam, quo mortuo redibunt ad inſtitutos teſtamento, ac confirmabitur eius morte teſtamentum vt voluit Bart.in l.1.ff.de teſta.& ſi monaſterio minus legitima relictum ſit, ad ſupplementum agere poteſt.iuxt.not. in auct.ſi qua mulier.C.de ſacroſ.eccl.& in l.omnimodo. C.de inof.teſta.Si verò monaſterio nihil relictum ſit,tunc monaſterium loco filij habetur,&rumpitur teſtamentum,tanquam nato poſthumo.l.2.de lib.& poſth.l.poſthumos.C.de bo. poſſ. cont. tabul.& ibid.gl.quod communiter teneri ibidem nu. 39.& 43. refert capr.

Teſtamentum filiifamilias , etiam conſenſu patris factum, in aliis quàm caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi peculio , non valet, Io.And.in ca. ſi pater.de teſta.Zerzell.Io.de Fanticiis, Ancha. imol.Dominic.in cap.licet.de ſepultur. quia cùm teſtamenta ſint publici iuris, non debent dependere ex alieno arbitrio, l. iſta inſtitutio.ff.de hęredi.inſti.l.receptum.C.communia prædiorum.l.captatorias.C.de teſt.mil.Bart. in l. qui in poteſtate. ff.de teſt.& in l.ſeruum.C.qui teſt.fac.poſſ.& canoniſt.d.ca.licet.de ſepultur.lib.6.quod communiter teneri ibid.num.62. refert Bened.Et licet doct.vtriuſque cenſuræ varient,ac filius fa.ſaltem pro anima cum patris conſenſu teſtari vel codicillari poſſit,in eo tamen communiter concordant , quod mortis cauſa pro anima donare poſſit,quia donatio illa ſapiat naturales contractus,l.2.in pri.ff.de dot.præleg.& ibid.nu. 57.refert idem capr.

Teſtamentum condemnati ad mortem naturalem,etiam ſi poſt ſententiam manus iudicis effugerit , ne quidem ad pias cauſas valet.l.abſentem.ff.de pœnis.l.qui vltimo.& ibid.Bart. ff.e.ti.Io.And.l.quanquam.de vſur.lib.6.imol.in c.quia ingreſſa.c.filios.de teſta. quod etiam procedit ſi teſtari vellet de bonis liberis ac aliis perſonis.iuxt.auct.bona damnatorum.C.de bo.dam.reſeruandis,ſecundum imolam d.capi. quia ingreſſa, quia in illis prout communiter tenetur damnatus teſtari non poſſit,niſi in ſententia id illi cauſa cognita fuerit reſeruatum, per l.ex militari.ff.de teſta. militari.in aliis bonis poſt ſententiam condemnato venientibus ſi de delicto pœniteat,ad pias cauſas teſtari ac diſponere poterit,iux.l.1.C.de ſacroſ.eccle.ſicut refert ibid.nu. 109.Bened.capr.

Teſtamentum ſecundum ad pias cauſas præualet primo cũ clauſula derogatoria , etiam ꝙ in ſecundo nulla derogatio in ſpecie vel in genere fiat de dicta clauſula, nec de teſtamento, idem ſi ſecundum ſit inter filios ſecundum communem per Burſ.conſ.47.nu.11.& 12.lib.1.& vide quæ idem ſcribit conſil.55.nu.13.nu.15.nu.16.eod.

Teſtamentum monachi ritè cõditum ante ingreſſum monaſterij,vtique non rumpitur nec irritatur , & ſic illud monachus poſt profeſſionem deſtruere , mutare , aut reuocare nequit,ſecundum Ang.& imo.in l.1.ff.de teſta.Ant.Butr.abb.n. 61.& Aug.Beroum.nu.513.cum aliis ſeq.in cap.pręſentia,de probatio.& iaſo in auth.ſi qua mulier.ſub nu.27.cum cæteris ſeq.C.de ſacroſ.ecc.vbi exiſtimat iſtam opinionem veriorem eſſe,atque communem dicit dilectus,in tract.de arte teſtand. tit.3.de liberis inſtituen.cautela 9.nu.1.& ſeq.& Vaſquius , in tract.de ſucceſſionum proceſſu,tit.qui teſtari non poſſ. lib. 1. §.1.nu.52.In contrariam verò partem inclinarunt Bart.Bald. & Paul.caſtr.in d.auth.ſi qua mulier,dec.in d. ca. in præſentia, nu.249.cum aliis ſeq. & Vaſquius vbi ſuprà. Tamen reiecta ſententia hac Bart.&ſequacium inhæredum eſſe puto in actu practico communi præmiſſæ , cum qua ſentit etiam Rubeus conſ.155.& Coua.in c.2.de teſta.nu.9.& Clar.in tracta.de teſta.lib:3.q.28. F.Viuius lib.2.opi.277.

Teſtamentum ac teſtamenti factio iuri gentium accepta refertur,quamuis illius ſolennitates iuri ciuili adſcribantur.cõmune inquiunt iaſ.in l.admonendi.ad finem.ff.de iu.iur.Vigl. in §.ſed prædicta.Inſtit.de teſta.Arius Pinel.in rub. part.j.cap.j. nu.23.C.de reſcind.vend.Did.à Coua.lib.3.reſolut.c. 6. nu.7. Ant.Gomez,de teſta.c.1.nu.2.Bell.conſ.2.nu.4.I.Cla.de teſta. q.2.Teſtamẽta tamen omnia ex diſpenſatione valent, ꝙ quæ illis cauentur poſt mortem fiant. vt frequenter placitum renuncio ex dec.in rub.C.qui teſta.facer.poſſ.& in l. eum, qui, nu.4.ff.de iuriſd.om.iud.Guliel.in c.Rainutius.verſ.teſtamentum in 1.nu.4.& nu.6.de teſta.Alc.in l.filiusf.§.1.nu.5.ff.de le. lib.1.Ant.Gome.de teſta.c.2.nu.1.Arius Pinel.in l.2. nu.7.in fi.C.de bo.mat.& in rub.c.1.nu.23.C.de reſcin.ven. quamuis non pauci aliud inepte deblaterent. E.Suarez.

Teſtamentum vel teſtatoris, vel alterius manu clam exaratum,quod teſtator poſteà coram ſeptem teſtibus ſolùm oſtendens,ait ſuam vltimam voluntatem illud eſſe , ac ſuum teſtamentum , & velle vt ipſum valeat , atque omnia eo contenta ſeruentur. ratum firmumque prorſus erit, tãquam teſtamentum



nuncupatiuum:vt frequenter placitum affirmant Bello. conſ.22.nu.11.I.Cla.de teſta.q.4.verſ.ſed pone aliquis. idem.

Teſtamentum , qui ſcriptis exarare voluit , ſi ſolennitates omnes iure ad id requiſitas non adhibuit , nec quod egit , vt nuncupatiuum teſtamentum valebit ſi illa de teſtamenti ſcriptis comprehendendi voluntate conſtiterit:alioquin in re dubia ſecus erit. commune ponit accuratè I. Clar. de teſta. q. 4. verſ.ſed quæro,pone. idem.

Teſtamentum primum vbi adeſt clauſula derogatoria ad ſequens,non tollitur per ſecundum,in quo non ſit derogatio nec reuocatio illius ſpecialis:ſecundum communem per Burſat.conſ.47.nu.1. libr.1. fallit ſi appareret ex mente teſtatoris voluiſſe mutare primum,per eundem Burſ.d.conſ.nu.20.

Teſtamentum valet in quo inſtituitur hæres ad interrogationem eiuſdem hæredis emiſſam , ſecundum communem per Burſ.conſ.47.nu.27.lib.1.

Teſtamentum prius annullari debet,& de viribus iuſtę exhæredationis diſcuti, antequam exhæredatus aliquid conſequatur,ſecundum communem.quæ concluſio fallit,ſi iniuſta eſſet exhæredatio , cum ipſo iure tunc nullum dicatur teſtamentum,iuxta communem per Burſ.conſ.121.nu.11.lib.1.

Teſtamentum coram principe vel imperatore conditum requirit aliquot teſtes, ſecundum gloſſæ ſententiam in l. omnium.in verb.teſtibus.C.de teſta. Licet ea non declaret quot teſtes requirantur,cuius ſententiam Bart.Bal. Ang. Sali. & Alex.ibi probant : tamen ſolummodò in numero variant,quia Ang.requirebat ſeptem,Sal.tres.Bar.Bald.&Alex.dicunt duo ſufficere argumento.l.vbi numerus.ff.de teſtib. Verùm Paul. de caſt.fulg.& iaſ.voluerunt nullum teſtem requiri.Sed com. opi doct.eſt,ꝙ aliqui requirantur,ſaltem duo.Ita referunt Marian.Soci.iun.in conſ.188.nu. 10.in 1.part.conſ.& Did.in titu. de teſta.in 2.part.rub.nu.2.ver.imò teſtamentum factum pręſente iſto Cæſare,vel rege ſupremo.in 1.To. kirchouius.

Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis etiam inter liberos non ſeruari tradiderunt ſcribentes in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C. de teſta. Et hanc communem opi. doct.eſſe dicit Alex.de imol.in conſ.76.nu. 13.in lib.3.conſil. Kirchouius.

Teſtamentum valere non poteſt ſi non habeat ſeptem teſtes.l.ſi vnius.l.hac conſultiſſima.§.per nuncupationem. C.de teſta.& tot etiam requiruntur ſecundùm communem ſententiam tempore peſtis.Matth.de affl.in dec.ſacr.conſ.Neap.dec. 25.Licet autem Alex.& alij doct. voluerint illud ſubſiſtere, ſi modò duo teſtes interueniſſent. l.ſcriniarios.nu.6.C.de teſta. milit.Minſing.in obſerua.iud.imp.Cameræ.in 1.cent.obſeru. 96.& ita in camera iudicatum eſſe ipſe inquit , tamen ſententia magis communiter approbata eſt in contrarium , quæ requirit quinque teſtes. Ang.Aret.in §.fi.inſtit.de teſt.ord.iaſ.in l.fi.C.de teſt.Et hanc ſententiam vti iuridicam , æquiorem & magis communem eſſe dicunt per multa fundamenta &rationes Philip.deci.in conſil.284. & ibi Apoſtill. in verb. æquiorem.& idem dec.in d.l.ſcriniarios.nu.20.Fran.Rip.in tract.de peſte.in c.de priuileg.vl.voluntat.cauſa peſtis. ver.aut ſumus. nu.12.Rol.à Valle in conſ.81.nu.47.in 1.Tom.conſ. Kirch.

Teſtamentum ad pias cauſas cum duob. teſtib. valet de iure canonico,quod ſeruatur vbique,& ſic etiam in terris imperij,ſecundum Bart.in l.1.nume.75.76.80.81.82.& 83.iaſ. in repet.eiuſdem l.nu.28.C.de ſacroſ.eccle.pro qua ſententia eſt textus expreſſus.in c.relatum.1.ext.de teſta.Si verò non ſit ad pias cauſas,de iure canonico in terris eccleſiæ valet cum duobus teſtib.idoneis,& presbytero parrochiali,aut duob. teſtib. loco ipſius presbyteri curati.c.cùm eſſes.& ibi doct.ext. de teſta.Bened.capr.in conſ.43.nu.1.2.3.4.5.& 6.Philip.Corne. in conſ.77.nu.4.cum ſeq.in 1.vol.dec.in conſ.285.nu.7.& 8.in 2.part.Marian.Soci.iu.in conſ.78.nu.31.& 32.Quam ſententiam com.doct.opi.eſſe capra,corn.& dec. ibid. cum Hieron. cagnol.in d.l. 1. num. 34. verſ. ſecunda concluſ. atteſtantur. kirchouius.

Teſtamentum nuncupatiuum cæci requirit.4.ſolennitates ſiue requiſita, quæ explicant impera.iuſtinus & doct in l. hac conſultiſſima.C.qui teſta.fac.poſſ.ſpec.in tit. de inſtru. edit. §. compendioſè.verſ.illud autem non eſt ignorandum.nu. 42. author.art.notaria.c.2.de teſta.ſcrip.& ſolenni. verſ. item cæcus teſtari nequit. & author. Analyſeos inſtit. quib. non eſt permiſſ.facer.teſta.verſic.poteſt ne cæcus condere teſta.Inter quæ eſt , quod cæcus conuocatis.7. teſtib.& notario dicat, ſe velle teſtari ſine ſcriptis , & ſi notarij copia haberi non poſſit, octauus teſtis de iure adhibeatur , qui eius munere fungatur. Sed ſi pater cęcus fecerit teſtamentum inter liberos,nunquid teneretur ſeruare formam d.l.hac conſultiſſima: an verò poſſit facere teſtamentum inter liberos cum duob.teſtib. iuxta l. hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta.& quemad.teſt. ord.& com.opi.Do.eſt,in teſtamento patris cæci teſtantis inter liberos ſufficere duos teſtes.iaſ.in d.l.hac conſultiſſima.nume.4.verſ.ſed pone:quia in teſtamento facto inter liberos ceſſat ſuſpicio falſitatis, ex quo ab inteſtato ipſi admittuntur ex communi votò parentum.l.ſcripto.in fi.ff.vnde libe.l.fi.ff.de bo.dam.dec.ibid.nu.36.verſ.vltimò limitatur. idem.

Teſtamentum cæci requirit pro forma quod præcedat hæredis inſtitutio antequam fiant legata.l. hac conſultiſſima. in fi.ibi,vt ante latæ formæ declarant.vbi Cy.nu.2.Bart.nu. 1.annotarunt,aſſerentes id ſpeciale eſſe in teſtamento cæci.&dec. nu.7.C.qui teſta.face.poſſ.vel non.& in §.cęcus ibi,per obſeruationem.& ibi Angel. Aret. numero ſecundo. dicit, ſe non audere à ſententia Bart. & aliorum recedere , & quòd illa in practica obſeruaretur,maximè cum text. in d.l.hac conſultiſſima.in cæco regulam negatiuam, quòd nõ poſſit teſtari, niſi his quæ ibi traduntur ſeruatis, poſuerit.inſtit. quibus non eſt permiſſ.face.teſta.& idem Ang.in §.ante hæredis.inſtit. de legatis:& Bart.Cepol.in tract.cautel.caut.90. Hac ſententia nõ refragante contrariam ſententiam Bal. defendit , inquiens in d.l.hac conſultiſſima.nu.6.illum text. non continere cauſam formalem,ſed ſolitum modum teſtandi,quo veteres vſi ſunt, qui ſemper hæredis inſtitutionem præferebant. Quare cùm hodie in quacunque parte, vel in fine teſtamenti hæredis nomen ſcribatur,dicitur caput teſtamenti.l.pen.C.de inſti.& ſubſtit. Cumque talis omiſſio ſolennitatis ſit leuis,non debet vitiare teſtamentum.l.1.in fi.ff.de ventr.inſpi.cuius ſententiam alij doct.communiter ſequuntur.Paul.de caſtr.in d.l.hac conſultiſſima.nu.5.in fi.Alex.de imol.nu.17.& copioſè iaſ.per ſeptem argumenta.nu.1.2.& 3. & ita ipſe quoque conſulendo ſcribit in conſ.26.nu.1. in volu.conſ. Hanc ſententiam magis communem eſſe teſtantur Bru.in tract.de form.& ſolen.in artic.Quando aliquid cenſeatur traditum pro forma. in 8. concluſ.ver.& præpoſteratio.& in d.artic in 11.ver.prædicta concluſ.&Rol.à Valle in conſ.82.n.16.ibi,præſertim cùm ſimus in articulo,in quo adeſt communis pro nobis. & nu.17.verſi. 2.dicitur.in 1.To.conſ.vbi ipſe argumentis quæ in contrariũ adducuntur,ordine reſpondet.Et illam etiam ſequitur Io. Di lect.in tract.de arte teſtand.tit.1.de his qui non habent factionem teſtamenti. Cautela octaua. Quo remedio ſuſtineatur vltima voluntas cæci.verſ.tertiò quòd legata.nu.2. Kircho.

## TESTAMENTVM.

*Summaria.*

Ius faciendi teſtamenti, quò ad inuentionem & originem eſſe iuris gentium : At quò ad formam & ſolennitatem, iuris ciuilis.q.1.

Ex teſtamento etiam ſolenni , naturalem naſci obligationem.ibid.

Legatarium poſſidentem ſine vitio,rem ſibi relictam in teſtamento minus ſolenni,tutum eſſe exceptione.ibid.

Inſtitutus in teſtamento minus ſolenni,ac poſſidens hæreditatem tanquam naturaliter ſibi debitam,tenetur in foro iudiciali eam reſtituere : In foro autem conſcientiæ poteſt eam retinere.q.2.

Excommunicatum habere teſtamenti factionem.q.3.

Teſtamenti factionem paſſiuam,fratres minores non habere.q.4.

Fratres minores non poſſe teſtamentorum executores eſſe.q.5.

Condemnatum ad mortem non poſſe teſtamentum condere:Niſi pœna per ſententiam impoſita ſit de iure ꝓhibita.q.6.

Filiumfa.non poſſe teſtamẽtum condere,etiam cũ conſenſu patris : Et ne quidem ſuper aduentitiis. Niſi velit teſtari ad pias cauſas:idque cum conſenſu patris.q.7.

Filiumfa.cauſa mortis donare poſſe cũ conſenſu patris.q.8.

Teſtamentum conditum à filiofa. dum pater apud hoſtes eſt,non valere patre ab hoſtibus reuerſo , ſiue filius adhuc viuat,ſiue ante deceſſerit.q.9.

Teſtamentum nuncupatiuum factum in pręſentia 7.teſtiũ per Notarium,valere etiam ſine ſubſcriptione teſtium. Et tale inſtrumentum probare teſtamentum ſolenniter coram 7. teſtibus eſſe conditum.q.10.

Teſtũ ad interrogationem Notarij factum,valere.q.11.

Teſtamentum in ſcriptis,cœptum, & mortis præuentu nõ perfectum non valere : ne vt nuncupatiuum quidem,idemq; de iure canonico obſeruari.q.12.

Teſtamentum in ſcriptis cœptum & imperfectum ſola ratione ſolennitatis, valere vt nuncupatiuum. Niſi expreſsè teſtator arctaſſet ſe ad teſtamentum in ſcriptis.q.13.

Notario atteſtanti in teſtamento teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, ſoli non haberi plenam fidem.q.14.

Teſtium dictis de ſana mente teſtatoris deponentium ſtabi tur: etiam contra alios.9.contrarium deponentes.q.15.

Clauſulam codicillarem, & aliam quamcunque ſimilem, non eſſe apponendam, niſi ordinante & volẽte teſtatore. Nec de conſuetudine habendam pro expreſſa.q.16.

Teſtamentum, in quo filiusfa. præteritus eſt, de iure ciuili non valere.q.17.

Filium in poteſtate patris conſtitutum etiam iure canonico inſtituendum, nec prætereundum.q.18.

Filium dici, & intelligi præteritum, etiam ſi aliquid relictũ ſit loco legitimę. Idque locum habere & in teſtamento patris inter liberos.q.19.

Filium non poſſe inſtitui à patre ſub conditione caſuali, vel mixta: niſi ſub contraria conditione exhæredetur.q.20.

Filium hodiè inſtitui poſſe ſub conditione caſuali, vel mixta: ita vt ↄditio de medio reiiciatur, vſque ad legitimam.q.21.

Verbũ, relinquo, adiectũ vniuerſitati bonorũ, importare inſtitutionem: ſecùs ſi adiiciatur certæ rei, vel quantitati.q.22.

Parentibus quoque legitimam relinquendam eſſe, titulo inſtitutionis.q.23.

Filiam poſſe inſtitui in ſola dote.q.24.

Filium etiam emancipatum inſtitui debere, ad hoc vt teſtamentum valeat.q.25.

Quæ ſit differentia inter emancipatum, & in poteſtate conſtitutum, quò ad inſtitutionem & præteritionem.ea.q.

Differentiam emancipationis & patriæ poteſtatis ſublatam quidem eſſe hodiè, quò ad ſucceſſionem ab inteſtato: non quò ad remedia competentia aduerſus teſtamentũ.ea.q.in fi.

Inſtitutionem hæredis factam implicitè per relationem ad aliam ſcripturam, valere.q.26.

Stante ſtatuto, vt extantib. maſculis fœminę non ſuccedãt, teſtamentum non annulari præteritione filiæ, neque alia ratione impugnari ab ea poſſe. q.27.

Teſtamentum fratris in totum impugnari poſſe à fratre, inſtituta turpi perſona. Et non vſque ad legitimam tantùm. Niſi aliquid ſit relictum titulo inſtitutionis, ſecundum nonnullorum opi q.28.

Teſtamento fratris reſciſſo à fratre propter inſtitutionem perſonæ turpis, legata & fideicommiſſa vniuerſalia non deberi. Et ceſſare diſpoſitionem auth.ex cauſa.C.de lib.præt.q.29.

In teſtamento requiri regulariter 7.teſtium numerum.q.30.

In teſtamento patris inter liberos duo teſtes ſufficiunt.ibid.

Scripturam teſtatoris manu ſcriptam, vel ab alio ſcriptam, & à teſtatore ſubſcriptam, in qua non ſunt deſcripti teſtes, ſufficere ad probandam voluntatem patris inter liberos.q.31.

In teſtamento condito tempore peſtis, cùm maior teſtium numerus haberi non poſſit, ſufficere.5.ea.q.§.ſecundò limita.

In teſtamento condito ruri per ruſticos, quinque teſtium numerum ſufficere: ſiue in ſcriptis fiat, ſiue per nuncupationẽ teſtamentum.ead.q.§.tertiò limita.

In teſtamento ad pias cauſas duo teſtes ſufficiunt. ead. q. §. quartò limita.

Teſtamentum coram principe vel imperatore editum valet, nec neceſſarius 7.teſtium numerus.ead.q.§.vlt.

In teſtamento cæci non ſufficere 7.teſtes: ſed requiri 8. vel 7.vnà cum Notario.q.32.

Solennitatem l.hac conſultiſſima.C.qui teſta.fac.poſſ. non requiri in teſtamento patris cæci, ſed ſufficere, vt fiat coram teſtib.duob.q.33.

Teſtes 6.cum Notario non facere ſolennem teſtium numerum, & de iure communi requiſitum: ſed Notarium, vt computetur in numero teſtium, eſſe priùs per iudicem examinandum.q.34.

Statutum diſponens, quòd teſtamentum coram 4.vel paucioribus teſtib. poſſit fieri, valere.q.35.

Teſtes, qui in teſtamentum adhibentur rogandos eſſe, vel à teſtatore, vel per Notariũ, aut aliũ ↄſentiẽte teſtatore.q.36.

In dubio non præſumi teſtes eſſe rogatos.q.37.

Teſtes, qui in inſtrumento teſtamenti ſubſcripſerunt, præſumi rogatos.q.38.

Teſtes in teſtamento debere præſentes eſſe, ita vt & videre, & audire poſſint ipſum teſtatorem loquentem. Et ne cortinã quidem eſſe debere mediam inter teſtes & teſtatorem. q.39.

Inſtitutum in re certa eſſe hæredem vniuerſæ hæreditatis: adeò vt mortuus poſt agnitam rem illam, cohærede eius vniuerſali repudiante, tranſmittat ius illud ad hæredes.q.40.

Inſtitutum in re certa eſſe hæredem vniuerſalem, Licet teſtator prohibuerit inſtitutionem trahi ad alia bona.q.41.

Militem, qui inſtituit vnum in re certa, & alium in alia, videri teſtatum iure communi, id eſt, hos duos ſimul eſſe hæredes omnium bonorum.q.42.

## QVAESTIO I.

Quæro, quo iure introducta ſunt teſtamenta, ſiue ius faciẽdi teſtamentum? Reſp. ꝙ teſtamenta introducta ſunt de iure gentium ſecundario, & hoc quò ad inuentionem, ſecùs autẽ quò ad formam & ſolennitatem, ea.n. iuris ciuilis eſt, ita tenet Bart.l.interdum.& ibi iaſ.dicit hanc eſſe communem opi.nu.4.ff.de cond.indeb.iaſ.l.ex hoc iure.n.46.&47.ff.de iuſt.&iur. doct.communiter, rub.de teſta.ext.Paul.de caſtr.l.teſtandi.C.eo. Ex hoc ſequitur, quod ſi teſtamentum ſit minus ſolenniter conditum, ex eo tamen naturalem naſci obligationem, ita tenet Bart.l.1.ff.de cond.indeb.& l.cùm quis.C.de iur.& facti igno. Et cum Bart. tenere doc. communiter firmat iaſ.d.l.interdum.n.4.Gram.deciſ.106.nu.22. Sin verò ſolennitates interuenerint, vtramque tam naturalem quàm ciuilem oriri obligationem, vt per iaſ.d.l.interdum, ex communi doct. ſentẽtia, licet quidam ibi contrarium velint.

Et prædicta quidem concluſio procedit in legatis, namq; illa in teſtamento minus ſolẽni naturaliter debentur, vt per gl. & Bart.in l.cùm quis.C.de iur.& fact.igno.imol.& canoniſtæ cõmuniter in c.fi.de ſolu.vt firmat iaſ.d.l. cùm quis. Hinc eſt, quod legatarius, qui poſſidet ſine vitio rem ſibi relictam in teſtamento minus ſolenni, tutus eſt exceptione, ſi conuenitur, ita tenet Bart.in l.nemo poteſt.ff.de leg.1.per l.milites.§.veteranus.ff.de teſt.mili.& in l.etiam.vbi omnes doc.eum ſequuntur, de compenſ.vt teſtatur Capy.deciſ.89.nu.2.

## QVAESTIO II.

Sed dubium eſt in hæreditate, & doct.communiter concludunt, quod inſtitutus in minus ſolenni teſtamẽto, non poteſt hæreditatem tanquam naturaliter ſibi debitam retinere, ſed ſi conuenitur in foro iudiciali, debet condemnari ad reſtitutionem, ſecùs in foro ↄſcientiæ, qa poteſt retinere. Ita tenet imo. d.l.nemo põt.& ibi iaſ.dicit hãc eſſe com.opi.& Ale.ff.de leg. j.& ita doc.vnanimiter concludere firmat Capi.d.j.deciſ.n.3.

## QVAESTIO III.

Quæro, An excommunicatus poſſit facere teſtamentum? Reſp.gl.c.decernimus.ver.& decernimus. de ſent.exc.in 6.tenet, ꝙ non, quia æquiparatur deportato: quod patet ex genere pœnæ, nam aqua & igne interdicitur excommunicatis, vt tenet gl.§.minor.verb.interdictum.inſti.de ca.diminut. Hanc opi.ſequitur Hoſt.in c.pia.de excep.lib.6.Archi.d.ca.decernimus.Iac.de S.Georg.in l.pecuniariis.nu.3. de procu. vbi dicit gl.d.c.decernimus.eſſe ſingularem.

Contrariam tñ opi.tenet Io.And.d.ca.decernimus.Guliel. Bened.c.Rainutius.verb.mortuo itaq; teſtatore.el 1.nu.288. Bertr.conſ.227.n.11.li.2.vbi dicit eam eſſe communem. Eandem tenet Archi.d.c.pia.abb.c.veritatis.n.32. de dol.& cont, Bald.l.fin. C.ſi à non compe.iud. Hanc dicit eſſe communem quoq; opi.fel.in c.ad probandum.nu.1. de re iud.c.cũ voluntate.de ſent.exc.Philip.Fran.rub.de teſta.li.6.n.32.Barba.c.qa ingredientib.n.17.de teſta. Io.Guald.in tract.de teſtati.j.cau.10. Eandem dicit eſſe magis communem abb.d.rub. de teſta. Certũ eſt.n.oẽs qui expreſsè de iure non prohibentur, teſtari poſſe, vnde cũ excõicatus nõ reperiatꝛ ꝓhibit⁹, debet admitti.

Et hæc opinio ſine dubio procedit in occultè excommunicato. An autem idem ſit in notoriè excommunicato, dubium eſt, & ꝙ ſic tenet Fred.de Senis in conſ.71.Bart.l.ſi quęramus. ff.de teſta.fel.d.c.ad probandum.n.j.cum doct.per eum all.Soci.in tract.fallent.reg.133.Franc.d.rub.de teſta.nu.32.

## QVAESTIO IIII.

Quæro, An fratres minores poſſint ex teſtamento capere, & ita an habeant teſtamenti factionem paſſiuè? Reſp.ꝙ non, ita probat tex.expreſſus in clem.exiui.de ver.ſig.§.proindè. & in c.vnic.& ibi gl.verb. domum.de religioſ.domi. Hanc opi.tenet abb.& docto.c.in præſentia.de probat.& ibi in ſpecie ita à doct.concludi, dicit Pariſ.n.170.& tenent doct.in auth.ingreſſi.C.de ſacr.eccl.dec.conſ.449.conſ.559.vbi communem dicit Feder.de Sen.conſ.12.n.3.Bertr.conſ.178.n.1.vol.2.Pariſ. conſ.21.n.j.cum aliis.li.3.Nic.de Vbald.tract.ſucc.in prin.nu.1.Guald.in tract.de art.teſtan.tit.1.cau.11.Alex.conſ.88.n.1. vol.2.Marant.l.is poteſt.nu.173.ff.de acq.hæred.

## QVAESTIO V.

Sed nunquid poſſint eſſe executores teſtamentorum? Reſp. In hoc articulo doct.variè loquuti ſunt. Bart.in tractat.ſuo de minor.lib.3.c.4.& 5.nu.5.& 6.diſtinguit & concludit, quod ſi quis reliquit 10.florenos, vt expendantur inter decem pauperes, q eligantur per talẽ fratrẽ minorem, tunc poſſit executor eſſe, ex quo tunc nullum litigium fiet per talem fratrem, nec diſtributio pecuniæ, ſed ſola electio, nam teſtator ipſe diſtribuit. Et ita ceſſant omnes rationes prohibitionis, & talis nominatio eſt meri facti. Hanc opinionem ſequitur Paul.de Caſt.& Imo.in l.cùm pater.§.hæreditate.ff.de legat.2.Alex.conſil.57. num.8.vol.2.



Contrariam opinionem tenet Bal.Auth. ingreſſi.nu.20.qđ nullo modo poſſint eſſe executores, quẽ ſequitur Card.d.cle. exiui.§.verùm. Et eam ſequitur Rip.in l.ex facto.§.rogatus.ff. ad Treb.vbi dicit quòd hęc ſit verior & ſalubrior opinio, licet Bart.opinio videatur cõmunis. Eandem opi.Bal.contra.Bart. dicit puram eſſe veritatem Barb.in c.tua nobis.nu.9.& 10.& dicit eam eſſe communem. Eandem dicit eſſe veriorem Gual. d.tract.tit.7.caut.7.n.3.licet Bart.opi.ſit communis. Sed reuera numerãdo authoritates, Bal.opi.verior & communior eſt.

## QVAESTIO VI.

Quæro, Vtrum definitiuè condemnatus ad mortem poſſit teſtamentum condere? Reſp.ꝙ non, dummodò executio ſtatim ſit ſecutura, & iſta eſt com.opi.vt teſtatur Bal.in l.fi.C.ſi à non comp.iud.vt eum refert Aug. Arim.in add.ad Ang.verb. & ſibi caput ſpatulis amputetur.num.20.

Limita hanc concl.vt nõ procedat, ſi pœna per ſententiam impoſita ſit de iure prohibita. Namq; tunc condemnatus non efficitur inteſtabilis, ita communiter aſſerere doc.refert. Aug. vbi ſupr.nu.23.ita tenet Ang.l.ſi quis mihi bona.§.1.ff.de acq. hæred.& ſequuntur ibi Imol.& Rom.

## QVAESTIO VII.

Quæro, An filiusfamil.poſſit teſtamentum condere? Reſp. ꝙ non, etiam cum conſenſu patris, & hoc expeditum eſt per tex.expreſſum in l.qui in poteſtate.ff.de teſta.& ibi communiter doc.teſte Aret.& tenet iaſ.l.ſenium.n.4.C.qui teſt.fac.poſ.

Et hæc concluſ.procedit etiam in aduentitiis, ſiue pater habeat vſumfructum ſiue non, & ita communiter teneri firmat iaſ.l.nemo.C.qui teſta.fac.poſ.& ibi Alex.

Limita hanc concluſionem non procedere, ſi filiusfam.velit teſtari ad pias cauſas: namq; id facere poteſt, dummodò fiat cum cõſenſu patris, ita tenet Bal.in d.l.ſenium. Cuius opi.magis communiter approbatam eſſe firmat iaſ.ibi n.5. Mar.Ant. Bauer.Inſtit.qui teſta.fac.poſ.in prin.n.2.&3.iaſ.d.§.ex imperfecto. Hanc opi.tenet Ang.& Sal.d.l.ſenium.Fred.de ſen.conſ. 194.inci.habuiſtis.conſ.268.inci. quoniam veritatis dicit tñ, ꝙ licet hæc opi.ſit æqua, ſe tamen nõ audere pro ea conſulere.

## QVAESTIO VIII.

Sed nũquid donare poteſt cauſa mortis? Reſp. Communis & recepta doc.opi.eſt, ꝙ ſic: dummodò conſenſus patris interuenerit, ita omnes doc.tenere teſtatur iaſ.d.l.ſenium.n.7.aliàs donatio non valet etiam de bonis aduentitiis pleno iure ad ſe ſpectantib. Hanc dicit indubitãter eſſe com.opi.Soc.conſ.172. vol.2. Rationẽ differentiæ, ꝙ filiusf.donare poſſit conſentiente patre, non autem teſtari allegat iaſ.poſt doc.cõiter, quia vltima voluntas non debet dependere ex alterius arbitrio tanquam captatoria.

## QVAESTIO IX.

Sed quæro, nunquid ſi filius patre exiſtente apud hoſtes, & ita ſuſpenſa patria poteſtate teſtetur, tale teſtamentum patre reuerſo valeat? Reſp.in hoc articulo diſtinguendum eſſe: Aut filius adhuc viuit, dum pater reuertitur, & tunc ex quo filius ſemper fingitur fuiſſe in patria poteſtate, expeditum eſt, teſtamentũ filij nõ valere. Aut verò, tempore quo pater ab hoſtib. reuertitur, filius mortuus eſt, & adhuc teſtamẽtum rũpitur. Ita ſentit gl.l.fi.C.de ſent. paſ.verb.rata, quã ibi ſequitur Bart.Bal. Sal.& omnes doc.Bart.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap. Nec obſtat ſi dicatur fictionem poſtliminij non habere locũ, ex quo reperitur extremum ad quod, inhabile, mortuo filio. Namq; reſpondetur, quod fictio poſtliminij principaliter fit ſuper patre, vt ſcilicet fingatur ſemper fuiſſe in ciuitate, itaque in hoc reperitur habile vtrumque extremum, nec requiritur poſtea habilitas in eo, quòd reſultat in conſequentiam. Hæc reſolutio approbatur communiter per doc.in d.l.ſi is qui pro emptore.vt firmat Aldobr. Inſtit.quib.mod.patr.poteſt. ſol. §.ſi ab hoſtibus.nu.30.iaſ.d.l.ſi is qui.n.141.

## QVAESTIO X.

Quæro, An teſtamentũ nuncupatiuum valeat ſine ſubſcriptione teſtium? Reſp. Vera & communis ſententia eſt, ꝙ teſtamentum nuncupatiuum factum in præſentia ſeptem teſtium rogatorum, de quo notarius rogatus, conficit publicũ inſtrumentum cum deſcriptione dictorum ſeptem teſtium, ſit validum, & tale inſtrumentum probet teſtametũ ſolenniter corã ſeptem teſtibus eſſe conditum. Ita tenet gl.l.hęredes palàm.ff. de teſta.& gl.l.fi.C.de fideic. quas communiter à Bart.vſq; ad hæc tempora approbatas teſtatur Matth.de Affl.dec.166.n.2.

## QVAESTIO XI.

Quęro, An teſtamentum ad interrogationem notarij factũ ſit validũ? Reſp.ꝙ ſic, ita tenet gl.l.iubemus. C.de teſta.quam communiter approbatam, teſtatur Matth.de Afflict.dec.143. n.2. Eandem dicit tenere omnes doc.iaſ.d.l.iubemus.n.10.& ibi Ang.dicit ꝙ iſta ſit com.opin. quæ approbatur in iudiciis & in ſcholis. Eandem dicit eſſe com. Alex.in con.12.vol.1.& conſ.33.incip.ponderatis verbis. Dicit tamen Matth.de Affl. d.gl. procedere tantùm in teſtamento nuncupatiuo, ſecùs in teſtamento in ſcriptis, allegat Io. And.in addit. ad Spec.tit.de teſtam.§. in primis. Et ita dicit conſultum per celeberrimos Iureconſultos, & ita recentiores d.l.iubemus.tenere, & ſecundum hanc opi.iudicatum eſſe in conſilio Neapolitano.

## QVAESTIO XII.

Quæro. Si teſtator voluit in ſcriptis teſtari, morte præuentus non perfecit, nunquid valeat tale teſtamentum vt nuncupatiuum? Reſp.ꝙ non, ita tenent Bart.& omnes doc.l.hac conſultiſſima.§ ex imperfecto.C.de teſtam. & in l.fideicommiſſi. §.quoties.ff.de leg.3.Abb.conſ.105.volu.2.Guid. Papæ conſ. 134.incip.non valuit, nec valet teſtamentum. Hanc opi.dicit eſſe com.Alex.in conſ.76.vol.3.quem refert Thom. Gramm. deciſ.62.nu.18. Eſt enim omninò nullum tale teſtamentum ex deficientia voluntatis incompletæ.

Et hæc concluſio adeò vera eſt, vt ne quidem de æquitate Canonica tale teſtamentum valeat. Ita tenet Ant.de But.in c. primo, de ſucceſſ.ab inteſt. quem communiter ſequi doct.firmat Gram.d.deciſ.62.nu.18.

## QVAESTIO XIII.

Sed quid ſi teſtamẽtum in ſcriptis ſit tantùm imperfectum ratione ſolennitatis, nunquid valebit vt nuncupatiuum? reſp. Vera & communis opinio eſt quòd tale teſtamentum valeat vt nuncupatiuum, niſi expreſsè arctaſſet ſe ad teſtamentum in ſcriptis, quia fortè aliter noluit valere, vel noluit voluntatem ſuam teſtibus eſſe notam. ita tenet Cyn.d.l.hac conſultiſſima. §.per nuncupationem. Paul de Caſtr.l.hæredes palàm.in prin. ff.de teſtam.Soc.in conſ.175.vol.2.& ita iudicatum eſſe teſtatur Matth.de Afflict.deciſ.143.& refert Thom.Gram.d.deci. 602.nu.26 Et hæc eſt opinio Barto.in l.fi.ff.de iur. codicill. Et ita tenent omnes doc.in d.§.ex imperfecto. In dubio enim nõ eſt veriſimile, teſtatorem voluiſſe ſe reſtringere ad vnã viam teſtandi, & ſic eligere iter, per quod eius iudicium impugnaretur.

## QVAESTIO XIIII.

Quæro, An credatur notario in teſtamento atteſtanti, teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis? Reſp.ꝙ non, & iſta eſt vera & communis opinio, vt firmat iaſ.l.ſenium ætatis.num.2.& 3.C.qui teſtam.fac.poſſ.& eam tenet Bald.Ang.Cum.& Franc. Aret.l. 2.ff.de teſtam.Alex.conſ.141.incip maturè.vol.1.

## QVAESTIO XV.

Sed quid in teſtibus deponentibus de ſana mente teſtatoris, nunquid ſtabitur illorum dictis? Reſp. quòd ſic, & magis quàm cæteris contrarium deponentibus. Ita tenet Inn.quem ſequuntur omnes doct.in c. auditis.de præſump.& c.eccleſia. de elect.vt teſtatur Gram.deciſ.73.n.21.& ſequitur Abb.c.cũ dilectus de ſucceſ.ab inteſt.& ibi Andr.Barb.Bald.c.1.de contro.inueſtit. Eandem opinionem tenet iaſ.in conſ.2.nu.8.vol. 1.& conſ.178.n.1.vol.2.Pet.de Anch.c.1.de reſcrip.in 6.Fel. c.dudum.de præſump. Teſtes enim aſſerẽtes quem ſanę mentis, habent præſumptionem iuris pro ſe, ꝙ ſit ſanæ mentis, vnde magis eis creditur, cùm deponant conforme iuri communi, & ſic ſecundum iuris diſpoſitionem. Et ita deciſum eſſe teſtatur Boer.in deciſ.23.part.1.

## QVAESTIO XVI.

Quæro, Generalis conſuetudo eſt notariorum circa appoſitionem clauſularum in teſtamentis: Si non valet iure teſtamenti in ſcriptis, valeat vt nuncupatiuum, & ſi non iure teſtamenti nuncupatiui, iure codicillorum, ſeu cuiuſcunque alterius voluntatis, ſeu omni meliori modo, An eiuſmodi clauſula ex communi conſuetudine cenſeatur, vt conſueta fuiſſe appoſita in teſtamento, licet in eo non appareat? Reſp. Recepta & communis Doctorum ſententia eſt, ꝙ talis clauſula non attendatur, nec habeatur pro expreſſa, Namq; procedit potiùs de conſuetudine notariorum, quàm teſtatorum, & ſic potiùs de cõſuetudine notarij, quàm ꝙ ita teſtator expreſſerit, vel ita fuerit de eius mente. Ita tenet Bart. in l.1.C.de iure codicill. Et hanc eſſe communem opinionem firmat Curtius iun.conſil.101.Barbat.inter conſilia Curt ſenioris, conſ.47.incipien. ſapienter optimus. quos refert Thom. Gramm. deciſ.62.numer.22. Debet igitur talis clauſula apponi teſtatore ſic ordinante & volente.

QVAESTIO XVII.

Vulgaris concluſio eſt,ꝙ ad hoc vt teſtamentum valeat,filius in poteſtate,vel inſtituatur,vel exhæredetur,aliàs ſi ſit prçteritus,teſtamētum eſt nullum,& hoc eſt expeditum per text. l.inter cætera.ff.de liber.& poſth.Et eſt communis opi. vt firmat Curt.iu.auth.ex cauſa.C.de lib.præter.

QVAESTIO XVIII.

Sed quæro. Nunquid hæc inſtitutio ad validitatem teſtamenti requiratur etiam de iure Canonico?Reſp.Bald.in l.fi.C. famil. herciſcund. tenet quòd non. Et hanc opinio. dicit eſſe com.Alex.d.l.inter cætera.& tenet idē Bald.d.auth.ex cauſa.

Contrariam opi.tenet Petr.de Ancha. Ant.de But. Imol.& communiter doc.c.Rainutius.poſt gl.ibi,vt teſtatur iaſ.Rubr. ff.ſol.matri.n.31. Eandem tenet gl.c.ſi pater.verb.inſtituit.de teſtam.lib.6.quam magis cōmuniter approbatam dicit Alex. ſibi contrarius in conſ.60.incip.viſo conſ.vol.2.Et quòd hæc ſit verior & communior dicit iaſ.d.auth.nouiſſima.n.31.C.de inof.teſtam.ex quo enim ſec.iaſ.hoc clare deciſum eſt de iure Ciuili,nec reperitur expreſſum de Iure Canonic. ſtandum eſt iur.ciuilis diſpoſitioni.

QVAESTIO XIX.

Quæro,An ſufficiat ad hoc vt filius non dicatur præteritus, ſi legitimæ loco aliquid relinquatur?Reſp.ꝙ non,Sed requiritur,quòd relinquatur titulo honorabili inſtitutionis,nō legati vel alterius cuiuſcūque.Ita tenet gloſ.§.iam autem.& §.igitur.Inſtit.de hære.inſti.& probatur per tex.expreſſum.§.aliud quoque capitulum.auth.vt cùm.de appellat.cognoſ.Et ita indifferenter omnes concludunt,vt firmat iaſ.auth. nouiſſima. num.13.

Amplia, vt procedat etiam in teſtamento patris inter liberos,quia requiritur, vt cuilibet filio relinquatur titulo honorabili inſtitutionis per dictum §.aliud quoq; capitulum,quòd generaliter loquitur, vnde generaliter debet intelligi, maximè cùm tendat in fauorem filiorum. Et hæc eſt com.opi.omnium doc.tam iuris ciuilis quàm canonici,vt teſtatur Sal.d.auth.nouiſſima.& iaſ.n.16.Licet ipſe teneat contrariam partem. ſecundū quam dicit ſe iudicaturum,ſi caſus contingeret.Eandem opinionem dicit eſſe tutiorē gl.c.ſi pater.de teſta.lib.6.

QVAESTIO XX.

Quæro, An filius poſſit inſtitui à patre ſub conditione caſuali vel mixta.ad hoc,vt teſtamentum valeat?Reſp.de iure veteri nullum eſt dubium, quin teſtamentum tale in quo filius ſub cōditione caſuali vel mixta inſtituitur,ſit nullum,niſi ſub contraria exhæredetur,ita eſt text. expreſſus.l.ſi pater.ibi,iure teſtatus non videtur.C.de inſtit.& ſubſtit.

QVAESTIO XXI.

Sed dubium eſt de iure hodierno,An hodie ſit correcta d.l. ſi pater?Reſp.Bart.in d.l.n.2.dicit,ꝙ omnes doc. approbarunt diſpoſitionem d.l.ſi pater.quòd imò non valeat hodie tale teſtamentum. quam opinionem dicit quoque veriorem Deci. ibi,nu.14.Et tenent multi doct.relati per Roder.Suarez in repet.l.quoniam in prioribus.fol.6.

Contrariam verò opinionem.quòd.ſ.d.l.ſi pater.hodiè corrigatur, & talis conditio de medio reiiciatur vſque ad legitimam filij,& valeat teſtamentum,tenet gloſſ. d.l.ſi pater. verb. erat.& gl.in l.ſuus quoque.ver.conſtat. ff.de hær.inſti.Et eam ſequitur Bart.d.l.ſi pater. num.2. Et dicit communem ibi iaſ. num.19.Alex.& Iacob.de S.Georg.nu.13.vbi dicit ſe ita obtinuiſſe, & ita iudicatum eſſe per tres ſententias. Eandem opinionem tenet Rip.in Rubr.nu.157.ff.de vulg.& pupil.Guliel. de Bened.c.Rainutius.verb.deliquit.nu.28.ext.de teſta. Rod. Suarez vbi ſupra fol.6.& fol.14.ampliat.5. Hanc quoque dicit com.eſſe Dec.d.l.ſi pater.

QVAESTIO XXII.

Quæro,Vtrum verbum relinquo importet inſtitutionem? reſp.ꝙ ſi verbum relinquo adiiciatur vniuerſitati bonorum, tunc importat inſtitutionem,ita eſt gl.§.ſi verò nulla. verb.relictis.auth. de hæred. & falcid. ſecùs ſi adiiciatur certæ rei,vel quantitati.Ita eſt tex.in dict §.aliud quoque,iunct. §.cætera.& hæc eſt vera & communis opi,vt firmat iaſ.d.auth.nouiſſima. num.33.

QVAESTIO XXIII.

Quæro,An parentibus quoque legitima ſit relinquenda titulo inſtitutionis?Reſp.Bart.in d.auth. nouiſſima.tenet quòd non,& eam in puncto iuris dicit eſſe veriorem iaſ.ibi.nu.38.

Contrariam opinionem communi calculo approbarunt doct.vt firmat iaſ.d.auth.nu.37.& dicit Bald.in l.1.C.de bon. poſſ.cont.tab.liberti,quod Bart.dicit malè contra veritatem. eandem opinionem contra Bart.dicit eſſe communem Alex. d.authent.nouiſſima.& eam tenet Floria.ibi,dicens ſe ita pluries conſuluiſſe.Angel.& Paul.de Caſtr.in d.auth ex cauſa.C. de lib.præter.

QVAESTIO XXIIII.

Quæro, Nunquid filia poſſit inſtitui in ſola dote? Reſp.ꝙ ſic, & iſta eſt recepta & communis opin. vt firmat iaſ.d.auth. nouiſſima.n.46.& ꝙ ita de generali cōſuetudine obſeruetur, dicit ſpecul.tit.de inſtru.edit.§.vt autem.ver.ſed ſuper forma.

QVAESTIO XXV.

Quæro,an etiam filius emancipatus debeat inſtitui,ad hoc vt teſtamentum valeat?Reſp.ꝙ ſic,in hoc tantùm eſt differentia inter filium emancipatum & in poteſtate,quia ſcilicet ſi emancipatus ſimpliciter ſine cauſæ inſertione præteritus fuerit,teſtamentum ipſo iure nullum eſt, de iure ciuili:ſi verò cū cauſæ inſertione,valet mero iure,ſed prçteritus habet ius cōtratabulandi de iure prætorio, ita eſt gloſſ.verb. noluit. auth. de hæred. & falcid. quæ communiter approbatur ſecundum iaſ.authentic.ex cauſa.numer.8. Alex.l.ſicut certi.nu.14.C.de teſtam.milit.

Secùs in filio in poteſtate. Nam ſiue is præteritus ſit cum vel ſine cauſæ inſertione, indiſtinctè teſtamentum ipſo iure nullum eſt,ita dicit d.gl.§.exhçredatos.communiter approbata.Ratio prædictorum eſt,quia licet de iure hodierno ſublata eſt differentia emancipationis & patriæ poteſtatis,quò ad ſucceſſionem ab inteſtato, Tamen quòd ad remedia, quæ competunt contra teſtamenta,ſublata non eſt,ita videtur velle gl. l.emancipati.C.de collationib.

QVAESTIO XXVI.

Quæro,An hæredis inſtitutio facta implicitè per relationē ad aliam ſcripturam,valeat?reſpon.quòd ſic,ita tenet Bal.in l. aſſe toto & ibi Ange.ff.de hæred.inſtitu. Matth.de Afflict.deciſ.144.nu.6. Natt.in auth.quòd ſine.C. de teſtament.qui dicit ita eſſe communiter receptum.eandem dicit eſſe communem iaſ.leg.4.§.ſi iudex. numero 3.ff.de re iudicat.idem dicit Alex.ibi.

QVAESTIO XXVII.

Quæro,Stante ſtatuto,quòd extantibus maſculis,fœminç non ſuccedant,nunquid teſtamentum annulletur præteritione filiæ,vel impugnari poſſit? Reſpond.communis & recepta doctorum opinio eſt,quòd filia nūquam poſſit teſtamentum impugnare,ſi ſit præterita ſtante tali ſtatuto, ꝙ in ſucceſſione maſculi fœminis præferuntur, maximè ſi maſculi ſint inſtituti,vt firmant doct. communiter & iaſ.in ſpecie in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.& §.in omnib.ff.de lib.& poſth.& in l.filiæ dotem.n.5.vbi dicit hoc procedere,ſiue velit impugnare per ius dicendi nullum, ſiue per bonorum poſſeſſionem contra tabulas,reprobata opinione. Ang.in d.l.filiæ. allegat Aret.in conſ. 140.atteſtantem de communi opin. idem iaſ. dicit hanc eſſe communiorem ſententiam auth. nouiſſima.n.57.C.de inoff. teſtam.Alex.in conſi.47.incip abundè per celeberrimos iureconſultos.vol.2.quem refert Matth.de Afflict.dec.158.nu.6. eandem dicit eſſe com.Bru.in tract. de ſtatut. exclu. fœm.art. 11.q.5.cum plurib.alleg.per Ant.Cap.dec.176.nu.3.

QVAESTIO XXVIII.

Quæro, Vtrum frater poſſit teſtamentum fratris in totum impugnare inſtituta turpi perſona, An verò tantùm vſque ad legitimam? Reſp. in hoc articulo inter doct. controuerſia eſt, quæ hoc diſtinctionis fœdere tollitur. aut enim fratri in teſtamento fratris nihil eſt relictum,& tunc frater expugnat teſtamentum in totum, ita com.eſſe opi.teſtatur iaſ.l.fratres. C.de inof.teſta.n.8. aut aliquid relictum eſt fratri, minùs legitima, & dicit Guli. Cun.in d.l.fratres. ꝙ adhuc frater in totum rumpit teſtamentum odio turpis perſonæ. & hanc opin. dicit eſſe veriorem Paul.de Caſtr. l.omnimodò. C. de inof.teſta.pro vt eum refert Matth. de Affli.in deciſ.204.n.2. & tenet Bald.d.l. fratres.& eam dicunt eſſe com.ſec.Mat.de Afflic. d.loco.Moderni Papienſ.ibi,& Sal.q.3.Paul.de Caſtr.conſ.61.

Contrariam tamen opinionem, quod.ſ.frater nō in totum expugnat teſtamentum, ſed vſque ad legitimam tantùm, eo caſu,quando aliquid relictū eſt,tenet Ang.l.j.C.de inoff.teſta. & ſecundum eam reprobata opinione contraria in conſilio Neapol.iudicatum eſſe dicit Matth.de Afflic.d. deciſ.204.nu. 2.per rationes ibi per eum allegatas.& licet verum ſit,ꝙ teſtamento fauendum ſit, ex quo tamen frater turpem perſonam fratri prætulit,exiſtimo in totum eſſe rumpēdum odio turpis perſonæ,maximè ſi legitima quæ hoc caſu debetur etiā fratri, non ſit relicta titul.inſtitutionis,ſed alio quouis relicti titulo.

QVAESTIO XXIX.

Sed quæro.Nunquid hoc caſu rupto teſtamento fratris turpi perſona inſtituta,frater tenebitur ad legata & fideicommiſſa vniuerſalia in teſtamento relicta ſecundum diſpoſitionem





auth.ex cauſa.C.de liber.præter.Reſp.quòd ſecundum magis communem & receptam doct. ſententiam hoc caſu non habet locum diſpoſitio d.Auth.ex cauſa,nec ſuſtinentur legata, vt firmat iaſ.d.l.fratres.n.3. & eam tenet Alex.d.auth. Imol.l. filio præterito.ff.de iniuſto rupt.teſtam.

QVAESTIO XXX.

Regulariter in teſtamento debent interuenire ſeptem teſtes,ita probat tex.l.hac conſultiſſima.C.de teſtam.

Hçc communis regula plures recipit limitationes reſpectu perſonarum teſtantium,vel hçredum,aut locorum,in quibus fiunt teſtamenta.

Primò non procedit in teſtamēto patris inter liberos,Namque ſufficit,ꝙ coram duobus teſtibus fiat,ita tenet gl.& doct. omnes,in d.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.& in auth.ibi poſita.Et valet tale teſtamentum vt teſtamētum,& tanquam ex teſtamento ſucceditur ſecundum magis comm. & veram opi.vt teſtatur iaſ.d.§.ex imperfecto.nu.13.Et eam tenet gl.in leg.filij.verb.ab inteſtato.& ibi ſequitur Bald.Salycet.Fulgoſ. & Doctor.

QVAESTIO XXXI.

ſed qd ſi reperiatur ſcriptura teſtatoris manu ſcripta,in qua non ſunt deſcripti teſtes, An probabit teſtatoris voluntatem? Reſp.ꝙ ſic,& eſt expeditum per d.auth.quòd ſine.& hanc dicit eſſe communem Alex.conſ.105.vol.7.iaſ.d.auth.ꝙ ſine.ſecùs ſi ſcriptura non ſit ſcripta manu teſtatoris, Namque tunc talis ſcriptura,ſi producatur,inter liberos quoque non probabit patris voluntatem.ita tenet Bal.& Paul.de Caſtr. d.auth.ꝙ ſine.& ibi iaſ.dicit hanc eſſe magis com.opin.num.1.Paul.de Caſtr.l.ſi is.ff.de teſta.

ſed quid ſi alterius manu ſit ſcripta, & à teſtatore ſubſcripta? reſp.quòd talis ſcriptura valet,& probat inter liberos,tex. eſt clarus in auth. ſi modò.C.famil.herciſc.

ſecundò limita prædictam concluſionem in teſtamento condito tempore peſtis, Namq; tunc ſi maior teſtium numerus haberi non poſſit, valet teſtamentum coram quinque teſtibus. ita tenet Bald.l.fi. C.de teſtam. Et hanc opinionem ſequitur Cuma.l. conficiuntur.§. codicilli. ff de codicil. Vbi dicit quòd iſta eſt æquior & humanior ſententia. Et eam tenet Flora.de S.Petro.l.milites,per illum tex.C.de teſta.iaſ.d.l.fi.n. 5.vbi dicit,ꝙ ſi caſus contingeret,ita iudicaret, maximè,ſi peſtis ita eſſet vehemens, vt veriſimiliter plures teſtes haberi nō poſſent, & hanc opinionem dicit communem Dilect. de arte teſtan.ti.2.cau.2.n.2. Et quòd contra Bald.non ſit communis opi.firmat Matth.de Afflict.deciſ.25.nu.2.

contraria tamen opinio videtur eſſe magis cōmunis,quam tenet Ang.d.l.fi. & ibi Paul.de Caſtr. Bart.in d.l.conficiuntur, & in l.1.ff.de bono.poſſ.ex teſta.mil.Et eam dicit eſſe cōmunem Bauer.inſtit.de teſta.§.ſed hæc quidem.n.13.& ita iudicatum eſſe dicit Matth.de Afflict.d.deci.25.ſed quicquid ſit,opinio Bald.ſumma nititur æquitate,à qua in iudicando minimè recedendum arbitror.

Tertiò limita in teſtamento in rure per ruſticos condito, Namq; valet cum quinque teſtib. de hoc eſt text. expreſſus in l.fi.C.de teſta. & hoc indiſtinctè ſiue in ſcriptis fiat teſtamentum,ſiue nuncupatiuè,vt tenet Bart.d.l.fi.vbi dicit ita de conſuetudine ſeruari. Et hanc dicit eſſe commun.opinionem iaſ. d.l.fi.nu.2.

Quartò limita non procedere in teſtamento ad pias cauſas, Namque ſufficiunt duo teſtes, ita communiter teneri firmat Alex.in conſ.131.vol.7.

Quintò limitatur in teſtamento coram principe vel imperatore cōdito, Namque numerus ſeptem teſtium neceſſarius non eſt, ita eſt text.expreſſus in l.omnium. C.de teſtam. idem dic ſi fiat apud acta.l.ſancimus.eod.tit.

QVAESTIO XXXII.

Quæro,Nunquid in teſtamento cæci ſufficiat numerus ſeptem teſtium, de iure communi requiſitus? Reſp. quòd non, ſed requiritur quòd octo teſtes interueniant,vel ſeptem cum notario,ita eſt tex.expreſſus.in l.hac conſultiſſima. & ibi omnes doct.C.qui teſtam.face.poſſ.

QVAESTIO XXXIII.

Sed nunquid diſpoſitio d.l.hac cōſultiſſima. habet quoque locum in teſtamento patris cæci inter liberos?Reſp.quòd dicta ſolennitas nō requiritur,ſed ſufficit,quòd fiat coram duobus teſtibus, iuxta formam.d.§. ex imperfecto. Hanc opinionem tenet Bart.Ang.Sal. Paul.de caſtr.& Alex.in d.l.hac conſultiſſima.& dicit ibi Ludo.Roma.quòd ab opinione Bald.in conſulendo & iudicando non ſit recedendum, quia nō habet contradicentem,licet ipſe in contrariam inclinet partem.Eandem opinionem dicit eſſe communem iaſo.ibi.nu.4.& tenet Ang.inſtit.de teſtam.§.cæcus.

QVAESTIO XXXIIII.

Quæro, Si adſint ſex teſtes cum notario, nunquid ſufficiat, ad hoc vt dicatur interueniſſe numerus de iure communi requiſitus?reſp. ꝙ non,quia notarius non computatur in numero teſtium,niſi fuerit antea per iudicem examinatus. ita tenet Io.de imol. & communiter doct.in l. hæredes palàm.§.1.ff.de teſta.vt teſtatur Matth.de Afflict.deciſ.25.nu.4.

QVAESTIO XXXV.

Quæro,Si adſit ſtatutum diſponens,quòd teſtamentum coram quatuor vel paucioribus teſtibus poſſit fieri,nunquid tale ſtatutum valeat?Reſp.ꝙ ſic,ita tenet Cyn.Bart.Bald & Fulgoſ.l.1.C.de ſum.trin.& in l.ſi non ſpeciali.C.de teſtam.Hanc opinionem dicit eſſe communem iaſ.d.l.1.nu.37 quem refert conſulendo Hiero. Schurff. in conſ.92. cent.2. & in conſ.75. conſ.58.cent.3.Vide ſuprà,c.2.de ſtatut q.

QVAESTIO XXXVI.

Quæro,An teſtes in teſtamento requiſitos ſufficiat eſſe vocatos & adhibitos,an verò requiratur quòd ſint rogati?Reſp. Bar.in l.ſciendum.ff.de verb.obl. concludit, quòd ſufficit vocatos eſſe,idem tenet in l.hçredes palàm.§.in teſtamentis ff.de teſtam. Et hanc opinionem dicit eſſe communem iaſ. dicta l. ſciendum.nu.41.

Contrariam opinionem, ꝙ ſcilicet, non ſufficit vocatio teſtium,ſed etiam neceſſaria eſt rogatio,tenet Bald.l.diuus.ff.de teſt.mil.allegat gl.in l.milites.C.de teſt.mili.& pro hac opinione eſt tex.expreſſus in d.l. hæredes palàm. §.in teſtam. & meo iudicio iaſ.fallitur, dum dicit 1.opinionem eſſe communem, & eam tenet gl.§.fi.verb.adhibitis.inſtit.de teſta. Vbi dicit rogationem requiri ſiue in ſcriptis ſiue ſine ſcriptis teſtamentū fuerit factum,quæ gl.in hoc communiter approbata eſt,vt teſtatur ibi Bauer.Et eam opinionem tenet Alex.& iaſ.l.hac cōſultiſſima.in prin. C. de teſta. Nec refert, an ab ipſo teſtatore, vel notario, aut alio extraneo teſtes ſint rogati, dummodò conſentiente teſtatore,ita communiter teneri firmat iaſo.d.l. hac conſultiſſima.in princ.n.4.

QVAESTIO XXXVII.

Sed quæro.Nunquid teſtes in dubio præſumantur eſſe rogati?Reſp. quòd non,ita tenet Cyn.Bald. & omnes doct.in d. l.hac conſultiſſima. Bart. & omnes docto.in l.ſciendum.ff.de verb. obl. Et hanc dicit ibi communem eſſe opinionem iaſ.n. 36.& tenet Alex.ibi,& in conſ.70.incip.viſo conſ.vol.2.

Hanc tamen concluſionem limitat Bald.in l.j.ff.de hæred. inſti.vt teſtes præſumantur rogati,quādo teſtator & notarius ſunt periti iuris, & reperiuntur inſtituti, qui veriſimiliter debuerunt inſtitui, & hoc dicit ſingulare Aret. in d.l.ſciendum. communiter tamen illud dictū reprobari teſtatur idem Aret. in d.l.hæredes palàm.§.fi.quem refert iaſ. d.l.hac cōſultiſſima. in prin.n.2.& d.l.ſciendū.n.37.& in ſpecie reprobat ibi Alex.

QVAESTIO XXXVIII.

Sed quid ſi teſtes in inſtrumēto teſtamenti ſubſcripſerunt, nunquid præſumantur rogati?Reſp.ꝙ ſic,ita tenet Bart. & cū eo omnes indifferenter in dict.l.ſciendum.& ibi iaſ.dicit hanc eſſe communem opinionem,n.42. Licet ipſe contrarium teneat, & in d.l.hac conſultiſſima.in prin. Imol.& doct.in l.Domitius.per illum text.ff.de teſtament.

QVAESTIO XXXIX.

Quæro,An teſtes in teſtamento debeant eſſe prçſentes?Reſpon.ꝙ ſic,& ita vt videre & audire poſſint ipſum teſtatorem loquentem.de hoc text.eſt expreſſus, & ibi omnes doct.in l.ſi non ſpeciali.C.de teſta.

Hinc infertur, quòd ſi cortina eſſet intermedia inter teſtatorem & teſtes,ita vt teſtatorem videre non poſſent,teſtamentum non valeat, & hæc eſt communis opinio vt refert iaſ.d.l. ſi non ſpeciali n.7.licet contrariam teneat gl.in l.2.§.idem Labeo.el.1.ver. adierint. ff.de aqua plu. communiter in hoc reprobata,vt per iaſ.d.nu.7.

QVAESTIO XL.

Quæro, Vtrum inſtituto in re certa competat ius accreſcendi?Reſpon.quòd ſic, ita tenent Bart. Bald. Ang.& Im.l.ex facto.ff.de hæredib.inſtit.Bar.Salycet.& recentiores in l.quoties.num.6.C. eod. tit.& ibi iaſ.dicit hanc eſſe communem opinionem,quæ tenenda eſt.licet contrarium teneant ibi Fulg. & cæteri. idque ne teſtator pro parte decedat teſtatus, pro parte inteſtatus.

Amplia,vt hæc concluſio adeò vera ſit,vt ſi inſtitutus in re certa, agnoſcat rem, & eo mortuo cohæres eius vniuerſalis repudiauerit, ad hæredem tranſmittat ius accreſcendi, ita tenet Bart.d.l.quoties. & ibi Sal. Alex.& iaſ.qui cōem dicit eſſe

opinionem,num.7.Alex.in conſ.58.incip.habita ſuper narratis in themate. vol.3.vbi dicit ſe iſtam opinionem & legendo & conſulendo ſecutum eſſe.

QVAESTIO XLI.

Sed quæro, Si teſtator inſtituto hærede in re certa, & nullo dato cohærede vniuerſali, expreſsè prohibuit & mandauit, ne inſtitutio traheretur ad alia bona, nunquid habebitur pro vniuerſali hærede? Reſp. ꝙ ſic, ita cõmuniter teneri firmat prac. Papienſ.in for.libel.quo petit.hæred.ex teſtam.verb.in omnibus eius bonis. Non.n.poteſt teſtator pro parte teſtatus decedere, & pro parte inteſtatus, nec poteſt facere, quò minus leges in ſuo teſtamẽto locum habeant.l.nemo poteſt.ff.de leg. 1. Ita dixit gl.l.1.verb.cautione.C.de vſu & habit.quæ dicitur eſſe communiter approbata, teſte Socy. iu.in conſil.115.nu. 19.libr.1.

Contrarium tamen tenet Bart.in d.l.quoties.§.ſi duo.ꝙ ſcilicet inſtitutus ſolùm ſuccedat in re certa, cætera verò bona deueniant ad ſuccedentes ab inteſtato iure fideicommiſſi, ſed prima opinio verior. quam dicit quoque communiter approbatam Alex.l.ſi quis priore.n.9.ff.ad Treb.Crot.rep.l.re coniuncti.n.61.Rip.n.134.Soc.iu. conſ.110.n.16.Et hãc eſſe magis communem firmat Apoſtil.ad Alex.conſ.162.n.10.lib.2.

QVAESTIO XLII.

Quæro, Si miles inſtituat in teſtamento vnum hæredem in certa re, alium in alia re, nunquid præſumatur teſtatus eſſe iure communi, An verò vſus priuilegio militari? Reſp.doc.in hoc articulo variè ſenſerunt.Sal.enim in l.1.C.de milit.teſta. diſtinguit, An interuenerint ſolennitates iuris communis, vel non, quem refert & ſequitur Auguſt. Inſtit.de hæred. inſtit.§. hæreditas.

Gloſ.verò in l.1.§.ex fundo. ff.de hære.inſtit. omninò vult, quòd intelligatur quò ad reſiduum inteſtatus deceſſiſſe, & ſic vti priuilegio militari, quam ſequitur ibi Imol. Fulgoſ. Rom. & Alex.d.l.1.

Contrarium verò directè tenet gl.d.l.1.ver.militis. ꝙ ſcilicet inſtituti in rebus certis, intelligantur in totum inſtituti, ſecũdum iuris communis diſpoſitionem, quo inſtitutus in vna re, nullo alio cohærede dato, ſuccedit in tota hæreditate per ius accreſcendi, vt in præcedenti q.diximus, & hæc opinio gl. receptiori calculo approbata eſt, vt firmat iaſ.ibi, nu.10.& 12. d.§.hæreditas.nu.11. Michael Graſſus.

Teſtamentum dicitur legitimè probatum, ſi teſtes numero ad id idoneo deponant, aliquem fuiſſe teſtatum, & talem feciſſe hæredem (vbi aliud non obſtet) etiam ſi de eo non extaret aliqua ſcriptura.gl.in l.2.& ibi doc.C.de teſta.preſertim Alex. ibi poſt princ.Et hoc in iure expeditiſſimum, & ab omnib.receptum eſſe dicit.Soc.iu.in conſ.1.nu.51.vol.4. E.Muſcul.

Teſtamentũ non continens tempus, diem, menſem, annũ, & indictionem, ratione incertitudinis tẽporis, vitiatur.& non poteſt ſortiri effectum teſtamenti, prout eſt textus clarus in auth.quod ſine.ver.& tempus, & in corpore vnde ſumitur.C. de teſta.Et ita cõmuniter declarant doc.dicentes, ꝙ ad minus debent apponi annus, menſis, & dies, licet nõ hora dici, vt plenè per Natt.in d.auth.quod ſine.q.12.& Soc.iu.in conſ.3.n.3. vol.4.vbi huius concluſionis ponit rationẽ, vt per eum. idẽ.

Teſtamentum eſt validum, ſi quis interrogatus.an velit facere heredem, talem, reſpõdeat ſimpliciter, miſſerſi, & talis dicitur inſtitutus heres, per gl.illam ſingularem, licet vulgatam in l.iubemus C. de teſta. quæ eſt magis Communiter recepta vt ibi per doct.& vt atteſtatur Ruyn. in conſ.2.viſo teſtamento.n.8.vol.2.& Dec.in conſ.489.in caſu occurrenti, n.3.Hoc tamen non videtur procedere, quando grauiter infirmus ab alio, quàm à Notario fuiſſet interrogatus. De Notario enim videtur confidendum propter fidem publicam, nõ ſic de alio quando ad id non apparet requiſitus à teſtatore, Ita declarat Bald.in d.l.iubemus.& plerique ibi ſequuntur.& Paul.de caſt. conſ.366. viſo puncto & allegationibus in antiquis. In nouis eſt ſub n.155.lib.5.Dicitur enim tunc infirmus ſic reſpondiſſe potius per ſuggeſtionem, interrogantis, quàm deliberato animo teſtandi.Soc.iu.in conſ.32. nu.2. vol.4. & arguit Ruin.in conſ.12.ſuper iſto puncto.nu.3.vol.2. idem.

Teſtamentum licet pendere debet à propria voluntate teſtantis, & non ex alieno arbitrio, l.j.C.de ſacroſ.eccleſ.Tamen voluntas teſtatoris etiam oſtendi poteſt ad interrogationem alterius, vt eſt communis opinio omnium doct.poſt gl.in l.iubemus.C.de teſtam. Et licet de modo reſpondendi poſſit diſputari, data graui infirmitate teſtatoris, vt traditur in d.l.iubemus: Tamen quò ad hoc quod valeat teſtamentum, licet teſtator non ipſe inceperit, ſed alius eum interrogauerit, & ſic dicatur factum ad interrogationem alterius, tamẽ valebit non obſtante regula, l.illa inſtitutio.ff.de hæred.inſtitu.Soc. iun.in conſ.32.nu.5.vol.4. Vbi dicit, non eſſe dubitandum: omnes enim doct.ſentire, teſtamentum valere, ſi ex alio non poſſet infringi, quoniam etiam tũc dicitur factum ex proprio arbitrio ipſius teſtatoris, qui ſic ex animi libertate, & non coacte reſpondit, & ſuæ mentis eſſe declarauit, vt per eum in d.conſ.32. idem.

Teſtamentum imperfectum valet inter liberos. l.hac conſultiſſima §.ex imperfecto C.de teſta. Vnde non requiritur, ꝙ teſtes ſint rogati.gl.eſt in ver.excepto in l.fi.C.de Codic. cum qua tranſeunt ibi doc.Et ita firmat Bald.in auth.quod ſine.C. de teſtam. cum multis concordantibus, vt per Natt. in d.§. ex imperfecto.q.30.vbi aſſerit, quod ita ſe habet communis opi. Nec prædictis videtur obſtare, quòd totum teſtamentum nõ fuerit poſteà coram teſtatore, & teſtibus lectum, & vt dicitur publicatum. & ſtipulatum, propter quod videtur inualidari, iuxta l.fideicommiſſa.§.quoties cum glo.communiter ibi per Bart.& alios approbatam. ff.de leg.3. Quoniam reſpondetur, quod cum de volũtate teſtatoris circa hæredis inſtitutionem, & ſubſtitutionem, & ſic in ſubſtantialibus teſtamenti conſtet per teſtes, non videtur neceſſaria dicta publicatio, vt videtur cõcludere Ab.in c.cum P.Tabellio.ver.infero etiam ad aliam quæſtionem, de fide inſtrum.vbi reſpondet ad d.§. vt ſcilicet procedat, quando ſcriptura erat de ſubſtantia teſtamẽnti, vt per eum. Et idem, vt ſcilicet poſſit releuari, & publicari teſtamentum iam virtualiter, voluit Paul.de caſtr. in conſ.307.ad primum quæſitum.q.1.vol.1.in Nouis.in Antiquis eſt n.20. Imò vr̃ loqui in fortioribus terminis.nam cùm ibi velit poſſe publicari teſtamentum ſcriptum per Notarium nunc defunctum, per manũ alterius notarij, fortius vellet publicationem poſſe fieri per eundem Notarium ſuperuiuentem, & ibi ponitur alia reſponſio ad d.§.quoties.& ad notata ibi per Bar.vt ſcilicet procedat, quando teſtamentum non appareret perfectum, vt per eum.Et quòd tale teſtamentũ valeat etiam quod non fuerit lectum & publicatum coram teſtatore, & teſtibus, videtur probari ex illa opinione gl.magis communiter recepta in l.iubemus.C.de teſtam.videlicet, ꝙ valeat teſtamentum, ſi infirmus interrogatur, an faciat talem hæredem, & reſpondet, miſſerſi.Nam eo caſu non præſupponitur aliqua lectura, vel publicatio teſtamenti, & tamen valet, vti magis communiter tenetur, vt per Corn.in conſ.77.viſo themate.litera B.4. vol.Et quod non requiratur prædicta publicatio, ſi ex alio de voluntate teſtatoris conſtet, videtur firmaſſe Soc.iu.144.nu. 58.vol.2.& in conſ.71.nu.3.q.5.& 22. Vbi oſtendit hoc tantum procedere in teſtamento inter liberos propter fauorem liberorum, & non ratione extraneæ perſonæ allegans ad hoc Bar Paul.de caſtr.& alios, vt ibi videri poteſt, in 4.vol. idem.

Teſtamentum non valet, in quo non eſt facta expreſſio de hærede & ſubſtituto, antequam ſcribi cœperit, velut imperfectum ratione voluntatis. iuxta tradita communiter in l.ſi is, ff.de teſta.Et tradunt Soc.ſen.& Moder.in rub.ff.de leg.1.Soc. iu.in conſ.71. ſub n.13.vol.4.Vbi dicit hoc procedere, quando circa inſtitutionem aliquid deeſt, vel eſt incertum quid teſtator addere voluit, vt ibi per eum. idem.

Teſtamẽtum, vt dicatur perfectum, & validum requiritur, ꝙ poſtquam ſit ſcriptum, legatur coram teſtibus, & teſtatore, & per eum approbetur, & confirmetur, vt eſt tex.cum gl.& ibi declarant Bar.& alij in l.fideicommiſſa.§.quoties, de leg.3 vbi de hoc eſt Com.opi. Et hanc opin. poſuit Io.And.in addit.ad Spe.in ti.de inſtru.editio.§.oſtenſo.ver.illud quoq; pretereundum non eſt, in additione magna ibi, in fine poſita, circa medium, Dicens: quod ſi notarius rogatus notam, vel Protocollum ſcripſiſſet, qđ poſtea coram partibus, & teſtib.nõ legiſſet, nihil valeret, nec fidem faceret, vt per eum. Et licet ipſe ibi loquatur in cõtractibus, idem tñ, & fortius intelligit in teſtamẽtis, tùm quia in eis maior diligentia, & ſolennitas requiritur, tùm ẽt, quia allegat d.l.fideicõmiſſa.§.quoties.de leg.3.vbi de teſtamento agitur, iuncto eo, qđ dicitur, dictũ doctoris intelligendum eſſe ſecundũ legem, quàm allegat, iuxt.doctrinã Bar. in l.non ſolùm.§.ſi liberationis verba.ff.de liber.leg.cum concord.per.Soc.iu.in conſ.71.nu.14.15.& 18.in 4.vol. idem.

Teſtamenta adeò ſunt fauorabilia, vt ſi quid ei, qui poteſt aliquo modo vti querela, relinquar̃ in teſtamẽto, ſiue ſit filius, ſiue alia perſona, & etiam frater (inſtituta turpi perſona, fauore cõſeruandi teſtamenti) non vtetur querela, ſed agat ad ſupplementũ legitimæ. Ita videtur text.in ſui generalitate, iuncta declaratione gl.determinare caſum noſtrũ in l.omninò in ſui generalitate.C.de inof.teſta.& ita illum tex.ponderauit Ang. in l.1.ff.de inoffic.teſta. & poſt eum iaſ. in l.fratres.in 3.extenſione in fi.C.de inoffic. teſtam. Secundo ad idem facit, quia ſi

illud dic



illud diceremus, filij eſſent deterioris cõditionis quàm frater. aut ſoror cum ipſi ſolũ agant ad ſupplementũ, qđ valde eſſet abſurdũ, cum illis magis debeatur hereditas patris, q̃ fratri, vel ſorori, vt eſt notum, & ita arguit Ang.in d.l.1.& Iaſ.in d.l. fratres.& ita etiam ponderant curt.iun.& Cag.in d.l.1.& iſta opi. quicquid dixerit Dec.in conſ.530. videtur hodie communis, & conſequenter tenenda.illam enim imprimis tenet gl.ſuper verb.perſonis in d.l.omninò.C.de inof. teſta. & ita etiam firmat Bal.reprobando Guliel.de cun.in l.1.in 2.q. ff.de inof.teſta.& ita concludit Ang.contra Gul.de Cun.in d.l.1.ver.quòd ſi frater habebat minus legitima, vbi etiam allegat duo fundamenta, vt per eum, & per Soc.iun.in conſ.87.num.11.volu.4. idem.

Teſtamentum fratris, ſoror poteſt querelare, in quo ſibi nõ eſt relicta integra legitima, & inſtituta ſit turpis pſona.ita cõcludit Guli.de Cun.in l.fratres.C.de inoff.teſta.prout eum refert, & ibi ſequitur Sal.ĩ 3.q.quod etiam videtur velle Pau.de ca.in d.l.fratres.in tertiò.quæſtio.C.de inof.teſta.& hoc ſequitur Dec.in cõſ.530.viſo puncto, & ſeptem dubiis in tertia dubitatione, ſub n.13.aſſerens inter cætera, quòd ita voluit Bar. in d.l.fratres, & quod ibi Iaſ.idem tenet, & dicit, quòd ita ſe habet communis opi.vt per eum.Soc.iun.in conſ.87.n.10.vol. 4. idem.

Teſtamentum primum tollitur per 2. quando duo ſunt teſtamenta vnum prius, alterum poſterius, quia voluntas hominis ambulatoria eſt vſque ad mortem, ſecundum Rol.conſil. 33.nu.18.& ſeq.lib.3.vbi n.20.quòd vltimo teſtamento precedentia reuocata cenſentur, etiam quòd de prioribus nihil dictum ſit, & quòd poſterius præfertur primo, etiam ſi valeret tantum de iure ſpãli, quod procedit etiam ſi nõ apponatur in dicto teſtamento clauſula ſolita, caſſans & irritãs omne aliud teſtamentum, teſte Rol.d.conſ.nu.22.Quid in teſtamento facto inter liberos? & dic, quòd per aliud non reuocatur: niſi in 2. adſit numerus 7. teſtium, & declaret teſtator expreſſe primum teſtamentum nolle valere, vt per Rom.conſ.385.col.1. 2.& 3. & Qui Rom. dum dicit quòd in 2.numerus.7.teſtium non requiritur dic, quòd Imo requiritur, teſte eodem Roma. conſ.179.ante n.17.de quo vide Iaſ.in auth. hoc inter j.limit. C.de teſta.Mar.iun.conſ.124.nu.33.lib.1.conſ.144.n.57.lib. 2.& dum Rom.d.conſ.385.nu.5.alleg.Spec.tit. de inſtr.edi.§. compendioſe ver quid ſi pater.vide Rub. conſ.6.n.5.qui quidem Spec. vbi ſup.dicit, quòd ſi pater habeat 3.filios, eoſque hæredes inſtituat, primum teſtamentum non rumpitur per 2. in quo pater vnum tantum filium, ceteris præteritis hæredem inſtituit, ea ratione, quia 2. inualidum ob filiorum præteritionem, & licet Spe.hoc ibi nõ dicat: hæc tamen opi.æqua eſt, teſte rub.d.conſ.quam tenet Rom.d.conſi.179.ante n.17. ver.2.quòd poſito, Soc.conſ.5.ante fi.libr.3.Dec.conſ.105.n. 6.conſ.631.poſt prin.in l.hac conſultiſſima.nu.37.C.qui teſt. fac.poſſ.Grat.Reſp.156.nu.49.lib.2.Mar.iu.conſ.127.nu.10. nu.19.lib.1.conſ.147.nu.40.& ſeq.conſ.189.nu.85.lib.2.Tiraq.de iur.primog.q 4.nu.4.& eſt communis opi. quam intellige, dummodo pater in omnium filiorum fauorem æqualiter diſponat, ſecus ſi inæqualiter, quicquid ſentiat Alex. conſ. 146.nu.5.nu.13.libr.2.Quod autem dicitur de inæqualitate: intellige de magna, nõ etiam de parua, de quo vide etiam quę ſcribit Dec.in l.vt liberis.3.not.C.de colla.Boer.q.140.col.7. & ſeq.An autem ſufficiant verba generalia reuocatoria? vide Soc.conſ.2.col.3.lib.3.Iaſ.in l.2.col.2.3.& ſeq.ff.de lib.& poſthum.& quòd nunquam verba generalia ſufficiant: eſt magis communis opi.per Bertr.conſ.61.nu.3.lib.3. in antiq.damnata diſtinctione Bar.in l.ſi quis in principio.ff.de leg.3.teſte Iaſ. in l.ſancimus col.3.verſi.vltra Bal.C. de teſta.de quo per Tiraquel.in leg.connub.gl.7.num.130.& ſequ. Quæ reuocatio clauſulæ derogatoriæ non requiritur: vbi pater inter liberos vltimam conficit voluntatem, ſecundum Rom.d.conſi.179. num.20.ex gl.in §.& ſi quidem in auc.de teſt.imperfect.Alex. conſ.134.col.pe.lib.1.Iaſ.in l.exigendi col.5.C. de procur.d.l. ſancimus col.3.ver.6.fallit C.de teſtam. Dec conſ.475.col.2. Mar.iu.conſ.124.nu.31.libr.1.Bertr.conſ.212.nu.16.lib.1.in no. Gram.deciſ.62.nu.37.contra Iaſ.in l.non dubium in fi.C. de teſta.

Teſtamẽtum poteſt incipere à gradu ſubſtitutionis vulgaris ſi præcedens gradus inſtitutionis erat nullus, l.3.§ fi.ff.de libe.& poſthu.vbi ſi filius fuit præteritus à primo gradu & à 2. exhæredatus: primus gradus inſtitutionis eſt nullus, ſed 2.gradus ſubſtitutionis vulg. tenet, & ab eo teſtamentum vires ſumit, hoc autem procedit in filio iam nato, in poſthumo verò ſi prætereatur à primo gradu: licet exhęredetur à 2.tamẽ quãdo naſcitur rumpit totum teſtamentum, nec tali caſu poteſt incipere à ſubſtitutione vulg.l.nam & ſi §.rumpendo.ff.de iniuſt.rup.gl.in d.§.fi.vbi Bar. declarat, & reddit rationem & ibi etiam Caſt.iſtud autem generale dictum procedit etiam quãdo filius eſt præteritus à primo gradu: ſed in 2.eſt ſubſtitutus vulgar. quia etiam perempto primo gradu teſtamentum incipit à 2.l.ex facto §.lucius titius.ff.de vulg.vbi caſtr.dicit, ꝙ ſi filius eſt inſtitutus in primo gradu: nõ requiritur poſtea quòd inſtituatur in ſeq.gradibus, ſed ſi exhæredetur à primo neceſſe eſt quòd etiam exhæredetur à 2. vt latius per eum ibi.à pupillari autem ſubſtitutione non poteſt incipere, nec ex ea poſſet filius præteritus à primo gradu ſuccedere, quia ſubſtitutio pupillaris habet dependentiam à teſtamento paterno, ita vt ſi non adeatur hæreditas ex teſtamento paterno nõ teneant tabule pupillares, l.2.§.adeò l.ſed ſi plures §.ſi ex aſſe ff.de vul.declarat iaſ.in d.l.ex facto §.item quæro.3.no.

Minus poteſt incipere à ſubſtitutione fideicommiſſaria qa hæc etiam requirit aditionem hæreditatis, l.eam quam C. de fideic. & ideo ab ea teſtamentum vires aſſumere nequit, Bar, in l.1.col.8.poſt nu.32.alleg.l.ille à quo §.ſi teſtamento.ff.ad Treb.& probatur in l.ita tamen §. qui rogatus ff.eo. vbi filius dicitur præteritus: ſi non eſt directo inſtitutus, licet hæreditas ſibi ſit per fideicõmiſſum relicta, quæ omnia declara, vt latius per Bar.& Caſt.ibi.

Teſtamentum factum ad interrogationem notarij ex reſponſione teſtatoris, ſaltem præcedente rogitu notarij adhibito per teſtatorem & poſtea lectum, valet & tenet, & conſuetudine obſeruatur, vt eſt communis opi. quod non ſit falſum.de qua Corneus in conſil.261. litera Q. & communiter approbatur in iudiciis & ſcholis, vt ibi per eum.in 4.vol. Bonacoſſ.

Teſtamentum vſurarij, in quo non fuit præſtita cautio ad formam, ca.quamquam de vſur.in 6.ſi poſtea fuit præſtita, teſtamentum reconualeſcit, vt eſt communis opin. Apoſtillantes ad conſilium Paul. de Caſtro.39.numero 26.in tertio volumine. vbi ponunt nouem pœnas contra vſurarios. Bonacoſſa.

Teſtamentum non eſt falſum, ſi teſtator interrogatus à notario, ſi vult facere hæredem talẽ reſpondeat ſimpliciter, meſſer ſi.& talis dicitur rectè hæres inſtitutus, ſecus ſi ab alio quã à notario.niſi grauiter eſſet infirmus teſtator, vt eſt comm.opi.de qua Soc.iu.in ſuo communium opi.verſ.teſtamentum. n.10.Rui.conſ.2.n.8.vol.2.Dec.conſ.489.nu.3. Bal.in l.iubemus.vbi gl.C.de teſta.caſt.conſ.366.n.155.lib.5.Soc.cõſ.32. n.1.vol.4. Rui.conſ.12.n.3.vol.2. idem.

Teſtamentum ob dictum vnius teſtis inſtrumentarij vacillare dicitur, vt eſt com.opi.de qua D.m.Alc.conſ.124.lib. vlt, quicquid conſuluerit Iaſ. & dixerit contrariam opi. communem.Corn.conſ.261.litera I.in 4.vol.fol.204.col.4. vide cõſ. 1.vltimarum voluntatum diuerſorum.nu.15.quòd eſt collegij Patauini, & communem dicit Io. de Amicis in conſil.115. idem.

Teſtamentum dolo, vel metu factum valet & tenet, vt eſt com.opi.de qua Gabriellius.conſ.99.n.1.vbi n.13. etiam dicit quod teſtamẽto facto dolo, vel metu, is qui damnum patitur agit ad intereſſe, & in ſubſidium redit contra fiſcũ, vt eſt com. opi.per eum ibi. idem.

Teſtamentũ ſubripiens punitur.& practica eſt, ſi quis vult agere contra aliquem, ꝙ ſubrepſerit teſtamentum in iudicio publico, dicat, ſurrepſit mihi teſtamentum animo occultandi veritatem.& defenſor rei, vt minus puniatur, & ne teneatur iudicio publico falſi, debet capitulare, ꝙ ſurrepſit animo faciendi ei iniuriam, vel cauſa lucri, nõ vt occultet veritatem, & hoc probato non tenetur iudicio publico, ſed priuato, ſcilicet furti, & minus punietur.& niſi probaretur, ꝙ feciſſet contra eum animo iniuriandi, vel cauſa lucri, tunc eſſe præſumptio, ꝙ ſurrepſiſſet animo occultandi veritatem.& hoc in teſtamentis ratione publici iuris & intereſſe, quod ſecus eſt in inſtrumento quòd eſt priuatum. ita Blancus in practic. criminali fol.68. idem.

Teſtamentum.ſolennitas requiſita in teſtamento ex forma iuris communis vel ſtatutorum tempore neceſſitatis relaxatur, teſte Rol.conſ.30.nu.13.& ſeq.lib.3.vbi de ſtatuto ciuitatis mantuę requirẽ quãdam ſolennitatem cir.teſtes quando fiunt teſtamenta extra ciuitatem & diſtrictum mantuę, & dic. conſ.n.21.quòd licet teſtium numerus ſit de forma teſtamẽti. quæ omitti non debet, & omiſſa vitiat actum, ipſa tamen forma tempore neceſſitatis remittitur, ſecundum Rol. conſi.82. libr.1.poſt Dec. conſil.284. Pariſ.conſil.33.numer.24.libr.2. Quid de ſtatuto diſponẽ ſuper obſeruantia ſolennitatis, quã exigit & requirit in actu teſtandi, vel inter viuos diſponẽt.

an loc

an locum habeat ſi fuerit conditum teſtamentum in loco exempto à manu & iuriſdictione ſtatueñ ſitæ tamen in eorum territorio?dic,ꝙ non,ſecundum communem per Rol.conſil. 33.per totum lib. 3. quia paria ſunt ſimpliciter locũ eſſe extra territorium,vel intra fines,ſed exemptum,ex no.per iaſ.in l.fi. col. 1.ver.hinc conſuluit Ang.ff.de iur.om.iud.& ſic.doct.ibi alle.& in c.vt animarum.§.ſtatuto.de cõſti. in 6. loquuntur in ſubdito,qui in monaſterio exempto, intra tamen territorium ſtatuentium condidit teſtamentum,quid autem in non ſubdito?vide Rol.d.conſ.33.vbi ponit caſum notab.

Teſtari non poſſunt(indiſtinctè)damnati in metallum. vel ad beſtias, vel opus publicum, vel ad mortem,vel quib.aqua & igni interdictum eſt.Hanc receptiorẽ eſſe ſententiam concludit Vaſq.contro.illuſt.lib.3.c.96.n.2. Villal.

teſtari an poſſit reus mortis.Clar.in §.teſtamentum.q.21.vbi dicit,quòd hodie poſſunt,vt fuſius per eum licet in contrarium eſſet communis opi.de qua Rui.conſ.143.n.1.in 2.vol. damnati autem ad triremes, vel ad perpetuos carceres,vel ad vltimum ſupplicium,ex priuilegio principis condere poterũt teſtamentum,vt per Fulg.conſ.44.Bal.conſ.382.lib.2.ſi tamẽ aliquo modo ſentẽtia capitalis eſſet nulla,poſſent teſtari,vt dicit Bald.in conſ.434 & ſeq.libr. 1.vide Capram reg.103.110. 120.& ibi pleniſſimè de hoc. Bonac.

Teſtari licet quilibet poſſit,etiam ſi pauper ſit, & bona nõ habeat,cùm hæreditas ſine bonis eſſe poſſit,per no.in l.ſi quę ramus.ff.de teſtam.l.hæreditas.ff. de petit. hæred.l.hæreditas. ff. de ver. ſig.id tamen inter alia fallit in furioſo, vel mentecapto,vel ſimilem defectum à natura patiente, ita vt ne quidem ad pias cauſas teſtari poterit.l.furioſum.C.q teſt.fac. poſſunt. c.fi.de ſucceſſ.ab inteſta. quod procedit etiam ſi ſtatutum cõtrarium diſponeret, nam cùm talis defectus proueniat à natura,per ius poſitiuum,tolli non poteſt.§.ſed naturalia, inſtit.de iur.nat.gent.& ciuil. vt voluit Bart.d.l.ſi quæramus. Quod etiam locum habet,ſi talis defectus ex iuris præſumptione vel diſpoſitione proueniat,vt contingit in prodigo cui bonis interdictum eſt, quia nec talis teſtari poterit, ex quo bona alienare non poſſit,prout no.in l.ſi ita quem.§.ea lege.ff. de verb. obl.vt hoc voluit Bart.d.l.ſi quæramus. quæ tamen limitãtur quando patiens defectum mentis, iuris præſumptione eſſet à ſtatuto hàbilitatus ad teſtandũ,quod fieri poteſt quando prohibitio talis procederet ex diſpoſitione iuris, per id quod habetur in l.omnes populi.ff. de iuſti. & iur.vt voluit Bart.d.l.ſi quæramus.& ita communiter teneri refert Bened.capr.regu. 103.nu.11.& 30.

teſtator dicens,filio meo relinquo centum,non cenſetur reliquiſſe iure inſtitutionis.com.dicit in §.teſtamentum. qu.38. ver.quid vero. P.Fi.ex Cla.

teſtator dicens.filio meo relinquo centum pro legitima,vel pro Falcidia.tale relictum ſufficit pro titulo inſtitutiõis.com. dicit in §. teſtamentum. quæſt. 38. verſicul. ſed quid ſi dicat. idem.

teſtator habens plures agnatos vel cognatos,ſi vnum inſtituat, & per fideicommiſſum ſubſtituat alios agnatos, vel cognatos proximiores,intelligitur ſenſiſſe de cognatis, grauati, non autem de ſuis.Magis com.dicit in §.teſtamentum,qu.76. ver.ſed hic occurrit. idem.

teſtator inſtituens filium in legitima cenſetur ipſum purè inſtituiſſe,ideò tale teſtamentum ſuſtinebitur. Magis com.dicit in §. teſtamentum. quæſt.39. vercul. ſed quæro nunquid. idem.

teſtator miles ſi in bonis caſtrenſib.teſtetur & filium in poteſtate ſine cauſa exhæredet, vel prætereat, tale teſtamentum hodie ſubiacet querelæ.com.dicit.in §.teſtamentum. q. 5.ſed quæro in fi. idem.

teſtator non poteſt facere quominus leges in ſuo teſtamẽto locum habeant.com.in §. teſtamentum.q.5.quam tamen. idem.

teſtator non poteſt prohibere inſinuationem à iure requiſitam.com.in §.teſtamentum.q.65. idem.

teſtator poteſt de bonis hęredis ſicut de propriis teſtari.com. in §.teſtamentum. q.64. in fi.& ideò etiam illius fauori, ſicut proprio renuntiare.ibidem. idem.

teſtator poteſt hæredem priuare hæreditate, ſi fecerit aliquid vel non fecerit,contra eius voluntatem, vt ſi nupſerit ſine alicuius conſilio.com.d.in §.teſtamentum.q.69. Talis tamen priuatio non operatur,vt ipſo iure deſinat eſſe hæres,ſed valet in vim fideicommiſſi.d.q.69.ver.intellige, & ſi teſtator non dixerit cui in tali caſu hæreditas reſtitui debeat,tũc ſi adſunt cohæredes vel ſubſtituti,illis debet reſtitui,ſed ſi tales nõ adſint,reſtitui debet venientib. ab inteſtato.com.in d. qu.69. Sed pone. idem.

teſtator poteſt grauare hæredem,vt alicui reſtituat rem ipſi prius inter viuos à teſtatore donatam.com.in §.teſtamentũ. q.71.ver.vlt. idem.

teſtator ſcripſit vel ſcribere curauit, vltimam ſuam voluntatem, deinde coram ſeptem teſtibus dixit illud eſſe ſuum teſtamentum. & ꝙ ita diſponeret de bonis ſuis, vt legebatur in ſcriptura, quæ tamen non legebatur, tale teſtamentum valet in vim nuncupatiui, ſatis enim videtur teſtator mẽtem ſuam manifeſtaſſe teſtib. ſaltem implicitè, per relationem ad illam ſchedulam,ſiue ſcripturam.Magis com.eſſe dic.in §.teſtamentum.q.4.ver.ſed pone.

teſtator ſi dicat: Filiæ meæ relinquo centum pro dote,tale relictum ſufficit & ſuſtinebitur in vim inſtitutionis.com.in §. teſtamentum q.38.ver.quid autem. idem.

teſtator ſi dicat ſe non velle reuocare teſtamentum & ſi reuocet ſe omnia ſua bona pro pœna donare hæredi ſcripto,talis donatio non valet.commun.in §. teſtamentum. quæſt.95. idem.

teſtator ſi in inſtitutione excludit fœminas propter maſculos, cenſetur eas pariter voluiſſe excludere in ſubſtitutione. com.in §.teſtamentum.q.76.ver.Hinc infertur. idem.

teſtator ſi incepit facere teſtamentum & inſtituit piam cauſam hæred. vel aliquid ad pias cauſas, & poſtea tranſit ad alia legata,& prius,quam poſſet ipſum teſtamentum cõplere, deceſſit,tale teſtamentum non valet, neque ad pias neque vt inter liberos, quia quandocunque teſtator decedit priuſquàm integrè voluntatem ſuam explicauerit, tale teſtamentum nõ dicitur deficere ratione ſolennitatis, ſed ratione voluntatis, quia videmus teſtatores in ipſo actu conficiendi teſtamenti mutare,addere,& reuocare,multa per eos iam diſpoſita.com. in §.teſtamentum.q.7.ver.vlt. idem.

teſtator ſi in ſchedula integrè ſcripſit voluntatem ſuam,vel ſcribi,fecit per notarium vel aliam perſonam ſed non fuit corã teſtib.lecta nec ab aliquo notario publicata,tale teſtamentum valet ad pias cauſas,& inter liberos.ideò debet in illis caſib.ſuſtineri.com.in §.teſtamentum.q.6.ver.aliquando. Clar. tamen addit,dummodo duo concurrant,Primum.ꝙ teſtator hanc ſuam voluntatem ſaltem duobus teſtib.explicuerit, per relationem ad ipſam ſchedulam.ſecundò,ꝙ teſtator non dixerit ſe velle de contentis in ſchedula cõfici teſtamentũ per notarium, tunc enim eſſet potius præparatio quàm diſpoſitio.ibidem. idem.

teſtator ſi teſtamentum à ſe prius conditum incidat vel cancellat,tale teſtamẽtum habetur pro annullato.com.in §.teſtamentum.q.93.& eo caſu hæreditas tranſit ad heredes ab inteſtato venientes.Magis com.dicit.eadem q.verſi.ſed quæro. idem.

teſtator vocauit duos teſtes,& coram illis fecit ſcribi quod inſtituebat piam cauſam in hæredem, & poſtea dixit teſtibus, ꝙ volebat dictam ordinationem ſcribi per notarium, & iuſſit etiam notarium vocari, ſed prius, quàm illã faceret ſcribi notario,ipſe teſtator deceſſit,talis ſchedula cum depoſitione illorum duorum teſtium,non valet fauore pię cauſæ.com.in §.teſtamentum q.7.ver.aliquando & tertio. P.Fich.

teſtator fandi potens non vltrò, ſed à notario rogatus an Lucium titium hæredem faciat,ſi ſe facere dixerit, nihil vitij, nihilque labis, aut periculi inſtitutio Lucij Titij ſcripti deinde hæredis,contrahet.commune effantur Boer.deciſ.33. nu. 60.Bell.cõſ.62.Io.dilect.de art.teſtan.ti.4.cau.2.Præſumetur que ſemper in re dubia ſano, atque integro iudicio teſtatus,ſi quæ iuſſit hominem ſui compotem redolebant. commune affirmant,ac rectè explicant Hip.ſing.380.Franc.Viui.lib.1.opi.271. E.Suarez.

Teſtatoris voluntas ſeu expreſſa, ſeu tacita in primis inſpicienda eſt,& illi prorſus adhæreſcendum,vt frequenter placitum affirmant Dec.in l.1.n.4.C.de collat.latè I.Cla.de teſta.q. 76.reg.1.Quæ ſi nullo modo eluceſcat,verbis inſiſtendum erit.commune inquit curt.iun.cõſ.169. Quorum perſpicuitas ſi deficiat teſtatoris conſuetudini obſecundabitur.commune profert Iaſ.in l.ſeruus plurium §.vlt.n.2.ff de leg.lib.1. idem.

Teſtatoris diſpoſitio in vnum caſum concepta,nõ ad alium proferetur.vt communem eſſe regulam ait Pariſ.conſ.87.nu. 50.lib.2. quam intelliges non proceſſuram vbi teſtatoris voluntas etiam coniecturis collecta aliud ſuaſerit.commune inquit Dec.in l.ſi mater.n.2.C.de inſti.& ſubſtit. idem.

Teſtatores in re dubia,vel ad ſtatuta,vel ad conſuetudines, vel ad ciuile ius,vbi nec ſtatuta,nec conſuetudines vigent, reuocandi ſunt.commune inquiunt Cur. iun conſil.57.nu.8.& conſil.86.nu.6.& conſil.168.nu.63. & conſi.171.num.1.latè

& dilig



& diligenter I.Cl.de teſta.q.76.reg.6.cui adde Iaſ.cõſ.115.li.2. Pari.conſ.66.lib.2.Rub.conſ.72.Io.Cephal.conſ.17.nu.42.& conſ.105.n.13.& ſeq. E.Suarez.

Teſtator in ſuo teſtamento nõ poteſt vſufructuario remittere ſatiſdationem,quę præſtari debet de fruendo,arbitrio boni viri, citra rerum & ſubſtantiæ corruptionem. eſt com.opi. ſec.Iaſ.in conſ.40.tria ergo.vol.1. M.Chærian.

Quando in teſtamento adeſt numerus teſtium requiſitus,licet aliqui ſupernumerarij contradicant, tamen teſtamentum non vitiatur,nec ſuſpectum redditur,eſt vera & com. opi ſec. Iaſ.in conſ.124.factum ſic ſe habet.vol.1. idem.

teſtator diſponẽs in ſuo teſtamento hæredi,vt diſtribuat aliquam quãtitatem inter pauperes, poteſt tunc diſtribuere in vnum pauperem iſtam quantitatem ſec. Bart.in l.vnum ex familia.§.ſi fundum ff.de leg.2.Alex.in l. qui quartam §. 1.& ibi Claudius Aquen.ſcribit iſtam eſſe communem opi.ff.de lega. 1.in cõtrariam verò partem reuocando ſententiam in melius inclinauit idem Bart.in l.1.ff.de opt.leg.quia illa locutio pluralis numeri in pluribus vera eſſe debet. l. vbi numerus. ff.de teſtib.& c.pluralis.de reg.iur.lib.6.not.Pau.de caſt. conſ.356. in teſtamento Michaelis,& hæc opi.videtur verior in puncto iuris,vt probatur argumento d.l.vbi numerus.& d.c.pluralis. item probatur per verba teſtatoris, qui locutus eſt per verba denotantia plures pauperes. Prætereà videt̃, videtur prædicta opi.quoniam diuerſa eſt ratio in pluribus, quam in vno.& ꝙ hoc verum ſit oſtendo,vtpotè quia videtur magis pium pluribus ſuccurrere,quam vni. item videtur neſcio quo pacto pluribus pauperib.ius quęſitum:ergo non poteſt in pręiudicium ipſorum vni pauperi diſtribui,nã priuaret aliquos pauperes iure ſuo.Poſtremo facit ad hoc,nam Epiſcopus in dubio,vbi nõ eſt datus exequutor,ipſe eſt vltimæ voluntatis exequutor.ca. fi.16.q.1.& tñ epiſcopus in iſto caſu nõ p̃t eligere vnum pauperem.c.cum omnes, extra de teſta.& hoe videtur eſſe magis ex mente teſtatoris, quæ quidem mens ſemper attendi debet imò hic deberet ceſſare omnis quæſtio volũtatis, cùm in verbis teſtatoris nulla reperiatur ambiguitas.l. ille.§. fi.ff.de le.3. & hic accedit vtiliter vnum notatu dignum,ꝙ hęres grauatus poſt mortem ſuam diſtribuere bona inter pauperes,profectò hoc facere non poſſet in vita ſua in pręiudicium pauperũ,qui poſt eius mortẽ deceſſerunt,vt no.omnes com.in l.poſt mortem.C.de fideic.& Ale.in l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis dolum.ff.de ver.ob.& de iſta opi.com.atteſtatur Deci.in l. cùm tempus.ff. de reg.iur. F.Viuius.

teſtator licet de iure poſſit remittere hæredi cõfectionem, ſeu neceſſitatem cõficiendi inuentarium l.fi.C.de arbit.tut.& l.cum tale lega.§.1.vbi Bal.& Imo.ff.de condit. & demonſtr. curt.conſ.29.in regno Hyſpanię,circa fi.cùm allegatis per Decium conſ.308.viſa iterum lecta.& Soc.cõſ.51.viſo teſtamẽto.vo.3.nihilominus iudex(ſi ei viſum fuerit id expedire rerũ adminiſtrationi) poteſt tutorem cogere ad cõfectionem dicti inuentarij ex l.vtilitatem,vbi Bart.ff.de confirma.tut.Ang.cõſ. 144.circa fi. Iaſ.in l.cum neceſſitatem. C.de fideic. Gui.Papæ deciſ.352.in fi.Barto.communiter approbatus & receptus in l.nemo poteſt.nu.12.ff.de lega.1. vbi poſt alios Crotus.idem Bart.in l.tutor qui repertorium.n.18.ff.de adminiſtra.tutorũ. Crauet.conſ.193.n.18.ff.de adminiſtra.tutorum.Crauet.cõſ. 193.nu.10.in l.ſi ex legati cauſa.nu.21.ff.de verborum oblig. Aret.conſ.22.& Deci. conſilio 349.numer.5.Io.Dilectus in tractat. de arte teſtand. in rubric.de tutore.capit.111. idem Viuius.

teſtator ſub conditione poteſtatiua poteſt hæredem inſtituere,& valet inſti.Io Dur.in arte teſtan.ti.3.cau.4.com.dicit. B.Villal.

teſtator ſi exprimat nomen in inſtitutione.& omiſit,hæres eſto,vitiatur teſtamentum,ſecus tamen ſi ſint omiſſa hęc duo per errorem notarij, & exemplificat Iaſ.in teſtatore, qui facit teſtamentum in ſcriptis manu propria,& in notario in nuncupatiuo, in l.errore. C. de teſtam. numer.2. communem dicit. idem.

Error notarij nõ poteſt probari, niſi per ſeptem teſtes in teſtamento,& in codicilis per quinque,cum ſint de ſubſtãtia teſtamenti.Iaſ.in d.l.errore,n.7.com.dicit. idem.

teſtator potens loqui & intelligere,ſi per notarium interrogetur an velit Lucium ſuum hęredẽ inſtituere & ipſe reſpondet: quod ſic, & notarius dicit quod ſuum hæredem inſtituit: valet teſtamentum.Io.Duran.in arte teſtan.tit.4.n.2.Boeri.deciſ.36.n.6.Bell.conſ.62.& Iaſ.in l.iubemus.C. de teſta.nu.20. communem dicit.& de intellectu iſtius communis vide Soarez in alleg.1.diſtinguentem,an notarius ſit rogatus à teſtatore,vel non?apoſtil.in additio.ad Alex.cõſ.12.in verbo quod ſi hanc communem dupliciter,intelligit quando teſtatorẽ conſtat eſſe ſanæ mẽtis:& articulatè loquentẽ,ſecundò,quãdo apparet teſtamentum ab initio ſcriptum de volũtate teſtatoris, ſecus:ſi eo inſcio ſit ſcriptum ex Io. And.in addi.ad Spec.de teſta.§.1.& Iaſ.in l.iubemus.in fi.& conſ.196.& Hyp. ſing.449. & affli.deciſ.143.quod nota. idem.

Teſtator ſi ad interrogationem alterius aliquem hęredem inſtituat,talis inſtitutio valet,dummodo nõ ſit ille morti proximus, ſed mentis adhuc compos. communem eſſe multi teſtantur doct.quos recenſet Vaſq.illuſtr. contro.lib.3.ca.102. nu.4. I.Fich.

teſtator filios impuberes inſtituens, & eos inuicem ſubſtituens,ex his verbis inter impuberes, vulgaris & pupillaris eſt ſubſtitutio : inter puberes autem ſolùm vulgaris cenſetur facta.Iaſ.in l.Lucius.ff.de vulga.& pupillar.in conſ.134.volu.1. & Io. Duran. in arte teſtan. titul.5.cau.29.communem dicit. Villal.

teſtator ſubſtituens Petrum,& eius filios, & hæredes intelligitur ordine ſucceſſiuo.curt.iu.conſ.121.n.5.com.dicit.

Quando de teſtatoris mente non conſtat, inhærendum eſt verbis, & eius virtuti.curt. iu.conſ.169.nu.1.commun.dicit. idem.

teſtator ſi quingentos relinquat aureos amico,aut 40.ducatos quolibet anno,donec hæredes ſoluerint talem ſummam, tunc nequeunt prædicta quadraginta peti. quia ſapit vſuram omni iure prohibitam.ita conſuluit Areti. conſ.153.viſo themate. & hanc communiter approbari à ſcribentibus teſtatur Hier.Cag.in l.curabit n.9.& 10.C.de actio.emp.poſt Bart.cõſ. 66.li.2.&c.refert tamen ibidem ſequentib.nu.Quòd oppoſitum conſuluerit Soc.quem ſequuntur Alc.libr.5.part.122.& Rip.&c. Et ibi latè hoc ipſe Cagn. diſtinguendo proſequitur, quem vide. I.Fich.

Amplia,quia in fideicommiſſis,teſtatoris coniecturata mẽs non operatur, quando ratio ſermonis non patitur. Curt.iun. conſ.69.n.2.com dicit. B.Villal.

Teſtator,& contrahentes in dubio, vidẽtur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatutaria,vel conſuetudinaria. cur.iu.conſ. 86.n.6.& conſ.171.n.1.com.dicit.

Item, & cum diſpoſitione iuris communis, & in fideicommiſſis viſi.125.num.2.& conſ.128.num.8.communem dicit. idem.

teſtator excludẽs fœminas,propter filios,& propter nepotes videtur excluſiſſe.curt. iu. conſ.116.nu.1.commun.dicit. idem.

teſtator videtur vocare nepotem cum patruo. cum diſponit inter perſonas inter quas cadit ordo neceſſitatis, ſecùs tamen, quando ſolum cadit ordo affectionis & charitas, quia tunc admittuntur ſimul, & ſemel.curt.iu.conſ.128.n.1.com. dicit. idem.

teſtator non poteſt prohibere ius accreſcendi, communem dicit Alex.in l.ſi quis priore.ff.ad Treb.& in l.hæres C.de hæred.inſtituen.Io.Dur.in arte teſtan.tit.6.cau.15. contrariam,imò ꝙ poteſt tenet Iaſ.cõſ.8.vol.3.vbi dicit mag.communem. pro cõcordia,vide Ant. Nice. in cõr.Bar.cõ.194.ſed melius vide per Franc.curt.iu.conſ.12.n.5.vſque in fi.vbi concludit,quòd quando teſtator fecit duo teſtamenta.vnum ſolenne,& aliud minus ſolenne,tunc bene poteſt prohibere ius accreſcendi & ſic procedit doctr. Bar.in d.l. ſi quis priore. & ꝙ hæc eſt com. opi.& nulli dubia ſed quando eſt vnicum teſtamentum procedit contraria eiuſdem Bart.in l.quoties.§.fi.de hære.inſtituen. quem vide. idem Villal.

teſtator,ſi dicat fideicommiſſariis & legatariis,ꝙ poſſint propria auctoritate accipere poſſeſſionem rerum relictarum,tũc eas conſequi poterunt etiam ſi teſtamentum minus ſolemne eſſet,com.dicit dilect.in art.teſtan.titu.2.cau.3.ex Iaſ.in l.cum quis.C.de iur.& facti igno.& l.nemo.de leg.1. I.Fich.

Teſtator poteſt prohibere detractionem quartæ Trebellianicæ in fideicommiſſo.Barba.conſ.10.volu.4. Iaſ.conſ.84. vol.1.& conſ.146.vol.2. vel ſi teſtator vtitur verbis ampliſſimis:vt plenam hęreditatem,vel quicquid ad eum peruenerit, vel omnia bona reſtituere mandauerit.Alex.conſ.5.vol.3.Io. Dur.in arte teſtan.cau.& Ludo.Gozad.conſ.97.n.6.communem dicunt & magis communem dicit Alex.cõſ.67.vol.1.n.1. inquantum hæc communis dicit,quòd quando teſtator mandat reſtituere totam hæreditatem, quòd Trebellianica non detrahitur.Bellon.in conſil.64.nu.1.communem dicit ex Alex.conſ.5.n.3.vol.& conſ.141.vol.2.& conſi.2.& conſ.133. volum. 5. & Angel. conſ.135.incipient.hoc eſt teſt.ſed dictus Bellon.in conſil.55. numer. 1.dicit magis communem contrariam. Imò quod detrahitur ex mente Decij, conſil.495.

& vide

& vide eundem Bell.conſ.66.n.1.& 2.ex Roma.cōſ.239.qui dicit communem.& Pau.in auth.cùm teſtator.C.ad leg.falci. & Capra conſ.83. B.Villal.

Nota iſtam communem ad intell.l.vlt.tit.5.par.6.& l.8.tit.11.par.ea.

Fallit,quando filius primi gradus inſtituitur,& grauatur de reſtituendo,quia inefficax eſt prohibitio Dec. cōſ.81.& 299. & Cur.iu.conſ.70.n.16.& Lud.de Goza.conſ.45. n.21.communem dicunt ſed Alex.conſ.29.n.5 & Cornæ. conſ.22.vol.2.dicunt communem contrariam,ſed pro concordia vide Decium conſ.480.dicentem. Aut ſunt detrahendæ duæ quartæ, & poteſt prohibere,ſi tamen vna,non,ſed tamen curt.iu.cōſi.160.n.3.& Coua.in c.Raynutius.de teſta.§.n.7 indiſtinctè dicunt,patrem non poſſe prohibere deductionem Trebellianicam.& Ludo.de Gozad.97.n.4.dicit communem primam,etiam ſi deducendæ eſſent duæ quartæ,quòd non poteſt prohibere.& hæc videtur communior. idem.

Et ſi filius reſtituit abſque detractione Trebellianica, poteſt repetere gl.in c.fi.de donat.inter vir. & vxorem. & l.5.titul.2. part.4.

Si inſtitutus non confecit inuentarium, non detrahit Trebellianicam,& perdit eam,Bello conſ.19.nu.12.communem dicit,ex Deci.conſ.495.& Bell.conſ.54.n.4.magis com.dicit. B.Villal.

Amplia & in filio primi gradus.idem ibi com.dicit,ex curt. iun.conſ.54.

Amplia ad occultantem bona hæreditaria, quia non detrahit Trebellianicam,& punitur,quia duplicatur res omiſſa Bello.conſ.30.n.5.communem,ex Alex.& Iaſ.in l.fi.§.licentia.C. de iure deliberan.

Nota quod in omnib.caſibus,in quib.Trebellianica eſt detrahenda computandi ſunt omnes fructus. quos percepit reſtituens bona fide fideicommiſſario.Bell.conſ.64.nu.8. communem dicit ex Bart. & Paul.in l.iubemus.§.fi. C.ad Trebell. idem.

Quamuis Doctorum ſit controuerſia, an contra teſtatoris prohibitionem detrahi poſſit Trebellianica:receptior tamen eorum eſt ſententia eam detrahi poſſe,vt tenuit Alex.in conſ. 67.conſideratis.vol.1.& conſ.5.in fi.vol.3.Quod Bald.procedere voluit in liberis primi gradus duntaxat in aliis vero non in l.iubemus.C.ad Trebel.per auth.ſed cum teſtator.C.ad leg. falc.iuncta l.Marcellus.ver.ꝙ autem.ff.eo.tit.cuius opi.Alex. in d.conſ.67.non approbat,nec improbat,ſed allegat Cynum in d.l.iubemus.& in l.cohæredi.§ cum filiæ.& ibi Raph.Cum. ff.de vul.& pup.tenentes contra Bald.ꝙ autem Trebellianica indiſtinctè prohiberi poſſit tam in liberis primi gradus. quā in aliis communem eſſe opi.atteſtatur Alexandrinus conſi.2. n.26.vbi allegat Ang.in conſ.125.Signorol.in conſ.23.in fi. Ale.in l.ſi debitor.ad l.falc.Iaſ.ī d.l.Marcellus.ad Treb. Corn. conſ.22.vol.2.Alex.conſ.29.vol.5.Are.ꝯſ 67.in fi. curt.ꝯſ.51. idem Alexandrinus conſ.14.n.12.vbi vltra alios ſuperius allegatos adducit Cynum in d.l.iubemus.& Cuma.conſil.25.Picum & Dec.in conſ.81.& 2.8. F.Turz.

Teſtatoris mens ita interpretanda eſt,prout præſumitur veriſimiliter teſtatorem reſpondiſſe ſi interrogatus fuiſſet,iuxta tradita communiter per gl.& DD.in l.tale pactū §.fi.ff.de pac. cum concordantib.per Soc.iu.in cōſ.90. dominus Marianus n.14.vol.1,& conſ.171.ſic inter cætera legitur n.29.2.vol.& in conſ.54.n.7.vol.4. E.Muſcul.

Teſtator ponens aliquos in conditione ad excluſionē ſubſtituti, dicitur omnes filios & alios deſcendentes eorum aliis præferre.L.Lucius la 2.in fi.& ibi tradunt doct. ff.de hære.inſtituen.& videtur gl.communiter approbata ī l.filiusfamilias. §.cum quis ff.de l.1.Soc.iu.conſ.3.n.12.vol.4. idem.

Teſtator,quando inſtituit fratrem,& eius filium,tunc vocātur ordine ſucceſſiuo,quia ſic ordinata charitas,& affectio teſtatoris expoſcit ita dicit Bar.in l.Gallus.§ quidam rectè.ff.de lib.& poſth.& cum Bar.ibi in puncto iuris tranſit Soci.ſen.& eam ſequit etiam Ruin.ibi,Dicens,ſemper tenuit:ꝙ opi.Bart. ſit vera,& eam defendit etiam And Barb.ī c.Raynutius de teſtament.& illam legendo d.§.quidam rectè,ſubtiliter & pulchris conſiderationibus probauit.& pulchris rationib.ab omnib. obiectis defenſauit Soc.iu.vt refert in conſ.40.n.1.vol.4. licet in contrarium,videatur magis commu. opi.vt per Alex. & Iaſ.in d.§.quidam rectè. idem.

Teſtator ſi partem ex pluribus cuilibet relinquat,non conuenit,vt quis habeat vltra partem. ita ſignanter declarat Bar. in l.planè §.duobus,& in l.huiuſmodi §.ſi Titio.el 1. ff.de leg. 1.ſic vno modo limitans d.§.ſi duobus.& cum eo tranſeunt ibi Ang.Paul.de caſt.Floria.& Alex.vt per eos.Et ita etiam cōſulendo ſequitur Ang.in conſ.295.pūctus.n.341. per totum, maximè nu.4.& 5.

Et licet Ang.in caſu illo determinet totam rem pertinere ad vocatum cum hærede per d.l.planè §.ſi duobus:tamē id facit, quia in eo caſu illi erant coniuncti re, & verbis, prout etiam eo caſu ita voluit Bart.in locis prędictis,ſecùs autem eſſet ſec. Ang.ibi,ſi non fuiſſent coniuncti re, vt quia relictum, fuiſſet factum æquis portionibus,vt per eum, & ideo ipſe ibi nititur probare, quod in caſu ſuo relictum erat factum coniunctim re.& verbis. Et licet aliqui dubitent in d.§.ſi Titio, de opinione Bartoli. tamen illa videtur tenēda, vti magis communiter per Doctores recepta,vt ait Soc.iu.in conſ.43.num.5.volu.4. idem.

Teſtator venditionem prohibens,omnem aliam alienationem cenſetur prohibere tam in vltima voluntate quam inter viuos.l.pater.§.fundum.ff.de leg.2.gl.in l.2.C.ꝓ emp. Bart.& cæteri omnes,in l.filiusfa.§.diui. ff de leg.1.& ibi Ripa & Alciat.in quæſt.8.vbi firmant iſtam ſententiam communem eſſe,& Socin.quoque conſ.43.volumin.3. F.Viuius libr.2.opi.78.

Teſtator vbi contrarium nō probatur,ſemper dicitur in teſtamento ſuo,ſe voluiſſe cōformare cum iure communi, vel municipali. vt eſt communis ſententia Doct.vt tradunt Bart. Soc.ſe.& alij in l.hæredes mei.§.cum ita ff.ad Treb. vbi etiam poſt alios dixit Soc.iu.tradit Alex.in conſ.55.nu.4 lib.4. Soc. ſen.in conſ.227.præſens conſultatio,ver.6.& vltimo 2.volu. & Corn.in conſil.22.in hac conſultatione,& c.litera S.la 1.2. vol.cum concordantib.vt per Iaſ.conſ.84. omiſſa longa. poſt prin.1.vol & per Ruin.in conſ.86. attenta legitimatione.nu. 16.vol.3.Et dixit Soc.iu.conſ.95.n.9.vol.1.& in conſ.177.n. 20.vol.2.& in conſ.20.num.30.vbi hæc refert.volum.4. E. Muſcul.

teſtator interrogatus à tabelliōe an facit Titium hæredem, ſi reſpondeat eum facere,illius reſponſio tantum operatur ac ſi nominaſſet hęredem.per gl.notabilem in verb.quemadmodum.in l.iubemus.vbi communiter doct. C.de teſta. & hanc commu.concluſionem & opin. Doct.appellant poſt alios Alex.de Imol.in conſ.12.nu.6.& ibi apoſtil.in verb.quod ſic.liter.d.in 1.lib.& in conſ.47.nu.7.verſ.circa quartum dubium. in 2.lib.& Roderic.Soarez in allega.ſuis,alleg.1.nu.24.& maximè.n.28. cum ſeq. licet ipſe contrariam ſententiam de iure veriorem eſſe arbitretur. Sed cùm de hac ſententia Viuius in ſui opinionibus.in verb.hæres quilibet.& Soarez in verb.hæres ſi quis inſtituatur. mentionem fecerint, non vlterius illam doctrinam proſequor, & potiſſimùm cùm Soarez ab aliis non allegatus eleganter de ea re diſputauerit. Kirch.

teſtator ſi legauerit 100.aureos eccleſiæ, nec tamen mentē & ſententiam declarauerit,cui eccleſiæ illos relinquere voluerit,intelligitur illud legatum eccleſię parochiali relictum eſſe. Cy.in l.1.n.7. verſ quintò quæro. C.de ſacroſ.eccleſ.Bart.in l. quæ conditio.§.fi.n.1.Iaſ.in §.ex maleficiis.n.46.inſt.de act & idem in d.l.1.n.1.& eiuſdem Rep. nu.4. Et hanc communem Doct.ſententiam eſſe inquiunt Bart.Soc.in d.l.quæ conditio. d.§.fi n.1.in fi.& Hier.Cag.in d.l.1.n.24.C.de ſacroſ.eccl.argumento illius §.fi.Si teſtator iuſſerit aliquid in foro fieri, intelligitur in foro domicilij ipſius teſtatoris,eò quòd maiorem affectionem cenſeatur habuiſſe ad illum locum, ita cōſulendo ſcribit Lud.Ro.in conſ.408.n.5. Kirchouius.

Teſtatoris prohibitio de nō diuidendo, ſi eſt facta ad tempus certum,valet per text.in l.4.quem ad hoc notat Bald.n.1. ver.ſecundò nota.ff.de condi.inſti.Paul.de caſt.in l.ſi non ſortem.§.ſi centum.n.ff.4.ff.de condi.indeb.vbi ipſe diſtinguit, ſi teſtator mandaſſet, vt nō diuiderēt vſque ad certum tempus, tunc valeret,ſecùs verò ſi mandaſſet,vt nunquam diuiderent, quemadmodū in pacto diſtinguitur.l.in hoc iudicio. §.ſi conueniat.ff.communi diuidundo.Bart. Soc.in conſ.278.nu.11. verſi.aliquando & ſecundò apponitur pactum.in vol.2.conſ. Mantua in Mantiſſa ad 2.conſ.to.conſ.326.in ord.n.2.Quam ſententiam latiùs defendit Iaſ.in d.§.ſi centum.nu.3.cum ſeq. Licet Alex.de Imol. ibid.cōtrariam ſententiam amplectatur, tamen priorem communem Bart. Soc.in d.conſ.278.n.12.& æquiorem Iaſ.in d.§ ſi centum n.5.appellant.Sed quid in tempore incerto puta ad vitam alicuius,vt nō fieret diuiſio,dicendum.& in conuentione reſponderat Florian. in d.§.ſi conueniat. eam in tempore incerto ad vitam alicuius ſubſiſtere, ita quoque poſſet teſtator præcipere,ne ſui hæredes etiam quamdiu viuant,hæreditatem diuidant,cùm ſocietas ad vitam à iure nō improbetur,l.1.ff.pro ſoc.& quod in d.§.ſi cōueniat.aſſeritur non valere pactum ne omninò diuiſio fiat, intelligi de pacto de non diuidendo in æternum.lege,nulla.ff. pro ſocio.

Alex.de



Alex.de Imol.in conſ.59.n.9.in 5.vol.cōſ.Iaſ.§.quædam. ver. quid diceretis de caſu iſto.n.41.inſti.de act. Dec.in conſ.265. & ibi ipſe nu.2.inquit,d.§.ſi conueniat,intelligendum eſſe,ne omninò diuiſio fiat,cùm illa dictio, omninò naturam habeat præciſam,& intelligatur ꝙ nullo mō fiat diuiſio.ca. etſi Chriſtus.vbi Abb.ext.de iureiu.& idem Dec.in l.ſi quis in conſcribendo.n.24.& Alc.n.17.ver. quod ſi ꝯuenerit. C.de pact.Stephan.Bertr.in conſ.76.in vol.2.parte priore.Io.dilect.in trac. de arte teſtan.tit.8.de variis teſt.præceptis.Caute.8.Apoſtilla. in ſuis additionib.in verb.ad tempus.in 18.conſ. Alex.lib.2.& hanc doctorum communem ſententiam eſſe conſulendo ſcribit Rol.à Valle in conſ.84.in j.to.conſ.Quamuis Bart.Soc.in dict.conſil.278.contrariam ſententiam communem dixerit. Kirchouius.

Teſtis ſi dixerit audiuiſſe aliquid publicè dici,nō ob id probat de hoc eſſe publicam famam ſi quidē eſſe poteſt quod ab vno tantum id dici audiuerit.ad hoc igitur,vt probetur fama, deponere debet ſe audiuiſſe dici à maiori parte populi, vt rectè tradit Bar.in l.de minore.§.plurimum.ver.ſed quid ſi teſtis dicit n.21.ff.de quęſt.& in l.3.§.eiuſdem.de teſtibus Alex.cōſ. 357.viſis.in prin.n.5. vol.2.idque à doct.communiter teneri atteſtatur.Imo.in l.hęredes palam.in prin.ff.de teſt.Rot.tamē tenet cum Bald.in ca. prætereà de teſtib.& ſequac.videlicet,ꝙ ſufficit ſi teſtes deponerent publicè dici audiuiſſe, vt famam probent teſtes.Caſſad.tit.de proba.deciſ.3. F.Turz.

Teſtes ſingulares de diuerſis actibus, nunquam ſimul iunguntur ad aliquid probandum.eſt com.opi.ſec. Alex.in conſ. 19.repetitus.ver.& licet alibi.vol.7. idem.

teſtes inhabiles ſi producantur,iudex ex officio de cōditione ipſorum teſtium diligenter inquirere debet, & eos repellere etiam parte non petente,ſec.Inn.in c. intimauit.de teſtib. & eſt com.opi.ſec.Corſet.in l.fi.in c.ſi teſtes inhabiles, in verbo, Teſtis. idem.

Executor alicuius negotij non poteſt eſſe teſtis niſi de conſenſu vtriuſque partis.Eſt magis com. opi.ſec.Alex.conſ.167. quoniam rei.in prin.vol.6. idem.

Vbi agitur aliquid de probando in genere teſtes ſingulares plenè probant.Eſt com.opi.ſec.Corn.in conſ.185. licet in hac. ver.his tamen.vol.2.ratio vltra omnes:quia quilibet teſtis facit ſemiplenam probationem illius generis, & tēdunt omnes ad eundēmet finem mediatum,per media perfecta & propinqua.Vide ſ.n.2. idem.

Licet teſtis non deponat de tempore,vel dicat ſe nō recordari:tamen probat,quando ſumus in caſu, in quo tempus nō eſt de ſubſtantiari.Eſt com.opi.ſec.Alex.in conſ.185.viſo proceſſu.ver.nec obſtat.vol.7.

Fallit communis opi.vbi teſtis eſſet alias ſuſpectus,quia niſi interrogatus de tempore reſpondeat,non creditur ei,ſec.Salic.in l.teſtium.q.7.de teſti. idem.

Mulier etiam leuis conditionis & famæ, in cauſis capitalib. poteſt teſtificari.Eſt magis com.opi.ſec.Ale.conſ.xj. circa primum.ver.circa quartum.vol.1. idem.

Quando teſtis vario modo loquitur,vltimum eius dictum attenditur.Eſt com. opi.ſec. Decium.in ca.per tuas.de probatio.& in conſil.249.licet in caſu verſiculo. & quoniam teſtis. idem.

Vbicunque teſtes debent eſſe rogati,ſufficit eos à parte vel notario rogari.Eſt magis communis opin. ſecundum Iaſ. in l. hac conſultiſſima. verſicul. & debent teſtes. C. de teſtamen. idem.

Quando dictum teſtis reprobatur in vno,in ceteris partib.ei non creditur.eſt com.opi.ſec.Alex.in conſ.27.in cauſa,vol.2. F.Turzan.

Primum dictum teſtis iuratum attēditur, & per ſecundum contrarium non vitiatur. Eſt com. opi.ſec. Dec.in conſ.189. lætatus.ver.ſecundò principaliter. idem.

Aſſertio notarij dicta teſtium recipientis, quòd ſecundus idem dixit quod primus ſufficit ad probandum, licet dicta ſingulorum explicite nō extendat. eſt communis opi. cum Alb. ſecundum Iaſo.in l.ſi plenè.§.ſi præſente.de condict. indebiti. idem.

Teſtes inſtrumentis, ſeu contractibus publicis neceſſariò de iure communi non tenentur ſe ſubſcribere ſubſcriptione ꝓpriæ manus,ſed ſufficit,vt Notarius ſcribat nomina teſtium in ipſo inſtrumento. ſecundum gl.in §.ſi verò abſint.in auth. de hæred.& Falci.in §.ſed & ſi inſtrumenta,in auth. de inſtru. cautel.& fide.Pan.Fel.n.14.Dec.n.12.& omnes in c.1.de fide inſtr.Pau.de Ca.conſ.325.lb.1.in principio.& in l.contractus. C.de fide inſtru.gl.& Doctores omnes in l.donationem.C.de donatio.& in l.fi.C.de teſtib.affli.Neap.79.& Capicium deciſ. 29.& iſtorum opi.ait eſſe communem Barba.in rub.de fid.inſtru.n.93.& Deci.in c.quoniam contra.nu.18.de probatio.& contra Accurſium in l.generali.C.de Tabular. lib.10.contrarium aſſeuerantem & malè.inſtrumentum autem ipſum non probat niſi habeat teſtes in eo deſcriptos d.§.ſed & ſi inſtrumenta.gl.in l.donationib.C.de donat.Bald.conſ.55.libr.2.Alex.conſ.166.vol.6.& Corn.conſ.214.vol.1.& cōſi.220.vol.2.in regno verò Neap.hodie eſt neceſſaria ī inſtr.publicis propriæ manus teſtium ſubſcriptio,vt reperitur ſancitum in conſtitu.incipiente.inſtrum.robur.in tit.de fide,& auctoritate inſtrum.& ſic per ſtatutum, vel conſuetudinem poteſt derogari dictæ com.opi.vt tradit Soc.in tract.fallen. in regu.418.teſtes in ſcriptura publica. vbi communem præmiſſam limitat in tribus caſibus. F.Viuius.

Teſtes duo omni exceptione maiores inſtrumētarij reprobant,ac ſubuertunt inſtrumentum,ſi inſtrumētum ipſum aliter nō coadiuuaretur per teſtes in eo deſcriptos,vel per alios non inſtrumentarios ſecundum Doctores omnes in ca. accedens,de fide inſtrumento.in l.2.§.ſi quis neget.ff.quemadmodum teſta.aperian.& in l.in exercendis.C.de fide inſtru.& iſta eſt communis opi.teſte Ruyno conſ.37.in prin. vol.4. Lanfr. in repetitio.ca.quoniam contra,in ver.inſtrumentorum productiones.n.37.de probat.Decius in ca.tertio loco.n.55.e.tit. & Boerius deciſ.118.vbi refert ita fuiſſe in ſacro Burdegalenſium Senatu pluries iudicatum,ſed vbicūque teſtes adiuuarēt inſtrumētum,tot alij teſtes reprobatorij ſunt neceſſarij, quot ſunt reprobantes inſtrumentum ipſum ſec.Bart.in l. hæredes palàm in prin.ff.de teſta.Inn.Io.Andr.Card.Ant.Abb.& Imo. in cap.cum Io.de fide inſtru. Anchara.conſ.76.Cy.Sal.& omnes communiter in l.in exercendis.C. de fide inſtru.& procedit non ſolùm ſi dicerent teſtes inſtrumentarij aliter fuiſſe dictum, quam ſcriptum per Notarium verum etiam ſi deponerent ipſi teſtes ſe non interfuiſſe inſtrumento, qui quidem teſtes licet ſingulares videantur, attamen reprobant & ſubuertunt inſtrumentum ſec. Feli.in d.c.cum Io.n.35.& ita conſuluit Crauet.conſ.56.n.17.dicens dictos teſtes ita,& taliter deponentes non eſſe ſingulares in aliquo pacto, & iſtam ait ibi eſſe com.opi.& Follerius in ſua practi.criminali in verſi.item quòd commiſit falſitatem n.64.cum multis ſeq.vbi explicat abundè iſtam materiam. F.Viui.

Teſtes in ſcriptura priuata tres neceſſario requirūtur. & ſic teſtimonio trium teſtium dicta ſcriptura debet eſſe ſubſcripta, qui quidem teſtes debent eſſe maſculi, & non fœminæ ſecundum Bald. per illum text.in l.ſcripturas.C.qui potio.in pigno.habeantur,cū quo ſentiunt omnes ſcriben.ibi. Cremen. in ſing.145.Marſ.in ſing.611.poſt prin. Cotta in memoria.in ver.mulier regulariter,& c. quam opi.tanquam veriſſimam ſequitur etiam & aſſerit eſſe communem Dec. in c.2. alias ſcripta.n.11.de fide inſtru.in.c.3.de teſtib.& in l. fœminæ.nu.32. & ſeq.& ibi apoſtil.in additio.ff.de reg.iur.& Tiraq.in trac.de legib.connubia.l.9.nu.54.licet Iaſ.in l.1.ff.de legib. abſque aliqua vrgenti ratione,& nonnulli alij. Doctor.relati per Fel.in d.c.2.& in c.3.de teſtib.conentur, & male diſcedere à prefata cōi quorum argumenta nō indigent reſpōſione,quia parum, aut nihil obſtant, & nota hic vtiliter, quòd in dicta ſcriptura priuata non requiritur,neque dies neque conſul.l. cum taberna.§.item quæritur.ff.de pig.& no.Iaſ.in auth.quod ſine.C.de teſta.ad hoc,vt probet,vel faciat fidem contra ſcribentem,iuxta com.ſententiam omnium doc.quam ſequitur Pau.caſt.in l.1.n.16.C.de nouo codice facien.Alex.in conſ.70.verſi.ecce ergò volu.1.& conſ.6.ver.2.reſpondeo.& conſ.76.volu.3.& conſ.132.ver.quo ad tertiam. vol.4.& Moder. omnes in l.admonendi. ff. de iureiur. vbi atteſtantur de præfata communi opinione. Viuius.

Teſtes ſeptem puberes in teſtamentis regulariter requiruntur.l.hac conſultiſſima & l.in teſtamentis,C.de teſta. & §.fi.in ſti.eo.titu. nec valet teſtamentum ſi minor numerus teſtium adhibetur etiam quando ſufficiens numerus teſtium haberi non poſſet.l.conficiuntur.§.1.ff.de iure codic.hoc autem procedit de iure ciuili,ſed de iure cano.videtur ſancitum contrarium: nam teſtator poteſt diſponere de rebus ſuis corā preſbytero parochiali,& duobus teſtibus,& valet ſuum teſtamentum,etiam ad non pias cauſas cōfectum maximè in terris eccleſiæ.c.cum eſſes,de teſta.Specu.not.in tit.de inſtru. editio.§. compendioſè,ver.item,per ius canonicum Io.de Imo. & Ab. in d.ca.cum eſſes,Zabar.conſ.73.puto de iure Bald.conſ.351. quoniam ex facto.& conſ.ſeq.lib.4.& Alexan.conſ.276.viſo proceſſu.lib.5.& iſta eſt communis opinio teſte Corne,conſ. 261.nu.1.& 30.volu.4.& Moder.in d.ca.cum eſſes.& Boerio in deciſ.93.nume.2.& iſtud teſtamentum coram presbytero

paroch

parochiali, & duobus teſtibus cõditum, habet vires etiam in terris Principi ſeculari, quo ad temporalem iuriſdictionem, ab eccleſia conceſſis, quales ſunt ciuitates Regni Neapolitani, Ferraria, & Vrbinum. vt declarat, & ponit Cornæus in præcitato conſilio. Sed in aliis non procedit, vt per Bald. cõſ. 284. dominus. lib. 3. vbicunque verò presbyter parochialis non reperiretur in partibus & terris eccleſiæ, in quibus condendum eſt teſtamentum, nec haberi poſſet aliquo modo, tunc nota ꝙ loco parochialis alij duo teſtes adhiberi poſſunt per teſtatorem, & ſic requiruntur quatuor teſtes ſine parochiano, & valebit teſtamentum: nam duorum vox eſt potentior, quam vnius quantecunque ſit auctoritatis. c. licet. & ca cùm à nobis. de teſtib. & l. iuſiurandi. C. e. tit. & ita voluit Specu. in d. verſ. item per ius Canonicum, quem ſequitur Calderi. conſ. 8. teſtator. in tit. de teſta. Gem. conſ. 49. ſuper iſto puncto. Alex. conſ. 17. vol. 1. conſ. 276. lib. 3. & conſ. 105. viſo, & diligenter conſiderato. lib. 3. & iſtam opinionem Spec. dicit & aſſeuerat obſeruari in practica. Ant. de Butr. & Pan. in dicto cap. cùm eſſes. in fine. & communem dicunt inibi Moder. & Bellonus conſi. 14. nu. 3.

Teſtes ad probandam ingratitudinem ſeu feloniam contra vaſallum, requiruntur quinque. qui ſint omni exceptione maiores. per tex. in c. 1. quot teſt. ſint neceſſarij ad prob. &c. & licet Moder. Pariſienſ. dicat illum textum non eſſe authenticum, tamen cõmuniter tenetur pro authentico. ita dicit Cla. in §. feudum. q. 60. P. Fich.

Teſtes debent videre & audire teſtatorem com. in §. teſtamentum q. 59. in prin. idem.

Teſtes in militari teſtamento debent eſſe rogati vt in ſolenni. comm. in §. teſtamentum. q. 58. verſi. item quæro quid. idem.

teſtes in teſtamento adhibiti debent eſſe rogati. com. in §. teſtamentum. q. 6. ver. ſecundo.

teſtes in teſtamento nuncupatiuo æquè debent eſſe rogati vt in ſolenni. com. in §. teſtamẽtum. 58. ver. & hæc quidem. idem.

teſtes rogari per ipſum teſtatorem nõ eſt de neceſſitate, ſed ſufficit ſi ſint rogati ab alio, præſente tamen & patiente teſtatore, com. in §. teſtamentum. q. 58. ver. ſcias. idem.

teſtis ſi qui extra iudicium dicit, & depoſuit vnũ conficiendo de ſuo dicto ſcripturam manu propria annotatam, poſtea in iudicio dixerit contrarium, dicitur vacillare adeo quòd ex tali vacillatione poteſt torqueri. probatur ex tex. in l. eos. 2. reſponſo. ibi qui contra ſignum ſuum, &c. & ibi Barto. not. ff. ad leg. Corn. de falc. Petr. & Anch. in ca. de teſtib. extrà de teſtib. Butr. in c. cùm in tua, e. tit. vbi quod quando variatio eſt circa ea, quæ teſtis dixerit extra iudicium & in iudicio, redditur ſuſpectus de falſo. in tantum, quòd poterit torqueri. allegat no. in l. c. 5. ff. ad l. Iuliam de adult. & in c. per inquiſitionem. de electio. & in hanc omnes concurrere ſententiam inquit Alex. in conſ. 63. dico. lib. 1. vbi diffuſius videri poteſt. F. Turz.

Dicto vnici teſtis propriè aſſumpti de voluntate, & conſenſu partium, planè creditur. eſt communis opi. contra Bart. ſec. Iaſ. in l. 1. §. fi. verſ. tertia ergo concluſio. ff. de verbor. obl. Vnde nota, quòd regula l. fi. C. de pact. quòd fauor, & ſolennitas iuris poteſt de conſenſu partium remitti, procedit etiam in fauore & ſolennitate inductis de iure diuino, quod diſponit in ore duorum, aut trium, &c. c. in omnibus. extra de teſtib. M. Chærian.

teſtes ſingulares etiam deponentes de aliquo in genere, nihil probant. eſt verior & magis com. opi. ſec. Alex. conſ. 72. inſpecto diligenter. ver. fortius vol. 1. & in ↄſ. 100. ſuper primo. e. vol. Dec. in c. licet cauſam.

Contrarium tamen tenet idem Alex. conſ. 85. viſo themate in fi. vol. 2.

teſtis ſi vnum extra iudicium, & poſtea aliud in iudicio, ſtatur ſecundo dicto eſt comm. opi. contra Bart. ſec. Dec. in c. per tuas. verſu poſtremo extra de proba. idem.

Fallit ſecundum eundem ibidem quatuor modis. Primò, quando primum dictum extraiudiciale fuiſſet iuratum: Secũdò, quando teſtis illud aſſeruiſſet in ſcriptura. Tertiò, quando fuiſſet dictum præſente parte. Quartò, quando pro primo dicto eſſet præſumptio vel veriſimilitudo magis quàm pro ſecundo. idem Chærian.

Teſtis deponens de ſua propria præſentia, cenſetur etiam includere intelligẽtiam, ſecùs ſi deponit de aliena, quia de nuda tantùm, & non intelligente ſolùm deponere cenſetur. Eſt communis opin. ſecũdum Iaſ. in l. 2. §. voluntatem. ver. tene in contrarium. ff. ſolut. mat. Adde Alex. in conſ. 212. ponderatis. verſ. vnde dicit. volu. 6. Tu tamen conſidera, quòd ex duobus videtur illa communis opin. in 2. parte reddi dubitabilis. Primò, quia quatenus attinet ad materiam probationis, teſtes & notarius æquiparantur, vulga. l. in exercendis. C. de fide inſtr. & tamen notarius ponens de præſentia aliena, puta cõtrahentium vel teſtium, cẽſetur etiam includere intelligẽtiam. Bart. in l. diem. §. coram. ff. de arbitr. Ergo idem in teſte dicendum eſt. Secundò, quia dictum teſtis concludens à communiter accidentib. nõ dicitur ambiguum, ſed concludens. ita declarant Doct. in ca. in præſentia. extrà de proba. Sed ſecundum magis communem accidentiam, ille qui eſt præſens, percipit & intelligit ea, quæ fiunt in ſui præſentia. vt patet per experientiam. igitur, &c. ſufficit quod dictum teſtis concludat præſumptiuè: ſed ex preſentia de iure præſumuntur etiam intelligentia, & aliquando conſenſus, vt in d §. voluntatem. Tamen à communi non videtur recedendum: & ad illud de notario. poteſt reſponderi. ꝙ licet non ſit differentia inter teſtes, & notarium, ſeu inſtrumẽtum, in materia probationis illud eſt verum, quo ad effectum, non quo ad modum. ideò notarius inter contrahentes eſt quaſi iudex. igitur poteſt deponere de eo, ꝙ ſolo intellectu percipit & ex natura actus illud præſumitur. ſecùs in teſte. Cogita. M Chærian.

Quando vnus teſtis eſt in ſuo dicto varius vel cõtrarius aut ſibi manifeſt. contradicit, ita quod non poteſt vnum dictum cum alio cõcordari & tunc nullo modo fit reductio ad concordiam, nec vt probet, nec vt euitet falſum. aut non contradicit ſibi adeò manifeſtè, quin poſſit aliquo modo reduci ad concordiam: & tunc quantum ad euitãdum periurium & falſum, reducitur ad concordiam nõ autem vt probet. eſt com. opi. ſec. Alex. cõſ. 20. in cauſa appellationis. verſu. nec iſtis obſtat. vol. 4. idem.

Teſtis infamis infamia facti non repellitur omninò à teſtimonio in cauſa ciuili. eſt com. opin. ſec. Corneum conſ. 55. incip. videtur. ver. & licet infamis. vol. 4. licet Florian. c. teſtimonium. de teſtibus. tenuerit oppoſitum, quòd imò omninò repellatur.

Tamen communis opi. fallit, & habet locum opi. Floria. in cauſa ciuili ardua & magni præiudicij, quia infamis de facto in totum repellitur. Bald. in l. optimam. C. de contrah. & committend. ſtipul. & in c. ad noſtram. extrà de proba. Fel. in d. c. teſtimonium. extra de teſtib. Alex. conſ. 152. viſo proceſſu. verſ. ſed teſtis. vol. 5. Marſ. in ſing. 109. incip. infamis. Deci. in ca. licet cauſam verſu, tertio fidei. extra, de teſt. ratio põt eſſe, quoniam in materia probationum cauſa ciuilis ardua æquiparatur criminali. Bart. & alij in l. admonẽdi. de iureiur. ideò teſtes omni exceptione maiores requiruntur. l. fin. & ibi doct. C. de probat. idem.

Teſtis domeſticus ratione cohabitationis repellitur indiſtinctè, ſiue ſit talis cui imperari poſſit, ſiue non. Eſt com. opi. ſec. Soci. conſ. 17. ſupradicta cauſa. verſi. verùm prædictis. volu. 1. idem.

Frater in cauſa ciuili modici præiudicij admittitur in teſtem pro fratre, niſi adhuc ſit in communione. in cauſa verò ardua & magni ponderis, omninò & indiſtinctè repellitur. Eſt com. opi. ſec. Soc. conſ. 17. inci. ſupradicta. ver. quoniam iſta eſt cõmunis. vol. 1. idem.

Vxor pro viro, nec vir pro vxore admittuntur ad teſtificandum. eſt com. opi. ſec. Soc. conſ. 17. ſupradicta. verſi. quantum verò attinet. idem.

Proxeneta ſeu mediator inuita altera partium, etiam ſponte & volens teſtificari non poteſt. Eſt magis communis opinio ſecundum Alex. in conſil. 13. verſi. hoc etiam tenet gl. volum. 1. idem.

Producens aliquos teſtes, ſi poſtea dicti teſtes contra eundem per aduerſarium producantur, non poterit amplius ille contra eorum perſonas excipere. Et iſtud procedit nõ ſolum ſi ille q produxit prius teſtes ipſis teſtib. iam receptis & productis vſus eſt, ſed etiam ſi poſt productionẽ eis non vtatur quia ſatis eſt, quòd vti potuerit. Eſt communis opinio Doctor. in ca. præſentium. de teſtib. ſecundum Alex. in conſ. 191. viſis nouis. vol. 7.

Etiam in vno & eodem teſte, quando non apparet euidenter de contrarietate, reducenda ſunt eius dicta ad cõcordiam, ſaltẽ in hunc effectum, vt euitet periurium, & falſum. eſt com. opi. ſec. Alex. in conſ. 190. viſis atteſtationibus. circa prin. vol. 7. idem.

Dato etiam, quòd inter contrahentes fuerit paries, vel cortina in medio, dummodo tamen notarius & teſtes qui fuerũt adhibiti ad inſtrumentum, habuerint notas voces ipſorum contrahentium, talis contractus valet & ſuſtinetur: Eſt gl. ſingula. & comm. approb. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcenda. ſec. Alex. in conſ. 190. viſis atteſtationib. circa finem. volu. 7. idem.



Plures teſtes, etiam duo qui videntur varij vel diſcrepantes, poſſunt ad concordiam reduci etiam vt probent. Eſt comm. opi. ſec. Alex. in conſ. 177. viſis & lectis. vol. 7. idem.

Teſtis in vno reprobatus, in aliis etiam nihil probat, ſed in totum repellitur. Eſt comm. opi. ſec. Dec. in conſ. 105. in cauſa quæ nouarit vol. 1. & Alex. conſ. 152. vol. 7.

Fallit quatuor modis, vt per Fel. in c. fraternitatis in fi. extr. de hæret. idem.

Teſtis mendax in vno, etiam de interrogatoriis generalibus, putà negando ſe affinem pauperem, vel agnatum, in totum reprobatur. Eſt com. opi. ſec. Alex. in conſ. 152. in cauſa & lite. vol. 7. Alex. pulchrè conſ. 44. & conſ. 45. vol. 2. & conſ. 28. vol. 6.

Fratres prædicatores poſſunt eſſe Teſtes in teſtamento, in quo ipſorum Eccleſiæ relinquitur. Eſt comm. opi. ſec. Deci. in conſ. 72. in cauſa quæ agitur. in princ. vol. 1. idem.

Teſtes ſeptem puberes in teſtamentis regulariter requiruntur. l. hac conſultiſſima, & l. in teſtamentis. C. de teſtam. & §. fi. inſti. eo. tit. nec valet teſtamentum ſi minor numerus teſtium adhiberetur, etiam quando ſufficiens numerus teſtium haberi non poſſet. l. conficiuntur. §. 1. ff. de iur. cod. hoc itaque procedit de iure Ciuili, ſed de iure Canonico videtur ſancitum contrarium nam teſtator poteſt diſponere de rebus ſuis corã presbytero parochiali, & duobus teſtibus, & valet ſuum teſtamentum etiam ad non pias cauſas confectum maximè in terris eccleſiæ. c. cum eſſes. de teſta. Spec. not. in ti. de inſtr. editio. §. compendioſe ver. item per ius canonicum. Io. de Im. & Abb. d. c. cum eſſes. Zab. conſ. 73. puto de iure Bal. conſ. ſeq. lib. 4. & Alex. conſ. 276. viſo proceſſu. lib. 5. & iſta eſt cõmunis opinio teſte Corn. conſ. 261. nu. 9. & 30. vol. 4. & Moder. in d. c. cum eſſes. & Boer. in deciſ. 93. n. 2. iſtud teſtamentum coram presbytero parochiali, & duobus teſtibus conditum habet vires etiam in terris principi ſeculari quo ad temporalem iuriſdictionem ab eccleſia conceſſis, quales ſunt Ciuitates Regni Neapolitani, Ferraria, & Vrbinum vt declarat, & ponit Corn. in præcitato conſ. ſed in aliis non procedit, vt per Bald. conſ. 283. dominus. libr. 3. vbicunque verò presbyter parochialis non reperiretur in partibus, & terris eccleſiæ, in quibus condendũ eſt teſtamentum, nec haberi poſſet aliquo modò, tunc nota quod loco parochialis alij duo teſtes adhiberi poſſunt per teſtatorem, & ſic requirũtur quatuor teſtes ſine parochiano, & valebit teſtamentum nam duorum vox eſt potentior, quam vnius quantæcunque ſit auctoritatis c. licet. & c. cùm à nobis. de teſt. l. iuſiurandi. C. eo. tit. & ita voluit Spec. in d. ver. item per ius canonicum, quem ſequitur Cald. conſ. 8. teſtator. in tit. de teſta. Gemin. conſ. 49. ſuper iſto puncto. Alex. conſil. 17. vol. j. conſ. 272. lib. 3. & conſ. 105. viſo, & diligenter conſiderato. lib. 4. & iſtam opinionem Spec. dicit & aſſeuerat obſeruari in practica. Ant. de Butr. & Pan. in dict. c. cum eſſes in fi. & communem dicunt inibi Moder. & Bello. conſ. 14. nu. 3. declaratur ſimiliter dicta regula in teſtamento condito tempore peſtis, cum eo tempore non ita copia teſtium haberi poſſit ſicut alio tempore, ideoque numerus ſeptem teſtium regularis in teſtamento reſtrictus eſt ad quinque: ſic adhibitis quinque teſtibus in teſtamento condito tempore peſtis valet & tenet vt tradit Nico. de Meta Bald. Sal. & iaſ. in l. fi. C. de teſta. Aret. in §. fi. inſtit. de dona. & in ſuo tract. teſtamentorum in verſic. ſuum teſtamentum in fin. Cuma. in l. conficiuntur §. codicilli de iure codic. Flor. in l. milites. C. de teſta. mil. Barb. in d. c. cum eſſes. & in conſ. 87. vol. 3. Marſil. in l. 1. §. præterea nu. 121. ff. de quæſt. Dec. in l. ſcriniarios. in fi. C. de teſta. mil. & in conſ. 284. viſo puncto. Brun. in tract. de forma, dicens ibi ſe pro hac parte conſuluiſſe, & quòd in facti contingentia obtinuit, quem refert pariſ. conſ. 33. nu. 26. vol. 2. vbi ſubdit, quòd iſta eſt magis communis opinio, magis æqua & humana, Rubeus conſ. 165. Bert. con. 179. vol. 1. Ripa. in l. centurio. nu. 8 ff. de vulg. & pupil. Boer. in deciſ. 228. nu. 9. & ſeq. Bal. Nouel. in l. 2. ff. de leg. 1. vbi concludit poſt Pontanum nu. 4. iſtam eſſe magis æquam. & Soci. etiam qui eam magis veram eſſe dicit in conſi. 129. nu. 14. vol. 1. Alex. vero in conſ. 70. vol. 2. & iaſ. in l. ab antiquis. nu. 4. C. de teſta. dicit communem contrariam, & malè quamuis eàm non ſequatur & communem & veriorem de iure aſſeuerat Boer. in præcitata deciſ. 228. nu. 10. & Afflict in deciſ. 25. incip. in cauſa petitionis hæreditatis. Declaratur quoque præfata regula nõ procedere in teſtamento facto ad quaſcunque pias cauſas: nam teſtamentum conditum ad pias cauſas, corãm duobus teſtibus abſque presbyteri parochialis præſentia valet tam in foro canonico, quam ciuili, & in terris Eccleſiæ non ſubiectis ſecundum tertiam opinionem gl. in d. c. cùm eſſes quam ſequuntur ibi Anch. Card. Imo. Barb. & omnes, vbi aiunt hanc ſententiam eſſe com. & veriſſimam ſimul cum Mod. iaſ. quoque in l. nu. 21. poſt medium. in 1. lectu. C. de ſacroſan. eccl. Alex. in l. ſi certis. nu. 5. C. de pact. & Boer. deciſ. 93. ſuprà alleg. & hoc videtur contra ſentẽtiam. Spec. com. in principio huius regulæ relatam: tamen iſtas duas opiniones conatur Alex. conſ. 17. ponderatis iis. vol. 3. ad conſonantiam & concordantiam reducere. doc. in d. cum eſſes, & Boer. in d. deciſ. 93. nu. 3. & ſeq. interpretatur & limitatur quoque præfata regula non procedere in teſtamento patris imperfecto inter liberos condito, in quo non requiruntur ſeptem teſtes: nam vbicũque pater faceret teſtamẽtum, adhibitis duob. teſtibus, inter liberos illud valeret, & teneret l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. cum materia, qui quidem tex. ampliatur, vt habeat locum etiam in teſtamento patris cæci imperfecto inter filios condito, non ſeruata forma, ſeu ſolennitate. d. l. hac conſultiſſima. C. qui teſtam. fac. poſſ. ſecundum Bal. Ang. Paul. de caſtr. Sal. Corn. iaſ. & omnes ibi aſſerunt hãc eſſe communem opi. quam ſequitur etiam vltra alios relatos per eundem Boer. deciſ. 240. nu. 20. vbi atteſtatur de dicta cõmuni referendo alios contrarium aſſeuerantes. Iſtud teſtamẽtum inter liberos factum valet etiam cum duobus teſtib. puberibus maribus, aut fœminis ſecundum glo. in auth. quod ſine. C. de teſtam. quam ſequuntur omnes ibi. Cyn. Bart. Paul. caſtr. Corn. & alij in d. §. ex imperfecto, vbi aſſeuerant hanc eſſe communem opinionem, & eam ſequitur vltra præcitatos. doct. & alios congeſtos per Mod. in præmiſſis locis Boer. in d. deciſ. 240. nu. 1. vbi dicit ita vidiſſe iudicari in ſacro Conſilio Burdegalen. & vbique. F. Viuius.

Teſtes tam in teſtamento in ſcriptis, quàm in nuncupatiuo ſine ſcriptis rogari debent. l. hæredes palam. §. in teſtamentis. ff. de teſtam. & l. hac conſultiſſima. C. eodem tit. vnde ſi Notarius in teſtamento diceret teſtes præſentes non adiiciendo expreſſe vocatos ad hoc, & rogatos, teſtamentum eſſet nullum. In dubio enim non præſumuntur rogati cum ſolennitas ſit extrinſeca probatoria ſecundum Dynum & Bart. dicto §. in teſtamentis. Cyn. Fran. de Aret. & iaſ. in d. l. hac conſultiſſima. Bart. Alex. iaſ. & alios in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. & Spec. in tit de teſtam. §. 1. ver. ſed quid. & Ruy. conſ. 1. nu 4. vol. 2. & conſ. 12. nu. 5. eod. vol. Iſtam aiunt eſſe communem opi. Modern. in d. l. ſciendum. Corn. conſ. 176. vol. 3. Soc. in tract. reg. in reg. 420. & Ruy. conſ. 154. nu. 2. vol. 3. licet aliqui doct. auſi ſint tentare contrarium, relati per Moder. in d. l. ſciendum. ſequendo tamen dictam communem tãquam veriſſimam amplia procedere ſimiliter in teſtamento condito ad pias cauſas: eo enim caſu teſtes debẽt eſſe rogati, vt per Barb. in c. relatum de teſtam. Zabare. conſ. 73. & Alex. conſ. 70. volu. 2. Soc. verò in præcitata reg. 420. dicit audacter communem eſſe in contrarium. Limitatur tamen dicta concluſio communis ita declarata non procedere, quando teſtes ſe ſubſcripſerunt in teſtamento, tunc ex huiuſmodi ſola ſubſcriptione rogati in dubio præſumuntur, ſec. Bart. & Soc. in l. Domitius. ff. de teſta. & Bartol. & omnes communiter in d. l. ſciendum, licet iaſ. ibi præcipitanter contrariam partem tueatur. idem.

Teſtes non requirunt aliquo pacto acta curiæ, ſiquidem abſque teſtib. habent publicam fidem, ex quo acta ipſa ſuſcipiunt auctoritatem ex præſentia iudicis, non autem ex perſona tabellionis, & actuarij curiæ, vt per Bart. in l. comparationes. C. de fide inſtru. cum quo ſentiunt doct. apoſtillantes ibi, & Bald. in l. geſta. C. de re iudic. & iſta eſt communis opinio. de qua teſtatur Lanfr. de Oria. in repet. c. quoniam contra. n. 24. in rubr. de prob. & Mod. inibi. & Marant. in tracta. de indi. in 6. part. 2. part. prin. ſuper 10. actum nu. 51. & quamuis teſtes in actis curiarum non requirantur, vt ſuperius oſtendimus, tamen in actis iudicialibus teſtes omninò, & de neceſſitate debent adhiberi, ſecundum glo. in l. fi. C. de re iudi. & in l. donationibus. C. de dona. vbi Sal. d. magnum verbum ita communiter ſeruari, & refert. Dec. in c. quoniam contra. n. 76. & ſeq. vbi abũde declarat hanc materiam. idem.

per Teſtes duos quis poteſt probare ſolennitatem aut præſumptionem inſtrumenti ſecundum glo. in l. iuris gentium §. quod ferè in ver. contrarium, circa fi. ff. de pact. quam ſequuntur omnes doc. communiter inibi. & in l. ſciendum. ff. de verb. obl. vbi iaſ. n. 10. atteſtatur de dicta communi. Ruy. conſ. 1. n. 8. & ſeq. vol. 2 ſed tamen ſi vellet ꝯ quis probare inſtrumentĩ tenorem vtique non admitteretur alia probatio. niſi per aliam ſcripturam. l. generaliter C. de non num. pecu. declaratur hoc nõ procedere vbicunque quis vellet probare ſimulationem, ac fraudem aduerſus inſtrumentũ. tunc enim poſſet per teſtes

probare talem ſimulationem,ſecundum gl.in §.ſi vero tale.in auth.de inſtru.cau.& fid. quam ſequuntur omnes doct.communiter in l.1.C.plus vale.quod agi.& nonnulli alij doct.relati per Tiraq.in trac.de vtroque retract.§.1.gl.14.nu.57.declaratur etiam vt procedere poſſit in probãdo tenore inſtrumenti,quia tenor ipſius inſtrumẽti per teſtes probari poteſt,quando inſtrumentum fuit amiſſum & teſtes ita periti ſunt, vt inſtrumenti defectum cognoſcant,vt puta Aduocati,vel Notarij,& cognoſcant literat illius Notarij,ita concludit Bar.in authen.ſi quis in aliquo. C.de eden.cuius opin.ſcribit eſſe com. Dec.ibi.nu.29.

Validior,ac dignior eſt probatio quæ fit per teſtes aliis,quę fiunt per inſtrumenta,ſecundum magis communem opinio. doc.in c.cum P.Tabellio ext.de fid.inſtru. quam approbat.& citat Dec.in ru.de teſti.& Moder.in rep.l.admonendi.ff.de iureiur. nec mirum, ſiquidem probatio per teſtes eſt naturalis, congruitque iuri diuino,ita Inn.in precitato. c.cum P. Tabel. cum quo ceteri communiter traſeunt vt per Mod. ibi. & in d. l.admonendi: comprobatur ſimiliter d.concluſio per doct.in d.l. admonendi, quia videtur quodammodo miraculoſa probatio, quod pelli vnius animalis iam mortui credatur, verbi gratia inſtrumento publico. idem.

Teſtis non poteſt tradere in ſcriptis dictum ſuum Iudici. c. teſtes.3.q.11.& ibi Io.Andr.Abb.Sycul.cæteriq́ue Canoniſt. omnes in c.teſtibus.de teſti.Bart.verò in l.Theopompus.ff.de dote præleg.n.12.inclinauit in contrariam opinionem,ſed tamen prima pars verior videtur, iſta potiſſimum ratione,quia teſtis non poteſt deponere per ſcripturam,niſi ſit mutus.c.teſtes.vbi gl.3.q.9. & Spec.in titu.de teſte.§.nunc tractandum, ver.quid de muto.Secundò comprobatur, quoniam per Tabellionem debent ſcribi verba atteſtationum, vt ibi probat tex.& hanc partem tenet etiam Sal.l.iuſiurandi.C. de teſti.Panor.in d.c teſtibus, & optimè facit tex. in c.licet ex quadã ext. de teſti.vbi proprio iuramento & c.quem tex. ad hoc ponderant Abb.antiq.Ant.de But.Pan.& alij communiter poſt Inn. & Gem.j.in c. relatum 5. q.2. Poſtremo aſſignatur ad fulciendum prefatam opinionem iſta optima ratio,quia iudex ex trepidatione,& titubatione, facilius veritatem poteſt cõprehendere.d.c.teſtes.d.c.à nobis.& d.l.Theopompus,& no.Sicul.in d.c.à nobis,& ſic conſtat abunde contra Bart.eſſe com.ſententiam omnium doct.de qua teſtatur Couarr.in tract.reſolutionum iuris ciuilis.& canonici,c.13. n.6.lib.2. & præfatam opi. tanquam veriorem ſequutus eſt Lanfr. in c. quoniam contra de proba. ver.teſtes.n.7.poſt medium.& Celſus in add. Boer. dec.j.n.38.& Marſ.cum aliis congeſtis per ipſum in l.de minore.§.plurium quoque n.2. ff de q.& Bald.in d.l.iuſiurandi. vbi dixit quod non poteſt dicere teſtis,teſtifico prout in hac ſcriptura ſigillata ſigillo meo, ſi non legat illam iudici, ſecus ſi legeret ſcripturam iudici, & ipſe velit eum videre, & audire loqui,& hoc modo poteſt ſaluari dictum Bart.in d.l.Theopompus.ff.de dot.præl. ſec.Io. And.alioſq́ue communiter in præcitato.c.teſtibus,& in c.licet quadam ſupra citato. Bald.& Sal. d.l.iuſiurandi.Limitatur prædicta,quod licet depoſitiones factæ per ſcripturam nõ probent.nihilominus faciunt præſumptionem,ſec.do.Ant.in c.in Eccleſiis.de maio.& obedi. quod dictum referunt,& ſequuntur omnes Mod.communiter in d. c.à nobis fallit ſecundo loco d.cõis concluſio in alio caſu, in quo magis probat teſtimonium factũ per ſcripturam, quam teſtimonium viuæ vocis, qui caſus eſt in patre quo ad filium ſuper ætate ipſius filij, ſi de ea diſputetur,nam in tali caſu magis creditur ſcripturę patris,vel matris quam eorum viuæ voci,ita dixit d.Ant.in c.ex literis.de tranſac.quod dictum ſequitur Barb.ibi,licet Imo.reprobet d.Ant.& malè. idem.

Teſtis deponẽs ſe noctu vidiſſe, & cognouiſſe Titium cõmittentem maleficium, vel doloſe contrahẽtem, vel aliquid dicentem,Luna non lucente,& abſque lumine accenſo indubitanter,nec in ciuilibus,nec in criminalibus negotiis probat, ſecun.com.opi.om.doct.in l.ſi cum exceptione.§.in hac.ff.qđ met.cauſ.& in l.non minorem.C.de tranſact.& in l.ſi non ſpeciali.C.de teſti.quia de nocte quis nõ poteſt videri,nec cognoſci,imò talis teſtis eſſet de falſo ſuſpectus naturali ratione,ſec. præcitatos doct.idemque.dicendum eſt,ſi teſtis diceret ſe cognouiſſe Titium delinquentem,& nihil deponeret,quod Luna luceret vel non luceret,& probetur poſtmodum per dictũ Titium per computum dierum,quod Luna non lucebat, tũc talis teſtis nihil probaret,conſuluit Oldr.de ponte Laudenſis vt refert. iaſ.in d.l.non minorem, Bald. Ang.in d.§. in hac Fel. in c.ſicut.de re iudic.fallit hoc,qñ teſtis diceret ſe cognouiſſe, ſeu vidiſſe Titium patrãtem maleficium de nocte ad vocem, quia habebat notas voces ipſius,tunc iſta depoſitio faceret iudicium ad torturam,ſec.iaſ.in d.l.non minorem.n.5.Interpretatur ſecundo prædicta concluſio quando teſtis diceret cum iuramento ſe vidiſſe Titium delinquentem ſeu committentẽ aliquod maleficium de nocte, quia Luna lucebat, vel aderat Lumen lucernę,vel ignis,tũc.n.fides adhibetur,niſi probetur ꝯrium. quod Luna non lucebat. nec aderat lumen ignis aut lucernæ,ſec.iaſ.& doc.omnes vnanimiter.d.l.ſi nõ ſpãli.& d.l. nõ minorem.Dec.conſ.163.in cã matrimoniali,& ita conſulendo tenuit Gram. poſt alios congeſtos ibi per eum conſ.criminali 58.nu.1. Fallit vlterius præallegata concluſio quando teſtis diceret ſe vidiſſe Titium maleficium committentem de nocte,quia erat ipſi valde vicinus,& propinquus,vel commorabatur ſimul cum ipſo, tunc licet Luna non luceret, nec alia lumina accenſa adeſſent non ob id falſus cenſendus eſt ipſe teſtis,imò probat,quia ſæpè contingit,præſertim tempore autumni noctes eſſe clariores ſecund. Philoſophos & Phyſicos communiter niſi probaretur contrarium noctem illam fuiſſe obſcuram, & teſtem prædictũ diſtaſſe à dicto Titio per vnam baleſtratam,vel per aliam loci diſtantiam,vt late probauit,& tenuit Oldr.Benue.de vas qui in apoſtillis ad Fran.Aret. in d.l.non minorem:per Bald.& Ang.in d.§.in hac.& Bald.in l. Arethuſa,in 2.lect.ff.de ſtat.hom. idem.

Teſtis non poteſt iurare per procuratorem etiam habentẽ ſpeciale mandatum & ſic iuramentum teſtis per ipſum procuratorem præſtari nequit ſec.Bar. in l.qui bona.§.qui alieno.ff. de dam.infec.Bal.in rub.de iureiur.& ſequitur Abb.D.Ant.& alij relati per Fel.in c.licet ex quadam ext.de teſti.Rom.in d.§. qui alieno.& Pan.in d.c.licet,vbi ait hanc eſſe com.opi.In contrariam vero ſententiam ꝙ iuramentum teſtis præſtari poſſit per procuratorem,ſed ipſe teſtis non valeat dictum ſuum deponere per procuratorẽ,inclinauit Io.And.in c.circa.de elect. lib.6.in nouel. & Rot. Rom. quam ſequitur idem Rom.titubanter in ſing.8.& mouetur Rot.ibi per nonnulla fundamenta,& optimas rationes quas reaſſumpſit Curt. in rep.l.admonendi.n.351.ff.de iureiur.quaſi inhęrendo iſti vltimę opinioni Rotæ Rom. tamen omiſſo multiloquio quicquid præfati doct.ſuaſerint contra com. ab ea in iudicando & conſulendo fatuum eſſet diſcedere,vt late ſcripſimus ſuprà in ver.iuramẽtum poteſt præſtari per procuratorem,circa fin.

Teſtes deponentes extra articulos,non valet eorum depoſitio,quia teſtis non debet examinari extra articulos, & ſi deponit,non probat ſiquidem deponit non iuratus. c.de teſtib. ext.de teſti.& l.ſi quis libertatem cum gl. ff.de petit.hæred.& Bar.& alij notant in l.ſi duo patroni.§.Iulianus.ff.de iureiu.cũ ſimilib.Alex.in l.j.ff.ſi cer.pet.Ceterum ſi deponat teſtis quomodo intelligat verba articulorum, non dicitur extra articulos deponere,cum iſtud non ſit extra propoſitum, ſec.Bart.in l.j.n.8.ver.ex hoc facit ad quæſtionem.per illum tex.ff. ſi cert. pet. nam pertinens depoſitio dicitur, quæ aliquo modo facit ad cauſam,etiam in modicum ſec.Bal.in c.quoniam,de teſt.& in l.probationem.in 4.no.C. de proba. & illud quod adiuuat cauſam, non dicitur eſſe ex leui præſumptione impertinens, vt per Bal.c.licet cauſam. verſ.ex prædictis apparet. de proba. & ſic concludunt præallegati doc.quod teſtis non dicitur deponere extra articulos,qñ deponit de aliquo certo modo pertinenti ad cauſam,& hoc intelligunt Bart. Dec. ceterique cõmuniter in d. l. 1. quando teſtis iurauit ſuper articulis. nam ſi iurauit deponere ſuper tota cauſa, facit fidẽ ſine dubio de eis quæ deponit extra articulos dummodo eius dicta pertineant ad cauſam.vt per Bar.in l.ſi patroni. §.idem Iulianus. ff.de iureiur.& alios complures doc.congeſtos per Marſ.l.1.§.diuus Adria.nu.2.vbi ſequitur præfatam com.opi.& hinc eſt,ꝙ practici notarij faciunt teſtes iurare ſuper tota cauſa, & ita ſeruat conſuetudo.vt tradunt Mod.in d.l.ex his vnum,& tene menti perpetuò,ꝙ teſtis deponens falſum extra capitula, & extra cauſam in cauſa ciuili,nõ tenetur ad pœnam falſi ordinariam iuris cõis ſiue interpoſitam à ſtatuto,ſed alia mitiori pœna arbitraria debet puniri,ſec.Bald.conſ.106.vol.1.& iſta eſt com. opi.teſte Lud.Bol.conſ.30.ſer.ſanius. F.Viuius.

Teſtes de collegio,vel vniuerſitate ſeculari non probant ꝓ ea, & iſta eſt com.opi.vt aſſerit Dec in c.ſuper.n.6.ext.de teſti. & Lanf.in c.quoniam contra:de proba.in ver.teſtes.n.37.vbi eam pleniſſimè declarat, quæ com ampliatur ꝓcedere etiam in cauſis onerum ſec.Abb.conſ.16. primò an dictus in 1.part. Fel.in d.c.inſuper,iaſ.in l.ſed ſi hac lege. §.patronũ. ff.de in ius voc.& Afflict.dec.ecce inchoante,nobilis.verſ.his præmiſſis. Hoc potiſſimum procedit, quando omnes de vniuerſitate agerent,vel ſyndicum conſtituerent vel deponerent, quo caſu indiſtinctè etiam in caſibus quibus aliàs admittũtur, putà qñ non tractatur de eorum intereſſe,non eſſent aliquo pacto te-





ſtes idonei,ex quo eſſent teſtes in facto proprio,ſec. Bald.in c. 3.loco.de proba.& Afflict.in d.deciſ.400.ver.Fallit niſi,&c.Interpretatur iſta com.nõ habere locum,quando tractaretur de probando actum factũ in concilio vel congregatione,in qua communiter non admittuntur.niſi illi de vniuerſitate tũc pro illa vniuerſitate admittuntur teſtes vniuerſitatis in ciuilibus, & criminalibus,vt per Marſ.ſing.73. inci.plures. Gram. conſi. crimi.26.n.37.in cauſa matrimonij,& probatur in c.veniens, el.2.de teſti.vbi tex.in fi.& gl.Abb.But.Fel.& alij.doct.cõmuniter,& in d.c.3.loco.Interpretatur quoque vlterius non procedere in collegio, ſeu vniuerſitate clericorum, & religioſorum,quia abſolute teſtimonia eorum de collegio recipiuntur pro vtilitate eccleſiæ:non autem in ſubſidium, c.nuntius, vbi omnes ſcriben.no.de teſti.& in c.& ſi Chriſtus,de iureiur. Iſta eſt com.opi.de qua teſtatur Dec.in d.c.3.loco.nu.45.& ſeq.& Soc.in tract.Fall.in reg.408.teſtis prælatus,quod ſanè,& cum grano ſalis intelligendum eſſe, aſſerunt doc.relati per Deci.in loco, de quo ſ.quando teſtes hoc caſu eſſent omni exceptione maiores. Sublimitatur autẽ iſta limitatio com.ꝙ Prælatus non poteſt teſtificari in cauſa ſuæ Eccleſiæ,qñ eſſet quæſtio de bonis menſæ ipſius Prælati, de quibus per gl.in clem.1.ver.ad menſam,de exceſſi.pręlato.Hoc tenet Io.An.Ant.Dom.& Sicul.in d.c.inſuper idem Io.And.& doc.in c.præſentium eo.tit. de teſti.lib.6.licet Ant.in c.cum veniſſent,de iudi,videatur tenere contrarium nihilominus præcedens opin, communiter approbatur ex qua Sicul. infert in d.c.inſuper canonicum nõ poſſe admitti in teſtem in cauſa ſuæ præbendæ,cum illa ſit deputata pro menſa ſua,ſequitur ibi dicens, pro hoc optimè facere, quod licet ꝑlatus poſſit eſſe iudex in cauſa ſuæ Eccleſiæ, ſicut Laicus,non tamen ſi fuerit quæſtio de bonis menſæ ſuæ, ſec.Hoſt.in c.procurationes de cenſibus.Cald.conſ.6.tit.de iudici.doc.poſt collecta in d.c.cum veniſſent,& præcitatam cõmunem ſequuntur om.docto.in d.c.inſuper,& audacter eam atteſtãtur ibi,& com.prædictam princ.poſitam interpretatur, & limitat in 7.caſibus non procedere.Soc.in d.reg.408.idem.

Teſtificari,vel teſtis eſſe nõ poteſt pater pro filio,nec filius pro patre.c.ſi teſtis.4.q.3.no.Io.mona.in ſuo defenſorio iuris. in rub.cont.teſtes. & Spec.in tit.de teſte.§.j. & ita ſe habet cõis opi.om.ſcrib.variis in locis iuris noſtri,vt planè & abunde deducit Alb.in tract.de teſti.& Gram.deciſ.45.& 48.& iſta com. concl.ꝙ pater regul. non poteſt teſtificari pro filio, probatur in l.parentes.vbi gl.not.Cyn. & But.C.de teſti. Ampliatur iſta concl.vt procedat in cauſa filij,etiam emancipati,in qua regulariter pater non poteſt teſtificari,d.l.parentes.vbi doct. communiter omnes,tenet etiam Bart.in l.qui teſtamẽto.§.per cõtrarium.ff.de teſti.& latè Spec.& ibi Io.And. in tit.de teſti.§. 1. & ſeq.ver.itẽ quod eſt parens. Limitaturq́ue in cauſa religionis,in qua pater pro filio teſtificari poteſt.c.præſens.20.q.3.& mater teſtificatur etiam cum quęritur de ętate vel genere,aut cognatione filij.l.etiam in matris.ff.de prob.& quamuis gl.ibi dicat,ꝙ non recipitur vt teſtis,ſed vt ex ipſius reſponſo iudex melius inueniat veritatem, nihilominus indubitanter mater poteſt teſtificari in cauſa ætatis filij comprobandæ,ſecundum gl.in §.item in criminali.in verſ.teſtis idoneus.4.q.3.Bart.in l. 2.§.ætas.ff.de excu.tut.& Aret.in §.pater.Inſtit.de teſta.Limitatur in cauſis matrimonialibus, in quibus pater vel mater poteſt eſſe teſtis,cum quæritur vtrum matrimonium poſſit eſſe cum eis, vel non propter conſanguinitatem, vel affinitatem. c.j.35.q.6.c.tranſmiſſa,qui fil.ſint leg.& c.ſuper eo.de ſpon.& idem tenet Io.de Ana.& ibi Bolog.in add.in conſ.52.& Cald. conſ.11.in tit.de teſti. Cæterum vbi agitur an matrimonium fuerit contractum,vel non ſponſa aſſerente fore contractum, ſponſo hoc negante,ſi eo caſu ipſe ſpõſus ditior,vel nobilior, vel potentior vel honorabilior eſſet, pater & mater ſponſæ profectò non admitterentur in fauorem matrimonij. d.c. ſuper eo.& ca.ex literis.eo.tit.& ita dicit Spec.in tit.de teſt.§.1. verſi. item ꝙ eſt parens, adiiciens ibi dominum ſuum dicere, quod etiam ſi ſint pares pater & mater, videntur ſuſpecti,vnde bonus iudex hoc arbitratur.l. continuus actus. ff. de verb. obl. in prin. additio idem Spec. in d.§.1, quod ſufficit alterum iſtorum.videlicet ꝙ ditior,vel etiam nobilior licet in aliis ſint pares ad hoc,vt pater & mater intelligãtur ſuſpecti. d.c.ſuper eo.& hoc optimè declarat Io.and.in addi.ad Spec. in d.§.j.ſed opi.Spec.reprobauit Soc,in tract.Fallen.in reg.427.teſtes parentes pro liberis nu.6.vbi ait com.opi.eſſe Io.ad Hoſt.& aliorum contrariam in locis præcitatis, quod in caſu iſto relinquatur iudicis arbitrio,vtrum in d.cauſa matrimoniali parentes admittantur: qui quidem bonus iudex diligenter inſpicere debet an adhibenda foret fides patri vel matri, circa prædicta.item parens poteſt teſtificari in cauſa ſtatus ſec.Bart.in l.3. §.duæ cauſæ. ff.de Carb.ed. & Io.Fab.in d.§. pater. item poteſt teſtificari in teſtamento militis ſec.Ang.poſt.gl.vbi ſ.ſed non poteſt teſtificari in cauſa legitimationis filiorum.vt per Bart. in l.Gallus,in fi.prin.ff.de lib. & poſth. limitatur vltimo loco in teſtamento filij de Caſtrenſi,vel quaſi caſtrenſi,vel aliis con tract.in præcitato §.per contrarium depoſitis,aliaſq; limitationes quam plures recenſuit,& poſuit.Soc.d.reg.427.F.Viuius.

Teſtis non poteſt eſſe vxor pro viro.nec contra ſecundum gl.& omnes in l.etiam C.de teſti.& Alb.in trac.de teſti.in rub. quando teſtes repellantur ratione domeſticitatis.Bal.&Sal.in l.2.C.de teſt.Gram.deciſ.45.& 73.n.19. Ampliatur prædicta non modo procedere in commodo pecuniario viri.ſed etiam famę & honoris.vt not.Bar.l.lex Cornelia.ff.de iniur.& Deci. conſ.132.Ampliantur ſecũdò iſta omnia,quod teſtificans ſuper eo cui ineſt ſuum commodum, vel incommodum, non probat etiam ſi deponẽs ipſe eſſet Epiſcopus vt per Dec. conſ. 91.ſed contrarium tenet Crauet.conſ.73.n.31. & iſta concl. quod teſtes non probant in illo quod eſt ſibi commodum.declara,niſi illud commodum veniret in conſequentiam,vt per Deci. conſ.100. Fallit ſimiliter iſta communis, quod non eſt idoneus teſtis quis,quando tractatur de eius commodo in teſte qui probaret, & produceretur contra tutorem, qui non confecit inuentarium,vel librum. vt per Bart.in l.ſer. de iure fiſci.quem ſequitur Deci.conſ.256. Limitantur prædicta, ac declarantur duobus aliis modis per Dec.conſ.342.

Teſtis eſſe non poteſt periurus vel infamis,nec admittitur aliquo pacto ad iurandum in litem,nec in ſupplemẽtum probationis cõtra alium periurum vel infamem, ſeu doloſum,vt per Bar.in l.cum mulier.ff.ſol.ma.quem ſequuntur inibi Ale. cæteriq́ue doc.omnes com.Fel.c.teſtimonium.de teſti.& iaſ. l.arenam.C.de inof.teſta. & Mod. in præcitata l.cum mulier. vbi atteſtantur de dicta cõi,& Lanf.c.qm̃ contra.de prob.ver. teſtes.nu.74.poſt med.& Soc.ponit hoc pro regula,cum 4.limit.in tract.fal.reg.415.infames infamia facti imo dic in fortiorib. terminis ꝙ periurus quantuncunque emendatus non admittitur in teſtem in cauſa ciuili,nec in criminali, vt in d.c. teſtimonium.& c.quicunque.6.q.1.gl.l.qui cum vno.§.ignominia.ff.de teſt.mil.quam gl. Bald.all.pro ſingulari.l.Lucius. in fi.de his qui not.infa.hoc idem voluit Io.an.in add.Spe.tit. de teſte.§.1.n.4. Bald.in auth.ei qui iura. in prin. C.de auctor. iud.poſ.per illum tex.Rom.l.2.ff.ſol.ma. iaſ.in l.admonendi. n.117.Rip.n.56.Cur.& alij inibi.ff.de iureiu.idem Rip.l.damnum.n.6 ff de dam.infe.& Marſ.ſing.273.qm̃ talis teſtis caret eo,quod eſt potiſſimum in teſte,ſ.veritate,quæ in teſte debet eſſe pura,& ſimplex.ca.pura.3.q.9.ideoq́ue violato ſemel iuramento,quod eſt confirmatorium veritatis. c.& ſi Chriſtus. de iureiu.remanet ſemper ſuſpicio periurij.d.c.quicunque.& c.paruuli.22.q.1.& violato in vno officio,ſemper pręſumitur defectus in eodem.l.ſi aliquid.C.de ſuſc.& arc.libr.10.ſecun. doc.d.c.teſtimonium.vbi omnes communiter excepto Zab. hoc firmant,& expreſsè tenent. F.Viuius.

Teſtis eſſe non poteſt aduocatus in poſſeſſorio,in quo fuerat aduocatus. poteſt tamen eſſe idoneus teſtis in petitorio, vt per Rip.in l.naturaliter.§.nihil commune.not.18.ff.de acq. poſ.Eſt etiam idoneus teſtis aduocatus pro clientulo ſi adhuc patrocinium non præſtitiſſet,ſec.glo.& Lanfr.in c.quoniam contra.de prob.ver.teſtes.nu.67. vbi ſequitur opi.iſtorum,& ait eſſe communem,poſſet quoque eſſe teſtis aduocatus in alia cauſa, in qua eius teſtimonium abſque dubio aliquo reciperetur,ſec.precitatos doc.iſta eſt com.opi.teſte Lanf.in loco præmiſſo.ſimiliter ſolicitator cauſæ,non eſt idoneus teſtis,ſecund.Gram.deciſ.73.nu.9: ſed dato ꝙ contra tales teſtes pars non opponat,vtrum poſſet iudex eos reiicere, vide Alex.declarantem in l.4.§.hoc autem iudicium.n.20.ff.de dam.infec. item mediator non poteſt dicere teſtimonium. vt per Deci. conſ.133.& 463.& Crauet. conſ.56. item nec proxeneta eſt idoneus teſtis & integer,vt tenet gl.in §. quoniam verò legẽ. in auth.de teſt.ver.prohibitione. Cyn.l.omnibus. C.de teſtib. Alb.in l.ſi tibi decem.§.pactum.ff.de pac.Ang.in l.debet. ff.de ædil.edic.Ant.conſ.24.Anc.conſ.331.Fulg.conſ.11.Panor.c. inſuper.ext.de teſti.& c.licet hely.extr.de ſimo. Alex.& nonnullos alios doc.cumulans conſ.13.lib.1.conſ.128.volu.2.& conſ.150.libr.5.conſ.212.libr.6.& conſ.127. circa fin.libr.7. Barb.conſ.54.vol.2.Guid.Pap.conſ.74.&Bertr.conſ.178.lib. 2.& conſ.225.libr.3.& quamuis determinati iuris ſit quod proxeneta teſtis eſſe non poſſit;tamen erit ipſe proxeneta teſtis integer, & idoneus vtraque parte conſentiente, & ita ſe habet com.opi.omnium doc.de qua teſtatur Curt.iuni.conſ. 112.nu.8.quia teſtes inhabiles poſſunt conſenſu partium validari,ſecun.Io.An.in addi.Spec.tit.de teſte.§.ſæpe. in addit. 1,

& in §.j.ver.quid,ſi vidit.in ti.de probat.Ant. & Imo.in c.cum dilectus.de conſuet.Alex.conſ.122.viſo proceſſu, vol.2. pro quo facit etiam tex.& ibi Bald.in l.fi.C.de fideicomm.vbi habetur,quod conſentiente aduerſario quis poteſt eſſe teſtis in cauſa propria,& facit quod tenet Inn.in c.cùm cauſam.ext.de teſtib.quem ſequitur Sal.in l.ſi quis teſti.C.de teſtibus vbi dixit, quod atteſtationes inualidæ poſſunt ratificari conſenſu partium,quod dictum Inn.ſequitur etiam Rom. conſ. 104.pater reuerende,circa fi.& Alex.l.Titia.ff.ſol.matr. quam quidē communem ſequitur etiam,& declarat Ruy. conſ.34.nu.14. & 7.vol.4.Quamuis autem vt in prin.oſtendimus aduocatus teſtis eſſe nequeat pro clientulo ſuo, tamen contra ipſum bene poſſet teſtimonium ferre,vt voluit gloſ.l.fi.ff.de teſt.quam dicit communiter approbari Lanfr.in d.c.quoniam contra.in ver.teſtes.nu.67. Viuius.

Teſtes affines,ſocij, amici, & domeſtici non ſunt idonei teſtes,& in criminalibus repelluntur à teſtimonio l.2. & l.parentes. C. de teſtib.In tantum hoc procedit, & ampliatur quod ſi dicti teſtes ſunt admiſſi, minimè probabunt ſecundum ſcribent.omnes communiter in locis iam citatis, & de iſta communi teſtatur Gram.conſ.45.n.15.& conſ.58.n.6.& ſeq.tamē nota, ꝙ ad probandum furtum, vel dolum factum in domo actoris de die, vel nocte per Sempronium, & ad probandum quantitatem rerum erunt teſtes idonei, ex eo quia alij teſtes in ipſa domo actu & habitu veriſimiliter haberi non poſſunt, tex.eſt l.conſenſu.§.ſuper plagiis,vbi doc.no. C.de repu.Abb. in c.fi.nu.9.de præſcript.Bart. Cyn.& iaſ.in l.ſi quando.C.vnde vi.n.43.Marſ.in ſua pract.crimi.in §.diligenter.nu.81.Ant. de Butr.& doct.c.3.loco.de probat.Abb.& ſcriben.omnes in c.cùm in tua.de ſponſa.& ad probandum geſta, vel acta in domo,teſtes domeſtici admittuntur, & præferuntur aliis, vt per Franc.de Aret.in conſ.13.nu.17.Simile videmus ad probandum geſta in naui, vel in domo admittuntur teſtes nauis, vel domus.l.quoties.& l.de ſubmerſis,vbi Bart. & doct.C.de naufrag.libr.11.text.in c.veniens.2.in fi.de teſti.Io. And.in addit. Spec.in tit.de teſte.§.1.ver. item quod eſt domeſticus, Similiter innocentia rei accuſati, poteſt probari per eius parentes, fratres, & alios domeſticos, & alios teſtes aliàs non idoneos, vt per Marſ.ſing.59.innoſcentibus, Alex.conſ.24.nu.45.vol. 2.conſ.5.nu.5.vol.1.Gram.conſ.12.ver.5.quoad.nu.19.c manifeſtè & c.ſeq.vbi Archi.12.q.1.Spe.in tit.de inquiſitione.§. 1.ver.ſed nunquid eas.iaſ.& Dec. in l.vt vim.ff. de iuſt. & iur. quodque procedit, ac verum eſſe intelligo, niſi contra dictos domeſticos eſſent alij teſtes ſecund.Bald.& Salic.in d.l.parentes.Gram.in d.conſ.12.nu.19.Carrer.in ſua pract.crim.n.165. in fi.& Gram.poſt.alios relatos ibi per eum in deciſ.34.n.14. Item limitatur prædicta communis non procedere in patruo, qui poteſt eſſe teſtis pro nepote ſuo, & ſimiliter conſobrinus pro conſobrino, & ſic de ſingulis, ſec. Bart.in l.qui teſtamento.§.per contrarium.ff.de teſtam. & doc.omnes in l.parentes. C.de teſti.gl. & omnes in c.accedens.& Lanfr.in c.quoniam contra.de probat.in ver.teſtes,n.58.vbi ponit iſtam eſſe com. opi.doct.vtriuſque aulæ,& eam vtiliter declarat. F.Viuius.

Teſtes ſingulares non faciunt fidem,nec eis aliqua fides adhibetur,c.cum literis.de teſtib.& l.iuſiurandi.C.eod.tit.& c.licet cauſam,vbi omnes doct. communiter hoc not.de probatio.& Spec.in tit.de teſte.§.1. verſ.item quod teſtes ſunt varij. quia vbi eſt ſingularitas, ibi non eſt numerus, vnde tantum probant mille teſtes ſingulares, quantum vnus.ita dicit Bald. in d. l. iuriſiurandi. imò teſtes ſingulares nedum non faciunt fidem, ſed etiam qui poſſunt eſſe ſingulares non probant, ſec. Bald.in l.fi.C.de edicto. Diui Adrian.tollen.& in c. bonæ 1.de electio.& refert Corne.conſ.89.volu.1.circa. fi. ſed teſtes ipſi ſingulares aliquando faciunt fidem,maximeque quando tendunt ad eundem finem per diuerſa media ſibi ad inuicem patrocinantia,puta quia vnus deponit de veritate,&alius de cōfeſſione,ſec.Bald.in rub.de controuer.inueſti. per text. in c.fi. de ſucceſ.ab inteſta.idemque voluit Fel.in c.licet ex quadam, de teſtibus.& Caccialup. in rep.l.admonendi. ff. de iureiur.& poſuimus nonnullos caſus infrà in ver. teſtes ſingulares ſufficiunt,in quibus teſtes ſingulares probent,nec per teſtes ſingulares probatur aliquo modo conſue ſec.Pet.de Bellapertic.& Cyn.in rep.l.2.C.quæ ſit longa conſuetudo,Io.And.D. Anto. Flor.in 4.q.Anch & communiter doct. in c.fi. de conſuetudine,quam opinionem declarat ibi Rochus Curt.in 4.Sectio.n. 69.& ſic in fi.ſuæ repetit.& communem dicit Dec.conſ.205. & nota,ꝙ tunc dicuntur teſtes ſingulares,quando eorum dicta recipiunt ſeparationem ex diuerſitate factorum ſec. Bart. in l.2.§.dubitetur. quemadmodum teſtamen.aperia. & Bald. in l.2.C.de bono.poſ.ſec.Tab.in l.j.C.ſi vnus ex plu.aperi.circ. fi. & in l.apud antiquos.C.de furt.quomodo autem cognoſcantur teſtes eſſe ſingulares Spec.in tit.de teſte.§.iam de interrogatoriis.verſic.quid,ſi vnus,& in §.ſæpe teſtes, cum §.nunc tranſeamus, & ibi Bald.in addi.dicunt hoc ex ſex vel quinque cognoſci,de quibus in c.cùm cauſam,de teſtib.vt quando primò variant in perſonis,ſecundò in re,tertiò in tempore,quarto in loco,quintò in cauſa ſeu rōe,ſextò in circunſtantiis F.V.

In teſtem non admittitur ſocius criminis contra ſocium.l. fi.C.de accuſ. adeò ꝙ non eſt teſtis idoneus ipſe ſocius criminis,etiam ad formandum inquiſitionem ſecundum com.opi. om.doct.quam citat & ſequitur Dec. conſ.189. lætatus ſum, nu.9. Gram. conſ. crimi.37. nu. 14. poſt alios quamplures ibi congeſtos per eum,& conſ.38.nume.20. Sed hoc non procedit,vbicunque veritas ex natura negotij aliter haberi,ac ſciri nequeat vt puta in coniuratione.vel tractatu,ad quem probādum recipiuntur teſtes alias inhabiles, cum ſecreto fiant,ſec. iaſ.in l.1.C.de ſumma Trinit.& fid.cath.& in l.fi.C.de his qui. vt indig.minimeque hoc habet locum in crimine læſæ Maieſtatis, quia tunc admittitur ſocius criminis contra ſocium, vt per Pet Follerium in ſua pract.crim.in ver.Item qui commiſit crimen leſæ maieſtatis.n.2.propterea nec teſtimonium tantū ſocij criminis in caſibus,in quibus poteſt ipſe de complicibus interrogari,eſſet ſufficiens indicium ad torturam abſque aliis indiciis,quia iſto caſu talis confeſſio facit aliqualem præſumptionem,ac indicium.ſecundum gl.in d.l.fi.C.de accuſat.cum qua ſentiunt omnes doct.indubitanter ibi,& hanc dicit communem eſſe opin.Boer.in dec.319.n.3.& ſeq.& Gram.in voto 6.n.2.Crauet.conſ.0.n.6.vbi hoc clarius declarat,& Socin. pleniſſimè in tract. Fallent.in reg.428. teſtis ſocius criminis, & quemadmodū nota ſocius criminis nō recipitur in teſtem contra ſocium, ita nec admittitur ſocius eiuſdem criminis ad accuſandum ſocium,& ſic ab accuſando repellitur,vt per Bartol.in l.qui accuſare n.8.ff.de accuſ.& alios late congeſtos per Iac.Nouel.in tract.ad defenſam,in rub.quæ perſonæ accuſare non poſſunt, incip. quoniam ſatis vtiliter hactenus vidimus, n.33.& ſeq.vbi hoc limitat,& declarat in tribus caſibus,vt ibi per eum, & ſimiliter carceratus, ſeu poſitus in carceribus publicis teſtis eſſe non poteſt,ſec.doct.omnes in l.3.§.lex Iulia.ff. de teſti.per text.ibi,& Lanfr. in c.quoniam contra de prob.in verb.teſtes.n.83.vbi ſupponit iſtam eſſe com.opin. idem.

Teſtium examinatio in cauſa ciuili per iudicem recipi debet, non autem per Notarium : quia Notarius de iure abſque iudicis commiſſione non poteſt teſtes examinare,cum ad iudicem examinatio pertineat, ſecundum gl. vbi doct. not. in l. hac conſultiſſima.§.fi.in verb.depoſitiones. C.qui teſta.facer. poſſ.in l.iubemus.prima.C.de libera.cauſa.& eſt text.ſecundū vnam expoſitionem gl.in l.ſolam.C.de teſti.& gl.in l.curent. ff.eod.tit.& ita hoc pro regula tradit Bald.in c.ſi quis teſtium. de teſti.& Fel.in c.cùm cauſam.n.26.de teſti. pro qua quidem regula facit quod dicitur quòd probationes ſunt fiendæ iudici.l.quinquaginta. ff.de probat. & habetur in l.eos. & in leg.ſi quando.C.de teſti.not.Marſ.in rep.l.fi. C.de prob. & in l.1.ff. de teſti.& facit gl.not.in d.l.iubemus,quæ dicit quod confeſſio facta coram Tabellione abſque præſentia iudicis non præiudicat, & dicit etiam ibi Sal. ꝙ ſi talis confeſſio fieret coram iudice ad hoc vt præiudicet confitenti,debet fieri iudice ſedēte pro tribunali, vt dixit fortiùs Bald.in tit.de pace Conſtant. in ver. ſecundum mores, & leges illius ciuitatis, quem ſequitur iaſ.in l.j. ff.de fer.& in repetitio.l.admonendi.ff.de iureiur. verſic.nunquid autem iudex ꝙ etiam Tabellio non poteſt de cōſenſu partium ſine præſentia iudicis recipere dicta teſtium, nec iuramenta, nulla facta prius ſibi cōmiſſione per iudicem. & dixit idem Bald.in addi.Spec.in tit.de teſte,ver.nunquid reperitur,ꝙ nunq̄ reperitur.Notariū poſſe recipere iura teſtium abſque cōmiſſione indicis,alle.gl.d.l.hac conſultiſſima.§.fi.& ſubdit idem eſſe in inſtrumēto,vel cōfeſſione,quia nec etiam Notarius poteſt illam recipere ſine iudicis commiſſione,allegat gl.in d.l.iubemus,quam dicit eſſe ordinariam, & ſubdit ibi Bald. quod recipere pertinet ad iudicem, ſcribere verò ad Tabellionem.faciunt etiam dicta per Bart.in l.is aqud quem. in prin. C.de eden. vbi vixit. ꝙ Notarius non poteſt dare acta parti illa petēti ſine iudicis commiſſione, quod etiam voluit Paul.de Caſt.ibi optimè etiam faciunt dicta per eundem Bald. in d.l.hac conſultiſſima.vbi per illam gl.ibi dicit quòd probationes non poſſunt fieri Notario ſine mandato iudicis,& iſta regula ita corroborata. Fallit primò loco, niſi talem teſtium examinationem iudex committeret ipſi notario,quia hoc fieri poteſt ſecundum Bal. Ang. & Paul. Caſtr.in d.l.hac conſultiſſima.§.fi.Sal.in auth.apud eloquentiſſimum. C.de fid.inſtr. vbi ait,ꝙ quicquid ſit de iure hodie hoc eſt deductum in con

ſuetud



ſuetudinem regularem propter magnitudinem agendorum, & idem dicit, & tenet Imo. in l. ſed & ſi quis ex ſignatoribus. ff.quemadm. teſta.aperian.intellige verum eſſe,ſi huiuſmodi commiſſio teſtium ſit facta ex cauſa,& iſta eſt com.opi.quam allegat & ſequitur Marſ.in de minore.§. plurium quoque.nu. 16.ff.de q.cōtrarium verò tenuerunt nonnulli doct.relati per Fel.in d.c.cùm cauſam n.29.&ſeq.ſed tamen,ipſe ibi ſequitur prædictam limitationem communem & Abb. in c.quoniam contra de prob.Fallit ſecundò d.regula communis quando examinatio teſtium per iudicem fieri non poſſet, vt puta ſi teſtis erat in articulo mortis,vel commoratur in partibus valde longinquis,adeo quod ſi pars quæ volebat teſtem examinari facere iuiſſet ad iudicē,teſtis ſtatim periiſſet eius teſtimonium non habito, nam ſi tunc examinatur per Notarium ſine iudicis præſentia valebit eius dictum ad præſumptionē aliquam inducendam ſec.Bart.in d.l.admonendi ver.quid ſi dictum teſtis quem ſequitur Fel.alios citans in d.c.cùm cauſam.n.22.& Marſ.in l.de minore.§.plurium quoque. ff. de q.tertiam verò limitationem tradit Fel.in d.c.cum cauſam.nu.31. Viuius.

Teſtium examinationem in cauſa criminali iudex alicui Notario committere non poteſt,imò nec alteri iudici ſeu eiuſdē, ſeu alterius tertitorij,ſec.Bald. Cy.Sal. alioſque communiter in auth.apud eloquentiſſimum. C.de fid.inſtr.per illum text. gl.in cle.1.in ver.ciuili,vbi bonus text.de off. deleg. & eſt optimus tex.etiam ad hoc in l.3.§.diuus.ibi nam ipſos interrogare ſoleo,&c.ff.de teſti.quem ad hoc not. Bald.c.ſi qui teſtium de teſti.in antiq. & idem diſponitur de iure regni Neapolit.vt reperitur ſancitum in conſtitutione incip. In pecuniariis litibus,idem tenet Bal.in rubr.de controuer.inueſti.in vſib.feud. Fel.in c.cū cauſam.n.21.de teſti. & Curt. in rep.l.admonendi. n.260. ff.de iureiur.vbi audacter dicit iſtam eſſe communem opinionem Ratio dictæ communis videtur iſta ſecundū text. in c.quoniam cōtra de probatio.quia iudex debet videre qua voce,qua trepidatione,&c.deponant teſtes, & hoc idem probatur in d.clem.1 facit quod dixit Spec.in tit.de teſte.§.primo ver.item quod eſt criminalis.& optimè faciunt omnes illi caſus, quos recenſuimus poſt princ. præcedentis concluſionis, qui quidem procedunt,& habent locum non ſolum in criminalibus,verum etiam in ciuilib' cauſis, quia etiam in illis probationes debent fieri iudici,nec poſſunt recipi à Notario ſine præſentia vel commiſſione iudicis,ſecundum gl.in l hac conſultiſſima.§.fi.C.qui teſta. facer.poſſ. & hoc ibi volunt doct.ſequendo illam gl.ad ꝙ etiam facit gl.in l.curēt.ff.de teſti.etiam eſt bonus tex.ſecundum vnam lect. gl.in l.ſolam C.eod.tit.de teſti.de quo per Bart.in d.l.admonendi.ver.quid ſit dictum teſtis,& per Bald.in l.præcipimus. C.de appellat.& in l.iubemus. prima C.de liber.cauſa,in auth. quæ ſupplicatio. C.de precib. imperat.offer.in ca.primo. §.item ſacramenta,de pace iuram. firm.& in d.ca.quoniam contra. & ibi per alios,& per Anch. in c.præſentium §.teſtes.de teſti.in 6.vbi refert. Io. And.reprehendere iudices committentes Notariis examinationem teſtium,quia ipſimet debent eos examinare in propria perſona, & iſta communis ita comprobata ampliatur, vt procedat etiam in cauſa ciuili ardua,ſuper qua iudex non debet committere audientiam teſtium alteri, ſed iubere ad ſe vocare ſecun. Paul.de Caſtr.in l.iudices.C.de fid.inſtr.Imo.in l. ſi quis ex ſignatoribus.ff.quemad.teſta.aperian.And.de Iſer.& Affli.ſuper d.conſtitutione incip.In pecuniariis litibus,per tex.ibi,& Capic.latè dec.9.n.5.Limita primò dictam communem non habare locum, vbi teſtes abſentes non poſſunt cogi ad veniendum coram iudice,vt putà,quando teſtes eſſent extr.prouinciam,tunc enim pōt eorum examinatio,etiam in cauſa criminali,alteri committi,vt voluit Iac.de Aret. Nic.de Matarellis, Bald.& Imo.in auth. apud eloquentiſſimum.C. de fid. inſtru. & Fel.nonnullos alios citans in c.cùm cauſam. n.24.& ſeq.de teſti.Limita ſecūdò,quādo iudex non poſſet intereſſe examinationi propter multitudinem occupationum poterit tunc etiam in criminalibus committere audientiam teſtium ſecun. Bald. & alios ſupra relatos in d.auth. apud eloquentiſſimum. quia neceſſitas facit probabile, quod alias eſſet improbabile, & ſubiicit Bald.ibi de conſuetudine ita ſeruari,& Panor. in d. c. cùm cauſam. Limita tertiò & dic ꝙ licet ſuper probatione principalis delicti non poſſit committi alteri teſtium examinatio, nihilominus ſuper remotis à principali delicto ac etiam ſuper adminiculantibus poterit fieri commiſſio, ita Sal. in d. auth.apud eloquentiſſimum, & hoc cōprobatur ex eo,quod voluit in ſimili Ang.in l.ſicut.§.ſi procurator. ff.quibus mod. pign.vel hypo.ſoluitur, vbi not.ꝙ licet in capitalibus non admittatur procurator,l.penult.§.ad crimen.de pub.iudic.& in l. ſeruum quoque.§.publicè. ff.de procur. tamen admittitur ad allegandum iniuſtitiam,ſeu nullitatem banni,quæ ventilatur ſeorſum à delicto principali, comprobatur hoc etiam ex eo quod not.Bart.in l.1.in princ.ff.ad Turpil.vel in l.interdum.§. qui furem.ff.de furtis. vbi dicit,nota ꝙ licet iudex maleficiorum non poſſit cognoſcere de cauſis ciuilibus,eſt verùm principaliter, incidenter tamen bene poterit cognoſcere cauſas, quæ deſcendunt ex crimine, ſicut eſt reſtitutio rei furto ſubtractæ, item de expenſis factis in cauſa poterit cognoſcere, & reum in eis condemnare,& illas taxare,& hoc idem not.Bart. Soc.in l.1.n.25.ff.ſol.mat.Quartò limita quando teſtes eſſent adeò ſenes,& valetudinarij, vt ſine periculo coram Curia, vel iudice ſe præſentare nequeant,quo caſu etiam in cauſis criminalibus examinatio committitur ſecundū formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ,vt habetur in tit.incip.Item ſeruat ipſa curia alicui,&c.& not. Foller.in pract.crimi. in rubr.detur copia capitulorum inquiſitis,n.7.& ita in contingentia facti fuit deciſum in ſacro conſilio Neapoli.vt refert Capicius in dec.90. nu.8. Viuius.

Teſtes in cauſa principali publicati non poſſunt amplius produci in cauſa appellationis vrgente pari timore ſubornationis in cauſa appellationis,ſicut & in principali,quamuis diuerſa ſit inſtantia,& timorem præfatæ ſubornationis exploratum eſt mouiſſe Pontificem ad ita dicendum in clem.teſtibus extra de teſtib.& in c.fraternitatis eod.tit.in antiq.& ita per illum tex.tenet Bart.in l.per hanc C.de temp.appellat.Lanfr.in c.quoniam contra de probat.in ver.teſtes.nu.38.&ſeq.& Canoniſtæ omnes communiter in c. per tuas de teſtib. vbi Fely. magiſtraliter ponit multas limitationes.& Soc.in tract.fallen. reg.446.verum enimverò Cy.Bal.Ang.ceterique omnes cōiter in d.l.per hanc affirmant de iure ciuili cōtrarium,videlicet ꝙ in cauſa appellationis poſſint recipi teſtes, publicatis etiam atteſtationibus in cauſa principali ſuper eiſdem articulis ſeu directo contrariis, & hoc probatur in l.fi. C.de teſti. & ita ſeruat conſuetudo,& practica.teſte Mart.Granato in tract.de opinionibus Bart.reprobatis,& ſic iudicaui in facti contingentia,dum eſſem iudex criminalis.in Ciuitate Terami,anno Domini 1562. videlicet obſeruandum fore præfatam communē ſententiam in terris imperij.Vnde ſcias tradendam eſſe tenaciter memoriæ dictam communem, in practica, ex eo quia vidi nonnullos aduocatos errare,& ne in aliquem errorem incidas,diſtingue vt per Mart.Granat.in præcitato tract.vbi ſaluat opinionem Bart.procedere in Terris Sedis Apoſtolicæ ſeu in foro canonico.c.fraternitatis.de teſtib.& opinionem comm. habere locum in foro ſeculari.d.l.fi. C. de teſtib. & ita reſidet Lanfr.in d.c.quoniam contra,in ver.teſtes.nu.39.in fi. idem.

Teſtis deponens, reſpondenſque contenta in proceſſu,ſeu inquiſitione eſſe vera : vel ꝙ alter teſtis depoſuit eſſe verum, huiuſmodi depoſitio non probat.aliquo pacto, vt per Bart.eleganter in l.Labeo.n.8.ff.de ſup.leg.& Bald.in l.fi. C.de teſti. & hoc verum eſt, ac procedit indubitanter in cauſis criminalibus ſecundum com.opi. omnium ſcriben. quam ſequuntur doc.paſſim in iure noſtro,præſertim Moder. Apoſtillan.Bart. in d.l.Labeo.& Fel.in c.cum in cauſa.ext.de teſti.ſecus verò ſi teſtis diceret contenta in c.ſeu articulo eſſe vera,tunc procul dubio valeret,& probaret dicta depoſitio, vt conſuluit Bald. conſ.10.in quæſt.quæ vertitur,vol.5.tamē hoc nō procedit, quando extat contraria conſuetudo in loco, vt per Bald.in l. fi.§.in refutatoriis.C.de appel.& ponit Bart.in l.3.§.fi.circ.fi.ff. de teſti.Abb. & omnes Canoniſtæ communiter in c.nihil obſtat.de verb.ſign.de qua communi faciunt mentionem Mod. apoſtillantes ibi. F.Viuius.

Teſtium criminoſorum repulſa,ſeu exceptio non in genere proponenda,alleganda,&articulanda eſt, videlicet,ꝙ teſtes ipſi ſunt infames,excommunicati,periuri,homicidæ,adulteri, ſed ſpecificè,& ſigillatim proponi debent locus & tempus dictorum commiſſorum per teſtes criminoſos,cauſæ omnes infamiæ,& aliæ circunſtantiæ dictorum criminū ſec.Bart.Bald. Alex. Fran.de Aret. & iaſ.in l.1.C.de teſtam. Inn. ante omnes in c.præſentium.§.teſtes.de teſtib.lib.6.quem ſequitur ibi Archid.& Franc. Bart. Ang. & Alb.in l.Prætor edixit.ff.de iniur. Sal.in auth.ſi dicatur.C.de teſtib.& Rom.conſ.290.in prin.& iſtam opinionem ait eſſe communem Foller.in pract. crimin. in ver.ſi confitebuntur,n.60. & ſeq. & magis communem aſſeuerat Boer.dec.321.vbi refert ita fuiſſe iudicatum in Senat. Burdegalenſium : contrariam verò partem tenuerunt aliqui doct.congeſti per Pomaten. in addit.ad Bart. in d.l.1. & Boer. in præallegata dec.n.j.tamen quicquid iſti doct.ſuadeant contra communem,ob hoc in practi.ab ea non eſſet tutum recedere, quam ſequuntur optimo iure infiniti doc.in variis locis iuris noſtri,Rota Rom. deciſ.252.cum tribus ſeq.in nouis, &

Gramm.deciſ.11.nu.12.& deciſ.34.nu.49.& dato nota hic perpetuò, ꝙ quis opponeret defectus teſtium cōtra ſe examinatorum,vt puta quòd ſint excommunicati, infames, homicidæ, & ſimiles: actione iniuriarum conueniri nequit aliquo pacto, dummodò huiuſmodi teſtium defectus probentur,& veri appareant,ſec.Bald.Alex.&omnes in l.fi.ff.quòd quiſ.vbi aiunt,iſtam eſſe com.opi.& Iafr.Lanfr.in dec.395. F.Viuius.

contra Teſtes exceptio ante aperturam teſtium opponi debet non autem poſt & ſpecialiter, vt eleganter per Bart.in l.1. C.de teſti.& inibi Bald.& alij communiter,& ita tenet arguendo Ruy.conſ.33.vol.4.& omnes Canoniſtę hoc idem firmāt, & tenēt audacter in c.denique.de excep.quorum opinionem ſequuntur,declarant,& atteſtantur Moder. in d.c.denique,& Deci.ibi,n.12.hinc inoleuit practica,qua quotidiè vtunt̃ purgatores,vt tempore quo comparēt viſuri iuramenta teſtium, proteſtantur contra perſonas teſtium, & dicenda per eos, ſed quandocunque in alio actu ante publicationem poteſt fieri dicta proteſtatio vt c.præſentium.de teſti. & ibi Fran.de Aret. imò plus dicit, ꝙ exceptio contra teſtes inimicos poteſt opponi, & allegari coram iudice, antè, quàm eorum dicta recipiantur. V.g. Titius opponit examinatori teſtem examinandum contra ipſum,eſſe ſuum capitalem,& capitaliſſimum inimicum,in huiuſmodi caſu debet receptio illius teſtis deferri, &interim capi per iudicem illius cauſæ informatio,ſuper prędicta inimicitia,vt per Bart.in auth.ſi vero teſtis productus dicatur.C.de teſt.cuius opinionem vltra Sal. ſequuntur omnes alij doct.ibi communiter,& de iſta communi atteſtantur apoſtillantes Bart. ibi, & hoc idem obſeruari communiter videtur in delinquente torquendo, ſiquidem ſi tunc opponerentur ratione inimicitiæ aduerſus teſtes producendos contra dictum delinquentem,eo caſu proculdubiò debet referri & ſuperſederi hæc teſtium receptio, vt recipiantur prius teſtes ad probationem inimicitiæ præfatæ, dummodo ipſe excipiens in continenti ſe probaturum offerat. §. ſi verò quis dicat, in auth.de teſt.vt tenet Feli.in c.ex parte,ext. de teſt.& alij doct. paſſim in iure noſtro,item videtur dicendum in teſte infami, vel excommunicato:nam licet inquiſitus dicat teſtes examinandos contra ipſum eſſe infames, & excommunicatos,non ob hoc retardatur examinatio illorum teſtium,ſed illa exceptio reſeruatur in fine iudicij,ſecund.doc.in c,interpoſita,de appellatio.in prin.& in l.ſi is à quo.ff.vt in poſ.leg.& Spec.in ti. de teſte §.j.ver.quid ergo ſi præmiſſa deiiciens &c. tamen hoc fallit ſecundum eum, niſi pars obiiciens prædictam exceptionem contra teſtes vellet incontinenti illas probare, quia eſt audienda ſi habet probationes in promptu,vt per Spec.in loco de quo ſuprà. idem.

Teſtis deponens per dictionem,vel circa,ſeu & plus,vel vltra, nihil probat, nec ſibi aliqua fides adhibetur tanquam de incerto deponens, ſecundum communem adſertionem omnium doct.quam ſequitur Panor.in c.tuæ.extra de ſponſ.imp. ſcriben.in c.licet cauſam,extra de probatio.& iaſ.in l.&ſi poſt tres,n.7.& 10.ff.ſi quis cautio.vbi atteſtatur de dicta communi opi.& eam latè declarat, & Ruy.conſ.36.nu.6.vol.4. quod non procedit indiſtinctè : nam licet teſtes deponant alternatiuè,& ſic incertè & ambiguè,tamen probant ſi eorum verba ad vnum effectum tenderent,& ideò ſi accuſo Sempronium quod interfecit Titium & teſtes deponant alternatiuè,videlicet, ꝙ eum occidit cum gladio vel clauo, tunc quia vterque intellectus concludit maleficium. habetur tale eorum dictū pro certa probatione,ſec,Alex.in l.inter ſtipulantem.§.1.ff.de verb.obl.quem ſequitur iaſ.in l.dedi.ff.de cond.cauſa det.cauſa non ſec.Fel.in c.ex parte.el j.de reſcriptis.& Marſ.ſing.206. incertitudo. idem.

Teſtis eſſe non poteſt pupillus, ſeu impubes, nec ad teſtimonium aliquo pacto admittitur.c.teſtes.4.q.3.l.3.§.lex Iulia. & l.inuiti.ff.de teſti.& §.teſtes autem, Inſtit.de teſta. vbi doct. not.Specu.in titu.de teſte.§.1.ver.item excipitur,& Nellus in tract.de teſt.in ver.impubes,n.21.quia quicquid vident,quicquid audiunt ignorant.l.fi.circ.fi. ff.rem pup.ſal.fore.l.fi.ff.de iuris,& facti ign.& l.1.ad fi.C.de falſ.mo.& quia ſimiliter eius teſtimonium eſt in effectu , ſicut ſi cæcus teſtificaretur de coloribus.vt dicit Bald.in l.teſtium, verſ.redeo ad primum.C.de teſti, & hoc procedit in cauſa ciuili: nam in criminali etiam pubes ante 20.annos completos non admittitur,niſi quantū ad præſumptionem faciendam , pupillus tamen quandoque facit indicium ad probandum dominum occiſum à familia.l. 2.§.impuberes. ff.ad Syll.& not. Spec.in d.§.1. Fallit hoc non procedere quotieſcunque pupillus eſſet factus maior , nam tunc abſque dubio poteſt teſtificari de his quæ vidit in pupillari ætate,vt per gl.in l,notionem.§.inſtrumentum.ff.de verb, ſig.& in l.ad teſtium.ff.de teſta.Spec.Io.And.& Bald.ibi in additio.in d.§.1.ver.ſed nunquid factus impubes,&iſtud procedit in his,quæ vidit dum eſſet proximus pubertati ſec.Bart.in d.l.ad teſtium,& in memorato §.inſtrumentorum,& hanc firmant eſſe communem opinionem omnium doct.Aret.in d.l. teſtium.& Dec.& Hiero.Cucalon ibi in addit. in l.fœminæ.§. item impuberes, cir.fi.de reg.iur.vide latè per Fely.poſt alios in c.cum nobis de reſcrip.& in c.fi.de ſent.excom.& quis dicatur proximus pubertati,diximus latè ſuprà in verſ.pupillus il ſecundo. idem.

In teſtium depoſitionibus in maiori ſumma minor non ineſt,ſecund.Archid.eleganter in c.nihilominus.3.q.9.quem ſequitur Bald.in l.1.de teſta.& doct. omnes communiter in l. 1.§.ſi ſtipulanti.ff.de verb.oblig. & cum dicta communi tranſeunt Moder. ibi.iſta vero communis interpretatur,niſi ſumma temporis ſecundum Imo.in l.inter pares.ff. de re iudi.Gemin.in c.1.de arbitris in 6.& Alex.in dicto §.ſi ſtipulanti,interpretatur quoque vtiliter,niſi conſtaret teſtes deponere de eadem numeratione,ſec.Alex.in d.§.ſi ſtipulanti. idem.

Teſtes in cauſis,ac negotiis criminalibus vltro debent reddere cauſam,& rationem ſcientiæ,etiam nō interrogati,aliàs non probant,nec faciunt indicium ſec.Bald.conſil.182.nu.2. vol.4.Sal.in l.fi.C.de probat.Alex.conſ.70.vol.1. Dec.conſil. 27.Soc.in tract.regu.in reg.302.5. Fall.iaſ.in l.admonendi.ff. de iureiur.Marſy.in pract.crim.in §.diligenter.& Gram.conſ. crim.12.num.12.&iſtam ait eſſe communem opin.Bald.in d. conſ.182.ſed hoc procedit quando teſtis ad offenſam deponeret,ſecùs verò ad defenſam,nam eo caſu probant,etiam ſi nō redderent ſcientiæ cauſam,teſtis enim deponens quòd Titius vulnerauit vel interfecit Mæuium ad ſui neceſſariam defenſionem , & in ratione ſcientiæ dicens , quia vidit ſufficit ad probandum talem neceſſariam defenſionem,licet de aliis circunſtantiis nihil dicat,ſecundum Barto.conſ.163.Bald.& ſalicet. in l.ſolam.C.de teſtib.Alexan.conſ.76.volum.1.& conſ.109. eodem vol.& voluit Cornæus conſ.204.nu.2.& hoc firmant communiter omnes Criminaliſtæ variis in locis iuris noſtri. idem.

Teſtis deponens de credulitate nullam fidem facit,nec probat aliquo modo, ſecundum gloſſ.Cyn. & omnes Legiſtas in l.teſtium.ff.de teſtib. Canoniſtas in cap.quoties. ext.de teſtib. ſpeculat. in titul.de teſte. §.1.verſ. item quòd depoſuit de credulitate,& Alex. conſ.70. volum.2. & iſta eſt communis opi. teſte Panorm.in dicto.c.quoties,& Moder.ibi:idem videmus in teſte deponente per verbum , iudicio ſuo : quia non valet eius teſtimonium ſecundum Bart. & alios in l. quod tamen. §.ſi arbiter. ff.de arbit. Bald.in l.de quibus. ff.de legibus. Ang. & omnes in l. ſciendum, de verb.ob.& Alex.conſ.187.in cauſa,& lite,vol.2.& conſ.119.viſo proceſſu, volu.7.& Gramm. conſ.crim.12.nu.13.& iſtam dixit communem opi.Curt.iun. conſ.165.præſupponitur in facto, num.17. & ſimiliter teſtis deponens per verbum ſe certò credere,non probat etiam pręſumptiuè, ſecundum Bartol.in l.ſiue poſſidetis. C.de probat. quem ſequitur Alex.conſ.75.vol.1.conſ.134.& in dicto conſil.119.idem dicendum eſt in teſte deponente per verbum,niſi fallor,quia probat ſi redderet claram,& bonā cauſam ſcientiæ ſui dicti,aliàs ſecùs, ſecundum Bald.Catho. & alios in l.1. ff. de iuſt. & iure: Interpretatur iſta communis concluſio ita explicita non habere locum , quotieſcunque huiuſmodi depoſitio de credulitate eſſet iuncta ratione, vel aliqua præſumptione inferente, ita credi debere, vt quia teſtis redderet cauſam ſcientiæ, quia vidit, tunc dictum teſtis probat ratio enim dicti teſtis reddentis bonam cauſam, & rationem ſcientiæ regulat ipſum dictum , ita not. tenuit Iacob. de Aretin. & Cyn. in dicta leg. teſtium. Bartolus in dicto §. ſi arbiter. Ioann. Andr.in addition.Speculat.in titulo de teſte.§.ſuper. in verſiculo item quod deponit de credulitate. Baldus in l.ſolam. C. de teſtibus. & Cornæ. in conſilio centeſimo ſexageſimoſecundo. numero octauo. volumine primo. & alij relati per Iafredum Lanfranc.in deciſione ſeptima.& Alexand.in præcitatis conſiliis. & iſta eſt veriſſima, & communis limitatio, vt per prædictas allegationes apertiſſimè conſtat. Interpretatur ſimiliter dicta communis in factis antiquis , in quibus teſtis de credulitate probat, & antiquum tunc dicitur in materia probationis, ad hoc vt admittatur teſtis de auditu, aut credulitate, aut verba enunciatiua,aut fama publica,& cætera huic generi ſimilia requiritur tempus excedens metam centum annorum,ſecundum Innocent.in capit.veniens. de verbor.ſignifi. & hanc opinionem aſſeuerat eſſe communem Alexand. & Modern. in l. cùm aliquis. C. de iure deliberand. & ibi Iaſon. etiam,& in repetitio,l.admonendi, numer,209. ff.de iureiur.

& conſi



& conſ.81.lib.1.conſ.24.lib.3.& conſ.148.vol.4.Corn.conſ. 35.in fi.& conſ.329,vol.1.Alex.conſ.6.in fi.li.1.& conſ.208. Curt.ſen.conſ.pe. Dec.in ca.1.de appellat.in conſ.13.curt.iu. conſi.17.& conſil.90.& licet in hoc,vel circa hoc reperiantur duæ aliæ opiniones cōtrariæ doct.quas omitto tanquam fruſtratorias & inutiles , tamen in iudicando, & conſulendo difficile , ac impoſſibile foret obtinere contra dictam communem. Limitatur quoque communis prædicta in duobus aliis caſib.per Marſ.in repetit.rub.C.de prob.n.13.& ſeq.tanquam vtiles, veros & neceſſarios omnino videbis, & in multis aliis caſibus limitatur per Soc.in tract.Fallent.in reg.407.teſtes de credulitate. Viuius.

Notarius faciendo mentionem in teſtamento teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis,& cętera propter huiuſmodi teſtimonium non probaretur mentis ſanitas,ſecūdum Bald.in l.2.C.de teſta.quia Notario non adhibetur fides in iis circa quę verſatur eius laus,vel opprobrium,vt de proxeneta dicitur in §.pen.in Auth.de teſtibus.& per Alex. conſ.13.vbi aſſeuerat hanc eſſe communem opi.& conſ.141.ponderatis,vol.1.& Iaſ. in l.ſenium ætatis.nu.3.C.qui teſta.face.poſſ.niſi qualitas,& conditio perſonæ aliud ſuaderet,vt per Abb.in capi.dilectorum,de teſtib.cogen. & quia etiam hoc ſola legis præſumptione:non autē per teſtimonium Notarij probatur,quoniam ſecundum ſcribentes in l.ſanum mente. C.de tranſact. Mentis ſanitas eſt quid inuiſibile,& propriè non percipitur viſu, vel auditu, ſed potius rationis iudicio : Ampliatur hæc concluſio,vt mentis ſanitas,vel aliquem fuiſſe ſanę mentis,nec à teſte probari poſſe , vt per Bald.in d.l.2. nam non cadit directè hoc in ſenſum teſtis ſec.doct.communiter in d.l.ſanum mente, quam quidē communem ſequitur, & citat Boerius deciſ.33.nu.73.& ſeq. Fallit dicta concluſio ita declarata, quando Notarius in teſtamento nullum verbum faceret de homine ſanæ mentis : ſi teſtator.n.relicta omnia rectè diſpoſuerit valebit teſtamētum, vt conditum ab homine ſanæ mentis,nam qualia quiſque facit,operatur,gerit,& loquitur,talis eſſe præſumitur, arg.l. pe. ff.de condi.inſti.& l.Titia.ff.de inof.teſta.ideoque ſi teſtamentum fuerit rectè,rationabiliter,prudenterque factum,ipſe teſtator prudēs feciſſe creditur, Valerio Maximo teſte teſtamētum cuiuſdam furioſi fuit olim à Senatorib. approbatum, qa in eo rectè diſpoſita legebantur, ꝙ refert etiam Bald.in cap.1. per quos fiat inueſt.in vſib.feud.& Alex.in l.furioſum.C.qui teſtam. face. poſſ. & hodie profectò iudicaretur validum tale teſtamētum,vt per Io.And.& Ab.in c.cùm dilectus,de ſucceſ.ab inteſta.cum aliis relatis per Corſ.in ſing. ver.teſtamentum.Marſ.ſing.380.furioſi poſt prin. vbi expreſſè ait hāc eſſe magis communem opi.& rationabilem, & denique ſibi plurimum placere,& iſtam ſententiam ſequitur etiam Barb. in ca. qui ingredientib.de teſta.vbi tenet teſtamentum furioſi valere factum ad pias cauſas,dummodò non probetur ꝙ tempore teſtamenti fureret, ꝙ procedit in furioſo , qui habet dilucida interualla,aliàs teſtamentum furioſi, vt ab homine non ſanæ mentis,non valet etiam ad pias cauſas:argu.c.ſicut tenor. vbi Abb.ext.de teſtib.cum aliis allegatis per Iaſ.conſ.141.viſa lōga.vol.2.& præmiſſis accedit vtiliter ꝙ teſtib.de ſana teſtatoris mente deponentib.maior fides adhibetur,quàm ceteris teſtib. contrarium aſſeuerantib.quia reſpondent, ac deponunt, ſecundum iuris diſpoſitionem,vt eleganter per Inn.in c.auditis de præſump.cum quo ſentiunt omnes communiter ibi, & in c.cùm eccleſia vulterana.de electio.atteſtando audacter de iſta communi,& Iaſ.conſ.2.nu.8.& conſ.178.num.1. volu.2. Viuius.

Notarius,cui eſt facta commiſſio examinatiōis teſtium,vel receptionis iurium,nō p̄t ipſemet eſſe rogatus de tali commiſſione ſibi facta per iudicē,nec ei creditur ſuper hoc deponenti,& ſic illa commiſſio debet per alium Notarium ſcribi,& nō per ſeipſum,ſec.Hoſt.in ca.quoniam contra de probatio.& alios communiter omnes ibi.Io.And.in reg.cum quid vna via de reg.iu.lib.6.in mercu.in prin.Bal.in l.iuriſiurandi. C.de teſtib.in l.iudices.C.de fide inſtr.& in l.fi.§.1.de iure delib. Abb. in c.fraternitatis,in fi.de cle.non reſid.& in d.c.quoniam,contra.Ang & Moder.in l.ſciendum.in princ.ff.de verb.ob.Deci. conſ.42.n.4.& Ruynum conſ.105.n.1.vol.4. & iſta eſt magis communis opi.contra Bart.cōtrarium aſſerentem in l.ex ſententia.ff.de teſta.tute. vt patet ex congeſtis per Boerium deci. 258.n.4.quàm quidem communem ipſe ibi n.5.limitat,& declarat.Sal.verò in d.auth.apud eloquentiſſimum. C.de fide inſtru.conatur opi.Bart.& communem ad optimam conſonantiam,& concordiam reducere, quem omninò videbis.cōprobatur vltra allegata per præcitatos doct. prædicta communis iſto medio nam teſtis deponens de mandato ſibi facto, nihil probat,vt videtur eſſe text.in l.vnic.C.de māda.prin.qui vult, ꝙ non ſtatur aſſertioni ſimplici alicuius in quacunque dignitate conſtituti de mandato ſibi facto à Principe:& iſtam communem videlicet, ꝙ credatur Notario,vel examinatori aſſerenti ſibi fuiſſe commiſſam receptionem teſtium , ſequitur etiam Guid.Pap.deciſ.126.Dec.in d.c.quoniam contra,n.198. & Cur.iu. conſ.166.nu.3.in quibus locis atteſtantur.de dicta communi , & ita fuit deciſum & concluſum in ſacro Regio conſilio Neap.teſte Afflicto in deciſ.317. F.Viuius.

Teſtes poſſunt regulariter produci vſque ad publicationem in cauſa,& non vlterius, vnde poſt didicita teſtificata nō poſſunt vlterius produci teſtes ſuper eiſdē capitulis, vt habetur in c.fraternitatis, & in c.intimauit, de teſtib.cum ſimilibus,& iſtam regulam ponit Marſ.in l.1.§.fi.in prin.n.17.ff. de quæſt. & doct.in clem.2.de teſtib.quam quidem regulam amplia,nō tantùm procedere in cauſa principali , ſed etiam in cauſa appellationis propter timorē ſubornatiōis,vt habetur per Bart. in l.per hanc.C.de temp.appel.& per ſcriben.in d.clem.2. Limitatur primo loco hæc concluſio,non habere locum quando publicatio non eſſet ritè,& rectè facta.quoniam ſi eſſet inualida,poſt teſtium publicationē inualidam, poſſent produci teſtes,vt no.gl.in l.2.in verb.ritè de teſtibus. & in d.clem.2.in verb.publicatis.Bart.in auth.at qui ſemel.de probatio.affli.in conſtitutione Neap.inchoante,ritus peritorū,& cetera. Marſ. in d.§.fi.n.10.Hinc eſt,ꝙ teſtes nulliter examinati ex facto iudicis poſſunt iterum examinari nō obſtante publicatione eorum,ſec.Bald.in l.qui per ſalutem.ff de iureiur.& iſta eſt communis opi.vt aſſerit Alc.ibi n.2.& quando teſtes non dicūtur ritè recepti,vel examinati vide Marſ. latè declarantem in l.j §. ſi quis vltro.nu.36.ff.de quæſt.ſecundò iſta regula. ꝙ poſt teſtium publicationem teſtes non debent examinari,nec admitti limitatur,niſi ſuper articulis nouis depēdentib. à veterib.vt no.omnes Canoniſtæ in d.c.fraternitatis,in c.clamor.& in ca. vltra tertiam,de teſti.& Legiſtæ in d.authēt.at qui ſemel. vbi Moder. aiunt hanc eſſe communem opi. & Maranta in tract. de iudi.in 6.par.2.partis prin.ſuper 6.actu.n.22.Tertiò limitatur prædicta regula, ꝙ licet poſt atteſtationes publicatas non poſſint vlterius produci teſtes ſuper eiſdem capitulis , tamen poterit pars volens vlterius producere teſtes , nomina ipſorū teſtium dare iudici,& ſe abſentare,& iudex poterit tunc illos examinare pro veritate habenda,ſecundum doctrinam ſingularem Bald.in l.ampliorem. C.de appellat.quam approbat, & ſequitur Cepolla cautel.166.incip.regulariter, ſequitur etiam Pau.de ca.conſ.309.in caſu de quo quęritur.Rom.conſ.439. in caſu de quo quæritur,circa fi.& in repetitio.rub.ff.de arbit. Barb.in ca.ad petitionem, ext.de accuſat.& Alex.in l.4.§.hoc autem iudicium.ff. de dāno infect. Quartò dicta regula quod publicatis atteſtationibus nō ſunt alij teſtes recipiendi ſuper eiſdem articulis,debet intelligi,& limitari,niſi interueniat cōſenſus partium,ita tenet Abb. in d.c.fraternitatis,& Bart.in d. auth.at qui ſemel,quod dicit audacter teneri communiter Pariſius in d.c.fraternitatis. n.52. Quintò coarctantur prædicta, videlicet ꝙ poſt teſtium publicationem,teſtes debent admitti,quando teſtes de nouo reperti ſcirent rei veritatem,qui fortè tēpore publicationis reperiebantur in partib.valde longinquis,& remotis à loco iudicij,ſecundum gl.& doct.in l.admonendi.ff.de iureiu.ſed hoc non procedit,quādo per partes petitur teſtes de nouo examinari ſuper eiſdem articulis propoſitis ante publicationem.quia iſti teſtes facta publicatione recipi nō poſſunt,cùm immineat falſitatis timor, & ſubornationis.d.clem.2.& gl.And. & affli.in præcitata cōſtitutione iuris peritorum, &c. & nouiſſimè per regiam pragmaticam incip. quādoque ſolent,&c.reperitur ſancitum, ꝙ teſtes nouiter reperti poſt publicationem ſuper articulis in cauſa productis recipi nequeant. quam quidem pragmaticam latè ibi declarat Canenſis, & Seaglionus. Ampliaque iſtam regulam ita declaratam in tantum procedere quod teſtes recepti poſt publicationem proceſſus nullam fidem faciant,ſec.Bart.in d. auth.at qui ſemel,Abb.Imo.& omnes in d.c.fraternitatis,Io.Andr.& Butr.in ca.conſtitutus,de teſtib.& iſtam opi.dicit magis com. Ruin.conſ.164.n.4.vol.4. Viuius.

Teſtem exemptum à iuriſdictione iudicis , coram quo falſum teſtimonium depoſuit, poſſet ipſe iudex illum punire de huiuſmodi periurio ac falſitate tex.eſt,in l.nullum. C.de teſti. & l.2.& ibi Bal.C.de ſportulis,& Marſi.latè,in l.1.§.præterea, n.27.ff.de ſicariis, quodque procedit etiamſi iudex eſſet delegatus,qui quippe poſſet vti eadem punitione, ſec. Bart.& cæteros,in d.l.nullum,& in ca ſuper his de pœnis,& notant gl.in l.quæſitum.ff.de teſti.& in clem.1.de off.dele.Abb.& Deci.in c.præterea,c.tit.& Spe.in tit.de teſte,1. verſ.quid de delegato.

Aliqui vero doct.nō modicæ authoritatis,& præſertim Bald. inclinauere in contrariam ſententiam,in l.diuus Pius.ff.de falſis,per tex.ibi.vbi probatur hæc incidentia crimina in iudicio puniri nō poſſe ab eo,qui caret ordinaria iuriſdictione,Tamē 1.opi.vera eſt in delegato principis,& ſecunda ſentētia in delegato inferioris à principe,& cum hac diſtinctione ſenſerunt Io.Andr.in add.Spe.d.§.j.ver.quid in delegato,& ſic delegatus inferioris à principe non poteſt teſtem in caſu præmiſſo punire ſed tenetur eum remittere ad iudicem ordinarium, & eandem diſtinctionem ſequuti fuere Pan.& Anania in c.1.de crimine falſi,Fel.in d.c.præterea,Iaſ.& cæteri omnes, in l,1.§.qui mandatam.ff.de off.deleg.Marſy.in d.l.1.§.præterea,nu.27.& Marc.Ant.Blanc.in tract.de compromiſſis,in q.8.in ver,teſtes n.14. & denique conſtat apertiſſimè frequentiori iuris vtriuſque interpretum ſuffragio eſſe receptam,ſed in clerico deponente coram iudice laico falſum ex communi opi. docuimus s.in opi.clericus productus.nō poſſe per iudicem laicum puniri,ac eſſe remittendum ad iudicem eccleſiaſticum.F.Viuius lib.2.opi.279.

Teſtes eſſe poſſunt fœminæ,ac eorum teſtimonium admittitur, & recipitur in cauſis matrimonialib.ſaltem quando de matrimonio ipſo probando agatur,tex.eſt in c.ſuper eo, il ſecundo,de teſtib.& ibi tradit.Ab,in 3.no.& omnes.Henri.in c. quoniam e.ti.& iſta eſt com.opi.teſte Soc.iu.conſ.29.nu.8.& conſ.31.n.13.vol.2.& ita conſuluit Boer.conſ.40.n.58. cum aliis ſeq.& hoc ampliatur ſimiliter procedere quamuis tractetur de matrimonio ſeparando,ſec.Ab.in d.c.ſuper eo.n.3.no. Dec.conſ.163,ſub n.11.& conſ.342.n.1.Soc.d.conſ.31.n.18. & Zaſius no.conſ.2.3.4.& 5.lib.2.Ampliatur quoque hoc,& interpretatur vtiliter, ꝙ parētes in eademmet cauſa matrimoniali,ac coniugali ad teſtimonium admittuntur.d.c. ſuper eo, vbi hoc explicāt Im.Ab.Henr.Fel.Are.cõſ.13.& Pariſ.conſ.55. n.28.& conſ.58.vol.4.ideoq́; apparet patrem, matrem, ſororem, & reliquos cognatos ad teſtificandum admitti in cauſa coniugali,ac matrimoniali,arbitrio tamē iudicis,qui cautè ꝑpendet quanta iſtis teſtib.fides adhibenda ſit,ex qualitate cauſæ pendentis, & ex cognitione pari ſeu diſpari perſonarum, quod notat Hoſt.&Fel.poſt alios relatos per eum,in d.c.ſuper eo.Lanf.in c.quoniam,ver.teſtes,n.49.de probatio.Are.conſ. 82.Soc.conſ.17.vol.1.& Alc.in tract.de præſumptio.regu.1. preſumptio.2.n.4.&opi.iſtam ſequitur quoque,& inquit eſſe communem Soc.in tracta.fallentiarum,in reg.427.inci.teſtes parentes pro liberis.n.6.& ſcripſimus latè s.in 1.par.in opi.teſtificari,vel teſtis eſſe non poteſt pater pro filio. F.Viuius lib. 2.opi.280.

Teſtes ante litem conteſtatam produci nō poſſunt,& producti eorum dicta nō recipiuntur aliquo modo.ſed benè poſt conteſtationem litis prædictæ,ca.quoniam frequenter.vt lite non conteſt.vbi hoc firmant,& tenent Io.And.Inn.Ant.Butr. & Im.Bar.in l.de ætate,n.3.ff.de mino.& Lanfr.in c.quoniam contra,in ver.teſtes,n.53.& ſeq.de probatio. vbi fatetur iſtorum opi. eſſe cōmunem,& eam approbat, & vtiliter limitat, in 13.caſib.Soc.in tract.fallentiarum,in reg.242.inc. lite non conteſtata,& pleniſſimè Lanfr. in loco præmiſſo. F.Viuius lib.2.opi.281.

teſtes admittuntur pater,& mater ad probādum ſuper ętate filiorum, nō ob hoc faciunt plenam, nec ſemiplenam probationē, ſed aliqualem præſumptionem,& inſtructionem iudici, ſm gl.in l.etiam.ff.de prob.Io.And add,Specu. §.1.in tit. de teſti.Bart.in l.de ætate.ff.de dam.infect.& Soci.in tract. fallen.in reg.427.exordiente teſtes parentes pro liberis,n.8. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opi.& Lanf.in c.quoniam contra,in ver.teſtes,n.59.poſt medium,de probatio. Aliqui verò doct.aſſeruerunt cōtrarium, quos recenſuimus in 1.part.ver. teſtificari,vel teſtis eſſe non poteſt pater pro filio in 2. limita. poſt prin. F.Viuius lib.2.opi.282.

Teſtes nulliter recepti per iudicem : poſſunt,& debent iterum examinari,etiam poſt publicationem,ſecūdum gl. Card. Floren.Ancha.Ant.Io.Ligna.& Imo.in clem.2.in ver.ritè recepti de teſti.gl.fi.in ca.cùm cauſam,ex eo.tit.vbi idem voluit Hoſt.Io.And.in fi.Bald.Anch.Ant.& Imo.Spec.in tit.de teſte. §.1.ver.quid ſi idem teſtis,& ſeq.& ibi pariter Io. And.in add. Bart.& Bald.ĩ auth.at qui ſemel.C de prob,Bar.in l.qui per ſalutem,in fi,ff.de iureiu.& Alex.ibi.n.2.qui præſupponit iſtam eſſe com.opi.& Iaſ.qui latè hoc proſequitur,Imo.ĩ c.per tuas, de teſti.Fel.in c.in literis,de of.deleg.& Iaffr.Lanfr.deciſ.384. quando examen teſtium eſt nullum,& ſcripſimus in 1.part.in opi.teſtes poſſunt regulariter produci vſque ad publicationē in cauſa,in prima limitatio.vnde ſi teſtis ipſe culpa iudicis minus rectè examinatus ſit, & eius receptio etiam poſt publicationem teſtium iterum examinari poſſet,ſecùs autem ſi culpa partis id factum fuit vt per gl.in d.ca.per tuas,& ibi Imo.Pan. & omnes alij communiter.Ang.& Iaſ. qui alios citat in ſexto notab.in l. ſi quis ex argentariis. de eden. F. Viuius lib.2.opi.283.

Teſtificari in criminalibus negotiis contra clericum non poteſt,qui tale vitium corporis patiatur,quod à promotione, & ſacerdotio repellat, & ſic mutilati membris, ſeu corpore in teſtes aduerſus clericos non admittuntur,ſec.Abb.antiquum Fel.Deci.cæterosq́ue,in c.1.de excep.& omnes in c.ipſi Apoſtoli,vbi à Gratiano Fabiani decretum adducitur.2.qu.7.ſcripſit Fabianus Papa epiſtola.2.ad epiſcopos orientales non fore teſtem idoneum in criminali cauſa cōtra ſacerdotem eum qui clericus non ſit,nec clericus eſſe poſſit,& opi. iſtorum ſequitur quoque Bald.in ſua margarita,in ver.mutilari,& Marſ. in pract.crim.§.nunc videndum. num.52.& communem eſſe ſcribunt Felyn. & Deci. in dicto capit.1. F. Viuius libr.2. opi.290.

Teſtibus vniuerſitatis an plene credatur?in hoc reperio varias doct.opiniones,& in primis Bald.conſ.468.qualiter,n.6. volu.3.tenet quod ſi teſtes non ſentiunt commodum, vel incommodum immediatum poſſunt pro ſua communitate deponere,& ſecundum eum ita doct.communiter ſentire vidētur,& idem firmat Rom.conſ.7.n.4.& Gerard.ſing.24.vtrum ciuis, vbi diſtinguit, aut nō litigatur principaliter de vtilitate ſpectante ad ciues & ſunt idonei teſtes, tex.eſt in §.legatarius, inſti.de teſta.aut quæſtio eſt ſuper re principaliter ſpectāte ad commodum, vel incommodum ciuium, & non ſunt idonei teſtes.l.omnib.C.de teſta. & opi. iſtam ſequuntur complures alij relati per Coua.in ſua pract.c.18.n.4.& meminit communem eſſe.Altera fuit opi.Fulg.in conſ.174.vbi dicit,& concludit communem eſſe opi. ꝙ teſtes de vniuerſitate in cauſa ſuæ vniuerſitatis admittantur ad teſtificandum, quando ex victoria nullum ſunt habituri commodum,idemq́ue voluit Corn. conſ.333.n.27.libr.1.ſubdens ibi hoc vtile verbum quòd nō conuenit inſtare, an ſint integri,ſicut alij. aliam etiam reperio ſententiam Lanf.in c.quoniam contra,in ver.teſtium,n.121. de probat.quod ſi illud ſuper quo litigatur ſingulorum commodum cōcernit,vt puta ſi verſatur lis ſuper nemore, in quo quilibet accipere poteſt ligna pro vſu ſuo, & detinere animalia ad paſculandum, & tunc vnus de vniuerſitate non poterit pro ea teſtificari,& idem firmat Bertr.conſ.51.nu.1.vol.2.Pariſ.conſ.27.nu.98.& conſ.104.nu.135.vol.1.& Gram.conſulendo conſ.ciuili.67.n.1.& ſeq.vbi explicat ita in ſacro Regio ſenatu Neap.obtinuiſſe,& affli.deciſ.440. vbi refert fuiſſe determinatum,in d.ſacro concilio,in caſu præmiſſo nullam eſſe faciendam vim in teſtib.vniuerſitatis,& iſta eſt com.opi.teſte Coua.in d.c.18.ſub nu.4.vbi hoc latè explicat,& Petro de Benintendis deciſ.70.vniuerſitas caſtri regumagni. nu.7.& ſeq. atque de eius veritate,& interpretatione latè ſcripſimus,in 1. par.opi.teſtes de collegio, vel vniuerſitate ſeculari nō probāt pro ea,per totam.Alia vero fuit opi.Guid.Pap.conſ.194.in fi. vbi voluit illos de vniuerſitate poſſe pro eorum vniuerſitatibus deponere, licet reportarent commodum in vniuerſo per no.Cy.& doct.in l.parentes.C.de teſt.& hoc idem expreſsè firmat Marſ.in l.1.§.ſeruum municipum, n.1.& ſeq. ff.de quæſt. vbi aſſerit omnes doct. tenere illos de vniuerſitate poſſe teſtimonium ferre in cauſa ſuæ vniuerſitatis, quia nullus de vniuerſitate dici poteſt deponere in cauſa propria, cùm aliud ſit vniuerſitas,& aliud ſinguli de vniuerſitate, & ſequitur quoq; Dec.conſ.343.nu.4.& communem eſſe aſſerit,& Coua.vbi s. Poſtremò,& vltimò in alia opi.fuit Alex.conſ.99.nu.16.libr. 5.quem ſequitur Capic.deciſ.153.n.6.quod teſtes de vniuerſitate in nemorum litibus admittantur ad perhibendum teſtimonium,quando daciariis aliquid pro lignis ſoluunt,& ſimiliter Alex.conſ.68.nu.16.vol.2.firmat, ꝙ vbicunque in cauſa vniuerſitatis eſt quæſtio de molendino, ſeu de aliis rebus quarum vtilitas in cōmuni peruenit,& tunc homines illius erunt idonei teſtes,& eiuſdem ſententiæ fuit Io. de Amicis conſi.8. n.25.& ſeq.vbi nu.30.ſcribit iſtam eſſe veram,communemq́; opi.& ſic magis communis & vera opi.eſt quòd teſtes de vniuerſitate poſſunt pro ea teſtimonium ferre,quando vtilitas in communi peruenit,& quamuis & malè.contra iſtam communem Cepol.in tract.ſeruit.ruſt. præd.in tit.de iure paſcendi.n. 11.& ſeq.& Gram.in d.conſ.77.n.2.poſt alios cumulatos per eum aſſeuerent quòd prædicti teſtes vniuerſitatis nō ſentientes commodum,vel incommodum,in ſpecie probent pro ea tamen eis non plenè credendum eſt, nec erunt idonei teſtes, & in ſententia hac videtur reſidere Couarru.in dict. capit. 18. ſub num.4.cum quadam admonitione,quam ipſe facit iudici





ſatis tuta,ſed ſuaſio iſtorum doct.parum, aut nihil me mouet ad diſcedendum à memorata cōi, quæ eſt veriſſima, & eam ſequendam fore in iudicando, & conſulendo, prout ei inhæret dec.in d.conſ.342.nu.4. ac fatetur carere difficultate atq; diſcrepantia.Io.de Amicis,in d.conſ.8.nu.30.& ita determinauit quoque Rota Bononienſis,teſte Petro de Benintendis.in d.deciſ.70.in fi. F.Viuius lib.2.opi.293.

Teſtes monachi, ac fratres minores poſſunt adhiberi in teſtamento, in quo eorum monaſterium hæres inſtitutum ſit, & ſic in hoc teſtamēto,&in alio in quo fieret legatum,ſeu donatio monaſterio pro fabrica eccleſiæ eſſent monachi,fratreſq́ue mendicantes ipſi idonei teſtes,c. inſuper, ext.de teſtib.& ita voluerunt gl.in § cogitandum,in ver.teſtes,in auth.de monachis,ſpec.in ti.de teſte.§.1.verſ.quid de moñacho,& Io.Andr.ibi,in addi.Bart.in l.in tantum. §.vniuerſitatis,circa fi.ff.de rer.diuiſ. & in ſua minorica Bald.per tex.ibi,in c.nuper,de teſtib.Fran.Aret.conſ.160. longa eſt iſta concluſio, Ac. & Bald. in repeti.l.primæ.C.de ſacroſ.eccl.q.3.tertiæ par.Ferrar.in ſua pract.Papien.in form.iuramenti teſtium,nu.32.& ſeq.vbi meminit ita conſuluiſſe Ang.Peruſinum,Fran.de Ramp.& Bart. de Sali.ac obtinuiſſe in contingentia facti,& opinionem iſtorum ſequuntur quoque,aiuntq́ue indubitatam eſſe de iure canonic.Fab.Aret.& grauiſſimus iureconſultus D.Thobias Nonius,n.7.& ſeq.in §.ſed neque hæres,inſti.de teſta.vbi eam tuetur, atque optimè declarat. item monachus, ac frater minor poteſt eſſe teſtis in iudiciis,ſec.gl.in d.§.cogitandum,ſed hoc falſiſſimum apparet,præſertimq́; de iure canonico,vt extr.de cleri. & mona.per totum,& ſic tam monachi,quàm clerici in iudiciis teſtes recipi,examinariq́ue nequeunt abſque ſuperioris eorum licentia,vt firmauit ſpec.in d.ver.quid de monacho Albe.in auth.ſi dicatur.C.de teſtib.Lanfr.in c. quoniam contra,in c.8.de teſtibus.nu.87.de proba.& Io. de Amicis conſil. 77.nu.17.& ſeq.vbi conſuluit ꝙ de licentia prædicta debet apparere in actis,aliter monachus examinatus nihil probat ſecūdum eum,& eſt veriſſimum.& ſimiliter ipſe monachus in cauſa monachi teſtis adhiberi poteſt,ſec.gl.in d.§.cogitandum.& ita ſe habet communis obſeruantia,& conſuetudo, teſte Nata,in repet.§.ex imperfecto.ſub nu.181.ſubdente ibi.quod eſt valde rationabilis,nam ſolent à teſtatoribus adhiberi,tanquā legaliores ſub ſpe quod eorum voluntates non reuelent. F. Viuius lib.2.opi.284.

Teſtes interrogari non poſſunt ſuper interrogationibus, per quas eorum turpitudo detegitur,nec tunc reſpondere tenentur,can.quis aliquando.§.non tibi dico,de pœnitentia.diſtin.1.nam teſtis interrogari nequit, an cōmiſerit homicidiū, ſec.gl.in c.1.de except.verſ.confeſſi.vbi refert nuſquam vidiſſe hoc fieri,& hoc non mirum,ſiquidem iniqua,atque iniuſta eſt huiuſmodi interrogatio,etiamſi crimen publicum ſit & teſtis infamatus appareat,vt per imo.& fel.nu.10.in c.cùm cauſam,il 1.de teſtib.poſt.inn.in c.2.de confeſſ.& quamuis, circa iſta fuerit interrogatus teſtis, & reſponderit. nihilominus parum,aut nihil prodeſſet, ac releuaret, quoniam erit repulſandus, & ſimul repellendus à teſtimonio. ſecundum Bald.in l.ſi duo patroni.§. idem Iulianus.ff. de iureiur.in fi.Henr. Aret.& alios,in c.inquiſitionis.§.tertiæ,de accuſa. alios verò caſus circiter 27.in quibus quis interrogationibus reſpondere non cogitur,recenſuit Lancel.Conrad.in pract.ſeu tract.de decurio. lib.1.c.9.de prætore.§.2.tit.de interrogatione.nu.5.cum aliis ſeq.ſed ex iudicis officio paſſim interrogatur teſtis, num ſit conſanguineus,& cuius ætatis, & pariter interrogari permiſſum cenſetur an ſit inimicus litigantis,nam inimicitia ſine culpa,turpitudineq́; ipſius teſtis contingere poteſt, vt firmauerunt gl.Io.And.Henr.fel.& cæteri communiter,in d.§. tertiæ. De his verò,ex quibus nulla ipſius teſtis turpitudo apparet interrogari poteſt,ac reſpondere tenetur,ſec.gl.in c.quærendū. 2.q.6.& in d.ca.cùm cauſam,in verſ. de cauſis,quam ſequuntur abb.& omnes communiter,vt recitant fel.ibi num.10.& Alex.in d.§.idem iulianus. F.Viuius lib.2.opin.285.

Teſtes eſſe non poſſunt infames infamia facti,& ſic omninò à teſtimonio repelluntur,ſec.doc. omnes variis in locis iuris noſtri.& Albe.Roſa. in tract.de teſtib. in §.conſequenter, nu.7. & ſeq. vbi dicit iſtam eſſe communem opi.in negocio criminali, mixto,vel ciuili graui. & in cauſa ingratitudinis,de quibus : cr Soci.in regula 415.& ſeq. & pariter aſſerunt nihil probare.Sed in ciuilibus admittuntur vt copioſè docuimus, in hac ſecunda parte.in opinione teſtis eſt idoneus infamis,eſt benè verum ꝙ eis diminuitur de fide, vt ſi viles perſonæ ſint, etiam eis fides non adhibeatur abſque tormentis, ſecundum Bar.in l.cunctos populos,nu.12.C.de ſum.trini. atque voluit poſtremò abb.in c.teſtimonium,nu.6.de teſt.& iaſo.in l. prætor.§.cogentur,nu.7.ff. de eden.teſtes ipſos de facto non fore omni exceptione maiores. F.Viuius lib.2.opi.286.

Teſtes eſſe non poſſunt meretrices in cauſis criminalibus, ſec.gl.in l.3.in verſ.l.Iulia,ff.de teſtibus,inn.in ca.cum P.Manconella,de accuſ.Card.Alex.in c.tanta,de ſimon.marſ.in prac. crim.in §.diligenter.nu.139.& iaſ.in l.cunctos populos, in 2. lect.nu.54.C.de ſum.trin.vbi meminit iſtam eſſe com.opi. & ita conſuluit Alex.conſ.11.vol.1.& Fran. de Placentia conſil. 84.n.8.poſito inter conſilia crim.diuerſorum collecta per Io. Bapt.Zilett.in 1.vol. & huic ſententiæ inhæret quoque Lancell.Conrad.in pract.ſeu tract.de decur.lib.1.ca.9.de prætore. §.2.n.17.ſimiliterq́; concubina in cauſa ſui amaſij minimè ad teſtificandum admittitur,vt voluerunt Bald.& Sal.in l.etiam, in fi.C.de teſt.& Bald.in c.in literis,de teſt.licet,& malè. Ang. ſenſerit contrarium,in l.2.§.ſi vir.ff.ad Silla. F.Viuius lib.2. opin.287.

Teſtes deponentes titium poſſediſſe decem annis,nullamq́ue mentionem facientes determinatam de quibus non probant præſcriptionem, niſi deponant de eodemmet tempore, & eiſdemmet annis, vnde allegans ipſam præſcriptionem ad fundandum eius intentionem, articulare atque probare debet,quod decem annis poſſedit inchoatis tali die, & completis tali tempore,aliter teſtes deponendo ꝙpoſſidere viderunt decem an.ipſum titium, nec ſpecificent, ac oſtendant de quibus an.abſque dubio nihil probant,quia ignoratur an voluerunt deponere de eiſdem an.an de aliis,ſec.Bart.in l Celſus.ff. de vſuc.n.27.& 29.cui inhærent Bal.in l.fi.C.de edi.diui Adr. toll.Aret.inſti.de vſuc.in prin.Bald.& Ang. in l.ſuper longi.in fi.C.de præſcr.longi tempo.Alex.conſ.51.circa fi.& conſ.72. vol.1.& copioſè Balbus cum aliis relatis per eum,in rep.poſita,in fi.ſui tractatus,de præſcr.d.l.Celſus,q.6.nu. 18.cum aliis ſeq.vbi deducit iſtam eſſe communem opi.& Lanfr.quoque in c.quoniam contra,de probatio.in c.8.de teſtib.nu.94. F. Viuius lib.2.opi.288.

Teſtes quinque omni exceptione maiores requiruntur neceſſariiq́; ſunt ad probandum felloniam,ſeu ingratitudinem contra vaſallum,tex.eſt in ca.1.quot teſtes ſunt neceſſ.ad proban.& c.quem quidem tex.non fore authenticum,neque ſeruari aſſeuerat cum aliis relatis per eum,moder.in conſuet.Pariſ.de feud.§.10.ſed illum tex.eſſe authenticum,habereq́; plenam fidem, ſicut cæteræ leges, atque pro lege ſeruari voluerunt omnes doct.vt inquit Iac.de feud.in verſ.dictiq́; vaſalli,il 1.num. 55.& ait eſſe communem ſententiam omnium Bertr. conſ.115.nu.31.vol.5. F.Viuius lib.2.opi.289.

Teſtis vnus ſemiplene probat.commune ponunt curt.iun. conſ.122.n.5.&latius agens de materia Fran.Vi.li.1.opi.422. cum ſeq.Quamobrem ſi quis ſe per vnum teſtem ſoluiſſe probet, quæ mutuò accepiſſe duobus teſtibus conuincitur, in probationis explicationem iurabit.commune inquit curt. in l.admonendi.nu.305.ff. de iureiur. Intellige tamen ac perpetuò recordare, deduci ſemper,ac probari debere, hunc vnum teſtem omni exceptione maiorem eſſe,vt commune rectè ac latè ponit Vi.d.opi.422.Intellige ſecundò,ꝙ ſi partes conſenſerint,vt huic vni teſti integra fides adhibeatur,integram fidē ille faciet.commune aſſerit iaſ.in l.1.§.vlt.nu.8.ff.de verb.ob. Fran.Vi.d.lib.1.opi.423.Intellige tertio,quod in criminalibus tum demum,& ad inquirendum,& ad torquēdum ſatis vnus teſtis erit, ac legitimum ad ea omnia indicium ſuppeditabit, cum omni exceptione maior erit.commune inquiunt Ruin. conſ.156.nu.3.lib.5.Carrer.in pract.crim.nu.100.Viuius vbi ſupra I. Clar. in pract. §. vltimo. q. 21. verſ. vnus teſtis.& q. 22. verſ. vnum tamen ſcias. Alioquin autem teſti vnico, etiam de re à ſe geſta deponenti,fides nec in ciuilibus cauſis adiungitur. commune proferunt Boer. dec. 221. nu. 17. Viui. d. libr. 1.opi. 394. Amplia, quamuis princeps ſit commune ait rectè explicans Iulius Clarus in practi. §. vltim. quæſt. 53. verſic. pen. Limita, niſi ſi illius teſtimonium nulli alij,quàm ſibimet nocere queat,vt verius, & receptius alicubi diligenter oſtendo. E.Suarez.

Teſtis idoneus atque aſſiduus habetur mutus, ſi literas exarare nouit. commune ponunt præpoſ. in capit. cum apud. de ſponſ. Rip. in l.1. nu. 34. & nu. 37. ff.de verb. obl. Hipp. in l. de minore. §.plurium.nu. 8.ff.de quæſt. Item ſpiritalis parens abſque dubio teſtis erit.commune inquit Alex.de Neuo.conſil.20 nu.7.etſi maior omni exceptione non exiſtimetur commune ponit Viui.latè de materia agens lib.2.opi.293.Monachus præterea luculentus teſtamento teſtis erit, quāuis in eo vel hæreditas,vel legatum aliquod ipſius cœnobio relinquatur.cōe inquit dec.conſ.72.in cauſa,quæ agitur.in pr.li.j,Thobias in §.ſed neq; hæres.n.7.& ſeq.inſt.de teſt.In ciuilibus aūt

&aliis cauſis nec ipſe,nec clericus alioquin admittetur,quàm ſi de facultate dicendi teſtimonij illis facta ꝯſtiterit. cõe pronunciat Io.de amicis conſ.77.nu.17.ſed & patruus pro conſobrino & conſobrinus pro conſobrino teſtis eſſe poterit.commune affirmant Lanfr.in c.qm̃ ꝯ.in ver.teſtes.nu.58.de prob. Rurſus ſocius pro ſocio in cauſis ciuilibus regulariter teſtis appoſitus ducitur.commune aiunt Thobias in §.legatariis.n.11.Inſti.de teſta.Fran.Vi.li.1.opi.361.in finem.Pupillus quoque etſi teſtis eſſe nequeat,tamen poſtquam ad maiorem ætatem peruenit,de iis teſtimonium dicere,quem proximus pubertati nouit,nõ impeditur.cõmune effantur Aret.in l.teſtiũ. C.de teſti.dec. & ad eum Chuchalon in l.fœminæ.§.item impuberes.ad fi.ff.de re.iur.Viui.d.li.1.opi.369.I.Cla.in pract.§.vlt.q.24.verſ.vidi quandoque.Item fideiuſſor pro reo principali locuples teſtis cenſebitur, cum principalis reus ſoluendo eſt,&fideiuſſor ipſe excuſſionis beneficio nõ renunciauit.cõmune produnt iaſ.in l.ſi cui.§.vlt.ff.de leg.lib.1.& vir nobis amiciſſimꝰ ac multis nominibus chariſſimus Io.Ronchegallus in l.reos.n.53.ff.de duob.reis.Pauper etiam quiuis ob paupertatem à dicendo teſtimonio non arcetur.commune aſſeuerãt iaſ.in auth.præterea.C.vnde vir & vxor.Bennincaſ.in tract.de pauper.q.4. Tametſi maior omni exceptione non reputetur. commune ponit Fran.Vi.d.opi.391.Quamuis etiam in cauſis criminalibus idoneus teſtis non exiſtimetur.vt commune dicunt Soc.reg.289.n.2.& ſeq.Io.de Amicis conſ.78.n.9.I.Cla. in d.§.vl.q.24.ver.quæro etiam.Frater porrò pro fratre in cauſis ciuilibus teſtimonium iure dicet , niſi vel in eadem patris poteſtate vterque adhuc ſit, vel vnus atque alter coniunctim habitent.commune efferunt Conrad.in tract.de decurio.li.1. c.10.§.2.ver.fratres.n.45.Thobias in § ſed neque hæres.nu.1. cum ſeq.Inſt.de teſta.vel etiam cauſa ardua ac magni ponderis & momenti ſit.nam in ea indiſtincte atque omnino à teſtimonij dictione repelletur commune ait Soc.conſ.17.ſupradicta cauſa.verſ.quoniam iſta.lib.1.In criminalibus autem non aliàs quam ad fratris defenſionem teſtimonium illius admittitur.commune proferunt idem Thobias vbi ſupra n.2.Viui. d.lib.1.opi.484.Sed item mulier vel in matrimonij etiam ſeparãdi cauſa teſtis locluples habetur.commune ait Did.à Coua.de ſponſ.2.part.c.8.§.vlt.nu.8.verſ.non in hac.Et quamuis leuis ſit conditionis ac famæ mulier regulariter in cauſis etiã capitalibus teſtificatur. commune inquit Alex.conſ.11.circa primum.verſ.circa quartum lib.1.quin & teſtis, qui alioquin idoneus non eſt,ſi ex facti natura alij haberi non poterunt, regulariter , ac generaliter admittetur. commune interpretum dogma eſſe literis tradiderunt dec.conſ.343.n.8.I.Cla.d.q.24. verſ.ſciendum eſt. habebitur itẽ idoneus teſtis ad innocentiã delinquentis probandam,qui aliàs idoneus non eſt.commune dicit Ant.Gomez.non de nihilo contrarium abiens,de delict.c.12.n.23.ac Viuius d.lib.1.opi.259.Memineris denique hac in materia , quod teſtis idoneus non ideò improbabitur, quia de tempore, vel ſuapte ſponte non deponat,vel rogatus recordari ſe de illo neget,ſi tempus de ſubſtãtia non ſit. com. inquit Alex.conſ.cxxxlv.viſo proceſſu.verſi. nec obſtat lib. 7. Quod tamen non procedet ſi aliũde ſuſpectus is teſtis habeatur,iuxta veram reſolutionem Sali.in l.teſtium,q.7.C.de teſtibus. E.Suarez.

Teſtis,qui in vna depoſitionis re falſus conuincitur,in tota teſtimonij dictione fidem amittit.commune aiunt Alex. conſil.152.libr.7. dec.conſ.105.Alex.rurſus conſ.44. & conſ.45. libr.2.conſ.28 lib.6. ac Pariſ.conſ.88.n.82.lib.2.latè,& accuratè I.Cla.in pract.§.vlt.q.52.verſ.ſed quæro cum ſeq. idem.

Teſtes poſt omnes terminos, ſeu dilationes partibus præfixas,vel præfixos reiiciendi ſunt à proceſſu.& cũ expenſis,niſi iureiurando pars affirmaret ad ſe de nouo perueniſſe dictos teſtes,vt per Barto.in l.mancipiorum. §.vltimo hæc.ff.de opt. lega.per tex.in ca.paſtoralis de exceptio.& in c.cùm dilectus, de fide inſtr.abb.fel.& alios in d.c.paſtoralis,& idem fel. in c. licet,de proba. quorum opinionem tanquam communem ſequuntur doct.in d.c.paſtoralis.&Roma.conſ.225.& communem ſcribit conrad.in tract.5.de decurio.lib.j.c.9.nu.47.fallit iſta ſententia non habere locum , quando teſtes intra terminum datum iurant,& poſt decurſum terminum deponunt ſe fuiſſe iuſta cauſa impeditos ad deponẽdum.tunc.n.deponendo iſti teſtes poſt terminum tranſactum eorum depoſitio valeret, & teneret, ſecundum Bal. in l.ſi quando. C. de teſt.& in rub.C.ſi ex falſ.inſtr.& iſta eſt com.opi.teſte Boerio dec. 294. n.19.& curt.in tract.de teſti.in 33.concluſione, vbi ſubdit ita practicari in curia Romana , & hanc communem opi.conſulendo ſequitur,atteſtatur ſimiliter & limitat in quinque caſibus Iac.Mancelli in patrocinio,ſeu conſilij.per totum,&vide per Bart.&Alex.in l.damni.§.Sabini.ff.de dam.inf.& Lanfr.de Oria.in repeti.c.quoniam contra,de proba.in c.8.n.14. Ratio dictæ communis opinionis videtur hæc. quia depoſitio prædictorum teſtium refertur ad tempus iuramenti,vt tenet Barto.in repetitio.l.2.Roma.conſ.343.& abb.in ca.licet cauſam, de proba. Sed in regno habemus ritum magnæ curiæ vicariæ incip.item quod in quibuſcunque,quo cauetur ꝙ per tres dies poſt terminum teſtes poſſunt iurare,& deponere.dummodò fuerint citati in termino, & habemus ſimiliter pulchram doctrinam Bal.l.fi. C.de fideic. quod poſt terminum præfixum, ac conceſſum partibus ad probandum admittitur,qui vult in continenti probare,non ſolum per inſtrumẽta, verùm etiam per teſtes, tanquam ſ. id videatur probatum intra terminum, quod poſt incontinenti probatum eſt,idem vult ipſe Bal. qui tamen limitat in l.diffamari. C. de inge.manum. quod ſequitur & commendat iaſ.in l.edita. C.de eden.verſ. quinto,facit quòd ſignanter, & in l. non ſolum. §. morte. ff. de noui oper. nuntiatio. F.Viuius.

Teſtes in iis,quæ percipiuntur ſenſu corporeo, non autem iudicio intellectus non debent ſuapte natura ſcientiæ cauſas dicere,niſi ſuper eis fuiſſent interrogati,quia verboſi eſſe non debent,ſecundùm doctrinam Io.Andr. & doct.in c.cùm cauſam extrà,de teſti.ſpec.in tit.de teſte §. 1.verſ. item quod non prohibet teſtimonium,Bald.& doc.in l.ſolam.circa fi.C.de teſti.Ang.in l.qui teſtamento.§.fi.ff.de teſta.& in l.cum ij. §.vult igitur.ff.de tranſac.& iſta eſt com.opi. teſte Zaſ.lib.2.Reſponſorum,ca.6.moder.in d.c.cùm cauſam.Vnde ſi teſtis deponeret ſuper iis,quæ non ſunt iuris,ſed quæ ſunt facti directo perceptibilia per ſenſum corporis,tunc indubitanter, ſecundum præallegatam communem valeret dictum teſtis abſque rationis aſſignatione,niſi fuiſſet aliquo modo per Notarium interrogatus:ſecus verò ſi teſtis deponeret ſuper iis quę ſunt iuris, quia tunc vltrò etiam non interrogatus debet aſſignare rationem,cauſamq́ue ſcientiæ ſui dicti.aliàs non probaret,v.g.ſi deponeret ſuper mutuo, quod nõ caperetur ſenſu corporis,ſed potiùs iudicio intellectus,quare tenetur aſſignare rationem, quæ concluderet,ſecundùm Bart.in l.j.C.de vſuris,& in l.nec codicillos,C.de codicillis.& in d.l.ſolam,& communiter omnes ſcrib.in l. 1.ff.ſi cert.peta.vbi curt.atteſtatur de dicta communi,nu.19.& Zaſius in præallegato lib. 2. reſponſorum, ca. 7.licet eam præcipitanter, more ſuo, impugnet pluribus mediis, quæ non indigent reſponſione aliqua his accedit ꝙ examinator, ſeu Notarius, qui non interrogauit teſtem de cauſa ſcientię,prout tenetur iuxta tex.& quę ibi habentur d.c.cùm cauſam an teneatur ad intereſſe parti. vide abb. latè declarantem in d.c.cùm cauſam, verſ. circa quod &c. & vide ſimiliter in conſtitutione regni incip.in pecunia.vbi habetur ꝙ ſi tabellio doloſè non interrogauit teſtem de cauſa ſcientiæ, tenetur parti ad intereſſe , & curiæ ad pœnam.Idem videmus in teſte deponente ſuper fama publica,quia ad probationem famæ requiritur ꝙ teſtis etiam non interrogatꝰ vltro aſſignare debeat rationem dicti ſui,vt per inn.Io.And.& alios communiter in c.cùm oporteat,& in c.qualiter,& quando,extr.de accuſ.Anto.de Bu.in c.licet,eo.tit.& in c.ſuper hoc,ext. de renun.Bar. in l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſt.Ang.in l.ea quidem.C. de accuſ.Bal.in l.ſolam.C.de teſti.& in ſuo peculari inn.in verſic.teſti.non credimus,vbi huius dicti aſſignat rationem quia fama debet habere ortum ab honeſtis,& fide dignis,d.c.qualiter & quando , ideo ſciri non poteſt , niſi teſtis deponens de infamia , ſeu bona fama adiiciat plenam , iuſtamq́ue cauſam ſcientiæ , & ſic oportet ꝙ teſtis aſſignet cauſas probabiles , ex quib. populus fuerit inductus ad ſic credẽdũ, aliter diceretur vana vox populi non exaudienda l.decurionum.C.de pœ.& declarat Bar.in d.§ tormenta,Bal.in l.proprietatis. C. de proba.& in l.diffamari.C.de ingen.manu.Ant.de But.in c.veniẽs. 1.ext.de teſti.& Sal.in l.quidem.C.de accuſ.& iſta fama(nota) debet probari apud maiorem partem populi,ſe:.Bar.Salic. & Ant.de But.in locis præcitatis,& ſic ad hoc,vt dicatur fama ꝓbata , requiritur , quod teſtes deponant ſe audiuiſſe à maiori parte populi,& iſta eſt com.opi.teſte curt.iu.conſ.172.n.9.& imol.in l.hæredes palam,in prin.ff.de teſta.Rota vero Romana ſequuta eſt Bal.in c.prætereà de teſtib.videlicet ſi teſtes ipſi deponerent publicè dici audiuiſſe, famam probent teſtes. refert Caſſado.deciſ.3.tit.de prob.Vnde ſi teſtes dicerent,ac deponerent ſe audiuiſſe à multis,non probarent ob hoc publicã famam quia multi dicuntur duo.l. 1.§ hoc reſcriptum,vbi gl. ff.ad Sillan.Bart.in d.§.tormenta.& Sali.& Ang.in d.l. ea quidem.& idem ſi diceretur inter homines audiuiſſe,dictio.n.inter,verificatur in duobus.l.inter illa.ff.de ver.ſig.& idem ſi teſtes ipſi dicerent à pluribus argumento c.pluralis. de reg. iur. in 6.Idem



in 6. Idem concludendum eſt quando neſcit à quibus dicere audiuit,ſec.Bart.in d.§.tormenta, Inn.in d.c.qualiter,& quando,Spec.in tit.de inquiſitio.§.nũc tractemus:caſu autem quo interrogetur teſtis,quid eſt fama, & reſpondeat, quod eſt audire ea,quę audiuntur per iſtum,per illum,quia appareat eum non intelligere, quid ſit fama publica, non probabit illam,ita Bar.in d.l.1.ff.ſi cer.pet. Bal.in l.1.ff.de iis,qui ſunt ſui,vel alie. iur.& in rep.l.data opera.C.qui accu.non poſ.Imo.in l.ſtipulatio iſta.§.hoc quoque. ff.de verb.oblig.& iſta fama (aduerte) probatur per duos teſtes,ſecund.doct.præcitatos, & eſt communis opi.vt per Sal.in d.l.ea quidem,& Dec.conſ.272.nu.4. F.Viuius.

Teſtes non poſſunt examinari parte non citata ad videndum eos iurare, text. eſt expreſſus in c.in nomine Domini, de teſti.c.in primis.11.q.1.in l.iudices.C.de fide inſtru.& ibi Bal. Ang.ſaly.& Paul. Caſt.& in l.ſi quando.C.de teſta.vbi omnes doc.not.idemq́ue videmus in cauſis criminalibus.nam teſtes Fiſci recepti ad inquiſitionem alicuius delinquentis repetẽdi, ac examinandi ſunt neceſſario conteſtatione litis facta,ac termino dato ad probandum , & parte citata ad videndum iuramenta ipſorum teſtium,aliàs non probant, ſec.Bar.in l.fin.in fi.ff.de q.Bal.in l.iubemus,C.de prob.Ang.in rep.l.ſi vacantia. C.de bo.vac.lib.10.Ang.Aret.partem practica in tract.malef. in ver.fama publica.ſaly.in l.fi.C.de q.Affict.in conſtitutione humanitate.in 5.not.& latè Marſ.in d.l.1.ff.de q.nu.7.& Foll. in ſua pract.crimi.in 3.part.3.part.in ver.ſi confitebuntur,nu. 40.cum ſequ.vbi hoc limitat : & interpretatur vt non ſolum pars ipſa eſt citanda ad videndum teſtes produci , & iurare. c. 2. de probat. in antiq. ſed etiam ad illorum examinationem, cum examinatio & depoſitio magis poſſit preiudicare quàm iuramentum,arg.l.de vnoquoque.ff.de re iudi.&ita obſeruat communis practica,ſed huiuſmodi citatio non debet eſſe peremptoria,vt per Bart.in l.ſi finita.Iulianus.ff. de damn.infect. Io.And.in c.conſuluit. de of.deleg. & in c.paſtoralis de excep. quorum opinionem audacter affirmat eſſe communem poſt alios Dec.in d.c.in nomine Domini,nu.28. & ſeq.quam communem ibi Dec. ampliat in 5. caſibus. & in 8. aliis limitat : & quamuis pars ſit citanda ad videndum iurare teſtes : vt ſupra docuimus:hoc tamen fallit:niſi eſſent examinandi teſtes omni exceptione maiores : & fide digni , quibus aliquid opponi non poſſet:& quorum dicto eſſet ſtãdum de neceſſitate:nam tali caſu valebit eorum dictum : et iuramentum abſque citatione partis:ita ſingulariter dixit Alexan.conſ.130.difficultas huius:circa medium, volu.1. poſt alios relatos ibi per eum,& idem videtur tenere Gemi. in c.1.in §.ſacri.de homic.in 6.vbi dicit quod vbi ſtatutum vel lex non exigit plenam probationem ſed contentatur ſolis argumentis:quod tunc nõ poſſunt recipi teſtes ſine partis citatione. Fallit quoque in decem aliis caſibus:quos ponit ſoc.in tract.fal.in reg.406.teſtium depoſitiones. idem.

Teſti deponenti pro ſui exoneratione non creditur,ſecundum doctrinam Bar.in l.deferre.ff.de iur.fiſc.communiter receptam per ſcrib. ibi : & variis in locis iuris noſtri, vt atteſtantur apoſtillantes Bar.in d.l. deferre : & caſus iſtius communis doctrinę exemplificatur per eundem Bar.in eo qui recipit pecuniam:vt illam Mæuio portaret:quia ſi talis recipiens teſtificaretur contra Męuium pro dante pecuniam:dicit Bar.quod talis non eſt teſtis idoneus:ea potiſſimum ratione.nam ſi ipſe teſtis non tradidiſſet pecuniam Mæuio : prædicto:ipſe nõ eſſe liberatus,ſed remaneret obligatus,quam cõmunem ſequuntur etiam Ruyn.conſilio 105.numero ſecundo. volumine 4. idem.

Acta facta in iudicio ſummario , ſiue iuramentum ibidem præſtitum:ſiue ſententia lata:ſeu vbi ſummariè articulus incidens : V. g.dominij vel poſſeſſionis ventilatur non obſtant in iudicio ordinario : ſecundum Bar.in l.iudex in fi.ff.de iis : qui ſunt ſui vel alie.iur.& in l.qui Romæ,§.duo fratres.ff.de verb. oblig.vbi hoc idem firmant iaſ.Rip. & omnes ſcriben. Corn. quoque conſ.126.n.2.vol.4.per tex.in l.à diuo Pio. §.ſi ſuper rebus. ff.de re iudic.& in l.ſed ſi ante. ff.de exceptio. & iſta eſt communis opinio.vt per Moder.in d.§.duo fratres : Ratio videtur iſta quia teſtes examinati in iudicio ſummario non probant in iudicio ordinario,tex.& doc. in ca.veniens. de teſtib. Bar.in l.ſæpæ.in fi.ff.de re iudi. Bal.& doc.in l.2.C.de eden.tamen(nota)acta in vno iudicio ſummario,probarent inter eaſdem peſonas in alio iudicio ſummario ſec.Corn.in præcitato conſ.126.n.3.& Mod.in d.c.veniens,& in d.§.duo fratres.idẽ.

Teſtis illud quod depoſuit in iudicio,non poteſt in alterius prętudicium,ac damnũ retractare,&infrigere,etiam ſi mortis tempore aſſeueret ſe falſum teſtimonium dixiſſe, ſec,Bal.in l. generaliter,C.de non nu.pec.Sal.vbi Bart.in l.ſi quis in graui. §.1.per illum tex.ff.ad Syl.iaſ.in l.1. ff.de eo per quem factum erit,Aret.& Fel.c.ſicut nobis.de teſti.& in c.exhibita,de hom. & licet de hoc dubitẽt Rom.& Ign.in d.l.ſi quis in graui.§.j.& Marſ.in rub.ff.de fideiuſ.n.41.tametſi opi.Bar.&aliorum cõis ſit.ſec.Alex.in l.ſciendum,præſump. ff.de verb.obl.Dec.conſ. 175.n.7.& Alc.in tract.de præſump. reg. 8. & Io.Plot. in rep.l. ſi quando,n.651.C.vnde vi,à qua quidem communi in indicando,& conſulendo fatuum eſſet diſcedere , quam ſequitur etiam Ang.in l.mater.C.de calum.mat.Alex.conſ.14.vol.3.n. 5.& Bertr.conſ.137.lib.2.& hoc probatur ex eo,quia ius quęſitum ex facto teſtis parti nõ eſt,nec eſſe poteſt in facultate ipſius dicendi aliquid,propter quod ius quæſitum tollatur, ſec. doct.in d.l.ſi quis in graui. §.j.vbi reſponſum eſt ad aſſertionẽ vulnerati dicentis etiam in mortis articulo à Sempronio ſe percuſſum fuiſſe,non probare aduerſus Sempronium quãuis contrarium opinetur Iac.de Beluiſ.in pract. crim.in tit.de indiciis.12.indicio,Marſ.ſin.515.in ſua pract.crim.§.diligenter, n.119.ea potiſſimum ratione, quia nemo in mortis periculo præſumitur proprię ſalutis immemor.l. fi. C.ad leg.Iuli.repetun.ſed Marſ.in locis ſ.citatis Mod. Marc.Ant.Blanc.in tract. de quæſt.n.390.cui ſuffragatur gl.in d.l.mater,quæ gl.aſſertionem defuncti appellat vilem præſumptionem. Maior tamen præſumptio oriretur ex iis,quæ quis reſpondiſſet,ac depoſuiſſet tempore mortis, ſi ea depoſitio fieret publica iudicis auctoritate,& iuramẽto præſtito,vt ſentiunt Rom. Ang.& Ign. in d.l.ſi quis in graui.§. 1.licet adhuc ad quæſtionem non ſufficiat,ſi verò vulneratus in extremis humanæ vitę conſtitutus, fateatur ſe non extitiſſe à Sempronio vulneratum , proderit certè hoc teſtimonium plurimum ipſi Sempronio , ſecundo glo.in d.l.ſi quis in graui,§. 1.adeò vt torqueri non poſſet ipſe Sempronius, etiam ex legitimis indiciis ſec.Bal.in l. 1. vbi iaſ. C.communia de leg.Alex.conſ.14.vol.3.n.2. & conſ. 1.n.16. vol.3.Marſ.ſing.11.& 22.Gerar.ſin.55.& Alc.in tract.de præpræſump.reg.3. præſump.4. circà fi. qui admonet non eſſe in practic. ſeruanda hanc Bal. opinionem , vbi indicia vrgentia forent.Sed ego pro nunc amplector, ſequorq́ue opinionem Bal.tanquam in iure nouiſſimam, imò dum erã iudex in ciuitate Terami Aprutini anno,1561. bis occurrit, & euenit mihi in facto iſte caſus.& ſemper iudicaui,ſecundum dictam opinionem Bald. quia tutum & irrepræhenſibile eſt iudici , ſecundum opinionem Bal.iudicare,maximè ſi contradicentem non habet,ſecundum Deci.conſil.283. & iudex in iudicando non debet recedere ab opinione Bal.ſecundum Alexan. poſt Fulgo.quem refert Bolon.conſ.1.& in cauſis decidendis non eſt parua auctoritas Bal. vt refert Paul.de Caſtr.conſ.152.viſo puncto libr.2.

Teſtis eſſe non poteſt mulier in teſtamento, tex.eſt in l.qui teſtamento.§.mulier.vbi doct.ff.de teſtam. & in §.teſtes inſtitut.eo.tit.& per Bal.ſingulariter.in l.nec ſcripturas.C.qui potio.in pign.habeant.Io.de Ana.in c. tanta habes, ext. de ſimo. & conſ.17.num.16. & Gandi.in tract.malefic.in tit.de furtis, & latè per Ruynum conſ.192.numer.3. volum.2.Ampliatur hoc non ſolum procedere de iure ciuili verum etiam de iure canonico,ſecundum gloſſ.in c.forus,circ. fi.de verborum ſig. in verſicul.teſtimonium,Federic.de Senis conſil.207.factum tale eſt.Rom.in authentic.ſimiliter,C.ad legem Falci.Imol.in cap.cum eſſes de teſtam.& pater ex aliis allegatis,& congeſtis per Alexand. conſ.70.vel 127. viſo themate, volum.2. & iſta eſt communis opi.vt aſſerit. idem Alex. conſil.184. viſo themate circa finem eodem libro. licet Soc.in tract. fallent.in regul.419.teſtis mulier in teſtamento poſt Imol. in dicto §.mulier aſſeueret alteram opinionem eſſe communem. limitatur præfata concluſio non habere locum in codicillis , in quibus fœmina poteſt eſſe teſtis , ſecundum gloſſ. in leg. final. quam ibi ſequuntur Bar.Bal.Alberic.Corne.Salycet. iaſo. Alexand. & alij.C.de codicil.Bal.conſ.8.licet lib. 5.&Alex.conſ.218.ante omnia,vol.1.conſ.105.viſo,& diligenter vol.3. Sed tamen animaduertendum eſt hic periculoſum eſſe ſeptem fœminas interuenire in codicillis,quia ſolę fœminę ſine vllo maſculo, etiam in codicillis teſtes eſſe non poſſunt , vt potè quia gl.in d.l.final.de fœmina, loquitur in numer.ſingulari, & ita ſentit Barba.in c.relatum.de teſtament.dicens, hoc non eſſe vulgare , nec plebi tradendum Sed hoc argumentum videtur leue iudicio meo,tolliturq́ue ex dictis eiuſdem Barb.in dicto capitulo relatum, vbi dicit diſpoſitionem conceptam numer. ſingulari , etiam locum habere in pluribus , proinde ſat eſt mulieres non reperiri prohibitas adhiberi teſtes, nec in codicillis eadẽ,quę in teſtamentis,ſolennitas requiritur.Dec.l.fœminę. ff.de regu.iur. Secundo limitatur non procedere præallegata commu

communis opi.in teſtamento ad pias cauſas cōdito,vt voluit Paul.de Caſt. conſ.161. Abb.& doct.omnes in c.cùm eſſes,de teſta.per illum tex.& latè Ruy.conſ.9.n.7 & 15.vol.3.& conſ. 192.n.7.vol.2.& iſta eſt communis opi.teſte Bellon. in conſ. 14.n.8.Mod.in d.c.cùm eſſes. Tertiò limitatur,vt mulier dicatus idonea teſtis,ad probādum teſtamentum, vt latè per Alb. in d.l.qui teſtamento.§.mulier vbi diſputat hanc quæſt. Quartò limitatur. vt mulier poſſit eſſe teſtis in teſtamento inter liberos condito, & per conſequens poteſt probare teſtamentum inter liberos,etiam non rogata,vt habetur per doct.in l. fi.C.de codicil.& in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto,C.de teſta,& declarat Bald.Ang.Imo.in l.quoties.§.j.de hered.inſti. & Ruy.conſ.73. nu.6.vol.2. & ſequitur quoque opinionem iſtorum Lanfr.in c.quoniam cōtra,de probatio.in ver. teſtes. nu.80. & Soci.in d.reg.419. fallent. 1. Sublimitatur hæc limitatio in teſtamento patris baſtardum inſtituentis, quia tunc mulier in teſtem adhiberi non poteſt, ſec.Bald. in auth.quod ſine,C.de teſta,& in l.qui teſtamento.§.mulier.ff.de teſta.circa fi. cuius opinionem ſequitur, & latè declarat Mantua. in ſuis apopht. F.Viuius.

Teſtis idonea poteſt eſſe mulier de iure ciuili in cauſis criminalibus,ſec.Spec.in ti.de teſte,ver.quid ſi mulier.§.1.Alex. conſ.99.lib.1.conſ.24.n.2.vol.2.& conſ.11.nu.5. vol.1.& Apoſtil.in addit.ibi & iſtam atteſtatur eſſe communem opinio. Gramm.conſ.crim.12.n.16.& ſeq.& Iac. Nouell.in pract.crimin.in rub.incip.crimina obiecta,n.46.& ſeq.contrarium verò reperitur cautum de iure canonico,videlicet,quòd mulier in cauſa criminali propter eius grauitatem teſtificari non poteſt text.eſt in c.forus.§.teſtes ext.de ver.ſig.vbi gl.in verſ.fœminas,& in c.mulierem.23.q.5.vbi etiam gl.& idem tenet gl. in cano.ex eo.25.q.3.Floria.in l.ex eo.ff.de teſtib.Io.de Platea & Aret.in §.teſtes autem.inſtit.de teſta.ord.Maran.in tract.iudiciorum,in 3.part.princ.nu.29.cum aliis abundè traditis per Marſ.in conſ.22.conſ.18.n.34.conſ.59.conſ.101.& conſ.130. n.34.Abb,& alij in c.quoniam.de teſti.vbi aiunt iſtam eſſe cōmunem opi.& Dec.in l.fœminæ,n.33.ff.de reg.iur.& ita conſuluit Alex.conſ.11.circà primum lib.1.& Oldr.conſ.145.Interpretatur & limitatur hæc concluſio communis de iure canonico, non habere locum quando in delicto commiſſo nō adfuerunt,niſi mulieres,vt putà Titius fuit interfectus in præſentia duarum mulierum,nec interfuerunt alij teſtes,tunc exploratum eſt, ex quo aliter veritas haberi non poteſt præfatū homicidium poſſe probari per mulieres,quia in ſubſidium,& in cauſa criminali mulieres in teſtes recipiuntur.ſec.Io.Andr. poſt Guido.de Suza.in add.Spec.in tit.de teſte.§.j.verſ.item ꝙ mulier.Abb.in c.fi.per illum text.ext.de teſti.cog.& in c.quoniam vbi,& alij doct.de teſti.& Alb.in l.in teſtimonium ff.de teſti.Alex.conſ.64.viſo themate,in prin.lib.1.conſ.102.circa fi.vol.7.Dec.conſ.363.Marſ.conſ.102.& conſ.127.& in l.Diuus,nu.9.ff.de quæſt.in l.infans,nu.44.ff ad l.Cornel.de ſicar. & in l.de minore,num.25.ff.de quæſt Dec.in d.l.fœminæ,nu. 34.circà media, Alc.in tract.de præſumpt.reg.1.præſump.46. & Io.Nicolai in addit.ibi,Grammat.conſ.crimin.45.num.20. & Curt.in leg.admonendi,numero 104.ff.de iureiurand. vbi hanc limitationem latè declarat & Dec. in loco ſuperius citato F.Viuius.

Teſtis idoneus eſt frater in cauſa fratris,ſecundum Bar. in l. qui teſtamento.§.quæcunque.num.6.ff.de teſta.gl.Bal.& Sal. in l.parentes C.de teſtib. Inn.gl.& Imol.in c.inſinuante.de offic.delega.Ber.conſ.212.vol.1.incip.ſuppoſita. Fel. & omnes docto.magis communiter in c.cum oporteat,de accuſatio.& in c.in literis,ext.de teſtib.& Bal.conſ.285 volu.4.vbi citat,& ſequitur Bar.in dict.§.quæcunque,& licet ipſemet Bal.teneat contrarium in l.nulli.C.de Epiſcop.& cleric. Ob hoc fatuum eſſet recedere à dicta communi in iudicando,& conſulendo, quam communem ſequuntur quoque infiniti doct. variis in locis iuris noſtri,& Alc.in tract.de præſump.in prima reg.præſumpt.23.num.2.& 6.qui quidem doct.vno ore omnes declarant,ac explicant prædictam communem non procedere, quando fratres ſunt,vel reperiuntur in poteſtate eiuſdem patris,vel quando ſimul habitant & Lanfr. in c. quoniam contra,de probatio. in verſi. teſtes num.62.& Celſus ibi in addit. declaraturque ſimiliter hoc non habere locum in cauſa criminali, in qua (nota) frater pro fratre non eſt idoneus teſtis, vt conſuluit Alexand.conſ.70.viſo proceſſu.volum.1.ſed animaduerte, quia ad probandum innocentiam fratris inquiſiti criminaliter pro delicto frater eſſet idoneus teſtis pro fratre, & per conſequens frater inquiſitus de homicidio poteſt probare per fratrem ſe commiſiſſe homicidium ipſum ad ſui defenſionem,ſecundum Bald.& Salycet.in d.l.parentes,Aret.in tract.maleficior.in verſi.& dictus Titius ſe defendendo,Alex. conſ.212.lib.2.& conſ.4.in fi.volum.6 Marſi.ſingu.508.Fel. in dicto capit.cum oporteat in 5.not.& alios quamplures relatos ſuprà in verſ. teſtes affines ſocij amici. & domeſtici, vbi latius explicauimus iſtam materiam & quamuis frater pro fratre teſtificari poſſit,nihilominus.ipſe frater contra fratrem teſtificari non cogitur.l. lege Iul.ff. de teſtibus, & notat Ab.numero.8.& Fel. numero 16.in c.literas de præſumpt. & Bar.in dicto §.quecunque,numer.6.& hoc habet locum tam in cauſa ciuili,quàm in criminali, ita tenet, & probat gloſſ.in dicta l.lege Iulia,cum qua ſentiunt omnes docto.communiter, teſte ibi Iacobino de ſancto Georgio.numero 2.& eam ſequitur.Abb.etiam in d.c.literas,num.8.& omnes in d.l.parentes. idem.

Teſtis eſſe poteſt Chriſtianus de iure contra iudæum,vt notat in clement. prima & in capitul.iudæi de teſtib. & in l.quoniam. C. de hæretic. verumtamen ipſi iudæi haudquaquam poſſunt teſtificari, aut recipi in teſtes contra Chriſtianos, vt in præcitatis iuribus & not.Specu.in titul.de teſte ca.Iudæi,§. fi.ver.item quòd eſt Iudeus, Io de Ana. in capitulo primo. de hæretic.Bart.in l.cunctos populos,C.de ſumma Trinita. Imo. & Card.in dict. clem. prima. & Alex. conſ.35.& conſilio 70. libro.1.& conſilio 379.prope fi.volum.2.cum aliis relatis per Iac.Nouellum in ſua practic. crimi.ſuper forma inquiſitionis contra producentes falſitates numero 19. Et iſta videtur indubitata,& communis ſententia.quæ comprobatur iſta optima ratione ſecundum Marquardum de Suſannis in tracta. de Iudæis, & infidelibus, in 2.part. capitulo quinto. numero 11. quia cum commorentur iudæi in ſuperſtitione reprobata dicuntur eſſe ſemper in delicto, vt no.Do.poſt glo.in l.non erit. §.diuus.ff.de iureiur.Aliam rationem adducit, & aſſignat Iaſ. in rubr.ff.de iuſti. & iure in 4.nota. quoniam in teſte neceſſario requiritur iuramētum, quòd per iudæum præſtari nequit. ſed huiuſmodi rationem.optimè, & non ab re mordet, & repræhendit Marquardus de Suſannis in dicto tractat.de iudæis capitul.5.numero.10.Amplia hoc procedere in iudæo de proximo ad fidem Chriſti conuerſo.& Baptizato,qui quidem nō poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum,ſicut antea non poterat, vt voluit gloſſ.in c.conſtituit 17.quæſt.4.Fely in cap.iudæi de teſtib.Marſyl.in l.1.§ præterea,num.5.de queſtio.in ſing.107. priuilegium dignitatis.& ſing.373.incip.notiſſimum eſt, Tiraquel.in tract.cauſa ceſſante,in 6.limita. num.10.& iſtam ait eſſe communem opinionem. Soc.in l.ſciendum.§.fi.ff.qui ſatiſdar. cogan. In contrariam verò ſententiam inclinauit Ant. Franciſ.de Doctoribus in d.c.iudæi, in addit. ad Abb. & Marquardus in d.tract. de iudæis in 2.parte c.5. num.12.vbi hanc partem corroborat pluribus apparentibus rationibus, & tandem fatetur audacter eam eſſe veriorem. Sed rationes iſtius parum,aut nihil me mouent ad diſcedendum à prædicta communi opinione, Fallit tamen dicta concluſio in crimine læſæ maieſtatis,& in crimine hæreſis, in quibus criminibus admittitur in teſtem iudæus contra Chriſtianum,c.contra Chriſtianos de hæret,in 6.& ita tenet Hier. Gigas. in tract.de crimine leſæ maieſtatis libr.2. q.10. Fallit ſecundò in contractibus,& vltimis voluntatibus.& in quaſi contractibus,& maleficiis,in quibus omnibus admittitur,& recipitur in teſtem iudæus cōtra Chriſtianum,vt per Bart.in l.quoniam.C.de hære.& Alex. in prima conſtitutione.Digeſti veteris,in addi.Bart. in verſ.in iuramento,&c. idem.

Teſtis eſſe poteſt cæcus, ſi contrahentium voces notas habet,ſecundum gl.in c.teſtes.3. q.9. Nec obſtat quòd cæcus in voce decipi poſſit,vt in c.nec aliqua.27.q.1.nam & pariter viſu quis decipitur.vt c.quomodo.31. q.1.& d.gl.in c.teſtes ſequitur Accurſius.in §.ſi verò abſunt, in ver. vidiſſem in auth. de hæred.& falci.dicens non reperiri prohibitum,idem tenet Spec.in §.1.ver. nunquid cæcus in titul.de teſte, Syculus in c. præterea,de teſti.Ang.Peruſinus in l.ſi non ſpeciali poſt gl.ibi. C.de teſta. & Nellus de S.Gemi.in tract. de teſti.in §.cæcus,& Marſ.in repet.rub.C.de prob.nu.353. Limitatur hoc in duobus caſibus non procedere,ſec. Sal.in l.teſtium. C.de teſti.primò in confectione inuentarij,vt in §.ſi verò abſunt. Secundò in teſtamentis vt in d.l ſi non ſpeciali.Sed animaduerte hic,ꝙ cæcus poteſt teſtificari de eo quod vidit ante cęcitatem indubitanter ſec.Spec.in d.§.1.Bar.in l.ad teſtium.§.conditionem. ff.de teſtam.Ang.in d.§.ſi verò, Bald.in ſua margarita in verb. teſtis,Rom.in rub.de arbit. Fel. in d.c. præterea prope finem, & iſta eſt communis opinio de qua teſtantur doctor. in tract. de teſti.quamuis,& male Sicul.in c.cùm cauſam ext.de teſtib. videatur tenere contrarium. Viuius.

Teſtificari, vel teſtis eſſe poteſt colonus pro domino, nec





aliquo pacto pro eo repellitur à teſtificando,ſecundum Inno. in c.in literis ext.de teſti.& Spec.in tit.de teſte.§.1.ver.item excipere,Ang.in l.quoniam.C.de teſti.& Iaſ.in add.ad Portium, in §.pater.inſti.de teſta.& Nellum in tract.de teſti.in 9.c.incip. domeſtic. &c.quorum opinionem ſcribunt eſſe communem Moder.in tract.de teſti.& de conſu. dicit ſeruari Soc.iu.conſ. 135.nu.8.lib. 5. In contrariam verò ſententiam inclinauit gl. & Abb.in d.c.in literis.Abb.in l.etiam.C.de teſti.& Lanfr.in c. quoniam contra.de probation.in ver.teſtes.nu.64.vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinonem,tamen prima pars videtur verior,vt optimè demonſtrauit Soc.in d.conſ.135.nu.6.& 8. F.Viuius.

Teſtibus duobus de metu deponentibus magis creditur, quàm centum deponentibus de ſpontanea voluntate, & ſic potius creditur duobus teſtibus affirmantibus metum in actu illarum fuiſſe,quàm centum dicentibus libere actum geſtum, ſecundum Inn.& omnes Canoniſtas,in c.ſuper hoc,de renun. Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci,in 8.q.ff.de offic.proconſ.Ang. in l.ſi quis ad ſe fundum C.vnde vi,Abb.in c.1.de his,quæ vi, metúſve cauſa fiunt.Corſet.in ſing.in ver. mille teſtes, conſulentem ab hac opi. non eſſe recedendum in iudicando,quam communem eſſe inquit Dec.c.fi.de appel.& patet apertiſſimè quoque iſtam fore communem ſententiam ex congeſtis per Pariſ.conſ.138.nu.8.vol.4.& Alc.in tract.de præſump.in reg. 3.præſumpt.7.nu.4. F.Viuius lib.2.opi.291.

Teſtibus duobus conuinci poſſunt Cardinales,ſicut & Pontifex duorum teſtimonio condemnatur,ſecundum Abb.in c. per tuas,in fi.de maio.& obe. Rom.in repet.auth.ſimiliter.C. ad leg.falc.in 34.priuilegio vltimarum voluntatum.Dec.n.2. cum aliis ſeq.& omnes,in c.at ſi clerici,de iudi.vbi Aug.Bero. aſſerit,nu.8.& ſeq.iſtam eſſe magis communem opinionem, licet ipſe,& malè,ſenſerit contrarium,& cum communi præmiſſa videntur concurrere etiam omnes Theologi,pręcipueque Aug.de Anchona in tract.de poteſtate eccleſiaſtica,in 5. q.articul.5.concludentes, quòd quantum ad conuincendum de crimine inter ſummum Pontificem, & cardinales nulla differentia conſtitui poſſit,ideò omnes iſti,aut duobus,vel tribus teſtibus conuinci poterunt, & hoc quoque voluit Fely. poſt quamplures congeſtos per eum, in d.c.per tuas, & poſtquam oſtendimus apertiſſimè Cardinales duorum dicto conuinci poſſe, adde quod duo etiam teſtes requiruntur ad condemnandum Papam,prout latè ſcripſimus,in prima parte.cōmunium opinionum,in verſiculo teſtes duo ſufficiunt ad condemnationem cuiuſcunque delinquentis. F. Viuius libr. 2. opin.292.

Teſtimonium dicens in cauſa criminali,ſi ex eo mors illata, ſeu ſecuta fuerit, etiam præmiſſa proteſtatione efficitur irregularis,ſec. Fel.poſt alios.in c.poſtulaſti.de homic. glo.ad hoc optima,quæ in laico loquitur,in c.j.lj.diſtin.& in clerico.gl.in c.teſtimonium. 11.q.1. & notant, & firmant etiam Abb. in c. de cætero. de teſtib.& ibi Fely. vbi hæc eſt communis opinio omnium docto.& idem notat Crotus,in tract.de teſti. nu.69. F.Viuius lib.2.opi.295.

Teſtimonium dicere poteſt mutus ſciens ſcribere:ſecundū glo.in c.teſtes per quancunque ſcripturam, in ver.quæ nouerunt,& viderunt poſt prin.3.q.9. Spec.in titul.de teſte. §.nunc tractandum,ver.quid de muto.Bonifa.in tract.malefi.in rubr. de teſtibus,& qui repelluntur à teſtimonio.num.57.& iſta eſt com.opi.teſte Præpoſ.in c.cùm apud.de ſponſal.& Rip.in l.1. n.34.& 37.ff.de verb.ob.& eam ſequitur Marſ.in l.de minore. §.plurium quoque,nu.8.ff.de quæſt.cum alis relatis per eum, & diximus licet in alio propoſito.in 1.Par.in opinione, teſtis non poteſt tradere in ſcriptis dictum ſuum poſt prin.F.Viuius lib.2.opi.306.

Teſtis citatus,& relatus, nolens dictum ſuum deponere in termino ſibi præfixo, poteſt per iudicem ordinarium cogi ad deponendum,non autem per arbitrum, ſec.Alb.l.ſi quando. C.de teſti.& per conſequens iudex ſecularis teſtem iſtum debet & poteſt tranſacto termino ei conceſſo compellere ad ferendum eius teſtimonium imponendo ei mulctam.l.4.§.exigere.ff.de tab. exib.vel captis pignoribus ad inſtar tutoris nolentis & recuſantis ſatiſdare:vt in §.ſciendum.in tit.de ſatiſda. tut.& ita voluerunt Cyn.Bar.Bal.An.Alb.& alij in d.l.ſi quando,quorum opinionem ſequitur quoque, declarat, & inquit eſſe communem Lanfr.in c.quoniam contra, de probatio.in ver.teſtes,nu.31.& declarat ſimiliter Bart.in d.l. ſi quando.n. 5.6. & 7.in regno verò Neapol. obſeruatur contrarium nam teſtes vocati per iudices delegatos venire recuſantes,trāſacto termino eis præfixo , in tertia parte eorum bonorum mobilium fiſco applicanda cōdemnantur;vt habetur in cōſtitutio. in pecuniariis litibus omnibus.& hoc procedit certè in ciuilibus cauſis,ſed in criminalibus teſtes iſti maiori pœna cōdemnari debent,eiuſdem cōſtitutionis determinatione,ante fi. F. Viuius lib.2.opi.297.

Teſtes eſſe non prohibentur aliquo modo legatarij.§.legatariis.Inſttu.de teſta.l.dictantibus. C. de teſtam. & l. qui teſtamento.ff.eo.tamen legatarius non poteſt teſtificari ſuper ſuo legato , & ſic non admittitur ad probandum legatum ſibi factum , ſed vniuerſaliter poterit interrogari ſuper toto teſtamēto,& eo caſu non dr deponere ſuper facto ſuo principaliter,ſed in conſequentiam,l.omnibus, C.de teſtibus cum allegatis per Fel. in cap. inſuper, de teſti.ita tenet. & firmat etiam Bar.& Aret. in dicta l.qui teſtamento, Alb.in tracta. de teſtib. quando teſtes repellantur ratione affectionis,Iaſ.& Rimin.l. in d.l.dictantibus,Alex.conſ.14.viſis, & conſideratis,vol.6.& Afflict.in deciſ.300.num.3. & Lanfr. in c.quoniam contra de probat.in ver.teſtes nu.70.poſt prin.& iſtam dicunt eſſe communem opinionem Alex.in d.l.dictantibus,Portius in §.legatariis,& ibi Mod.& Curt.iu. conſ.178.nu.18.& quod legatarius ſit idoneus,& integer teſtis in teſtamēto,probatur multis rationibus per doct. præcitatos, & ea maximè, quia eſt approbatus à teſtatore, & ſic creditur habilis teſtis legatarius in teſtamento, nihilominus non habet locum vbicunque deponeret ſuper legato ſibi facto , & per conſequens ad proprium commodum & vtilitatem,tunc enim(vt ſupra deduximus ex com.opi.)non probaret. F.Viuius.

Teſtis idoneus poteſt eſſe fideiuſſor pro confideiuſſore ad probandum ꝙ non principaliter fideiuſſerunt,ſec. Cyn. Bald. Ang.& Sal. in l.dictantibus. C.de teſta. Bart. in l.ſi quis ita per illum textum.ff.de reb.dub.Bal.in l.fin.§.1.C.de execut.rei iudi.& iſtam opinionem dicit eſſe communem, Iaſ.in l.dictantibus, nu.8. Interpretatur & limitatur hoc non procedere, ſec. Sal.poſt.Bal.in d.l.fi.§.j.ſi creditor noluit eum,vt fideiuſſorem accipere, ſed vt principalem certè tunc nō habet beneficium diſcuſſionis,quia eſt verè correus debendi.l. ſi non ſinguli. C. ſi cer.per.quem ſequitur Alex.conſ.87.vol.j.licet Ang.tenuerit contrarium in §.legatariis, Inſtit.de teſta. idem.

Teſtis idoneus poteſt eſſe fideiuſſor pro principali reo, ſeu debitore ſi eſſet ſoluendo,ſecùs ſi non eſſet ſoluēdo,ſec.Spec. in ti.de teſte.§.j.ver.quid de fideiuſſore,ſed Io.And. ibi in add. videtur tenere contrarium dicens fideiuſſorem habere intereſſe ſaltem ne litib⁹,& ſumptib.vexetur,l.minor vigintiquinque annis.ff.de mino.& c.2.de arbit.præcipuè cùm fideiuſſor renuntiauit per modum,qui traditur & not. in gl.1.c.2.de arbit.idem videtur tenere Dyn.Ang.Imo.Pau.Caſtr. & Aret.in l.fideiuſſor.§.fi.ff.de leg.1.idem Io.And.in addi. Spec.in tit.de iudice deleg.§. ſupereſt.ver. ſed nunquid fideiuſſor, Ang.in l. ab executore.§.alio.ff..de appellatio &in l.à ſententia in prin. per illum text.ff.de appel. Ant. & Fel.in c.inſuper.de teſti.An. conſ.295.& iſta eſt com.opi.teſte Iaſ.in l.ſi cui §.fi.ff.de leg.1. poſt Aret.ibi adiicientes Bal.Flor.& Alex.interpretari,ac tenere præfatam cōmunem opinionē procedere. quando fideiuſſor renuntiaſſet beneficio excuſſionis, vel debitor principalis non eſſet ſoluendo,vel ſi debitor eſſet pręſens & ſoluendo, & fideiuſſor non renuntiaſſet beneficio de fideiuſſo, tunc benè poſſet eſſe teſtis, & iudex. quia tunc non poteſt haberi regreſſus contra fideiuſſorem,& nullum damnum aut præiudicium,poteſt eſſe fideiuſſori,ita concludit Iaſ.in d.§. & Fel.in d. c.inſuper,& Carp.Ruy.conſ.189.nu.21.vol.1. idem.

Teſtis propter ſolam paupertatem à teſtimonio non repellitur,vt tenet gl. cōmuniter approbata à doct.c.ſi quis teſtium, ext.de teſti.quam communem celebrat,ſequitur & atteſtatur Iaſ.in auth. præterea.C.vnde vir,& vxor, & Marſ.in l.1.n.6.ff. de qq.in l.ex libero homine,n.7.& ſeq.eo.tit.& in d.l.1.§.fi.n. 13.& in pract.crimi.in §.principium.n.6.vbi declarat,qn̄ teſtis pauper admittatur in teſtem & Soc.in tract.fallen.in reg.289. pater ad teſtimonium,n.2. & ſeq. & licet teſtis pauper recipi poſſit in teſtem nō obſtante eius paupertate(vt s.docuimus) nihilominus iſte teſtis pauper nō eſt omni exceptione maior, ſecun. Spec.in tit.de teſte,§.1.ver.item quod eſt pauper Alex. conſ.15.viſo,vol.3. Hinc eſt,ꝙ non poterit idem teſtis iurare in ſupplementum probationis nec iurare poterit vigore ſtatuti diſponentis credi iuramento damnū paſſi, vel creditoris, aut alterius,vt per Pariſ.in conſ.164.n.2. inci.illuſtriſſima vol. 4.Aduerte autem circa præmiſſa,ꝙ pauper ille dicitur,qui nō habet vltra aureos quinquaginta in bonis l. nōnulli de accu. & intelligitur illa lex de aureis quorum ſeptuaginta duo faciunt vnam libram auri.l.fi.C.de ſuſcept.& arca.lib.11.& not. gloſſ.in l.final.in princip.C. communia de lega. & Cyn. in l.ſi quis,C.de dona.Sed prædicta communis,quod pauper poſſit

eſſe teſtis procedit in cauſa ciuili,in criminali verò cauſa in teſtem nullo modo admittitur,nec recipitur ſec.Tancr. Ant.& omnes in d.c.ſi qui,& Soc.in d.reg.289.nu.2.ſeq. vbi meminit iſtam eſſe com.opi. F.Viuius.

Teſtificari poſſunt contra clericũ Laici & mulieres quando agitur ciuiliter.c.quoniam.de teſti.vbi Abb.& omnes ſcriben.no.& tenent pro conſtanti, & in c.tam literis,eo.tit.Fallit hoc in cauſis criminalibus. in quibus mulieres , & Laici non ſunt idonei teſtes , nec poſſunt ferre teſtimonium contra clericum.c.forus,de ver.ſig.& d.c.cætero. & c.teſtimonium.iuncta gl.ibi,11.q.j. Sublimitatur hoc dictum,ex natura negocij, vbi veritas actu,& habitualiter ſciri non poteſt per Laicos,vt puta quia agatur de probãdo actu facto ruri, ĩ quo ſolet vnus ſolus Sacerdos tantùm adeſſe : tunc enim Laici admittuntur contra clericos,ſec.Syc.Aret.Fel.& alios. Canoni. cõmuniter d.ca.de cætero, Alex.conſ.64.vol.1.iaſ.in l.fi.C.de his quibus vt indi.Marſ.in pract.crim.in §.diligenter,n.81.& Gram.conſ.crim.45.n.20.Ratio dictæ communis opinionis allegatur iſta per citatos doc.ne delictum remaneat impunitum, deturque in poſterum clerico delinquendi occaſio.d.communis limitatur in quinque caſibus quos ponit, refertq; abundè Abb. in d. c.de cætero,his neceſſariò adde vnum,ꝙ quemadmodum laicus contra clericum teſtificari nequit , vt ſupra docuimus, ita ſciendum eſt clericum non poſſe admitti nec recipi in teſtem in cauſa criminali contra laicum coram iudice ſeculari,c.nullus,11.q.1.tenet Spec.in tit.de teſte.§.1.ver.item quod eſt clericus,& ibi Io.And.in add.& Guid.papæ in q.63. idem.

Teſtis ſi deponit mutuum,vel depoſitum fuiſſe factum penes Titium.& interrogatus de ratione,& cauſa ſcientiæ, dicit taliter præſens fui,dato quod nõ deponat,quia ꝙ audiuit,vel vidit huiuſmodi mutuum,tamen probat quia teſtis ipſe deponens de præſentia ſua propria includit intelligentiam ſecundùm gl.in l.j.in ver.præſentibus.C.de errore aduocato. Spec. in tit.de teſte.§.primo ver.item quod iuſſum, Abb.Imo.& alios in c.peruenit de teſti.cogendis, Bart. in l.prima §.fi. ff. de auct.tut.& in tract.de teſti.Bal.Ang. Imo.& omnes per illum text.in l.hæredes palam.ff.de teſta.Doct.omnes in c.cùm cauſam,de teſt.Bald.Sal.in l.teſtium.C.de teſti. Et iſtorum docto. opinionem ſequitur etiam , tuetur & dicit eſſe communem Alex.num.10.& iaſ.nu.20. cum aliis ſeq.in l.2.§. voluntatem autem ff.ſol.mat. & Pomates in add.ad Bart.in d.§.fi. & Interpretatur iſta communis concluſio non procedere , vbicunq; teſtis deponeret de præſentia alterius teſtis ſimul cũ eo cõmorantis in aliquo loco:tunc enim deponendo illum conteſtem fuiſſe præſentem intelligitur deponere duntaxat de nuda præſentia illius teſtis,non autem intelligentia , & ita procedit, & intelligitur opinio Bal.& ſequacium,in d.§.voluntatem.contra dictam communem quia quando vnus teſtis interrogatus ſuper vno c.reſpondit ſe nihil ſcire,& reprobatur per alios teſtes,qui dicunt ipſum fuiſſe præſentem,tunc ipſe teſtis qui nihil ſcire dixit,non poteſt torqueri pro eruenda veritate : quia non ſequitur,talis fuit præſens tali actui,ergo vidit,& intellexit,l.diem proferre,§.coram.ff.de arbit. & ita tenet, & concludit Barto.in dicto §.fin.qui dicit, quòd ſi teſtis depoſuit alium fuiſſe præſentem,non ſequitur ergo intelligentẽ, poteſt enim eſſe quod vnus eſſet ſeparatus ab alio,ita quòd intellexerit,& ita tenent omnes docto.præcitati, & Marſ. ſing.408.vbi dicit magnum verbum ſe iuuaſſe in facti contingentia , quendam Tabellionem inquiſitum de falſo propter prædicta, ſed quotieſcunque teſtis allegaret, ſeu nominaret Titium in aliquo negotio interfuiſſe ſecum in aliquo loco , tunc ſi ipſe Titius examinatus negaret ibi præſentem fuiſſe,alter eorum mentiretur,& ſic daretur via iudici inquirendi alterutrum,l.de duobus,§.fin.ff.de iureiur.& ita tenet.& concludit Bald. in dicta l. teſtium.In tantum quòd iſto caſu neutri credendum eſt,ſecũdùm eundem Bald. in dicto ca.cauſam, & ita conſuluit Alex, conſ.90.volu.4. ideoque talis contrariretas inter ipſos duos teſtes operatur vt nemini ex ipſis credendum ſit, quia nemini fides adhibenda foret quando vnus teſtis alteri contradicit, ſecundùm Io.And.& omnes magis communiter c.in noſtra. de teſti.Feder.de Senis conſ.142.Bal.conſ.33.quidam Tabellio,vol.3.& iſtam doctrinam Io.And. & ſequacium ſcribunt eſſe communem Moder. in d.c.in noſtra. Gram. conſ.crimin. 26.nu.20.& ſeq.& conſ.31.nu.8.& ita conſuluit Alex. conſ. 33.vol.3.& conſ.43.vol.4. idem.

Teſtis vnicus,& ſolus deponens de facto proprio in cauſis ciuilibus probat,& plenam fidem facit præſertimque in fauorem alterius l.quæro.§.fi.de ædilit.edict. per quem tex.voluit conſulendo Paul.de Caſtr. in aliquibus conſiliis & legendo ſimiliter in l.ſeruos. C.de teſti.in l.quicunque.in fi.C.de ſer.fu. Huic ſententiæ inhæret etiam Old.conſ.95. Saly. & Bal.in l.ſi quis decurio.in 4. oppoſitio.per illum text. C.de falſis, & alij quam plures relati per Tyraq. in trac.de vtroque retract.in fi. 1.gl.14.nu.47.cum aliis ſeq.In contrariam verò partem inclinauit Cyn.in d.l.ſi quis decurio in 4.oppoſ.Bart.in conſ.incip. in q.propoſita,Inn.in c.dilectus de accu.Ant.de But.in c.cum à nobis de teſtib.Alex.in l.j.§.ſi abſens,ff.ſi nox.cau.aga.vbi reſpondet ad iura,quæ in contrariam allegantur,& ait hanc opinionem eſſe veriorem & in conſ.192.volu.6.& communem dicit Boer.dec.221.n.17.tamen in tam magna doc.altercatione caſu cueniente in iudicando,& ꝯſulendo intrepidè ſequerer 1. opinionem tanquam in iure veriſſimam, cui inhæret etiam Boer. in d.dec.221. hoc idem promittendo, & nonnulli alij.doct.congeſti per Tyraq.in præcitato loco,& ita iudicauit ſacrum conſilium Neapol.vt refert Affli.dec.369.n.6. idem.

In ore duorum , vel trium teſtium ſtat omne verbum, c. in omni negotio.& c.licet,ext.de teſti.& l.vbi numerus ff.eo.ti. declaratur autem hoc non procedere in iudiciis poſſeſſoriis, in quib. dicitur agi de leui præiudicio , & probatio per vnum teſtem,vel per famam publicam in hoc caſu habet vim plenæ probationis , ita ꝙ iſte teſtis vnicus in cauſa poſſeſſorij plenè probat poſſeſſionem abſque alio iuramento neceſſario in ſupplemẽtum probationis,etiamſi agatur de poſſeſſione magnæ rei,ſec.Bart.in l. 1.C.quo.bo.& clarius in l.2.in fi.C.vbi in rem act.Matheſ.not.2.Alex.conſ.91.vol.5.Soc.conſ.137.& conſ. 266.n.25.vol.2.iaſ.in repet.l.admonendi.n.187.lect.2.vbi illam opi.ait eſſe com.Fran.curt.n.203.ff.de iureiur.quam communem ſequitur ſimiliter Calca.conſ.100. Deci.conſ.251.& in l.2.C.de carb.edict.n.2.Cagn.l.in pari.n.7.ff.de reg.iur.Gratus conſ.42.n.7.& ſeq.vol.2.Crauet.conſ.158.n.12. & Marſ. ſing.433.ſed limitatur iſta communis non habere locum,vbicunque contra dictum vnicum teſtem, ſeu ſemiplenam probationem appareret aliqua indicia.hoc enim caſu vnus teſtis vel probatio ſemiplena non probaret poſſeſſionem , vt vòluit Bal.in l.qui accuſare.C.de eden. Grat.conſ.10 n.20.vol.2. & ita fuit iudicatum in ſacro conſil.Neap.vt refert Affl.deciſ. 364.n.4.& ſeq.alios verò caſus,& circiter 30. in quibus vnus ſolus teſtis plenè probet,ponit Spec.in ti.de teſte.§.reſtat.ver. hoc tamen fallit.Inn.& alij in c.accedens.il 1.de teſti.& iaſo & Mod.in d.l.admonendi.verùm præfata omnia procederent iudicio meo in iudicio Summario retinendæ:ſecùs verò in iudicio poſſeſſorij plenarij,quia hoc caſu requiruntur plenæ probationes , nec ſufficeret probare poſſeſſionem per vnum teſtem,præcipuè vbi actor remedium. ca.redintegranda 3.q.1. intentaret,vt per Bar.in extrauagan. ad reprimen.in ver.ſummari Bald. & Paul.de Caſt. in l.ordinarij C.de rei vend. Bal.in l.iud.C.de iud.vbi alij doct.Paul.de Caſtr.conſ.3. vol.2.ſecundùm nouam impreſſionem, & in antiquis, conſ. 5.iaſ. in l.naturaliter,§.nihil.commune, ff.de acq.poſ. Franc.de Curt.in d. l,admonendi,d.nu.203.in fi.& Grat.conſ.200. & ſeq. vol.2.& Afflict.in præcitata deciſ.364. quia datur remedium d.c.reintegranda contra titulo poſſidentem , vt latè docuimus ſuprà in ver.ſpoliatus. F.Viuius.

Infamis poteſt eſſe teſtis in teſtamento, vbicunque non eſſet notoriè infamis& ſic infamis occultus admitteretur in teſtem ſecundùm gl.Bart.& omnes in l. cùm lege,ff.de teſta.gl. Bart,Bald.& alios in l. 1.C.eod.tit.& quamuis Ang. & Sal.ibi, & præcipitanter velint contrarium, tamen opinio dictæ gloſ. communiter approbatur,ſecundùm Moder.in c.cùm non ab homine de iud.& Pomatẽ in add.ad Bart.in d.l.cùm lege.idẽ.

Tabellio rogatus ad ſcribendum teſtamentum in eo computatur,& inſeritur in numero teſtium,& ſic eſſet idoneus teſtis vbicunq; citatus,& productus eſſet in iudicio ad probandum per viuam vocem ipſum teſtamentum,tunc quippe examinatus per iudicem probat teſtamentum, aliàs ſecùs,ſecundùm gl.& om.doct. antiquos in l.hac conſultiſſima, C.qui teſta.fac.poſ.Bart.in l.Domitius,nu.4.ff. de teſta.& iſta eſt com. opi,om.doct.teſte Afflict.in dec.25.in cauſa petitionis hæreditatis,numer.4.Alex.conſil.152.146.& conſil.133.in fi.vol. 2.vbi declarat iſtam cõem ſententiam latè & abundè. idem.

Teſtes plures ac plures examinans tabellio ſcribendo dictũ primi teſtis extenſè vel per extenſum ſi poſtmodum ipſemet Notarius ſcribat,ſecundum teſtem idem dixiſſe,ac depoſuiſſe in omnibus,& per omnia.& ita in aliis teſtibus aſſertiones,ac dicta iſtorum teſtium valent ſimul ac probant ſecund. magis com.opi.doc.in l.ſed & ſi me putem.ff.de cond.ind.quam ſequuntur.& citant omnes Mod.ibi,præſertim iaſ.n.1.intellige hoc cum grano ſalis procedere, ſi teſtis , quem Notarius non examinauit extenſè,ſit bonæ famæ,eo caſu indubitanter eius dictum valet & tenet ſec.Bal.in §.fin.verſi.idem ſacramenum

in extr



in extrauag.de pace.conſt.quem ſequuntur doct.in c.nihil.de verb.ſig. & Fel.in c.ſuper his, de accuſatio. Sed in Regno non accidit circa hoc dubitare , quia habemus Regiam pragmaticam exordientem : ſtatuimus ſuper articulis. & poſitionibus diſponentem examinationem, & depoſitionem teſtium fieri extenſè per Notarium & non per alia breuiſſima verba. F. Viuius.

Teſtis dicens , ac deponens aliquid extrà iudicium ſine iuramento , & poſtmodum iuratus in iudicio contrarium reſpondens , tunc ſtabitur ſecundæ, & poſteriori depoſitioni ob iuramenti religionem, & Iudicis auctoritatem, c.ſicut nobis, de teſti.in 6.c.1.in prin.quid ſit inueſti. nec punietur iſte teſtis falſi pœna.Hanc opinionem tenet glo.fi.in c.cum cauſam de teſti.communiter ab omnibus ſcriben.recepta,quam dicit ordinariam Bald. in l.nullum. C.de teſt.ac eam ſequuntur. aſſeruntque eſſe communem Abb.& Dec.in c.per tuas de probat. Fely.in c.cum in tua de teſtib. & in c.inquiſitionis.§.tertiæ.de accuſ.Bal.conſ.486.vol.3.Alex.conſ.222.vol.2.nu.13.Rom. conſ.505.Craue.conſ.6. & idem Alex.conſ.68.vol.1.Franc. in c.1.circa fi.de elect.in 6.Aufreri.in capel. Toloſ.deciſ.280. Capicius deciſ.142.nu.6.Marſ.in l.eos.nu.11.& 12.ff.de falſis. & ſing.222.aſſerens ibi hanc ſententiam eſſe comm.licet Bar. in d.l.eos,nu.4.aſſeueret contrarium,videlicet dictum teſtem eſſe puniendum pœna falſi, nec eius teſtimonio adhibendam fidem aliquam,tamen iſta Bar.opinio communiter improbatur à doct.vt ſuprà oſtendimus, & procederet ſec. Ab.& Dec. in d.c.per tuas.Fel.in d.c.cùm in tua.in fi.Dec.conſ.189.n.10. & Cra.in præcitato, conſ.6. n.15. vbi ex ſecundo teſtimonio appareret teſtis periurium, quia prius contrarium iuratus depoſuiſſet,contra verò præfata ac allegata ſuperiùs videtur cõſulere Petr.de Vbaldis in conſ.28.quod reperitur inter conſilia Criminalia diuerſorum nuper edita, videlicet, ꝙ teſtimonium, præferatur ſecundo teſtimonio prolato in iudicio , cui quidem conſilio nonnulli doctores celebres ſe ſubſcripſerũt, vt ibidem eſt videre. F.Viuius.

Teſtis ſtatim , & incontinenti corrigens propriam depoſitionem eius vltima depoſitio valida, & legitima eſſe videtur. c.præterea.de teſtib.cog.gl.in auth.de teſtib. §.quia verò, vbi correctio teſtis fit prius quàm Notarius reſponſionem priorem ſcripſerit.glo. ſingularis in c.apud miſericordem.32.q.1. quam dixit eſſe valde notabilem Alex. in l.qui bona.§. ſi quis ſtipulatus.ff.de dam.infect. Lanfr.in rep.c.quoniam contra.de probatio.in ver.teſtes.n.136.iaſ.in l.error.C.de iur. & fac ign. Poteſt & alio modo teſtis corrigere dictum ſuum, antè quam exeat conſpectum iudicis,ſeu partibus loquatur,& tunc ſtatur ſecundæ depoſitioni ſec.Abb.in d.c.præterea,vbi abunde declarat,quando teſtis dictum ſuum incõtinenti corrigere, poſſit & prædicta reuocatio permittitur , etiam ſi error non probetur:ideò teſtis corrigens dictum ſuum incontinenti,non tenetur dicere de errore gl.in d.c.apud miſericordem, Ab.& Fel. n.5.in c.cùm venerabilis, de exceptio. Idem Ab.in d.c.præterea.Fel.in c.qualiter.il.1.n.31.de accu.Dec.in c.cauſam,de appella.Roma.conſ.70.Bart.conſ.43.vol.2.& gl.optima in c.vlt. de iureiur.in 6.& iſta eſt com.opi.vt aſſeuerant doct. ſuperiùs citati. F.Viuius.

Teſtis oſtendens ſe erraſſe, volenſque errorem ſuum corrigere ex interuallo admittendus eſt priùs oſtenſo errore , & confeſſione erroneè facta , ſed confeſſio erronea ſine erroris probatione non poteſt per eundem teſtem reuocari ſec.doct. communiter in c.2.de reſcrip.lib.6.de qua communi atteſtatur Boer.deciſ.89.n.4. imò teſtis ex interuallo abſque erroris probatione reſpondens contraria videtur periurus,ſecũdum ſcribent. communiter variis in locis. & paſſim in iure noſtro, ac etiam pœna falſi iſte teſtis venit puniendus. l.eos. vbi Bart. & doct. omnes. ff.de falſis,ſed tamen pulchrum eſt diſquirere vtrum priori teſtimonio , vel poſterioti fides ſit adhibenda, dic audacter primam depoſitionem non poſſe tolli per ſecundam ex interuallo ab eodẽ teſte,etiam iurato propoſitam, patet ex ratione tex.in c.ſicut nobis, de teſti. vbi ad infringendũ fidem teſtimonij neceſſe eſt alios teſtes non aũt eoſdem produci ideoque primum teſtimonium validum eſt,nec ſecundũ tollitur ſec.Pan.& Fel. nu.4.in d.c.cum in tua. Car.in d.c.ſicut nobis.& in præcitato c.cum in tua. n. 5.& ſeq. Inn.in c.præterea de teſtib.quorum opinionem aſſerit eſſe com.Corn.conſ. 27.lib.3.Dec.conſ.175.nu.7.& conſ.189.nu.10. idem.

Teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandum quid in genere, vt putà vſuras,famam,iuriſdictioem, hæreſim, poſſeſſionem, &c.his ſimilia:nam genus conſtat perficiturq; ex pluribus ſpeciebus,& particularibus,ideo licet teſtes deponant de diuerſis actib. tamen quia huiuſmodi actus tendũt ad eundem finem, & ad probationem vnius generis non repelluntur teſtes tanquàm ſingulares,ſec. Bart.in l.ob carmen.§. fi.ff.de teſti. Bald. in l.de quibus.ff.de legi.Cald.conſ.51.& conſ.113. vol.1.vbi loquitur de aditione hæreditatis , eãdemque opinionem amplectitur & comprobatur per Craue.conſ.63. Anc.conſ.277. Gemin.conſ.217. Alex.ſibi contrarius,conſ.141.vol.1.quod videtur repetitum,conſ.10.vol.1.idem tenent Alex.conſ.85. conſ.86.conſ.117.conſ.172.vol.2.conſ.41.conſ.112.cir.fi.lib. 4.conſ.92. lib.5. conſ.3.& conſ.147. lib.7.in quibus locis audacter aſſeuerat iſtam eſſe veriorem,magiſq; com.opi.quamuis in aliquibus conſ.delatis per Crauet. d.conſil.73. voluerit contrarium.& Fed.de ſe.conſ.17.& conſ.64. prope fi.quos ſequuntur Iaſ.& Deci.eorum auctoritate freti variis in locis,& præſertim Deci.c.licet cauſam.nu.69.de prob. tamen ſi vidiſſent tot conſ.Alex.s̃.relata ad ſaturitatem, fortaſſe non ita faciliter diſcederent ab hac opi.cõi,ſiquidem Alex.ipſe in duobus,ſeu trib.locis tenuit opi.ꝙ teſtes ſingulares non ſufficiant vbi agitur de probando quid in genere , ſed reuocando poſteà ſententiam,iudiciumque in melius in decem,vel vndecim aliis loc.conſtanter firmauit contrarium.Hinc eſt,ꝙ quotieſcunque doctor reperitur ſibi cõtrarius in duob. locis illa opi. ſequenda eſt,vbi pleniùs ſcribit.l.diui.ff.de iure pat. no. Ab.c. bone.de poſt.prel.quapropter potiùs eſt amplectenda ſententia ipſius Alex in 12.illis conſ.relatis, in quib.pleniſſimè ſcripſit,quam in aliis trib. de quibus facit mentionem Crauet. in præal.conſ.73.ſuper quib.parum ſcribit,& eandem opi.quod teſtes ſingulares admittantur, vbi agitur ad probandum quid in genere,tenet etiam Aret.conſ.42.Ang.conſ.233.Guid.pa. q.544.Soc.conſ.295.volu.2.& Boer.deciſ.23.& deciſ.239.& Aug.Beroi.d.c.licet cauſam.n.30. vbi ait iſtam opi.eſſe com. nihilominus idem Boer.in deciſ.342. titubanter inclinauit in contrariam ſententiam:cæterum in regn.Neapol. quæſtionis tollendæ gratia. & ad euitandum præfatum dubium , videlicet, an per teſtes ſingulares probetur quem vſurarius : fuit emanata,& in lucem prodita per regem Ludouicum pragmatica exordiens:Ludouicus,& Ioan.& cętera,diſponens quod ad probandum vſurariam prauitatem admittantur teſtes ſingulares, & iſtam materiam latius declarauimus s̃. verſ.teſtes ſingulares non faciunt fidem , &c. item teſtes ſingulares probant minorem ſummam , ſi deponant aliquid de maiori, ſec. Corn.conſ.181.nu.60.libr.2.hoc modo loquitur Deci.conſ. 100.n.4. teſtes non fore aliquo pacto contrarios, quando de facto vnus minus,quam alius deponit,& com.ſcribit Alci.in l.1.§.in ſtipulanti.n.40.ff.de ver.obl.& 12.alios caſus,in quib. teſtes ſingulares probent tradit Lancil.Corrad.in tract.de decurionib.lib.1.c.11.§.2.n.23.& ſeq. F.Viuius.

litigator non conſentiens Teſtibus productis per ſuum aduerſarium generaliter eos reprobando. poteſt poſtmodum eis vti,ſec.gl.& doc.oẽs c.præſentium.de teſti.& iſta eſt com. opi.teſte Boer.deciſ.245.nu.6.& ſcriben.in d.ca.præſentium. ſed ſi contigerit dictum ſuum litigantem proteſtatum fuiſſe ante probationem ſe velle reprobare teſtes productos, & depoſita per eos,tunc teſtes deponẽdo aliquid in fauorem iſtius proteſtantis,non faciunt fidem in eius fauorẽ,quia per ipſam proteſtationem videtur declarare ſe nolle aliquo pacto ipſis teſtibus fidem adhibere.de hoc eſt tex.d.ca.præſentium.in fi. vbi hoc tenet Fel.in vlt.no.& Franc.de Areti.ibid. F.Viuius.

Teſtis reſpondens vnum in iudicio nullo,ac inualido,& apud iudicem incompetentem, & aliud penitus diuerſum in valido,tũc ſtandum eſt eiuſdem teſtis poſterioris teſtimonio, ſec.Spe.ti.de teſte.§.1.n.27.idem tenet gl.d.c.cum cauſam. de teſti.& omnes doc.ibi communiter.& in l.eos.ff.de falſ.Boer. deciſ.112.Craue.conſ.6.nu.7.in quib.locis aſſerunt hanc eſſe com.opi.& hoc idem refert Capi.deciſ.142.n.8. vbi ſimiliter congerit doc.contrarium aſſeuerantes. idem.

Teſtis præſtito ſibi iuramento aſſerens ſe aliter depoſuiſſe, quam à tabellione fuerit ſcriptum. Notario potius quàm teſti credendum eſt , vt potè quia pro Notario præſumitur. l.ſi quis decurio.C.de falſ.& c.ad audientiam.de præſcri. hoc notant,ac expreſsè tenent Alex.conſ.70.vol.1.& conſ.65.vol.2. Deci.c.cum parati.de appel.Crauet.conſ.74.nu.3. Feli.d.c.ad audientiam.vbi Panor.ſcribit hoc procedere,ac verum eſſe in cauſis ciuilib.non autem in criminalib.in quib.ex iurata depoſitione teſtis,vacillat fides notarij.arg.l.fin.C.de probat.idem Ab.& Fel.in c.cum cauſam.circa fi.de teſti. canoniſtæ omnes in d.c.ad audientiam.Spe.in ti.de teſte.§.1.nu.48.Alci.in trac. de præſump.reg.3.c.13.nu.20.iſta eſt com.opi. teſte Gramm. deciſio.69. numer.18.& Modern. in d.capit.ad audientiam. hoc vero non procedit, quando Notarius examinaret teſtes, & haberet ſcriptorem , qui examen ſcriberet: eo enim caſu

ſi ambo

ſi ambo deponerent vtique probarent contra dictum teſtem ſe ita dixiſſe, ſecundum Ab.in c.cum cauſam. de teſtib.& hoc aſſerit in practica Alc.in præcitata reg.3.n.13.& quatenus ſuperius docuimus, quod ſi teſtis dicat in ciuilibus cauſis ſe aliter depoſuiſſe, quàm Notarius ſcripſerit, tunc potius credendum eſſe Notario, dic habere locum hoc, niſi teſtis eſſet perſona multum notabilis, ſecundum Panor.d.c.ad audientiam.in 5.no.hoc idem aſſerit ipſe Panor.tenere Spec.in ti.de teſte.§.i. ver.ſed pone quod Iudex,& in ti.de inſtr.edi.§.reſtat.ver.quid ſi atteſtationes. & hoc dictum Panor.ſequitur Fel.c.ſuper his. de accuſa.& Marſ.in l.§.ad quæſtionem ff.de q. Viuius.

Teſtes de auditu deponentes in contractibus, vel quaſi, licet cortina vel paries ſit in medio inter ipſos teſtes,& contrahentes ſufficienter probant, c.præterea vbi doct. ext. de teſti. tenent hoc etiam indubitatè Bar. Alex. & alij doct. in l.ſi non ſpeciali.C.de teſtam.Iſta eſt comm. opi.de qua teſtatur Areti. in §.plane,n.4.inſti.de teſtam.mil. & Moder.in rub.ff.de verb. obl.& in l.1.eod.tit.& eam ſequitur & approbat Marſi.poſt alios relatos per eum in rep. rub.C.de probat.n.351.& ſeq.vbi recitat quoddam exemplum congruum dictæ communi,qđ certe notandum ac ſcribendum foret literis aureis ab omnib. officialibus, & aduocatis, tanquam neceſſarium, & iſti teſtes tunc & eo caſu probant.cum deponunt affirmando ſe audiuiſſe,non autem vidiſſe contrahentes, & quando haberent notas voces contrahentium & ita intelligunt dictam cõmunem prædicti doct.& Cepolla in tracta.cautelarum.caut.230.circa finem. Fallit dicta communis concluſio in teſtamento, quia teſtes teſtamenti debent neceſſario videre teſtatorem. d.l.ſi non ſpeciali, vbi Cin. & doct. hoc communiter tenent in d.§. idem Labeo; vbi Bart. & iſtam communem opinionem eſſe ſcribit Cepolla in præcitata cautela 213.nu.2.& Alex.in d.l.ſi non ſpeciali,nu.6.vbi docto.ponunt exemplum,quòd ſi extaret cortina,vel paries inter teſtes,& teſtatorem,non valeret teſtamentum etiam ſi dicti teſtes conſueuerunt habere notam vocem ipſius teſtatoris. In aliis verò duobus caſibus limitat, & interpretatur communem præmiſſam Marſy. in d. rubrica de probationibus:num.352. & ſequent.quos videre poteris. F.Viuius.

Teſtes cum iuramento neceſſariò tenentur exhibere eorũ teſtimonium, & per conſequens iurare debent pro vtraque parte dicere veritatem, ſecundum gl.in auth. ſed iudex. C.de Epiſcop.& cler.& glo.in l.2.C.de edendo:cum qua tranſeunt omnes doct.ibid.in c.fraternitatis de teſtibus:& Marant.atteſtatur hanc eſſe communem opinionem in tract. de indic. in 2. parte. ſuper 6. actu, imò teſtis tenetur plene deponere factum pro vtraque parte, ſecundum gl.in l.Lucius. ponderatã à doct.ibi.ff. de infami.ad hoc vt Iudex non laboret ad veritatem inquirendam, & talis examinatio iſtius teſtis non careat qualiquali boni viri ſuſpicione,ſec. Bald.in c.1.§.ſacramentũ, de conſuet.recti feudi. & caſu quo teſtis non deponat iuratus eius dictum eſt nullius momenti etiam quòd ille teſtis ſit religioſus,vt eſt tex.no.in c.ſuper nobis,de teſtibus etiam ſi eſſet Epiſcopus. c.fi.de iuram. calum. imò verò ſi eſſet Cardinalis, vt tenet gl.in c.cùm olim.in ver.fratrum,de priuileg.quam dicit ſingularem Panor.ibi,& Alex.conſ.180.in cauſa,vol.2.Fel. in c.tuis in princ.de teſti.& in c.ſicut,cir.fi.de ſent. excommu. & in multis aliis locis.iaſ.in repetitione l.admonendi,ver.decimo predicta regula ff. de iureiur. vbi illam ſingularem dicit & Dec.in c. tertio loco. tertio notabili de probationibus eſſe aſſeuerant, & licet ad fidem teſtimonij requiratur iuramentũ, id tamen præſumitur ſi Notarius ſcripſerit Mæuium teſtem iuratum depoſuiſſe,vt per Bart. in l.Theopompus, ff.de dote prælegata:poſt gl.ibi,quam dixit ſingularem Bald.in c.cùm in iure,de offi deleg.notant Abb.& Fel. n.6.in c.tuis.de teſtibus. quia pro Notario præſumendum eſt c.ad audientiam de præſcriptionibus:l.ſi quis decurio.C.de falſis,Bald.in leg.Imperator.ff.de ſtat.ho.cautius tamen erit, vt res tuta ſit,nec aliquod dubium habeat ꝙ ipſe Notarius expreſſim ſcribat formam, & ſolennitatem ipſius iuramenti. F.Viuius.

Teſtium depoſitiones etiam non publicatæ coram vno iudice probant coram altero iudice,præcipuè ſubrogato,vt per Legiſtas omnes communiter in l.geſta.C.de re iudi. & Canoniſt.in c.cauſam quæ de teſti.quam quidem communem opinionem,declarant Moder.in præcitatis locis, maximè Dec.in d.c.cauſam,quæ.nu.9.

Per duos teſtes actor probans ſe mutuaſſe Titio centum, & reus probans ſe ſoluiſſe dicta centum per vnum teſtem ſolummodò, tunc obtinebit reus, & ſibi erit per Iudicem deferendum iuramentum in ſupplementum, ita Bart. in l. admonendi.ff.de iureiuran.cum quo ſentiunt omnes communiter ibi,Bald.& Sal.in l.bonæ fidei. C.eo.titul. Panor. in c.fi.ext.de iureiur.& Moder.in d.l.admonendi vbi teſtantur de dicta cõmuni,præſertim Curt.num.325.& his occurit vnum verbum nunquam obliuioni tradendum,quòd ſi duo teſtes deponant Mæuium mutuaſſe pecuniam Sempronio,ſed neſciant quantitatem, alij verò duo teſtes dicant ipſum Mæuium petiiſſe à Sempronio decem, tunc profectò probatum eſt mutuum in decem,ita ſingulariter tenet Bart.d.l.admonendi,ver.quæro, quid ſi teſtis deficiat, quem ſequuntur ibi omnes, Ant.in d.c. fi.& Alex.conſ.59.vol.2.& conſ.189.vol.6. F.Viuius.

Coram duobus Teſtibus duntaxat, etiam fœminis pater poteſt inter liberos facere teſtamentum,ſecundum gl.& doc. in auth.quod ſine.C.de teſtam.imò pater abſque vlla teſtium præſentia per ſimplicem ſcripturam,ac priuatam inter liberos teſtari poteſt, puta ſi ſua manu ſcribat ſchedulam, & in ea diſponat inter liberos pro teſtamento, ſeruabitur eius volũtas: tamen requiritur neceſſariò, ꝙ pater declaret in huiuſmodi ſchedula voluntatem illam habere pro perfecta, & tunc proculdubio valet vt teſtamentum patris,quamuis nulli teſtes interuenerint.per doctrinam Bart.in l.fi.ff.de teſta.Alex.conſ.4. libr.7.& iſta eſt communis opi. teſte eodem Alex. conſ. 105. ſuper is,in fi.vol,3.& iaſ.conſ.57.vol.2.præſuppoſitis,& Boe. deciſ.340.nu.4. F.Viuius.

A pari procedit quòd teſtamentum fiat coram iudice, vel coram Principe.l.omnium.C.de teſtam.ſed vbi coram Principe:requiruntur aliqui teſtes,vt tenet gl.Bald.Ang.Sal.& Ale. ibi,licet non aperiant quot teſtes,Ang.verò requirebat ſeptẽ, Sal.tres,Bart.Bal.& Alex.duos, & hæc eſt communis opinio prout teſtatur Soc.iu.conſ.138.vol.1. Viuius.

Teſtes duo ſufficiunt ad condemnationem cuiuſcunque delinquentis in cauſa criminali,text.eſt in c.primo,& 22.q.5. & no.Panor.in c.at ſi clerici,in princ.de iudi.Ampliatur mirabiliter hoc quòd duo teſtes etiam ſufficerent ad condemnandum ſummum Pontificem,& Imperatorem, ſecundum gl.ſingularem,& communiter ab omnibus Doctorib.approbatam in c.præſul.quarta quæſtione quinta : & ita not. Panor.in d.c. at ſi clerici.in primo notabili in c.licet vniuerſis,de teſtib.&in c.per tuas.de maiori.& obedi. & ibi late Fel. ponens de intellectu dicti c.præſul.Dec.conſ.342.& Paul.de caſtr. conſ.303. Ampliatur prædicta concluſio ſimiliter procedere in cauſa hæreſis,vbi duo teſtes ſufficiunt vt voluit Card.in clem.1.§.pen. de hæreticis. idem.

Teſtes duo ſufficiunt ad probandũ conſuetudinem, & hoc caſu diceretur plenè probata ipſa conſuetudo, ita tenet Hoſtien.in ſumma, in titulo de conſuetu. in §. quot, & per quos teſtes,Cyn.& Bart.in l.2. C.quæ ſit longa conſuetu.Io. Fab.in §.ex non ſcripto, inſtitu.de iure natura. idem Bart.in l.de quibus.in quarta quæſt. princip.ff. de legi. Abb. & omnes in c.at ſi clerici. de iudic. & conſ. 53. vol. 2. & iſtam opinionem declarat Roch.curt.in rep.c.fi.de conſuet.ſectio.4.n.66.Mod.d. c.at ſi clerici,& in d.l.de quibus dicunt eſſe communem not. etiam nec vnquam obliuiſcaris:quòd ad probandum ſolutionem Canonis Emphyteutici per Emphyteutam, ſimiliter requiruntur duo teſtes,ſecundum gl.& doct. in l.in Emphyteuticariis.C.de iure emphyte.quam ſequitur,tuetur & dicit eſſe communem ibi iaſ.nu.134.

Contractus fieri ac confici poteſt in vltima voluntate, nec recipit naturam vltimæ voluntatis ſed ſeruat naturam ſuam, & erit contractus inter viuos, ſecundum gl. & Bart. in l.hæredes palam,§.fi.ff.de teſta.Alex.Imol.Iaſ.& alios in l.nemo poteſt.ff.de leg.j.& Cepol.in trac.cautelarum,caut.129.& iſtam dicunt eſſe communem opinionem, Pomates in add.ad Bart. d.§.fi.Deci.conſ.196.& 293.Modern.d.l.nemo poteſt,Boeri. deciſ.353. nu.4. & ꝙ iſte contractus ſeruet naturam ſuam,vt ſit irreuocabilis.tenet & decidit etiam Bald.Sal.Pau.de caſtr. & Alex l.ſi auia.C.de iure delibe.vbi ſi quis de hæreditate ſibi delata diſponat in teſtamento,eo caſu videtur eam ſimul adire, licet reuocet teſtamentum, non tamen reuocatur contractus aditionis,& ſequitur Aret.d.§.fi.& Rip.d.l.nemo poteſt. nu.35.ſimiliterque probatur hoc alio exemplo,videlicet,ſi teſtator legaret Titio decem quæ confiteatur ei præſenti debere,licet poſtea reuocet teſtamentum , tamen dicta confeſſio firma manet,nec reuocatur, tradit Bartol.in l.cum quis decedens.§.codicillis.ff.de leg.3.Im d.§.fi.Pau.de caſt.in l.2.§.fi.nu. 5.de lib.& poſth Old.conſ.144.factum tale,Alex.conſ.45.volu.2.Rom.in l.ex hac ſcriptura.in prin ff.de leg. 1. Ruin.conſ. 169.& Deci.d.conſ.196.& Rip.d l.nemo poteſt.nu.34.& iſte contractus factus in vltima voluntate(nota)non indiget probatione 7.teſtium, vt requiruntur in teſtamento, ſed ſufficit numerus duorum teſtium : nam per duos teſtes poteſt probari,ſic

bari,ſic



bari,ſicut probantur cæteri cõtractus regulariter.l. vbi numerus,ff.de teſti.& ita tenet Alex.& Im.ĩ d.l.nemo poteſt,Cepol. in d.caut.129.Iaſ.in l.2.C.de bon.poſ.ſec.tab.& Rip.in d.l.nemo poteſt,nu.32.vbi ait hanc eſſe com.opi.& Deci.in d.conſ. 293. F.Viuius.

Mandatum regulariter poteſt probari nõ ſolum per inſtrumenta,verum etiam per literas domini,etiam ad iudices miſſas:ſecundum gl.& omnes doctor.in l. 1.C.de ſatiſd. poteſt ſimiliter probari per teſtes.vt voluit gl.in l.maritus. C.de procur.gl.& Pan.in capi. 1. extrà de procurato.Azo.in ſumma de manda.princ. Bart. Bald.Ang.& cæteri communiter in l.non ſolùm.§.q alieno ff.de proc. Iaffredus deciſ.109.n.9.vbi atteſtatur expreſsè iſtam eſſe communem opin.& Boerius deciſ. 281.nu. 1.& ſequitur,declarat,& limitat Marſ. in rep.rubr.C. de prob.n.38.cum aliis ſeq.Ampliatur iſtud dictum commune non ſolum procedere in mandato,ſed etiam in reuocatione ipſius, quæ quidem reuocatio poteſt reprobari per vnum teſtem cum delatione proprij iuramenti,ſecũdum doctrinam Io.And.in ca.pro cauſa,de procurato.quæ obſeruatur quotidie in practica,vt aſſerit,& fatetur Corſ.in ſing.in ver.mandatum. idem.

Teſtis productus per me,cõtra,& aduerſus partem aduerſam in eadem cauſa : ſi poſtmodum produceretur contra me, ampliùs reprobari non poteſt,ſecundum gloſſ.in l.ſi quis teſtib.C.de teſti.communiter ab omnib.ſcriben.approbatam ibi:Amplia hoc procedere ſimiliter. ſi ille teſtis eſſet infamis. aut periurus,d.l.ſi quis teſtib.& c.ſi qui 4.q.3.Amplia ſecũdò, dictam communem habere locum nõ modo, ſi eſſent producti teſtes in eadem cauſa,verum etiam in alia re producti, examinati extitiſſent ſecundum nonnullos doct.ſed Odofredus in præcitata,l.ſi quis teſtib. tenet contrarium in alia inſtantia, quem ſequitur ibi Alb.aſſeuerans opi.Odofredi in iudiciis,& praxi communiter obſeruari & Boeri. deciſ.25.n.6.cũ 2. ſeq. dictãque communem opi. ita ampliatam limitat trib. caſibus Fel.in ca.præſentium de teſti. & Stepha.Aufrerius in tract.de reprobatione teſtium,in ver.prodigo,n.82. Teſtis reſpõdens falſum in vno c.ſeu articulo redditur falſus quò ad alia capitula. & per conſequens propter falſitatem vnius capituli vitiatur eius depoſitio in omnib.ſec.Crau.latè, conſ.6.n.14.Alex. & Alc.in l.1.ſed ſi mihi.ff.de verb.ob. cum aliis congeſtis per Tyraq.in tract.de pœnis temperãdis cauſa.44.n.42.vbi declarat hoc habere locum.ſi falſum fuerit commiſſum per teſtem in committendo,non omittendo,& doct.communiter in l.ſi ex falſis.C.de tranſa.quam quidem opi.communem eſſe aſſeuerant ſcriben.ibi,præſertim Alex.n.12.& ſeq.Ampliatur iſta communis ꝙ dictus teſtis,qui in parte iurauit falſum, in totũ, & in omnibus amittit beneficium omnium legum,& ſtatutorum in eius fauorem facientium,& amittit beneficium ſimiliter & facultatem iurandi pro ſe & aliis,ſec.Dec.ꝯſ.83.in cauſa Alex.ꝯſ.114.vol.4.& conſ.27. vol.2.& in d.l.ſi ex falſis.per illum tex.vbi Iaſ.etiam & omnes doc.communiter:his accedit vtiliter ꝙ non eſt idoneus teſtis, dicens in parte falſum, & iſta eſt com.opi.teſte Soc.conſ.155.vol.2. Limitatur iſta ſentẽtia communis non habere locum in capitulis prorſus diuerſis à falſo.nam falſitas commiſſa in vno capitulo, ſiue articulo exploratum eſt non vitiate cætera capitula omninò diuerſa à falſo,vt per Bald.in l.iubemus C.de teſta.fel.in c.fraternitatis de teſtibus.Deci.in cap.1.de probatio. & iſta eſt communis opi. quam citat,& nonnihil commendat Boerius deciſ.253.nu.6. idem.

Teſtium dicta non reprobantur propter falſitatem per eos commiſſam non tangentem negotium principale. vt per Bal. in l.pe.C.de tranſa.quem ſequitur ibi Sal.ſubdens ita in practica ſeruari quotidie,& ita cõſuluit Deci.conſ.100.& Gram.cũ aliis doct.relatis per ipſum deciſ.60.n.17.& Ruynus,conſ.36. n.3.vol.4.Vnde ſciendum eſt indubitanter, quod teſtis dicẽs falſum ſuper acceſſoriis,& non ſuper facto principali probat, & valet eius depoſitio, v.g. ſi quis mihi affinis in aliqua leui, vel longa affinitate,& deponit in aliquo negotio meo,& ſup interrogatoriis ſibi factis.ſi eſt meus affinis,dicit & deponit ꝙ non, certe eius dictum valet. nec aliquid minuitur de fide ipſius,ſed bene pro tali mẽdacio debet puniri crimine ſtellionatus,ſec.Iac.Bu.in l.Lucius.ff.de iis qui not.infam.quem ſequitur Ang.conſ.194.viſis proceſſib.cauſæ, vbi dicit hoc eſſe notatu dignum,& Marſ.ſing.76.com.opi.doctorum eſt, & in repetitio.l.fi.C.de prob. idem.

Teſtis falſum teſtimonium deponens,ſiue tacẽs veritatem, vel aliquid accipiens à litigãtibus , ne ferat teſtimonium punitur criminaliter,ſecundum qualitatem facti.l.1.in prin.& §. 1.& l.falſi pœna. ff. ad l.Cornel.de fal. ſed in regno habemus pragmaticam nouiſſimam inchoantem,Ferdinãdus Aluares, in qua ſancitum reperitur teſtem falſum teſtimonium dicentem in cauſis criminalib.incurrere pœnam vltimi ſupplicij.in ciuilib.verò falſus teſtis eiuſdem pragmaticæ diſpoſitione punitur pœna mutilationis manus, ac perpetui exilij. in tantum prædicta vera ſunt,vt teſtis falſum teſtimonium deponens, teneatur nõ modo in foro contentioſo de falſo teſtimonio, verum etiam de omni damno ex illo teſtimonio contingente, vt per gl.in c. presbyterum.de homici.& ĩ c.impetrari,de reg. iu.lib.6.in foro verò cõſcientiæ tenetur duntaxat de falſo teſtimonio,ſecũdum communem opi.omnium canoniſtarum ſequuntur & atteſtantur ibi Doct. & paſſim in iure noſtro, & Corſ.in ſingu.in verſ.teſtis vltimo,inchoante,ſi quis teſtis aliquis dixit falſum,&c.Limitatur dicta pragmatica,ſeu ſtatutũ nõ procedere,ſi teſtis depoſuiſſet de eo, ꝙ eſt extra articulos. vel capitula,vel extra cauſam,ſiue de eo,quod nõ noceret partibus, vel curiis in abſoluendo vel condemnãdo etiam quod falſum,ſcienter,& doloſè deponeret.non tenetur pœna dictæ pragmaticæ,ſiue ſtatuti,ſed alia mitiori pœna erit puniendus, ita in ſpecie conſuluit Bald.conſ.106.cum peteretur, vol. 1.ad limitationem ſtatuti Mediolanenſis,& ſic nota vtiliter ꝙ falſitas.quæ nemini nocet non poteſt puniri pœna falſi ordinaria ſiue per teſtem,ſiue per Notarium,vel alium fuerit commiſſa, & iſta eſt com.opi.ſec.Alex.conſ.145.viſis.vol.6.& Soc.conſ. 103.in facto,& conſ.204.poſt reditum,vol.1. idem.

Teſtium ſolam corruptelam probare non ſufficit, vt ſentẽtia lata per falſos teſtes retractetur, ſeu annulletur, ſed debet probari falſitas ipſorum teſtium,ſec.Inn.& omnes in ca. licet cauſam.de proba.quorum quidem opin.ſequitur,declarat,& dicit eſſe com.Dec.ibi, 156.cum aliis ſeq.Io.And. verò in d.c. licet cauſam.& Bart.in l.Diuus Adrianus. n.7.ff. de re iudi.inclinauerunt in contrariam partem,videlicet,ꝙ teſti corrupto indiſtinctè non credatur & ſufficiat proponere teſtes pecunia corruptos,ad hoc, vt ſententia lata per falſas probationes retractetur,idemq; videtur, tenere gl.& ibi Bar.in l.is, qui iudicio,ff.de accu.vbi concludunt quod ſi teſtis,ob pecuniam receptam accedit ad teſtificandum repellitur à limine iudicij,tamen in iudicando,ac conſulendo non foret tutum diſcedere à dicta communi ob rationes,& argumenta allegata per Moder.& Dec. in d.c.licet cauſam, & ſimiliter ad hoc vt competat reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam latam ſub prætextu falſorum teſtium ſufficit probare ſolam teſtium falſitatem abſque eo ꝙ probetur corruptela partis ſecundum gl. in d.l.Diuus Adrianus, quam declarat & interpretatur ibi Iaſ. n. 18.& ait communiter approbari,ſed hoc non procedere,vbicunque libellans ſe aſtringeret ad vtrunque probandũ,& proponeret in libello teſtes falſum depoſuiſſe, corruptos in eadẽ ratione,eo caſu vtrumque tenetur & debet probare, ſ.falſitatem & corruptionem,ſec.Bart.in d.l.diuus Adrianus nu.3.cũ quo tranſeunt ibi Ang.Imo.Rapha.& omnes.Ab.& alij in d.c. licet cauſam & Iaſ.quoque in d.l.diuus Adria.n.20.vbi aſſeuerat iſtam eſſe communem opin.interpretatur & limitatur iſta ſententia non habere locum quando pars in libello deduceret in diuerſis orationib. dictos teſtes falſum dixiſſe, & fuiſſe corruptos,& ſic copulatiuè.vel receptiuè,tunc profectò non videtur ſe aſtringere ad vtrunque probandum, verùm alterum ſufficit, videlicet corruptelam vel falſitatem ſecundum gl.& Doct.in c.2. de reſcr.& omnes communiter in d.ca.licet cauſam.de proba.Bar.in d.l.diuus Adria,n.4.poſt alios congeſtos ibi per Iaſ.vbi ſcribit iſtam eſſe communem opi. idem.

Teſtis,vel Notarij contrarietas quæ non nocet partib.non eſt punibilis in his quæ ſunt extra negotium principale. vt late per iaſ.in l.ſi ex falſis.C.de tranſac. & per Gram.deciſ.43.& Dec.conſ 193.n.143.tamen vbicunque teſtis eſſet ſibi cõtrarius in eadem depoſitione.& in cauſa principali non extra negotium,reiiceretur in totum tanquam falſus,ſecundum communem opi.omnium doct.de qua atteſtatur Alc.in tracta.de præſump.reg.2.præſum.29. idem.

Teſtis vnicus de viſu ſemiplenam probationem facit, c.ex inſinuatione.ext.de proc.& c.fi.ext. de ſucceſ.ab inteſta.& ita tenet Io.And.Ant.& alij canoniſtæ in c.fi.ext.de iureiu.& Legiſtæ in l.admonendi.ff.de iureiu.& in l.in bonæ fidei.C.e.tit. & iſtam ait eſſe communem opi.curt.iu.conſ.122.n.7.Ratio dictæ communis per doct.aſſignatur iſta, quia ſi duo teſtes faciunt plenam probationem, ergo vnus ſemiplenam.l. vbi numerus.de teſti.& c.omni genere ext.de teſtib.quam ſemiplenam probationẽ Bar.in l.fi.ff.de quæſt.vocat indicium & præſumptionem fallitque hoc in cauſis criminalibus in quib.nemini dubium eſt ex vnico teſte, & ſemiplena probatione non deferri iuramentum in ſupplementum, ita Bart.in d.l.admonendi.in



nendi.in

nendi.in vltima char. verſ.pro cuius declara. & ratio huius limitationis videtur iſta nēpe in criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores l.fi. C.de prob. & ibi Bal.imò regulariter ī criminalib. nō damnatur quis ex ſuſpicionibus,ſeu præſumptionibus,vel indiciis, ſeu cōiecturis.l.abſentem.ff.de pœnis.l.fi.vbi.Bar.ff.de quæſt.&dictam limitationē tradit Bar.etiam in l.fi.ff.de in litem iuran.idem Bart. Ange.& Doct.in l.4.in prin.ff.de iureiu.& in d.l.bonæ fidei.Pan.cæteri que canoniſt.communiter in c.fi.ext.de iureiu.Io.And.in ca. cùm ſint partium.de reg.iu.lib.6. Spe.in tit. de iuramento delato.§.1.ver.at autem.cum ſeq.Hoſt.in Summa in tit.de iureiu.§.vt ſuper.archi.in c.ſi quis presbyter.2.q.5.& Bal.in l.1.C. de iis qui pœnæ nomine. & iſta eſt com.opi. vt per Moder. in dict.cap.fi.quod intelligo cum grano ſalis non habere locum in cauſa criminali parua,ſiue ibi ageretur de modico præiudicio, quia tunc poſſet deferri iuramentum in ſupplementum, vt voluit Pan.in c.fi.ext.ꝙ metus cauſa,in princ.Bal.poſt gl.in auth.minoris debitor.C.qui da.tut.poſſ.vbi diſpoſitio prohibens accedere debitorem ad tutelam,non intelligitur de modica quantitate vel re,intelliguntur que prædicta ſanè,ſec.Roma.in d.l.3.ff.de iureiu.procedere in cauſis criminalib. criminaliter intentatis ad vindictam publicam:ſecus autem,ſi ciuiliter intentatis ad pœnam pecuniariam & ſic in quibus tātum veniat pœna pecuniaria imponēda, & iſta fuit opi.generaliter Ant.in c.fi.de iureiu.tamen Imo ibi,& malè affirmat indiſtinctè cōtrarium:animaduerte ob hoc,ꝙ licet ex ſemiplena probatione quis cōdemnari nequeat tamen vnicus teſtis de viſu qui deponat vidiſſe Titium vulnerantem,vel occidentē Mæuium,vel committētem aliquod ſimile delictum, dummodò iſte teſtis ſit omni exceptione maior,facit indicium nō ſolum ad inquirendum,verumetiam ad torquendum,ſecundum gl. & doct.in l.ſi quis.C.ad legem Iul.maieſt.doc.omnes in d.l.admonendi Bar.Alex.& Marſyl.in l.1.§.item Corn.& l.maritus. & in l.fi.de quæſt.& Iac.Nouellum cum aliis ibi congeſtis per eum in ſua pract.cri. ſuper forma inquiſitionis contra producentes falſitates,n.8.& iſta eſt com.opi.teſte Carrerio in prac. cri.nu.100.verſ. primum & cæteri Moder.in locis ſ.citatis,& Boeri.deciſ.163.n.3. Coarctatur hoc vbi teſtis,nō eſſet omni exceptiōe maior.quia omnis minima qualitas, & defectus impedit vt nō faciat indicium ad torturam vt per Bar.& Alex.in d.§.iidem Cornelio,& Pariſ.conſ.160.& ſi conſiderata.n.64. & ſeq.vol.4.niſi concurrat leuitas vitæ Rei, ſec. Carrerium in d.ver.primum,& hoc verificatur in teſte quotieſcunque eius fides vacillaret,ſeu in aliquo elideret,vt quia eſſet affinis producentis,amicus,vel ſimilis.tunc profectò nō faceret ſemiplenam probationem, nec induceret iudicem ad opi.ſed ad ſuſpicionem ſec.Bar.in d.l.admonēdi,quē ſequuntur Bal.& Rom. ibi,& idem Bald.in l.1.C.qui,& aduer.quos,in c.1. de controuer.inueſti.Ant.&Pan.in c.fi.ext.de iureiu.quoniam modicus defectus impedit huiuſce ſemiplinam probationem vnius teſtis nec mirum,quia ſatis exorbitat fides vnius teſtis,domeſtici,à iure communi,ſec.Bald.in c.1.§.ſacramentum.de cōſuet. rectæ fidei,& in c.à nobis,& in c.innotuit,ext.de teſti.& ſic vnus teſtis domeſticus non facit ſemiplenam probationem,nā non reputatur idoneus,& integer,l.etiam. C.de teſti.c.in literis, extra de teſti.item infamis infamia facti non eſſet integer, & idoneus teſtis ſec.Bart.in d.l.admonendi:vbi Iaſ.cæteros refert,necnon ſubditi producentis,Compatriotæ homines malæ conuerſationis,vel de facili litigantes vel celeriter nimis reſpondentes,& alij his ſimiles relati per ſcriben. præſertimque per Moder.in d.l.admonēdi.& animaduerte. ꝙ ille dicit teſtis omni exceptione maior,qui aliqua ex parte,& cauſa non poteſt repelli,vt per gl.no.in c.1.ext.de conſangui.& affin.quam ponderat ibi Pan.ad ſtatuta facientia mentionem de teſtib. omni exceptione maiorib.&idem ſi diceret idoneis,quam hoc idem ponderant Moder.ibi,& idem Pan.in c.at ſi clerici.de iudi.& Alber.in l.optimam.circa fi.C.de contrah.&com. ſtipu. & ꝙ teſtis dicatur omni exceptione maior, quando nulla imputatio contra eum fieri poteſt & nihil penitus patiatur,tenet gl.etiam in §.Item.inſti.de inuti.ſtipula.Bald.in l.maritus.ff.de quæſt.Io.de Ana.conſ.17.n.8.Bal.in rub.de contro.inueſti.& dictam regulam communem ꝙ vnus teſtis, faciat ſemiplenā probationem, limitat Curt.in repetitio.d.l.admonendi. in ſeptuagintaſeptem caſibus,& ponit.& optimè declarat Lancillotus Corradus in trac.de decurionib.libr.1.c.11.de prætore. §.11.de of.prætor.nu.1.& ſeq. idem.

Teſtimonium vnius teſtis facit ſemiplenam probationem, non autem plenā,vt latè ſ.deduximus, etiam ſi conſenſus ambarum partium litigantium præceſſerit,quæ rem omnem aſſeuerationi,ſeu depoſitioni dicti teſtis commiſerint.vnde iudex hoc caſu ex conuentione,& conſenſu litigantium nō tenetur, nec poteſt vnius teſtis aſſertioni ſtare ſec.gl.Dy.& Rayne.in l. Theopompus.ff.de dote præleg.idem tenet Bar.in l.1.§.fi.nu. 2.ff.de ver.ob.vbi Alc.n.23.& ſeq.ait hanc opi.eſſe com.& Alex.conſ.47.n.4.vol.1.& conſ.54.n.1.vol.2.idemque fatetur Iaſ.in l.iuſiurandum ꝙ ex conuentione. de iureiur. in contrariam verò partem ꝙ conuentione,& cōſenſu litigantium fieri poſſit,vt teſtimonio vnius teſtis, plena fides adhibeatur inclinauerunt Spec. in tit. de teſte.§.reſtat.24.fallentia.Rom.Alex.Are.& Moder.in d.l.1.§.fi.ff.de ver.ob. Crotus in tract.de teſtib.6.par.hoc idem ſenſerunt gl.in c.veniens primo,& in c. licet vniuerſis. de teſti.vbi doc.ſequuntur eandem opi. quam aſſerit com.Iaſ.in præallegato §.fi.n.8.& iſtam vltimam ſententiam mihi ſequēdam fore conſtitui,tanquā magis æquam, & meliorib.rationib.vallatā quę com. opi.ita amplexa intelligitur cum grano ſalis procedere, quando conſenſus præſtatur certæ perſonæ,& nominatim quo ad certum negotium,ne aliter præbeatur anſa fraudibus,& falſitatibus ſec. Ang. in l.pactum inter hæredes,ff.de pac.ſententiæ, cuius nititur in rep.l. admonendi.n.100.& 200.ff.de iureiu.Aret.n.40.Soc.n.3.Iaſ. n.9.& Alc.n.28.in d.l.1.§.fi.ff.de ver.ob. idem.

Teſtis vnus deponens de veritate, & fama publica, & alius teſtis deponens de fama publica duntaxat,plenè probant,ſec. Bal.in l.Gallus §.ille caſus.ff.de lib.& poſth.& iſtam Bal.doctrinam aſſerit eſſe mirabilem perpetuoque memoriæ commendandam,ex eo quod nō habet cōtradicentem Alex.in d.§.ille caſus & alij doc.ibi & Moder.in l.admonēdi.ff.de iureiu.ideoque in conſulendo,iudicandoque ſuadendū eſſe duxi,ſequendam fore dictam doctrinam Bald.tanquam com.vt veriſſimā quia ſec.Paul. de ca.conſ.152.viſo puncto.vol.2.& in l.ſi vniuerſ.C.de leg.in cauſis decidendis non eſt parua. Bal. opi.præſertim vbi non habet contradicentem imò tutum, ac irreprehenſibile eſt iudici.ſec.opi.Bal.iudicare,maximè quę vbi non habet ꝯtradicentem,vt refert Dec.conſ.283.& Iaſ.in l. ſi quis in fundi vocabulo.ff.de leg.1.

Per vnum teſtem actor probans ſemiplenè, & ſuccumbēs, quia nō ipſi actori,ſed reo eſt delatum iuramentum, nō condemnatur in expenſis,quaſi per illum teſtem videatur habuiſſe iuſtam litigandi cauſam veriſimiliter credendo,ꝙ ſibi deferretur iuramentum,ſec.Io.And.Pe.de Aneg.But.& communiter omnes canoniſtas in c.finē litibus.ext.de dol.&cōtu.Bald. in l.1.C.de aduoc.diuerſo.iud.Alc.in l.properandum.§.ſin autem reus.C.de iudiciis,quam quidem communem ſequūtur, & atteſtantur doct.paſſim & præſertim in præcitato ca.finem litibus.& Mod.in repet.legis admonendi ff.de iureiur. & iſta communis procedit. ſecundum præcitatos doct. quando teſtis productus per actorem erat omni exceptione maior,alias ſecùs. idem.

Teſtis vnus, & cōfeſſio facta abſente parte faciunt plenam probationem,caſus eſt in c.fi.de ſucceſſio.ab inteſt.pariformiter vnus teſtis,& fama eo caſu,quo fama facit ſemiplenā probationem,plenè probant,c.1.de appel.vbi gl.&l.3.§.eiuſdem. ff.de teſti.& idem dicendum eſt in ſimilib.caſib.& quamuis iſtæ duæ ſemiplenæ probationes ſint diuerſi generis, tamen ſi tendāt ad vnum finem.faciunt plenam fidem iudici,ſecùs verò ſi ad diuerſa tendāt, quia tunc duo imperfecta nō facerent vnū perfectum.idem dicendum eſt in duabus ſemiplenis probationib.eiuſdem generis,vt puta, in duob. teſtib.tunc nemini dubium eſt,ꝙ duo teſtes faciūt plenam probationem,ita & taliter cōcluſiuè,& formaliter tenet Bar.in l.admonēdi.ff.de iureiu.cuius opi.ſequuntur doct.communiter,vt refert Salv. in l.bonæ fidei.ver.viſis his quæ ſemiplenam probationem faciunt.C.de iureiu. & inter cæteros doct. ei inhærent Bald.in l. ſi ex cautione,q.12.C.de non nu.pecu.in l.vnica. in prin.C.de cōfeſſis in l.per hanc.C.de temp.appel.in l.ſed & ſi quis ex argentariis.§.1.ff.de eden. & in l.2. C.de bon. poſſ.ſec.tab.idem Bal.& Pan.in c.cum cauſam.ext.de prob. Pan.& Ant.de Butr. poſt gl.in c.veniens.1.ext.de teſti.Anch.conſ.277. viſa diligēter,Pan.conſ.16.Alb.poſt gl.in l.inſtrumenta.C.de prob.Ang. Are.in tract.maleficiorum.ver.& an,& fama ſit ſufficiens indicium ad torturam,nu.41.& Alex.conſ.116.animaduerſis his, vol.4.& Iaffr.Lanf.dec.56. & dictam opi.communem ꝙ duo teſtes eiuſdem generis faciant plenam fidem iudici, intelligerem procedere,vbi eſſent conteſtes in omnib.prædicamentis traditis per Bal.in l.de quibus.circa fi.ff.de legi.& in l. teſtium. C.de teſtib.ſecus verò,ſi eſſent ſingulares,quia non coniungerentur,cum tenderent ad diuerſa, non autem ad idem probādum,c.cū dilecti,& ita tenet Ant.de But.in d.c.veniens, ideoq; vnus teſtis,de vna confeſſione abſente parte aliusq; de alia non iungerentur,ſec.Ant.de But.in c.licet ex quadam extr.de teſtibus,&



Pan.in c.licet ex quadam.ext.de teſti.Pan.in c.cùm cauſam extra de proba.dicentem ibidem,idem eſſe ſi vnus teſtis deponat de vero mutuo & alius de cōfeſſato,idem firmat Bal.in cap.fi.extr.de conſue.& in l.2.§.fi.. circa fi.ff.ſi cert.pet. quòd vberius declarat Laur. Syluanus, conſ.51. nu.12.& ita fuit iudicatum in ſacro cōſilio Neap.vt refert Affli.deci.364. nu.3. F.Viuius.

Teſtis vnus de veritate,& alius de cōfeſſione emanata pręſente parte, ſeu duo teſtes de emanata confeſſione parte abſente ſeu de fama publica plenè probant ſimul iungendo. ita Bal.in rub.de controuer.inueſti. & in l.ſed & ſi quis ex argentariis,in prin.ff.de eden. & Pau.de ca.ſequendo Bar.in l.admonendi.ff.de iureiu.in conſ.229.viſa petitione,vbi tenet,vnum teſtem.de vere numerali actu,& duos de confeſſione abſente parte plenè probare,& circa hoc abundè ſcripſimus ſ.tenēdo præcitatam opi.tāquam veriſſimam,& canonicā, & latè probat Laur.Sylua.conſ.l.n.12.ſic verò nota confeſſio eſſet facta Ciuilib.extra iudicium præſente parte & probaretur per duos teſtes, faceret vtique plenam probationem, & præiudicaret hæredi confitenti,ſec.Bal.in l.1.C.de delicto defunctorum,& Soc.cōſ.22.vol.4.vbi aſſerit ꝙ vltra præſentiam partis requireretur etiam acceptatio,nihilominus obſeruatur communiter contrarium,videlicet, ꝙ non requiratur dicta acceptatio, vt & omnes doct.paſſim teſtantur,& Moder.in addi.ad Alex. in præallegatis conſiliis.& doct,relati per Pet.Duennas in ſuis regulis,reg.119.nu.1.vbi atteſtatur contrariam opi.eſſe com. poſt alios quamplures congeſtos per eum. idem.

Teſtes producti in vna cauſa impediunt vt alij noui in alia cauſa ad eundem effectum tendentes non producantur,curt. iu.in l.2.C.de eden.n.110.com.dicit. B.Villal.

teſtes in eadem inſtantia poſt didicita teſtificata,nō poſſunt produci,Bell.conſ.25.n.6.com.dicit,ex §.ſi verò.auth.de teſti. idem.

Amplia.ꝙ ſi teſtes ſunt publicati in prima inſtantia,facit impedimentū,vt alij teſtes non poſſint produci in cauſa appellationis, curt.iun. d.l.2.nu.3. com.dicit, ꝙ de iure can.clara eſt reg.clc.2. de teſti. Legiſtæ tenuerunt contrariam cùm de iure can.habeamus claram determinationem per dictam clem.illi ſtandum eſt per tex.& Pan.in ca.1.de no.opc.nun.& ſic remanet firma noſtra communis. idem.

Hāc canoniſtarum communem opi.latius proſequitur,defendit,& in vtroque foro obſeruandam dicit Did.Couar.Practica.quæſt.c.18.n.6.auctoritate Ant.Imo.& Fel. qui idē exiſtimāt in c.fraternitatis.de teſt.& Lanf.in c. quoniam contra. in ver.teſtium.n.60.de probatio. I.Fich.

Idem tamen Did.Coua.ſubiungit cauēdum eſſe,in hac cōcluſione,nō ex hoc prohibitam cēſeri productionem teſtium ſuper his,quæ fuerunt in prima inſtantia allegata, & tamen teſtes non fuere ſuper his allegationib.examinati. Nam poterit quiſpiam in appellationis cauſa teſtes producere ad probationem eorum, quæ ante ſententiam allegauerit,& q̄ ſunt cōtraria his allegationib.directo,quas eius aduerſarius in iudicium deduxit,modò non fuerint teſtes de his interrogati & examinati,ſec.Card.Inn.& Fel.n.34.in c.cùm Io.de fid.inſtr.per textum ibi,Hæc ille. idem.

Fallit primò, in cauſa criminali, in qua iudex poteſt etiam publicatis atteſtationib. ſuper eiſdem articulis recipere ad defenſam.Franc.de Are.in c.fraternitatis,n.36.de teſtib.com.dicit,vbi etiam dicit,poſſe fieri ad petitionem partis. B.Villal.

Fallit ſecundò,in cauſa matrimoniali,in qua etiam poſt didicita teſtificata, quando agitur de probanda conſanguinitate,vel impedimento,poſſunt adduci noui teſtes, & de directo contrarij,Iaſ.conſ.15.vol.3.com.dicit.

Amplia iſtam fallentiam,cum producātur per eum,qui facit pro matrimonio,Iaſ.in d.conſ.com.dicit. idem.

Conſanguineus in cauſa criminali omninò repellitur à teſtimonio, in ciuili minus creditur,Franc. de Are.c.cum oporteat de accuſa.n.11.com.dicit.

teſtes in cauſa matrimoniali debent per iudicem examinari,& iudex non committit,Pan.in c.ſi quis teſtium, C.de teſti. com.dicit. idem.

Teſtis vnicus etiam deponens de facto proprio,nō probat, Boer.deci.221.n.17.com.dicit. idem.

Limita primò,iſtam communem ad hoc ꝙ facit ſemiplenā probationem,Cur.iu.conſ.122.n.7.com.dicit.

Fallit ſecundò,ſi de conſenſu partium admittatur ad hoc ꝙ plenè ei credatur,Iaſ.in l.1.§.vlt.nu.8. ff.de ver.ob. com.dicit, quam intellige,quando cōſenſus pręſtatur vni perſonæ & nominatim, quò ad certum negotium, ne detur occaſio fraudi, ſec.Ang.in l.pactum,inter hæredes.ff.de pact.& Are.in d.§.vl. nu.28.de quo per Couar.in Reſo.lib.2.c.3.& vide ſ.in liter.c. n.24. idem.

Teſtes vniuerſitatis nō ſunt idonei teſtes pro ipſa vniuerſitate,maximè quando teſtimonium etiam in ipſorū proprium commodum vergit,per ea quæ ſ.tradidit Villalobos, ī verbo ſinguli.nu.60.Hinc eſt,quòd magis creditur teſtib.qui deponunt contra teſtes vniuerſitatis,quàm teſtib. ipſius vniuerſitatis,ſec.Matth.de affli.in deci.400.vbi multa de hac materia.E. Bened.Vad.in add.ad reper.Fel.in ver.teſtis,ver.teſtis,& ſic illi qui ſunt de vniuerſitate,&c. I.Fich.

Teſtis reuocās ſuum dictum in alio iudicio,ſtabitur primo, Alc.de præſum.re.2.præſum.29.com.dicit. B.Vill.

Amplia teſtem bene deponētem in ciuili iudicio,ſi in tormentis reuocat ſuum dictum,valet primum,Alc.in d.tract.n. 13.com.dicit. idem.

ADDITIO. In iudicio autem criminali reuocās dictū ſuum ſtatur ſecundo dicto in tormentis, quod verius præſumitur, benè tamen poterit corrigere non ex interuallo,ſed ſtatim,vt de his Trad.in tract.de teſtib.lib.2.in 1.par.prin.c.11. & c fi.n. 1.& in 3.par.prin.c.2.nu.2.eo.lib. cum multis aliis de quibus per Mar.Ant.Bard.in tract.de temp. vti.& contin.in c.11.n.2. Teſtis autem, ſi notæ fidei eſſet, poterit ſe corrigere vſque ad publicationem,vt per Bald.in eo.loco.

teſtis ſibi contrarius in eadem depoſitione reiicitur in totum,tanquam falſus,Alc.in d.tract.præſump. commun.dicit. idem.

Teſtis de credulitate non probat gl.communiter approbata, in l.teſtium,C.de teſtib.quam com.dicit Pan.in ca. quoties de teſtib. idem.

Amplia,ad teſtem deponētem per hæc verba,iudicio meo, quia non creditur.curt.iu.conſ.165.n.17.com.dicit.

Teſti deponenti circa ea quæ ſenſu corporeo nō percipiuntur, niſi rationem ſcientiæ per ſenſum corporeum aſſignauerit,etiam non interrogatus,non creditur,Cur.iu.conſ.250.n. 1.com.dicit. idem.

Teſtibus deponentib.veriſimiliora,magis creditur.Cur.iu. conſ.178.n.3.com.dicit.

teſtis nō præſumitur rogatus,Alb.Brun.in tract.de forma. & ſolen.de probatio.& præſump.formæ concl.14.com.dicit. fallen.1. idem.

Fallit,ſi notarius dicat teſtem eſſe rogatum vel ſi dicit ꝙ teſtes fuerunt adhibiti,& vocati,quia tunc dicuntur rogati, idē ibi.com.dicit. idem.

Amplia iſtam communem, ſi notarius dicat teſtem iuratū depoſuiſſe,Alc.de præſump.re.3.præſump.13.n.4.com.dicit.

Nota iſtam ampliationem ad intel.l.23.tit.16.par.3.dicētis teſtimonium non iuratum nullum eſſe.& vide Iaſ.in l.admonendi.ff.de iureiur.n.119.ex Bart.in l.Theopompus, nu.7.ff. de dot.præleg.& vide ſ.in verbo electus. idem.

Teſtes corrumpens,vel falſificans inſtrumenta, non perdit cauſam,Boer.Dec.291.n.3.com.dicit. idem.

Teſtes non productos poteſt examinare iudex pro abſentibus,& in ciuilibus,Ripa in l.is apud.n.28.C.de edendo. com. dicit. idem.

teſtes poſt omnem dilationem præſentati,ſunt eiiciendi,niſi pars iuret de nouo ad ſuam notitiam perueniſſe.Boerius deciſ.3.n.2.com.dicit. idem.

teſtis non debet deponere in ſcriptis, ſed ore proprio pronuntiare debet,Gozza.Reſolu.lib.2.c.13.com.dicit.

teſtium habilitas non ſolum requiritur in tempore productionis in teſtem,ſed etiam in tempore quo adhibētur,vt poſſint probari geſta per eos, cùm aliàs non requirantur, Iaſ. in l. teſtes,n.7.C.de teſtib.com.dicit. idem.

Et ſi talis inhabilitas conſtaret ex actis, vel alias eſſet notoria, tunc poſſet à parte, etiam poſt concluſionem opponi vel allegari.ſec.Iaſ.in 2.Lectura ſuper l.admonendi, n.64.per ibidem allegata,ff.de iureiu. I.Fich.

PRO.teſtium fides diligenter examinanda eſt.l. teſtium.ff. de teſtib. Bello.

Pro. teſtimonium in re propria reprobatur.l.nullus.ff.de teſti.l.omnibus.C.eo.tit. idem.

Teſtium numerus in teſtamento ſi remittatur per ſtatutū, & ad pauciores redigatur,putà ad quinque, talis remiſſio nō extēditur ad codicillos,ita vt in illis tres ſufficiant,communiter tenere poſt Bart.doc.in l.2.§.fi.ff.de lega.1.aſſerit Bar. Soc. conſ.85.nu.6.vol.4. idem.

Et poteſt talis inhabilitas teſtium, ſiquidem appareat ex actis,vel aliàs notoria ſit,etiam poſt concluſionem cauſæ allegari vel opponi,ſecundum eundem Iaſ.in 2.Lectura l.admonendi,63.ff.de iureiur. idem.

Teſtis. Valet dictũ teſtis deponẽtis de credulitate, ſi interrogatus reddat bonam rationem ſcientiæ ſui dicti à ſenſu aliquo: quia ratio dicti regulat ipſum dictum, ſec.Bald. & Imolam in l.ſi ſeruus legatus.§.qui quinque.ff.de legat. 1.eundem Bal.in l.ſolam.C.de teſtib.& in l.2.§. quod obſeruari.C.de iura.calum.Sal.in l.teſtium. C.de teſtib.vult etiam Butriga.in c. quoties.ext.e.tit. Balb.deciſ.7.

Teſtis dicens,niſi fallor,probat,ſi eius dictum ſit clarum ſaltem in ratione.Bal.in l.1.ff.de iuſtitia,& iure. per l. teſtium C. de teſti.l.qui teſtamento.§.fi.ff.de teſta iuncta l.ſi duo.§ j.ff.de arbit.aliàs ſecus,& hoc caſu procedat contraria opi.Fulg.in d. l.1.& hanc diſtinctionem ſequitur dominus Cato.ibi. Balb. deciſ.10.

Teſtis mendax. Et ſi teſtis falſum dixerit in aliquib.extrinſecis qualitatib.nõ ſubſtantialib.negotij & facti,pro quo contenditur, non vitiatur eius dictum circa negotium & factum principale,ſec.Inn.& Pan.in c.fraternitatis.ext.de hæret.Allegatur idem tenere Old.in conſiliis ſuis conſ.307. Quod limitant procedere Sal.& doct.in l.ſi ex falſis.C.de tranſa.quando teſtis iurauit dicere veritatẽ ſuper articulis,vel ſuper tota cauſa.Secùs ſi ſuper his,ſuper quibus interrogabitur: quia tunc ſi interrogatus ſuper extrinſecis mẽtiatur, non credetur ei in aliquo.Ad quod facit gl. in cap.in noſtra. extr. de teſti. Balb. deci.21.

Teſtes examinati, ſed non publicati in cauſa principali, faciunt fidem in cauſa appellationis inter eaſdem perſonas, ſec. Pau.de caſt.in l.2.C.de eden. Bald.vt ipſe refert in l.prolatam. C.de ſent.& in tit.de pace conſtan.in ver.de cauſis.Im.in d.l.2. & Pan.in capi.cauſam.quæ el primo,extrà de teſti. Balb.deciſ.118.

Teſtis inſtructus. Licet teſtis inſtructus fuerit à producente de veritate facti,vt melius recordetur, & ipſe teſtis dicat ſe ſic inſtructum,non per hoc vitiatur eius dictum,dummodo à veritate non recedat,ſec.Bal.in l.fi.ff.de feriis, qui refert idem notat.Roffr.in ſuis libellis:in tit.de ſenatuſc.Liboni.& ſec.dominum Cato.in d.l.fi. Balb.deciſ.184.

teſtes ad æternam rei memoriam non recipiuntur in cauſis criminalib.quãdo agitur criminaliter,ſecus ſi ciuiliter,ſec.gl. Inn.& Hoſt.in c.quoniam frequenter,ext.vt lite non conteſt. Spec.in tit.de teſte.§.nunc tractemus.verſi.pe.licet ibi dicatur Vincentium tenere contrarium,quem ſequitur Bal. poſt Nic. Mara.in auth.ſi quis ab alio.C.de teſt.Prima opi.poſſet, procedere in accuſatore. Secunda in reo. concordando dictas opi. ſec.do.Floria.in l.Aquilia.ff.ad l.Aquil. Balb.deciſ.198.

Teſtimonium vnius teſtis regulariter non eſt admittendũ c.licet vniuerſis.c.veniens.& c.in omni negotio. de teſti.& l. vbi numerus.ff.de teſti.& vnus teſtis minimè probat,etiam ꝙ ſit præclaræ authoritatis,& dignitatis,can.ego ſolis.9.diſt. gl. in c.ſicut,de ſent.excommu.de qua meminerunt Abb.in c.eccleſiis.de maio.& obed.Fel.in ca.poſt ceſſionem.de probat.& notat Iaſ.in repet.l.admonendi.ff.de iureiu.n.189.Ab.& omnes.in c.conſtitutus.de appellatio. & ponit pro regula cum aliquibus fallentiis.Soc.in tract.fallen.in reg.423.teſti.vni:hoc verò limitatur non procedere in probanda prima tonſura, nã prima tõſura probari poteſt vnius teſtis teſtimonio, vbi de alterius præiudicio non agatur,ſec.Bald.& Fel. in d.c. licet vniuerſis.Iaſ.in d.l.admonendi.n.128.Marſ.in l.1.§.idem Cornelio.n.4. poſt medium.ff. de quæſt.& Gerardum ſing.49.ſecus autem eſſet, vbi tractaretur de iuriſdictione iudicis declinãda ex cauſa clericatus.vel eſſet queſtio,& lis ſuper beneficio,ſeu eſſet controuerſia inter iudicem eccleſiaſticum, & ſecularem ſuper iuriſdictione in clericum exercenda,tunc quippè plenè per ſcripturam, vel per duos teſtes probari oportet, ſec.Bald. Alb.poſt Cy.in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſc.& cler.& ita hoc limitant interpretantur,& declarant etiam Affli.in cõſtitu.Neapolitana,tit.3.n.12.Rebuffus,in pract.benefic.tit.de forma literarum tonſuræ, nu.34.& aduerte hic.ꝙ regulariter clericatus,ac tonſura probari debet literis,& ſcripturis, vt per tex.vbi Iac.But.in d.l.ſi qua per calumniam.& tradit Fel. & omnes.in d.c.poſt ceſſionem.Rebuffus.in d.tit.de forma literarum tonſuræ,n.22.& Gram.deci.81.n.1.& 4.cæterum,vbi opponitur, & allegatur ſcripturam fuiſſe amiſſam, & perditam, hoc caſu poteſt probari per teſtes l. teſtium.C.de teſtib.l.ſi ſolennib.C.de fid.inſtr.gl.communiter recepta ab omnib.in c.ſi iudex laicus.in ver. fecerit.de ſen.exc.in 6.& notat Guid.Pap. q.474.& Rebuffus in d.tit.de forma literarum tonſuræ,n.23. & licet tonſura,ac clericatus probari poſſit literis facientibus mentionẽ de ordinatione ipſa clericali,nihilominus hoc non procedit in bulla,ac litera Pontificis,in qua nominet aliquem clericum propter collationem beneficij ei factam,nam clericatus non probatur ex eo, quod Pontifex beneficium conferendo in ſua bulla nominet ipſum clericum, ſec.Io. And.in c. non licet.de reg.iu.in mercu.Cald.& Ant.de But.in d.ca. poſt ceſſionem.Pan.in ca.dudum.de præſum.Affli.loco,de quo s. Anch.& Franc.in d.c.ſi iudex.& Gram.d.deciſ.81.nu.3.& ſeq. poſt alios cumulatos per eum, vbi ſcribit iſtam eſſe com.opi. F.Viuius lib.2.opi.294.

Teſtis non eſt idoneus pater ſpiritualis in cauſa filii ſui ſpiritualis ſec.Bald.& Alex.l.generaliter.ff.de in ius voc.Fulg.l.5. §.prætor.ait.e.tit.Sal.in lege,teſtis idoneus.ff.de teſti. Francus in c.1.de cogna.ſpiri.lib.6.affli.in conſtitutio.Neap.exordiente,mores diſſolutè viuentium.verſ.30. & Bertr.conſ.178.nu. 13.vol.2.

In contrariam verò partem videlicet,quòd pater ſpiritualis non repellatur à teſtimonio inclinauerunt Barto. conſ.92.in quæſt.vertente inter dominum Simonem.Bald.Sal.reuocando ſententiam in melius.in l.parentes.C.de teſti.Io.Ana. in c. cùm dilectus.de accuſa.alter Alb.in tracta.de teſti.in 1.part.1. par.Franc. Aret.in c.cùm oporteat.de accuſatio.Roma.Alex. ſibi contrarius Soc.& Iaſ.in d.l.generaliter.Corn.conſ.61.viſa copia proceſſus.vol.3.Io.Plat.§.teſtes inſtitu.de teſt.Alex.cõſ. 42.conſ.125.vol.4.& conſ.186.vol.7.Fel.in ca. cùm nuncius de teſti.Cæpol.cauſarum ciuilium conſ.5.iaſ.in l.cùm apertiſſimi.C.de iudi.& in § pœnales.inſtit.de actio.Sal.& Flo.in d.l. teſtis idoneus. Aufrer. in tract. de reprobationibus teſtium in litera,p.ver.pater ſpiritualis.Orian.in repet.c.quoniam cõtra. in materia teſtium,de probatio.Bertr.ſibi cõtrarius conſ.300. circa fi.vol.2.Bened.in ca.Rainutius.in ver.& vxorem nomine Adelaſiam.n.767.de teſta.Cotta.in memoriali, in ver.commater.poſt prin.& Ruinus conſ.81.n.19.vol.3.& iſtorum opinionem non me latet eſſe magis veram,magiſque communem,vt atteſtatur illam pariter ſequendo Alex.de Neuo,cõſi. 20.nu.7.& aduerte ꝙ licet pater ſpiritualis,ſecundum dictam communem ſententiam repellẽdus non eſſet à teſtimonio ferendo,tamen eius fides nõ foret vſquequaque integra,ſecũd. Fulg.conſ.11.emphyteute. Alex.conſ.237.vol.6.Bertachi.in ſuo repertorio.in ver.compater.ver.14.Dec.dicentem hoc relinqui arbitrio iudicis,in c.cum ſpeciali.de appel. Alc.in l.1.in prin.C.de in ius voc. aſſerentem iſtum teſtem non fore omni exceptione maiorem, & Ripam in l.admonendi.n.181.ff.de iureiur. & hoc veriſſimum exiſtimo, & ſemper obſeruaui in cauſis ciuilibus,& criminalibus,& ſępiſſimè obſeruari vidi in actu practico. ſed quid è contra an filius ſpiritualis pro patre ſpirituali poſſit eſſe teſtis,vide Fel.declarantem in dict.c.cùm nuncius.in verſ.& in quantum. item Baiolinus nõ poteſt eſſe teſtis quandiu nutrit, poſtea verò eius teſtimonium admittitur.ſec.Bal.in l.parentes,C.de teſti.& Lanf.in d.c. quoniam.in ver.teſtes, nu.61.vbi ait iſtam eſſe com.opi. F.Viuius lib.2. opi.298.

Teſtis inimicus. Procurans inimicitiam teſtis vt ei non credatur,non poteſt vt inimicum eum repellere,ſed quanta fides illi ſit adhibenda,relinquitur iudicis arbitrio, ſec.Bar.in l.1.in §.cum quis.ff.de quæſtio.facit.l.ſi merces.in §.culpæ. ff.locat. Balb.deciſ.202.

Teſtis iniuratus. Dictum teſtis non iurati valet,ſi partes ei iuramẽtum remiſerint.c.tuis.ext.de teſti.gl.in verbo,valebit. in l.1.ff. de fer. iudex tamen ſi velit quod iuret, non tenebitur aliter illum admittere,ſec.Bald.ibi, & Spe.tit.de teſte.§.ſequitur.ver.& nota. Balb.deciſ.351.

Teſtium receptio. Teſtibus publicatis poſſunt ipſi vel alij recipi ſuper eodem articulo, ſi diuerſo remedio & modo agi cœperit.ca.veniens.& cap.cum in tua.extr.de teſti. Balb.deciſ.383.

Teſtes iterum examinari.Quando examen teſtium ęſt nullum,poſſunt iidem teſtes iterum examinari, etiam poſt publicationem,& didicita teſtificata ſecundum gl.in c.cauſam quę inter archiepiſcopum.in verb. voluerint. extrà de teſtib.Bart. in l.qui per ſalutem.ff.de iureiu.do. de Rota deciſ.394. in nouiſ.in rubr.de teſtibus. Balb.deciſ.384.

Teſtis non citatus.Dictum teſtis non citati valet, ſi iudex illi iuramentum deferat vtraque parte præſente:nam iuramentum deferendo videtur eum tacitè monere, vt veritatem dicat,ſec.do.de Rot.in nouiſ.deciſ.375. Bald.in l.presbyteri.C. de epiſc.& cleri. niſi conſtaret iudici ꝙ ſponte & affectionatè ſe ingeſſiſſet,quia tunc eſſet ſuſpectus.per ea quę habentur.d. l.presbyteri.in l.quæ omnia.ff.de proc. Balb.deciſ.405.

Teſtis deponens per dictionem vel,circa,ſeu,& plus,vel vltra,non probat,tanquam de incerto deponens,ſec. Pan.in ca. tuę.extrà de deſponſ.impub.faciunt notata in c.licet cauſam. extrà de probationib. Balb.deciſ.507.





Teſtis contrarius. Teſtis deponens ſecundò contrarium eius quod primò depoſuit, non vitiat ſuum primum dictum, donec aliter conſtet de eo,quod ſecundò depoſuit, ſecũdùm gl.in ca.per tuas.extrà de proba. Bar.in l.generaliter.C.de non nu.pec.facit cap.ſicut.extrà de teſtib.licet aliqualiter debilitetur primum dictum,ſecundùm gl.in d.c.per tuas.Io.And.in c. præterea.extrà de teſtib.cogen niſi teſtis incõtinenti probabiliter ſe correxerit,quia tunc ſtabilitur ſecundo dicto,& ita intelligitur Inn.in c.cum oporteat extrà de accuſa.ita etiam tenent Do.de Rota.in nouiſſi.deciſ.297.in rub.de teſtib. Balb. deciſ.509.

Teſtis eſt idoneus infamis infamia facti,hoc eſt improbatis, & leuioribus præditus moribus in cauſa ciuili ſecundum gl. in l.3.§.duæ cauſæ.ff.ad Carbo.& in c.teſtimonium.de teſti.in ver. in hoc caſu, & vtrobique doct.ſed non foret iſte teſtis dignus tanta fide, quanta reliqui integri teſtes, ſecundum gl.& Bart.in l.1.C. de ſumma tri.Bar.in l.Caſſius. ff.de ſenatoribus Marſi.in ſing.109.infamis.& Abb.in d.c.teſtimonium. dicentem arbitrio iudicis relinquendum eſſe quãtum ex hoc fides teſtis prædicti diminuatur, quod inquit communiter receptum ab omnib.ſcribentibus Lanf.de Oria.in c.quoniam contra de proba.in ver.teſtes, n.74.& ibi Bened.Vadius, in add.& de iſtis teſtibus infamibus de facto ponit aliqua exempla Orianus loco de quo s. & infamia iſta aduerte, imò nota ꝑpetuò. quod probatur ac verificatur etiam per teſtes nullo modo iuratos ſecundum gl.in ca.tua.in verb. teſtimonio,de coha.cle. & mulic.Bal.in ſuo reperto.in ver.infamis.& Marſi. in d.ſing. 109 in fi. F.Viuius lib.2.opi.299.

teſtis iurans die iuridica,& deponens die feriata valet,& tenet eius teſtimonium,ſec.Spe. in titu.de feriis.§.ſequitur ver. quid ſi ſciuit.gl.ſingularem in clementina iudices.de off.delegati. Albericus in l.iuriſiurãdi.C.de teſtib. Bald.in l.ſi quando eo.tit.Lanf.in c.quoniam contra de proba.in c.8. de teſtibus. nu.15.& Ang.in l.damni infecti.ff.de dam. infect.vbi profert hoc magnum verbum ita ſeruari in curia, & in toto mundo, prout atteſtatur etiam Alber.de Roſa. in tractatu de teſtibus, nu. 148 & ſic obſeruat praxis quoque in regno vigore ritus magnæ curiæ vicariæ exordientis. item quòd ſi teſtes producti in dicta curia, diſponentiſque, teſtes iuratos die non feriata poſſe examinari die feriata,& notat Maranta in tractatu iudiciorum in 6.par.in ſexto actu. de teſtium productione, n.4. & 7 & in 9 actu eiuſdem ſextæ part.nu.32. F.Viuius lib.2.opi.300.

Teſtis eſſe non poteſt inimicus contra inimicum ſuum.l.3. & ibi Bart.Alex & cæteri.ff. de teſtibus.l.1 § quæſtionum. ff. de quæſtio §.ſi verò dicat odioſum.auth.de teſti. & ibi not.& auth ſi dicat.in fi.C.de teſtib.Bertr.in tracta.de reprobatio.teſtium,in ver.Ermaphroditus,nu.60.Ferrarien.in ſua pract.Papienſi,in forma iuramenti teſtium.§ proteſtante, n.11.& ſeq. Melchior de Facinis de Padua conſ.82 nu.4.& ſeq.vol.1.poſito inter conſil.criminalia diuerſorum collecta per Io.Baptiſt. Zii.etum,Marſ.in l.1.§.præterea,nu.1.ff.de quæſt.& Ripa,in c. 1.de iudi.nu.15.vbi ſcribit iſtam eſſe communem opi. & hoc adeò verum eſt,atque procedit. quod inimicus etiam reconciliatus, à teſtimonio repellitur contra inimicum, & ſic ſuſpicio inimicitiæ non tollitur per reconciliationem, quoties ea nuper contigerit, quoniam non ſtatim poſt recõciliationem eſt idoneus teſtis, qui paulò antè erat inimicus ideò expectãdum eſt,vt amicitia ſit longo tempore confirmata,& obliuioni tradita omnia inimicitiarum veſtigia,text.eſt & ibi gl.in ca. accuſatores 3.q.5 in ver.inimicitias.Anan.& Fel.in c.per tuas. de ſimonia.Ro.ſing 319.Ana.conſ.117.volu.1 & ibi Bologninus in add Inn.Abb.Anania.& Fel.nu.4.in c.cùm oporteat. de accuſatio.Iaſ.in l.apertiſſimi.de iudi.Maranta in tract.iudiciorum in 6.par.in 2.actu de appellatione.nu.64 Marſ.in d.§. præterea,nu.4 Crauet conſ.9.nu.6.& conſ.73.nu.13.Iac.Nouellus,in tracta.ad defenſam.in rub. an indicia pro reo danda ſint incip.ſolet communi ſententia dici,nu.43. & ſeq.& complures alij ſignati per Tiraq.in trac.de cauſa ceſſante. in 2.par. limitatio.16 nu 7. ex quibus conſtat iſtam communem opi. fore. ampliatur quoque præmiſſa quòd in crimine læſæ maieſtatis,ſimoniæ,hæreſis,aliorumque enormiſſimorum delictorum,inimicus ad teſtificandum minimè admittitur, vt voluerunt Specul.in tit.de accuſa §.1.Bar.in l.in quæſtionibus.ff.ad le.Iuliam maieſta.Bal.in l.in his.§.1.in fi.ſol.matr.Roma.in l.ſi verò.§.de viro.e.tit.Alex.conſ.127.in fi.vol.4.Abb.in c.inquiſitionis.§ tertiæ.de accuſa.Crauet.in d.conſ.9 ſub n.6.& Marcus Ant Blanc.in practic.cri.in rubr.incip.poſtquam vidimus quæ indicia ſunt ciuilia,nu.19.& hoc per text.in cap.per tuas. quem communiter omnes citant pro ſingulari,teſte Marſi.in d.§.præterea.ſub nu.1. licet ipſe ibi alleget alterum text. ſimilem in c.cum P.ext.de accuſatio.& aduerte quòd præmiſſa iura diſponentia inimicũ recipi non poſſe in teſtem veniunt intelligenda procedere in inimico capitali,non autem in inimico non capitali, nam iſte inimicus admittitur quamuis minus fidei ſibi adhibeatur,ſecundum Inn. in d.ca. cum oporteat.& Cy.Bald.Alber.& cæteros.in d.auth.ſi dicatur,vbi Salyc. allegat rationem, quoniam pro leui inimicitia de facili quis mentiri non cenſeretur quemadmodum pro graui. & iſtorum opinioni inhærent Alber.de Roſa.in tract.de teſtib.in prin. ſub n.18.& Bertr.in d.trac.de reprobationib.teſtium,n.50.in quibus quidem locis eam exprimunt com.fore.& quis dicatur inimicus capitalis & quib.mod.probetur capitalis inimicitia, vide canoniſtas declarantes,decidenteſq; c.in d.c.cũ oporteat. Bart.& Bald.in d.auth ſi dicatur. Ant.But.in c.veniens.il 2.de ſponſa.Fel.in c.quoties de teſtib. Albe.in l.pe.in prin.ff.ſol.matrim. Anch.conſ.246.Alex.conſ.99.volu.1.Corne.conſ.301. vol.2.Io.de Amicis conſ.119.nu.10 Mantua.in conſ.27.nu. 31.vol.1.Soc.iu.conſ.73 nu.14.vol.3.Pariſi.in conſ.83.n.65. vol.4 Gramm.conſ.cri.46.n.5. Pari.de Put. in tract.ſindica.in ver.ſuſpicio.Anto. Roſel.in tract.de teſti.& Crotum,in tract. de teſti.n.97 & Marſ.in d.§.præterea.n.7.cum aliis ſeq. F.Viuius lib.2.opin.303.

teſtis eſſe non poteſt excommunicatus, & ſic à teſtimonio repellitur.c.veniens.il 2.de teſti.& c.decernimus. de ſentent. exc.in 6.& tenent omnes doc.in c.intelleximus.de iudic.& c. teſtimonium.de teſti.& Ruinus conſ.7.nu.15.vol.5.& Lanf. in c.quoniam contra.de proba.ver.teſtes.nu.76. vbi ait iſtam opi.eſſe indubitatam,& communem.ſed hoc fallit non procedere in crimine hæreſis, quia tunc teſtes excommunicati, & criminis ſocij admittuntur in inquirenda hæreſi. c.in fidei.de hæret.in 6.cum declaratione ibi tradita. & per Ioan.Franciſc. Ponzimbium,in trac.de lamiis nu.84.conclu.21.fallit etiam prædicta communis non habere locum, vbicunque excommunicatus eſſet abſolutus,tunc enim poſt abſolutionem impetratam à dicta excommunicatione poteſt eſſe teſtis, ſecun. Deci.in d.c.teſtimonium.& iſtam inquit eſſe com.opi.Lanfr. in d.ca.quoniam.ver.teſtes.nu.76 ſed ſi opponeretur teſtem productum per partem eſſe excommunicatum,vel infamen, ob hoc igitur non retardabitur eius examinatio, verùm exceptio hæc reſeruanda eſſet in fine iudicij,ſecun.Spe.tit.de teſti. §.1 ver.quid ergo ſi præmiſſa deiiciens,vbi hoc ipſe limitat,niſi pars obiiciens exceptionem huiuſmodi vellet incontinenti eam probare, quia eſt audiendus, ſi habet probationes in promptu,ſec plura citata ibi per eum.ideò optimè pro cautela tradit Follerius, in pract.crim. in fragmentis.tit.de excommunicatis.num.228.& circa fi.dictæ practi ꝙ ſi teſtes allegati fuerint excommunicati in iudicio abſolui debeant, & hæc omnia poſuimus etiam s.in opinio excommunicatus non poteſt eſſe teſtis. F.Viuius lib.2 opi.302.

teſtis deponens Sempronium poſſediſſe octo annis,& plus tunc quippe huiuſmodi adiectio, plus, ad minuſculam partem,i.ad quartam partem annorum trahenda non eſt,& ſic illa adiectio,& plus,tanquam incerta nihil operatur,& ob hoc præſcriptio 10.ann.impleta non eſt,ſecun.Bart.nu.5. & Fulg. in l.cum furti.ff.de in lit iur Iac.de Aren.Cyn.Odof.Iac.Butr. Bald.Aret Paul.caſtr.Fulg. & Fern.Vaſq. in l ſi quis in ſuo.C. de inof.teſta.n.3.vbi oſtẽdit iſtorum opi. com.fore,& ſequitur cum aliis innumeris relatis per eum,& communem pariter ſcribit Bald.in repet.l.celſus q 6.nu.14 & ſeq. ff.de vſucapiſta,in fi.ſui tract.de præſcript.Nat.in rep.cle ſæpe de verb. ſign.Aret.conſ.104.Alex conſ.108.vol.2.Im.conſ.83.in fi.& conſ.105.in fi.& Card.conſ.107.& ſcripſimus latius s.part.1. opi.377 teſtis deponens per dictionem,licet & malè idẽ Bart. in d.l.ſi quis in ſuo, num.2.ſenſerit contrarium,quem omnes communiter reprobarunt,teſte Vaſquio ibi,nu.3. F.Viuius. lib.2.opi.304.

Teſtis productus ad probandum de continua poſſeſſione, deponens Titium poſſediſſe à decem annis citra, non probat poſſeſſionem longi temporis, nec præſcriptionem, quia non concludit,cùm vna die poſſidere potuiſſet,& verificata foret eius depoſitio,ſecundum Hoſt.Io.And.Fel.& cęteros omnes Canoniſtas,in c.licet cauſam de probatio.per tex.vbi Bar.in l. Celſus.nu.23.ff.de vſuca.Bal.in l.indicia in fi.C.de rei vend.& in l.falſus.C.de fur.Alex.conſ.cx.in fi volu.1.Bald.& Iaſ.C.de tranſac. Ferrar.in ſua practic.Papien.in forma reſpon.rei conuenti.in §.præſcriptionis, nu.21.Alex.in ſcholiis ad Bar.ſuper verſ.ſed circa.in d.l.Celſus.& Balbum ibi,in rep.q 6 ſub nu 9. & ſeq vbi præſupponit iſtorum opi.communem eſſe. F.Viuius lib.2.opi.305.

Teſtium falſitas vt excludatur, lex præſumit varietatem loci,& temporis ſec.Bal.in l.Imperator.ff.de ſtatu hominum.Saly.in l.tutela.C,de reſtit.in integ.Alex.in l.iuriſgentiū.§.quod ferè.ff.de pact.& conſ.70.vol.1. imò ſi aliquod verbum aptū ſit falſitatem importare ad excludendum falſitatem iſtam interpretatio fit,vt non importet ſec.Bar.in l.gerit.ff.de acq.hęred.& Bald,in l.1.C.de ſacroſ.eccle.& in l.errore. C.de teſta.ideoque ne committatur falſitas, maxima ſubtilitas adhibenda eſt.l.fi,& ibi Bald,C.de fideiuſ.& ſic fieri poteſt,teſtes debēt reduci ad concordiam c.cùm tu.de teſti.& l. ſed & ſi poſſeſſori.& ibi Iac. Butr.ff.de iureiu.& Bart.in l.1.in fi.C.de vſufru.& Alex.in l.diuortio.n.6.& ſeq.ff.ſol.matr.cæterū aduerte.quoniam iſti teſtes reducti ad concordiam non probant, ſed duntaxat concordia ipſa tollit cauſam periurij,ſeu falſitatis, ſecundum Bart.in d.l.1.C.de vſufru,n.18.& But. in l.cum de ætate. ff.de probatio,Deci.& Zaſium,in l.2.§.creditum ff.ſi cert.pet. & Legiſtas omnes,in d.l.ſed & ſi poſſeſſori. & Canoniſtæ ferè omnes.in d.ca.cùm tu.dicunt magnum verbum, quòd Legiſtæ communiter hoc tenent,& hoc idem audacter fatetur Alberi.in tract.de teſtib.in fi.nu.16.& ſeq.Hoſt.verò aſſeruit cōtrarium,videlicet,tales teſtes probare,& idem videtur cōcludere Bart.in rub.C.ſi ex fal.inſtru.vbi tenet, ꝙ etiam teſtis improbè,ſeu impropriè loquens probat,quorū opiniones concordare nituntur cum communi iſta Legiſtarum But.& Imo. in d.c.cùm tu.& Alb.in d.trac.de teſti.in fi.& Bolog.in d.§.creditum.n.16.& ſeq. & caſu quo tibi non placeat conſonantia, vel concordia hæc, noli diſcedere à dicta communi in conſulendo,etiam iudicando, quæ in iure veriſſima eſt, & nullā habet dubitationem. F.Viuius lib.2.opi.306.

Teſtium examinationem ad æternam rei memoriam actor petere non poteſt,quādo actoris vice fungitur,& agit de præſenti,ſecundum canoniſtas omnes communiter, in c. Albericus,& in c.ſignificauit de teſti. & in c.quoniam frequenter,in prin.vt lit.non conteſt.& Legiſtas in l.ſi deletum.ff.ad leg. Aqui.& Corn. conſ.119. vol.2.& conſ.182.eiuſdem vol.Bart. verò in auth.ſed ſi quis C.de teſtibus.firmauit, vt actor ipſe,etiamſi non ſit in ſua poteſtate agere,petere examinationem teſtium non poſſit,niſi dubitetur de morte,vel abſentia eorum, & ſic quòd adſit timor mortis, aut abſentiæ diutinæ. & cum eo ſentiunt Ang & Bald.ibi,& Fel.in d.cap.ſignificauit & hoc ait relinquendum eſſe iudicis arbitrio Alex. de Neuo. conſil. 44.nume.5.& ſeq. vbi docet iſtam communem opi.fore.Sed contrarium expreſſe, videlicet quòd quando non eſt in poteſtate actoris agere omnes teſtes recipi debeant, firmauere gl. & Abb.in d.c.ſignificauit,Io.And.in add.Spec.in titu.de teſte. §.nunc tractemus.Saly.in d.auth.ſed ſi quis.Imo.in d.ca.quoniam frequenter.& Capicius deciſ.123.n.6.& ſeq. vbi appellat iſtam ſententiam æquiorem,communioremque fore, & aduerte,quòd citatio partis non requiritur vbi agitur de examinatione ipſorum teſtium ad perpetuam rei memoriam,ſecundum Hoſt.Io. Andr.Fel.in d.c.quoniam frequenter cæterùm hoc haberet quando timeretur potentia aduerſarij, ſeu aliqua alia iuſta cauſa concurreret, ſecus autem ſi nulla cauſa adeſſet, tunc enim deberet pars citari in huiuſmodi examinatione teſtium ad perpetuam rei memoriam ſiquidem regulariter in tali examinatione debet interuenire ipſius partis citatio.ita probat tex.in d.c.ſignificauit & no.gl.Inn.& Ab.in d.c. Albe.& Maria.Soc.in repeti.rub.de dilatio. in ver.13. F.Viuius lib.2.opi.307.

Teſtes in cauſa vniuerſitatis non in totum repelluntur à ferendo teſtimonio propter vtilitatem quę ſecundario ſingulis de vniuerſitate euenerit,ſed eis minus quàm aliis creditur, habitio reſpectu ad perſonarum qualitatem, & lucri quantitatē. ita declarat Pan.in c.inſuper.n.2.ext.de teſtib.argu.c.& ſi quæſtiones.ext.de ſimon.deinde addit Pan. verſi.ego putarem,illam concluſionem procedere quando per diuerſam partem vel alij teſtes in contrarium producerentur.Sed vbi nō eſſent niſi teſtes de vniuerſitate pro vniuerſitatib.hinc inde examinati, eis planè credendum eſſe, ſaltem in defectum aliorum teſtium,dummodò aliàs idonei fuerint.ca.ſuper prudentia,14. q.2.Bal.autem in conſ.420.incip.verba principis Montis ferrati.n.6.in 1.vol.conſ.inquit:quod ſi teſtes non ſentirēt commodum vel incommodum immediatum poſſent pro vniuerſitate teſtificari.& idem in conſ.481.nu.3.Licet homines vniuerſitatis aliquando admittantur in caſu vniuerſitatis quod tamen non eſt verum,ſi commodum cauſæ diſtribuitur inter ſingulos,quia non ſunt idonei in re propria vel communi, ea ratione, quæ ſapit proprietatem commodi.Quam ſentētiam & reliqui approbarunt referente Lud. Rom.in cōſ.7.n.4.ver. illud tamen ſubiicio. Alij cenſuerunt teſtes de vniuerſitate in cauſa vniuerſitatis non reſpui ad teſtificandum, quando ex victoria nullum ſunt habituri ſingulariter cōmodum.& hanc commu.ſententiam omnium doct.eſſe per notata Guliel. de Cug.Cy.Bart.& Bal.in l. parentes. C.de teſtib. in l.in tantum. §.vniuerſitatis.ff.de rer.diuiſ.inquit Raphael.Fulg.in cōſ.174. n.2.ver.ſed & alia occaſione.ita quoque inquit Pet.Phil.Cornæ.in conſ.333.n.7.ver.& hinc dicimus.quod illi de vniuerſitate poſſint in cauſa vniuerſitatis deponere, quando non prætendunt aliquod particulare intereſſe,vt doc.communiter in c.cùm nuncius.in d.c.inſuper.ext.de teſtib.in 1. vol.conſ.Alij arbitrati ſunt, teſtes de viuerſitate poſſe pro eorum vniuerſitatib. deponere licet commodum perciperēt in vniuerſo per notata Cy.& Doct. in d.l.parentes cum ſimilibus.ita affirmat. Guid.Papa in deci.Gratianop.dec.193.n.2.verſ.item d.cauſa. n.2. circ.fi. Alij voluerunt teſtes de vniuerſitate in nemorum litib.admitti ad perhibendum teſtimonium, quando aliquid datiariis ſoluta mercede vel pretio ſoluunt pro lignis. Secùs quando perciperēt commodum gratis ex nemoribus vniuerſitatis.Alex.de Imo.in conſ.99.n.15.in lib.5.& Ant.Capyc.in deciſ.S.regij cōſ.Neap.in dec.152.n.6.ver.& benè eſt verum. Alij putauerunt, quod ſi illud ſuper quo litigatur ſingulorum commodum concernat. Exempli gratia, Si lis ſit ſuper nemore, in quo quilibet poteſt accipere pro ſuo vſu de lignis, tunc vnus de vniuerſitate pro ea teſtificari non poterit. Lanfranc.in c.quoniam contra. in ver.teſtium depoſitio. nu. 70.ver.commun.concluſio doc.eſt,ſecundum impreſſionem Lugdunen.anno,&c.59.ſecundum impreſ.Lugdunen.anno. &c.49.in 5.vol.tract.Hypol.de Marſ.in l.1.§.ſeruum municipum.nu.10.verſ.& per hoc dicunt quod ſi eſt quæſtio de paſcuis vel nemoribus.ff.de quæſt. Alij dixerunt vniuerſitatis teſtes non ſentientes commodum vel incommodum admittendos eſſe, ſed eis de fide imminuendum, & ꝙ non faciant plenam & integram probationem,ſed præſumptionem:quia negari non poteſt,quin ipſi habeant aliquam affectionem erga ſuam communitatem, cùm ſic habere conſueuerint. Et ideò ſic præſumendum erit argum.l.certi condictio.§.ſi nummos.ff.ſi cer.pet.& ideò non ſunt omni exceptione maiores, ex quo exceptio iſta præſumpta opponi poterit.gl.in ver.maiores,c.1.extr.de conſ.& af.gl.in ver.idoneos. §.item verborum.inſtit.de inutil.ſtipu.ita explicat Barth.Cepol.in tract.de ſeruit.ruſt.præd.in tit.de ſeruit.iuris paſcen.ca.9.nu.10.& 11. Et ſimiliter ratione affectionis teſtes habentes ſimiles lites non habentur pro idoneis teſtib.gl. ca.cùm R.canonicus.ver. cùm ſint eius ſocij.ext.de off.& poteſta.iud.del.cuius Cepol. ſententiam defendit & ſequitur Hieron.de Monte in tract.de fin.reg.c.58.licet com.ſententia ſit in contrarium,à qua in iudicando recedendum eſſe ipſe arbitratur,præſertim cum probabilib.rationib.& argumentis conuinci poſſit.ſed Cepol.ſententiam improbat Fran.Viuius lib.2.com.opi.opi.293.incip. teſtib.vniuerſitatis an plenè credatur.de qua opi.multa ſcribi poſſent,cùm docto. varij variè loquantur,ita vt facilè Cepol. & Hie.de Mon.ſnīa defendi poſſit.cæterum hoc non eſt propoſiti præſentis,videantur doct.in l.tantum.§.vniuerſitatis.ff. de rer.diuiſ.l.parentes.C.de teſti.c.inſuper. & c.cùm nuncius. ext.de teſti.Alb.de Maletis in tract.de teſti.c.4. quando teſtes repell.ratione affectus.nu.71. ver.quæro nunquid in cauſa vniuerſitatis.Bart.Soc.in tract.fallen. reg.408. incip.teſtis prælatus.Iaſ.in l.adoptiuum.§.patronum.2.nu.7. ff.de in ius voc. Deci.conſ.342.nu.4.Tho.Gram.conſ.22.nu.8.Zaſ.in ſuis Parati.tit.quod cuiuſque vniuerſitatis.nu.20.ver.nota ꝙ ſinguli.Franc.Curt.in tract.de teſtib. concluſ.3. incip.teſtes de vniuerſitate.Oldendorp.in tract.de teſtib. §,de perſonis teſtium. verſ.de ciuibus autem vel ſubditis cuiuſque vniuerſitatis.Nicol.Bello.conſ.63.nu.18.19.& 20.Io.Crot. conſ.42.num.8. Franc.Marc.in dec.Parlamen.Delphi.q.490.nu.3. Modern.in ſuis add.ad conſ.Alex.conſ.63.ver.idonei.lib.2.& d.conſ.99. ver.vniuerſitate.Did.Couar.in ſuis prac.q.c.18.nu.4.Lancil. Conrad.in ſuo prætorio & curiali Breuia. c. perſonas teſtium aggrediendo.ver.vniuerſitatis.n.55. Octauia.Cacheran.deci. S.ſena.Pedemon.deciſ.99.nume.39. & nouiſſimè Bernhard. Vuurmbſer.lib.1.pract.foren.c.35.teſtimonium collegij vniuerſitatis. kirch.

Teſtis per verba, iudicio meo, deponens, fidem non facit. com.dicit Cur.iuni.conſ.165 nu.17. Sed contrarium de iure verius alicubi copioſè oſtendo. Quin & cum teſtis per verbum, credo; aliud depoſuerit, & aliud poſtea affirmantibus verbis teſtificabitur nulla falſi infamia ipſi inuretur, ſed fides integra quoad dicta poſterius habebitur. commune affirmant Io.Crot.de teſtib.nu.343.Tyndar.etiam de teſtib. libr. 1.c.5.num.1.Iul.Clar.in pract. §.vlt.q.53.verſ.1.vnum etiam.

Nec id



Nec id mirum eſt,quia & alioquin generaliter teſtis de credulitate non probat, commune ponunt,additio Panor.in c.quoties.de teſtib.latè Viuius lib.1. opi.372. vbi nonnullas limitationes diligenter contexit. E.Suarez.

Teſtis,qui cum antea teſtimonium dixiſſet,nihil ſe ſcire affirmauit poſtea de rei veritate deponit,nullā fidem facit. commune pronūciant Ang.de Vbal,inter conſ.cri.diuerſ.conſ.72. n.23.lib.2.ſed enim ſi in alio iudicio ſuum teſtimonium reuocauerit. nō tanta illi fides habetur, vt primæ depoſitioni non ſtetur.cōmune dicit Alc.de præſum.reg.2.præſum.29. & qui latè hanc rē agit I.Cl.in pract.§.vlt.q.53.ver.tertius eſt.& ver. pręd<br>icta autem omnia cum ſequ.Quod tamen intelliges,niſi prius teſtimonium in iudicio vel nullo, vel inualido dixerit. commune inquiunt Boer.deciſ.112.n.8. Capi. deciſ.142.nu. etiam 8.Aym.Crauet.conſ 6.n.7.cùm autem teſtis aliud in iudicio deponit q̃ qđ extra iudicium depoſuit, ac ſua ipſius manu ſubſcripſit, vacillare dicitur, ac meritò torqueri poteſt.cōmune fantur Alex.conſ.63.libr.1.Franc.Turz.opi.134.latè I. Clar. d.§. vlt.q.25.ver.ſed pone. Quamuis contrarium perperam receptum dicant Hip.ſing.222. Franciſ. Viuius lib.1.opi. 399.poſt Dec.in c.per tuas.de probat.Non tamen falſi crimine propterea ſe obſtringet.commune aſſeuerant Alex.conſi. 74.n.8.lib.1.Did.à Couar.in c.quamuis pactum.nu.5.ver.ſed etſi quis.ac latiſſimè I.Cla.in d.pract.§.falſum.verſi.teſtis qui. idem.

Teſtis, qui vel in extremo vitæ crepuſculo falſum teſtimonium in aliquem ſe dixiſſe aſſerit,fidem nullam facit. commune dicit Alc.de præſump.reg.3.præſum.4.n.7.latiſſimè Franc. Viuius lib.1.opi.381. idem.

Teſtis varius, vel ſibi contrarius, ſi ad concordiam reduci poterit,reducetur ſanè vt falſi pœnas euitet:nō verò vt etiam fidem faciat.commune inquit Alex.conſ.20.in cauſa appellationis.& lib.3.conſ.190.viſis atteſtantibus.prin.lib.7. idem.

Teſtes generaliter,ac regulariter, & omni in cauſa maiores omni exceptione eſſe debent,vt commune dicit Cur.iu.conſ. 120.n.5.& à ſe dictorum non aliter rationem reddere tenentur,quàm ſi rogentur. commune profitentur Alc. in l.1.n.50. ff.de no.ope.nun.Zaſ.ꝯſi.19.lib.2.Lāf.de depoſit.teſtium.à n. 15.Oldendorp.de teſtib.à n.10.Ant.Gomez.de delict.c.12.n. 10. Quod tamen non procedet cùm teſtes vel in criminalib. cauſis ad offenſionem probandam exhibentur,vt commune affirmant Bald.conſ.182.nu.2.lib.4. & qui eum laudat Franc. Viui.lib.1.opi.371.ac I.Cl.in prac.§.vlt.q.53.ver.vlt. Vel cùm teſtes de iis deponunt,quæ ad ius artinent.cōmune aiunt cur. in l.1.n.29.ff.ſi cer.pe.ac Franc.Viuius d.lib.1.opi.377 Vel cū de fama publica teſtimonium dicunt. vt commune aſſeuerāt Corn.conſ.232.litera D.lib.2.Viuius vbi ſ̃.ac I.Cla. in d.§.vlt. q.6.verſ.illud tamen. Vel cùm denique ad probandum alicuius rei valorem producuntur. vt commune doctorum placitum conſtituo ex Lanf.in c.quoniam contra.ver. teſtium.nu. 156.de probat.Iaſ.in §.ſi quis agens.n.12.inſti.de actio.Bertr. conſ.156.n.7.& conſ.164.lib.3.Cremenſ.n.315.Ar.Pin.c.vl. nu.11.& nu.41.in l.2.C.de reſcind.vend.vbi nonnulla contra communes doctorum opi. circa hanc cauſæ redditionem veriſſimè adiungit. Memineris autem ſemper, quòd ſi teſtes interrogatæ rationis loco ſe præſentes fuiſſe aiunt, ſatis ſuperque probant. commune eloquuntur Alex. n.10. Iaſ.nu.20.in l.2.§.voluntatem ff.ſolut.matr.Franc.Viuius d.lib.1.opi.393. idem.

Teſtes ſingulares nec conſuetudinem,nec quiduis etiam in genere probant.commune ait Rochus curt.in ca. vlt.de conſuet.4.ſect.n.69.Io.de Amicis conſ.127.nu.1.poſt Alex.conſ. 72.lib.1.& conſ.10.e.lib.tametſi contrarium protulerit conſ. 75.viſo themate,in fi.lib.2. adde pro communi Dec. in c.licet cauſam. de teſtib.& contra frequenter placitum adde Corne. conſ.185.licet in hac.ver.his tamen,lib.3.& qui aliquammulta circa hoc teſtium genus diligenter aggregant Franc. Viui. lib.1.opi.360.& opi.402.ac I.Cla.in pract.§.vlt.q.53.ver.dixi etiam.cum ſequentib.& q.63.verſi.pe. Quamobrem etiam ſi teſtis vnus numerationem,alter numerationis confeſſionem probet,non efficietur plena probatio. vt commune cōſtituere auſim ex Feli.n.10.Dec.n.11.in c.cum cauſam.de proba.ex Fel.ruſus in c.licet ex quadam.n.2.de teſt.Iaſ.in relect.n.260. Caccialup.nu.152.in l.admonendi.ff.de iureiu. Soci.in l.Gallus.§.ille caſus.ff. de lib. & poſth. quamuis ea in re ſe inuoluat Franc.Viui.lib.1.opi.427.Si tamen duo teſtes deponāt quempiam ab alio mutuum accepiſſe, & quantitatem ignorent: & duo alij teſtes reum ab actore centum nummos mutuo petiiſſe iurent,plena de ea ſumma mutuo data reſultabit probatio: vt meritò commune ponit idem Viui.eo.libr.1.opi.409.in fi.

Quin & generaliter ſingulares teſtes probabūt, ſi ad eundem finem tendunt.commune renuncio ex Soc.conſ.26.n.6.libr. 1.& conſ.253.in prin.lib.2.Dec.in c.licet cauſam.n.16.de probat.Io.Ceph.qui plures laudat,conſ.141.nu.12. idem.

Teſtes ſe ſe propria manu ſubſcribere in inſtrumentis ac publicis ſcripturis opus non eſt.commune aiunt,Barba. in rubr. n.93.de fid.inſtr.Dec.in c.quoniam contra. nu.18.de probat, Quod tamen limitabis cum Soc.reg.418.ac Fran. Viuius lib. 1.opi.340. idem.

Teſtes & ſi regulariter de auditu proprio fidem faciant, ſi voces vel contrahentium,vel delinquentium notas habeant, vt commune inquit Alex.conſil.190. viſis atteſtationibus ad fi.lib.7.Tamen in teſtamētis ſpecialiter requiritur,vt & teſtatorem videant, & ipſummet loquentem audiant. commune pronūciant Corn.conſ.18.litera D.lib.2. Pariſ.conſ.33.nu.1. lib.2.& copioſius I.Cl.de teſta.q.59.ac Franc. Viui.lib.1.opi. 406. Quin generaliter vbi hi teſtes de auditu admittuntur,oportet,vt bonæ famæ,atque ſpectatæ fidei ſint. commune ponit Io.Cephal.conſ.82.n.45.& ſemper ac regulariter præſumptionem tranferentes,probandi onus in partem aduerſam inducunt. commune pono ex Curt. de teſtib.concluſ.31.conſ. 69.n.17.lib.1.Dec.n.18.Cur.iu.nu.57.in l.1.ff.ſi cert.pe. Dec. rurſus conſ.595.n.3.Rui.conſ.173.n.5.lib.4.Io.Cephal.conſ. 140.n.29. idem.

Teſtes ſcriptis ad iudicem tranſmiſſis teſtificari nequeunt. commune ait Did.à Couar.lib.2.reſolut.c.13.n.6.Si tamē illa poſtea coram iudice ipſimet perlegāt, fidem facient.commune ponit latè Franc. Viui.lib.1.opi.348.Quin & per procuratorem ſpecialiter etiam ad id conſtitutum iurare nequeunt. commune ait Pan.in c.licet ex quadam.de teſtibus.Quamuis, meo quidem iudicio, & verius & melius multi contra ſenſerint,quos refert,& non efficaciter improbat Franc. Viui.lib.1. opi.350.vt alibi pro virili oſtendo. idem.

Teſtes duo omni exceptione maiores, inſtrumentum aliis non adiutum teſtibus,euertent.commune aiunt Rui. cōſ.37. in prin.lib.4.Viui.latè lib.1.opi.341. Quin & vnus teſtis eiuſdem inſtrumenti,& eidem inſtrumento neceſſarius idem efficiet.commune effatur Io. de Amicis conſ.44.n.5. Viuius vbi ſ̃. idem.

Teſtes,qui ſe tantum pro ſe daturos aſſerunt,non efficax teſtimonium dicunt vt frequentius interpretū placitum recenſet Ar.Pin.meus iuris doctor in l.2.c.vlt.n.12.& n.41.C.de reſcind.vend. idem.

Teſtes de re noctu patrata teſtificantes,non aliter fidē merebuntur, quàm ſi vel ex voce patratorem agnouiſſe dicant, vel lunam,aut lumē aliquod aliud illuxiſſe ſubiungant.vel denique delinquentem ſibi admodùm fuiſſe propinquum addant.communia ponunt Franc.Viuius.lib.1.opi.349.I.Cla.in pract.§ vlt.q.21.ver.ſed.quid. idem.

Teſtes,qui de ſuemet præſentia teſtificantur, & intelligentiam includūt.at q de alterius cuiuſpiam præſentia deponunt, non item.vt frequenter placitum affirmat Iaſ.in l.2.§.voluntatem.vet.tene contrarium.ff.ſolut.mat.cui addendus eſt Alex. conſ.212.ponderatis.ver.vnde dicit,lib.6. idem.

Teſtes in prima cauſæ inſtantia non improbati,in appellationis cauſa improbari nequeunt. commune pono ex Andr. de Iſern. in conſtit.Iuriſp.nu.6. Guid.pap.deci.50.ex iis,quos laudat Matth.de Afflict.deciſ.266. Marant.de iudic.part.6.in 13.actu.de teſtium repulſa.nu.13.licet contrarium,cum nonnullis,non admodum diligenter commune autumet Franciſ. Viuius lib.1.opi.367.in fi. idem.

teſtes verbis alternatiuis, vel circa, plus, minus, & ſimilibus vtentes, fidem non faciunt. com.inquiunt rectè limitantes Iaſ.in l.& ſi poſt tres.nu.7.& nu.10. ff.ſi quis cautio. Bald. Nouel.in vlt.part.repet.l.celſus.nu.14.ff.de vſuc.Carol.Ruin. conſ.36.nu.6.& videndus Pinel.in l.2.c.vlt.nu.9.C.de reſcin. ven. idem.

teſtes de maiori ſumma teſtati de minori haud probant:nec enim quò ad illos minor ſumma maiori ſubeſt. com.affirmat Alc.n.40.cum ſeq.Carol.Ruin.n.3.& n.6.in l.1.§.ſi ſtipulanti. ff.de ver.ob.Fran.Marc.dec.485.n.50.& ſeq.quamuis ſe ſe ea in re non inculpatè inuoluat Fran.Viuius,vir alioquin diligētiæ laude digniſſimus.lib.1.opin.402.in fi. & quamuis etiam non immerito contradicant Alexan.conſ.64.lib.2.Matth.de Afflict.dec.240.nu.5.ac Sal.Crem.circ.fi.Arius Pinel.c.vlti.n. 10.in l.2.C.de reſcin.ven. idem.

Teſtes,qui die feſto,vel iuridico,vt noſtri loquuntur, iurarunt,quin poſtea nefaſto,vel feriato die teſtimonium poſſint dicere,nihil vetat. commune ait latè Franciſcus Viuius lib.2. opinio.300. idem.

Teſtes extra articulos teſtati tum demũ quidpiam prodeerunt,cum & ſuper tota cauſa iuſiurandum ſuſceperint,vt fieri increbruit,&quod ad cauſam ſpectet depoſuerint.commune ponit latè Franc.Viui.cuius viri laudibus diligenter fauemus, lib.1.opi.351. E.Suarez.

Teſtes non ritè examinati iterũ poſt promulgata illorum teſtimonia examinari poſſunt. commune proferunt Alex. in l.qui per ſalutem n.2.ff.de iureiu. Hip.in l.1.§. ſi quis vltro n. 36.ff.de quæſt.Iaffredus deciſ.384. idem.

Teſtes idonei non ſunt coloni pro dominis , vt commune ait Lanf.in c.quoniam cõtra.in ver.teſtes n.64.de prob. Quãuis contrarium ſcribat receptum Franc. Viuius.lib.j.opi.387, quod magis probandum alibi diligenter oſtendo, ſi vel colonorum hõneſtas id ſuaſerit, vel alio locupletiore teſte iuuentur. Teſtes item idonei non ſunt, qui ſibi mutuum contradicunt.vt frequenter placitum affirmant Alex.conſil.20.libr.3, Gram.in conſ.cri.26.n.20.& ſeq.Viuius d.lib.1.opi.393.in fi, Sed & teſtes qui in vno ſibi reluctãtur. in reliquis ſuſpecti habentur.commune ponit Io.Cephal.conſ.66.n,52.Rurſus locupletes atque aſſidui teſtes non exiſtimantur parentes pro liberis,vt commune ponit ac diligenter declarat Franc.Viuius lib.1.opi.353.& libr.2.opi.282.Nec item vxor pro marito fidem faciet.quemadmodum tradit idẽ Viuius d,lib.j.opi.354, & ante eum commune aſſeuerat Soc.conſ.17.ſupradicta cauſa.ver.quantum verò.lib.1.Nec vẽditor pro emptore,nec donator pro eo,cui donauit, etiamſi de euictione non teneatur, commune proferunt Lãf.in d.ver.teſtes n.66.Io.de Amic.ꝯſ. 146.n.16.&ſeq.Nec aduocati,nec procuratores, qui affectionem aliquam ad cauſam habere credentur. commune ponit vir egregius Ceph.cõſ.65.n.22.Nec is,pro ceſſionario,vt doctores fantur,qui iure ceſſit,commune inquit latè Viui.e.lib. 1.opi.456.qui materiam hanc cum capitibus ſequentib.accuratè proſequitur.Nec rurſus proxenetæ,vel affines pro affinibus.vel mulieres in teſtamentis,vel meretrices in cauſis criminalib.vel pauperes leues.vt late obſeruauimus ſuperius verſi. Proxeneta,& ver.Affines,& ver.mulieres,& ver.Meretrice,& ver. Pauperes.Nec item ſecũdo, quib.facti infamia inuſta eſt, in cauſis arduis,& præiudicij magni,tametſi in ciuilib. idonei teſtes habebũtur.commune pono ex Bal.in l.optimam.C. de ꝑh.& commit.ſtip.Flor.& Fel.in c.teſtimonium de teſti.Ale. conſ.152.viſo proceſſu lib.5.Hip.ſing.109.ac Dec.in ca. licet cauſam.de teſti. aliàs autẽ regulariter ſecus eſt. vt commune prodit Cor.cõſ.55.videtur.li.4.& vide quæ ſ.ſcripſi ver. infamis.Domeſtici autem teſtes quamuis generaliter nõ probẽt, tamẽ quoad furtum vel aliud delictum in agẽtis domo patratum,& quoad quantitatem & æſtimationem rerum furto ablatarum,ac denique quoad alia domi geſta probabũt,vt communia aſſeuerat Viui.li.1.opi.359 cui adde Soc.cõſ.17.ſupra dicta cã.ver.verum prædictis li.1.domeſtici verò dicuntur omnes omnino qui in eadem domo habitant. commune affirmat Melchior.de Facinis conſ.82.n.12.inter conſ.cri.li.j.item rurſus teſtes idonei nõ ſunt, qui in parte aliqua dicti à ſe teſtiſtimonij,falſum admiſerũt.commune enũciant Soc.cõſ.155. l.2.Fran.Viuius d.li.1.opi.417.Quod tamẽ nõ procedet ſi vel ea teſtimonij pars,in qua falſo ſeſe teſtes obſtrinxerunt diuerſa ac ſeparata à cæteris ſit.vt commune infit Boer.deciſ.253. n.6.vel ad negotium principale nõ multũ attineat cõe. ponit Viuius e.li.1.opi.468.Quod idem in teſtib.ſibi contrariis obſeruãdum erit quemadmodum frequens dogma aſſerũt Alc. de præſum.reg.2.præſum.29.Viuius d.lib.1.opi.421.item appoſiti teſtes ſeu idonei non habentur executotes alicuius negocij ſi vtriuſque partis conſenſus illorum teſtimonium non approbauerit.commune inquit Alex.conſ.167.quoniam rei. in prin.li.7.Sed & idonei teſtes nõ habẽtur in cauſis vniuerſitatis, collegij, & ſimilis alicuius cõgregationis, qui in eadem cẽſentur,ſi priuatim ex victoria reportata cõmodum aliquod percipiant , ſecus verò ſi tantum communiter aliqua inde ad illos vtilitas redundabit.commune affirmant latè de materia agentes Did.à Coua. in pract.c.8.Io.de Amicis conſ.8.nu.30. Franc.Viuius li.1.opi.352.& li.2.opi.293. Laici autem quamuis contra clericos,& clerici vice verſa contra laicos in criminalib.cauſis teſtes idonei non ducantur,tamen vbi veritas eluceſcere aliter non poſſit,ducentur.communia ponũt Fran. Viuius d.lib.1.opi.392.& qui accuratius explicat I.Cl.in pract.§. vlt.q.24.verſ.ſed quid ſi clericus. Quin & præterea criminis eiuſdem ſocij ac participes vſque adeo non idonei teſtes cẽſentur,vt nec ad informandam inquiſitionem ſufficiant.commune ſcribũt Dec.conſ.189.lætatus ſum n.9.Gram.cõſ.cri.37.n. 14.& conſ.38.n.20. Sicubi verò ob alterius probationis inopiam admittetur,nec ad torquendum tamen abſque aliis indiciis ſatis erũt commune efferunt,plura de materia ꝯgerentes, Boer.deciſ.319.n.3.ſequent.Aym.Craue.conſ.9.n.6.Soc.reg. 428.Franc.Viuius d.lib.1.opi.361.I.Cla.in d.§.vlt.qu.21.ver. dictum ſocij.cum ſeq. idem.

Teſtes duplicem defectum habentes,in cauſis etiam priuilegiatis omnino reiiciuntur. commune renuncio ex Soc. cõſ. 118.libr.1.Dec.conſ.133.& Io.Ceph. qui plures laudat & id etiam proceſſurum intelligit cũ veritas aliter nequit eluceſcere conſ.65.n.27.& ſeq. E.Suarez.

Teſtes alioquin inhabiles, ſi in eadẽ cauſa ab alterutro reorum probati erũt amplius improbari nõ poterũt, & ſi abſque dubio in alia cauſa improbari queant.commune inquiunt Alex.cõſ.191.viſis nouis lib.6.Aufrer.de probat.teſtium in ver. prodigo,n.82.Boer.deciſ.245.n.6.Frãc.Viuius lib.1.opi.416. & vide quæ ſuperius obſeruo ver.Teſtes in prima cauſę inſtãtia.Quin & generaliter id genus teſtes ad innocẽtiam probandam ac defenſionem admittentur. commune aio ex Ale.cõſ. 5.n.8.lib.1.& conſ.24.n.39,& conſ.212.ad fi.libr.2.Iaſ.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.& in l.ſed & ſi quis limit.3.ff. ſi quis caut. Hip.ſing.59.& 408.& qui multos diligẽter laudat Io.Cephal. cõſ.160.n.8.cum ſeq.Alioquin autem & alias generaliter iudex ipſe ex ſuomet officio teſtes hos inhabiles parte etiã non petente repellet.commune ait Corſ.in c.ſi teſtes verſ.teſtis ad fi.de teſtib. idem.

Teſtes duo, vel ad ſummum Pontificem atque Imperatorem criminis cõuincendum,ſufficient.commune ponunt Beroius in c.at ſi clerici.n.8.de iudi.Franc.Viuius lib.1.opi.412. & lib.2.opi.212.& qui immeritò dubitat I.Cla.in pract. §.vlt. q.66.ver.ſed quæ. idem.

Teſtes ſi aliter nolint,ad teſtimonium dicendũ indicta multa cogentur.commune ait Lanf.in c.quoniam contra.in verſ. teſtes nu.31.de proba. & qui id rectè atque accurate explicat Iul.Cla.in pract.§.vlt.quæſt.24.ver.ſucceſſiuè & ver.ſequenti. idem.

Teſtes ſi ſe in teſtimonio dicendo erraſſe profiteantur , ac ſuum errorem liquidò probarint,& prius teſtimonium impune reuocabunt.& deinde rectè ac validè teſtabuntur.commune ait Boer.deci.89.n.4.Alioquin ſi errorem nõ probauerint, & periurij tenebuntur, & perhibitum ſemel teſtimonium nõ conuellent,nec de ſuo gradu dimouebũtur.cõmune affirmat Cor.conſ.27.lib.3.Dec.conſ.175.n.7.& conſ.189.n.10.Quin ſi ſe ſubornatos & corruptos fuiſſe teſtes dicent, & precib.aliquorum acquieſcentes falſum depoſuiſſe aſſeuerabunt nullã fidem nanciſcentur. commune pronũciant Dec.c. conſ.189, n.8.Aegid.Boſſius in pract.tit.de inquiſi.n.42. Quamuis id ſolum ſufficiat,vt,& ipſi torqueãtur,at ſi idem affirmauerint, ad inquiſitionem procedi poſſit.commune ponit I.Cla. in prac. §.falſum ver.ſubornas autem. idem.

Teſtes,qui ea vera eſſe deponũt,quæ vel actis vel inquiſitione continentur: vel verũ eſſe aſſerunt,quod quiſpiam alius teſtis prius depoſuit, nullius ponderis ac momẽti in criminalibus cauſis erunt.commune ponit late Franc.Viuius.lib.1.opi. 365. idem.

Teſtes ſi ſe incontinenti corrigant:quod ſecundo loco pro teſtimonio dicunt, valet ac firmum eſt:& illis inde nec crimẽ, nec pœna gignitur. communia affirmat & illud incontinenti appoſite declarat Franc.Viui.lib.1.opi.400. idem.

Teſtes in criminalibus cauſis torqueri debent & qui infames iuris infamia ſunt & qui criminis participes & qui in deponendo, varij. & qui viles perſonæ ſunt,& qui cum delicto interfuerint, neminem vidiſſe aut agnouiſſe dicunt communia late ponit,& acuratè explicat Iul. Clar.in pract.§.vlt.q.25. idem.

Teſtes etſi poſt publicationem, vt doctorib.fandi mos eſt, produci non poſſint,poterunt tamẽ ſuper articulis nouis,qui à veteribus dependeant,exhiberi.commune inquiunt Marãt. de iudic.ſexta part.2.partis prin.ſuper 6.actu nu.22. & qui late hac de re agit,complures alias exceptiones not.Franciſcus Viuius libr.primo opi.375.quibus adde quæ in eandem rem ſcribit Iulius Clarus in pract.§.vltim quæſt.61,verſic.ſed quæro,& ver.quæro.item adde ac memoriæ commenda,quod licet teſtes poſt omnes terminos ſeu dilationes partibus præfixas generaliter ac regulariter à proceſſus reiiciatur: tamen ſi vel intra præfixum terminum iam elapſum, iurauerint & ſe poſtea iuſta cauſa fuiſſe impeditos ad deponendum quoque intra illummet terminum iurabunt, admittentur. commune aiunt Boer.deciſ.294.numer.19. Curt. de teſtibus. in conclu. 33.Petr.de Beninten.deciſ.11.Vel.ſi pars ipſa iurabit de nouo illos teſtes agnouiſſe,nõ reiicientur. commune pronunciant Conrad.in tract.de decurion.libr.1.capit.9.numer.47. Franc.





Viuius d. libr.1. opin. 376. vbi compluſcula alia in propoſitio non contemnenda ſubiungit. idem.

Teſtes qui aliquid ad ſeſe exonerandum teſtificantur , nullam fidem faciunt.commune ait late Franc.Viuius lib. 1.opi. 376.poſt Ruin.conſ.105.nu. 2.lib.4. idem.

Teſtes in principali cauſa & producti & promulgati,ſeu vt doctores fantur publicati quin ſuper eiſdem, vel aliis articulis in appellationis cauſa produci poſſint, nihil impedit.vt iure Cæſareo frequenter placitum in imperij ditionib. ſeruandum ac praxis frequens affirmãt Martin. Granat in trac.de improba.Bar.opi.& Lanfr.in c.quoniam contra in ver.teſtes nu. 39.in fi.de proba. idem.

Teſtes in re dubia rogati fuiſſe non præſumuntur.commune inquiunt Corn.conſ.175.lib.3.Soc.reg.421. Carol. Ruin. conſ.154.nu.2.lib. 3. ac ſi eos generaliter aduerſarius improbet, ac poſtea illis vti velit, non prohibetur.commune affirmat Boer.deciſ.245. nu. 6. Vbi autem teſtes rogatos eſſe oportet,ſufficiet vel ab ipſa parte,vel à notario rogatos illos eſſe:vt frequentius placere cenſet iaſ.in l. hac conſultiſſima ver. & debent teſtes.C.de teſta. E.Suarez.

Teſtes ante litis conteſtationem produci nequeunt. commune aiunt Lanfr.in c.quoniam contra.in verſ.teſtes.nu. 33. & ſeq.de proba.& qui latè limitat Soc.reg.242. Cui adde, ac diligenter obſerua,quod teſtes ad perpetuam rei memoriam is interrogari iure poſcet,qui in litem vocari timet.etſi prædicti teſtes nec alio profecturi videantur, nec ita ſenes ſint, vt mors illis impendere iudicetur.commune inquit Ant.Gom. de delict.c.j.nu.19.& nu.21.At actor non aliter,nec alius eos interrogari iure impetrabit, quam ſi vel animam, vt alter ait, in labiis gerant,vel alias in oras abituri probentur, quamuis etiam ipſe aliter ad agendum impediatur.commune pronunciat Alex.de Neuo conſ.44.nu.5.& ſeq.& ſi c.5.deciſ.123.nu. 6.& ſeq. verius ac receptius autument ſemper & generaliter actorem,cùm agere impeditur hãc teſtium interrogationem poſſe obtinere.Quod non probo,nec profecto doctorum traditionibus conſentaneum eſt.quemadmodum facile conſtat ex Ant.Gomez.& Alex.de Neuo.vbi ſ.ex Corn.conſ.172.lib. 2.Iac.in l.cum ij.§.tranſactionis.ff.de tranſa.affl.in conſti.Neapo.lib.2.rub.34.Rebuf.tertio tom.Capel.Toloſ.q.475.in praxi.Ex quibus præterea colliges ſemper partis aduerſæ citationem ad iuramenta illorum inſpicienda exigi, niſi vel eius potentia timeatur,vel alia iuſta cauſa ſubſit.quod etiam affirmarunt Ang.in §.vlt.in auth.de teſtib.Lanfr.de depoſit. teſtium, n.46.verſ.circa prædicta quæro.li.5.Marian.Soc.in rub.de dilat.& qui eum laudat Fran.Viuius lib.2.opi.307.in finem, In cauſis tamen criminalibus nunquam id genus teſtes abſente parte produci poterunt.commune pronunciat meus iuris doctor Ant.Gomez.in l.76.Tauri,nu.6. idem.

Teſtes,qui ſubornat vel corrumpit,non idcirco cauſa excidit.commune inquiunt dec.in c.cum venerabilis.num.21.de excep.Boer. deciſ.291.nu.2. Fran. Turz.opi.81.Si tamen vel vnum teſtem corruperit, vel falſum produxerit, eius ſtatuti pœnas luet, quod falſos teſtes producentem punit. commune effantur iaſ.in l.Gallus.§.quod ſi is.lect.2.nu.2.ff.de lib. & poſth.I.Cla.in pract.§.falſum.ver.producens falſos. in finem. idem.

Teſtes ex eo ſolo falſi conuincuntur, ꝙ pro dicendo teſtimonio pecuniam accepiſſe probantur. commune ſcribit Io. Ana.in c.1.num.15.de falſ.magis commune profitetur Did.à Coua.in c.quamuis pactum de pact. Non tamen conſequenter quoad illum,qui pecuniam largitus eſt falſi crimen probabitur.cõmune aſſerunt.dec. & qui eum laudat Aegidius Boſ. in pract.tit.de falſ.nu.168.I.Cla.in pract.§.falſum ver.ſed quid è conuerſo.Fran.Viuius lib.j.opi.420.Luent autem falſi teſtes tum omnes falſi pœnas,tum damnũ etiam omne, quod reo, contra quem producti ſunt,inde emerſit,reſarcient, quamuis ad illud in conſcientiæ foro non teneantur.commune ponũt Corſe.in ſuis ſing.verſ.teſtis. verſ. ſi aliquis. & qui id commemorabile autumant I.Cla.in d.§. falſum verſ. pœna autem. in fi.Fran. Viuius d.lib. 1. opi. 419.Mihi tamen vtroque in foro æquè ad illud teneri verius ac ſanctius videtur.ſed ea de re copioſè alibi. Non verò quidquam falſos teſtes ab huiuſmodi pœnis ſubleuabit,quod abſque iureiurando teſtimonium dixerint,ſed perinde omnes falſi pœnas dabunt,ac ſi iurati illud perhibuiſſent.commune teſtificantur Alex.in l.edi.§.cum autem.nu.6.ff.de eden.curt.Sen.in tract.de teſtib.conclu.15.nu. 34.Si tamen non circa ipſam facti formam ac ſubſtantiam,ſed circa res extrinſecas falſum teſtes admiſerint, nec falſi pœnas luent,nec in aliis teſtimonij partibus fidem amittent.commune pronunciant Alex.conſ.88.nu.19.lib.5.ac I.Clar. & in d.§. falſum verſ.ſed quid ſi teſtis.& latius in §.vlti.q.53.verſ.ſcias tamen. idem.

Teſtes,qui falſi conuicti ſunt,ſi vel falſum illorum teſtimonium , vel falſa ſubſcriptio nemini damnum præiudiciumve inferat ordinarias falſi pœnas non dabunt:ſed tantũ extra ordinem ſtellionatus ſupplicio obnoxij fient.commune ponũt Cotta in memorabil.ver.mendax.Turz.opi.80.Fran. Viuius, & qui eum cum aliis compluribus laudat I.Cla. in pract.§. falſum.verſ.item excuſatur. idem.

Teſtium verba ambigua ꝯ producẽtem exaudiri interpretarique debent. commune pronunciat vir eruditione ac doctrina cum primis præditus Io. Ronchegallus Gioldus in l.2, nu.48.ff.de duob.reis. idem.

Teſtium examinatio in ciuilibus cauſis nec à notario ſine iudice,aut iudicis cõmiſſione fieri poteſt, nec aliter ipſi committi notario à iudice,quàm cum cauſa.vt frequenter placitũ aiunt Hipp.in l.de minore.§.plurium quoque.n.16.ff.de quæſtio.fel.in c.cum cauſam.n.29.& ſeq.de teſtibus.Io.Ceph.conſil.100.nu.24.& 25.Fran.Viuius lib.1.opi.362.In criminalib⁹ verò iudiciis nec alteri eiuſdem, vel alterius ditionis iudici committi teſtium examinatio poteſt.vt cõm.ponunt & accuratè declarant.Fran Viuius d.lib.1.opi.363.I.Cla.in pract.§.vl. q.26. verſ. ſed quæro. Nec item in matrimonij atque aliis arduis cauſis teſtium examinatio committi poteſt. vt aſſerunt commune abb.in c.ſi teſtium.de teſtib.Nic.Ant.Grauat.ad veſtrium lib.6.c.vlt. nu. 11. Intellige autem ac perpetuò memineris,ꝙ etiam his in caſibus, in quibus examinatio cõmitti,ac demandari alteri poteſt, nullam fidem de illius commiſſione idemmet notarius vel ſuo teſtimonio,vel ſuo inſtrumento faciet.commune affirmant Boeri.deciſ.258.nu.4.curt.iu. conſ. 166.nu.3.Matth.de affl.deciſ.307.Nic. Ant. Grauatius ad veſtrium,qui plures laudat li.6.c.ſec.nu.48.& Fran. Viuius cum aliis d.lib.1.opi.374.Intellige deinde ac memoriæ diligenter inſcribe, quod teſtium examinatio in longinquis locis committi,demandariuè non debet,ſi id petitr per calumniam,vt litis finis in longius tempus protrahatur, probabiliter conſtet. commune pono ex Bald.in l.iudices.C.de fid.inſt.Rom.274. nu.3.inn.& Archid.quos laudat Fran.Paul.in trac.de of.& poteſt.c.ſede vacante.q.10.par.1.n.9.& 10.Hipp.in prac.§.oportunè.n.80.atque ex Io.Ronchegallo viro doctiſſimo,& mihi amiciſſimo.& Marchio ab Anguilis,quibus conſulentib⁹ ſubſcribit Soc.Nep.conſ.34.dum petitur fieri nu.8.& n.9.li.j.idẽ.

Teſtium examinatio ſic facta, vt vnius teſtis teſtimonium ſigillatim atque extensè conſcriptum ſit,& reliquos teſtes eadem prorſus atteſtatos notarius aſſerat,quin valeat nihil omnino impedit.commmune inquiunt iaſ.in l. ſed etſi me putem. nu.1.ff.de condi. indeb. & qui contrarium in regno ſtatutum ait Viuius lib.1.opi.298. idem.

Teſtium depoſitiones nec aliter generaliter valebunt,quã ſi iureiurando muniantur,vt commune inquiunt Marant. de iud.par.2.ſuper 6.actu.Fran.Vi.li.1.opi.407.Nec aliter vel in ciuilibus,vel in criminalibus fiſci etiam cauſis robur aliquod adipiſcentur,quam ſi pars aduerſa ad inſpicienda illorum iuramenta citetur.commune ponunt multifariã excipiẽtes Fran. Vi.d.li.1.opi.378.I.Cla.in pract.§.vlt.q.11 ver.item quæro.& qui multipliciter ampliat.ac nec iudicium illis fieri receptum tradit poſt.Decium,& alios,vir mihi chariſſim⁹ Nic.Ant.Grauatius ad veſtrium lib.6.c.2.n.28.& nu.29.Probabunt autem teſtium depoſitiones etiam non promulgatę,& apud alium iudicem,ac preſertim ſubrogatum.vt frequens placitum inquit dec.in c.cauſam quæ nu.9.de teſtib. idem.

Teſtibus remitti ac relaxari,vt doctores fantur, iuſiurandũ expreſſim poteſt,etſi tacitè nequeat.commune inquiũt rectè explicantes fel.in c.tuis quæſt.nu.6.de teſtib.Nic.Ant.Graua. ad veſtrium lib.5.c.2.nu.42. idem.

Teſtibus facta probatio longè potior atque antiquior eſt. quàm inſtrumentaria probatio.commune ponit Fran.Vi.lib. 1.opi.347.qua de re nos alicubi copioſè. idem.

Teſtibus opponi exceptio ante teſtimoniorum promulgationem debet. commune affirmant Carol.Ruin.conſil.33.libro 4.Franciſ.Viuius lib.1.opi.367. Vel etiam antequam illli deponant opponi , ac de ea ſtatim tractari potetit. commune inquiunt Petr. de Benintend. deciſ.7. Viuius vbi ſupra. Si autem criminalis aliqua exceptio opponatur quod nempe infames ſint,vel periuri,vel alia id genus.in ſpecie,opus erit ſigillatim crimina cum loci, & temporis ſubiunctione opponantur vt frequenter placitum renunciant Follerius in pract.cri.verſ. ſi confitebuntur.nu.6.& ſeq.Boer.deciſ.321. Grãm.deciſ.11, nu.12.& deciſ.34.n.49.Nec teſtibus idcirco iniuriarum actio competet, ſi crimina probabuntur alioquin competet. cõe

proferunt Boer.conſ.4.nu.21.& ſeq.Iaffr.deciſ.315.I.Clar.in pract.§.vlt.q.54.verſ.caueant tamen. idem.

Teſtibus affirmantibus maior fides habetur,quam teſtibus negantibus. commune aſſerit, ac diligenter ac rectè explicat meus doctor Arius Pinel.in l.2.c.vlt.nu.14.C.de reſcin.vend. cui adde dec.in l.in omnibus cauſis pro facto.nu.9.ff. de reg. iur. Quamobrem licet teſtibus de ſana teſtatoris mente deponentibus fides non adhibeatur vt commune inquit Boer. deciſ.35.n.63.& ſeq.tamen in re dubia magis illis credetur, quã contrarium aſſerentibus.commune ponit Fran.Viuius lib. 1. opi.383.in fi. idem.

Tortura vide ſupra verſ. Quæſtio, & memineris ꝙ illa denuo infligi nemini poteſt,niſi noua indicia concurrerint.commune aiunt Alex.conſ 5.in cauſa inquiſitionis libr.1.& Bolognin.ad illum carrer.in prac crim.in prin.n.189.& qui id prorſus iudicis arbitrio terminari receptum ſubiungunt Boer.deciſ.63.nu.10.Cataldus de ſynd.q 23 1.I.Clar.in pract.§.vlt. q. 64.ver.vlt.memineris deinde quod omnes illi regulariter torqueri poſſunt,qui expreſſim prohibiti non reperiuntur.commune aiunt,ac latè & diligenter multifariam declarationibus illuſtrant,Ant.Gomez.de delict.c.13.nu.3.Clar.d. q.64. verſ. vbi ſubſint.cũ ſeq.Memineris tertio, ꝙ ſi reus tormentis ſubiectus neget, & indicia purgaſſe dicetur, & abſoluendus erit. commune pronunciant Ant.Gomez.d.c.14.nu.18.I.Cla. accurate declarans, d. q. 64. verſ. illata reo. Memineris quarto, quod legitimis probationib. conuictus torqueri non debet commune dicit Hipp.in l.1.nu.7.ff.de quæſti.Memineris vltimo, quod iudici inique torquenti pœna capitis ſancta eſt. commune ponit Hippol.in pract.§.expedita.nu.87.E.Suarez.

Teſtis deponens in iudicio contrarium eius quod prius extra iudicium dixerat nõ dicitur falſarius.com.dicit Alex. conſil.74.nu.8.li.1.Did.in repe.c.quamuis.nu. 5.ver.ſed & ſi quis. Si verò deponeret contrarium eius quod prius in alio, vel etiam eodem iudicio,depoſuerat, poterit tãquam falſarius puniri.com.dicit camerar.in ſuo conſ.Zabarel.nu.3.Did.li.2.reſolutionum.c.13.nu.8.verſ.Cæterum,ibi tertium eſt.Cla. lib. 5.§.falſum.verſ.teſtis. P.Fichard.

Teſtis deponens ſuper negatiua,quæ regulariter eſt improbabilis non poteſt puniri de falſo.com.dicit Boſſ.in ti. defenſ. reorum.nu.34. poſſet tamen puniri pœna extraordinaria propter temerariam aſſertionem.com.dicit cagn.in l.vnic.nu.38. ff.ſi quis ius dic.non obtemp.Cla.lib. 5.ſen.& §.falſum.ver.ſolet etiam. idem.

Teſtis eo ipſo ꝙ pecuniam accepit pro teſtimonio dicendo, poteſt puniri de falſo.com.dicit Anan.c.1.n.15.de falſis.Menchiaca controuerſ.vſu frequent.c.36.nu.6. Contrariam verò com.dicit dec.in c.licet cauſam n.20 de probat.conſ.189.nu. 12.quem refert Boſſius in ti.de falſis.n.168 & Viuius in commu.opi.ver. Teſtium ſolam.ſed primam magis com.dicit Didac.in repet.c.quamuis. licet dicat illam ſibi non placere. Cla. refert & diſtinguit, priorẽ veram ſi dubitetur an teſtis falſum dixerit,putat poſteriorem æquiorem.lib. 5.ſent.§.falſum. ver. Sed quid econuerſo. idem.

Teſtis falsè deponens, ſi eius depoſitio aliàs nulla erat, vel nemini præiudicare poterat, non poteſt de falſo puniri.com. dicit Alb.in 2.parte ſtatut.q. 46. Cotta in memorabilibus in verbo Mendax.Gandin.de malef.in tit.de falſar.nu.21.Cla. li. 5.§.falſum.verſ.Item excuſatur. idem.

Teſtis in criminalibus debet reddere cauſam ſcientiæ.etiam non interrogatus,aliàs non probat,neq; facit indicium. com. dicit Bal.conſ.182.n.2.lib.4.Nouel.in pract.crim.nu.15.Apoſtil.ad fel.in ca.cùm cauſam.nu 2.de teſtibus. Intellige tamen de teſtibus qui ad offenſam deponerent,ſecùs ſi pro defenſione,vt com.dicit Viuius in lib.communium opinionum. verſ. teſtes in cauſis.Clar.d.§.fi.q.53.verſ.præterea dixi. idem.

Teſtis ſi falſum depoſuerit, etiam non iuratus, punitur de falſo,perinde ac ſi iuraſſet.com.dicit Alex.in l. edi. §. cùm autem.nu.6.de edendo.Cla.ibid. idem.

Teſtis ſi neget ſe dixiſſe prout notarius ſcripſit,notarius verò dicat teſtem ita dixiſſe vt ſcriptum eſt,licet regulariter magis creditur notario quàm teſti, tamen vt notarius vel teſtis puniantur de falſo,nõ creditur neque notario neque teſti.cõmu.atteſtatur Riminal.conſ.56.nu.12.lib.1.R.Cla.lib.5. ſent. §.falſum.ver.pone. idem.

Teſtis ſi ſit falſus in vno,tunc eius depoſitio in totum vitiatur.com.dicit Alex.in l.ſi ex falſis.nu.13.c.de tranſ.& conſ.27. nu.3.lib.2.quem refert dec.conſ.105.nu.3.Gratus conſ.2.nu. 18.li.2.& hæc concluſio locum habet ſiue capitula ſuper quibus talis teſtis depoſuit, ſint ſeparata, ſiue ſint connexa, nam vtroque caſu eius teſtimonium tanquam vnicum,& ſuper vnico iuramento fundatum nihil valet. com.dicit Alb. in d.l.ſi ex falſis.nu. 5.C.de tranſact.& Alber.de teſtib. part.3.prin.nu. 25.& ſeq.ſiue illud dictum falſum procedat,ſiue ſequatur alia dicta,vt com.dicit Soci.iu.conſ.41.nu.13.& ſeq.lib.2.Clar.d. §.fi.q.4.verſi. ſed quæro. Intellige tamen prædicta procedere, quando teſtis falſum depoſuiſſet circa factum principale vel qualitates ſubſtantiales,ſecùs ſi circa alia extrinſeca.com.dicit Alex.conſ.88.nu.19.lib.5.Soci.iu conſ 102.nu.6.libr. 3. dec. conſ.105.nu.2.Alex.conſ.47.nu. 5.lib.2.Hęc vero omnia procedunt quando teſtis vnus ab aliis de falſo conuinceretur, ſi verò teſtis ipſe modò hoc modò aliud,vel omninò contrariũ dixiſſet,tunc ſi primò dixiſſet vnum extra iudicium,& poſtea aliud in iudicio, magis communis eſt ꝙ ſtatur ſecundo dicto in iudicio facto. contrà ſi primo in iudicio aliquid dixit, poſtea extra iudicium reuocabit, ſtabitur primo dicto ĩ iudicio. At ſi in vno iudicio aliquid dixit,& in alio iudicio cõtrarium, tunc cum vtrunque dictum ſit iuratum,poterit puniri tanquã falſarius. Aut contradixit ſibiipſi in eadem inſtantia, & non creditur neque primo neque ſecundo dicto. Aut teſtis dicit ſe non ita dixiſſe vt ſcripſit notarius, & tunc plus creditur notario. Clarus dicto capitulo 55. verſiculo ſcias tamen. cum ſeq. idem.

Teſtis vt faciat legitimum indicium in criminalibus,debet eſſe integer & omni exceptione maior.com.dicit Ruin.conſ. 147. libr. 5. & huiuſmodi teſtis ſufficit etiam ad torturam, vt comm.dicit Rom.conſ.451.nu.4. Cla.d.libr. 5.§.fi.q.21. verſ. vnus teſtis. idem.

Teſtis vt falſus dici poſſit, ſufficit probare eum falſum dixiſſe, niſi pars dixiſſet eum corruptum eſſe, & falſum dixiſſe, tunc enim vtrunque tenetur probare.com.dicit imola in l.diuus.in gl.in verbo corruptis,de re iud.Soci.iu.in conſ.40.nu. 9.lib.2.Menchiaca controuerſiarum vſu frequent.c.36.num. 10.Cla.lib.5.ſent.§.falſum.verſ.quæro nunquid. idem.

Teſtis verba in dubio ita interpretanda ſunt,vt euitetur falſitas.com.dicit curt.iu.in l.vnic. in prin. nu. 9 ff.ſi quis ius dicent.refert Clarus libro quinto ſentent.§.falſum.verſic. ſolet etiam. idem.

Teſti dicenti ſe precibus alicuius falſum teſtimonium perhibuiſſe,fides non eſt adhibenda.com.dicit dec.conſ.109.nu. 8.verſ.1.quia:quem refert Rol.conſ.16.nu.7.lib.1.& Boſſ. in titul.de inquiſit.Ruinus in conſ.146.& 147.libr.5.refert Clarus lib.5.ſent.§. falſum.verſ. ſubornatus. addit tamen de conſuetudine obſeruari contrarium, vt nimirum per hoc procedatur contra ſubornantes ad inquiſitionem. idem.

Teſti qui in ſua depoſitione falſum dixiſſe conuincitur,tanquam periuro,nulla fides eſt adhibenda.com.dicit Alex.conſ. 152.nu.10.lib.7. idem.

Teſtem poteſt iudex etiam poſt publicatas atteſtationes iterum examinare ſeu interrogare ſuper dicto ſuo obſcuro. idque poteſt facere ex officio ſed non tenetur facere ad inſtantiam partis.com.dicit Tyndar.de teſtibus lib. 1.c.4.n.6.quem refert pract.Conrad.nu.37.Aret.in c.cum clamor.in 2.notab. de teſtibus Clarus dicto §.fi.q.61.verſiculo.quæro nunquid. P.Fichard.

Teſtes duo ſufficiunt ad conuincendum aliquem de hæreſi. com. dicit Anan. in c.excommunicamus.§.adiicimus. nu.j. de hæret.quem refert Simancas de hæret.in ca. 50.nu. 5. & de hoc videndumm eſt.conſ.Crauet. 162.Clar.d.lib. 5.§.hæreſis. verſ.habet etiam. idem.

Teſtes duo tantùm, ſi inter ſe contradicant, poterunt puniri de falſo. Hanc communem dicit Aretinus conſilio 71. nu.tertio quem refert Boſſius in titulo de tortura teſt. nu. trigeſimoquinto.& in titulo de falſis.numero vigeſimo.R. Clarus libro quinto ſenten.§.falſum.verſicul.conuincitur.quam tamen ipſe Clarus dicit ſe non credere quòd communis ſit. P.Fichard.

Teſtes inhabiles aliquando admittuntur per torturam, & fiunt per torturam habiles, qui tamen aliàs non admitterentur.communem dicit Boſſius in titulo de tort. teſt. numero tertio.refert Clarus dicto §.finali quæſtione 25. in principio. P.Fichard.

Teſtes ſingulares non ſufficiunt ad plenam probationem præſertim in cauſis criminalibus, vt omnes ſcrib. tenere affirmat marſ.conſilio 1. numero 25. Et licet aliqui dixerint hoc procedere quando aliquod delictum in ſpecie probandum ſit, ſecùs ſi in genere, vt aliquem eſſe homicidam, adulterum, vſurarium, &c.tunc enim teſtes ſingulares ſuper diuerſis actibus deponentes, ſufficere ad concludentem probationem,vt com.dicit Alex.conſ.13.nu.24.lib.7.Alij tamen dicũt totum contrariũ,ꝙ ſ.& hoc caſu nõ ſufficiãt teſtes ſingulares,

vt com



vt com.atteſtantur,Menchiaca in 1.part.de teſta.§.4.nu.45.& Io.de Amicis conſ.127.nu.1.hancque veriorem dicit Cla.maximè ſi in ſpecie delictum probari intelligamus tunc,cùm tractatur de aliquo puniendo criminaliter.vt etiam dicit Simancas de hæret.c.62.nu.24.Imò ad probandam hæreſin,non ſufficiunt teſtes ſingulares, etiam ſi forma concurreret, vt com. dicit Lapus in allegatione de hæreſi. §.12.Cla.d.§.fi.q.53.ver. dixit etiam. idem.

Teſtis ſi qualitercunque protulerit dictionem (plus) illam nihil operari,cùm dubia probatio nihil releuet.c.in præſentia ext.de proba.l.non hoc.C.vnde legitimi.cõmunem & veram concluſionem doct.eſſe ſcribit iaſ.in l.etſi poſt tres.num.7. & 14.vbi ipſe tamen aliquot limitationes præcedenti doctrinæ adiecit.ff.ſi quis cautionibus. kirchouius.

Teſtis in parte verus, & in parte falſus, in toto reputatur falſus.Hanc doct.com.opi.eſſe refert Hipp.de marſ.multis allegatis authoritatibus doctor.in ſuis ſingul. ſingul.76. Kirchouius.

Teſtibus dicentib. ſe precib. alicuius falſum teſtimonium tuliſſe in nullo dandam eſſe fidem,cõſuluit fulg.in conſ.173. Et iſtam veram & communem opi.eſſe ſcribit cõſulendo dec. in conſ.189.nu.9.in 1.par.conſ.Ita quoque refert Rol.à Vall. in conſ.16.nu.7.in 1.Tom.conſ. kirchouius.

Teſtes tametſi de notorio perinde atque de fama deponere notoriumq; probare poſſint,iux.receptam doct.ſentẽtiam, ad hęc tamen vt probent,debent etiam non interrogati rationem dicti ſui reddere, quod ſimiliter communi calculo receptum eſſe teſtatur Bened.capr.in tract.notor.poſt regul.65.poſito in 6.memb.principal.nu.7.& 10.vide ſuprà Notorium.

Teſtis dictum reprobatum in vno,non admittitur etiam in aliis c.teſtimonium.ext. de teſtib.Et hanc opi.eſſe communẽ, teſtatur Alex.de imol.in conſ.27.nu.3.vbi Apoſtill.in verbo, in aliis. plures authoritates alleg. in 2. volumin.conſ. Kirchouius.

Teſtis vnus non facit indicium ad torturam, vt eſt com.opi.de qua D.Laur.Occa Ferrar.inter conſ.crim.conſ.60.n.63. fallit in vno teſte de viſu, quando ſumus in probando ipſum maleficium.Brunus inter conſ.crimi. conſ.115.nu.1.vbi plenè.Et debet eſſe omni exceptione maior ibi.nu.33. Alias non eſt ſufficiens.Niſi cum tortura.ibi.nu.73 ſecus eſt in probando indicium remotum quia duo teſtes ſufficiunt, etiam non omni exceptione maiores, & ſic infames. & ille dicitur teſtis omni exceptione maior, contra quem nulla poteſt opponi exceptio.plura in reperto.ad conſilia feudalia Brun.in ver.teſtis ille omni exceptione vbi plura & plurima.& in verſ. teſtes in criminalibus. idem.

Teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandum aliquid.in genere, vt iuriſdictionem, vel quem eſſe vſurarium.poſſeſſionem alicuius, hæreticum furioſum, vel infamen, vt eſt com.opi.de qua curt.iu.in conſ.344.nu.74.& pluribus ſeq.in 3.vol, Riminaldus nouiſſimus in conſ.7 & in his, quæ ſunt redacta ad ius gentiũ, ſingularitas teſtium nocet, vt eſt com.opi.cur.iu.conſil.187.n.10.in 3.vol.vide Io.de Amicis, conſ.126.n.1.Quandoque tamen iudex poteſt teſtibus ſingularibus adhibere fidem D.Gabriel.in conſ.172.nu.26.vbi fratri vxoris ſingulari creditur de matrimonio inter ſororem & alium.vide Rimin. nouiſſi.in conſ.7.per totum.vbi dicit, quòd hæreſis probatur per teſtes ſingulares. Bonacoſſ.

Teſtis dictum in tormentis præualet, vt eſt com.opi.Anto. Gabriel.in ſuo communium concl.li.7.concl.26. vbi ampliat & limitat. idem.

Teſtis ſecundo dicto variantis extra tormenta ſtatur ſi animo corrigendi primum dictum poſtea contrarium deponat, vt eſt com.opi.de qua Ant.Gabr.li.7.concl.27.communium concl.amplia & limita vt ibi.& vide in ſeq.18 concl. idem.

Teſtis varians ab his, quæ dixerat prius in iudicio, quam fidem faciat? Ant.Gabriel.in ſuo communium concl lib.7.concluſ.29. communem opin.dicit ꝙ neutri dicto creditur.Amplia & limita vt ibi. Et ibi in conclu.30. dicit ꝙ attenditur dictum teſtis iudiciale, etiam ſi poſtea extra iudicium contrariũ deponat. Amplia & limita vt ibi. idem.

Teſtis, qui vnum extra iudicium, & poſtea contrarium in iudicio deponit, nullã facit fidem. Et pœna punitur falſi, vt eſt com.opi.Ant.Gabriel.communium opi.libr.7.concl.31.Amplia & limita vt ibi per eum. Et ibi conclu.32.ponit teſtis, qui depoſitionem iudicialem extraiudicialiter dicat ſe falſum teſtimonium protuliſſe. An parti, pro qua depoſuit præiudicet vide omnino. idem.

Teſtis exiſtimans verum dicere, ſi falſum deponat, non dicitur falſarius & pœna falſi non punitur, vt eſt com.opi. Anto. Gabriel.lib.7.conclu.communium.conclu.33. Amplia. & limit.vt ibi. idem.

Teſtis vnus in ciuilibus non facit ſemiplenam probationẽ, vbi agitur de modico præiudicio, ſi non ſit omni exceptione maior, vt eſt com.opi.Multo fortius in criminalibus.Rolan.à Valle in conſ.3.nu.39.in 3.vol. idem.

Teſtes examinantur ſine citatione partis inculpatæ de conſuetudine, quæ eſt ſeruanda.Blancus in practi. crim.fol.6.nu. 34.quando in criminalibus proceditur ex argumentis & indiciis.Et ipſa eſt practica, ꝙ non fiat citatio, cum frequentius procedatur ex indiciis, & ita quotidie ſeruatur. Et ex conſuetudine lis non conteſtatur.Blancus in pract.crim.fol.6.nu.36.vide Ant.Gabriel.in ſuo communium conclu.lib.7.concluſ.28.& pluribus ſeq. idem.

Teſtis



Teſtis qui fuit punitus extraordinariè pro motu iudicis, poteſt poſtea accuſari l.Cornelia de falſis, & iſta eſt comm. opi. Fran Mar.deciſ.delphina.798.nu.1.in 2.par. Bonacoſſ.

Teſtis falſus in vno, falſus eſt in omnib.vt eſt com.opin.de qua marſ.ſing.76.Fallit, vt per eum Gargias inter conſ.crimi. conſ.123.nu.17.Tomo 1. & no. quod teſtis debet deponere, & non iudicare.Brunus inter conſ.cri.conſ.115.nu.4.tom.2. Bonacoſſ.

Teſtes duo reprobant inſtrumentum etiam teſtamentum, maxime neceſſarij, vt eſt com.opi.de qua Gargia. inter conſil. crim.conſ.126.nu.14. idem.

Teſtes viles & pauperes non probant in criminalibus, vt eſt com.opi.Bondenarius Ferrar.inter conſ.crim, conſ.54.nu. 11.Soci.fallen.489.incip.pauper ſi tamen producuntur à fiſco, non poſſunt per ipſum reprobari Brunus inter conſ.crim. conſ.115.nu.41.Tom.2.quando eſt de auditu, vel ſaltem tenetur probare contrarium. idem.

Teſtes in cauſa matrimoniali debent eſſe rogati, vt eſt com. opi.de qua in conſ.59.n.54.in conſ.crim.tom.2.quia non preſumuntur rogati niſi aſſerant, vel conſtet de rogatione, vt eſt com.opi.de qua ibi nu. 55. Et cauſa matrimonialis criminali æquiparatur, vt ibi n.34.Et tres teſtes non integri coniunguntur, vt faciant plenam probationem in matrimonio, dec.conſil.163.nu.11.in 1.vol.vide omnino. idem.

Teſtis falſus, qui dicit, ſe fuiſſe ſolicitatum ad dicendum teſtimonium, facit indicium ad torturam contra inſtigãtem, ſecundum communem practicam: quicquid ſit de iure.Boſſius de indiciis nu.156. idem.

Teſtis dictum in vna cauſa facit fidem contra eundem in alia cauſa, vt eſt com.opi.de qua Boſ.de oppoſitionibus contra teſtes nu.6. idem.

Teſtis dicto ſolemni & iudiciali ſtatur, non minus ſolemni, vt eſt com.opi.Crauetta conſ.6.nu.5.Limita vt ibi per eum. nu.45.& 46. idem.

Teſtis de viſu ſemiplenè probat, vt eſt com.opi.de qua Rui. conſ.35.nu.7.in 4.vol. idem.

Teſtis habilitas vel inhabilitas conſideratur tempore depoſitionis, & non tempore actus geſti, vt eſt com.opi. de qua Corn.conſ.13.litera B.in 1.vol. idem.

Teſtis vnus de veritate facit indicium ad torturam, non delatiuam iuramenti, ſed purgatiuam per torturã, vt eſt com. opi.de qua Rom.conſ.451.nu.4.Dummodò ſit omni exceptione maior, vel eminent alia indicia. Et ad probandum indicia. Et ad inueſtigandum non ad puniendum, non requiritur quod teſtes ſint omni exceptione maiores dummodò deponant veriſimilia & ibi.vide marſ.conſ.88.nu.20.in 2.vol. Sed debet eſſe omni exceptione maior.& ritè, & legitimè examinatus, quia vbi non eſt ordo ſufficit inſtantia.Et debet eſſe nõ ſolus, ſed cum aliis indiciis.marſ.ſing.342.& 476. Et plures teſtes deficientes in fide numerus non ſupplet defectum ſing. 477.per marſ.Et quando fama cum vno teſte coniungatur ad faciendum plenam probationem in criminalibus.dec.conſil. 163.nu.12. idem.

Teſtis ſingularis non probat ſemiplenè nec facit indicium etiam ad torturam, vt eſt com.opi.marſ.conſ.52.n.7 & ſing. 114.Etiam ſi eſſent plures ſingulares dec.conſ.189.nu.8 in 1. vol.Et teſtis dicitur ſingularis cuius dicta recipiunt ſeparationem ex diuerſitate factorum.curt.iu.in conſ.187.num.6.in 3. vol. idem.

Teſtis deponens de ingratitudine alicuius, abſque citatione illius recipi poteſt, vt eſt com.opi.de qua Alex.in conſ.130. nu.5.in 1.vol. idem.

Teſtis, qui non videt aliquem, etiam in criminalibus, rectè deponit Alex.conſ.99.nu.5.in 3.vol.com.dicit.Si eſt omni exceptione maior. Et habeat notam vocem alicuius. Aliàs non tantum debet eſſe omni exceptione maior, ſed & de viſu debet deponere D.Brunorus à Sole in vnico eius conſil. nu.94. com.dicit. idem.

Teſtes, qui aliàs non admittuntur, admittuntur quando ex natura facti alij teſtes veriſimiliter haberi non poſſunt, vt eſt communis regula de qua dec.in conſil. 342.in 3.volu.dec.in conſ.364.nu.5. idem.

Teſtis, qui extra cauſam, de qua agitur aliquid de falſo deponit, quia pars altera non læditur, non tenetur pœna falſi, ex quo alteri parti non prodeſt, & alteri non nocet, nõ debet puniri, vt eſt com.opi.de qua Soc.in conſ.104.nu.3.in ver.quartus & vltimus caſus in 1.vol.poſt alios. idem.

Teſtis dictum deponentis contra veritatem, & ſic contra iuramentum in vno capitulo, vitiatur in omnibus, propter falſitatem vnius capituli, vt eſt com.opi.de qua Alex.in l.ſi ex falſis nu.13.ff.de tranſact.fallit, vt ibi per eum. idem.

Teſtes criminoſi in criminibus exceptis admittuntur, nõ vt faciant probationem, ſed oportet, vt adſint alia adminicula, vt eſt com.opi.de qua abb.in c.per tuas num.4. de ſimonia. Et ſi ſint forenſes, & extra prouinciam debent remitti ad iudicem cauſæ etiam in criminali, vt per abb.in c.conſtitutus, nu.10.de fideiuſſor.Et ad hoc vt teſtis ſit integer, & non criminoſus, oportet, ꝙ omnino ſit immunis ab his.ſ.crimine, infamia, ſuſpicione inimicitiæ, vel criminis, quia non debet in aliquo vacillare.& à macula manifeſta, ſ.animę & corporis; & teſtis corpore vitiatus contra clericum repellitur, vt per abb.in c.1.nu.4. de excep.& conſpiratores, qui inimicis capitalibus ęquiparantur.abb.in c.cum I.& A.nu.20.de ſententia & re iudic.Et licet teſtes criminoſi & participes delicti admittantur in teſtes in defectum probationis, vt per abb.in c.fi. de teſtib cogen. hoc tamen eſt verum ſecundum fel. ibi nu. 3. Si hoc voluerit ille, cui actus criminoſus nocebat. idem.

Teſtis in criminalibus tenetur aſſignare rationem dicti ſui etiam non interrogatus, vt eſt com.opi.de qua Bened.de Vado in reperto.fel.in ver.teſtis regulariter.fol.132.col.j. Quod procedit in cauſis, in quibus venit imponenda pœna corporalis. idem.

Teſtium examinatio in criminalibus poteſt committi alteri, quando teſtes eſſent extra prouinciam, vt eſt comm.opi.de qua Bened.de Vado in Reperto.fel.in ver.teſtes in cauſa crim. fol.136.col.4.nu.2.vbi etiam ponit plures caſus, in quibus teſtium examinatio in criminali alteri committi poſſit. Primus eſt, quando perſona, quæ eſt examinanda non poſſet venire ad iudicem, & iudex non poſſet ire ad teſtem, quia eſt perſona multum honeſta.Item quando agitur de crimine per viam exceptionis.Item fallit in cauſa hæreſis.Item fallit in Papa.Item fallit, quando teſtes eſſent extra prouinciam. Vide fel.in ca. ſi qui teſti.de teſtibus nu.j.& ſeq.& fel.in c.cùm cauſam.nu.2.n. & ſeq.de teſtibus. idem.

Teſtificari non tenentur priuilegiati, vt eſt com.opi.de qua fel.in c.cum cauſam, nu.8.de teſtibus cogen. idem.

Teſtimonium valet eius, qui eſt teſtificatus, etiam non docto, ꝙ pœnituerit de peccato, vt eſt com.opi.de qua fel.in ca. intimauit, nu.4.in fi.de teſtibus cogen. Bonacoſſ.

Teſtis infamis infamia facti repellitur à teſtimonio, quia nõ eſt omni exceptione maior, etiam reſtitutus ad gratiam.Facit tamen indicium ad torturam cum aliis adminiculis, in defectum probationis, vt eſt com.opi.de qua Nicellus in tracta.de concordia gloſſarum.nu.415. idem.

Teſtis non eſt interrogandus de his, ex quibus eius turpitudo detegatur, vt eſt com. opi. de qua Graſſus in ſuo communium opi.lib.2.c.17.q.33. idem.

Teſtes inhabiles ſufficiunt in his, quæ ſunt difficilis probationis in criminalibus, vt eſt com.opi.Cla.q.24. idem.

Teſtis de auditu in criminalibus non probat.marſ.conſ.20. nu.5.& nu.10 conſ.41.nu.8.conſ.76.nu.25.in 1.vol.conſ.88. nu.9.conſ.116.nu.3.in 2.Et teſtis de auditu non eſt verus teſtis.marſ.d.conſ.20.nu.6.& in conſ.76.nu.26.in 1.& in conſ. 116.nu.4.in 2.Et maximè, quando non dicit à quibus audiuit quia non probat.marſ.d.conſil.20.nu.7.Merzarius conſil.21. Bonacoſſ.

Teſtis vnus ſufficit qui contradicat teſtamento vt teſtamentum vacillet, vt eſt com.opi.de qua Io.de Amicis in conſ.115. vbi dicit, ꝙ iſta eſt vera, & communis concluſio à qua nemo diſcrepat D.m.Alc.in conſ.124.vlt lib Corn.conſ.261.litera I.in 4.lib. vide conſilium 1. Vltimarum voluntatum diuerſorum. numer. 15. & ſequent. Alias teſti vnico non creditur. Riminald. nouiſſimus in conſ.39. numer.35 Et not. quòd teſti, qui dicit ſe credere ſimpliciter, etiam ſi dicat pro certo ſe credere, non probat, vt per Riminald. vbi ſuprà num. 30. & ſeq. idem.

Teſtes in omni cauſa debent eſſe omni exceptione maiores.curt.iu.conſ.122.nu.5.com.dicit.Etiam in hæreſi.D.Hier. Gabri.conſ.178.nu.29.Etiam in crimine falſi.Idem Gabri. in conſ.180.nu.1. idem.

Teſtis vnicus facit ſemiplenam probationem.curt.iu.in conſ.122.nu.7.com.dicit.Et quando lex, vel ſtatutum ſignanter & ſpecificè duos teſtes requireret, ſi vnus eſſet idoneus, alter verò in aliquo defectu, dictum vnius per alium non ſupplere.curt.iu.in conſ.289.nu.36.in 3.vol. idem.

Teſtis vnicus facit ſemiplenam probationem.curt.iu.conſil.122.nu.7.com.dicit. idem.

Teſti vnico de facto proprio, quod ipſe fecit non creditur. Boer.deciſ.221.n.7.com.dicit.Tiraq.in tract.de retract.in §.1. in gl.14.n.50.& ſeq.vbi plenè.Soarez in ver.teſtis n.110.vide

Menoch.de arbitrio iud.caſu 99.per totum.Soarez ver.teſtis. n. 110.Etiam in ciuilib.Licet ēt eſſet Princeps,vt eſt com.opi. Niſi ei ſoli tantummodo noceret dictum, vt eſt com. opi.ibi nu.111.& 112. idem.

Teſtis reuocans ſuum dictum in alio iudicio, ſtabitur primò.D.m.Alc.in tract.pręſum.reg.2.præſum.29.communem dicit. idem.

Teſtis vnicus & ſingularis non facit indicium. ſecundum com.opi.de qua D.Lauren.Occa Ferrar.inter conſilia cri.cōſ. 60.nu.63. idem.

teſtis vnicus ad inquirendum & torquendum ſufficit ad indicium,ſi ſit omni exceptione maior Soarez.verſ.teſtis.num. 119. idem.

teſtis frater pro fratre ad defenſionem in criminalib.eſt idoneus,vt eſt com.opi.Soarez ver.teſtis n.128. idem.

teſtis mulier,etiam in cauſis capitalib.eſt idonea,vt eſt com. opi.Soarez ver.teſtis n.130. idem.

teſtis, qui alioquin nō eſt idoneus,ſi ex facti natura alij haberi nequeunt regulariter ac generaliter admittetur, vt eſt com.opi.Soarez ver.teſtis.n.132. idem.

teſtis in vna re depoſitionis falſus,fidem in totum perdit,vt eſt com.opi,Soarez ver,teſtis n.135.& no. quod teſti non eſt adhibenda fides in aliis articulis probationis, ſi poſt publicationem teſtimoniorum conuincatur, ꝙ corruptus in vno articulo falſum dixerit,vt eſt com.opi. Methodica iuris, part.5, tit.de teſtibus.c.23.ad fi.pag.828. idem.

teſtis, qui prius dixit nihil ſcire, poſtea veritatem deponit, nullam facit fidem.com.eſt opi.Soarez ver.teſtis nu.139.& ſi in altero iudicio dictum ſuum reuocauerit, ſtatur eius primò dicto,vt eſt com.opi.ibi n.140.& com.dicit Cur,iu.conſ.318, n.15.in 3.vol. Niſi primum iudicium fuerit nullum, vel inualidum,vt eſt com. opi.ibi n.141. Sed cum aliud in iudicio deponit,quod extra depoſuit, ac ſua ipſius manu ſubſcripſit, vacillare dicitur,& poteſt torqueri.com.eſt opi.ibi n.142. Non tamen falſi pœna plectetur.communis eſt opi.ibi nume.144. Bonacoſſ.

teſtis,qui in extremo laborans falſum deponit, non eſt idoneus,vt eſt com.opi.Soarez ver.teſtis.nu.145. idem.

teſtis varius, vel ſibi contrarius eſt reducendus ad concordiam,vt falſum euitetur,vt eſt com.opi.Soarez verſ. teſtis nu. 146. idem.

Teſtis in criminalibus debet eſſe omni exceptione maior com.eſt opi.Soarez ver. teſtis nu.147. & debet teſtis reddere ſui dicti rationem.vt eſt com.opi.ibi.nu.148.Fallit in teſtibus ad offenſam probandam. com.eſt opi.ibi nu.149.Vel,ſi deponunt de his, quæ ad ius ſpectant.communis eſt opi.ibi n.150. Vel cum de fama publica deponunt. com. eſt opi.ibi nu.151. idem.

teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandum mulierem eſſe inhoneſtę vitę in genere.ſi vnus deponat de vna re inhoneſta, alius de alia,vt eſt com.opi.de qua Riminaldus nouiſſimus in conſ.7.nu.59. idem.

Teſtis de auditu proprio facit fidem,ſi voces delinquentiū notas habet,vt eſt com.opi.Soarez verſ.teſtes nu.161. idem.

Teſtes de delicto de nocte facto teſtimonium facientes,nō aliter ſunt idonei,niſi vocem delinquentis notam habeant,& agnouiſſe aſſerant vel Lunam lucere deponant. vel lumen illic luxiſſe ſubiungat. vel denique ſibi admodum delinquentem fuiſſe addant,vt eſt com.opi.Suarez verb.teſtes.nu. 172. 173.& 174. idem.

Teſtis meretrix non eſt idonea in criminalibus,vt eſt com. opi.Soarez ver.teſtes idonei n.197.proxeneta,affinis,pauper, mulier,infamis in cauſis arduis.Domeſticus,licet domeſticus quò ad furtum,vel aliud delictum in agentis domo perpetratum, & quò ad quantitatem, vel æſtimationem rerum furto ablatarum,& denique quò ad alia domi geſta probabunt.cōmu.eſt opi.n.204.Domeſtici autem omnes dicūtur, qui in eadem domo habitant,vt eſt com.opi.ibi n.204.Nec ſunt teſtes idonei,qui in aliqua parte ſui teſtificatus falſum depoſuerūt, vt eſt com.opi.ibi n.285.Niſi pars illa fuerit ſeparata à cęteris, vt eſt com.opi.ibi n.206. Vel ad negociū principalè non multum attinet,com.eſt opi.ibi n.207.Quòd idem eſt in teſtibus contrariis,com.eſt opi.ibi n.208.item clerici contra laicos,& econuerſo non ſunt idonei teſtes in criminalibus,vt eſt com. opi.ibi.n.212.& 213.niſi aliter veritas haberi nō poſſet,vt eſt com. opi. Socij item criminis non ſunt idonei teſtes etiam ad formandam inquiſitionem,vt eſt com.opi.ibi nu.214.Niſi aliter veritatem haberi non poſſet,vt eſt com.opi.ibi num.215. Nec tamen ad torquendum abſque aliis indiciis ſufficient,vt eſt com.opi.ibi. idem.

Teſtes duo,etiam ad conuincendum ſummum pontificem, vel imperatorem de crimine ſufficiunt,vt eſt com.opi.Soarez verſ.teſtes duo,nu.221. idem.

Teſtes ſi nolunt venire ad teſtificandum in criminalibus, etiam poſſunt cogi multa eis indicta.com.eſt opi.Soarez ver. teſtes nu.223. idem.

Teſtes,ſi dicant ſe erraſſe in deponendo,ac dictum ſuum liquidò probarint. & prius teſtimonium impunè reuocabunt, & deinde rectè ac validè teſtabuntur.com.eſt opi.Soarez ver. teſtes nu.124.Quod intellige,ſi incontinenti ſe corrigunt.Secus,ſi ex interuallo longo,quia præſumuntur ſubornati. cur. iū.in conſ.289.nu.19.& ſeq.in 3.vol.Alioquin,ſi non probabunt,ſtabitur primò dicto,& ipſi erunt periuri, vt eſt com. opi.ibi nu.125.Et ſi ſe ſubornatos,& corruptos fuiſſe dicent,& pręcibus aliquorum acquieſcentes,falſum depoſuiſſe aſſerāt, nullam faciunt fidem, vt eſt com.opi. ibi.nu.126 quamuis id ſolum ſufficiat,vt & ipſi torqueantur,& ſi idem affirmauerint, ad inquiſitionem procedi poſſit,vt eſt com.opi.ibi num.127. Bonacoſſ.

Teſtes domeſtici admittuntur, quando tractatur de præiudicio ſolius fiſci,& non accuſatoris,vt eſt com.opi.de qua cur. ju.in conſ.281.nu.8.& nu.11.in 3.vol. idem.

Teſtes,qui ea vera eſſe deponent quæ vel actis, vel inquiſitione continentur, verum eſſe aſſerunt, quod quiſpiam alius teſtis prius depoſuit.nullus ſunt momenti,vt eſt com.opi.Soarez verſ.teſtes nu.228.& 229. idem.

Teſtes ſi incontinenti ſe corrigant,quod ſecundo loco pro teſtimonio dicunt valet ac tenetur. Et ideò nec criminoſi, nec pœna aliqua puniuntur,vt eſt com.opi.Soarez ver.teſtes nu.230.& 231. idem.

Teſtes in cauſis criminalib.torqueri debent.& qui infamis infamia iuris ſunt, & qui criminis participes ſunt, & qui indeponendo ſunt varij, & qui ſunt viles perſonæ & qui interfuerunt delicto, & vidiſſe ac cognouiſſe neminem dicunt. com. eſt opi.Soarez verſ.teſtes nu.232,233.& 234. idem.

Teſtes ſubornans, vel corrumpens non ideò cauſam amittit,com.eſt opi.Soarez ver.teſtes n.251. Si tamen vnum teſtē corruperit, vel falſum produxerit, pœnas ſtatuti punietur,vt eſt com.opi.Soarez verſ.illo nu.252. idem.

Teſtes ex eo ſolo falſi conuincuntur ꝙ prodicendo teſtimonio pecuniam accepiſſe probantur.com.eſt opi. Soarez verſi. teſtes,n.253.Iſta probatio non nocebit pecuniam danti,vt falſum commiſiſſe dicatur,vt eſt com.opi.ibi nu.254.Teſtes verò ipſi falſi luent pœnas,& omne damnum parti reſarcire coguntur. Licet aliud ſit in foro conſcientiæ vt non teneantur, vt eſt com.opi.ibi nu.255. Etiam ſi non ſint iurati teſtes, quia falſi pœnas dabunt ac ſi iurati forent,vt eſt com.opi.ibi num. 257. ſi tamen non circa ſubſtantiam ac formam falſum depoſuerint, ſed circa res extrinſecas, non tenentur pœna falſi,nec in aliis partibus fidem perdent teſtificatus,vt eſt com. opi. ibi nu.258. idem.

Teſtes,qui falſi ſunt conuicti,ſi vel falſum illorum, vel falſa ſubſcriptionem ibi damnum præiudiciumq; inferat, ordinarias falſi pœnas non dabunt.Sed tantum extraordinem ſtellionatus ſupplicio afficiētur,vt eſt com.opi.Soarez ver. teſtes nu.159. idem.

Teſtium verba ambigua contra producentem interpretantur,vt eſt com opi.Soarez ver.teſtium nu.260. idem.

Teſtium omnium examinatio extendi debet, nec vnius extenſio & aliorum poſtea aſſertio,ſufficit,vt eſt com.opi. Soarez verſ.teſtium.nu.267. Bonacoſſ.

## TESTIS.

*Summaria.*

Filium vel filiam non poſſe teſtificari pro patre: nec econtrà.q.1.

Filium non poſſe teſtem eſſe in teſtamento patris,nec in extranei teſtamento in quo pater hæres inſtituitur.q.2.

Fratrem non prohiberi teſtimonium ferre pro fratre in cauſis ciuilib.ſecùs in criminalib.Derogari tamen aliquid eius fidei,propter ſanguinis coniunctionem q.3.

Fratrem non cogendum teſtificari contra fratrem,nec in criminalibus,nec in ciuilibus.q.4.& q.ſeq.

Mulierem eſſe teſtem idoneam in cauſa ciuili: Niſi in ſcriptura priuata à tribus teſtibus ſubſcribenda. Et in teſtamentis, de iure ciuili.q.6.

Mulierem ſecundum ſententiam multorum poſſe de iure cano. adhiberi teſtem in teſtamento in terris eccleſiæ condito.q.7.

Fœminam in teſtamento militis rectè adhiberi teſtem.q.8.

Fœminam teſtem eſſe poſſe de iure ciuili, etiam in criminalibus.q.9.



Mulierem prohiberi de iure cano.teſtimonium dicere in criminalib.dec.& Io.de Imo.contrarium ſentientibus.q.10.

Fœminā prohiberi de iure cano.teſtem eſſe in matrimonialibus,quę criminalib.à canoniſt.hoc caſu æquiparantur.q.11.

Cùm ciuiliter agitur, & pœna venit applicanda fiſco ratione delicti, quo caſu actio dicitur criminalis, mulier teſtis eſſe nequit de iure cano.ibid.

Vxorem non poſſe teſtimonium ferre pro viro, vel etiam contra virum.Et quæ ſit ratio.q.12.

Monacham non prohiberi teſtem eſſe in teſtamentis.q.13.

Colonum adſcriptitium poſſe teſtimonium ferre, cùm ſit liber.q.14.

Perito in aliqua arte,vt medico deponenti vulnus eſſe lætale,an & quatenus credendum ſine vel cum iuramento.q.15.

Dicta teſtium qui corrupti depoſuerunt, non poſſe partiū conſenſu conualidari.q.16.

Illud quod dicitur publicatis atteſtationibus,non eſſe alios teſtes recipiendos ſuper iiſdem articulis,locum non habet,cū interuenit partium conſenſus.ea.q.

Vni ſoli teſti,ex conſenſu partium,fidem plenè haberi.q.17.

Vnum teſtem ſemiplenam facere probationem,ibid.

Iuramentum remitti poſſe teſtibus de conſenſu partium, cùm contineat merum fauorem partium.q.18.

Dictum teſtis,qui aliter dixit extrà iudicium non iuratus,aliter verò depoſuit in iudicio iuratus,admitti,& fidem facere: contra opinionem Bar.q.19.

Dicto teſtis iurati,extra iudicium prolato ſtari:licet poſtea idem contrarium deponat in iudicio:Sed tamen primum debilitari per ſecundum.q.20.

Teſtem deponentem falſum, cuius tamen dictum eſt nullum,vt quia depoſuit non iuratus,vel extra articulos,non puniri pœna falſi:Sed extraordinariè.q.21.

Dicto teſtis negantis ſe ita depoſuiſſe, pro vt ſcripſit Notarius, ſtandum potiùs, quàm dicto Notarij, dum tractatur de falſo.q.22.

Si allegetur teſtem capitalem eſſe inimicum,differri eius receptionem.q.23.

Dictum teſtis interrogati de ratione & cauſa ſcientiæ,& reſpondentis,quia fuit præſens,valere & probare. Contra Baldi & ſequacium eius opinionem.q.24.

Solam paupertatem non eſſe cauſam ſufficientem recuſandi & repellendi teſtem à teſtimonio.q.25.

In quæſtione, an & quando quis dicatur pauper, in caſibus à iure non limitatis & definitis, vbi magnum vertitur præiudicium,ſtandum arbitrio iudicis.ead.q.in fi.

Dictum teſtis deponentis contrarium ei,quod dicit ipſe principalis,non valere,nec probare:ſed ſtandum potiùs aſſertioni principalis.q.26.

Teſtes ſingulares fidem non facere:ſ.in ſingularitate obſtatiua,vbi eſt contrarietas:Secùs autem in ſingularitate cumulatiua,vbi nulla contrarietas,vel diuerſitas effectuum.q.27.

Teſtes non produci & recipi ante litem conteſta.Niſi producantur ad perpetuam rei memoriam.Id quod in reo eſt perpetuò verum.q.28.

Quando non eſt in poteſtate actoris agere, vt cùm debitū eſt conditionale,&c.licere ei indiſtinctè producere omnes teſtes ante litem conteſtatam.q.29.

Teſtes in cauſa appellationis non poſſe denuò produci ſuper iiſdem articulis:Sed de iure cano.ſuper nouis deſcendentibus ex veteribus: Id quod in foro ciuili locum habere interpretes iuris ciuilis negant.q.30.

An laicus, vel qui clericus eſſe non poteſt, ſit admittendus ad teſtimonium dicendum ↄ clericum in criminalib.q.31.

Inimicum repellendum à teſtimonio.Idq; procedere in inimico reconciliato:Si reconciliatio nuper contigerit.q.32.

Teſtem poſſe interrogari,teneriq; ad reſpondendum de his, quæ ad elidendam teſtimonij fidem contra ipſum obiici poſſunt.q.33.

Teſtem non eſſe interrogandum de his, ex quibus turpitudo ipſius detegatur.ibid.

Intellectus.l.nullum.C.de teſtibus.q.34.

Omnem iudicem habentem iuriſdictionem ordinariam,item delegatum principis poſſe punire teſtem, propter crimē, quod in ferendo teſtimonio commiſit.ead.q.

### QVAESTIO I.

Quæro,An filius vel filia poſſit teſtificari pro patre,vel ecōtrà?Reſp.ꝙ non,& hoc eſt clariſſimum per tex.in c.ſi teſtes.4. q.3.Hanc opi.tenet Io.Mona.in defenſorio iuris.Rub. contra teſtes.& de filio eſt tex.in l.parentes.C.de teſtib.Hanc dicit eſſe com.opi.Alb.in ſuo tract.de teſtib. & eam tenet ſpec.tit.de teſte.§. 1. maximè ratione affectionis,quam habent inuicem erga ſe,quæ conſideranda eſt in teſtibus.

### QVAESTIO II.

Sed nunquid hoc etiam procedit in teſtamento?Reſp.ꝙ ſic, indiſtinctè, ſiue ipſe pater condat teſtamentum, ſiue alius, à quo pater ipſius hæres inſtituitur. Namq; non poteſt filius eſſe teſtis.hanc dicit eſſe commu.opi.Aret.in l.qui in teſtamento.§.quæcunque nu.10.ff.de teſta.

### QVAESTIO III.

Quæro,An frater poſſit teſtificari pro fratre?Reſp.communis & recepta dod.opi.eſt,ꝙ in cauſa ciuili non prohibetur eſſe teſtis,ita expreſsè tenet gl.l.parentes.C.de teſtib.& in c.conſanguinei.verb.patentes.3.q.5. Eandem opi.tenet ſpec.tit.de teſte.§.1.nu.8.abb.c.cùm oporteat.nu.3.de accuſ.& ibi Io. de imo.n.10.Hanc dicit eſſe com.opi.Soci.iu.conſ.29.n.12.vol. 2.& Ant.Corſ.in ſing.ver.teſtis. & eam tenet Steph.Bertr.cōſil.212.n.9.vol.1.Bauer.§.pater.n.23.inſt.de teſta.Alb.in tract. de teſti.2.par.pr.n.5.Alc.in tract.præſum.reg.1.præſum.23.n. 1.Edictum.n.de teſtib.eſt prohibitorium,Vnde cum frater nō ſit prohibitus teſtificari,admittendus eſt.

Secùs verò eſt in criminalibus,de quo eſt text.l.Iulia.ff.de teſtib.c.ſi teſtes.§.l.Iulia.4.q.3.Gand.in tract.malef. reg. de teſtib.& qui repellantur.nu.7.Hanc opi.quoque tenet ſpec. tit. de teſte.§.1.nu.8.abb.c.cum oporteat.nu.3.de accuſ.c.literas. nu.8.de præſum.Alex.conſ.70.n.5.vol.1.Alb.d.l.parentes.n. 1.ibi Bal.& doct.communiter Iac.de Belui.in prac.crim. c.de cauſis criminal.nu.70.in criminalib.n.teſtes debent eſſe omni exceptione maiores.Dicunt tamen ſupradicti doc.ꝙ in caſib. in quibus frater admittitur pro fratre, detrahitur fidei, & ſic non erit omninò integer teſtis,vltra prędictos tenet Guid.Papa c.cum regula.nu.2.de of.deleg.Bar.Soci.conſ.20.nu.18.& conſ.130.nu.10.vol.1.Are.d.c.cum oporteat.nu.11.iaſ.rep.l. admonendi.nu.167.Io.de Amicis.conſ.61.n.19.& ita tenent omnes,vt per eos.

### QVAESTIO IIII.

Sed quæro, Nunquid frater ↄ fratrem cogatur teſtificari? reſp.ꝙ non.ita probat tex.d.l.lege Iulia. ff.de teſti.d.c.ſi teſtes. §.l.Iulia.l.parentes.C.de teſtib.& ibi doct.tenent omnes. Eandem opi.tenet abb.c.literas.nu.8.de præſum.& fel.n.16.imo. & fel.c.cum oporteat.ext.de accuſ.Alb.in tract.de teſtib.n. 1. in 2.par.Steph.Aufr.in tract.de teſtib.reprobat.nu.25. vbi dicunt hanc eſſe communem opi.

### QVAESTIO V.

Sed nunquid hoc habet locum tam in cauſa ciuili,quàm criminali?Reſp.ꝙ ſic,ita probat gl.in d.l.lege Iulia.ff.de teſtib.Et eam cōmuniter approbant doc.vt teſtatur ibi Iac.de S.Geor. nu.2.in fi.abb.d.c.literas.nu.8.de præſum.

### QVAESTIO VI.

Quæro,An mulier poſſit eſſe teſtis in cauſa ciuili? Reſp. ꝙ ſic,& eſt expeditum de iure ciuili per tex.l.1.& l.ex eo.ff.de teſtib.De iure cano.probatur in c.quoniam.& ibi gl.verb.mulieres.extrà eo.Hanc opi.tenet expreſsè Maran.in trac.de ord.iudi.4.par.prin.n.33.Bar.in trac.differen. iuris cano.& ciuil.nu. 6.Iac.de S.Geor.Flo.& doc.d.l.ex eo.gl.& omnes doc.c.forū. verbo,non fœmina.de verb.ſig.Eandem opi.tenet ſpec.tit.de teſt.verb.opponitur.nu.83.Gul.Bened.c.Raynutius.verb.teſtamentum.el.1.nu.64.Lambert.in tract.iu.pat.1.par.1.li. art. 2. q.7 prin.nu.15.Steph.Bertr.in conſ.259.nu.2.vol.3. vbi dicunt omnes hoc eſſe indubitatum.Edictum enim de teſtibus eſt prohibitorium. Ideoq; cū expreſsè non prohibeantur fœminæ debent admitti. Prætérea ſpeciale eſt in teſtamentis, ꝙ fœminæ teſtes eſſe non poſſint.Ergò in ↄrium eſt ius cōe.

Limita hanc communem concl.non procedere in ſcriptura priuata,quę tribus teſtibus eſt ſubſcribenda.Hanc opi.tenet Bald.expreſsè in l.ſcripturas.C.qui pot.in pig.& ſequit Franc. cremen.in ſing.144.Eandem tenet dec.c.quoniam contra.no. 8.& in l.fœminæ.nu.32.vbi addit.eius dicit hanc eſſe communem opi.ff.de reg.iur.fel.c.ita quorundam.nu.1.de iudæ.iaſ.l. ſi quis id quod limit.10.ff.de iuriſd.om.iudi. Hanc opi.quoq; tenet Soci.in reg.419.in pr.Hipp.de marſ.in ſing. 611. Catel. Cotta in memorab. iuris. verb. mulier regulariter poteſt eſſe teſtis,vbi dicit rationem eſſe,quia in his ſcripturis priuatis deſunt aliæ ſolennitates, quæ in publicis ſolent facere fidem. Ideoque lex hoc caſu magis confidit de maſculis,quàm fœminis.Eandem dicit eſſe magis veram Aym.Crauett.in tract. de antip.temp.par.1.ver.quæritur etiam.nu.34.

Contrariam tamen opinionem tenet Tiraq.cum multis per eum allegatis in ll.connubial.in 9.l.nu.54.& ſeq. Caſſanæ. in conſue.Burg.ti.des ſucceſſions.rub.7.§.4.n.11.fel.ſibi contrarius

rius.c.quoniam.nu.4.de teſtibus.

Limita ſecundò in teſtamentis, nam mulier teſtis eſſe non poteſt. Et hoc expeditum eſt de iure ciuili, per text. in l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſta. §. teſtes. inſt. e. tit. Hanc opi. tenet expreſsè fel. & omnes doct. in c. quoniam. de teſtib. abb. & doſto. c. relatum. el 1. de teſta. Ant. Bauer. n. 1. & 10. Fran. Ozer. n. 14. d. §. teſtes. Vbi aſſignant rationem, quia mulier fragilis eſt. Eandem opi. tenet Tiraq. in li. connub. in 9. l. n. 52. Gul. Bened. in d. ca. Rainutius. verb. duas habet filias. dec. d. l. fœminæ. Couar. d. c. relatum. nu. 4. Hanc dicit eſſe communem Nic. Bello. conſ. 14. nu. 8.

## QVAESTIO VII.

Sed nunquid hoc procedit etiam de iure canonico? Reſp. doc. in hoc variè ſenſerunt. Quidam tenent, ꝙ mulier in teſtamento in terris eccleſiæ condito teſtis eſſe poſſit, & hanc opi. tenet abb. in c. cum eſſes & ibi Coua. nu. 14. dicit hanc eſſe cōmunem opi. Eandem dicit eſſe cōmunem iaſ. l. hac conſultiſſima. n. 9. C. de teſta. Hanc quoque ſequitur ibi Mar. Ant. Aſtenſis in rep. §. ex imperfecto. nu. 175. Hier. Zauet. in tract. differ. vtriuſque iur. differ. 26. nu. 38. Eandem dicit eſſe communem imo. l. nemo poteſt. nu. 4. ff. de leg. 1. Caro. Ruin. conſ. 192. nu. 7. vol. 2. Hanc quoque dicit communem Crot. in tract. de teſtibus. 1. par. nu. 10.

Quidam verò tenent contrà, ꝙ ſ. etiam de iure canonico mulier teſtis eſſe non poſſit, & hanc dicit eſſe communem Bello. d. conſ. 14. nu. 8. quam veriorem quoque dicit Cla. de teſtamen. q. 55.

## QVAESTIO VIII.

Quæro, Nunquid hoc procedat etiam in teſtamento militis? Reſp. ꝙ non, Quia vbi remiſſa eſt ſolennitas iuris poſitiui, ibi ſufficiunt duo teſtes, etiam fœminæ. Ita tenet gl. auth. ꝙ ſine. C. de teſta. Bar. d. §. ex imperfecto. Eandem opi. tenet Ange. in §. teſtes. arg. gl. inſt. de teſta. & ibi Ant. Caius in addi. nu. 6. & Bauer. nu. 26. Hanc quoque tenet Ripa, in tract. de peſte. Rub. de priuil. vltima. voluntat. cau. peſtis. nu. 24. Et eam dicit eſſe communem idem Bauer. §. planè. nu. 5. inſt. de teſta.

## QVAESTIO IX.

Quæro, An fœmina poſſit eſſe teſtis in cauſa criminali? Reſpon. ꝙ ſic, & hoc expeditum eſt de iure ciuili, eſt enim de hoc tex. in l. de eo. ff. de teſtib. & ibi tenet hanc opi. Floria. de S. Pe. & dicit eam eſſe communem Iac. de S. Geor. nu. 4. Eandem dicit eſſe communem opi. abb. d. c. quoniam. nu. 2. fel. nu. 1. de teſtib. & eam tenet Spec. tit. de teſte. §. 1. nu. 83. Alex. conſ. 11. n. 6. vol. 1. Bertr. conſ. 137. nu. 3. vol. 2. Eandem dicit eſſe communem Aug. Arimi. in addi. ad Ang. in tract. malef. verb. comparuerunt dicti inquiſiti, & totum negauerunt.

## QVAESTIO X.

Sed quid de iure canonico? Reſp. ꝙ non poſſit eſſe teſtis, ita probat tex. c. mulierem, 33. q. 5. Hanc opi. tenet Hoſt. tit. de teſtib. §. quis teſtis eſſe poſſit. Io. Fab. & Ang. d. §. teſtes. Iaco. de S. Geor. d. l. ex eo. Eandem opi. tenet Cępol. in conſ. 32. n. 2. & 3. Bertr. conſ. 137. nu. 3. vol. 2. Mar. Mant. conſ. 56. nu. 23. & conſil. 152. nu. 17. Roma. l. admonendi. nu. 119. ff. de iu. iur. & ibi expreſsè tenet cato, Sacchus. nu. 110. Hanc quoque tenet Alc. in tract. præſum. reg. 1. præſump. 47. abb. d. c. quoniam. nu. 2. fely. nu. 1. Bonifa. de Vitalin. in tract. malef. rub. de teſtib. nu. 35. & 37. vbi dicit hoc eſſe expeditū. Hip. de marſ. conſ. 22. & cōſil. 18. nu. 34. conſ. 130, nu. 34. Et hæc opinio ſecundum præfatos doc. eſt vera & communis, quam nemo auerſatus eſt, excepto Decio, in d. l. fœminæ, & d. c. quoniam. nu. 20. vbi vult etiam de iure canonico fœminam in criminalibus eſſe idoneā ad teſtificandum. Eandem opi. dicit eſſe communem Io. de imol. in l. qui teſtamento §. mulier. ff. de teſta. quem refert Auguſt. d. add. ad Ang.

## QVAESTIO XI.

Sed nunquid hoc procedat, quoque in cauſis matrimonialibus, quæ æquiparantur criminalibus? Reſp. ſpec. in tit. de reſcri. §. ratione formæ. ver. nunc igitur, tenet ꝙ non. hanc opi. ſequit̃ abb. c. ſi ꝑ debilitate. n. 4. de of. dele. Bal. conſ. 112. vol. 2.

Contrariam opinionem probat text. c. ſuper eo. el 2. de teſtibus & eam dicit eſſe communem Alex. in conſ. 2. vol. 1. Iac. de S. Georg. d. l. ex eo nu. 5. dec. in conſ. 133. Eandem dicit eſſe cōmunem, & quotidiè obſeruari Soci. iu. conſ. 31. n. 13. vol. 2.

Amplia prędictam concluſionem procedere quoq; ſi ciuiliter agatur, & pœna applicanda ſit fiſco ratione delicti, Namq; de iure canonico teſtis eſſe non poteſt, ita expreſsè vult Alex. vbi allegat plures doct. qui idem tenent in conſ. 19. nu. 1. vol. 1. Pariſ. conſ. 165. nu. 12. volu. 4. Quandocunque enim pœna etiam pecuniaria fiſco applicanda eſt, dicitur actio criminalis ſecundum receptam & cōem doct. ſententiam, vt firmat Ludo. Gomez. in pr. de actio. n. 18. & tenet iaſ. ibi, nu. 15. Bart. l. 3. ff. de ſepul. viol. curt. iu. rubr. de iudi. nu. 18.

## QVAESTIO XII.

Quæro, An vxor poſſit teſtificari pro viro, vel contra virū? Reſp. ꝙ non, ita tenet gl. §. in teſtibus. inſt. de teſta. gl. in l. fi. §. ſanè. in fi. C. de his, qui ad eccl. confug. Hanc opi. tenet Alex. in conſ. 156. vol. 5. Alb. Galeota, quem refert ſpec. tit. de teſte. §. 1. verſ. ſed quid de vxore. Eandem tenet Soci. in conſ. 17. inci. ſupradicta cauſæ poſitio. vol. 1. Et eam dicit eſſe communem Alb. de Mane. in d. tract. de teſtib. rub. quando teſtis repellatur ratione domeſticitatis. Hip. de marſ. l. j. §. ad quæſtionem. ff. de quæſt. Idque eò, quia maritus & vxor ſunt vnum corpus & vna anima, itemq; propter cōtinuam habitationem, & immoderatam affectionem. Licet ſpec. quem refert & ſequitur abb. in c. in literis. de teſtib. velit non eſſe ſimpliciter verū, ꝙ vxor ſit in poteſtate viri, adeò vt propterea repellatur à teſtimonio in cauſa viri, maximè ſi ſit virago, cuius opinio in hoc communiter damnatur, vt teſtatur Hipp. vbi ſ. & eam reprobat Bal. & Sali. in l. 2. C. de teſtib. ex quo omninò domeſtica eſt.

## QVAESTIO XIII.

Quæro, An monachus poſſit eſſe teſtis? Reſp. ꝙ ſic, ita tenet gl. §. cogitandum. auth. de mona. quæ gl. eſt ordinaria. Hanc opi. tenet quoque Bal. auth. ingreſſi. C. de ſacr. eccle. & eſt com. opi. ſec. iaſ. l. hac conſultiſſima. in prin. C. de teſt.

Amplia etiam procedere in teſtamentis, Namq; monachus poteſt eſſe teſtis, ita probat tex. c. nuper. extr. de teſtib. & hanc opi. tenet Bal. l. 1. verbo, ſuper. q. 10. C. de ſacroſ. eccl. & firmat ſpe. ti. de teſte. verbo, quid de monacho. & ſequitur ibi Io. An. in add. Eandem opi. approbat Bar. in l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rerum diuiſ. prac. Papien. for. iuram. teſtium. verb. protestante, vbi dicit ꝙ hæc eſt veritas, & ita conſultum eſſe per excellentes iuriſconſultos. Hanc quoque dicit communem eſſe opi. Sylueſt. Aldobr. inſt. de iur. perſo. in prin. nu. 40.

## QVAESTIO XIIII.

Quæro, an adſcriptitius colonus poſſit ferre teſtimonium? Reſp. ꝙ ſic, ita probat tex. expreſſus in c. 2. de iudæis. vbi dicit, ꝙ ſint liberi, Et hanc opi. tenet gl. inſt. de iur. perſo. in pr. verb. aut ſerui. & ibi Io. Fab. & §. teſtes. de teſta. Eandem tenent doc. cōiter in l. 3. ff. de teſtib. vt teſtatur Aldobr. in d. gl. nu. 29.

Vulgaris concluſio eſt dictum teſtis non iurati nullius eſſe momenti, nullamq; fidem facere, vt probat tex. in l. iuriſiurandi C. de teſtib. c. quoties. c. licet vniuerſis. ext. eod. & ibi communiter doct.

## QVAESTIO XV.

Sed nunquid hoc locum habet in perito in arte, vtputà medico deponente vulnus eſſe mortale vel non? reſp. gl. in d. l. iuriſiurandi. tenet ꝙ non, ſed creditur ei ſine iuramento. Contrarium vero tenet gl, l. comparationes. verb. deponentibus. C. de fid. inſtru. Verùm hæc diſcordia communi doct. diſtinctionis fœdere tollitur. Aut enim quæritur, an teneantur iurare de veritate, & habet locum gl. d. l. iuriſiurandi: aut quæritur, an debeant iurare de credulitate, & habet locum gl, contraria, vt firmat iaſ. l. admonendi. nu. 197. 2. lect.

## QVAESTIO XVI.

Quęro, Vtrum dicta teſtium, qui corruptè depoſuerunt, poſſint conſenſu partium conualidari? Reſp. ꝙ non, ita tenet Bar. in auth. at qui ſemel. C. de prob, vbi etiam dicit, quod illud, qđ ſolemnus dicere, ꝙ publicatis atteſtationib. non ſint alij teſtes recipiendi ſuper iiſdem articulis, debet intelligi, niſi interueniat conſenſus partium, & tenet abb. c. fraternitatis. & dicit ibi communiter teneri Pariſ. nu. 53.

## QVAESTIO XVII.

Quæro, An vni ſoli teſti de conſenſu partium aſſumpto credatur? Reſp. Bar. in l. 1. §. eadem autem. ff. de verb. obl. tenet ꝙ per conſenſum partium non poſſit fieri, ꝙ vni ſoli credatur.

In contrariam tamen partem à doctor. communiter itum eſt, vt firmat iaſ. d. §. eadem. nu. 8. & eam tenet ſpec. d. tit. de teſte. § reſtat. Bal. & Sal. l. in bonæfidei. C. de reb. cred, Ant. de Bu. & doc. in c. veniens. extrà de teſtib. per l. ſtipulatio. §. ſed vtrū. ff. de ver. obli. Nel. in tract. de teſtib. nu. 87.

Sed nunquid vnus teſtis ſemiplenam facit probationem? Reſpon. ꝙ ſic, ita probat gl. in l. admonendi. ff. de iureiur. quā communiter approbatam eſſe dicit Marth. de affli. in tract. de iure proton. §. 4. n. 9. ſi enim duo faciūt plenam probationem. l. vbi numerus. ff. de teſtib. conſequenter vnus ſemiplenam inducere debet, vt idem iuris ſtatuatur de parte, reſpectu partis, quod de toto reſpectu totiꝰ ſtatui ſolet, dummodò talis teſtis deponat de veritate, & ſit omni exceptione maior.

## QVAESTIO XVIII.

Quæro, vtrum iuramentum teſtibus poſſit remitti de conſenſu partium? Reſp. ꝙ ſic, & eſt tex. expreſſus in c. tuis. ext. de teſtib. & ibi omnes doct. Eandem opi. tenet gl. in c. fraternitatis. & ibi ſequitur Hoſt. & Io. An. ext. e. tit. gl. l. 1. ver. ſententia. & ibi iaſ. ff. de feriis. & hæc opinio eſt verior, vt firmat practi. Papi. in forma iura. teſti. verb non iurati, licet Speculator velit id ita demum procedere, ſi fiat cum licentia & authoritate iudicis: iuramentum enim teſtis cōtinet merum fauorem partium, nil mirum ergò, ſi à partibus remitti poſſit, cùm fauori pro ſe introducto quilibet poſſit renunciare.

## QVAESTIO XIX.

Quæro, Vtrum dictum teſtis, qui aliter dixit extraiudicialiter nō iuratus, aliter verò depoſuit in iudicio, probet & ſit admittendum? Reſp. ꝙ Bar. in l. eos. ff. de falſ. tenet, quòd non probat huiuſmodi teſtis, imò vt falſarius eſt puniendus.

Contrariam verò opi. doc. communi calculo approbarunt, vt firmat Io. de imo. in c. cùm cauſam. extrà de teſtib. Eandem cōtra Bar. tenet Bal. Pan. & And. Barb. c. per tuas. de teſtib. Ange. d. l. eos & in conſ. 233. incip. punctus eſt, vbi dicit dictum Bart. ſibi nunquam placuiſſe. & tenet contra Bar. Lud. Ro. l. q bona. §. qui ſtipulatus. ff. de dam. infe. prac. Papi. ĩ for. op. cont. teſt. verb. ac etiam varij. Sal. auth. ſi dicatur. C. de teſtib. Bal. c. 1. §. ſi enim domino, quid ſit inueſtitura, vbi dicit caſum eſſe ꝯ Bar. Eandem opi. contra Bar. dicit eſſe communem Tho. Fer. cau. 13. inci. quæſtio eſt inter ſcribentes. Eandem dicit eſſe magis communem opi. Alex. conſ. 74. vol. 1. Et hanc dicit veriorem Aug. Arimi. add. ad Ang. in tract. malef. ver. falſario. n. 23. & ibi Ang. dicit eam communiter teneri. Hanc opi. dicit quoque communem Cæpol. in conſ. 61. & tenent omnes doct. in l. nullum. C. de teſtib. Eſt enim rationabilius, vt præferatur ſecundum dictum teſtis factum iudicialiter, de quo iurauit, & ꝙ præceſſit legitima citatio, & ſic maiori deliberatione emanauit, quàm prius. Nec debet teſtis varians hoc caſu puniri, vt falſarius, cum teſtimonium ſine iuramento, & extra iudicium ſit nullius momenti.

## QVAESTIO XX.

Quæro, Quid ſi vtrunq; dictum teſtis ſit iuratum? Reſp. inn. in c. præterea. ext. de teſtib. cogen. tenet, ꝙ ſi teſtis ex interuallo contrarium deponat, tunc ſtari debet primò, licet ſi vtrunque iuratum ſit, primum debilitetur per ſecūdum ꝯrium. Hāc opi. ſequitur abb. in c. cùm in tua. ext. de teſtib. & ibi Fel. idem fel. in d. c. præterea. vbi aſſerit omnes ita tenere. & eam ſequit̃ Rot. deciſ. 293. inci. teſtis. Capy. deciſ. 142. nu. 9. & 11.

## QVAESTIO XXI.

Quæro, An teſtis dicens falſum cuius, tamen dictū eſt nullum, vt quia depoſuit non iuratus, vel extra articulos, incidat in falſum? Reſp. ꝙ non, & iſta eſt com. opi. vt atteſtatur Gandi. in tract. malef. rub. de falſariis. nu. 11. quem refert & ſequitur Aug. Arimi. in add. ad Ang. in trac. malef. verb. falſario. nu. 21. Alb. de Roſa. in tract. ſtatu. 2. par. q. 145. vbi dicit, ꝙ vidit communiter ita teneri, quòd teſtis non punitur pœna falſi, ſed extraordinariè pœna pecuniaria.

## QVAESTIO XXII.

Quæro, Si teſtis negat, ſe ita depoſuiſſe, prout notarius ſcripſit, dum tractatur de falſo, an potiùs ſtabitur dicto teſtis. quā notarij? Reſp. ꝙ ſic, ita firmat ſpec. d. tit. de teſte. §. 1. ver. ſed pone. ecce iudex. idem in ti. de inſtr. edit. §. reſtat. ver. quid ſi dum atteſtatur. Eandem opi. tenet Alex. in conſ. 70. in vol. 1. & conſil. 74. e. Et eam dicit communem Gram. deciſ. 60. nu. 18. abb. & feli. in c. audientiam. ext. de præſc. feli. c. cùm cauſam. ext. de teſtib. Card. & imo. in clem. 2. de hæret.

## QVAESTIO XXIII.

Quæro, Si teſtis allegetur capitalis eſſe inimicus, An eius debeat differri receptio? Reſp. ꝙ ſic, dummodò opponens incōtinenti offerat ſe probaturum, ita probat tex. in §. ſi verò quis dicat. auth. de teſtib. Hanc opi. tenet Bar. in auth. ſi dicatur, & ibi Sal. & doct. C. de teſtib. & eſt com. opi. vt teſtatur Gram. deciſ. 86. nu 1. inn. & Io. And. in c. ex parte. qui dicit hanc opi. eſſe tenendam.

## QVAESTIO XXIIII.

Quæro, Vtrum, dictum teſtis valeat & probet, qui interrogatus de ratione ſcientiæ, reſpondet, quia fuit præſens? Reſp. Bald. in l. 2. §. voluntatem. tenet, ꝙ talis teſtis non probet, niſi dicat, fui præſens & intellexi, poteſt enim quis eſſe præſens corpore & non animo. Idem tenet Bal. in c. j. de content. inter domi. & vaſal. de inueſt. in vſib. feud. Eandem opi. ſequitur Alex. in conſ. 134. incip. in cauſa & lite vertente. volu. 2. & conſ. 112. vol. 3. incip. viſo ſuperiori themate.

Contraria tamen opinio, ꝙ ſ. dictum teſtis, qui deponit ſe ſcire, quia fuit præſens, probet, communi calculo approbata eſt, vt teſtatur iaſ. in d. §. voluntatem. n. 21. dicens ab ea in cōſulendo & iudicando non eſſe recedendum. Hanc opi. tenet Bart. in tract. de teſtib. poſt gl. in l. 1. verb. præſentibus. & ibi doctor. C. de errore cal. imo. & doct. l. hæredes palàm. ff. de teſta. Bal. Sal. l. teſtium. per tex ibi, ver. præſto. C. de teſti. Eandem opi. dicit eſſe communem Alc. d. §. voluntatem. & in l. j. ff. ſi cer. pet. & in conſ. 180. incip. in cauſa Anglorum. vol. 2. & eam tenet Floria. in l. ob carmen. §. fi. ff. de teſtib. Et hanc opi. optimè probat tex. in d. l. teſtium. verb. præſentia. vbi probatur, ſufficere, ſi teſtis interrogatus de cauſa ſcientiæ, dicat, ſcio, quia fui præſens. Et hæc eſt veritas, ex quo. n. dicit ſe ſcire, & reddit rationem, quia pręſens fuit: conſequens eſt, ꝙ intelligatur deponere per illum ſenſum corporis, per quem veritas illius actus percipitur, licet ſpecificè ſenſum corporis non exprimat. Præſentia. n. poteſt ſe habere ad viſum, auditum & reliquos ſenſus. Et ratio teſtis non eſt calumnianda ſed potiùs adiuuanda, & adaptanda ad id quod dicit teſtis. intelligenda tamen eſt cōmunis, quando teſtis deponit de propria præſentia, ſecùs ſi de aliena, vt per præfatos doct. in locis alleg.

## QVAESTIO XXV.

Quæro, An ſola paupertas ſit cauſa ſufficiens repellendi teſtem à teſtimonio? Reſp. ꝙ non, ſi alias eſt perſona honeſta, ita probat tex. in c. ſi qui teſtium. ex. de teſtib. & ibi gl. fi. quam cōmuniter approbatam eſſe dicit iaſ. in l. ſi conſtante. nu. 155. ff. ſo. ma. & eam gl. ſequitur Aret. ibi, & in conſ. 13. incip. viſo diligenter themate. ſpec. tit. de teſte. §. 1. ver. item quid ſi eſt pauper. abb. d. c. ſi qui teſtium. vbi tamen ſubdit, ꝙ iudex hoc caſu ſecundum qualitatem perſonæ, & cauſæ quantitatem arbitrabitur, quantum fidei huic teſti ſit adhibendum.

Nota tamen, ꝙ in hoc, an quis dicatur pauper, in caſibus nō limitatis à iure, & vbi magnum vertitur præiudicium, ſtatur arbitrio iudicis, & iſta eſt com. opi. vt firmat iaſ. d. l. ſi conſtante. nu. 147.

## QVAESTIO XXVI.

Quæro, Vtrum dictum teſtis, deponentis contrarium eius quod dicit ipſe principalis, valeat & probet? Reſp. com. & recepta doct. opi. eſt ꝙ tales teſtes, cōtrarium aſſerentes eius, qđ dicit ipſe principalis, non probent, ſed ſtetur potius aſſertioni principalis, quatenus tendit in eius præiudicium. Ita probat tex. in c. in præſentia. de proba. Hanc opi. tenet inn. c. cum contingat. extr. de of. deleg. Pau. de caſt. Roma. & omnes doct. cōmuniter in l. 2. §. creditum. ff ſi cert. pet. vt firmat Gram. deciſ. 103. nu. 61. & tenent moder. in c. cùm tutor. ext. de teſtibus.

## QVAESTIO XXVII.

Quæro, Vtrum teſtes ſingulares in ſuis dictis fidem faciāt? Reſp. com. & recepta opi. eſt, ꝙ tales teſtes regulariter non probāt, ita eſt tex. c. licet vniuerſis. & c. licet ex quadā. ext. de teſti. l. iuriſiurandi. C. de teſti. Hanc opi. tenet Cy. l. 2. C. quæ ſit lon. conſue. fel. d. c. ex quadam. nu. 2. iaſ. & doct. communiter. l. admonendi. & ibi Ripa, qui de communi teſtatur. Bal. c. licet. nu. 11. ext. de prob. & Rub. nu. 2. de controuer. inueſt. Eandem tenet Aym. Craue. trac. de antiq. temp. 4. par. ver. ſed enim. n. 1. 2. & 6. vbi communem aſſerit, & in conſ. 78. n. 2. Hier. Gig. in tracta. de cri. læſ. maieſta. rub. qūo & per quos. q. 8. ſingularitas. n. inducit varietatē & incertitudinē, cum nō poſſit ſciri, cuius dicto magis debeat adhiberi fides. qa dicunt diuerſa & ſeparata, ꝓbatio aūt dubia nihil releuat, nec probationis nomē meret̃.

Prædicta concluſio limitatur, vt procedat abſque omni dubio, in ſingularitate teſtium abſtractiua, ſiue obſtatiua, qñ ſ. inſurgit repugnantia, aut contrarietas, ita tenet Bal. c. licet aūt. n. 11. ext. de prob. Bal. rub. n. 2. de contro. in inueſt. Alex. conſil. 143. li. 2. Rip. iaſ. & doct. cōmuniter ſecundum eos, in l. admonendi. ff. de iu. iur. Eandem firmat Aym. Crauet. tract. de antiq. tempo. 4. par. ver. ſed enim. nu. 1. 2. & 6. & conſ. 78. nu. 2. Hier. Gygas, tract. de crim. læſæ maieſt. rub. quo. & per quos. q. 8.

Secùs eſt in ſingularitate teſtium cumulatiua, in qua nulla eſt cōtrarietas, vel diuerſitas effectuum, ſed probationes licet ſint de diuerſis actibus, tamen cumulātur ad eundem effectū, vt quia per diuerſos & plures actus in genere probatur mulierem fuiſſe & eſſe inhoneſtæ, ſeu infamatæ vitę. Namq; tales teſtes admittuntur, ita tenet gl. & doct. l. ob carmen. §. fi. ff. de teſtib. gl. c. nihilominus. 3. q. 8. inn. c. qualiter & quando. 2. de accuſ. Spe. tit. de inquiſit. §. 1. verſ. ꝙ ſi vnus. & iſta eſt com. opin. vt dicit imo. c. cum oporteat. quem allegat Gram. deciſ. 107. nu. 9. Alex. conſ. 13. vol. 7.

## QVAESTIO XXVIII.

Quæro, Vtrum teſtes produci & recipi poſſint ante litem conteſt. Reſp. ꝙ non, idq; regulariter verum eſt, ita probat tex. & no. ibi doc. communiter, in c. quoniam contra, ext. vt lit. nō conte. Hanc opi. tenet ſpec. ti. de teſte. §. nunc tractemꝰ. Lanfr. de Oria. repe. d. c. quoniam contra. verb. teſtium depoſitio. nu.

45.vbi hanc dicit eſſe communem opi.Bar.l.de ętate.ff.de minor.pract.Papien.for.iuram.teſti.in prin.nu.1.Soci.in tract.regul.reg.404.& regul.242.

Limita hanc communem concl.vt non procedat in teſtib. qui producuntur ad perpetuam rei memoriam.Namq; ij,ante litem conteſt,produci & recipi poſſunt,vt probat tex.d.c.quoniam frequenter. & ibi communiter doct.Ale.conſ.200. vol. 2.Bar.Soci.conſ.244.incip.conſiderata.vol.2.Soci. tract. fall. regul.413.

Et hoc quidem procedit indiſtinctè in reo, vt teſtes poſſit producere ad perpetuam rei memoriam, etiamſi nullus adſit timor mortis, abſentiæ,vel malæ valetudinis,ita probat tex.c. ſignificauit.& c.Alberic.de teſtibus.

## QVAESTIO XXIX.

Sed dubium eſt in actore,quando non eſt in eius poteſtate, an velit agere,nunquid tunc etiam omnes teſtes indiſtinctè recipi debeant?reſp.ꝙ licet Bar.in auth.ſed etſi quis.quem ibi ſequitur Ang.conetur diſtinguere inter conditionem,& conditionem: Tamen eius doctrina communi calculo improbata, & in eam ſententiam itum eſt,quod ſ.quando non eſt in poteſtate actoris agere, vt quia debitum eſt conditionale vel in diem,tunc indiſtinctè actor omnes teſtes producere poſſit ante litem conteſt.abſque eo etiam,ꝙ timeatur de morte vel diuturna abſentia teſtium,ſicut reus.Ita videtur eſſe text.in l. in l. Aquilia,§.ſi deletum.ff.ad l.Aquil.ſecundum veriorem & magis literæ conſentaneum intellectum,vt firmat abb.poſt gl.in c.ſignificauit.ext.de teſtib.& hanc opi.contra Bar. tenet imo. in d.c.quoniam frequenter,Io.And.in add.ad ſpec.ti.de teſte. §.nūc tractemus,ibi item quæro. Ant.de Bu.quem refert abb. d.c.ſignificauit.dicens hanc ſententiam eſſe veriorem.Eandē opi.tenet Sal.d.auth.ſed ſi quis.Alex.in conſ.203.vol.2.Areti. in d.c.ſignificauit,vbi dicit,ꝙ fortè opinio Bar. de iuris ſubtilitate eſt verior,licet contraria ſit æquior & cōmunior. Capy. deciſ.123.n.7.Cùm enim actor in debito in diem,vel ſub cōditione, de præſenti non poſſit agere, & nihil incertius hora mortis,æquum eſt,vt ei ſubueniatur,cùm nullum in hoc periculum eſſe poſſit,& ceſſet ratio prohibitionis,cùm non ſit in eius poteſtate,vt agat.Et ita diſpoſitio d.c.quoniam frequenter,attenta identitate rationis poterit in hiſce terminis limitari iuxta.c.ſignificauit,quod loquitur in reo.

## QVAESTIO XXX.

Quæro, Vtrum in cauſa appellationis poſſint de nouo teſtes produci ſuper iiſdem articulis?Reſp.in hoc articulo magnus eſt doctorum vtriuſque iuris canonici & ciuilis, pro duplici ſententia rationes varias adducentium,conflictus.Namque communis canoniſtarum opinio eſt,ꝙ teſtes produci poſſint ſuper nouis articulis deſcendentibus à veteribus,non autem ſuper iiſdem , vel directò contrariis propter timorem ſubornationis.Ita eſt tex.in clem.2.ext.de teſtib.Hanc opi.tenet abb.& fel.c.fraternitatis.& ibi Maria.Soci.art.6.& 9.ext.de teſtib.Barba.d.clem.2.vbi de communi teſtantur.Et eam ſequitur Bar.in l.per hanc.nu.4.C.de tempo.appel.idem Bar.in authen.qui ſemel.C.de proba.Alex.conſulendo in conſ.58.volu.2.& conſ.84.n.4.& concludunt prædicti doct. deciſionem d.clem.2.in vtroque foro obſeruandam eſſe propter generalitatem rationis eius.Et maximè,cum hic articulus de iure ciuili ſit dubius,quo caſu canonibus , ſi in iis expreſsè ſtatutum eſt,ſtandum eſſe in vtroque foro,communiter traditum eſt.

Contrariam opinionem, ꝙ ſ. diſpoſitio d.cle.2.non habeat locum in foro ciuili,tenent doct.ciuilis ſcientiæ,poſt gl.in d.l. per hanc. & d. auth.at qui ſemel. verb.productione. vbi dicit ſic de cōſuetudine ſeruari.gl c.fraternitatis,verbo,nouis,quæ dicit ita ſeruari in foro ſeculari.Eandem opi.tenet ſpec.tit. de teſte.§.ſatis vtiliter.ver.12.Lanfr. d.c.quoniam.verb.teſtium. pract.Papi.for.or.p.con.teſt.verb.ſuntq; publicati. Brunatius, in inſti,rer.iudi.rub.de prouoc.& appel.nu.36.Cy.Bal.Ang.& doct.communiter d.l.per hanc.curt.l.admonendi.num.35.& ſeq.ff.de iureiur.Vbi indubitanter aſſerit hanc eſſe communē opi.& ita iùdicari in ſacro imperiali conſilio firmat Mynſing. in obſer.centu.1.obſer.41.

## QVAESTIO XXXI.

Quæro,Vtrum laicus vel qui clericus eſſe non poteſt,ſit admittendus in teſtem contra clericum in criminalibus ? Reſp. communiter receptum eſt,non eſſe teſtem idoneum in criminali cauſa contra clericum , eum qui clericus non eſt , vel tale patitur corporis vitium , quod ab initio impedit eum ordinē, ita tenet abb.& doct.c.1.ext.de excep.ca. ipſi Apoſtoli. 2.q.7. Hip.de marſ.in pract.crim.§.nunc videndum.n.52.Et eam cōmuni doct.conſenſu approbatam eſſe firmant fel. dubius tū, & deci.d.c.1.de cuius veritate ego quoque non parum dubito.Cùm in hoc,an quis veritatem dicat , non corporis maculam aut vitia , ſed legalitas , id eſt , vitæ integritas & morum honeſtas inſpiciatur.l.3.in prin.& ibi gl.verb.agens.de teſti.l. ſcire oportet.§.cùm quis.ff.de tutor.& curat.da.ab his.

## QVAESTIO XXXII.

Quæro,Vtrum inimicus ſit repellendus à teſtimonio?Reſpon.quòd ſic,tex.l.3.in prin.ff.de teſtib.§.ſi verò quis dicat.authen.de teſti.

Sed quid ſi fuerit reconciliatus?Reſp.certè nec tunc erit admittendus,quoties reconciliatio ea nuper contigerit,cùm adhuc ſit dubium,an remanſerint quædā reliquiæ odij.Ideoque non niſi per longum tempus denuò confirmata amicitia.atq; ita omni prorſus inimicitiæ labe ac radice ſublata & abiecta,idoneus erit teſtis cenſendus,tex.eſt clarus in c.accuſatores. el 2.ibi gl.3.q.5.gl.c.per tuas.verb.inimicitias.vbi Anania & fel. ext.de ſimo.abb.& fel.nu.4.de accuſ.Eandem ſententiam amplectitur iaſ.l.apertiſſimi.C.de iudi.Tiraq.in trac.ceſſante cauſa.par.2.limi.16.nu.7.Aym.Crauet.conſ.9.lib.1.Et eam dicit eſſe communem Did.Couar.lib.pract.q.c.17.nu.3.

## QVAESTIO XXXIII.

Quæro,An teſtis poſſit interrogari de his,quæ ad elidendā teſtimonij fidē aduerſus ipſum obiiciuntur?reſp.Placuit communiter doct.noſtris teſtem interrogari poſſe & teneri ad reſpondendū,dummodò ex eiuſmodi interrogationib. turpitudo illius non detegatur, text.eſt,qui id probat in ratione c.qs aliquando.§.non tibi dico.de pœ.diſt.1.gl.c.quærendum.2.q. 7.gl.c.cum cauſam.verb.cauſis.& ibi ſequitur Pan.& doct.receptiori calculo.ext.de teſti.vt teſtatur ibi fel.nu.10.Alex.l. ſi duo patroni.§.idem Iulianus.ff.de iu.iur.Licet quidam firmēt contrariam ſententiam,de qua vide Did.Coua.lib.1.varia.reſol.c.3.n.2.nobis ſat ſit dixiſſe,quòd frequentiſſimo omnium conſenſu traditum extat.

## QVAESTIO XXXIIII.

Quæro,An iudex poſſit punire teſtem, qui in eius teſtimonio ferendo crimen commiſit?Reſp. Aut iudex habet in teſtē iuriſdictionem ordinariam,& expeditum eſt,ꝙ poſſit.l.nullū. C.de teſtib.Aut eſt delegatus,& hoc caſu variatum eſt ſententiis, quibuſdam exiſtimantibus delegatum indiſtinctè quemcunque,poſſe punire teſtem in hac ſpecie,pœna extraordinaria,ita tenet Sal.d.l.nullum.fulg.& curt.iu.n.14.l.1.§.qui mandatam.ff.de of.eius cui mand.eſt iuriſd.Alij verò contra,nimirum id procedere in delegato principis, non alterius inferioris Io.And.in add.ad ſpec.§.1.verſ.quid de delegato.tit. de teſte.abb.c.1.de crim.ſalſ.fel.c.præterea.de of.dele.Et hanc opi. frequentiori iuris vtriuſque interpretum calculo receptam eſſe firmat iaſ.d.§.qui mandatam. Michael Graſſus.

Teſtes cognitis atteſtationibus ad priorem teſtium confirmationem producuntur quādo hoc petens nō plenè probauit intentionem ſuam,& iurat ſe hoc non petere animo calumniādi,ſecundum communem per Burſ.conſ.95.n.18.li.j.

Teſtes de delicto,vel actu commiſſo de nocte deponentes non probant,niſi dicant,lucente Luna,vel accenſo lumine, ſecundum communem per Burſ.conſ.34.nu.6.lib.1.

Teſtis reuocans eius dicta, non admittitur in præiudicium rei,niſi id incontinenti fiat, antequam diſcedat à iudice ſecundum communem per Burſ.conſ.35.nu.29.lib.1.

Teſtibus ſingularibus in cauſa hæreſis non creditur ſecundum communem per Burſ.conſ.79.nu.9.lib.1.

Teſtes ſingulares,maximè ſingularitate non obſtatiua probant actus reiterabiles in genere , ſi tendant ad eundem rei finem,ſecundum communem per Burſ.conſ.118.nu.22.lib.1.

Teſtes ſingulares non admittuntur etiam in probando quid in genere,ſecundum magis communem per Burſ.conſ. 96.n. 14.lib.1.

Teſtibus examinatis inter alios de antiquo ac mortuis creditur ſemiplenè,ſecundum communem per Burſ.conſ.75. n. 7.lib.1.

Teſtes qui dant in conteſtes teſtes partis aduerſæ, qui contrarium dicūt,redduntur ſuſpecti,& non probant,ſecundum communem per Burſ.conſ.88.nu.7.lib.1.

Teſti iuramentum delatum præſumitur, ſi in actis reperiatur ſcriptum iuraſſe teſtem,ſecundum communem per Burſ. conſ.34.nu.14.lib.1.

Teſtes inter alias perſonas examinati,ſi poſſunt repeti, nec probant,nec præſumptionem faciunt in alia cauſa,ſecundum magis communem per Burſ.conſ.117.nu.9.libr.1.ſecus ſi eſſent mortui,quia probarent vt ibi.

Teſti excommunicato non adhibetur fides,ſecundum cōmunem per Burſ.conſ.20.nu.50.lib.1.

Teſti diceñ ſe corruptum, non creditur,etiam ad formañ. inquiſitionem,aliud ſi dicat corruptum ne teſtimonium diceret,aliud vt falſum,ſecundum Bero.q.58.nu.5.& comm.dicit Burſ.conſ.33.nu.22.li.j.de,qua per dec.conſ.158.189.num.8. Rol.conſ.16.conſ.76.nu.6.& 18.lib.1.quinimo nec ad capturam ſufficit,ex not.per Cephal.conſ.233.nu.15.234.n.3.



Teſtamentum primum in quo inſtituta fuit pia cauſa,& adhibiti plures teſtes,reuocatur per ſecundum in quo pariter pia cauſa inſtituitur cum duobus tantum teſtibus,quod ſecundū ſubſiſtit,ſecundum communem per Burſ.conſ.47.nu.9.lib.j. & vide quæ idem ſcribit conſ.55.nu.13.nu.15.nu.16. eod.

Teſti non repetito parte citata,non creditur,ſecundū communem per Burſ.conſ.34.nu.5.lib.1.cui adde,ꝙ teſtis non repetitus citata parte,& ſuper interrogatoriis,nullam probationem facit,etiam ꝙ ageretur ſine ſtrepitu & figura iudicij,nec etiam ad fauorem non citati,iux.magis communem per eundem conſ.20.nu.65. eodem.

Teſti aſſereñ ſe corruptum vt dicat falſum non creditur etiam ad formandam inquiſitionem , ſecundum communem, licet contra ſi dicat ſe corruptum ne teſtimonium ferat, teſte Burſ.conſ.34.nu.22.lib.1.

teſtis qui probatur corruptus;an de falſo puniri poſſit?vide fel.in c.licet cauſam.col.16.de proba.& ibi, quando ſententia lata ex falſis teſtibus vel inſtrumentis valeat vel non,ſic,in authen.nouo iure C.de pœna iud.qui male iud. Put.

Teſtis depoſitio prima iurata ad fauorem inquiſiti præualet, ſecundum communem, item quando in ſecunda depoſitione ad primam teſtis ipſe ſe refert,iux.communem per Burſa.conſ.34.nu.11.n.15.libr.1.

Teſtamentum ruptum natiuitate poſthumi,per clauſulam codicillarem in vim fideicommiſſi ſuſtinetur,ſecundum magis communem per Burſ.conſ.88.nu.21.lib.1.

Teſtibus quanta fides adhibenda ſit, hoc totum iudicis arbitrio committitur,iux.communem per Burſ.conſ.20. num. 53.lib.1.

Teſtis depoſitio prima iurata ad fauorem inquiſiti præualet,item quando ſecunda vice teſtis ſe refert ad primam,ſecūdum communem per Burſ.conſ.34.nu.11.nu.15.lib.1.

Teſti etiam non interrogato non reddenti rationem in criminali non creditur,ſecundum communem per Burſ, conſil. 116.nu.28.lib.1.

Teſtes ſingulares an probent, quando aliquid eſt probandū in genere,ſeu quando tempus eſt de ſubſtantia:Alex.conſ.72. lib.1.Quid teſtibus deponentibus de conſuetudine? dic ꝙ licet deponant non de eiſdem actibus ſed tamen cōcordant in deponendo ſuper frequentia actuum,probant, ſec. Bart. in l. de quibus.col.12.in 2.lect.ff.de legib.Ruin,conſ.67.li.1.Hip. conſ.109.Et quando teſtes ſingulares probent quid in genere: vide per iaſ.in repe.l.admonendi.col.102.& ſeq.ff.de iureiur. Crot.tract.teſtium,nu.324.Et an ac quando teſtes ſingulares probent verificando aliquid in genere,vide Alex.conſil.100. col.5.li.1.Et de probatione ad iuſtificandum aliquid in genere.Io.de imol.in l.§.ſi quis neget.ff.quemadmod.teſta.aper.Et an teſtes ſingulares probent aliquid in genere,Alex.conſ.3.li. 4.& contra gl.in l.ob carmen.§.ſi teſtes.ff.de teſtib. vide Ale. conſ.72.lib.1.& conſ.60.100.141.& 187.eod.lib.pro quo vide Anch.conſ.440.fel.in c.licet ex quadam.col.3.de teſti. An autem ad probandum tot bona perueniſſe ad talem,admittātur teſtes ſingulares Alex.conſ. 385. Quando autem tempus vel locus eſt de ſubſtantia,non procederet d.gl. in d. l. ob carmen.§.ſi teſtes.Plura de teſtium ſingularitate vide per Alex.in l.inter pares.in fi.ff.de re iud.& conſ.15.col.2.lib.5.Aret.conſ. 36.fel.in c.cum cauſam.col.12.ver.iſta limit.de teſtib. declara vt per Aret.conſ.121.iaſ.in l.2.C.de bo.poſſeſ.ſec.tabul.doct. in apoſtil.ad Bart.in l.3.§.ideo.ff.de teſtib. Put.

Theſaurus ſi inueniatur in alieno fundo nō data opera, cū voluntate domini,vel ſine ea,medietas eſt inuentoris, & medietas domini fundi,ſi tamen fuerit inuentus data opera,modò dederit licentiam,modò nō,totum erit domini fundi.Gomez.l.45.tau.n,51.com.dicit ex gl.in can.ſi quid inueniſti. 14. q.5.& in l.1.C.de theſaur.lib.12.com.dicit. idem.

Theſauri inuenti in loco publico,dimidium eſt Regis dimidium inuentoris,idem in d.l.45.n,82.com.dicit ex l.4.& doc. ibi.ff.de iu.fiſci. idem.

Amplia ad inuenta in loco religioſo caſu. Idem ibi magis com.dicit ex iaſ.in §.theſauros,inſti.de rerum diuiſ.

De iſtis theſauris vide l.45.tit.28.par.3.& l.8.tit.2.lib.6.ordi.quę videntur contrariari,ſed hæc loquitur in minimis.idē.

Theſaurus inuentus in loco proprio,& data opera,dummodò non ſit in arte magica,eſt inuentoris, Gome.ibi com. dicit ex gl.in l.vnic.C.de theſaur. B.Villalob.

Titulus C.de ſacr.eccl.de epiſc.& cler.totus nullus eſt de iure cano.com.dicit.in §.E.q.28.verſ.nec dicatur. I.Fichard.

Titulus obligatorius præſumitur in præſtatione annua, ac inducitur probatio obligationis,Balbus de præſc.in 3.par.pr. q.10.com.dicit. B.Villal.

ADDITIO.Et ſcrib in c.peruenit per illum tex.de conſ, Card.in clem.eos in 2.nota.de regula.prout in ruſtico annuatim donante domino agri,vt per Marc.Anto.Bard.in tract.de temp.vti.& contin.in c.18.nu 9.

Titulus ex ſola patientia,abſque alia præſtatione,in iis,quæ ſunt modici præiudicij, vt in inducenda ſeruitute cum longo tempore & allegatione tituli,licet ſit ſeruitus,diſcontinuā præſumitur,Balbus ibidem com.dicit,& in concl,2. idem.

Titulus allegatus ex diutina poſſeſſione, non præſumitur, communem eſſe,ſcribit Vaſq.illuſt.contro.c.67.nu.8.ſec.Bar. & communiter doct.Tamen hanc ipſe non ſequitur, ſed impugnat.Et contendit poſſeſſionem cum iuſta aut ſaltem tolerabili cauſa poſſidēdi,ſufficere,nec aliū titulū requiri.&c. I.F.

Titulū inducit annua & vniformis præſtatio cuiuſlibet reditus,facta ex cauſa ꝑ decennium continuum.Et inducit præſumptionem veræ cauſæ,Coua.in c.poſſeſſor de re.iur.libr.6. par.2.§.4.nu.2.com.dicit ex Bar.in l.cùm de in remverſo.ff.de vſuris per l.litibus,C.de agric.& cenſit.lib.11. B.Villal.

Amplia iſtam communem,& ſi iſta præſtatio annua vniformis ex cauſa ſit facta à ruſtico,idem ibi com.dicit in verſ. tertio,probatur ex Bart.in l.litibus.C.de ag.& cenſit.lib.11.

Reſtringe iſtam communem,cùm ius reſiſtit, vbi præſumptio iuris eſt contra poſſeſſorē,vt in dominis,qui præſumuntur à vaſallis extorſiſſe per metum ſeruitium aliàs indebitum, tunc requiritur tempus, de cuius initio non ſit memoria hominum in contrarium,Coua.ibi nu.5.com.dicit, ex Fabro in §.æquè ſi agat,inſt,de act.& Aret.conſ.14.in §.5.n.2.ver.quinta concluſio.

Concordat cum hac communi l.20.in cōuentu madritio de anno 1548. idem.

PRO. titulus inſtitutionis eſt honorabilior.l.filium §.non ſolum.ff.de leg.præſt. B.Villal.

Titulus ſufficiens ad præſcriptionem cauſatur ex iuſto errore.Ita tradit Pariſ.57.actores iſti:nu.15.& in conſ.67. nobilis Siluester.nu.84.vol.3.vbi allegat l.diutina.C.de præſc.lon. temp.& alia plura iura,vt ꝑ eum.Et hoc in effectu voluit cur. iu.in l.3.nu.20.& 21.C.de edict.diui Had.toll.& hæc dixit Soci.iu.in conſ.77.cum pluribus ſeq.1.vol.& in conſ.37.n.8.volu.3.Vbi dicit ſe reperire,quod idem firmauit Iac.de S.Geor. in d.l.3.num.58,Et ꝙ talis titulus cauſet præſcriptionem antè præallegatos doct.poſuit Hoſt.in ſum.de vſuc. ſub titulo pro hærede,in verſi. Verumtamen probabilis,ſiue iuſtus error, & quod petitio hæreditatis, detur cōtra poſſidentem titulo putatiuo,poſt alios velut commune dictum,firmat inſignis moderu. Vbertin.Zucchard.in d.l.3.434.vt eum allegat Soc.iun. in d.conſ.37.nu.8. E.Muſcul.

Tituli exceptio vſque ad ſententiam opponi poteſt,ſecundum Rol.conſ.48.nu.9.lib.1.Quid de exceptione titulo poſſideo?& dic,quòd eſt peremptoria,iuxta not.per Bart.in l.cogi C.de pet.hær.Aret. conſ. 109. col. 2. Qua in materia plura ſcribunt Bart, in l.cum de hoc. ff.de excep. rei iud. Oſaſc. deciſ. 160.Quibus adde,quod ſolus titulus iuncta etiam poſſeſſione non probat dominium, gloſ.in l.cum res C. de probat. quam ſequuntur Cy. Bart. & alij relati per Natt. conſil. 396. col. 3. vbi ponit exempla , & inter alia , de comite,qui donauit caſtrum abbati , vnde non ſequitur quòd abbas ſit dominus , niſi probetur quòd ipſe comes ſit dominus , declara , vt latius per eum ibi,vbi inquit,ſi ſolus titulus habita etiam poſſeſſione dominium conferret:fruſtra tractaretur materia præſcriptionis , quæ vltra titulum & poſſeſſionem : requirit diuturnitatem,& continuam poſſeſſionem,& inſuper bonam fidem, accedit, quòd nec etiam ex titulo & poſſeſſione probatur quaſi dominium,vt competat publiciana;niſi etiam probetur traditio vacuæ poſſeſſionis, per doct. in d.l.cum res.C. de proba, Nat,d.conſ. 396.col. fi. nu.7. Qui titulus ſolus iura non confert, neque probat, ſed ius tantum accipiendi cauſat: teſte Aym. conſilio 134.nu. 21. Qua in materia, dic,ſufficere quemuis titul. allegare pro fundamento , cum probatione temporis immemorabilis, ſecundum Rol. conſilio 66. numero 48.libro 2.poſt Alex. conſilio 6.colum. 3. lib. 1. & Iac.pariſ.conſilio vigeſimotertio. numero 18.22.lib.4.Quæ allegatio tit.cum probatione immemorabili habet vim contractus oneroſi qui per principem ſine cauſa reuocari non poteſt, ex not. per Rol. d.conſilio 66. numero vigeſimotertio. doct. in capitulo primo.de probat.Quando verò titulum ſuæ

poſſeſſonis quis dicere vel oſtendere cogatur:dic,vt per Affl. deciſ.265.n.87.Rol.conſ.89.nu.21.26.li.2.d.conſ.66.&quando ex longa poſſeſſione præſumatur titulus:vide Boer.q. 42. nu.5.par. 1.vbi an ſufficiat allegare titulum:& probare ſuam vel ſuorum poſſeſſionem, cui adde, ꝙ ex titulo præambulo quis poſſediſſe præſumitur,teſte Bal.in l.2.C.de acq.poſ.Boer. q.77.nu.3.& poſſidens ex tit. antecedeñ dicitur eſſe in bona fide,per Neuiz.conſ.79.nu.11.& nu.31.vbi ꝙ antiquior titulus facit præſumi antiquiorem poſſeſſionem, & an præſumatur titulus probata poſſeſſione longi temporis, & an titulum allegare ſufficiat: & probare ſuam vel ſuorum poſſeſſionem, dic,vt per Boer.d.q.42.qui autem ſint tituli transferenter dominium?vide Sylueſtr.in ſumma.ver.vſucapio.nu.4.

Titulus ſeruitutis præſumptiuè probatur ex poſſeſſione decennali inter præſentes, cum ſcientia & patientia domini, ex quibus ſeruitus acquiritur,ſecundum magis communem per Burſ.conſ.87.nu.22.lib.1.

Titulus feudi alienati à prædeceſſore domini directi excuſat vaſallum à commiſſo, ſecundum communem per Burſat. conſil.49.nu.20.lib.1.

Tituli allegatio in ſeruitutis præſcriptione communiter reprehenditur,teſte Burſ.conſ.87.nu.23.lib.1.

Tituli deducti præſumpta probatio:inducitur ſpacio 20.annorum inter præſentes,& 20.inter abſentes,ſecundum communem per Burſ.conſ.27.nu.6.lib.1.

Torneamenta & ſimiles iocoſi ludi, de iure licitè fieri poſſunt à laicis communem dicit Socinus,conſilio decimoſexto, numero tertio,quinto ſexto,lib.primo,vt illum refert practi. Conrad. in prin. Clar. d. libr. 5. §. Ludus. verſ. item quæro. P.Fichard.

Torneamenta, & ſimiles iocoſi ludi de iure poſſunt fieri à laicis,vt eſt communis opinio Cla.in §.ludus,ver.item quęro. Bonacoſſ.

Torqueri non debet contrà quem eſt legitimè probatum Hipp.in l.1.nu.2.ff.de quæſt.com.dicit. B.Vill.

Ex primis indiciis non debent repeti tormenta,Alex. conſ. 5.vol.1.nu.4.magis com.dicit.

Incicium probandum eſt per duos teſtes,Apoſtil.in add.ad Alex.in d.conſ.5.in verſ.indicium,com. dicit ex Bart. & Bald. in l.fi.ff.de quæſt. idem.

Ex primis eiſdem indiciis non debet quis iterum torqueri, ſeu in tormentis repeti. (vel: Ex primis indiciis tortura repeti non poteſt)eſt magis com.opi.ſec.Alex.in conſil.5.in caſu inquiſitionis.verſ.poſito etiam,vol.2. M.Chærian.

Reus manifeſtè conuictus non eſt torquendus,ſed condẽnandus.eſt magis com.ſec.Hippo.in l.1.n.7. ff. de quæſtionib. idem.

Torqueri regulariter poſſunt omnes qui non reperiuntur expreſſe prohibiti.com.dicit Ant.Gomeſ.c.13.delictor nu.3. Clarus dicto §. finali. quæſtione 64. verſiculo vbi ſubſint. P.Fichard.

Tortura inferri non debet. niſi præcedentibus indiciis, regulariter enim non eſt à tortura incipiendum.com. dicit Zaſ. conſ.19.n.31.Bolog.in additio.ad tract.Guid.& Suzan.de tormentis,n.29.& hoc non ſolum procedit in leuibus,ſed etiam in atrociſſimis delictis,imò etiam in crimine læſæ maieſtat.vt com.dicit Brun.de indic.ex tortur.num.6. quem refert pract. Conrad. P.Fichard.

Tortura non debet repeti ſi reus fuit ſufficienter tortus & nihil confeſſus,niſi ſuperueniant noua indicia.com.dicit Ale. conſ.5.nu.4.lib.1.Brun.de indiciis.& tort.nu.60.Cla.d.§.fi. q. 64 verſ.vltimò videndum. idem.

Tortura,alloquutio ad aurem non facit indicium ad torturam,niſi tria concurrant,puta,inimicitia capitalis,allocutio ſecreta, & ꝙ incontinenti ſecutum ſit delictum, ſecundum cõmunem per Burſ.conſ.35.nu.32.lib.1.de quo vide quæ idem ſcribit conſ.20.nu.20.eod.

Tortura ex indiciis à remotis non infligitur,ſec.communẽ per Burſ.conſ.20.nu.47.lib.1.& quæ indicia ad torturam non debẽt de neceſſitate facere probationem ſemiplenam,ex not. per caſtr.& Alex.in l.2.§.1.ff.ſi ex nox.cauſ.ag.per gl.in l.cum probatio ff.de proba.

Tortura,ſeu quæſtio abſque nouis indiciis repeti non põt, nec debet ſec.communem ſcholam Bart.& aliorum,in l.vni⁹. §.reus.in pr.ff.de quæſt.Dy.in tract.de quæſt.ver.quid ſi aliqs fuit ſemel tortus.Angel. in tract.maleſ.ver.fama publica.3.q. in materia torturę.Sal.in l.2.in fi.C.de cuſto.reo.Bal.in l.milites.C.de quæſt.abb.in c.cùm in contemplatione de regul.iur. Guid.de Suzaria in trac.de indiciis.& tortura,in prin.n.57.cũ aliis ſeq.& ibi Bologninus,in add.Alex.conſ.5.vol.1,n.4. vbi exprimit eſſe communem opi.& Carret.poſt alios congeſtos per eum,in ſua pract.cri.in pr.n.189.vbi eam in tribus caſib.limitat,& Affl.in conſt.Neapo.ſi damna clandeſtina,& Paris de puteo,in tract.ſyndicatus in ver.tortura.il 3.de repeti.torturę voluerunt repetitionem ipſam torturæ arbitrariam eſſe.&ita communiter obſeruatur, prout aſſeuerant doct. præcitati. & Carreri. vbi ſ.ſed à repetitione torturæ nouis indiciis iudices omnes debent cauere,ſicut ab igne, teſte Guid. de Suza. in d. tract.de indiciis,& tortura,n.59.licet tam in regno,quam alibi auidi inanis gloriæ contrarium obſeruent repetendo torturam ex primis indiciis contra communem theoricam præmiſſam, & non abſque modico præiudicio eorum conſcientiæ, de quibus rebus ſic geſtis die iudicii reddituros fore rationem non dubito.item tortura inferri nõ poteſt ex indicio remoto à facto,ſec.Bart.& omnes communiter,in l.fi.ff.de quęſt.Gandi.in trac.malef.in rub.de quæſt.& torm.& Io.de Amicis conſil.127.n.26.vbi præſupponit iſtam eſſe communem opi. F. Viuius lib.2.opi.308.

Torturæ ſtare cum alio quis offerre ſe non poteſt,vt vulgo dicitur,al parangone,vt eſt com.opi.de qua Cla.q.63.ver.ſed quęro.ſ.tu quidẽ primò torquearis,deinde &ipſe torquear,ſi tu non confitearis.quinimo ſi tortus fuiſti, iudex ſine aliis indiciis me torquere non poterit,idq; verũ eſt,ſiue in iudicio,ſiue extra iudicium fiat,vt eſt com.opi.de qua Cagn.in l.nemo fraudare.ff.de reg.iur.D.Hercul.de cautione de non offendendo.c.43.n.5.Arno.Dialogo 32.marſ.in l.quæſtionis.n.8. ff.de qõ. vbi dicit, quod nec iudex, ſeu poteſtas hoc facere poteſt. licet multi fatui putent hoc poſſe & debere fieri. Bonac.

Torturæ antequã quis ſubiiciatur debet iudex cõſiderare proceſſum, & quæ & qualia ſint contra reum indicia, & probationes,quæ non ſint ſublatæ in eius defenſione.Etiam ſi iudex habeat liberum arbitrium in criminali.Capy.deciſ.Neap. 126.nu.4.Etiam in crimine læſ.maieſt.plura Capy.deciſ. 130. Nec poteſt excuſari iudex,ſi fortè dicat hoc feciſſe de cõſcientia principis,quia de hoc debet apparere in actis.Rui.in conſ. 7.nu.2.in 5.vol.vide marſ.ſing.117.vbi etiam ponit limita.vide etiam omnino Beluiſium in pract.cri.ti.de indiciis.n.19.vbi ponit.quid habeant agere iudices antequàm ponant reum ad torturam.& in tit.de quæſt.n.102.ver.& ſic ex prædictis.vbi Beluiſ.dicit, ꝙ beatus eſt homo, qui ſe continere potuit in tormentis,qñ abſoluitur,&melior,quam ante accuſationem reputabiť,cum proſperè & fœliciter ſe purgauerit à ſibi impoſitis.Alias erit maledictus,quia punietur,vide Milleum in practi.cri.fol.103.n.33.in gl.& fol.104.n.8.vbi dicit.ꝙ ideò quia pleriq; in tortura deficere ſolent,idcirco torquẽdus priuſquã ligetur funiculis per tortores in quæſtionis loco,debet veſtimentis exutus,ſe ſignaculo crucis†inſignere in fronte,& aliis membris.Et ſi reus eſt ex indiciis & ꝓbationib.plenè ꝯuictus, vel confeſſus, debet iudex condemnare. Si ſemiplena ꝯ eum reſultat probatio,torturæ eſt ſubiiciẽdus.Si verò nec ſemiplenè eſt conuictus,eſt omnino abſoluendus.Clar.q.62.in pr. Et antequàm iudex ad torturam ꝓcedat debet habere indicia legitima & ſufficiẽtia ad torturã. nec temerè ad eã accedẽdum, &debet dari cũ moderamine,ita ꝙ reus tortus nõ pereat. alias capite puniť,vt eſt com.opi.quę ꝓcedit,ſi iudex adhibuit propter inimicitias.vel propter pecuniam. vel aliter fuiſſet corruptus,alias ſecus.Cla.d.q.64.ver.antequam.&debet primò cõſtare de delicto,vt eſt com.opi. Cla.ibi ver.debet aũt.Alias ad torturam nõ deuenitur,qui eſt iudex conſideratus &iuſtus,vt dicit Cla.quidquid Caſonus.fol.67.n.6.vbi dicit qđ torquentur ſuſpecti de furto, quod đr hodierno tẽpore ſeruari, qđ eſt verum à capitoſis iudicibus inquit ibi Cla. & debet conſiderare iudex. An tale ſit delictum,pro quo quis de iure ſit torquendus.Et pro criminibus,in quib. pœna corporalis ſit imponenda,ſed ẽt in pœna leui habet locũ,& vbi pœna pecuniaria imponať.Cla.d.q.54.ver.præterea.Et ad torturã nũquàm eſt deueniendum, niſi in ſubſidium,qñ aliæ probationes haberi nõ poſſunt.Cla.d.q.64.ver.debet etiã. & ideò in clandeſtinis maleficiis iudex eſt promptior ad torquendum,vt eſt venenatio, falſum,adulterium.& ſimi.& vt torqueri quis poſſit eſt arbitrarium iudici, quod arbitrium debet reduci ad ius commune.ſec.Ang.in l.1.ff.de teſta.milit.vbi & omnes ſcrib.conſentiunt.Caſonus in ſuo de tormentis.c.j.n.10.vide omnino Menochium de arbit.iudi.caſu 271.& 339.& caſu 269.270.272. 273.274.275. Bonacoſſ.

Torquetur etiam reus, licet delictum ſit plenè probatum, etiam per teſtes de viſu ſolum, vt reus fateatur delictum, de quo conuincitur,vt eſt com.opi.& ita practicatur.Clar.q. 64. ver.ſcias ẽt. Et ſi re⁹ accuſat⁹, vel inquiſit⁹ nolit reſpõdere accuſationi,vel inqſitioni,& pręſens foręt,torqueť,nõ ad eruendã confeſſionem, quia non præcedunt indicia,ſed ad eruendam reſpõſionem affirmatiuam,vel negatiuam prout ſibi placuerit. Capicius deciſ. Neap. 145. per totum.& ſi reus torquetur conuictus, vel confeſſus, & interrogetur ſuper complicibus & ſociis criminis,& ſuper aliis criminibus,debet iudex proteſtari,quòd id faciat ſine præiudicio confeſſi & conuicti criminis,vel ſi ſint condemnati,ſine pręiudicio condemnationis,vt eſt communis obſeruantia,Cla.d.q.64.ver. veritas eſt.Et talis proteſtatio debet redigi in actis notarij maleficiorum. Et debet tunc moderata eſſe tortura.& indicia debent præcedere legitima,vt reus poſſit torqueri.alias ſecus.in omnibus criminibus etiam læſæ maieſtatis.etiam ꝙ iudex non teneretur ſeruare ordinem,vt eſt comm.opi. Cla.d.qu.64.verſ.dixi etiam. Etiam quod reus eſſet malę vocis,cõditionis & famę.Cla.ibi. ver.ſed pone.commun.eſt opi. Torqueri autem poteſt bãnitus in contumaciam ſine aliis indiciis pro veritate delicti habenda, vt eſt communis opi.Clar.qu.64.verſic. ſed nunquid. quod procedit in bannito,qui fuit admiſſus ad nouas probationes & defenſiones, & tunc poteſt torqueri propter ſolum bannum & condemnationem, etiam quòd non habeat contra ſe indicia legitima. Secus in bannito & condemnato, qui poſtea fuit captus,quia ſententia condemnatoria tantummodo eſt exequenda,Clarus dicta quæſt.64.verſ.ſed nunquid.& non ſufficit indicia præcedere torturam,ſed debent eſſe legitima & ſufficientia ad torturam.Et quæ ſint illa iudicis arbitrio relinquitur. inſpecta qualitate perſonarum & negocij, vt eſt communis opi.Cla.dicta quæſt.64.ver.ſic.dixit quoque. Menochius de arbitrio iudicis.caſu 270.nec etiam ad inſtantiam Principis iudex reum debet torquere niſi legitima præcedant indicia,vt ibi per Cla.&Menochium.indicium vnicum etiam ſufficit ad torturam de conſuetudine in practica legitimè probatum ſiue proximum,ſiue à facto remotum Cla.q.64.verſi. ſed quæro quot. Bonacoſſ.

Torqueri poſſunt omnes qui non reperiuntur prohibiti,vt eſt communis concluſio,vt per Cla.d.quæſt.64.verſ. vbi ſubſint.Et no.quòd torturæ gradus ſunt quinque, vt per Grillandum in tract.de quæſtionibus & tortura.in §. quartò nunc videndum. vide omnino, quando volueris torquere reum. idem.

Torqueri nõ poſſunt doctores de iure pro maleficio licet de conſuetudine aliter hodie ſeruetur.Clarus d.q.64.ver.quæro an doctores.ſed d.conſuetudo nihil valet, vt eſt com. opi. vt dicit Boſſius de indiciis.nu.111. D. Brunorus in eius vnico conſ.cri.nu.181. idem.

Torqueri non poſſunt perſonæ in dignitate conſtitutæ, vt eſt com.opi.Cla.d.q.64.ver.item quæro. idem.

Torquendus non eſt reus,ſi quid allegat,quo probato non eſſet deueniendum ad torturã, ſed debet ſuperſedere iudex à tortura,& ſuper propoſitis iuſtificationes recipere,vt eſt communis opi.D. Bruno.in vnico eius conſil. numer.170. Bonacoſſ.

Torqueri nequeunt equites &Duces militum,& capitanei, ſecus ſi ſint alij milites,vt eſt com.opi.Clar.d.qu.64. quæro etiam. idem.

Torqueri non poſſunt nobiles.Cla.q.64.ver.vlterius.Nam illud,quod dicitur,quòd cõtra reum adeſt aliquod indicium, quod ex hoc ipſe reus poteſt torqueri,intelligitur quãdo reus eſt perſona vilis,& abiecta,ſecus ſi ſit perſona grauis, & bonæ conditionis,vitæ & famæ. & non ſolitus committere alia vel ſimilia delicta.de quibus eſt inculpatus qualiſcunque enim ſit iudex,non poteſt quis ſubiicere tormentis,niſi probetur læuitas perſonæ,& vtilitas vitæ,etiam quòd contra ipſum probetur fama,vel fuga.Et hoc tenent omnes theorici & practici,vt per D. Brunorum à Sole in vnico eius conſilio crim. nu.149. idem.

Torqueri nequeunt decuriones.Clar.qu.64.ver. prætereà. idem.

torqueri nequeunt minores 14.an.vt eſt com.opi.Cla.d.q. 64.ver.quæro nunquid minores. idem.

torqueri nequeunt ſenes decrepiti, ſecus ſi non decrepiti, Cla.d.q.64.ver.non etiam. idem.

torqueri nequit prægnans niſi poſt puerperium elapſis 40. diebus.com.eſt op.Cla.q.64.ver.non etiam. idem.

torqueri poſſunt clerici in criminalib.vt eſt com.opi.quando ſunt de crimine diffamati & ſuſpecti.com.eſt opi.Clar.ver. ſed an clerici.licet non ita ſeueriter prout laici.Cla.ibi.com.dicit fuſius. idem.

Torqueri clericũ nequit laicus,vel laici miniſter. licet communis obſeruantia contrarium ſeruet.com.eſt opi.Clar.verſ. ſed hic quæro.q.64. idem.



Torturam debet præcedere declaratoria. Procedendum,ſ. contra reum ad torturam,vt eſt com.opi.Cla.d.q.64.ver. vbi nihil. Sed aliter obſeruatur. quia iudex procedit ex officio,etiam ſi pars cœperit. & ideò cum non admittitur appellatio, non ſuperſedetur,ſi quis appellat ab huiuſmodi decreto. Cla. d.q.64.ver.ſed quid agendum. ſuperſedetur autem ſi petatur copia indiciorum,vt eſt com.opi.Cla.ibi.verſi. ſed quid ſi ille. idem.

tortura debet incipi à magis ſuſpectis,& ſi ſunt pariter ſuſpecti,&adſit maſculus&fœmina,debet incipi à fœmina tanquã à timidiori.& ſi ſunt omnes maſculi, à minori, debiliori & timidiori,com.eſt ordo in tortura. Clar.q.64.verſ.qro.ſi plures & torqueri de facili poteſt notitiam habens ipſius rei.Sal.in l. dominus horreorum.nu.1.ff.de locato.vbi dicit,quòd ſępius vidit ſeruari per iudices maleficiorum. idem.

tortura antequàm inferatur,reus debet eſſe ieiunus.& hęc ſeruantur de ꝯſuetudine.Cla.d.q.64.ver.decreta tortura.idẽ.

Torturæ gradus ſunt quinque minæ de torquendo, cõductio ad locum tormẽtorum,& ſpoliatio,& ligatura,eleuatio, & ſquaſſatio.Cla.d.q.64.ver.nunc de gradibus. idem.

Tortus non cenſetur confitens,ſi eſt in carceribus detẽtus. metu torturæ confeſſus,vt eſt com.opi.Clar.q.64.verſi.ſed an fortè. idem.

torquendus quis nõ eſt,licet adſit vnus teſtis de viſu nõ integer, vel duo ſingulares,deponẽtes de indiciis remotis, quia non deuenitur ad torturam, niſi adſit vnum ſaltem indicium ſufficiens ad torturam, & legitimè probatum, vt eſt com.opi. Cla.in d.q.64.ver.debet igitur.& plena dicitur tortura, quando quis ter ad trullum,ſeu cordam ſquaſſatur:quæ debet dari per interuallum,vt ibi Cla. idem.

tortura adhiberi poteſt, etiam diebus feriatis in honorem Dei,in atrociorib.delictis,&in minorib.etiã in diebus paſchalibus.Sed in minorib. debet omnino ceſſare iudex. Cla.q.64. ver.quæro.licet malè ſeruat conſuetudo, idem.

torqueri quis non debet modis exquiſitis.& nõ conſuetis. aliter iudices nõ ſunt iudices.ſed carnifices. ſed fune, vt communiter obſeruatur.Cla.q.64. ver.item debet iudex. & debet etiam iudex ſeruare conſuetudinem locorum in torquendo, & non errabit,vt eſt com.opi. Clar.d.quæſt.64.verſ.iudex autem. Nec debet excedere limites iudiciales iuris in torquẽdo alias eſt in dolo. & ſi moriatur tortus,tenetur de homicidio.alias ſi fuit in culpa,quia punitur ſecũdum culpam,vt eſt com. opi. ibi. & bonum eſt quod notarius adhibitus tortura ponat in actis proceſſus qualitatem & quantitatem torturæ,omnia particulariter ſcribendo,vt videatur,ſi iudex exceſſerit modũ in tortura.ibi Cla. idem.

Tortus ſi negat,dicitur purgaſſe indicia, vt eſt communis opi.Cla.d.q.64.ver.illata.& d. negatio pro pura veritate habetur. ibi fuſius. & ſi fatetur. debet iſta ſua cõfeſſio adhuc ratificari ad banchum maleficiorum, vt eſt communis opi. vt per Clar.ibi ver.& in propoſito.& ver.cæterum ſi iudex.Et debet iudex poſtea facere poni in carcerib.vbi non adſint, qui poſſint docere, vt euadat.ibi Clar. Et hæc ratificatio non debet fieri incontinenti,ſed ex interuallo.vt eſt com.opin.Clar.ibi. ver.& circa. Et ſic poſt ceſſationem doloris die vno, & nocte elapſo, vt ibi per Clar. Et debet fieri, vt dixi ad Banchum, & non in loco tormentorum, vt dici non poſſit meticuloſus confeſſus ratificans,vt eſt comm.opi.Clar.ibi ver.debet quoque.Et ſi neget,& reuocet confeſſionem,debet adhuc in tormentis repeti ad hoc vt in confeſſione perſeueret. Clar. ibi ver.vbi verò. Et ſi ratificet ad Banchum iuris, debet reo ipſo ſtatui terminus trium dierum ad faciendum ſuas defenſiones, ſi quas intendit facere contra eius confeſſionem, & ita practicatur.Clar.d.q.64.ver.ſi autem reus. Bonac.

Tortus confeſſus crimen,de quo aderant contra ipſum indicia,non poteſt interrogari de aliis delictis,de quibus contra eum non ſunt indicia,vt eſt com.opi.Clar. q.64. niſi in crimine aſſaſſinij, furti, Sfroſationis annonæ, vel ſalis.niſi fortè eſſet.iam bannitus, & condemnatus, quia eſt exequenda condemnatio. Clar.ibi verſ.ſucceſſiuè quæro. Solet quandoque torqueri tam ſuper aliis delictis in genere, quàm ſuper ſociis, & complicibus,ac receptatoribus. idem.

Tortura reiterari poteſt,ſi reus fuit leuiter tortus,& debet iudex proteſtari,& ſcribi facere,quod illum deponi facit animo repetendi,&c.idem ſi noua apparent indicia.ex primis autem indiciis quis nõ repetitur in tortura.niſi fuerint multùm vrgentia & manifeſta,de conſuetudine ſcilicet.ſed hæc repetitio eſt arbitraria iudici,qui in ſumma debet eſſe diſcret⁹.Clar. q.64.ver.vlt.vbi fuſius,& communes eſſe opi.dicit. idem.

Tortura quandoque imponitur pro pœna ex ſtatuto.Cla.q.

70.ver,plerunque. idem.

Torqueri quis iterum non poteſt ex primis indiciis, ſeu in tormẽtis repeti. Cheria.cõmunium opi.ver.tortura. Leuiter tamen tortus poteſt repeti in tormẽtis,vt eſt com.opi.de qua Marſ.in l.repeti.nu.5.ver.& finaliter.ff.de quæſt.fo.112.& ibi ponit de ratificatione rei,& qualiter fiat ratificatio, Alex.cõſ. 5.n.4.vol.1.magis com.dicens.Vide Menochium.de arb.iud, caſu 272. Bonacoſſ.

torquendus non eſt manifeſtè conuictus,ſed eſt condemnandus.Cherianus com.opi.in ver.tortura.com.dic. idem,

torqueri quis non debet,contra quem eſt legitimè probatum.Marſ.in l.1.n.2.ff.de quæſt.com.dic.& ſi perſona eſt malæ famæ & conditionis, iſta mala fama non facit indicium, vt torqueri poſſit,cùm interrogari ille non debebat. de conſuetudine tamen multi torquentur,ſi ſunt malæ famæ,vt per Albe.in l.repeti.§.ſi quis.ff.de quæſt. idem,

torquendus debet habere pro qualibet vice tres ſaccatas, ſeu eleuationes,& depoſitiones.Vt practicatur quotidie. Blãcus in l.fi,n.14.ff.de quæſt.fo.7.Ambertus Ambra. in tract. de tortura n.11.to.18.vide omnino.& debet moderatio iſta torturæ reduci ad tres vices,id eſt ad tres dies ſeparatos,vt ibi per Blancum.vide Menochium de arbitrio iudicis caſu.272.caſu, 116.q.84.nu.2.vbi plura no.digna de tortura,ad quę recurre, ſi placet. idem,

Tortura non adhibetur,niſi prius cõſtet de corpore delicti. com.eſt opi.de qua Ant.Gabr.cõmunium concl.lib.7.concl. 17.& triplex eſt tortura,leuior,quando corpus affligitur & lęditur,grauiſſima,quando eſſet iuſtum nõ fieri ſine aſtutia medicorum ne inde mortiferum ſequeretur in ipſis tormẽtis,& aliter tormentantur duri carne,aliter moles,ꝙ de leui poſſunt flatum emittere in tormentis, ꝙ medici poſſunt cognoſcere per indicem naturæ qui dicitur pulſus.ita Bal.in conſ.77. in fi. vol.5.&no.quod duo requirunt antequam ſit procedendum ad torturam.primò,ꝙ veritas aliter haberi non poſſit.ſecũdò requiritur,ꝙ præcedãt aliqua indicia,ſiue præſumptiones.vel ſemiplenæ probationes, Nam ſine indiciis non eſt inferenda tortura.Et quidem legitimis,vt eſt com.opi.de qua Abb. in c. cum in contemplatione.n.2.& vnus teſtis eſt ſufficiens ad torturam,vt eſt com.opi.de qua ibi.d.n.2.Quod procedit ſec.Ab. Niſi alia ſuadeat ratio in contrarium. idem.

Torquentes iniuſtè reum inquiſitum pœna capitali plectẽdi veniunt,vt eſt com opi.de qua Rol.à Valle in conſ.12.n.6. vol,3.Et dolus præſumitur in iudice, quãdo tranſgreditur leges,ibi n.10.& dicit quod ad torturam non debet iudex deuenire,niſi legitimis præcedentibus indiciis, vt eſt communis & crebrior opi.de qua D.Rol.ibi n.31. idem.

Torqueri inquiſitus non poteſt, niſi prius data copia indiciorum cũ termino ad illa purganda,ſi ea petita fuit.alias non præiudicant inqſito indicia ipſa,vt eſt com.opi.vt per D.Rol. à Valle in conſ.12.nu.42. vol.3. vide omnino etiam ibi n.96. Vbi docet iudices non debere torquere reum, niſi legitimis præcedẽtibus indiciis,& ſibi data competẽti defenſione,quia iniuriam facit legibus,qui vult videri ſe meliorem quam leges,& vt ibi latius per eum.Sed quid iuuat ad ſurdas, ſi cantet Phemius aures?Nã eo deuenti ſumus nr̃a tempeſtate,vt cẽtimano opus eſſet.ſi digitos(ſcilicet)in ſordidos imẽdere iudices vellemus.Vt quãdoque faciebat Alexãder Seuerus,quaſi enim oculos eis excluſurus.Vel vt magnus vir ſemel barbam expilauit.Vide Albertum de Antra,in tracta.de tortura.n.11. Tomo 18.vbi dicit,ꝙ licet tortus ſemel nõ poſſit torqueri ſine nouis indiciis,tamẽ ſi tortus dicit illa nocte nullum iacuiſſe ibi,vbi fuit commiſſum maleficium& poſtea inuentum eſt per teſtes,ꝙ alius ibi iacuit,iſto caſu poteſt repeti quæſtio.per d.indicium,vel ſimile, vt eſt communis opi. & dicit quod iudices non ſeruant,imò quotidie quæſtiones repetunt abſque nouis indiciis,quouſque de obiectis criminibus habeant veritatẽ, quorum opi. (inquit)defenſari poteſt per Aut. ſine quo. ſuffra.§.oportet,ibi iudices torquebũt fures,&c.Vide Gãdi. de tormentis.nu.20.fo.363.Marſ.in pract.in §.expedita,n.86. vbi dicit,quòd iudex,qui ſeueriter torquet reum,debet priuari iuriſdictione.& ibi nu.87.dicit ꝙ iudex,qui iniuſtè ponit aliquem ad torturam,punitur pœna capitis,vbi dicit hanc opi. magis communem.Riminal.nouiſſimus in conſ.88.n.12.Paris de Puteo in tract.ſyndica.§.an ſtetur dicto torti.n.10. Nouellus in practica.fo.40.Marſ.in prac.in §.occurrit.col.3.Fran. Marcus deciſ.790.in 2.parte,vbi ponit, quãdo reus febricitat quid agatur,vide Marſ.cõſ.14.n.24.vol.1. Quomodo autem probatur tortura,quã faciunt officiales in camera, ponit Bal. in c.quæ cauſæ,quod eſt primum de his,quæ vi metúſve cauſa,nu.3.quòd probatur per ſigna & indicia violenta,per corporis inſpectionem. idem.

Torqueri reus nõ poteſt.ex ꝓceſſu informatiuo,nullis præcedẽtibus legitimis indiciis.& nulla data defenſione,etiam in enormibus delictis,vt eſt communis opi.de qua D.Rol.à Valle in conſ.12,nu.89.vol.3.Nouellus reg.44.&.no.quòd teſtis dictum in tormentis præualet.Ant.Gabr.lib. communi.cõcl. 7.concl.26.Vide poſtea in ſequ. cõcl.27.& not.,quòd ille, qui petit aliquem torqueri debet iurare ſe nõ habere alias probationes quam per torturam.ergo ſunt demum tormẽta in ſubſidium infligenda,vt inquit Bald.in l.1.nu.5.C.de iura. calum. quòd multum debent notare iudices maleficiorũ, inquit Bal. ibi, idem,

torqueri reus poteſt in cauſa criminali non in leui delicto, ſed in grauiori, vt eſt communis opi. de qua Boſſius de indiciis.n.92.& ſi iudex vult torquere reum præcedentibus legitimis indiciis.ſi dicit reus,Domine iudex date mihi defenſionis terminum antequam me torqueatis,eſt audiendus.& hęc eſt communis opi.quæ communiter tenetur,vt dicit Alber. in l. vnius,§.cognituru,ff.de quæſt. & debet iudex interloquendo pronũciare legitima præceſſiſſe indicia.alias confeſſio poſtea eſſet nulla,à qua pronũcia,ſi nõ appellatur,cõfeſſio nõ reuocatur.Alber.in l,diuus.§.1.ff.de quæſt.& dicit Bal.in l.& ſi certus.ff.ad ſylla.illa lex docet quandam malitiam aſſeſſorum,vt cum torquent aliquem de caſu nõ permiſſo,fingant ſe de aliquo permiſſo torquere,de quo interrogent eum.Tamen hoc non poteſt fieri,niſi præcedãt indicia.vt ibi dicit Bald.quia indicia ſunt ſubſtantialia quæſtionis habendæ.Alber.in l.1.n,1. ff.de quæſt.excuſatur tamen iudex in ſyndicatu,qui furem repertum in flagranti crimine poſuit reum ad torturam, qui re vera nõ erat culpabilis.vt dicit Ange.in l. interdum la 2.§.qui furẽ.ff.de furtis.vbi dicit,vtere hac practica aſſeſſor veluti homo diſcretus ſecundum cauſam,qualitatem & perſonæ cõditionem,ne alias,vt iudex peruerſus recipias punitionem.C.de exacto.tribu.l.nemo carcerem.an & quãdo iudex teneatur de eo,qui mortuus eſt in tormentis vel tortura? Bal. conſ.61.in 5.vol.vide Marſ.ſing.55.afflict. ſuper conſtitutione regni tit. de inqui.facien.n.4.fol.202.vbi dicit etiã quòd nec Princeps poteſt mãdare quem torqueri ſine legitimis indiciis. Alexãd. conſ.33.nu.3.in 6.vol.Fel,in c.cum non ab homine,in fi.de iudiciis.Fallit vt ibi.&immoderatè facit iudex,ſi vltra tres vices diuerſis tẽporibus quæſtionem repetit, cum ſit præiudicialis tortura.Caſtr.conſ.199.nu.5.ad fi.in 2.vol. Dicit tamen Soci. in conſ.54.n.14.quòd licet reus habuerit tres ſequaſſos,& nihil ſit confeſſus, quòd quando indicia ſunt vrgentia, non leuia,permittitur iterum repeti tortura,quæ indicia eſſent talia, quòd eſſent vrgentia ad condemnationem, & dicit, quòd ita ſeruat practica. & hoc iudicis circunſpectioni relinquitur, vt ibi,vide Menochium de arbitrio iudicis caſu.272.nu.3. & caſu 84.&116.& not.quòd aſſeſſor,ſeu iudex maleficiorum nõ poteſt torquere reum,niſi in præſentia ordinarij cauſa cognita.Abb. in c.decernimus.num.13.de iudiciis.item no.quòd ſi reus timore tormentorum confitetur, quòd peccat mortaliter.Ab,in c.1.n.3.de teſtibus cogen.Niſi ſaltem in extremo vitæ eam reuocet confeſſionem.Abb.in c.ex parte,n.2.de ſepulturis.Et tortura ſemel habita poteſt reiterari ex nouis indiciis, vel ſi reperitur reus in mendacio. vel aliter, vt eſt communis diſtinctio.de qua Abb.in ca. cum in contemplatione,nu.8.de reg.iur.Et no. quòd probato metu vel tortura eſt quaſi impoſſibile probari contrarium, quòd ſpontè reus fuerit confeſſus, & etiam tortura poteſt probari per indicia & coniecturas.vnde hoc totum iudicis arbitrio relinquitur inquirendum,quia quòd fit per officiales ſecretè in camera,nõ poteſt probari de viſu, vt dicit Bald. in l.ſi quis in hoc,n.5.C.de epiſc. & cler.Et vnus teſtis eſt ſufficiens ad torturam, quia ſemiplenam inducit probationẽ,& tãtum operatur ſemiplena probatio, quantum duo indicia,vel plura.Alber.in l.1.in prin.n.2.ff.de quæſt. & no.ꝙ tortura eſt fragilis & fallax,& periculoſa.Alber.in l.1. §.quæſtio.ff.de quæſt.vbi dicit, quòd ideò hoc ſæpe allegatur in practica in fauorem tortorũ. an torqueri poſſint pro omni crimine ſeu pro quo?Et quãdo quis poſſit,torqueri.Et an ſufficiat vnum indicium?Vide omnia per Corne.in conſ.101.in 2.volum. Et not.quòd ex arbitrio per ſtatutum conceſſo poteſtati, quòd poteſt ad torturam procedere ad dictum vnius teſtis,qui ſit omni exceptione maior. Corne.vbi ſupra. Bonacoſſa.

Torqueri de facili poteſt mãdator homicidij,etiam ex probabilibus argumẽtis,& ex indiciis,& veriſimilibus probationibus,& præſumptionibus, vt eſt commu.opi.de qua Boſſius de indiciis & tortura.num.201.& hoc propter lucrum, quod fuit conſequutus, vel ſperat conſequi. Et idem eſt in aliis criminibus atrocioribus, & delictis ſecretis & coniurationib. falſitatibus,& ſimilibus,quia iudex poteſt animoſius arbitrari eſſe deueniendum ad torturam cum materia torturæ ſit multum arbitraria,vt dicit ibi Boſſius nu.200.arbitraria inquàm, regula tamen ſecundum iura, vt per Albam in conſ.95.nu.2. & conſ.69. nu.5.& per D.Menochium de arbitrio iudic. Crauetta conſ.287.n.6.vol.2.Pariſius conſ.151.n.14.vol.4. nam dantur officia,ſed non diſcretio.de qua diſcretione fuſius Lucas de Penna.in l.2.C.quando &quibus quarta pars debeatur ad fi.vbi allegat carmen,



*Omnibus in rebus res eſt diſcretio ſumma.*

Calcane.conſ.38.num.7. nam ſine diſcretione quis eſt vna beſtia.Bald.conſ.161.col.2.lib.3.Neuiza.in ſylua nuptiali.lib. 4.num.56. & qui non facit decentia homini eſt vna beſtia,vt ad literam dicit gloſ.in ver. decentem.in Auth.de monachis. idem.

Torqueri non debet, contra quem eſt legitimè probatum. Marſ.in l.1.n.11.ff.de quæſt.communem dicit. Soarez in eius theſauro.ver.tortura.n.285.vbi & alià.& no.quòd tortus perſeuerans in negando, non poterit poſtea cõdemnari propter aliquas probationes, quamuis luce clariores, & hæc fuit opi. Alberici,quam omnes obſeruant in Italia,vt dicit Caſonus in ſuo de tormentis.capi.9.in fi.& à tortura non debet incipi. vt communiter dicitur,Riminal.nouiſſi.in cõſ.88.nu.52. etiam in atrocioribus & atrociſſimis, & niſi legitima præcedant indicia etiam in crimine læſæ maieſtatis,vt ibi numer.53.communem dicens, & ſupra toties repetitum. Et quando mulier accuſata de adulterio poſſit torqueri. Roma. conſilio 451. idem.

torqueri poſſunt teſtes,qui delicto interfuerũt omnes,qui dicunt neminem vidiſſe,aut cognouiſſe,quia reddũt ſe ſuſpectos,& quod velint cælare veritatem.& hoc eſt iudici arbitrarium,vt dicit Cla.q.25.ver.torquentur. idem.

tortura. vnus teſtis vt faciat indicium ad torturã debet eſſe omni exceptione maior, & dic ꝙ illud facit indicium ad torturam quod in ciuilibus facit ſemiplenam probationem, ſec. Rol.conſ.37.lib.3.vbi num.17.dicit ꝙ præſumptio minus eſt quàm indicium,& eſt probatio probãs,nõ probata, indicium verò eſt probatio probata,teſte Rol.d.conſ.n.9.nu.15.17.19. & conſ.3.à n.38.vſque in fi.eodem lib.vbi plura in materia indiciorum ad torturam, cui Adde, ꝙ ex proceſſu informatiuo nullis præcedeñ legitimis indiciis,& nulla data defenſione, etiam in enormibus delictis procedi nõ poteſt ad torturam, & confeſſio ex vi torturæ exorta, nullis precedeñ indiciis : nullius eſt Roboris, nec præiudicat inquiſito,ex gl.i l.pe.vbi Bar. & alij ff.de quæſt. etiam ſi ratificata fuerit, iuxta communem per Rol.conſ.12.nu.90.91.96.lib.3.vbi ponit ampl.ad concl. & vlterius quòd iudices torqueñ indebitè inquiſitum capitali pœna puniri debent,ſecundum communem per eundem d. conſ.12.nu.7.34.vbi materiam torturæ & indiciorum examinat.Quid ſi torqueant aliquem nullis præcedeñ indiciis vide d.conſ.n.31.32.34.& ſeq.vbi ampliat Reg.ꝙ tortura non poteſt dari niſi præcedeñ legitimis indiciis, & ibi nu.36.37.qui teſtes nõ faciant indicium,qua in materia, vide eundem Rol. conſ.17.libr.3.& Dic,ꝙ reo inquiſito, indiciorum copia dari debet,cum termino ad illa purgañ.antequam torqueatur, ex no.per Rol.conſ.12.lib.3.& ibi nu.44.45.vbi plura de defenſione quomodo,ac quibus competant,& ibi num. ſeq.vſque ad 66.

PRO.tot ſunt genera ſtipulationũ conuentionalium,quòt penè genera rerum contrahendarum.l.5.§.conuentionales.ff. de ver.ob. Bello.

Pro. tot ſunt ſtipulationes,quòt ſunt ſummę.l.1.§.fi.& l.ſcire debemus.ff.de ver.ob. idem.

Totius libello poſtulati non debitor, nequit ſimpliciter negare ſe debere,cum quantitas debetur,ac petitur:ſecus ſi qualitas debeatur. atque ideo contra faciens periurio obligabitur, vbi iuſiurandum interuenerit. communia ſcribunt Aret. Alex.& alij in l.1.§.ſi ſtipulanti.ff.de ver.ob.Capel. Tol.deciſ. 208.Eman.à Coſta in l.ſi ex cautiõe. ver.eſt & in factum. n.6. C.de non nu.pec.& qui duas hac in re communes opi.è regione ſibi aduerſas accuratè refert Did.à Coua.lib.1.variarum reſolu.c.2.nu.5. E.Suarez.

Tractatus fuit factus pro aliquo maleficio conficiendo extra territorium alicuius loci per aliquos nõ originarios loci, neque domicilij,nec aliter ſubditos,poteſt puniri in d.loco in quo fuit factus d.tractatus,vt eſt com.opi.Cla.q.38.verſi.vidi aliquando. Bonacoſſ.

Pro. turpe eſt doctori, cũ culpa redarguit ipſum l. 1. ff. quod quiſque iur. l. ſi vxor. §. ſi iudex. vbi no. ff. ad le. Iuliam de adult. idem.

PRO. turpe eſt doct. vel aduocato, ius in quo verſatur ignorare. l. 2. §. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur. idem.

Pro. turpe eſt ſi profeſſio hominis, & deſiderium inter ſe diſcrepent. l. profeſſio. C. de mun. patr. lib. 10. adeò quòd doctor non poſſet petere reſtitutionem in integrum, ſecundum gl. ibi. idem.

Pro. turpia iure noſtro reprobantur. l. Turpia. ff. de leg. 1. l. generaliter. cum l. ſeq. ff. de ver. ob. l. ſi vnus. §. pacta. ff. de pact. c. fi. de cond. appo. idem.

PRO. Turpia lucra ab hæredibus ſunt extorquenda. l. in hæredem. ff. de calum. l. 1. C. ex del. def. in quan. her. conu. Bellon.

Turpitudinem propriam allegans in his quæ concernunt peccatum, & ſic animæ periculum, auditur per ea quæ habentur in c. tertio loco. de præſump. & c. ex tenore. & ibidem per gl. de conceſſ. præbend. & in c. lator. c. conſanguinei. de re iudi. gl. in c. inter dilectos. de donat. quod communiter teneri aſſerit B. Cap. reg. 23. nu. 2. idem obtinet ſi quis alleget turpitudinem ſuam in his quæ concernunt fauorem eccleſiarum, quia tunc allegans eandem auditur, iuxt. c. cum ſuper. de confeſſione. l. vnde Neratius & l. ſeq. ff. ad l. Aquil. & c. ſi quis presbyterorum, de rebus eccleſ. non alien. 35. q. 9. c. quod quis commiſit. gloſſ. in dicto c. inter delictos. & ita communiter teneri ibidem num. 3. affirmat idem Bened. Capr. Quod tamen vtrobique ſecùs habet, ſi quis ad proprium commodum contra alium principaliter agendo, & ius agendi fundando ſuper turpitudine. id tentaret, quo caſu allegans ſuam ipſius turpitudinem non audietur, d. ca. inter dilectos. & d. c. ex tenore. & per totum tit. ff. & C. de condict. ob turp. cauſam. D. Ant. in c. cum ſuper. de conceſ. præb. Bart. in l. iuſiurandum. §. fi. ff. de iureiur. cum quibus cæteros. doct. communiter tranſire teſtatur ibid. nu. 4. idem Bened. Capra.

PRO. Tutor principaliter perſonæ, ſecũdariò rebus datur, l. cum in plures. §. cum tutor. ff. de admi. tut. §. certæ autem rei. inſt. qui teſta. tut. dar. poſ. & §. datus. inſtit. de excuſ. tut. curator verò principaliter bonis datur. l. in copulandis. C. de nuptiis. Bellon.

PRO. Tutor non cauet rem ratam pupillum habiturum, cũ rem in iudicium deducit. l. vulgo. ff. de admi. tut. idem.

Tutor teſtamentarius iure hodierno non aſſumens tutelã, quæcunque ſibi in eo teſtamento relicta amittit indiſtinctè, ſiue illud fuerit relictum contemplatione tutelæ, ſiue non. Eſt commu. opi. ſecundum Roma. conſ. 235. quo ad primum. circa princ. ver. eſt igitur videndum Ratio vltra omnes eſſe poteſt, quia talis tutor reſpectiuè dicitur impugnare teſtamentum: ex quo reſpectu tutelæ patitur teſtatorem decedere inteſtatum argu. tex. in §. quòd autem. inſtit. de legit. ag. tut. Nam ſicut hæres inſtitutus repudians hæreditatem, dicitur impugnare teſtamentum, & teſtatorem omninò reddit inteſtatum. l. filio pater. ff. de leg. 1. l. nemo. ff. de teſta. tutel. ſic tutor datus in teſtamento repudians tutelam, dicitur quoad eam partem impugnare teſtamentum, & reddere teſtatorem inteſtatum. d. §. quod autem lex. vt idem iuris ſit de parte ad partem, quod de toto ad totum: igitur honore ſibi in tali teſtamẽto relicto, priuari merito debet. argument. tex. in l. quæſitum. de acquirend. hæred. M. Chærian.

Pœna l. ſciant cuncti. C. de legit. tutor. per quam mater ob ſuam negligentiam in non petendo filio tutorẽ dari, eius ſucceſſione priuatur, non egreditur perſonam matris, nec extenditur ad alios agnatos. Eſt commu. opi. pro gl. contra Bar. ſec. Soc. in conſ. 153. pulchra & ſubtilis. in fi. vol. 2. idem.

Tutor datus in teſtamento minus ſolenni, & à iudice confirmatus, præfertur datiuo velut teſtamentarius. Eſt com. opi. ſec. Alex. conſ. 140. ſuper teſtamento. circa prin. verſ. ſecundò præſuppono vol. 4. idem.

Tutoribus etiam doloſis competit beneficium diuiſionis, ſed non ceſſionis. Eſt magis com. opi. ſec. Alex. in l. 1. verſu, in ea vbi & verius. D. de tranſact. Chærian.

Tutor, curator, prælatus, ac procurator, vel ſimiles poſſunt in contractu præiudicare dominis ponendo pacta pœnalia. vel reſolutiua. Curt. iu. conſ. 148. nu. 5. com. dicit. Villalo.

Tutoris datio non competit iure magiſtratus, nec poteſt delegari. Curt. iu. in l. 1. nu. 55. ff. de off. eius cui manda. eſt iuriſd. com. dicit. idem.

Tutori non prodeſt teſtatoris prohibitio de non reddenda ratione, ſi quid ex dolo fecit. Barb. conſ. 68. volu. 2. Dec. conſ. 178. com. dicit etiam ſi dictum ſit per teſtatorem, quòd non teneatur reddere rationem. Et quod omne in quo fuerit condemnatus, vult ſibi reſtitui per hæredem. Alc. in tract. de præſump. reg. 1. præſumpt. 6. n. 2. com. dicit. idem.

Tutor an in dubio poſſit proprium commodum pupilli commodo præferre, dum vtrique commodare nequit. receptior eſt Bart. diſtin. in l. Tutor ſecundum dignitatem. §. non eſt audiendus. ff. de admin. tutor. ſec. Damhou. in patro. pupillo, in Tit. 1. vol. 7. nu. 16. I. Fich.

Tutela redditur nulla, ſi tutor non ſe obligat de recipienda defenſione pupilli. iaſ. conſ. 4. vol. 3. nu. 4. com. dicit, etiam ſi dicat, & promittat vtilia procurare & incommoda reiicere. Alberic. Bru. de forma & ſolenni. verb. ex quibus forma oriri ſolet. Villa.

Tutorem, & curatorem ſuper iniuria patri ipſius pupilli, vel adulti, illata, pacem poſſe componere cum inferente, non nulli voluerunt, ſi iniuria patens, & notoria non fuerit, aliàs ſecùs. Quidam verò indiſtinctè pacem fieri poſſe, tenuerunt, ſi tamen id pupillo aut adulto vtilius fuerit, quàm vindictam proſequi, hoſque melius ſenſiſſe voluit Caſtr. in l. pactum curatoris. C. de pact. vbi Butrig. Bal. Sali. Alex. & plerique alij, id communiter tradidere, idemque voluit Bald. in l. j. C. de in integ. reſtit. F. Turzan.

PRO. Tutor eſt quaſi dominus in rebus pupilli adminiſtrandis. l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro emp. idem in prælato, procuratore, & ſimilibus, qui loco domini ſunt not. Accur. in §. 1. in verbo debetur. inſtit. de act. Bellon.

Tutor corrumpens pupillam, cuius eſt tutor, punitur pœna capitali, ideſt capitis. Clar. q. 68. ver. tutor. Bonacoſſ.

Tutor poteſt remittere iniuriam pupillo factam, & imputatam alicui, vt eſt communis opinio, de qua Alferius inter conſ. criminali conſ. 151. num. 18. cum decreto tamen iudicis poſt mortem patris pupilli, vt eſt magis commun. opinio. Tobias Nonius inter conſ. crim. conſ. 152. num. 4. fallit, ſi pupillus tutoris accedente auctoritate facit pacem, non ſimpliciter, ſed cum obligatione ad pœnam, quia non poteſt tunc facere pacem, vt eſt magis communis opin. idem Nonius inter conſ. crim. conſ. 152. num. 11. fallit vt per Suza inter conſ. cri. conſ. 2. per totum, item tutor, curator, & prælatus, ac procurator, vel ſimiles poſſunt in contractibus præiudicare dominis, ponendo pacta pœnalia, vel reſolutiua. Curt. iu. conſ. 146. nu. 5. communem dicit. Sit tamen tutor cautus, qui accuſat, vt ſemper accuſet tutorio nomine, & pœnam, quæ imponitur ratione accuſationis non probatæ ex lege, vel ſtatuto promittat nomine proprio, alias non teneret accuſatio. Ang. in l. polla. C. de iis quibus vt indig. vbi ſubdit dicens ſe vidiſſe quoſdã aduocatos in hoc erraſſe, & not. ꝙ tutori non prodeſt teſtatoris prohibitio de non reddenda ratione, ſi quid ex dolo fecit, Barb. conſ. 68. vol. 2. Dec. conſ. 178. com. dicunt. idem.

Tutor licet debitum liquidum remittere non poſſit, ſecùs tamen eſt in debito non liquido, vt annotant Accurſ. in verb. remittentes, Bart. Paul. de Carſt. Alex. de Imol. nu. 4. & iaſ. nu. 3. in l. pactum curatoris. C. de pac. Et hanc communem Theoricam & concluſionem docto. appellarunt Panor. in conſ. 39. ver. ſed hoc non obſtante. num. 1. in 1. par. conſ. Philip. Dec. in conſ. 297. nu. 5. de cuius doctrinæ veritate videantur ea quæ Alex. in d. l. pactum. & alij Doctor. in l. præſes prouinciæ. ff. de tranſact. tradiderunt. Et hoc dictum ad quæſtionem notatu dignam Paul. caſt. d. l. pactum curatoris. n. 2. applicauit. An tutor vel curator poſſit facere pacem de iniuria illata patri pupilli vel adulti, & remittere pœnam. Nam ſi iniuria fuerit notoria, inquit ille poſt alios, tutorem vel curatorem non poſſe, aliàs ſecùs. Alij verò & melius reſponderunt, etiamſi fuerit liquida aut notoria, ſi tamen expediret pupillo vel adulto, tutorem vel curatorem potiùs remittere, quàm vindictam expetere debere, vbi ipſe plures authoritates adducit. Kirchouius.

Tutor, finita tutela tenetur reddere rationem adminiſtrationis. l. 1. in fi. l. niſi finita. l. ſi tutor. ff. de tutel. & ration. diſtra. etiam non requiſitus. gl. in clem. quia contingit. in verb. annis ſingulis. de religioſ. dom. Quam communiter approbari dicit Bart. Soc. in conſ. 92. nu. 17. in 4. vol. conſ. idem.

Tutor teſtamentarius ſi tutelam non ſuſceperit. quæcunque ſibi in eodem teſtamento relicta, ſeu tutelæ illius contemplatione, ſeu ſecus, iure hodierno amittet. commune inquit Rom. conſil. 225. quo ad primam. verſic. eſt igitur videndum. E. Suarez.

Tutori teſtamentario teſtator confectionem inuentarij remittere poteſt, ſecundum communem per Rol. conſ. 49. nu. 17. lib. 3. vbi nu. 18. ꝙ tutor cui Remittitur confectio inuentarij appellatur analogiſta, Quæ remiſſio fieri poteſt nedum teſtamentario, ſed etiam Datiuo & legitimo, ex no. per eundem d. conſ. n. 19. & in col. fi. vbi alleg. Prac. Pap. for. lib. redd. ratio. tutel. ver. in ſuo vltimo. nu. 16.

Tutoris datio. Die feriata etiam in honorem Dei poteſt decerni & confirmari tutor, quando non exigitur cauſæ cognitio, aliàs ſecus, vt quando datur per inquiſitionem. l. qui habet. §. quolibet. ff. de tutel. & ff. de tutor. & curator. da. ab his. l. nec mandante. §. fi. ſecundum Guil. Alb. & communiter doct. in l. 2. ff. de fer. facit. c. fi. extr. eod. in fi. vbi in operibus pietatis non attenduntur feriæ. Balb. 352.

Tutorum & curatorum vnuſquiſque habet authoritatem in ſolidum. l. 1. C. ſi ex plurib. tutorib. vel curatorib. omnes vel vnus agere pro minore vel conueniri poſſ. l. fin. C. de author. præſtan. Quæ doctrina in officiis publicis authoritate & vtilitate priuatis recepta eſt. Bart. in l. 1. §. ſi plures. ff. de exercito. actione. Panor. in c. prudentia. nu. 14. ver. venio ad ſecundum membrum. extr. de off. & poteſt. iud. delega. Et hanc communem concluſionem doct. eſſe annotat Dec. in conſ. 207. nu. 1. vbi ipſe quærit, an idem in plurib. Syndicis, quorum officium videtur publicum, non ſolùm authoritate, ſed etiam vtilitate

l. 1. §. quibus. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis receptum ſit. Kirchouius.

Tutoris fideiuſſor: qui præſens ac tacens patitur nomen ſuum ſcribi apud acta, ſine contradictione, perinde tenetur ac ſi ſtipulatio interceſſiſſet. l. cum oſtendimus. §. fi. ff. de fideiuſſ. tutor. & cura. ibidem gl. & Bart. Din. in c. qui tacet de reg. iur. lib. 6. & D. Nicol. in c. nonne. de præſum. & ita communiter teneri refert Bened. capr. reg. 56. nu. 18.

Tutores vel curatores non poſſunt per conſtitutum vel precarium, vel alium actum fictum transferre poſſeſſionem rerum ſui pupilli vel minoris, ſec. Bart. in l. 1. n. 24. Alex. n. 87. ver. quærit hic Bart. & nu. 88. ver. ex iſto dicto. ff. de acq. poſſ. iaſ. nu. 101. & per multas authoritates relatas per And. Tyraq. in tract. de iur. conſtit. poſſ. in 3. par. in 15. limit. Et hanc comm. doct. ſentētiam eſſe ibi recentiores repetentes teſtātur. Huic licet communi ſententiæ refragetur Tyraq. in d. 15. limit. nu. 3. tamen com. veriorem eſſe defendit Bart. Romul. in l. quod meo nomine. nu. 71. ver. tertius caſus eſt. ff. de acqui. vel amit. poſſ. Kirchouius.

Tutor compromittens. Si tutor compromittat de cauſa pupilli in arbitrum, à cuius ſententia non appellatur l. 1. C. de arbitr. poteſt minor ipſe in integrum reſtitui: caſus reputatur ſingularis cum gl. in l. ſi minor. 25. annis filiofami. ff. de mino. niſi cōpromiſiſſet ex neceſſitate ſtatuti vel iudicis iuſſu: quia tunc non videtur læſus, cùm poſſit appellari. l. fi. §. final. C. de iudic. Balb. deciſ. 382.

Tutor ratione non ſuſceptæ tutelæ an legatum amittat: & Dic, ꝙ hodierno iure, datur teſtamento tutor, neque tutelam aſſumens, quecunque. ſibi teſto relicta amittit, nulla facta diſtinctione, an contemplatione recompēſandi oneris tutelæ: an verò alia ſibi relicta fuiſſent, iuxt. not. per Rom. conſ. 207. n. 3. conſ. 235. col. 1. in fi. iaſ. in l. pen. in fi. C. de legat. Dec. conſ. 192. n. 4. pro quo vide quæ ponit Ang. conſ. 166. 1. dub. Alex. d. l. pen. C. de legat. Ruyn. conſ. 38. nu. 3. lib. 2. Rom. in auth. ſimiliter. 35 ſpaſcir. vlt. vol. C. ad l. fal. vbi ꝙ licet tutelā recuſans: amittat legatum, fallit tamen, quando alteri reſtitueſi eſſet, in præalleg. autem conſil. querit Rom. an tutor ſubſtitutus. pupilli, vel per fideicommiſſum, excludatur à ſucceſſione pupilli per matrem? ex eo quia tutelam non acceptauit, vel adminiſtrauit, ſed illegitimè, vel etiam ex eo, quia tutorem pupillo dari non petiit, intra autem quantum tempus debeat ſubſtitutus tutorem pupillo petere? Dic, vt per eundem Rom. conſil. 221. in prin: vbi querit, an à ſucceſſione excludatur, ſi tutorem non petiit pupillo qui 3. menſe cum dimidio poſt annum inchoatum deceſſit, & concludit ꝙ non, ſecūdum communem per Ang. conſ. 166. ante fi. Aret. in §. actionum. q. 24. inſtitu. de act. Ana. conſ. 45. Alex. in l. ſi deceſſerit ad fi. ff. qui ſatiſd. cog. in l. non omnis ante fi. prin. ff. ſi cert. pet. Bertr. conſ. 381. nu. 4. lib. 2. in antiq. Quæ opi. Rom. procedit etiam in matre, præſuppoſito ꝙ ab ipſa matre tutor intra annum peti debeat, vt eſt magis com. opi. per Alex. d. l. ſi deceſſerit, in principali tamen articulo de quo ſupra vide Rom. d. conſ. 235. col. 1. in princ. vbi inter alia, ꝙ ſi is cui legatum eſt cum iniuncto onere tutelæ, tutelam non aſſumit, & etiam ſi vellet, non poſſet ex aliqua legitima cauſa: tunc non adminiſtratio iniuncti officij, relicti priuationē non inducit, l. ab adminiſtratione. C. de lega. Grat. conſ. 84. ante fi. lib. 2. Ang. conſ. 166. poſt princ. bal. conſ. 356. in princ. lib. 4.

Tutor inuentarium, librumq; rationum conficere debet, ſecund. Rom. conſ. 118. col. 1. cir. fi. 413. 415. 425. Ang. conſ. 175. Dec. conſ. 178. 192. Pariſ. conſ. 84. nu. 19. lib. 1. pœna autem non conficieſi. quæ ſit? not. idem Roma. dict. conſ. 118. col. 2. vbi 4. pœnas enumerat, cuius tutoris officio quę incumbant. vide per eundem d. conſ. 425. vbi ponit ſexdecim requiſita, & dic, ꝙ tutelæ adminiſtratio non datur, niſi cum decreto iudicis, Quam concl. amplia procedere in quolibet genere tutorum, ſecundum Rol. conſ. 49. nu. 20. & ſeq. lib. 3. vbi nu. 22. quòd teſtator poteſt decernere adminiſtrationem tutelæ ſine Decreto.

Tutela à matre filiis poſtulanda, & integrum annum habet, & cum non petita eſt, tum demum matrem filiorum hæreditate priuat, cum nulla iuſta excuſatio obtendi poſſit. At enim auia, & alij proximiores nullo ob id caſu ab eorum hæreditate propelluntur. communia ponit Franc. Viuius lib. 1. opi. 224. & ante illum Socin. conſil. 153. pulchra & ſubtilis in fin. libro ſecundo. Nunquam autem aliter ipſa vel mater, vel auia liberorum tutelam ſuſcipient, quàm ſi Velleiano, ac reliquis exceptionibus, renunciarint. commune aſſerit contrarium de conſuetudine ſeruari atteſtatus, idem Viuius eadem opinio. F. Suarez.

## TVTELA ET CVRA.

*Summaria.*

Tutorem à patre in teſtamento imperfecto datum liberis, ſi modò is aliàs legitimus erat, futurus tutor, rectè datum videri: Extraneum verò à iudice confirmandum. q. 1.

Tutoris dationem ſuſtineri, etiam nullo, vel rupto, aut per querelam reſciſſo, irritóve facto teſtamento. q. 2.

Teſtamento, propter præteritionem à patre ignorante, nullo, infirmari dationem tutoris. q. 3.

Tutorem in teſtamento inutiliter datum, & à iudice confirmatum, in multis quidem teſtamentario æquiparari: non tamen teſtamentarium eſſe, ſed datiuum. q. 4.

Tutorem in teſtamento inutiliter datum, & à iudice confirmatum, præferri legitimo & datiuo. q. 5.

Tutorem datum filio in teſtamento matris confirmari à iudice cum inquiſitione: Atque datum inutiliter à patre, confirmari ſine inquiſitione. q. 6.

Iudicium patris præferri iudicio matris. ibid.

Pro filiofam. tutore in teſtamento, item patre non conſentiente à magiſtratu dato, indiſtinctè teneri & obligari patrem de peculio, & in rem verſo: conſentientem autem dationi teneri inſolidum. Atque inibi, quæ diuerſitatis ratio. q. 7.

Si plures ſint ſcripti, ſufficere vel vnius hæredis etiam in re certa inſtituti, aditionem, ad hoc vt firma ſit & valeat, in teſtamento facta tutoris datio. q. 8.

Inſtitutum in re certa, nullo alio ſcripto, vel aliis ſcriptis & inſtitutis non adeuntibus, fieri hæredem ex aſſe. eadem queſt. in fin.

Pupillo, qui ſine tutoris authoritate adire non poteſt, cuiq; in teſtamento tutor datus, tutor eſſe nequit ante aditam hæreditatem, ſoli inſtituto, duplici via conſulitur, ſecundum locorum varietatem. q. 9. & q. 12. in fi.

Deficiente tutore, tam legitimo, quàm teſtamentario, à quónam iudice dari poſſit & debeat tutor idoneus. q. 10.

Extra iuriſdictionem tutorem dari non poſſe: Et iudicem originis pupilli rectè tutorem dare poſſe. ead. q.

Iudicem non poſſe tutorem dare, ex die, ad diem, vel ſub cōditione. Hocque differre hanc ſpeciem à teſtamentaria. quæſtio. 11.

Tutorem certæ rei vel cauſæ dari non poſſe: Aliter tamen obſeruari quandoque in tutore Attiliano. q. 12.

Dationem tutoris in teſtamento ad certam conditionem, ea pendente, purā eſſe ac iudicari quò ad validitatem: ſed quò ad reſolutionem conditionis, eſſe in ſuſpenſo. q. 13.

Tutorem ſiue à iudice, ſiue in teſtamento ſimpliciter datū, videri & intelligi datum ad vniuerſum pupilli patrimonium, vbicunque ſitum. q. 14.

Matrem in tutela non præferri auo paterno: Item poſteriora iura tutelam permittentia matri & auiæ, reſpicere collaterales, non aſcendentes: Niſi aſcendentes ſint in gradu longè remotiores matre & auia. q. 15.

Matre tranſeunte ad ſecundas nuptias expirare tutelam. qui nimò coram iudice teſtata voluntate de contrahendis ſecundis nuptiis, mater ſtatim deſinit eſſe tutrix. q. 16.

Matrem, licet teſtamento datam & conſtitutam, deſinere eſſe tutricem, contractis ſecundis nuptis. q. 17.

Cognatos hodiè, mutato iure veteri, etiam admitti ad tutelas. q. 18.

Tutorem teneri conficere inuentarium coram iudice. Sufficere tamē ſi fiat per tabellionem publicum, extra iudicium. q. 19.

Tutorem vel curatorem datum à minore iudice indiſtinctè teneri ſatiſdare: Datum verò à magiſtratu maiore, tum, cùm ſine inquiſitione datus eſt. q. 20.

authoritatem tutoris interponi debere in ipſo negotio, vel actu, qui à pupillo geritur, non ex interuallo. q. 21.

authoritatem tutoris ſtatim & immediatè, antequàm ad alios actus extraneos diuertatur, perfecto negotio interpoſitam, valere. q. 22.

In authoritate præſtanda ſufficere ſimplicem conſenſum tutoris, ſine certa & ſolenni verborum forma. Quibuſdam tamen aliter ſentientibus. q. 23.

Pupillum ſine tutoris authoritate non poſſe adire hæreditatem, ne lucroſam quidem, aut opulentam. q. 24.

an & quæ ſit differentia inter hæreditatem lucroſam vel locupletem, & opulentam. ead. q.

Pupillum non poſſe eſſe in iudicio ſine tutore: Et ne in criminali quidem iudicio. q. 25.

an & quatenus valeant, quæ ſine tutore pronunciata, geſtáve ſunt in fauorem & vtilitatem pupilli. ead. q.





Adultum, ſeu minorem 25. ann. non poſſe ſtare in iudicio ſine curatore. Poſſe tamen iuramētum deferre, ſi non habeat curatorem. q. 26.

Adultus carens curatore, poteſt omnia facere, quæ poteſt maior. Verùm læſus debet reſtitui. ead. q. in fi.

Curatorem generalem ad negotia etiam inuitum dari, cogique poſſe ad ſuſcipiendam curam. Secùs in curatore ad litem. Niſi ex iuſta cauſa. q. 27.

Prodigo minori dari curatorem, vt minori, non vt prodigo. Vis huius in eo eſt, vt illa ratione obligetur naturaliter, hac verò nequaquam. q. 28.

Minorem declarari poſſe prodigum, etiam non interdicta adminiſtratione bonorum. q. 29.

An, ſi cui interdicatur bonis tanquam prodigo, qui reuera prodigus non eſt, valeat interdictio, & curatoris datio. q. 30.

Notoriè & manifeſtè prodigum, ſi non interdicta ſit ei adminiſtratio, ipſo iure poſſe contrahere, obligari & alienare: niſi manifeſtè prodigus contrahat in vſum notoriæ & manifeſtæ prodigalitatis. q. 31.

Prodigum ex contractu celebrato ſine curatoris authoritate & conſenſu, ne iuratum quidem teneri, aut obligari ad obſeruantiam iuramenti. q. 32.

Prodigum ex delictis obligari. Atque delinquentem indignum eſſe fauore. q. 33.

Minor habens curatorem, licet ſine eius ꝯſenſu & authoritate nequeat obligari, tamen ſi iurauerit ſuper contractu, obligatur. Iuramentum enim hoc caſu facit contractum validum, tollitque beneficium ætatis. idem eſt in impubere doli capace. Nec aliter obſeruatur in ſtatutis, prohibentibus contractū minoris. q. 34.

Iuramentum minoris ſuper contractu interpoſitum, firmat contractum: licet minor de beneficio reſtitutionis non ſit certioratus. q. 35.

Curatorem furioſi, prodigi, & ſimilium deſinere ſtatim ipſo iure, deficiente defectu: ſi modò conſtet eos ſanam mentē recepiſſe. ac ſententiam ſeu declarationem magis eſſe neceſſariam, ad tollendam ſuſpicionem ex interdicta adminiſtratione ortam, quàm finiendam curam. q. 36.

Decretum iudicis ſuper rebus pupilli immobilibus alienandis, ex falſa cauſa interpoſitum, ipſo iure eſſe nullū, nec opus eſſe reſtitutione, ſiue cauſa ſit expreſſa in decreto, ſiue non. aliud eſſe in ſententia ex falſa cauſa lata. q. 37. & q. ſeq.

Cùm ciuiliter agitur, ad hoc, vt tutor vel curator ſuſpectus declaretur, & ab adminiſtratione remoueatur, non eſſe neceſſariam inſcriptionem ad pœnam talionis. q. 39.

Poſtulationem ſuſpecti eſſe duplicem. q. 40.

An, quando, & quæ cognitio ſuſpecti, & à quo, & cui delegari poſſit. ibidem.

Cognitionem tantùm ſuſpecti, non etiam remotionem poſſe delegari. q. 41.

tutorem, vel curatorem de leuiſſima culpa non teneri. q. 42.

Antequam veniatur ad actionem ſubſidiariam, quæ competit pupillo, vel adulto, contra magiſtratum, qui vult omninò, non, vel minus idoneè caueri pupillo, vel adulto, curauit conueniendos eſſe prius omnes tutores, & fideiuſſores eorum, niſi diuiſa tutela fuerit, vel à teſtatore, vel per iudicem. q. 43. & q. ſeq.

Mutatis, ac innouatis per ſtatuta ſucceſſionibus, an innouentur etiam tutelæ. q. 45. remiſſiuè.

Si quidam ex tutoribus vel curatoribus geſſerunt, quidam non, conueniendi ſunt prius, qui geſſerunt. ead. q.

### QVAESTIO I.

Certum eſt, patrem poſſe liberis ſuis teſtamento tutorem dare. §. permiſſum. inſtitu. de tu. Sed quæro Nunquid hoc habeat locum in teſtamento imperfecto? Reſp. communiter receptum eſt, patrem in teſtamento inter liberos poſſe dare vnū ex filiis ſuis alteri filio in tutorem, ſaltem quando erat ab inteſtato legitimus tutor, vt dicit Curt. iu. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. num. 26. C. de teſta. non autem tutorem extraneum, ita dicunt communiter docto. vt ait Syluester Aldobr. §. permiſſum. nu. 27. inſti. de tu. Sal. d. §. ex imperfecto. quæ opinio licet vera ſit, quò ad hoc vt datio tutoris per ſe non ſit valida: Tamen ſuſtinetur, quò ad hoc, vt per iudicem confirmetur. Aldobr. d. §. permiſſum.

### QVAESTIO II.

Sed quid ſi teſtamentum ſit nullum ex cauſa præteritionis vel exhæredationis poſthumi, vel per querelam irritum factum, an tutoris datio ſuſtineatur? Reſp. communis & recepta eſt doct. opinio, ꝙ datio tutoris ſuſtineatur, vt firmat iaſ. auth. ex cauſa. n. 2. & ibi tenet Bar. C. de lib. præte. Bar. l. filio præterito. ff. de iniuſt. rup. irri. fact. teſta. Ro. conſ. 123. & Imo. in d. l. filio præterito, io. de Ana. in conſ. 28. incip. viſis & ponderatis, communem quoque dicit Sylueſt. Aldobr. §. cùm autem. nu. 6. inſti. de tutel.

### QVAESTIO III.

Sed dubium eſt, nūquid hoc locum habeat in præteritione à patre ignorante facta? Reſp. Variæ ſunt doct. opi. Sed magis communis eſt, ꝙ hoc caſu datio tutelæ non ſuſtineatur, vt firmat iaſ. d. Auth. ex cauſa. n. 3. quam tenet Bar. ibi Paul. de caſt. Alex. & Mod. Alex. in conſ. 41. incip. viſo tenore allegati inſtrumenti vol. 1. & conſ. 47. incip. abundè, in 2. vol. Vbi dicit, periculoſum eſſe, tenere contrarium propter authoritatem illorum, qui ſententiæ Bart. aſtipulantur. Eandem dicit communem eſſe opi. Aldob. in d. §. cum autem. nu. 6. licet opinio Bar. diſputabilis ſit, & contrarium tenuerint conſulendo Sign. de Homod. & torum collegium Mediolanenſe. referente Bald. d. l. filio præterito. & ibi imol. & alij relati per iaſ. d. auth.

### QVAESTIO IIII.

Quæro, Vtrum tutor in teſtamento inutiliter datus, vt putà, filio emancipato, & à iudice cōfirmatus, ſit tutor teſtamentarius, an verò datiuus? Reſp. communis & recepta doct. ſententia eſt, tutorem in teſtamento inutiliter datum & à iudice confirmatum, licet ipſe in multis æquiparetur teſtamentario tutori, non teſtamētarium, ſed datiuum tutorem eſſe, vt teſtatur Syluest. Aldob. §. fi. n. 23. inſti. de tutel. & ibi eam tenet io. Faber. & Ange. Eandem tenent Cy. Alb. Bar. & Bal. in l. 2. C. de confir. tut. Bar. l. 1. ff. eo. Bal. auth. ſacramentum. C. qui. mul. tu. offi. fun. Alex. in conſ. 140. vol. 1. Licet cōtrarium tenuit Mar. Selyma. quem refert Bar. & Alb. vbi ſupr. & Senenſes Moder. vt per Sylueſt. d. §. fi.

### QVAESTIO V.

Quæro, Vtrum tutor in teſtamento inutiliter datus, & à iudice confirmatus, vt dictum eſt, preferatur legitimo & datiuo? Reſp. gl. §. fi. inſti. de tute. vult legitimum præferri huic confirmato, idem vult gl. l. neque. C. de confir. tu. Sed in contrarium eſt cōis doc. ſententia, vt firmat Bar. l. 1. ff. de confir. tu. Eam tenuit Mar. Selym diſputādo Bononiæ, quem ſequitur Cy. alb. de Roſ. & Bar. l. 2. confir. tu. Eandem dicit eſſe com. Ang. d. §. fi. & ibi Aldob. & Lud. Schader. & eam tenet iaſ. rub. nu. 14. inſt. de actio. Nic. Euerh. in Top. legal. loco, ab ordine rub.

### QVAESTIO VI.

Quæro, Tutor datus filio in teſtamento matris, confirmatur à iudice cum inquiſitione, vt eſt tex l. mulier. ibi Bar. ff. de confir. tu. quare diuerſum ſit matre dante tutorem, cùm in tutore dato à patre ſit aliud? Reſp. communis doct. ſententia eſt, ꝙ id fiat ideò, quia lex non ita confidit de iudicio & electione materna, ſicut de paterna. vt eſt tex. in l. fi. ff. qui petāt tu. & ita dicit communiter ſentire doct. Aldobr. d. §. fi. nu. 36.

### QVAESTIO VII.

Quæro, Clarum eſt filiumfamiliàs tutorem dari poſſe, vt eſt tex. l. filiusfamiliàs. ff. qui ſunt ſui vel al. iur. an & quatenus pater ex eius adminiſtratione obligetur? reſp. aut filiusf. ſuſcepit adminiſtrationem tutelæ teſtamentariæ, & pater eius obligatur de peculio & in rem verſo. non autem inſolidū, ſiue filius illius tutor ſit datus, ipſo cōſentiente, ſiue non, ita intelligatur l. Lucius Titius. ff. de admi. tu. vbi tenet Bar. & doc. aut filiusf. adminiſtrauit tutelam datiuam patre ꝯſentiente, & pater eius obligatur inſolidum, vel peculio tenus ipſo non conſentiente. l. filiusf. ff. de tutel. & hæc diſtinct. cōiter approbatur, vt firmat Aldobr. §. 1. n. 45. inſti. qui tu. teſt. dar. poſ. Ratio diuerſitatis, ꝙ magis ſimplex conſenſus in patre datiui, qui obliget patrem, quàm in patre teſtamētarij, eſt, quia in tutela, in qua quęritur ſatiſdatio, pater poteſt cogi filio conſentire, & pro eo ſe obligare, vnde cum cogi poſſit, meritò cōſenſus habetur pro promiſſione, quæ ratio ceſſat in teſtamentario, ita dicit Bar. d. l. Lucius. cuius opinionem communiter approbatam dicit Aldobr. d. ti. qui tut. dar. poſ. §. 1. n. 45. licet ipſe commendet rationem Fabri tanquam magis rationi naturali conſentaneam.

### QVAESTIO VIII.

Quæro, Vtrum aditio vnius tantùm ex pluribus hæredibus ſufficiat ad hoc, vt tutoris datio ex teſtamento confirmetur? Reſp. communis doc. opi. eſt, ꝙ ſic, etiam ſi in re certa tantùm inſtitutus adeat, vt firmat Alex. l. quoties. C. de hæredib inſti. Vbi eandem opinionem tenent Cy. Guliel. de Cun. Ang. Sal. & Paul. de Caſt Hanc quoq; tenet Bald. & imol. l. ex facto. la 1. ff. de hęre. inſti. Eandem aſſerit communem Sylueſt. §. ſed & ſi. n. 10 inſti. de Attil. tutor. Si enim vniuerſales hæredes non adeāt hæreditatem, inſtitutus in re certa erit hæres vniuerſalis, quia totum ei accreſcit, & erit teſtamento locus.

## QVAESTIO IX.

Quæro, Quomodo pupillus ſolus inſtitutus dato ei tutore in teſtamento, poſſit hæreditatem adire, cum tutela locum non habeat, niſi adita hereditate, & hæreditas non poſſit adiri ſine tutore? Reſp. quæſtio videtur inſolubilis, in qua variæ fuerunt doct. opiniones. gl. in l. ſi nemo. ff. de teſt. tu. dicit, ꝙ pupillo debeat dari curator ad adeundam hæreditatem, quàm opinio. gl. ſequitur Spec. ti. de tutor. in prin. & ibi io. And. in add. dicit ita in pract. ſeruari, licet à quibuſdam reprobetur, & rectè, nullo enim modo poteſt dari curator ad adeundam hæreditatem, per tex. expreſſum. l. cùm in vna. in fi. ff. de appellat.

alia eſt opinio gl. in §. ſed & ſi teſtamento. inſti. de attil. tuto. ꝙ ſcilicet iudex ſurrogatur in locum tutoris, cuius authoritate adeat, cùm hic nondum ſit tutor, non confirmato teſtamẽto, idem dicit gl. d. l. ſi nemo. & ponit Spec. d. ti. de tu. in pr. & refert io. Fab. Ang. Plat. d. §. ſed & ſi. iaſ. & alb. d. l. ſi nemo. Hanc dicit eſſe cõmunem Dec. l. bonorum. C. qui admi. in vtraq; lect.

alia fuit opinio Dyn. ꝙ cùm tutor teſtamento tantum ſuis detur, confirmato teſtamento beneficio & potentia ſuitatis, tutela conſequenter quoque ſit confirmata, & ita tutor de iure authoritatem ſuam præſtare poſſit. Et hanc opinionem dicit communiter probari alb. d. l. ſi nemo. Eam quoque ſequitur io. Fab. d. §. ſed & ſi. Cy. l. 2. C. de teſta. tut. bal. l. 1. eod. tit. vbi dicit, ꝙ opinio Dy. eſt ipſa veritas, & in d. l. ſi nemo. Nouiſſimè gl. in d. l. ſi nemo, aliter ſentit, ſcilicet vt detur tutor attilianus, cuius officium expiret ſtatim, adita hæreditate. Hanc opinionem refert io. and. in addit. ad Spec. vbi s. & eam dicit vbique locorum obſeruari ang. d. §. ſed & ſi. & tutiorem eſſe, & ꝙ magis practicatur, & eandem ſeruari, & tutiorem eſſe dicit ibid. iaſ. quod verum eſt, licet opinio Dy. ſit ſatis æqua, dicit tamen Bald. quòd ſecũdum qualitates locorum, ſeruentur remedia prædicta.

## QVAESTIO X.

Quæro, Deficiente tutore teſtamentario & legitimo, quo caſu locus eſt datiuo, à quo iudice dari debeat tutor? Reſp. gl. in §. ſed hoc iure. verb. crearent, dupliciter reſpondet, primò, ꝙ iudex dabit tutorem, qui ſuæ iuriſdictioni ſubiectus ſit, & ſi ibi non reperiat idoneos, ex vicinis locis eligat, & eorum nomina mittat præſidi iſtius loci, vt ipſe præuideat, cùm extra iuriſdictionem tutor dari non poſſit. Secundò dicit gl. quod vel iudex originis pupilli, vel domicilij, vel ſub cuius iuriſdictione bona pupilli ſita ſunt, dabit tutorem. Occaſione huius gl. io. Fab. ibi aliter diſtinguit. Aut enim inquit pupillus habet domicilium, & bona in eodem loco & tunc ſine dubio iudex loci vel prouinciæ dabit. aut pupillus domicilium habet in vno loco, & in alio bona & tunc ſecundùm opinio. Hugo. dabit iudex bonorum, Sed ſecund. Azo. iudex originis dari poteſt, & iſte tutor adminiſtrabit res etiam alibi ſitas, quia cùm tutor detur perſonæ principaliter, iudex perſonæ rectè dabit tutorem, cuius authoritas extenditur ad omnia eius bona, ita tenet quoque Bar. l. 1. ff. de tut. & cur. datis ab ijs, dicens opinionem Azo. eſſe veriorem. Et eandem dicit ibi communem alb. & hæc tenenda reiecta diſtinctione io. Fab.

## QVAESTIO XI.

Quæro, an iudex poſſit tutorem dare ex die, ad diem, & ſub conditione? Reſp. communis opi. eſt, ꝙ non, vt teſtatur Syl. aldobran. §. ad certum. n. 18. inſti. qui teſta. tut. dar. poſ. Et in hoc differt à tutore teſtamẽtario. ratio autem diuerſitatis eſt, quia factum teſtatoris, in eo quod deficit, poteſt ſuppleri per iudicem, ſed factum iudicis per alium non ſuppletur. Hanc rationem tenet Cy. rub. C. de teſta. tut. alb. & Sal. l. 1. C. e. tit. præſertim, cùm iudicis actus debeant eſſe incorrigibiles, & hæc tutela inter alias ſit vltima, & ita nemo ſit, qui poſſit ſupplere. Eandem tenet Bal. ang. Porcus, Nic. de Neap. d. §. ad certum. & eam dicit ibid. communiter approbatam Aldobr. nu. 23.

## QVAESTIO XII.

Quæro, an tutor poſſit dari certæ cauſæ? Reſp. ꝙ non, & hoc expeditũ eſt, per text. d. §. ad certum, & ibi not. gloſſ. & doctor. communiter.

Nota tamen ꝙ ſpeciale ſit in tutore Attiliano, qui datur ad certam cauſam. ſcilicet ad adeundam hæreditatem, & ita communiter reſident doct. vt firmat Aldobr. d. §. ad certum. nu. 31. vbi allegat rationem ſpecialitatis, quod quando filius hæres inſtitutus, dato ei tutore in teſtamento, tutor ille teſtamentarius adminiſtrare non poteſt, ante hereditatem aditam, impubes etiam ſine tutore adire non poteſt, itaque impedimentum vtrinq; concurrit. Quare cùm dari non poſſit regulariter alius tutor à iudice, dum ſpes eſt teſtamentarij, contra iuris regulas ſtatutum eſt, dari poſſe tutorem ad adeundam hæreditatem: & ſic ad certum actum.

## QVAESTIO XIII.

Quæro, Vtrum datio tutoris in teſtamento vſque ad certam conditionem, pendente ea ſit pura, an verò ſtet in ſuſpenſo? Reſp. communiter receptum eſt, ꝙ ſtatim valeat & iudicatur interim vt pura, nec ſtat in ſuſpenſo quò ad validitatem, ſed quò ad reſolutionem tantùm, quia in conditionis euentum reſoluitur, ita tenet gl. l. 2. verb. conditionalis. ff. de in diem addic. quam cõmuniter approbatam eſſe dicit Soci. l. pecuniam. vlt. not. ff. ſi cer. pet. & ibi iaſ. n. 7. Dec. n. 4. not. 4. Soc. conſ. 62. lib. 4. Dec. l. is damnum. §. ꝙ pendet. ff. de reg. iur. & conſ. 279. vbi notanter loquitur in hac materia, & in conſ. 308.

## QVAESTIO XIIII.

Quæro, an tutor datus ſimpliciter intelligatur datus ad vniuerſum patrimonium pupilli vbicunque ſitum? Reſp. communis opi. eſt, ꝙ tutor ſiue detur à teſtatore ſiue à iudice, ſemper ſi detur ſimpliciter, intelligitur datus ad vniuerſum patrimonium, vt firmat Soc. in conſ. 36. libro 1. poſt alios per eum allegat.

## QVAESTIO XV.

Quæro, An mater præferatur auo paterno in tutela? Reſp. iac. de Belui. in auth. de hæred. ab inteſt. §. fi. tenet, ꝙ non, dicit enim quod ſemper in tutela maſculi aſcendentes legitimi pręferri debent fœminis, & quantum ad hoc iura antiqua remanent incorrecta, quia in ſolis collateralibus corrigitur quò ad matrem & auiam tantùm, vt colligitur in d. §. fi. non autem in aſcendentib. & hanc opi. dicit iuri & mẽti cõditorum legum, & æqualitati conſentaneam pract. Ferra. in for. libel. quo agitur ad red. rat. tutelæ, verbo, in ſuo vltimo teſtamento. Sed in contrarium eſt communis opi. vt firmat d. pract. vbi ſup. ꝙ ſcilicet mater & auia præferantur omnibus aliis tutoribus legitimis & datiuis, etiam ſi hi tutores legitimi ſint pupillis, de quorum tutela agitur, linea aſcendenti coniuncti. Quòd tamen verum eſt, ſi ipſi ſint gradu remotiores, quàm eſt mater & auia. ſecus autem ſi aſcendentes maſculi ſint vel gradu proximiores, vel æquè proximi illis, de quorum tutela agitur, tũc enim ipſi præferuntur in tutela legitima matri & auiæ ſecundum not. per Bar. l. ſi quis ſub conditione. n. 8. 9. & 10. & communiter docto.

## QVAESTIO XVI.

Quæro, an matre tranſeunte ad ſecundas nuptias expiret tutela? Reſp. ꝙ ſic, & eſt expeditum, per tex. auth. ſacramentum. C. quando muli. tut. offi. fun. vbi eam opinionem firmat Bar. dicens, ꝙ mater tutrix ſtatim adito iudice, & teſtata voluntatem ſuam de ſecundis nuptiis contrahẽdis, deſinit eſſe tutrix, idem Bar. d. l. ſi quis ſub conditione. ver. quæro an ſtatim. Bar. l. omnem. C. ad Tertul. Dec. c. ex part. el 2. de app. Eandem tenet Pract. Papien. for. libel. qua agit. ad red. rat. tutelæ. verbo in ſuo vltimo teſtamento. Et hanc dicit eſſe communem & receptam opinionem Aldobr. §. interdum. nu. 16. inſti. de curat.

## QVAESTIO XVII.

Sed nunquid hoc locum habet, ſi mater tutrix ſit conſtituta in teſtamento? Reſp. communis & recepta eſt opin. ꝙ ſic, vt firmat pract. Papien. vbi ſuprà, licet contrarium teneat Dy. vt refert Cy. d. l. omnem.

## QVAESTIO XVIII.

Quæro, An cognati admittantur ad tutelas? Reſp. aut loquimur de iure ciuili veteri, & ſunt diuerſæ opi. gloſſarum & doc. Nam gl. in l. j. verbo, conſanguineis. ff. de legi. agna. tut. vult, ꝙ cognati licet deficientibus agnatis vocẽtur ad ſucceſſionem, nullo tamen modo vocari ad tutelas iſto iure, hanc opi. gl. ſequitur Odofr. l. 1. C. eo. tit. contrariam opin. ꝙ licet ſecundum diſpoſitionem iuris cõmunis veteris, cognatis non deferebatur tutela legitima, agnatis exiſtentibus, ipſos tamen ad tutelam legitimam, nullis agnatis exiſtentibus fuiſſe admiſſos, tenet gl. §. ſed agnationis. inſti. de legit. agna. tut. quam opinionẽ ſequitur Bar. poſt Dy. l. 1. ff. eo. & ibi in eandem ſententiam videtur inclinare alb. & Sal. l. 1. C. eo. hanc opinionem dicit veriorem eſſe io. Faber. d. §. ſed agnationis. & ibidem dicit eam eſſe communem Schrader, & ſequitur Nic. Neap. & ang. Licet contrarium teneat ibi Sylueſt. aldobr. nu. 21.

Aut verò loquimur de iure nouiſſimo authenticorum, & tunc nulla eſt dubitatio, poſtquam enim ſublata eſt differentia agnationis & cognationis, cognati æquè ac agnati iſto iure, ſicut ad hæreditatem ita ad tutelam quoq; legitimam admittuntur, vt eſt tex. auth. ſicut. C. de legi. her. & in corpore, vnde ſumitur. auth. de hæred. ab inteſta. veni. §. ex his. & ita dicit Bar. & omnes doc. communiter atteſtante Aldob. vbi s. n. 21.

## QVAESTIO XIX.

Quæro, Tutor tenetur conficere ante omnia inuentarium, vt eſt text. l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tut. coram quo





debeat id facere? Reſp. gloſ. in l. tutores. C. de admi. tut. dicit, ꝙ debeat fieri inuentarium coram iudice. Sed in contrarium eſt communis omnium doct. opi. ꝙ ſcilicet ſufficit, ſi fiat per publicum tabellionem extra iudicium, ita firmat practi. Papien. vbi s. & dicit quod ſic communis ſeruat conſuetudo, & eam tenet Cy. d. l. tutores. & Bal. d. l. tutor qui repertorium.

## QVAESTIO XX.

Quæro, An tutor vel curator datus à iudice ſatiſdet ſemper? Reſpon. in hac q. diſtinguo. Aut tutor vel curator datur à maiore magiſtratu cauſa cognita, & per inquiſitionem, & tũc non ſatiſdat. aut datur ſine inquiſitione ad ſimplicem alicuius petitionem, & tunc tenetur ſatiſdare, ceſſat enim præſumptionis fundamentum, videlicet inquiſitio, propter quam lex iudicat eum idoneum.

Aut datur à minore iudice, & tunc indiſtinctè tenetur ſatiſdare nulla habita ratione, an præceſſerit inquiſitio, nec ne, ita tenet Bart. l. tutores. ff. de confir. tut. Cy. Rubr. C. de tut. vel curat. qui non ſatiſda. Sal. l. 1. C. eo. tit. Et hanc diſtinctionem communiter approbatam firmat Sylueſt. aldobr. inſtit. de ſatiſdat. tut. in princ. nu. 43. vbi dicit ſic eſſe tenendum.

## QVAESTIO XXI.

Quæro, certum eſt, in actibus pupilli tutoris authoritatem requiri, an authoritas debeat interuenire in ipſo negotio vel actu, qui à pupillo geritur, an poſtea ex interuallo? Reſp. hoc expeditum eſt & clarum per tex. §. tutor autem. inſti. de authoritate tutorum. vbi dicitur in ipſo actu præſtandam eſſe authoritatem. Ratio eſt, quia authoritas iſta requiritur pro forma & ſolennitate actus, ad integrandam perſonam pupilli, vnde formaliter quoq; in ipſo actu debet præſtari in ipſo actu, quia à forma recedi nõ poteſt. Raph. Cuma. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. & ibi iaſ. ff. de acq. hæredit. Hanc opinionem tenet Cyn. Bart. Bald. Sal. Paul. de caſtr. & omnes doc. in l. fi. §. neceſſitate. C. de bon. quæ lib. & Fel. & omnes doc. poſt gl. c. edoceri. de reſcrip. Dec. c. cum acceſſiſſent. dicens eam eſſe communem, de conſtit. & conſ. 172. Eandem tenet Bald. c. cùm conſuetudinis. ext. de conſuet. Arch. c. quidam. 18. q. 2. inn. io. And. & Domi. c. 1. de reb. eccl. non alie. Alex. l. 1. §. quæſitum fuit. ff. ad Treb. vbi dicit ita ſentire omnes doc. Eandem tenet Petr. de anch. conſ. 337. incip. de efficacia.

## QVAESTIO XXII.

Sed quid ſi tutor authoritatem præſtet poſtea ſtatim, an talis authoritas immediatè poſt interpoſita valeat? Reſp. gl. d. §. Tutor autem, dicit ꝙ ſic, & eam opin. gl. communiter approbatam eſſe teſtatur ibi poſt alios Aldobr. n. 22. gl. ver. poſt tempus. & doct. in l. ſi qui mihi bona. §. iuſſum. ff. de acq. hær. dicitur enim ineſſe, & in ipſo negotio fieri, quod immediatè ſequitur, antequam ad alios actus extraneos diuertatur. Eandem opinionem. tenet iaſ. l. lecta. per tex. ibi. ff. ſi cert. pet. Specu. in tit. de ſatiſda. §. viſo. ver. deberet autem. præſtari.

## QVAESTIO XXIII.

item quæro. an in authoritate præſtanda ſufficiat ſimplex cõſenſus tutoris, an verò formaliter debeat interponi per verba, authoritatem interpono? Reſp. Ang. d. §. iuſſum. dicit, ꝙ formaliter debeant interuenire verba authoritatis, & eſſe de mẽte inn. c. cùm conſuetudinis. extr. de conſuetu. Eandem opin. tenet Bald. in l. fi. §. neceſſitate. C. de bo. quæ lib. referens Archid. c. quidam. 18. q. 2. idem Bal. d. cap. cùm conſuetudinis, ibi, inn. & Ant. de Butr. Hanc dicit magis communem iaſ. d. §. iuſſum. nu. 13. licet ipſe inclinet in contrariam partem.

Contrariam opinionem, ꝙ ſufficit conſenſus ſine formalitate verborum tenet imol. Paul. de caſtr. alex. & aret. d. §. iuſſum. abb. c. 2. de pact. Signo. de Homod. in conſ. 192. vbi dicit, ꝙ in authoritate præſtanda tutor, vel curator debet loqui, dicẽdo, approbo, agnoſco, vel ęquipollens, & hęc ſententia verior eſt, quæ probatur per tex. d. §. tutor autem. dum dicitur ibi, id eſt, probare debet ꝙ geritur, prout declarat hæc verba l. C. ipſe in l. etiam. ff. eod. quocunque igitur verbo voluntatem & conſenſum declaret, ſufficit, nec enim refert, quid ex æquipollentibus fiat. Et expreſsè probatur in l. 3. ff. eod. dum dicitur, cùm ſe probare dicit. Sed priorem dicit communem Fran. Aret. l. gerit. nu. 7. ff. de acq. hær. vide Silueſt. aldob. §. tutor autem. inſtit. de aut. tut. Tiraq. in legib. Connu. gl. 3. in prin. vſq; ad n. 16.

## QVAESTIO XXIIII.

Quæro, an pupillus poſſit adire hæreditatem lucroſam ſine authoritate tutoris? Reſp. Quidam doct. diſtinguunt inter hęreditatem locupletem ſiue lucroſam & opulentam. Paul. de caſtr. l. more. & l. pupillus. ibi Alex. ff. de acq. hær. videlicet ꝙ licet pupillus ſine tutoris author. lucroſam hæreditatem adire non poſſit, tamen opulentam adire nõ prohibetur. Hanc opi. ſequitur Soc. in conſ. 8. ver. ſecundò principaliter. lib. 4. Dec. conſ. 331. incip. pro reſolutione. nu. 20.

contrariam opi. ꝙ indiſtinctè nec opulentam hæreditatem, poſſit adire ſine tutore pupillus, tenet Cy. Bal. & Sal. l. ꝙ fauore. C. de legib. Bal. l. potuit. C. de iur. delib. ibi iaſ. l. ſi quis mihi. §. ſi ſeruus. n. 8. Et in l. more. vbi dicit ita tenere doct. communiter, & in l. pupillus. ff. de acq. hær. pupillus enim poteſt intelligere cauſam ſuæ aditionis, Ideoque fauorabiliter ei conceſſum eſt, vt ſufficiat ſcientia ipſius tutoris, vt not. in l. pupillus. ff. de acq. hæred. quæ ratio militat etiam in opulenta hæreditate, & ita licet ceſſet ratio. l. more. ne. ſ. vllum damnum ſentiat, tamen hæc remanet, & per hæc corruit fundamentum Paul. caſtr. & aliorum. Eandem opinionem tenet Bald. ang. & Sal. l. mutuum. ff. de acq. hær. Raph. cuma. d. l. pupillus ſi fari. & doct. l. neque. inſtit. de author. tut.

## QVAESTIO XXV.

Quæro, an pupilllus poſſit eſſe in iudicio ſine tutore? Reſp. communis opi. eſt, ꝙ pupillus non poſſit eſſe in iudicio ciuili ſine tutore, cùm non habeat legitimam perſonam. Ideoque ſi habet tutorem, cum eo debet iudicium agi, id eſt, eo authore, vel ſi non habet, debent citari coniuncti eius aliàs ſolius pupilli contumacia non attenditur. Hanc opinionem tenet alex. & doct. communiter. ff. de in ius voc. l. neque impuberes. l. ſi ex legati. cũ l. ſeq. ff. de verb. obl. ibi iaſ. & io. de imol. in l. contra pupillum. ff. de re iudi. & hanc eſſe communem opi. teſtatur Aldobr. §. neque tamen. nu. 27. inſtit. de autho. tut. Limita tamen hanc communem, vt non procedat, ſi quid actum, vel prouinciatum ſit in fauorem pupilli, hæc enim valent. Ratio eſt, quia pupillus quò ad acquirendum & quò ad fauorabiliter geſta, habet integram & legitimam perſonam, vt eſt text. clarus. l. non eò minus. C. de procur. & ibi not. Bart. Bald. Saly. iaſ. & doct. ponderantes gl. in l. neque tutores. C. eod. tit.

Idem dic in cauſa criminali, ꝙ pupillus ſine tutore in iudicio ſtare non poſſit, per tex. expreſſum in l. clarum: vbi not. omnes doct. C. de author. præſtand.

## QVAESTIO XXVI.

Sed quid in adulto ſiue minore. 25. annis? Reſp. Quidã Nic. de Mata. quem refert Cyn. d. l. clarum. diſtinguit inter ea, quæ pertinent ad ſolennitatem iudicij, & ea, quæ tendunt ad veritatis indaginem. Primo caſu vult, adultum ſine curatoris autoritate non admitti, quia nõ habet legitimam & integram perſonam. Secundo caſu dicit non attendi perſonæ inhabilitatem. Hanc opi. approbat io. and. in addit. ad Spec. tit. de confeſſ. §. ſequitur. ver. ſecundò loquitur. ang. l. certum. §. in pupillo. ff. de confeſſ.

contraria verò opinio placuit. communiter doct. ꝙ ſcilicet adultus ſine curatoris authoritate admittatur in iudicio nullo modo, ſiue loquamur in his, quæ ſolennitatem iudicij reſpiciunt, vt eſt litis conteſtatio, ſiue rei veritatem per text. d. l. clarum. Quæ enim ſtatuta ſunt in pupillo, locum habent in adulto curatorem habente. Hanc opinionem tenet Bart. d. §. pupillo. & l. inter omnes §. rectè. ff. de fort. cuius doctrinã communiter approbatam firmat aug. arimi. in addit. ad ang. tract. malef. verb. comparuerunt d. inquiſiti, & confitentur totum. nu. 13. eam quoque tenet ang. ibi, n. 12. alb. de Roſa. & Raph. Fulg. Sal. d. l. clarum. vbi Raph. dicit eam opin. eſſe tutiorem, & ſequuntur ibi Mod. & in d. §. pupillo. Azo. in ſum. de autho. præſtand.

Ex his patet reſponſio ad q. An adultus ſine curatoris authoritate in iudicio poſſit iuramentum deferre? namque glo. in l. iuſiurandum §. pupillus. ff. de iureiur. decidit, ꝙ non debet admitti ſi habet curatorem, quam opinionem gl. tanquam veriorem communiter approbatam eſſe dicit iaſ. d. §. pupillus. n. 11. per ſupradicta. excepto eo, ꝙ dicit adultum habentem curatorem, ſi ſine curatore deferrat iurm, habere reſtitutionem in integrum. Namque in hoc doct. cõiter tenent contrarium, Bart. alb. de Roſa. Bald. Sal. Fulg. vt firmat iaſ. ibi in d. §. pupillus. n. 12. Secùs verò eſt, ſi adultus non habet curatorem, quia tunc iuramentum deferre poteſt, & hęc eſt magis communis opinio, vt teſtatur iaſ. d. §. pupillus. n. 12. & ſi lædatur, habet in integrum reſtitutionem. Adultus enim carẽs curatore poteſt omnia facere, quæ poteſt maior: & tñ ſi lędatur, debet reſtitui.

## QVAESTIO XXVII.

Quæro, An curator ad lites detur inuitus? Reſp. Bald. in l. qui habet §. ſi pupillus. ff. de tutel. tenet, ꝙ ſic. eãdem tenet Io. Fab. §. item inuiti. inſti de cura. per generalitatem tex. l. fi. C. de adminiſt. tut. Bald. d. l. quæ fortuitis. C. de pig. act.

contrariam opinionem, ꝙ imò curator ad lites nõ detur niſi volẽs, tenet idem Bald l. tutori. vbi Alex. dicit eam eſſe communem. C. de neg. geſt. per text. d. §. ſi pupillus. vbi præſentia eius requiritur, quæ non eſſet neceſſaria, ſi cogeretur inuitus

curam acceptare. Licèt curator generalis ad negotia benè detur inuitus per d.l.ſi. Eandem opi.tenet Sal.d.l.tutori. Et eam dicit eſſe communiorem Aldob.d.§.item inuiti.n.17.Poſſunt tamen conciliari hæ opiniones per not.Bart.in d.§.ſi pupillus. ꝙ licet curator detur volens,poſſit tamen cogi ex cauſa,vt patet in curatore bonis dando.& ita procedat opinio contraria. Vtilitas huius eſt maxima, quia ſi curator ad lites cogeret̃ ex neceſſitate officij ſubire onus tutelæ, tunc non teneretur de leuiſſima culpa,ſecùs ſi eſſet voluntarius,vt not.Bald.d.l.quæ fortuitis.

QVAESTIO XXVIII.

Quæro,an prodigo adulto detur curator vt adulto,an verò vt prodigo?Reſp.gl.l.1.C.de cur.fur.dicit, ꝙ ſi quis ſit minor & prodigus,curator non poſſit dari vt prodigo,ſed vt adulto. Idem dicit Bart.l.ſi curatorem.C.de in integ.reſt.mi.Quòd tamen intellige, vt prius interdicatur prodigo bonorum adminiſtratio, & poſtea detur curator vt minori non vt prodigo. Et hoc propter inconueniens,quod aliàs inde inſurgeret,ſi.n. daretur vt adulto curator, obligaretur naturaliter, quod eſt contra.l.is cui bonis, ff.de verb.obl. Hoc autem ceſſat ſi prius interdicta ſit adminiſtratio.ita tenet Bart.& doctor. relati per Alex.qui dicit hanc eſſe com.opi.in d.l.is cui bonis.

QVAESTIO XXIX.

Sed quæro circa hoc,an ſufficiat, ꝙ ſit declaratus prodigus, ſine interdicto, an verò requiratur, ꝙ ei ſit interdicta adminiſtratio à iudice?Reſp. Bald.l.1.ff.de curt.fur.dicit,ꝙ ſatis eſt,ſi declaretur prodigus abſque interdicto, & hanc opi. communiter approbatam dicit Aret.d.l.is cui.

QVAESTIO XXX.

Quæro,Si iudex interdicat alicui adminiſtrationem vt prodigo,qui reuera non eſt prodigus,an valeat interdictio & curatoris datio?Reſp.in hac q.diuerſæ ſunt opiniones. Nam aliqui ſimpliciter dicunt, ꝙ non valeat. gl. d.l.is cui.& in l.ſi putas,ibi Cy.C.de pet.hæred.gl.l.3.C.qui prouoc. non eſt neceſſ. Hanc opinionem tenent Rayne. Ang. imol.& Alex.d.l.is cui. & ibi iaſ.qui dicit eam eſſe communem,& in puncto iuris veriorem.n.14.Eandem tenet Io.Fab.d.§.furioſi.inſtit.de curat.

alij verò diſtinguunt: aut error eſt expreſſus in ſnĩa,& non valet,aut non eſt expreſſus,&valet.Dy.quẽ refert iaſ.d.l.is cui.

alij verò aliter ſentiunt,videlicet,ꝙ licet reuera non ſit prodigus:Tamen propter authoritatem iudicis interdicentis,valet interdictio. Et hanc opi.dicit iaſo.in d.l.is cui.ff.de verbor. oblig.eſſe magis communem, & ab ea non eſſe recedendum, adhibita tamen diſtinctione Bar.ibi,& eam tenet gl.l.ſi ab eo. de vſucap.§. item prodigus. quibus non eſt permiſſum facere teſta.& in d.l.Seia.& ſequitur Cuma.d.l.is cui.dicens eam magis cõem,Alex.ſibi ɔ̃rius.ɔſ.182.vol.5.inci.ſuper eo,de quo.

QVAESTIO XXXI.

Sed hic occurrit pulchrum dubium.Notum eſt,prodigum facta interdictione ipſo iure eſſe ſub cura agnatorum.§.furioſi.ibi gl. inſtit.de cur.an notoriè & manifeſtè prodigo ipſo iure quoque interdicta ſit adminiſtratio,ita vt contrahere,obligare & alienare non poſſit? Reſp.glo.l.is cui lege.ff.de teſt.tenet,ꝙ ſic,eam ſequitur Petr.de Bellaper. imol.& Raph.Cum. Et dicit in puncto iuris ſuſtentabilem eſſe Alex.l.is cui bonis. ff.de verb.obl.Eandem opinionem ſequitur io.Fab.d.§.furioſi.Fred de Senis conſ.31.incip.minor.25.ann. Et eam dicit æquam & rationi conſentaneam Bal.conſ.259.incip.quæritur. vtrum iuramentum notoriè prodigi.

contrariam tamen opinionem ꝙ lex non interdicit adminiſtratione,ſed iudex tenent communiter doct.poſt glo.d.l.is cui bonis. Bart. Bal. Ang.& Paul.de caſtr. Bart. Bal. Ang.d.l.is cui lege.& imol.ff.de teſtam.Bald.c.ex parte,de conſuet.Et ꝙ hæc ſit communis opi. dicit Paul. de caſtr. Alex. & Aret. d.l.is cui bonis. & iaſ.qui dicit eam eſſe veriorem. Eandem dicit in pract.ſeruandam io.de imol.vbi s̃.Eandem dicit communem Rip.d.l.is cui bonis.3.not. licet ipſe videatur contrarium ſentire.Cuius tamen rationes facilè poſſunt infringi.Namq́ue licet prodigus non obligetur naturaliter, ſicut adultus habens curatorem.d.l.is cui bonis. Tamen hoc verum eſt, poſt interdictum non antè,vt ibi dicitur.Præterea licet cura prodigi dicatur legitima:tamen nihil attinet hoc ad interdictionem bonorum:Namq́ue verum eſt,ꝙ lex ipſo iure, facta interdictione deferat curam agnatis,hoc tamen non extenditur ad interdictionem.Nec obſtat.l.1.ff.de cur.fur.ibi Lege 12.tab.prodigo interdicitur adminiſtratio, quia intelligitur Lege, hoc eſt, authoritate legis,vt ibi gloſſ.

Hanc communem opinionem limita,niſi manifeſtè prodigus cõtraheret in vſum manifeſte prodigalitatis,quia ille contractus non valeret, etiam non facta interdictione. Ita tenet Bart.& doct. d.l.is cui bonis. & ibi iaſ.dicit hanc eſſe communem opi.nu.10.& eam tenet Bald.d.c.ex parte.ext.de conſuet.

QVAESTIO XXXII.

Sed nunquid prodigus, ſi iuret in contractu celebrato ſine curatoris authoritate,obligetur,& teneatur ad iuramenti obſeruantiam?Reſp.communis & recepta doc.opi.eſt,ꝙ non,ita tenet Bart.d.l.is cui. Frede.de Senis conſ.46.incip.minore 25. ann.Hanc dicit communem eſſe Alex.d.l.is cui bonis.& iaſ.n. 18. & eam tenet Bald. conſ.260.incip. Gulihel.adultus. Licet contrarium teneant Ant.de But.ca.cùm contingat. 1.memb. principali.ext.de iureiur.Lud.Rom.& Aret.d.l.is cui bonis.

QVAESTIO XXXIII.

Quæro,an prodigus obligetur delinquendo?Reſp.communi. ſententia eſt,ꝙ ſic,ita firmat iaſ.d.l.is cui bonis.n.17.Namq́ue prodigus ꝙ non obligetur in contractibus, introductum eſt in eius fauorem,ne bona dilapidet, ſed delinquens non eſt fauore dignus.Eam tenet Bart.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.

QVAESTIO XXXIIII.

Quæro,certum eſt minorem ſine curatoris authoritate nõ obligari, nunquid ſi minor iuret ſuper contractu, obligetur? Reſp.Recepta doct.ſententia eſt,ꝙ hoc caſu iuramentum faciat contractum validum, & tollat beneficium ætatis, ita firmat iaſ.auth.ſacramenta.C.ſi aduerſus venditionem. nu.6.& n.33.pract. Papien.for.libell.in cauſa venditionis. verb.& ſub eius iuramento.

amplia hoc etiam locum habere in impubere doli capace. Namq́ue & is cum iuramento obligatur, text.eſt c.ex literis. el.2.de ſponſal. Hanc opi.tenet Bart.Sal.& doct.d.auth. ſacramenta.Paul.de caſtr.& Lud.Rom.d.l.is cui bonis.Eandem dicit eſſe communem iaſ.d.auth.ſacramenta.nu.21.& d.l.is cui. nu.19.& eam tenet Alex.l.qui iuraſſe.vbi dicit,Legiſtas tenere communiter contrarium.ff.de iureiur. Abb.conſ.108.vol. 2.imo.c.cùm contingat. 3.memb.prin. quamuis contrarium teneant multi doc.relati per iaſ.d.auth.ſacramẽta.n.21.& ſeq.

amplia ſecundò, vt procedat etiam in ſtatutis prohibentibus contractum minoris qualitercunque cõceptis, ita firmat iaſ.doc.cõi calculo aſſerere d.auth.ſacramenta.n.51. Si enim interponatur iuramentum,firmat contractum. Hanc opinio. tenet Sal.&Fulg.d.auth.dicens pluries conſuluiſſe cõtra Bart. Canoniſtas,Paul.de caſt.ibid. Eam quoq; tenet imol. & Abb. d.c.cùm contingat.& dicit com.Alex.conſ.102.incip.viſis & ponderatis vol.1.& conſ.27.incip.viſo libello. Eandem dicit com.Franc.de aret.conſ.54.incip.in cauſa magiſtri.Licet contrarium velit Bar. d.auth. ſacramenta. in ſtatuto concepto in perſonam minoris.

QVAESTIO XXXV.

Sed nunquid ſupradicta concluſio habet locum, ſi minor tempore iuramenti non ſit certioratus de beneficio reſtitutionis ſibi competente?Reſp.in hac q.doct.ſententiis variant. Vna eſt illorum,qui volũt,quod debeat certiorari. Eam tenet io.de imol.c.cùm cauſam. de empt. & vend. & in l.ſciendum. ff.de verb. obl.licet dicat opi.Bart.in practic. & conſuetudine approbatam.Hanc dicit de iure veriorem iaſ.d.auth.ſacramẽta.& eam tenet Card.clem.pen.de empt.& vend.& ibi Ant.de But.dicit eam eſſe com.quod verum eſſe potuit tempore ſuo. Alex.ſibi contrarius d.l.ſciendum.

alia eſt ſententia illorum,qui tradunt iuramentum firmare contractũ,etiamſi minor non ſit certioratus,& hanc dicit eſſe communem Alex.conſ.27.conſ.42.in 1.vol.conſ.132.vol.5. Eandem firmat magis communem iaſ.d.auth. ſacramenta.n. 56.dicens temerarium eſſe ab ea velle recedere in iudicando & conſulendo,& tenet Bart.d.auth. Bald.l.j.C.de reb.cred.Panor.c j.de emp. Arch.& io.And.c.2.de pact.in 6.Bart.& Ang. l.1.C.de reſcind.vend.& l.ſciendum.de verb.oblig.

QVAESTIO XXXVI.

Quæro, an curator furioſi, prodigi & ſimilium deſinat ſtatim ipſo iure,deficiente defectu? Reſp.ꝙ ſic, & eſt expeditum per tex.l.1.ff.de cur.fur.Hanc opinionem ſequuntur doct.cõmuniter,in d.l.is cui bonis.vt refert Aldobr.§.& furioſi.n.20. inſtit.de cur.quod verùm eſt,dummodò cõſtet, & notorium ſit,ipſos ſanam mentem recuperaſſe,aliàs neceſſaria eſt ſententia declaratoria ſecundum doct. communiter vbi ſuprà.dicit tamen Rip.ibidem,ꝙ deſinat cura ſtatim ante declarationem, ſi probari poſſit ad ſanitatem ipſum rediiſſe,& valent acta per eum ante, & requiritur ſententia non ad finiendam curam, ſed ad tollendam ſuſpicionem ex interdicta adminiſtratione ortam,& ad probationem inducendam. quod & mihi placet.

QVAESTIO XXXVII.

Quæro,an decretum iudicis ſuper rebus pupilli immobilibus alienandis ex falſa cauſa interpoſitum, ſit nullum? Reſp.





Communis & recepta opi.eſt,quòd ſic, vt firmat Syneſter Aldobr.§.ſi quis autem.nu.9. inſtit.de excuſat.tut. Et eam tenet Corn.conſ.132.nu.12.vol.2. Alex.conſ.69.num.1.volu.3.& conſ.207.nu.7.vol.7.Iaſ.l.ſi is ad quem. num.15.ff.de acquir. hæred.Carol.Rui.conſ.160.num.27.volu.2.& conſ.46.nu.3. volu.5.

QVAESTIO XXXVIII.

Sed nũquid ipſo iure ſit nullum,vel opus ſit reſtitutione in decreto?Reſp.communis opi.eſt,quod decretum ſit ipſo iure nullum,nec opus ſit reſtitutione,licet ſecùs ſit in ſentẽtia lata ex falſa cauſa,ita firmat Aldob.d.§.ſi quis.n.12.& doct.in l.iuſtè poſſidet.ff.de acq.poſſ.

Amplia communem opi.vt procedat ſiue cauſa ſit expreſſa in decreto,ſiue nõ:dummodò conſtet ex actis, ita tenet gl.l.2. verb.palàm.C.quan.prouo.nõ eſt neceſ.Bar.l.Seię.ff.de tut & curat.dat.n.2. Et eam opi.dicit com.Raph.Cuma.115.n.6.& Alex.conſ.207.n.7.vol.7.

QVAESTIO XXXIX.

Quæro, an ille, qui poſtulat tutorem vel curatorem ſuſpectum, teneatur ſe ſubſcribere ad pœnam talionis? Reſp.communis eſt opi.quando ciuiliter agimus,ad hoc vt tutor vel curator ſuſpectus declaretur,& ab adminiſtratione ſubmoueat̃, vel alius ei adiungatur,non eſſe neceſſariam ſubſcriptionem, vt firmat Dec. rub.ext.de iudi.Aldob.in prin.num.11.inſti.de ſuſp.tut.vel curat.

QVAESTIO XL.

Quæro, an cognitio ſuſpecti tutoris poſſit delegari? Reſp. Bar.in l.j.§.ſuſpecti.ff.ad Turpil.diſtinguit.ſuſpecti poſtulatio habet duplicem finem.aut, ſc.ad puniendum.& habet locum d.§.ſuſpecti.aut ad remouendum,& tunc cognitio à quilibet, & cuilibet poteſt demãdari. Remotio autem quia duplex eſt, altera,ſc.quæ remouet ſtatim,ac quis poſtulatur ſuſpectus, & hæc poterit declarari per quemcunque,qui poſſit de cauſa cognoſcere:altera eſt effectualis remotio,quæ fit per ſentẽtiam, & hæc non poteſt delegari, niſi delegato prætoris vel legato proconſulis.& hanc opin. ſequuntur doct.communiter.§.datum.Inſti.de ſuſpect.tutor.vt teſtatur.Alex.l.1.ff.de offi.eius.

QVAESTIO XLI.

Sed nũquid ſola cognitio,an verò remotio quoque poſſit delegari?reſp.communis eſt, ꝙ cognitio ſuſpecti tutoris mandari poſſit,non autem remotio,vt firmat Aldob.d.§.datum n. 5.licet ipſe videatur ſentire contrarium, & reuera eſt paſſus valde dubius,vt ibi per eum.

QVAESTIO XLII.

Quæro, An tutor vel curator teneatur de leuiſſima culpa? Reſp.com.opi.eſt,ꝙ teneatur de leui culpa tantùm,nõ autem leuiſſima,vt teſtatur Aldob.§.ſuſpectus autẽ remotus nu.12. inſtit.de ſuſpect.tut.licet gl.ibi velit contrarium. verſi.ob culpam.Et eam tenet opi.Bar.& doct.communiter in l.ꝙ Nerua. ff.depoſ.

QVAESTIO XLIII.

Quæro,Magiſtratus,qui paſſus eſt,vel nõ caueri,vel minus Idoneè,tenetur actione ſubſidiaria.§.ſciendum.inſti.de ſatiſd. tu.quo ordine ſit cõueniendus à pupillo,& an primò tutores & quomodo?Reſp.Hæc materia habet plura capita,igitur diſtinguendum eſt.An vnus tantùm fuit tutor vel curator, & ille primò conueniendus eſt,poſtea verò magiſtratus, item primò conueniendus fideiuſſor tutoris vel curatoris.l.aduerſus. C.de magiſtra.conue. & hæc opi.clariſſima eſt, vt ibi per omnes Doctores.

Aut ſunt plures tutores vel curatores, & omnes pariter tutelam vel curam geſſerunt, & omnes conueniendi ſunt ante magiſtratum.l.Lucius.la 2.§.pe.ff.de adminiſt.tutel.

Aut plures fuerunt tutores,& nullus corũ geſſit,& omnes conueniunt ante magiſtratum,ita ſentit gl.l.ſi plures.ff.de admi.tutor.Cuius opinionem in hiſce duobus caſibus.ſc.quando vel omnes adminiſtrarunt,vel nullus,communiter approbatam dicit Aldob.d.§. ſciendum.nume.27.vt ſcilicet omnes conueniantur ante magiſtratum, nec detur inter eos beneficium ordinis,ita tenet Paul. de caſtr.Purpu.& Docto.l.1.C.de tranſanct.

Hoc tamen intellige, quando omnes tutores ſunt eiuſdem ordinis,aliàs ſi non ſint eiuſdem ordinis,ſecùs eſt.l.Lucius.la 2.§.cum in teſtamento.ff.de admi.tut.Ita dicit doc.ſentire cõmuniter Aldobr.d.§.ſciendum.nu.29. dicit tamen ipſe tex.d. l. Lucius.non eſſe ita generaliter trahendum ad diuerſitatem ordinis,ſed ſaltem intelligendum,quando alter tutor eſt teſtamentarius, & alter datiuus, vt ibi per eum nu.30.hanc quoq; dicit communem Alex.d.l.1.C.de tranſa.

Aut aliqui geſſerunt,& aliqui non,& tunc ſi fuit facta diuiſio per teſtatorem vel iudicem,conuenitur primò gerens,poſtea magiſtratus,& hoc eſt expeditum per l.2.Reſp.2.C.de diui.tutelæ.

QVAESTIO XLIIII.

Sed quid in caſib.quibus vnus pro alio tenetur, vt d.l.2.C. de diuiſ.tut. an prius tenetur contutor,quam magiſtratus?Reſpon.communis concluſio eſt,quòd ſic,vt firmat Sal.d.l.2.q. 7.Aldobr.d.§.ſciendum.nu.31.

QVAESTIO XLV.

Quero,An,ſi per ſtatuta innouentur ſucceſſiones innouentur etiam tutelæ?Reſp.vide ſuprà,ſtatutum. Michael Graſſus.

Tyrannum principem eius vaſalli intollerabiliter oppreſſi poſſunt iuſtè, & licitè occidere, vt tenet, & latè probat Paris de puteo,in tract.ſyndicat. in prin.& Carrerius,in pract.cri.in §.circa,il 2.n.84.cum aliis Regnicolis ſignatis ibi p eum, imò meritorium eſt ipſum principem tyrannum interficere, ſec. Th.de Aquino,in ſecunda ſecundæ art.pen.cuius opinionem tanquam periculoſam reprobant Aug.de Ancona.in tract.de poteſtate eccleſiaſtica q.54.artic.4.fel.in c.cum nobis.ext. de præſcr.n.7.circa fi.d.nu.& communiter omnes doct.ſec.Cæſarem de Perinis,in add.conſtitutionum regni Neap.in conſtit. inchoante ſi damna clandeſtina patientibus,in tit.de homicidiis,& damnis clandeſtinis.in fi.& contra ſententiam iſtã Th. fuit deciſum etiam in concilio Conſtantiæ, teſte fel.in d.c.cũ nobis. verùm quod tyrannus impunè & licitè interfici poſſit latiſſimè probauit,& optimis,& ferè infinitis rationibus,& authoritatib.cõſuluit Cataldinus de Boncompagnis de viſſo, in conſ.55.n.15.cum multis aliis ſeq.quod conſ. reperitur inter cõſilia criminalia diuerſorum,collecta per Io.Bap. Zilettum, in 1.vol.quod certè procederet in tyranno,qui per vim dominatur,nullum ius habens ad illius reipublicæ regimen, hoc equidem caſu poſſet à priuato occidi,vbi nullum aliud ſubeſſet remedium ad illam tyrannidem tollendam,vt no.Caieta.2.2. q.64.art.3.etiam veneno,& proditoriè,ſec.Fabrum,& Ange. in §.ius gẽtium inſti.de iur.nat.gen.& ciui.ſed ſi tyrãnus eſſet verus reipublicę princeps iure ſucceſſionis, aut electionis,tũc ob eius tyrannidem à priuato occidi non poſſet, imò hæreticum eſſet aſſerere hoc licere,vt tradit Alphonſus à caſtr.lib.de hæreſi.ver.tyrannus.& Do.Soto.lib.5.de iuſt.& iur.q.1.art.3. F.Viuius lib.2.opi.310.

Tyranni geſta valent per iuſtitiam,vt eſt com.opi.de qua Pariſius conſ.1.nu.65.vol.1. Bonacoſſ.

# COMMVNIVM OPINIONVM,

## SIVE IVRIS VTRIVSQVE RECEPTARVM

Sententiarum,ex diuerſis Authoribus collectarum,

*LIBER XIX.*

## V

VAgabũdi (vt doctores fantur) ſeu vagi homines dicuntur qui nullum alicubi certum domicilium vbi habitent figentes, per mũdum vagantur.commune aiunt Maria.in c.vlt.nu. 57.de for.comp. Aegidius Boſſ.in prac.tit.de for.comp.n.70.atque ij.vbicunque reperientur tum accuſari tum puniri delictorum vbicunque gentium admiſſorum nomine poterunt.commune aſſeuerant Didac.à Couar.in pract.q.11.n.7.Iul.Cla.in pract.§.vlt.q.39.ver. cæterum.1. E.Suarez.

Vagabũdus poteſt puniri de delicto commiſſo in quolibet loco in quo inuenitur.commu.dicit Bellamer. conſi.11.Probus in Apoſtil.Io.Monach.in ca.inquiſitores.n.5.de hæret.in 6.Alber.in l.hæres abſens.§.proinde,ff.de iud.num.2.Didacus

pract.q.11.nu.7.gl.in l.fi.C.vbi de crim.ag.opor. Clarus d.lib.5.§.fi.q.39.verſ.Cæterùm. P.Fichard.

Vagabundus poteſt puniri de delicto commiſſo in quolibet loco, in quo inuenitur, vt eſt communis opi.Clarus q.39. verſ.cæterum.Soc.in fallentiis reg.87.communem dicens.Et vagabundus eſt, qui non habet certam ſedem domicilium, vel habitationem, vt per Soc.ibi & eſt communis opi.Soarez in eius theſauro ver.vagabundi,nu.2.Clar.vbi ſupra verſi.ſed hic quæro. Vnde bānitus, qui certam ſedem non habet, & per mundum vagatur, vagabundus dici poteſt:alias ſi habet domicilium, ſeu habitationem ſecus eſt.Clar.ibi ver.fuit interrogatus.De vagabundo Nouellus reg.220. Bonacoſſ.

Valiſiam cauponi hoſpes aperire, & oſtendere quæ intus habeat, non tenetur.com.dicit iaſ.in l.in actionib. num.41.ff.de in litem iur.nu.43.& ſi quid ex ea furatum ſit, ſtatur iuramento hoſpitis contra Cauponem. com.d. iaſ.in d.l.in actionib.n.41.& Diaz.reg.186.& Phanuc.de in lit.iur.nu.72.Pariſ.conſi.74.nu.11.& ſeq.lib.1.Clar.lib.5.ſent.§.furtum.verſ.pro complemento. P.Fich.

valorem fructuum beneficii impetrans, non tenetur probare, ꝙ ſatis eſt ſi dicat verum valorem expreſſiſſe. Io.de Rip. in c.ad aures.de reſcript,nu.77.com.dicit. Villalob.

vani timoris nulla eſt ęſtimatio.l.ſi quis ab alio.ff.de re iud. Bellon.

PRO.vanæ voces populi non ſunt audiendæ.l.decurionum. C.de pœn. vnde malè fecit Pilatus, qui ad populi clamorem Chriſtum condemnauit.ibi not.Accur. idem.

variare poſſunt aſcendentes petendo hęreditatem ex teſtamento, vel ab inteſtato.Boer.dec.33.nu.19.com.d. Villa.

PRO.varię ſunt hominum voluntates.l.quia poterat.ff.ad Treb.vt in cauſu l.non nudis.vbi gl.C.de emanc.lib.

OBIEC.Arg.contrà de l.cum eum.C.de ado.& l.1.C.de reb. alien.non aliena.

SOL.Sed ibi in actibus præiudicialibus, in quibus exprimenda eſt certa cauſa voluntatis, vt in l.cum hi §. igitur oratio. ff. de tranſact. Bellon.

PRO.variatio ſeu mutatio fieri non debet.l.ſerui electione. ff.de leg.j.l.huiuſmodi.§.Stichum.ff.eod.tit.l.apud Aufidium. ff.de opt.leg.c.quod ſemel.de reg.iur.in 6. Bellon.

OBIEC.Contrà de l.nonnunquam.ff.de coll.bon.vbi mutans conſilium approbatur.

SOL.Ibi ſpeciale in hæreditate paterna, quæ eſt quaſi nobis debita.in §.1.auth.de tricnt.& ſemiſ. idem.

OBIEC. Præterea contra de l.1.§.ſi ſic depoſuero. ff.depoſ. vbi inquit text.quem poſſe mutare voluntatem. & l. eum qui certarum.§.1.ff.de verborum obliga. vbi mutatio voluntatis admittitur.

SOL.In vltimis voluntatibus regulariter mutare non licet, quia electio trahit ſecum executionem, vt hic, ſecùs in contractibus, niſi poſt obligationem contractus.l. in commodato.§. ſicut.ff.commo & ita procedunt contraria. idem.

variatio & mendatium ſola non facit indicium ad torturam niſi ſit cum aliis adminiculis & coniecturis, ſeu indiciis, quia tunc erit indicium ad torquendum, vt eſt communis opin.de qua Plotus in l.ſi quando,n.886. C.vnde vi. Bene facit ſolam ſuſpicionem, vt ibi.vide Franc.Mar.deciſ.281.in 2.par.vbi dicit, quòd debent præcedere indicia, alias ſi milleſies variaret, vacillaret, aut ratificaret, non teneretur, nam reo licet variare, & diuerſis, ac contrariis ad ſui defenſionem exceptionibus & defenſionibus vti, vt per Pariſi.conſ.169.num.27.in 4.vol.Et variatio extra ſubſtantiam delicti non operatur indicium cōtra reum.communis eſt opi. Burſatus conſ.20.nu.21.& vide in conſ.79 nu.15. Bonacoſſ.

PRO.Varietas temporum, & locorum, varietatem pretiorū inducit, l.pretia rerum.§.nonnullam.ff.ad leg.Falc. Bellon.

PRO.Varietas temporum varietatem conſtitutioneum inducit.in c.non debet.de conſang.& affinit. idem.

varietas Rei, quæ eſt ſine trepidatione & inconſtantia, non eſt in conſideratione. ſed oportet, vt ſint alia indicia arbitrio iudicis, vt eſt communis opi.D.Hier.Gabri.in conſ.183.nu.3. Blancus in l.fi.nu.259.ff.de q.Clar.q.21.verſi. mendacium, & quòd variatio, vacillatio, pallor, timor, & ſimilia tanquam à maleficio remota non faciant indicium de per ſe. ponit dom. Brunorus in vnico eius conſ.n.75. vbi ipſe communem opin. dicit.Et licet reus variet & vacillet, non propterea tormentabitur, quia licet reo variare ſine pœna, vt eſt commun.opi.ab omnibus practicis & bonis doctoribus tanta, vt dicit idem D. Brunorus d.conſ.vnico.nu.115.& vno verbo dicit, quod materia vacillationis & variationis eſt cōſiderabilis ad torturam in teſte, non autem in principali, vt dicunt omnes loquentes de materia. Bonacoſſ.

vaſallus abutens re feudali, notabiliter eam deteriorando, poteſt feudo priuari. communem dicit Clar. in §. feudum. q. 56. P.Fichar.

vaſallus alienans feudum domino ſciente & tacente, videtur habere conſenſum domini, ideò pœna non incurrit.com. in §.feudum.q.31.ver.vlt. idem ex eodem.

vaſallus alienans feudum, ſi habeat filios & agnatos, tunc ſi alienatio ſit iure facta, filius præfertur agnato quò ad reuocationem feudi, ſi autem ſit facta iure refragante. tunc agnatus præfertur filio.com.dicit in §.feudum.q.42. verſic. Sed pone. idem ex eod.

Vaſallus commiſit Feloniam, ſed mortuus eſt priùs, quàm dominus querelam contra eum inſtitueret, eo cauſu dominus non poteſt querelam intentare contra hæredes vaſalli niſi eſſet in caſu quo vaſallus ipſo iure priuaretur feudo.com.in §.feudum.q.65. idem.

Vaſallus delinquens rem feudalem, non propterea liberatur à præſtatione ſeruitij.com.in §.feudum.q.34.verſ.contrariam.in fi. idem.

Vaſallus etiam ſi renuntiarit feudum, atque etiam renuntiare potuiſſet, tamen propterea non poterit poteſta offendere dominum.& ſi faciat, debet puniri.comm.in §.feudum.q.33. verſ.Sed poſito. idem.

Vaſallus ex cauſa non petitæ inueſtituræ, non cadit ipſo iure feudo, ſed requiritur ſententia declaratoria. com. in §.feudum.q.49.ver.Item quæro. idem ex eod.

Vaſallus faciens contra contenta in iuramento fidelitatis, poteſt priuari feudo.com.in § feudum.q.54. idem.

vaſallus habens caſtrum cum pertinentiis, ſi inter ipſum, & dominum oriatur contentio de pertinentiis, nempe, ſi dominus diceret omnia bona, quæ vaſallus haberet in territorio illius caſtri, pertinere ad ſe ratione caſtri, eo caſu incumbit onus probandi ipſi domino.com.in §.feudum.q.18.in fi. idem.

vaſallus habens feudum antiquum, ſi illud recipiat à domino tanquam nouum, ſibi quidem præiudicat ſed quantum ad ſilios & agnatos eius, non poteſt illis per hoc ſolum factum præiudicare, niſi ipſi fortè in tale factum conſenſiſſent. com. dicit Clar.in §.feudum.q.8.ver.quæro nunc. idem.

vaſallus habens feudum pro quo tenetur præſtare certam penſionem, non propterea cadit feudo, ſi per biennium, vel triennium ceſſauerit à præſtatione, vt fit in emphyteuſi.com. in §.feudum.q.51. idem.

vaſallus inhabilis ad pugnandum (vt qui habeat abſciſſa brachia) non tenetur dominum adiuuare, & ſi aufugerit in prælio non priuatur feudo, nemini enim imputandum quod nō faciat id quod facere non poteſt. com. in §.feudum q.21. ver, item quæro.

vaſallus inſtituens vnum ex filiis in re certa, nihilominus filius ille ſuccedet æqualiter cum aliis hæredibus vniuerſaliter inſtitutis, com.in §.feudum.q.86.

vaſallus licet in alienatione proteſtetur, ſe alienare. ſaluo, & reſeruato domini conſenſu, vel ſaluo iure directi dominij, non releuatur, ſi ſequuta ſit traditio. com.in §.feudum.q.31. ver. item quæro. Sed ſi diceret ſe alienare ſaluo conſenſu domini.& non aliter, nec alio modo, talis proteſtatio verbis gemi. concepta faceret releuari vaſallum, etiam ſi ſequuta eſſet traditio.Eadem q.ver.Bene verum eſt. idem.

vaſallus miles habet annum & menſem ad petendam inueſtituram.com.in §.feud.q.49.ver.Intellige. idem.

vaſallus minor ſi non petierit inueſtituram intra debitum tempus poterit petere reſtitutionem in integrum.comm.in §. feudum.q.49.ver.Sed quid ſi. idem.

Vaſallus non poteſt incidere arbores fructiferas in feudo feudali.com.in §.feudum.q.47.

Vaſallus non poteſt pro dote filiæ ſuæ, quam nuptum dare vult, grauare ſubditos, niſi appareret de ſpeciali contraria conſuetudine.

vaſallus non poteſt rem feudalem ſine conſenſu domini alteri dare in emphyteuſim.com.in §.feudum.q.34. ver.item etiam. idem.

Vaſallus non poteſt ſine conſenſu domini alteri conſtituere vſumfructum in re feuda. comm.in §.feudum.34.verſ. Sed nunquid.

vaſallus non priuatur feudo propter alienationem quæ ex aliquo capite nulla & inualida erat.comm.in §.feudum.q.31. ver.Sed quæro. idem.

vaſallus non tenetur in adiuuando domino præponere ſalutem domini ſaluti propriæ.com.d.in §.feundum.q.Sed quæro. idem.





Vaſallus occidens ſeipſum, non priuatur feudo. com. in §. feudum.q.58. idem.

vaſallus per metum delinquens non excuſatur. com. in §. feudum.q.61.niſi iuſtus metus eſſet. idem.

Vaſallus per ſubinfeudationem à ſe factam alteri, nō poteſt præiudicare agnatis ſuis.com.in §.feudum.q.32.ver.ſed circa. in fi. idem.

vaſallus plures habens dominos, ſi contra vnum tātùm delinquat, nō cadit toto feudo, ſed tantùm parte.com.d.in §.feudum.q.53.ver.Modò. idem.

vaſallus poſt alienationem factam, ſi feudum recuperet, nō ideò euitabit pænam.com.in §.feud.q.31.ver.ſed quid.idem.

vaſallus poteſt alienare commoditates feudi, ſed non valebit illa alienatio, niſi durāte vita eius.com.in §. feudum. q.31. ver.ſucceſſiuè. idem.

vaſallus poteſt dominum ſine venia in ius vocare. com. in §.feudum.q.25. idem.

vaſallus poteſt priuari feudo propter amicitiam contractā cum inimicis domini. ſi fuit contracta in perniciem domini. com.in §.fudum,q.54.

vaſallus qui intra annum.& diem nō petierit inueſtituram, non cadit feudo, ſi id tempus feudum non poſſederit. com.in §.feudum.q.49.ver.item quid. idem.

vaſallus regulariter nō poteſt diſponere de feudo in ſuo teſtamēto.com.in §.feudum.q.40.Fallit in feudo abſolutè hæreditario, & in feudo nouo, vt d.q.ver.ſed.quia, cum ſeq. idem.

vaſallus requiſitus, vt comitetur Imperatorem proficiſcentem Romam pro coronatione, ſi fuerit inobediens, priuatur feudo.com.in §.feudum.q.66. idem.

vaſallus ſciens imminere periculum domino, ſi ipſum non certiorauerit, poteſt priuari feudo.com.in feudum.q.57.intellige quando potuit ipſum certiorare, & non fecit.com.in dic. verſ.Hæc tamen.& licet nō ſtatim potuit dominum certiorare cùm reſciuit, tamen tenetur facere, cum primum occaſionem ſeu poteſtatem habuerit.com.in d.q.57.ver.ſed quid.

vaſallus ſi cadit feudo, quia illud irrequiſito domino alienauerit.tunc ſi ſit feudum nouum, reuertitur ad dominum:ſi verò ſit antiquum aperitur filiis agnatis. Magis com. d. in § feudum.q.66.ver.Hanc etiam.cum præced. idem.

vaſallus ſi coactus deliquit, non imputatur ipſi pro culpa, com.in §.feudum.q.61.in prin. idem.

vaſallus ſi deliquerit directò in perſonam domini, tunc feudum aperitur domino, excluſis & filiis, & agnatis vaſalli delinquentis.com.in §.feudum.q.66.in prin. & ver.ſed ſi feudum, cum ſeq.ſi tamen feudū datum eſſet Titio & eius hæredib.de vno ad alterum reuertendo.vel Gaio, Titio, & Seio, omnib. principaliter vel inſolidum, vel attentis meritis ſingulorum, tūc vnius culpa non noceret aliis.d.q.ver.ſed in omnem. idē.

vaſallus ſi nō directò deliquit in perſonam domini, tunc ſi ſit feudum nouum, applicatur domino.excluſis & filiis & agnatis, ſi autē ſit antiquum, tūc reuertitur ad agnatos.ad q. ver. aut verò.cum ſeq:Nota tamē, ſi feudum eſſet receptum à patre, vel quo ipſius delinquentis, expreſsè pro ſe & liberis, vel ꝑ ſe & filiis.vel huiuſmodi tunc indiſtinctè oēs agnati & filij ipſius delinquentis admittuntur, ſed ſi feudum eſſet ſimpliciter receptū (quod feudū aliqui informe vocant) puta, Cōcedo tibi caſtrum hoc in feudū:in eo caſu excludūtur filij: & omnes deſcēdentes delinquētis, itemque eius agnati omnes intra 4. gradum.ita com.diſtingui ait in d.q.66.ver.ſed quæro. idem.

vaſallus ſi dicat dominum appoſuiſſe in reuocatione feudi pacta inſolita nō ipſi ſtatim creditur, ſed tenetur probare eſſe pacta inſolita.com.in §.feudum.q.20. idem.

vaſallus ſi efficitur monachus, feudum finitur, niſi pręſtaretur tale ſeruitiū, quod honeſtè à clerico ꝓſtari poſſet, vel per ſubſtitutum idoneum, vel etiam, ſi præſtaretur res aliqua vel pecunia, tunc.n.feudum tranſiret ad monaſterium: & ibidem remanet durante vita vaſalli.com.d.in §.feudum.q.78. idem.

vaſallus ſi fuit inductus in actualem poſſeſſionem feudi cōpetit ei pro feudo vtilis rei vendicatio, tam contra dominum, quàm extraneum.com.d.in §.feudum q.89.ver.tu dic. idem.

vaſallus ſi incurrit pœnam priuationis feudi: non priuatur ipſo iure:ſed requiritur ſententia.com.in §.feudum.q.62. idē.

vaſallus tenetur adiuuare dominū:etiam contra proprium partem, filium vel fratrem ſuum. com.§.feudum.q.12.ſed nō contra ſeipſum.ead.q. in fi. idem.

vaſallus tenetur dominum defendere, & iuuare contra omnes:idque propriis ſuis ſumptib.com.in §.feudum. qu.21.niſi de proprio eſſet impotens.ibid. idem.

Vaſalli de feudo litigantes non poſſunt prorogare iuriſdictionem alterius iudicis, ſine licentia domini.com.in §.feudū. q.90.ver.ſed quæro. idem.

Vaſallus non tenetur iuramentum fidelitatis præſtare omnibus filiis qui ſucceſſerunt domino feudi:ſed vni tantùm.Fran. de Are.in l.2.§.in his.ff.de verb. oblig.com. d.quem refert iaſ. in l.de pupillo.§.ſi plurium.nu.6.ff.de no.oper.nun. Villa.

vaſallus tenetur de iure oſtendere domino (ſi exigat) ſpecificare: & demonſtrare bona quę ab ipſo in feudum obtinet. gl.in conſtitu.imperialem.§.illud quoque. in ver. niſi requiſitus, quam ibidem ſequuntur & expreſſe tenent Iac.de Bel.Bal. Iſernia, Aluarot.M.Laudenſis, Præpoſ.Matth.de Affl.Et idem ferè omnes rurſum in c.1.§. Vaſallus, ſi feudum. & §.vaſallus feu.ſi de feu.def. conten.ſit. Et eſt communis.Quòd ſi nollet bona ſpecificare, tunc pro toto patrimonio vaſallus eſſe præſumeretur, ſecundùm memoratos doc.in dictis locis.contrà. vaſallus ſi probabiliter dubitet, quæ bona maiores ſui & ipſe à Domino in feudum acceperint, petere poteſt à domino, vt ſibi bona pro quibus ſeruire debet, vel eorundem fines, terminos & pertinentia, ſpecificet & demonſtret, non minus iure feudali, & apud eius Interpretes receptum eſt.Id enim glo. d.ver.niſi requiſitus.Et ibidem præallegati doc.tenent.dominus ſiquidem & vaſallus, exceptis certis caſibus (quorum 15. enumerat Matt.de Affli.dec.265.n.2.) ad paria cenſentur tex. eſt in c.1.de for.fidelita.quem Bal.ibi dicit eſſet terribilem dominis.Et eſt canoniſatus in dec.229.q.5.c.de forma.admonēt tament Iſer.Aluar.& Præpoſ.pro caut.vaſallum hanc requiſitionem, eo tempore, quo de feudo inueſtitur facere, petere debere, vt bona feudalia expreſſe inueſtitura cum ſuis pertinentiis & finibus, &c.declarentur, Si enim poſt inueſtituram petere vellet talem declarationem, tunc dominus fortè exiguum aliquem fundum, illi demonſtraret & diceret, ecce hoc eſt feudum tuum, &c. ceterum nihil fraudis inter dominum & vaſallum eſſe debet tex. in c.imperialem.§. præterea 1. De prohibi.feud.alie.per Frede. I.Fichard.

vaſallus per non petitā inueſtituram, nō eſt priuatus feudo, ſed venit priuandus, domino volente. Curt.iu.conſ.142.nu.2.com.dicit. Villal.

ADDITIO.vnde ſi intra annum & diem, vel menſem à lege traditum, in quo poſt mortem domini petere debet inueſtituram à domino hærede, vt per Bal.in c.j.quo temp.mil. inueſt. pet.debeat, in prin.in vſib.feu.& ibi Prepoſ.Aluar.& alij.& fuerit impeditus, currit ſibi tempus, nec proteſtari tenetur dum tempus eſt vtile, & de facto feudum non aufertur, ſed cauſa cognita.Io.de Ana.conſ.32.vltra alia.n.2.cum addit.Lud.Bolog.n.12 refert.Mar.Ant.Bard.in tract.de temp.vti.& contin. in c.9.nu.2.

Vaſallus ſi committit Feloniam, & dominus remittit delictum, hoc feudum non dicitur nouum ſed antiquum.Io.de Imol.in c.2.nu.16.de feudis.com.dicit. B.Vil.

vaſallus non poteſt conſtituere vſumfructum in re feudali inſcio domino. iaſ.in l.poſſideri.§.ex contrario.num.66.ff.de acquir.poſſeſ.com.dicit. idem.

vaſallus licet poſſit infeudare quem idoneum ad ſeruiendū pro feudo, illa tamen infeudatio durat per vitam primi vaſalli, ſtatim tranſit ad dominum, iaſ.d.§.ex ꝯrio.n.72.com.d. idem.

vaſallus nō præſumitur ex pręſtatione decennali ſeruitiorū perſonalium, ſed requiruntur 30.anni, facta tamen cōtemplatione rei vel cauſæ, Balb.de præſc.par.3.quæſt. verſ.de primo, com.dicit. idem.

vaſallus ſine venia dominum in ius vocare poteſt. com. d. iaſ.in l.ſi non ſortem.§.libertus, de cond.inde.& Nic.Euerard. in Top.legal.loco.59.vt refert Minſ.obſ.92.cent.4. Et ſic obſeruatur in Camera. I.Fichard.

vaſallus non æquiparatur per omnia vſufructuario, ſed pinguius ius obtinet, quia habet vtile dominium. Et habet vtilē rei vendicationem, quæ non competit vſufructuario, com.dicit Zaſ.conſ.12.nu.29.lib.1. idem.

vaſallo mortuo, in quo generatio ſuæ familæ finitur, tunc poſſunt eius conſanguinei officio iudicis petere, vt ipſi præ aliis cum feudo inueſtiantur à domino, qui tenetur etiam illos potius quàm alios extraneos, inueſtire, aliàs enim ipſis fieret iniuria.Hanc opi.com.dicunt Fran.Curt.in tract.feu.in 2.par. q.15.Dec.conſ.131. nu.2.vbi ſcribit non videri dubitandum eſſe, ꝙ iſta ſit cōis ſententia. Et inſuper allegat Lud. Ro.conſ.22.& Alex.conſ.80.lib.j.Et And.Sicu.c.j.ext.de loca.dicentes hanc cōem eſſe.Item cōem dicunt Apoſtil.in addi.in ſuis add. ad Alex.d.conſ.80.n.xj.Pariſ.conſ.28.in prin.vol.j.Et And.Tiraq.(infinitos prætereà accumulans) in lib.2.de retra.in pręfa. n.41.cum ſeq. Vt autem procedat hæc concluſio, requiritur primò, ꝙ conſanguinei petant talem renouationem intra annum, aliàs.n.eo elapſo, præſcriptum eſſet huic iudicis officio

Bart.in l.j.§ permittitur.Et ibi Apoſtil.cum concor.ff.de aqua quotid,& æſti. Et idem Apoſtil, rurſum ad Bart.in l.ſicut.C.de præſcrip.30.vel 40.ann.Secundò,ꝙ petant re integra,& antè, quàm dominus de his feudis alios inueſtiuiſſet. Alex. conſil. 10.in fi.vol.3 poſt Lud. Rom. conſ.68. viſo themate & quæſtionibus ſupra poſitis in 2.dub.Tertiò,ꝙ tales conſanguinei, vel cognati ſint hæredes defuncti vaſalli,ſecundùm Dec in d. conſ.131.poſt Alex.d.conſ.10.circa fi.Sed contrarium huius, ꝙ imò hoc non requiratur,tenet idem Dec.(ſibi contrarius) in conſ.78.nu.3.quam opinionem ibid.approbat Apoſtill.ad Alex.in d.conſ.in re videlicet non hæreditaria. I.Fich.

Fallit tamen prædicta communis concluſio,ſi dominus feudum ſibi apertum non infeudare vlterius, ſed ſibi,ſuiſque poſteris reſeruare velit.Hoc enim poſſet.Caro.Rui.cōſ.152.volu.1.quem ſequitur Apoſtil.in addit.ad Dec.in d.conſ.131.in prin.quia,inquit,eſt tantùm æquitas quædam,vt extraneis,tātundem offerendo præferantur, vt per Bartol. in l.1. in fin.de priuil.credi. I.Fich.

Si per mortem vaſalli feudum aperiatur, & ad dominum reuertatur,dominus feudi,ſiue prælatus, etiam ſi iureiurando fidem ſuam adſtrinxerit, quod Romano Pontifice inconſulto nequaquam de nouo alienaret, ſi tamen eccleſiæ ſuæ, quò alienatio ita viderit expedire,illud iureiurando non obſtante, liberè poterit alienare,ad conſultationem Mediolanenſis archiepiſcopi.Innoc.iij.reſpondiſſe habes ex decret. ex parte de feud.ibi,liberè ſi videris expedire,ꝙ verbum,liberè idem,ſine alicuius impedimento, & contradictione importat. c.licet in fi.de ſepul.in 6.l.libertas in prin.ff.de ſta. hom.cum ſimil.facit etiam pro concluſione tex.in c.1.ſi vaſſa. feu. pri. vbi ſi vaſſallus propter delictum in dominum commiſſum feu priuetur, non tranſit feudum ad filium, niſi ex gratia dominus illi concedat,quod verbum ex gratia, liberam facultatē denotat nullo iuris aut obligationis vinculo adſtrictam c. gratioſè, & c. gratia. de reſcrip. in 6, ex qua concluſione ad emphytheuſim inferri poſſe videbatur, cum de vno ad alterum procedat argum.com.doct.ſententia,vt Soc. ſcribit, conſ.167.non vtilis. libr.2. niſi iure communi contrarium ſtatutum & prouiſum reperiatur, maximè quando diſpoſita, & dicta in feudis non exorbitarēt à iure communi,nec illi aduerſantur,ſecùs ſi ſunt contra ius commune, quia eo caſu non habent locum in emphyteuſi,tradunt doc.in c.j.de feud.& hanc æquiparationem. facit gl.in c.1.in ver.aut vtrunque.in tit.an agnatus.verſ.hinc quoque dixit Hoſt.in ſum.de feu.in prin.& Iſer.in primo feu. in 3.car.ver.item quæritur in feudatario quòd cōtractus feudalis & emphyteuticus ſunt ſimiles, & licet doct. quandoque differentiam conſtituant inter vnum & alterum, vt patet ex not. per Bart. in l.vt iuriſiurandi. §.ſi liberi. ff.de ope. liber. & per Bal.in auth.ſi quis ruinas.C.de ſacroſ.eccl.declarant tamē illud verum eſſe & procedere in caſibus,in quibus iura in feudo loquentia ſunt cōtra regulas iuris communis, aliàs ſecùs. Nam eo caſu iura loquentia in feudis adducuntur, & deſeruiunt ad deciſionem earundem dubitationum in contractu emphyteutico emergentium, vt omnes poſt Bart. inquiunt in l.ſi mihi & Titio. ff.de verb.obl.contrarium tamen eſſe tenendum, probatur ex traditis per Bart.in l.1.§. permittitur.ff. de aqua quot.& æſtiua.l.1.in fi.per illum text. ff.de priuil.credit.quibus in locis cōcludit,ꝙ finita emphyteuſi,vt quia conceſſa fuerit vſque in tertiam generationem eaque finita ſit, ſi concurrant agnati eorum,quorum linea eſt extincta,& extranei requirentes dominum emphyteuſis, vel prælatum eccleſię,vt de ipſa emphyteuſi inueſtiat,& rem emphyteuticam eis concedat, præferre debet agnatos, aliàs illis iniuriam infert, dixit etiam Bald.in addit.ad Spec.tit.de loca, ꝙ dominus emphyteuſis debet potius renouare eam poſteris eius qui olim fuit emphyteuta,quam aliis extraneis,& ſi aliis cōcedit, infertur agnatis iniuria allegat d.l.1.§. permititur. ff.de aqua quot, & æſtiua.hancque com.ait,& tenet Alex.conſ.80. viſo & animaduerſo.nu.7.lib.1.vbi latius videre poteris. Turzan.

Vaſalli an poſſint eſſe teſtes in cauſa domini ſui, & ſi depoſuerunt in fauorem domini, an illorum dictis fides habenda ſit?Variæ ſunt inter doct. opiniones,quarum 11. refert Matt. de afflict. deciſ.304.Et in fine ſic ſcribit: Fuit concluſum per totum conſilium,nemine diſcrepante, quod vaſallus pro domino ſuo poteſt eſſe teſtis. Et quod dominus in eum habeat merum,& miſtum imperium,& ei iurauerit fidelitatem,dummodò non probetur,quod ſit grandi amicitia coniunctus domino. vel ſit vilis perſona, vt angarius vel parangarius, qui propter eorum vilitatem repelluntur à teſtimonio, &c.idem,

vaſallus alienans feudum ſine conſenſu domini licet priuetur feudo, & etſi poſtea recuperauerit.c.j.tit.quid iuris ſi poſt alienationem feudi vaſallus id recuperauerit. tamen hoc non admittitur,ſi recuperatio facta fuerit ante traditam poſſeſſionem ipſius feudi venditi, Quia eo caſu excuſatur à pœna caducitatis,cùm allegatus textus ſecund. doct.communiter intelligatur de alienatione perfecta per traditionem, quoniam res videtur quodammodo integra ante traditionem.l.ab emptione. ff. de pact. itē alienatio eſt actus per quem dominium transfertur.l.j.ff. de fun.dot.quæ fit mediante traditione.l.traditionib.C.de pact. Aluar.d.c.1. n.3.ver.quæro ab extra,quid ſi vaſallus vendens recuperauerit venditionem d.tit.quid iuris ſi poſt alien.Alex.de imo.in l.ſi à me.n.4.ff.ad l.falcid.Franciſchin.Curt.in trac.feu.in 4.par.n.103.ver.decimotertiò quęro.Et hanc ſententiam communiter approbari meminit Rol. à Valle in conſ.51.nu.6.in 2.Tom.conſ. Kirchouius.

Vaſallus quando priuatur feudo propter delictum non debent de illo feudo inueſtiri,nec filij,nec alij deſcendentes, neque agnati, qui ſunt coniuncti infra quartum gradum, ſed agnati exiſtentes in quarto gradu vſque ad infinitum admittuntur ad feudum.per text. in c.ſi vaſallus culpam. ſi de feud. defun.controuer.fuerit inter dominum & agnatum vaſalli.Si vaſallus culpam commitat, propter quam feudum amittere debeat, neque filius neque eius deſcendentes ad id feudum reuocabuntur,ſed agnati,qui quarto gradu ſunt.& c.vnico.ſi vaſall.feud.priuet. cui defera.qui tex.intelligūtur de antiquo feudo,ꝙ ſi eſſet nouum feudum,in eo non ſuccederet aliquis agnatus.c.j.de duob. fratrib.de nouo benefic.inueſti.Item intelligi debet ꝙ delictum non fuerit commiſſum contra dominum,quia ſi fuiſſet cōmiſſum contra dominum,etiam ſi eſſet feudum paternum ſeu antiquum deuolueretur ad dominum excluſis omnib.agnatis.per tex.in c.j.§.deniq;.quæ fuit cau. 1. benefic.amit.& tñ illa iura ſuper allegata excludunt deſcēdentes, & agnatos proximiores quarto gradu à ſucceſſione feudi,per rationem,quam aſſignat Bald.in d.c.ſi vaſallus culpam. Quia quantò agnati ſunt proximiores vaſallo delinquenti, tantò magis videntur infici eadem macula.l. humanitatis. C. de excuſ.tu.& etiam propter ſuſpicionem,quia ſæpè ſolet eſſe ſimilitudo & audacia in talib. coniunctis. Quam ſententiam veriſſimam eſſe inquit Alex. de Neuo.conſ.98.nu.17.18.19. 20.21.22.& 23.in 1.Tom.conſ.ad cauſas crimi.recens editorum,vbi & ipſe Iac.Aluar, ſententiam reprobat,& quæ ſit cōmunis opi.n.23.indicat quæ tamen propter tex.allegatos hoc in caſu,eo conſulente,non eſt retinenda. Kirchouius.

vaſallum non teneri dominum, qui ob debita in carcerem eſſet coniectus,liberare, eiuſque debita creditoribus ſoluere, doct.in c.licet vaſallus.Aluar.n.7.ver.quęro quid ſi dominus. & Præpoſ.n.3.eod.verſ.tit.ſi de feud.defun.conten.fuer.inter domi.& agna.vaſalli. tradiderunt. Et hanc ſententiam cōmuniter approbari ſcribunt Zaſ.in tract.feud,par.7.c.ad quid vaſallus domino & dominus vaſallo teneatur. n.47. verſ.ſi porrò dominus inops eſſet.Et Vaſquius in lib.1,controuer.illuſt. c.6.nu.6.ver.decimonono. Licet de hac quæſtione multi doctor.dubitarint,quos referunt Aluar. & Zaſ.d.locis:Si tamen domino feudi moueretur bellum, & conſtitutus eſſet in magna neceſſitate & euidenti periculo ei ſuccurrendum eſſe, Io. de Anan.in conſ.7.nu.14.verſic.circa.verò aliud dubium.iaſ. in l.ſi ex toto.nu.16.verſ.quartò. facit. ff.de leg.1.& Reſtaur. Caſtald, in tract.de imper,q.57.nu,6.in 12, vol.tract, arbitrati ſunt. idem.

Vaſallus alienans feudum irrequiſito domino:cadit feudo ſiue nouum ſiue paternum ſit, quod procedit, etiam ſi ſaluo iure domini illud alienaſſet. communem refert Bened. Capr. reg.77.nu.35,vide ſupra Feudum.

Vaſallus poteſt de feudo teſtari, qñ ſibi facta eſt conceſſio pro ſe & hæredib.quibuſcunque,Bald.in c.imperialem.n.19. ver.ſed quid ſi ꝯceſſum eſt feudum.de prohib.feu.alie.per Frederic.Et hanc com. ſententiam eſſe referunt Io. Fran.de Ripa in l.ex facto.§.ſi quis ita. nu,16.ff.ad S.C. Trebell. & Rolan.à Vall.in conſ.42.nu.13.in 1.Tom.conſ. idem.

Vaſallus non perdit feudum, ſi iuſto metu ductus amicitiam contrahit cum inimicis domini, vt eſt com. opi. de qua D.Rol.à Valle in conſ.1.nu.110.in 3.vol, Bonacoſſ.

vaſallus conuictus de culpa poteſt feudo priuari, vt eſt cōmunis opi.D. Rolan.à Vall.conſ.18.n.4.in 3.vol.Gallus conſ. 24, alias ſecus quia ſi fuit impeditus aliquo impedimento rationabili, poteſt in integrum reſtitui, vt ibi. Et poteſt inueſtituram petere,vt eſt commu.omnium opi.de qua ibi. idem.

vaſallus male tractans ſubditos, poteſt feudo priuari,vt eſt comm.opi.de qua D. Rol.à Valle.in conſ.19. nu.18.in 3.vol. quod eſt verum in feudo verò & propriò, quod eſt, quando gratis conceditur quia ſi venditum ſit non dicitur propriè



feudum,ſed venditio.& ideò tunc non priuatur. & eſt cōmunis opi. ꝙ antequam vaſallus qui ſœuit in ſubditos, & malè eos tractat,poſſit feudo priuari,prius tamen debet præcedere monitio ſuperioris, ꝙ ſubditos bene tractet cum comminatoine,quòd alias feudo priuabitur. idem.

Vaſallus falſificans monetam Principis,committit crimen læſæ maieſtatis, & priuatur feudo, dato ꝙ ſit nouum vel antiquum,hæreditarium,ſiue ex pacto & prouidētia, in eius filiorum, agnatorúmve præiudicio, vt eſt communis opi. de qua D. Rol.à Valle in conſ.29. num.7. in 3.volum. licet poſtea in caſu ſuo teneat contrarium quia publicatis bonis vaſalli non venit feudum, vt eſt communis opi. ibi. nu.14. Et præſertim in ſententia confiſcationis,quæ eſt ſtricti iuris & odioſa.& iſta eſt magis communis opi.vt ibi.nu.16.& hoc eſt verum,quando feudum non tranſit ad hæredes extraneos,vt eſt magis cōmunis opi.vt ibi.nu.21.& in conſ.32. idem.

vaſallus ingratus erga dominum ſuum, feudum amittit, vt eſt communis opi.de qua D.Rol.à Valle in conſ.40.nu.1,in 3. volu. idem.

vaſallus alienans feudum in conſulto domino amittit, & domino acquiritur & applicatur, & non agnatis, vt eſt communis opi. D.Rol.à Valle in conſ.64. nu.3. in 3.volu.& com. dicit Menoch.conſ.38.nu.1.vide Corſet.in reper.Abb.in ver. vaſallus alienans. idem.

vaſallus delinquens feudi poſſeſſor,ſi dubitatur,cui feudum acquiratur an domino directo, vel agnatis, vel damnum paſſo, id eſt offenſo. recepta eſt opi. deferri domino directo, vt per Menoch.in conſ.99.nu.206.& in conſ.104.nu.39.& ſeq. idem.

vaſallus tenetur iurare, & iuramentum obſeruare hæredi domini ſicut tenebatur ipſi domino. & ex parte recipientis eſt reale,nō perſonale tranſitque ad hæredem & ſucceſſorem in feudo. Sed ſi vaſallus moritur, tunc quamquam per ſe, & ſucceſſores,iurauerit nihilominus eius hęres tenetur iuramētum præſtare,eo ꝙ iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale,neque perſonam iurantis egreditur, quia quis non poteſt obligare animam alterius iurando, nec alienum factum promittere,quod in ſua non eſt poteſtate,vt eſt com.opin.de qua Syluanus in tract.de feud.recognit.q.88.nu.2. Bonacoſſ.

vaſallus poteſt dominum ſuum in ius ſine venia vocare.ita affirmat gl.in ver.ſalua reuerentia.in vſi.feu.tit.de mil.vaſ.qui contumax eſt.& ibi hoc annotarunt Bal.n.24. in fi.iac. Aluar. n.8.& Matt.de afflict.n.44.licet Spec.contrariam ſententiam ſequatur in tit.de feu.§.quoniam.n.33. verſi.17.quæritur,ibi, item vaſallus non debet famoſam actionem mouere contra dominum,nec eum vocare in ius ſine venia.cuius ſententiam iaſ.n.4.& Zaſ.n.7.in l.generaliter.ff.de in ius voc.approbarūt. communis tamen ſententia doct. eſt in contrarium, idipſum Alex.de imol.n.7.& Zaſ.d.n.7.in d.l.generaliter. atteſtantib᷒. Quamuis Alc.diſtinguendū eſſe putet,vt ſi de ipſo fiduciario fundo litigetur, eo in caſu impetrari veniam oportere, alioquin extra eam cauſam ſecùs eſſe,magis enim hi clientes ſunt quàm liberti.in l.1.n.3.in fi.C.de in ius voc. cuius ſententiam approbat Mynſing.in §.pœnales.n.4.inſti.de act.Sed communior eſt ſententia, vaſallum non teneri petere veniam, idque indiſtinctè.iaſ.in l.ſi non ſortem.§.libertus. n.24. ver.in gl.ibi, in l.venia. Zaſ.in d.§.pœnales.n.16.ver.quid autem de vaſallo.Nic. Euerh. in locis legalibus, Loco à liberto ad vaſallum. non procul à fine.ver. non tamen ſemper procedit hæc argumentario. Et hanc ſententiam Cameræ aſſeſſores ſecutos eſſe refert Mynſing.in ſuis obſerua. obſer.92.in 4.cent. licet Hartman.Hartm.in lib.2.Prac.forenſ.in tit.de feu.§.45.in addit.dicat in Camera imperiali vaſallum agere volentem contra dominum ſuum petere veniam,idque proceſſibus inſeri debere. Quemadmodum iudicatum eſt in cauſa Maſſovv contra epiſcopum Camminenſem. Cæterùm communis docto. opinio rationibus fortioribus defendi poteſt. kirchouius.

Vaſallus non tenetur petere inueſtituram à domino feudi, quando tertius poſſidet. Quia qui nō habet commoditatem feudi,non tenetur ſubire onera feudi.ita tradit Bald.in l.ſolennib.n.6.circ.fi.C.de rei vendic.idem Bald.in conſ.429.in j.vol. conſ.Licet alibi ipſe in conſ.466.eiuſdem vol.contrariam ſententiam ſequi videatur. Priorem tamen ſententiam communiter doct. tanquam cōmuni voto receptam ſequuntur Petr. de Anch.in conſ.172.nu.5.ver.poſtremo concluſiuè.vbi ipſe poſt Bald.in d.l.ſolennib.inquit: ꝙ ad hoc vt vaſallus amittat feudum, requiratur ꝙ ſit in dolo. c.fi.de prohib. feud.alie.per Lothar. Sed non poteſt ſibi aſcribi dolus non poſſidendo, cū non hadeat commoda feudi, onera ſubire non cogitur. item non debet ei imputari tempus iſtud,quādiu litigat cum poſſeſſore.Bar.Soc.conſ.66.vol.3.conſ. iaſo.conſ.159. nu.4.ver.& iſte eſt proprie caſus.vol.2.conſ.& per alias autoritates, quas deducit Rol.à Valle,conſ.18.n.17.tom.1.conſ. kircho.

Vaſallus per non petitam inueſtituram, non eſt priuatus feudo,ſed venit priuandus,domino volente. Curt.iuni.conſ. 142.nu.11.com.dicit. Bonac.

vaſallus etiam cum conſenſu domini directi,non poteſt alienare feudum,ſeu res feudales in præiudicium agnatorum, qui eo mortuo ad feudum vocantur ex forma inueſtituræ. tex.eſt in c.1.& ibi not.Bald.& alij,de alienat.feud.pat.Tradit Bald.c.1.§.hoc quoque.ver.ſexta concluſio,de ſuc.feu. Alex. conſ.30.quoniam omne datum.lib.1. Et pro reg.tradit Curt. iun.in trac.feud.carta mihi 47. verſ.3.igitur eſt regula. & pro communi opin.tenet Soc.iun.conſ.4.nu.7.vol.4. dicens hoc eſſe clariſſimum,& neminem de eo hæſitare. E.Muſcul.

vaſtatores & inciſores vinearum & arborum puniuntur morte,vt latrones.Clar.q.68.ſed hodie non ſeruatur,ſed pœna extraordinaria puniuntur.ibi.vaſtatores. Bonac.

vaſallus poteſt de re ſibi donata ab imperatore diſponere pro libito ſuo abſque conſenſu Cæſareo,teſte Burſa.conſ.46. nu.3.lib.1.vbi com.dicit.

vaſallus non priuatur feudo,ſi per metum delinquit in dominum,ſecun.com.per Burſ.conſ.72.nu.20.lib.1.

vaſallus ob non petitam inueſtituram in tempore, moram intra modicum tempus purgat, ſecun.comm.per Burſa. conſ.91.nu.17.lib.1.

Vaſallus non cadit purgata mora celeriter ſuper commiſſo ante litem conteſtatam,ſecundum com.per Burſ.conſ.26.nu. 45.lib.1.

vaſallus alienans ſine domini conſenſu cadit ipſo iure; requiritur tamen declaratio domini, ſecun.com.per Burſ.conſ. 40.nu.38.lib.1.

vaſallus non cadit à re in feudum conceſſa, licet per triennium non ſoluat,ſecun.com.per Burſ.conſ.26.nu.22.lib.1.

vaſallus propter deteriorationes in re feudali; cadit à feudo,ſecundum communem per Burſ.conſ.91.nu.3.libr.1.vbi concluſionem latius declarat poſt Caſtrenſ.& iaſ.in auth.qui rem.C.de ſacroſ.eccl.Clar.§.feudum.q.56.Rol.conſ.49.lib.2. conſ.1.n.103.lib.3.Quid autem conſtituat deteriorationem, ſeu damnum notabile? dic ꝙ hoc iudicis & boni viri arbitrio remittitur,ſecun.Burſ.d.conſ.nu.4.

vaſallus qui literas inhibitorias obtinuit contra eius ſubditum,eo ꝙ petita abſolutione à iuramento coram iudice eccleſiaſtico: coram eodemmet iudice contractus reſciſſionem petiiſſet,an iure tales literæ inhibitoriæ concedi poſſint?& dic ꝙ ſic,ſecun.Oſaſc.deciſ.78.vbi concludit inhibeñ. eſſe prædicto ſubdito actori, ne in præiudicium iuriſdictionis vaſalli ſupplicañ. alibi litigare habeat pro prima cognitione, quàm coram iudice ordinario.& ita principem reſcribere poſſe.

vaſallus non cadit ex contractu nullo,ſecun.com.per Burſ. conſ.82.nu.7.lib.1.

Vaſallus alienans non cadit à re ſi apponat clauſulam, habita licentia & non aliter nec alio modo,etiam quòd actualis traditio ſequatur,ſecundum communem per Burſa. conſ.26. nu.1.lib.1.

Vaſallus non cadit ob non petitam inueſtituram, niſi domini declaratione ſequuta, ſecundum communem per Burſ. conſ.91.nu.16.lib.1.

Vaſallus vocat dominum in ius ſine venia, nec priuatur feudo contumax, niſi ter monitus fuerit. iuxta communem per Burſat. conſilio nonageſimonono. numero vigeſimo. libro primo.

contra Vaſallum ſententia lata non præiudicat ſucceſſori in feudo: lata verò contra vaſallum ſuper re feudali, præiudicat agnatis ſucceſſoribus,ſecundum Oſaſc.deciſ.157.numer. 6.& 8.

Vaſallus alienat feudum liberum conceſſum pro ſe & quibus dederit in præiudicium agnatorum & in quaſcunque perſonas,etiam fœminas & clericum contra naturam feudorum etiam ſi adeſſet iuramentum fidelitatis,ſecun.com.per Burſa. conſ.4.nu.4.lib.1.

Pro. vbi à lege vel ab homine aliquid non eſt determinatum,iudicis arbitrio relinquitur.l.1.§.fi.ff.de iur.delib.l.mancipiorum.ff.de opt.leg. idem.

Pro. vbi adeſt remedium ordinarium, ceſſat extraordinarium.l.in cauſæ.3.ff.de minorib.l.in prouinciali.vbi Bart.ff.de no.ope.nun. Bellon.

Pro. vbi alia quam donationis cauſa ſubeſt, non præſumitur donatio.l.ſi cum autem.& ibi not.ff.de ſol. Bellon.

PRO. Vbi aliquid pendet ex conſcientia alicuius ſtatur iuram

iuramento ipſius gl.in l.j.C.ad l.Corn.de Sica.in c.ſignificaſti. 1.de hom.not.in §.namque inſtit.de act. Bellon.

PRO. Vbi caput eſt ſepultum,ibi & ſepultura hominis intelligitur l.cum in diuerſis.ff.de reli.& ſump.fun. idem.

PRO.vbi concurrunt duo,quorum vnus magis diligit teſtatorem,vel eſt magis dilectus à teſtatore,præferendus eſt alteri minus diligenti,vel dilecto. l.vnic.in §.ſed & qui domini.C. de lat.lib.tol.& l.pupillus.§.fi.de cond.& demon. idem.

PRO.vbi cum familia ſua quis morari conſueuit ibi morari dicitur.l.vxorem.ff.de leg.3. idem.

PRO.vbi deficit exemplar,deficit & exemplandum,in l.teſtamento.ff.de cond.& demonſt. idem.

PRO.vbi deficit fundamentum, ſuperædificari non poteſt. l.legi.ff.de excep.rei iud.c.cum Paulus.1.q.c.2.de prsebyt.nō baptiza. idem.

PRO. vbi deficiunt verba legis,deficit & legis diſpoſitio.l.4.§.toties.ff.de dam.infect. idem.

PRO. Vbi dolus aut caliditas verſatur,ex alieno conſilio quis obligatur.l.conſilij non fraudulenti.ff.de reg.iur. idem.

PRO.vbi eſt eadem ratio & æquitas,ibi idem ius eſſe debet. in l.illud.ff.ad l.Aquil.l.à Titio.ff.de verb.obl.in l.fi.C.ad l.Falcid.c.cum dilecti.ext.de confir.vtil.vel inutil. idem.

PRO. Vbi eſt verbum ambiguitas,non valet quod actum eſt.l.vbi.ff.de reb.dub. idem.

PRO. vbi eſt vnus quaſi contractus,inſpicimus initium:vbi verò ſunt plures,cuiuſq; per ſe initium conſideramus.l.Pomponius.2.ff.de neg.geſt. idem.

PRO.vbi lex conſiderat quod poteſt euenire,non debemus requirere quod actualiter euenerit.l.ſi verò.§.prętor.ff.de his qui deiece.vel effud. idem.

PRO.vbi maius eſt periculum,ibi cautius eſt agendum.l.j.§.ſed ſi quis.ff.de Carb.edict. in cap.vbi periculum.ff.de elect. in 6.

PRO.vbi non eſt ordo,ibi eſt confuſio.in §.eſt inordinatum. in auth.de hæred.& falc.coll.1. idem.

PRO. Vbi nulla petitio, ibi nulla intelligitur eſſe mora.l.ſi pupillus.ff.de verb.obl. idem.

PRO. Vbi paterfamilias largus eſt,diſpenſator non debet eſſe tenax.c.alligant.26.q.fi. idem.

PRO.Vbi ſunt duæ cauſæ finales,vna ſublata, & altera remanente,non ceſſat effectus,in §.affinitatis.inſtit.de nupt.idē.

PRO. vbi veritas locum non habet, nec iuramentum locū habet.in l.fi.de non num.pecu. idem.

PRO.Vbicunque quis non tenetur de caſu,ibidem ſi culpa præcedat caſum,de caſu tenetur.l.ſi vt certo.§.nunc vidēdum, ff.commoda. idem.

Vbicunque pœna adiicitur dationi quantitatis,cenſetur adiecta in fraudem vſurarum igitur nullo modo peti poteſt. Eſt com.opi.ſec.Alex.in conſ.51.cū dicatur.vol.4. M.Chærian.

Vectigalia licet princeps poſſit imponere,non tamen inferior,qui ſuperiorem recognoſcit.Curt.iu.conſ.74.n.j.com.dicit. B.Villal.

Vectigalia ab eo imponi nequeunt,qui ſuperiorē agnoſcit, & cuius ſubditi,vt Martialis inquit,non ſerui,ſed vicarij ſunt, commune inquit Curt.iu.conſ.74.nu.1. E.Suarez.

A Vectigalibus immunis,ſi ſemel & pluries ſoluat,proptere a non videtur renunciare priuilegio. Bar.in l.1.ff.de priuil. veteran. nec præiudicet ſibi quo ad futuras ſolutiones,ſed ſolum in eo quod eſt ſolutum. Cyn. & Sal.in l.voluntariè. C.de excu.tut. Sed requiritur ꝙ ſolutio fuerit facta ſaltem per 30. ann. vt eleganter proſequitur Alex. de imo.in conſ.193.libr. 2.& conſ.33.in 5.libr.conſ. Et hanc communem magis opin. eſſe, quod ad tollendum priuilegium requiratur tempus 30. ann.quando quæſtio in his,quæ reiterationē recipiunt vertitur,ſecùs tamen quando quis paſſus eſt ſe deſcribi in libro debentium ſoluere collectas & alia grauamina,& ab eo non appellauit.tradit Lud.de Gozad.in conſ.93.n.9.ver.non obſtant contraria. kirchouius.

Velleiani renunciatio à muliere,quæ rei totius certior facta ſit, interpoſita valet omnino ac firmat prorſus eſt,commune profitentur Dec.n.30. Alc.n.43.l.pen.C.de pact.Alex.nu.29. iaſ.n.31.io.Crot.n.41.in l.ſciendum.ff.de ver.obl.Capel.Tol. & eius additio.q.37.conſentiunt Græci,vt conſtat de Harmenop.libr.3.tit.6. Credeturque notario certiorem factam mulierem affirmanti,vt frequens placitum inquit, Andr.Alci.de præſump.reg.3.præſump.13.Si tamen notarius rogatus quid Velleianum ſit,neſciat nihil ea renūciatio valebit. commune ponit Franc.Viuius lib.1.opi.220.Quod intelliges,niſi renunciatio iureiurādo innitatur,quia ea in ſpecie nulla præcedens mulieris cognitio,vel certitudo requiritur.commune ſcribit Franciſc.Turzan.opinio.132. E.Suarez.

Pro.Venalis non eſt gratia ſpiritus ſancti.c.ſi qua fratres.1. q.7. Bellon.

Venalia cum legato rerum,ſeu bonorum generali, tum obligatione vel tacita vel expreſſa bonorum,rerumve generali comprehenduntur. vt commune interpretum placitum diligenter recenſet doctor meus Arius Pin.in rub.par.1.nu.49.& nu.96.C.de bon.mat. E.Suarez.

Venari licet recreationis cauſa, etiam in fundo alieno,auibus & canibus, non autem laqueis foueis, retibus,& cæteris ſimilib.artib.fraudulentis,præterquàm in occidendis,capiendiſque beſtiis nociuis,prout ſunt leones,apri,& ſimiles.ca.1. §.nemo retia.de pace ten.vbi Affl.Præpoſ.& alij hoc expreſsè firmant.& eſt com.opi. & ſic aucupatio, ſeu venatio capta in agris alienis efficitur capientis,nec domino fundi illam reddere tenetur,ſecun.gl.l.diuus Pius.ff.de ſer.ruſt.præd.& in l.3.de acq.rer.do.& Ang.areti.§.feræ igitur.ſub nu.1.inſtit.de rer.diuiſ.vbi ait glo.communiter ab omnib.receptas eſſe.idemque firmat Franciſc.Marci.deciſ.530.nu.14.part.1.vbi hoc copioſè declarat,ponitque plures venationis ſpecies,nu.1.cum cæteris ſeq. F.Viuius lib.2.opi.311.

Venatio inter ea ponitur,quæ iuriſgentium cenſentur communem concluſ.inquiunt iaſ.conſ.119.lib.4.Matth.de afflic. & qui eum laudat Rol.à Valle.conſ.9.nu.2. Quam ob rem ſi quis eo in loco venatione aliis interdicat vbi antea venari illis licuerat, prohibitio ſiue interdictio nullius momenti prorſus erit.commune aſſeuerant iaſ.d.conſ. Rol.vbi ſ.nume.12. E.Suarez.

Venator quas feras in agris alienis capit,non prohibitus alioquin ingredi, perfectè iure omni lucrifacit. commune dicit Cepol.de ſeruit.ruſtic.præd.capitulo.de aucup.Quin & ſi ingredi vetitus ſit, ferarum quidem dominus fiet, ſed agrorum domino iniuriarum tenebitur. commune interpretum dogma, ac praxi, rerum vera doctrice, receptum atteſtantur Fab.Ang.& reliqui interpretes in §.feræ. inſtitut. de rer.diuiſ. Franc.Marc.deciſ.530. nu.14. Io.de anan. & qui eum laudat Iul.Clar.in pract.§.iniuria.verſ.quæro.Rol.à Valle cum iaſ.& aliis conſ.9.nu.23.quidquid Porc.d.§.feræ. nu.8. contrarium effutiat. idem.

Venationem hominibus ſuis dominus & Magiſtratus per proclamata prohibere non poteſt.l.1.2.& 3. ff.de acq.rer.do. §.feræ igitur beſtiæ.inſtit.de rer.diuiſ. Vnde ſi dominus faciat ſtatutum, ne liceret venari, aucupari dicitur inferre violentiam,niſi interuenerit conſenſus eorum,quorum intereſt,puta,populi.l.iniuriarum actio. §.fin.ibi, Et ſæpè reſcriptum eſt, non poſſe quem piſcari prohiberi, ſed nec aucupari. ff. de iniur.Quod pluribus authoritatib.comprobat Deci.conſ.197. nu.1.& 2.& ibi Apoſtil.in ver.non valet.& conſ.271.num.1. & ibi Modern.in ver.venari.Quam communem doc.opinio. eſſe dicunt iaſ.conſ.119.nu.1.volu.4. & Rol.à Valle,conſ.60. nu.12.in 2.tom.conſ.Quam multis declarationibus & exemplis egregiè explicarunt Iac.de S.Georg.in tracta.feu. verb.& cum venationib.pag.112.& in verb.& cum piſcationib.pag. 116.lib.mei.Henning.Gœden.conſ.76.in ord.de iure venandi.Hieron.Schurpf.conſ.1.cent.3.& Hartman.Hartman.libr. 2.pract.foren.tit.de ſeruit.ca.7. aucupium & venatio.Et quid ſi homines aut ſubditi talibus proclamantibus pœnalibus & prohibitionibus non contradixerint, & per longa tempora acquieuerint,an tunc dominis ius acquiratur,vel in quaſi poſſeſſione prohibendi conſtituantur, valdè eleganter explicat Rol.d.conſ.9.nu.14.cum ſeq.& conſ.22. nu,27.eodem tom. kirchouius.

Vendens fundum iure coloni, qui medietatem fructuum percipere debet, ſi nullus reperiatur colonus, ſed ipſe venditor fundum excoluerit,talis operatio nihil operatur,ſed omnes fructus tranſeunt in emptorem. Eſt com.opi.ſecun.Hyp. in l.qui ignorans,circa prin.ff.ad leg.Corn.de falſ.verſ.& ideo dixit Iacob.Sed tu conſidera,ꝙ iſta com.opin.videtur dura,& iniqua,cùm propter talem reſeruationem, quæ ſolet importare dimidium fructuum, ipſe vēditor veriſimiliter prædium minori pretio vendidit,& emptor tali reſeruationi conſenſit, vnde deberet talis reſeruatio operari in fauorem venditoris, ne ipſum duplici onere prægrauari contingeret,& emptorem cum alterius iactura etiam contra propoſitum locupletari. Cogita,quia contra commun.videtur tex. in l.fundus qui locatus.ff.de fund.inſtr. M.Chærianus.

Vendens rem valentem decem pro quatuor deceptus cenſetur vltra dimidiam iuſti pretij in vno tantum nummo, & ob exceſſum vnius nummi vltra dimidiam prædictam:ſibi totum,ac integrum iuſtum pretium ſupplendum foret,ſecund.





gl.in ver.dimidiam.Abb.in 2.not. & cæteros, in c.cum cauſa. ext.de empt.& ven.Bal.q.12.Sal.Paul.caſtr.nu.2.& ſeq.in l.2. C.de reſcin.ven. Anch.in repe.c.canonum ſtatuta.de conſtit. Cæpol.in tracta.de ſimulatione contractu.nu.28.& ſeq.Abb. Ant.Burg.& Aug.Beroum,ſub nu.16.c.cùm dilecti.de empt. & vend.vbi perhibet iſtorum opinionem com.eſſe, idemque fatetur Tiraq.in tract.res inter alios actas.limit.50. F.Viuius lib.2.opi.312.

Vendens rem duobus hodie non punitur pœna falſi,ſecundum com.per Burſ.conſ.100.numer.31.libr.1.Clar.§.falſum. ver.vendens.

Vendens ferrum hoſtibus,vel frumentum, vel ſal,vel alias merces,punitur pœna capitis.Clar.q.68.ver.hoſtib. Bonac.

Vendi non debet plus res, vel minus quàm valeat. Et ideò ſi quis mutuat nūc pecuniam,vt recipiat aliam ſpeciem, puta frumentum debet fieri ęſtimatio ſecundum valorem currentem tempore ſolutionis vel tempore, quo res naſcitur, vt eſt communis opi.de qua abb.in c.multa ſunt.nu.3.ne clerici vel mona.alias eſſet vſura,& turpiter acquireretur. Bonac.

Vendens ſcienter rem intra dimidiam iuſti pretij non poteſt quaſi deceptus legis beneficium implorare, vt vel pretium ſuppleatur, vel reſcindatur venditio, ſecundum Rom.conſil. 475.nu.4. Alex.conſ.27.poſt nu.4.conſ.125.nu.7.lib.1.conſ. 14.nu.23.lib.6.iaſ.in l.ſi quis cum aliter.nu.17.de verb.oblig. Dec.conſ.583.Cur.iu.conſ.141.nu.16. Aym.conſ.151.n.25. Soc.conſ.48.nu.4.lib.4. Quibus adde,Remedium l.2.C.de reſcind.vend.non habere locum in tranſactione,iux.tradita per iaſ.in l.1.col.3.C.de pact. & in l.pacta nouiſſima.col.3.eod.ti. de quo vide eundem in d.l.ſi quis cum aliter procedere autem diſpoſitionem d.l.2.etiam quando interuenit decretum iudicis dixit Abb.in c.cum cauſam de emp. & vend. quia licet eo caſu ceſſet præſumptio fraudis: probari tamen poteſt fraus, teſte eodem Abb.in d.c.cum cauſam col.2.Dec.conſ.210.col. 1.nu.3.nu.7.Quid in contractu iurato:an ex capite enormiſſ. læſionis reſcindi poſſit remedio d.l.2.& Dic,vt per Oſaſc.dec. 41.vbi plura de maiore & minore.iurañ non contrauenire,& ibi an hæres venire poſſit contra factum. defuncti iuratum in caſu & materia de quibus ibi,vbi latius declarat.

Vendere & res ſoli & res victui neceſſarias tunc quis compelletur.cùm è re publica fuerit. commune ponunt latè Ant. Gomez.de contract.c.2.n.2. Did.à Couar. lib.3.reſolut.c.14. Franc.Viuius.lib.1.opi.433.quibus etiam in caſibus precium ac modum venditioni præſcribi publicitus poterit. commune affirmant iidem ibidem. E.Suarez.

Vendere quis cogi poteſt præſertim tempore Careſtiæ, res ad annonam ſpectantes,etiam minoris quam iuſto pretio, idque ne indigentes pereant, communem refert Bened. Capra reg.87.nu.21.vide ſupra Emptio.

Vendere aliud eſt,& aliud promittere vendere,vt not.Alex. conſ.121.lib.4.conſ.75.in fi.lib.6.text.in l.in bonæ fidei. ff.de eo quod cert.loc.vbi iaſ.faciunt quæ ſcribit Dec. conſ.645.n. 10.& 11.Nat.conſ.384.Rol.conſ.69.nu.13.& 14.lib.3.Boer. quæſt.3.quæſt.48.& 187.Matheſil.ſingu.46. De promiſſione autem de vendendo, vide doct. in l.ſi eum. §. qui iniuriarum. ff.ſi quis caut.in l.actione.C.de tranſact.imol.& Areti.in l.qui Romæ. §.cohæredes.ff.de verb. obl. Et ſi ita promittens vendat alij,poteſt conueniri vtili rei vendicatione oblato pretio. Soc.iu.conſ.129.lib.2. Cag.in repet. l.2.n.42.& ſeq.ff.de acti. empt. & vide quæ ſcribit Bart. in l.ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. ff.de act.empt. Put.

Vendita re vni à duobus cum pacto retrouendendi, tunc quippè alter ex venditoribus, data pretij parte non admittitur ad recuperationem partis,& ſic promittens rem retrouendere duobus, à quibus eam emerat, non cogitur vni vendere partem,quia contractum ipſum diuidere non cogitur, ſecun. Bart.Ang.Paul.Caſt.in l.ſi quis aliam,de ſolutio.Bart.Alex.& Lancel.Dec.in l.cui vſusfructus. de vſufruct.lega. Bald.in l.ſi. Gozad.Bonon. & Cagn q.12.in l.2. C.de pact. inter empt. & vend.io.Plateam,in l.fi.C.de Agrico. & cenſit.lib.11.& Fran. de capite liſta,in l.1.in fi.C.quando non pet.partes,Fran.Aret. in l.cùm ſeruus,de acq.hæred.& conſ.6.& conſ.130.Fabian.in tract.de empt.& vend.in 2.q.7.prin.q.Bertach.in ſuo reper.in ver.obligatus, in ver.125.iaſ in l.ſi duo patroni, de iureiur. & in l.ſtipulationes non diuiduntur, nu.20. & ſeq.de verb.obli. vbi ait ita omnes doct.tenere,& ſic tenendum eſſe in iudicando,& conſulendo, Soc.in l.1.§.ſed & quoties.3.not.ad Treb. & conſ.200.vol.2.& conſ.125.& conſ.16.vol.4.vbi oſtendit iſtam eſſe claram deciſionem,nec vllum ſcribētium reperiſſe, qui ei aduerſetur, & in hanc partem inclinat quoque Corne. conſ.51.n.5.vol.2.Alex.conſ.144.vol.7.Paul.Caſt.conſ.221. vol.1.nouiſſi.Bald.conſ.32.vol.2.Dec.in l.eius qui,§.quas vero not.penul.ſi cert.pet.Ruin.in d.l.ſtipulationes nō diuiduntur,nu.38.& ſeq.& conſ.82.nu.4.volu.1.& conſ.47.volu.4. in fi.Mart.Baſcoletus in ſuo arbore, diuidui, & indiuidui, nu. 58.dicens iſtam eſſe communem opin. Bertr. conſ.41.vol.3. & eandem ſententiam appellat pariter communem Alexandrinus conſ.90.in princip.Alci.in l.4.§.Cato.nu.57. idemque approbat Caſſan. in conſuetudinibus Burgundiæ Pariſ. conſ. 33.nu.42.vol.2.Boer.deciſ.241. & copioſè Tiraq. in tract.de vtroque retract.glo.1.§.23. F.Viuius lib.2.opi.313.

Vendita res non ideò vindicari poterit, quòd intra conſtitutum tempus non ſoluatur, ſi fides de precio habita ſit, vel ſolutio in tempus dilata:vt frequenter placitum ait Porc.in §. venditæ.nu.7.inſtit.de rerum diuiſ.vbi Ang num.2.cum compluribus, idem fore affirmat, ſi dictum ſit, ſi intra decem dies ſolueris, fidem tibi habeo. & hanc etiam in rem vide quæ ſuperius obſeruo verſic.contractus.& verb. venditio trifariam. E.Suarez.

Vendita re vel ad pondus,vel ad menſuram,& ponderis,& menſuræ ea ratio habebitur,quę in cōtractus loco conſueuit, commune dicunt Cag.in l.ſemper in ſtipulationibus. nu.5.ff. de reg.iur.Curt.iu.conſ.86.nu.7. idem.

Vendita res duobus,quando primo emptori,quando ſecūdo adiudicari debeat, vide ſ. ver.l.quotiens. C.de rei vendica. E.Suarez.

Vendita re ad pondus in re mobili,vel ad menſuram in immobili, attendenda eſt menſura, vel pondus loci contractus. Hier.Cag.l.ſemper in ſtipulationib.n.5. ff.de reg.iur.& Curt. iu.conſ.676.nu.7.com.dicit. Villalob.

Venditus equus,vel quid ſimile,ſi intra triduum moriatur, & morbo antea laboraſſe præſumitur, & venditorem precij accepti nomine cōſequenter obligat. commune pronunciat Rip.de peſte.in rubr.de remed.ad curand.peſtem.numer.141. idem.

Vendito prædio ad menſuram, vt decem videlicet ſoluantur pro quolibet iugere,pertica, ſeu cuppa,tunc ripa fluminis publici, cui prædium hoc venditum inhæreret non veniret menſuranda,nec computanda in pretio,& menſura,ſed cederet emptori,niſi aliud expreſsè eſſet inter contrahentes dictū, ſeu conuentum,ſecund.Bart.in tract.de fluminibus,vel tyberiadis,nu.4.cum aliis ſeq.Bald.in rub.ff.de rerum diuiſ.Fab.in tract.de empt.& vend.in 6. q.princ.ver. circa quartum membrum.Aret.in §.riparum. inſt.de rerum diuiſ.contrariam verò partem tenuit Vbertus de Bobio, Ray.& Cyn.l.riparum,ff.de rer.diuiſ.& iaſ.in l.quominus,ff.de fluminibus,n.70.cum aliis ſeq.Cæterum quicquid iſti doctor.antiqui,ſimul cum iaſ.ſuadeant,ob hoc tamen non recedo à prima opinione Bart.imò eam ſequor, tanquam communem, prout communem eſſe explicat Alex.conſ.120.vol.3. & iaſ.in d. l.quominus, vbi inquit,nu.72.durum fore in actu practico ab ea recedere,& inibi Ripa,nume.73.cum aliis ſeq. fatetur eſſe communem,amplectitur, & ampliat in vno caſu, & in duobus aliis limitat, & ſequitur pariter Hieronymus Brixianus, in tractat. de finibus,capitul.23.Follerius in pragmatica de cenſibus,in rubric. dummodò annuus cenſus huiuſmodi,nu.7.& ſeq. & Bald.in dic.l.riparum,vbi refert, & reiicit ſententiam dictorum antiq. F.Viuius lib.2.opi.315.

Vendito caſtro cum pertinentiis, omnia adiacentia caſtro venditioni cedunt,ſecundū com.per Burſat.conſ.2.n.59.lib.j.

Venditio præſumitur facta ante litis conteſtationem,& nō poſt Alc.in tract.de præſum.reg.3.præſum.42.com.d. B.Vill.

venditio facta duobus,ſi ſecūdo tradita erit res,etiam ſi venditio facta ſit per virum eccleſiaſticum,eſt potior.iaſ.in l.quoties nu.19.C.de rei vendi.com.dicit. idem.

Venditio iurata cum clauſula prægnanti ex certa ſcientia, & aliis apponi ſolitis in contractu venditionis:caſu quo in ea, venditor eſſet læſus vltra dimidium iuſti prætij vtique nō poſſet reſcindi,ſecundum gl.Bart.Bald.q.4.Sal.q.7.Paul.de Caſtr. & omnes in l.2.C.de reſcin.ven.vbi Moder. atteſtantur hanc eſſe communem opi.& Caſſad.deciſ.vnica,in titu.de empt.& vendit.vbi ponit iſtam eſſe communem ſententiam omnium doct.vtriuſque cenſuræ,& conſtat etiam hanc eſſe communē ex congeſtis per Barb. conſ.55.n.20.vol.2.& conſ.41.nu.31. & Boer.dec.142.nihilominus Rot. Rom. in contingentia facti conſuluit contrarium,& d.communem reprobauit,vt refert Caſſad.in d.deci.vnica,quæ quidem auctoritas Rot.videtur verior & æquior,eamque caſu eueniente in iudicando,& conſulendo conſtanter amplecterer per argumenta, & rationes relatas per Abb.in c.Quintauallis.de iureiur. & Caſſad.in d.deciſ.vnica,per totam. F.Viuius.

Venditio vltra dimidiam iuſti pretij facta non valet, l.2.C. de reſcin.ven.vbi doct. Bald.conſ.108.& 386.vol.1.&Corn. conſ.56.conſuluit,66.circa,& 201.viſis,vol.3.&conſ.283.copioſè,volu.3.ſed hoc non procederet, quando venditio facta eſſet ad publicum incantum, & ſic ad ſubhaſtationem,ſecundum Ang.in l.1.C.de præſcrip.30.ann.& in rep.l.ſciendum.ff. de verb.obl.& Afflict.in tract.de iure protomiſeos, in §.2.ſub nu.19.

In contrariam verò partẽ,videlicet, quod remedium,d.l.2. habeat etiam locum in re vendita ad ſubhaſtationẽ inclinauerunt Bart.in d.l.j.C.de præſcrip.30.ann.Rom.& ceteri omnes, in l.ſi quis cum aliter,ff.de verb.obl.Soc.in tract.fallen.in reg. 436. incip,venditio vltra dimidiam, nu.3.& iſtorum opinionem fatentur eſſe magis communem Alex.conſ.117.circa fi. vol.7.Crauet.conſ.29.n.4.&Moder.in d.l.2.& Franc.Turzan. in ſuis opinionibus communibus opin.152.quamuis,fallitq; regula præmiſſa in vndecim aliis caſib. quos eleganter poſuit Soc.d.reg.436. F.Viuius lib.2. opi.314.

Venditio præſumitur facta in fraudem legis, ſi pater ſpurio vendit, & res vendita reperitur penes ſpurium, vt eſt pulchra doctrina Bart.communiter recepta.poſt Iac.de Beluiſo in l.fi. ff.de prob.& l.ſi is qui ex bonis in 3.q.ff.de vulg.& pupil.Soc. Iun.in conſ.91.nu.21.vol.4. E.Muſcul.

Venditio non erit, ſi inter partes expreſſim conuenerit, vt venditor dominium non transferat. quẽadmodum de mente omnium eſſe aſſeruit Hier. Butig.in l.2. num.41.ff.ſi cert.pet. cuius opinionis auctor videtur Bald.in l.vlt.ff.de cond.ob cauſam.quem illic ſequitur iaſ.nu.11. & And. Alc.in l.vnam,c.2. nu.27.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt.Zaſ.charta.3.inſtitu.de act.Sed quidquid ipſi aſtruant,non dubito quin contrarium iure verius ſit,& æquius,atque vtilius.quod etiam affirmarunt Paul.ad fi.Rip.nu.31.Purpur.nu.49.Butigel.nu.41.in l.2.ff.ſi cert.pet.Dec.in l.certi condictio.nu.12.ff.illo eod.titu. Ludo.Gomez.in §.ſic itaque.nu.7.inſtit.de act. E.Suarez.

Venditio non probatur ſi teſtibus,vel inſtrumento,de re ac precio cõuentum fuiſſe conſtet:ſed quæ precij quantitas fuerit,non liqueat: niſi ſi ad vſucapionem huiuſmodi probatio ſpectet,qua ſolum in ſpecie plena ac perfecta videbitur.commune ponunt Alex. & Apoſtil. ad illum conſ.18.libr.1.Arius Pinel.in rub.par.2.c.1.nu.7.C.de reſcind.vend. idem.

Venditio trifariam intelligitur,ac ducitur perfecta:nam primum perfecta,numeriſque omnibus abſoluta ducitur,vt amplius reſcindi retractarique in nullum caſum parte altera inuita queat,ſtatim atque de merce certa,ac de precio certo cõuenit. Deinde quo ad periculum, cùm vel res numerata,ponderata,menſurataue eſt,ſi pondere, vel numero, vel menſura res conſtat. Tertio denique perfecta venditio cenſetur, quò ad executionem totius negocij, & partium liberationem, cũ hinc merx, inde precium interuenit. commuue aio ex gl.in l. prima.C.de pericul.&commod.rei vend.ex eadem gl. Ang.ac Porc.nu.1.Fab.nu.5.Bald.Canciuncul.Myſen.& cæteris interpretibus in princip. Inſtitut.de empt.& vend. Hoſt. in ſumma de empt.& vend.§.ſecundo. Bald. Sal.ac Paul.caſtr.in l.ſecunda.C.quan.liceat ab emp.diſc.Caſt.rurſum in l.ſicut.C.de act. emp.& in l.bona fides.ff.eod.tit.Dec.conſ.179.nu.3.Aff.deci. 280. numer.3.& numer.4.Pariſ.conſ.59. numero 5.&conſi. 64.nu.7.libro 1.Iacob.Men.de recup.poſſ.remed.15.nu.127. idem.

Venditionis contractus vt & ſimulatus,& vſurarius dicatur ſatis ſuperque eſt, quod modico precio res diſtrahatur, & pactum vna de retrouendendo ſubiungatur quamuis emptor vſuris exercendis alioquin deditus non ſit. commune interpretum dogma aiunt Caſtr. & Fulg. in l.in emptione. C.plus valet.quod agit,Alex.conſ.46.in princip. Boer.deciſ.132.nu. 10 Matt.de Afflict deciſ.40.nu.17.& deciſ.45. Aym.Crauet. conſ.156.nu.8.Iac. in l.rogaſti.§.ſi tibi dedero. ff.ſi cert.pet.& hæc ſane ſentẽtia verior mihi atque æquior videtur, quamuis contrarium, imò quod etiam exigatur emptorem fœnerari alioquin aſſueuiſſe, affirment receptum Alex. ſibi contrarius conſ.109.lib.4.Dec.conſ.167.Gram.deciſ.176.nu.26.& ſeq. Caſſ.deciſ.j.n.1.ti.de vſur.Boer.conſ.12.atque Alex.de Neuo conſil.115.nu.21.Præſumetur præterea venditio ſimulata & fraudulẽta ſi poſt eam factam, adhuc venditor rem venditam poſſiderit.commune inquit videndus Corn.conſ.205.in præſenti.ver.nec videtur.lib.3. idem.

Venditio ſi fiat.prædij,quod mille iugera habeat,non cenſebitur ad menſuram facta,at ſi vnicuique iugerum certum precium ſtatuatur, longè ſecus erit. commune aiunt Dec.conſil. 347.nu.1.Pariſ.conſ.64.n.31.& ſeq.lib.1.latè Brixianus,de finibus.c.8. idem.

Venditionem retrò facere alteri ex duobus pro rata nemo cogitur, qui vtrique vendere pactus eſt. commune inquiunt Bertr.conſ.41.libr.3. latè Tiraq.de vtroque retract.gl.1.§.23. Baſcoletus in arborem diuidui,& indiuidui,n.58. E.Suarez.

Venditio quando dicatur facta ad menſuram, vel non: vide Soc.conſ.vlt.li.3.Alex.conſ.8.lib.4.Alb. c.per tuas.de don. Dec.conſ.347.vbi etiam in locatione.Alex.cõſ.90.lib.5.Guid. pap.q.280.Pariſ.conſ.64.lib.1.Et vẽditio facta ad menſuram, & quãdo ſtatuitur pretium pro ſingulo iugere,an dicatur ſub conditione.Alex.d.conſ.90. Et quid quando incipit à corpore,vel à numero iugerum rei vendite.iaſ.conſ.55.73.& 79.li. 1.& ꝙ dicatur conditionalis,not.idem Alex. conſ.33. libr.6. Dec.conſ.452.quid ſi fiat ad menſuram certam,quam verbo ipſi contrahentes habuerunt pro tanta,adiecto pacto, ꝙ ſi facta menſuratione reperiatur de pluri, ꝙ debeat ſolui ad certã rationem,ſi de minori,ꝙ debeat deduci,an tunc agi poſſit ex dicto contractu,vt dicatur purus:& qualiter ac per quem fieri debeat menſura:adde Bart.l.iulianus verum debitorem.in fi. ff.de cond.ind.in ſimili de inſtr̃o facto vt ſ.vt nihilominus dicatur purum,& ex eo agi poſſit:& verba relata ad menſuram, non faciunt conditionem ſuſpenſiuam,ſed reſolutiuam.adde Bart.l.iulianus.§.ſi Titius.ff.de act.empt.Caſt.l.2. C.de peri.& com.rei ven. vbi ſi facta fuerit venditio ſub aſſertione venditoris ꝙ ſint centũ iugera, ad rationem de tanto pro quolibet iugere dicitur venditio conditionalis quoad fiat menſuratio: ſecus vbi res ipſa iam fuit tradita, & ſic dicta per Deci. d.conſ. poſſent procedere vbi facta eſſet traditio,aliàs non.quid ſi fiat venditio certæ & determinatæ menſuræ,& poſtea reperiatur minoris menſuræ,qualiter venditor teneatur:& quid ſi reperiatur de pluri.vide Soc.l.demonſtratio falſa.n.19.ff.de cond. & dem.Alex.conſ.8.lib.4.Et quando dicatur fieri venditio ad mẽſuram,tam in mobilib.quàm in immobilib.declara vt per Caſt.l.ſicut periculum.C.de act.empt.d.l.2.C.de peri.& com. rei vend.d.l.iulianus.§.ſi Titius.ff.de act.empt.vbi Bart.& fuit iudicatum per Ducalem Senatum Taurin̄. doct.diſtinguunt, aut contrahentes incipiunt à menſura,puta,vendo tibi tot iugera ſub pretio cuiuſlibet iugeris intra tales confines,& tunc dicitur contractus ad menſuram.aut dicitur,vendo talem fundum ſub talib.confinib. & ſunt tot iugera, & tali pretio, facta tamen limitatione pretij cuiuſlibet iugeris:& tunc videtur ꝙ contractus ſit purus,&poſſit cogi emptor ad pretium non obſtante menſuratione non facta, etiam ꝙ ſit pactũ ꝙ facta menſuratione & reperto de pluri,vel minori,&c.Soc.cõſ.vlt.li.3. conſ.32.lib.4.conſ.60.lib.3.Dec.d.conſ.347.& ſic ſequitur ꝙ ſi contractus eſt purus, ꝙ periculum illico ſpectat ad emptorem:quæ omnia declara vt per Soc.d.l.demonſtratio.n.10.& ꝙ venditio facta ad menſurã dicatur conditionalis,tenet Soc. iu.conſ.26.li.1.Et de cõctu facto ad menſuram,vel ad pondus, vide Aret.conſ.11.Cagn.l.2.n.177.C.de reſcin.ven. Put.

Venditio cenſetur ad corpus,cum primò à corpore incipit, licet dicatur ſalua menſura:fit tamen tunc additio ẽt diminutio pretij per emptorem,facta terrarum intra fines exiſtẽtium diſtributione,ſec.magis com.per Burſ.cõſ.100.n.33.pro qua vide Didac.pract.q.c.3.n.2.& ſeq.& n.8.ver.12.

Venditionis contractus factus ad menſuram interueniente ẽt traditione ante menſuram, non transfert dominium,teſte Rol.conſ.7.n.14.lib.3.poſt Soc.conſ.26.col.fi.lib.1.

Venditio probatur ex teſtib.deponentib.de certo & limitato pretio,ſec.com.per Burſ.conſ.100.n.14.lib.1.quam declara,vt per eundem d.conſ.n.29.vbi ꝙ teſtes emptionem nec illius contractum probant, etiam ꝙ deponerent pretium eſſe diffiniendum ab amico tertio, vel ab æſtimatore ex publico deputato,ſicq; perſona incerta,iuxt.magis com.vt ibi.d.n.29.

Venditio facta per minorem de bonis immobilib. non ſeruatis ſolennitatib.à iure requiſitis,non valet. l.magis puto.§. ne paſſim.ff.de reb.eo.gl.l.ſi quidẽ.C.de præd.min.& no.Rol. conſ.7.n.16.& 17.lib.3.vbi ꝙ ſtan̄ ſtatuto ꝙ quis in 18.anno habeatur pro maiore 25. non tamen intelligitur habilitatus, quantum ad alienationem bonorum immobil.ſine decreto.

Venditio infra dimidium iuſti precij,facta.aut reſcindetur, aut arbitrio venditoris ad ſupplementum iuſti pretij agitur. com.refert Ben.Capr.reg.87.nu.62.vide ſ.contractus.

Venditioni ſi maior iurauerit non cõuenire, non auditur, ſi poſt dicat ſe læſum vltra dimidium iuſti pretij:ſecus ſi minor iurauerit:quia licet beneficio ætatis non vtatur,tamen vtitur beneficio iuris cõis,niſi ſuper vtroque iuraſſet, gl.d.l.2. C.de reſcin.ven.& gl.c.cum cauſa.de empt.& ven.vbi Io.And.opi. de maiore cõmunem eſſe dicit,vt refert Bened.reg.87.n.114. 118.138.&ſequ. Quod tamen fallit, niſi metu extortum ſit iuramentum: vel etiam contractus ſuper quo interpoſitum fuit, vel ſi contrahens dolo inductus fuiſſet, aut ſi mulier aut ruſticus iuraſſet,poteſt enim tunc peti abſolutio de qua re vide ibidem nu.120.& ſeq.



Venditionis contractus ſi appareat originalem cauſam fuiſſe mutui,puta ſi peterem abs te certam quantitatem mutuam cum oblatione pignoris, & dixeris, te quidem mutuare, non tamen inſtrumentum in forma mutui vel pignoris conficere: ſed emere velle,ac pro eodem precio intra certum tempus id reddere velle, præſumitur ſimulatus ac in fraudem vſurarum factus, preſertim ſi modicum precium interuenerit, vt voluit Hoſt.Io.And.c.ad noſtram.de emp.&ven.argumento l.quamuis.§.ſi cum eſſem ff.ad Vellei.Bald.l.3.C.plus valet quod agitur.&ita communiter teneri teſtatur B.Crapr.reg.87.n.166. Sin autem non appareat originalem cauſam fuiſſe mutuum tunc ſi fuit pactum de reuendendo pro maiori pretio preſumitur contractus pignoratitius,ſimulatus ac vſurarius.prout voluit d.c.ad noſtram D.Flor. & D Nic.iuxt.not.in c.ille vos. de pigno.& ſimiliter communiter teneri ibidem.numer.167. refert.

Venditio facta ſub pœna de reuendendo pro eodem precio, ſi concurrat aliud pactum, puta de computando fructus in ſortem,preſumitur pignoraticius & ſimulatus,c.ille vos de pignorib.D.Flor.& D.Nicol.in c.ad noſtram.de emp.& vend. quia de natura emptionis eſt vt faciat fructus emptoris, nec teneatur eos in ſortem computare,quia id ſit de natura pignoris,ſec.Imol.ibidem argument l.ſecunda.C.de in ius vocan.& ita communiter contra.D.Arch.in d.cap.ille vos.teneri refert Bened.capr.reg.87.num.168.& ſeq. Sin autem non concurrat tale vel ſimile pactum, ſed paruitas precij cum pacto de reuendendo quandocunque venditori placuerit,tunc contractus præſumitur fœneraticius, ſiue pignoraticius ac ſimulatus, idque maximè ſi emptor ſit conſuetus exercere vſuras, iuxt.not.in d.c.ille vos.& videtur voluiſſe Arch.14.q.3.c.plerunque.& D.Ant.d.c.cùm noſtram.& ita communiter teneri teſtatur ibid.nu.173.idem Capra.

quando in Venditione, vel locatione prius bona cum eorum confinibus exprimuntur, adiecta deinde certa menſura, venditio non reſtringitur ad illam menſuram. Secùs vbi contrahentes incipiunt à nominibus deſignãtibus numerum vel menſuram:quia tunc contractus reſtringitur ad illum numerum,vel illam menſuram.Eſt communis opi. ſecundum Dec. conſ.348. prima facie. Nam expreſſio confinium facit vt videatur totum illud in contractu deductum, quod tamen ipſis confinibus reperitur incluſum.Dec.ibid.ver.tertio reſponderi poteſt. M.Chærian.

Venditionis contractus, vt & ſimulatus, & vſurarius dicatur,ſatis ſuperque eſt, quod modico precio res diſtrahatur & pactum de retrouendendo intercedat.licet emptor non ſit ſolitus vſuras contrahere,vt eſt communis opi.Soarez ver.venditionis.nu.20.præſumetur & ſimulata ac fraudulenta,ſi venditor remanet in poſſeſſione rei venditæ, vt eſt communis opin.ibi.num.22. Bonacoſſ.

contractus emptionis & Venditionis, vel alius ſimilis contractus,vt dici poſſit pignoratitius,vſurarius,& ſimulatus,requiritur neceſſariò probari tria.modicitas,ſeu tenuitas pretij. pactum de retrouendendo, & conſuetudo fœnerandi, vel ꝙ emptor ſit ſolitus fœnerari,& concurrentibus iſtis tribus,cõtractus ipſe iudicandus foret ſimulatus, nec duo ex iam dictis ſufficerent aliquo pacto ad probandum ſimulationem,vt voluit Bal.in c.1.de feud.dato inuicem legis comiſſo.Arch.in c. quia pleriq;.14.q.3. Io.and.c.illo vos,de pig.Iac.de aren.Cyn. Sal.& alij in l. emptione. C. plus valere quod agitur, Card & Anch.in c.ad noſtram.de empt.& vend.Goza.in rep.l.2.C.de pact.inter emp.& ven. alios referens, & Cagn.in rep.l.2.C.de reſcin.ven. & iſtam opinionem ait eſſe commun. Alex. conſ. 109.vol.4.Dec.conſ.167.Gram.dec.66.n.26.& ſeq &Caſſad. dec.1.n.1.in tit.de vſuris,& ita conſuluit Boer.conſ.12.In contrariam verò ſententiam, videlicet,ꝙ contractus eſt iudicandus fœneratitius ſolummodò ex duob.ſcilicet ex pretij modicitate,& pacto de retrouendendo abſque eo,ꝙ emens ſit ſolitus fœnerari,inclinauit gl.in c.conqueſtus,de vſuris,& in d.c. ad noſtram.quam ſequitur ibi Inn.Hoſt.Io.and.Imo.But.abb. Bal.alb.Paul.de caſtr.& Ful.in d.l.emptione,vbi aſſeuerat prędictorum opinionem eſſe communem.& alexan.reuocando iudicium in melius,conſ.120.vol.4.& conſ.46.in princ.vol.3. vbi dicit aperto ore hanc partem eſſe magis communem.& Boer.deci.182.n.10.& ita vigore dictæ ſecundæ, & vltimæ opinionis magis communis conſuluit ſacrum conſil. Neap.teſte afflict.deciſ.65.& Gram.in precitata deciſ.75.n.30.cum aliis ſeq.& Rot.Rom.vt refert Caſſad.d.deciſ.j.& ita conſuluit quoq; Crauet.conſ.156.nu.8.& iſta eſt veriſſima,canonica& magis com.opi.& obſeruanda in practica, vt atteſtatur Iac.in l.rogaſti.§.ſi tibi dedero.ff.ſi cer.pe. pro qua ſemper intrepidè iudicarem, & conſulerem caſu eueniente, vt ſecundum eam conſuluit etiam eleganter,& docte Marc.Ant.Nat.conſ.198. viſo,& benè conſiderato themate,&c. F.Viuius.

Venditio. De natura venditionis eſt, vt venditor teneatur de euictione reſpectu ſui,& pro facto autorum ſuorum.tex.l. emptorem.§ qui autẽ.vbi gl.ver.omnes.ff.de act.empt.quem allegat Oſaſc.deciſ.48.nu.5. vbi quærit, an bonis alicuius publicatis,& eorum publicatione facta,cum generali promiſſione euictionis, ſi contingat principis reſcripto bonorum reſtitutio: an emptor agere poſſit de euictione? & ibi poſt plura, concludit ꝙ ſic, quæ autem actio competat contra venditorem re euicta: vide Miſing.cent.1.obſer.54.vbi inter alia,dicit,ꝙ ad facti moleſtationem promittens euictionem non tenetur, actio autem de euictione non prius competit, quàm res ſit ablata,niſi dolus interuenerit,ſecund.eundem d.centu. obſer.56. Quid quando promittitur euictio quomodocunque & qualitercunque rem euinci contingat? & dic, vt per doc.in apoſtil.ad l.cum pœna.ff.de arb Ang.§.fi. inſt.de emp. & fac.quæ idem Oſaſc.ſcribit d.deciſ.48.nu.8. vbi promiſſio de conſeruando & præſtando aliquem indemnem ab omnib. contradictionib.operatur, vt quocunque modo quis de euictione teneatur, de quo vide quæ ponit Crem.ſing.158.vbi latius declarat, quid de venden̄.& promittente pro ſuo dato & facto tantum?& dic,vt per Bar.in l.ſi ſeruus.n.3.ff.de cond. fur.Alex.conſ.18.col.fi.poſt med.lib.5.vbi doc.in apoſtil.Deci.conſ.281.col.pen.& fi.in prin.& poſt med.2.reſponſ.Quid de promiſſione de defendendo? & dic, ꝙ intelligitur de iuſta defenſione, non de violenta, quæ concl.fallit in principe, teſte Miſing.cent.2.obſer.19. quibus omnib.adde, ꝙ venditor non tenetur releuare emptorem,quando citra iudicialem cognitionem res ei auffertur de facto, iuxta not. per Rol. conſ. 45.col.pen.& fi.nu.19.lib.3. ꝙ autem promittens defendere de iure & de facto,non intelligatur de violentia, ſcribit idem Rol.d.conſ.nu.21.vbi latius declarat,& ibi n.16.quid de venditore ſuſcipien̄.in ſe caſum fortuitum?& poſt plura,concludit vẽditorem in caſu de quo ibi,non teneri ad releuationem requiſitam,occaſione diminutionis redditus cuiuſdam rei locatæ per cameram ducalem,quæ idem operatur ac ſi per principem facta eſſet,iuxta tradita per Alci.conſ.117.nu.15.quia ſtat iuris diſpoſitio, ꝙ caſus fortuitus poſt perfectam venditionem ſpectat ad emptorem.l.1.C. de pericul.& commod. rei vend.

Venditor tenetur rem præciſè tradere ſi eſt in ſua facultate.aliàs ſecùs,quia tunc non tenetur niſi ad intereſſe.Ant.Nicce.in concor.gl.concor.54.commu.dicit,Tiraq. tract.de iure conſtit.part.1.nu.35. B.Villal.

Hanc ſimiliter communem eſſe,teſtantur Alex. Iaſ.Claud. Aquen.Ruin.Fab.de mont.& multi alij,quos enumerat Hip. Riminald.§.1.nu.33.& 38.inſtit.de donat. Et phanu.in tract. de in lit.iur.nu.35.poſt med. I.Fich.

Nota iſtam communem ad intel.l.2.tit.5.part.5.

Vendere promittens,tenetur ad rem tradendam, quia hæc obligatio eſt indiuidua.Curt.iu.conſ.74.nu.1.commu.dicit. B.Villal.

Amplia iſtam communem, ꝙ licet venditor ſe conſtituat nomine emptoris poſſidere, vel precario, & ex hoc videatur tranſlata poſſeſſio in emptorem,tamen tenetur etiam ad traditionem facti,& ad nudam detentationem.Tiraq.tra.de iure conſtit.part.1.nu.1.com.dixit ex Alex.conſ.28.vol.2.& concor.conſ.43.vol.1. idem.

Venditor non habet prælationem. Rip.l.ſi negotiorum.§. in bonis & de priuil.credit.com.dicit. idem.

Venditor non tenetur de euictione,nec de pretio,quando emptor ſciebat rem alteri eſſe obligatam.Lud.de Goza.conſ. 24.nu.7.com.dicit.vide quæ habes ſ.in ver.donatio.nu.113.

Venditor ſciens litem motam emptori,non tenetur de euictione, niſi ſibi per emptorem fuerit facta denunciatio. Eſt com.opi.ſecun.iaſ.l.2.§.voluntatem.ver.tenendo tamen concluſionem.ff.ſol.mat.

Limitatur,vt ibi per eum, niſi in inſtrumento iuraſſet venditor, defendere emptorem: quia tunc venditor ſciens litem motam tenetur etiam non facta denunciatione, propter ſtimulum iuramenti: quia iuramentum conſtituit iurantem in mora, ipſo iure, ſine alia denunciatione, ſecundum eundem iaſ.latiſſimè,l.quòd te.ff.ſi cer.pe. M.Chærian.

quando Venditor reperitur poſt factam venditionem adhuc rem venditam poſſidere, præſumitur venditio ſimulata, & fraud

& fraudulenta.Eſt communis opi.ſecund.Corn.in conſ.205. in præſenti.verſ.nec videtur.vol.3. idem.

Venditor qui accepit arrhas,non liberatur perſoluendo arrhas duplicatas,ſed ad totum emptoris intereſſe tenetur.Bart. in l.1.§.vnde quæritur.in fi.de publica.& vectig.Et eſt comm. opi.ſec.Alex.in l.ſi cum dotem.verſi.& iſta faciunt ad quæſt. ſol.matr. idem.

Venditor de iure ciuili,canonico,& in conſcientia agere poteſt ad intereſſe contra emptorem,qui percepit fructus rei emptæ,& fuit in mora ſoluendi pretium.l.curabit.vbi tex.gl. Bart.Bald.& doct.C.de act.empt.cum hoc tamen,quod huiuſmodi intereſſe petitum non excedat conſiderabili quantitate perceptionem fructuum perceptorum cùm pro percipiendis & non perceptis, non teneatur venditor ad intereſſe erga emptorem ob pretium non ſolutum,& iſta eſt magis cõmunis opi.vt refert Soc.in l.de diuiſione,num.13.cum ſeq.ff.ſol. matr.vbi Bart.& alij doct.Paul. de caſtr.in l.Iulianus.§.ex vendito.ff.de acti.empt.Laurent.de Rodulphis in tracta. de vſur. in 2.part.4.oppoſito.Io.de Ana.in c.in ciuitate.circa princ.de vſuris. F.Viuius.

Vendens rem cum pacto francandi,non poteſt agere aliqua reali actione contra illum,in quem iſta res per emptorem alienata fuit,ſed tamen contra primum emptorem actione perſonali,vt per Alex.conſ.10.vol.1.ferè per totam.& Gozad.in rep.l.2.C.de pact.inter empt.& vendi.num.44.cum aliis ſeq. quam Alex.opinionem licet Soc.impugnauerit,conſ.80.vol. 3.in princ.ſequendo Paul.de caſtr.& Cuma. tenentes contra Alex.in locis ibi à Soci.citatis,& quorum opinionibus dixit Soc.non minus eſſe deferendum,quàm auctoritati Alex.& quamuis contra Alex.ſententiam tenuit Cuma.Io.de Ana.& Ant.Burgos in locis citatis à Cagn.in repe.d.l.2.num.133.tamen Alex.opinio magis communiter recepta eſt à doct. eam enim ſequitur Fulg. in l.ſi cum venderet.ff.de pign.actio.iaſ. in l.ab emptione.ff.de pact.Ruy.conſ.32.vol.j.Rip.Ferd.Dec. Curt.ſen.& Caſſan.in lecturis,& conſiliis citatis à Cag.in d.l. 2.num.134.à qua quidem communi nullatenus eſt recedendum in conſulendo,& iudicando iurib.& rationibus vulgaribus. idem.

Venditor dans,tradens,donans,& donare intendens emptori illud,ꝙ plus valebat res alienata ac vendita,poteſt optimo iure venditionem ſub prætextu deceptionis vltra dimidiam iuſti pretij reſcindere,ſi conſtet ignorauiſſe valorem illius rei alienatæ,ſecundum Guliel.de Cug.in l.ſi tibi decem in princ. ff.de pact.Azo,in ſumma de reſcin.vend.Bart.in l.2.C.de reſcind.vend.& in l.ſi quis cùm aliter.ff.de verbor.obliga.Bald. Alex.Iac.de S.Georg.& iaſ.in l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cautio. ſecùs verò ſi ſciebat valorem rei venditæ ipſe venditor,tunc enim perdit omninò remedium d.l.2.nec venditio per læſum vltra dimidiam iuſti pretij reſcindi poteſt,& iſta fuit diſtinctio Bart.d.l.ſi quis cum aliter,in 11.q.cum quo ſentiunt omnes doct.communiter ibidem,& in præcitata l.2.vbi Moder.ſequuntur & atteſtantur dictam communem,& Boer.dec.142. ſed nonnulli docto.tenuerunt contrarium,quorum rationes latè proſequitur Abb. in cap.cum contingat.de iureiur.& in c.Quintauallis.eo.titu.vbi refert Bald. dicere communiter in practica obſeruari quòd nõ obſtante quacunque verborum cautela ob enormem læſionem peti poſſet reductio ad arbitrium boni viri,tamen non eſſet tutum à prædicta communi diſcedere aliquo pacto,quia difficile foret contra eam obtinere in practica. idem.

Venditor non tenetur præcisè rem tradere,ſed præſtando intereſſe liberatur per tex.in l.1.ff.de act.empt.cui concordat l.ex empto.§.etiam.eod.tit.& not.Aret.in §.1.inſti.de don.gl. diſtinguit in §.pretium.inſtit.de empt.& vend.ꝙ venditor habens facultatem tradendi rem venditam,poteſt cogi præcisè manu militari,& etiam per pœnas,& mulctas ad tradendum poſſeſſionem realem rei venditæ emptori,nec liberatur præſtando intereſſe,quam glo.meliorem de corpore iuris appellat.Aret.ibi,& eius opin.dicit æquiorem gl.d.l.1. eamque ſequuntur ibi,Bart.Bal.Paul.de caſtr.& Fulg.Bart.nu.5.Paul.de caſtr.Alex.iaſ.nu.21.& Deci.l.in actionib.ff.de in lit.iur.Bart. in l.ſtipulationes non diuiduntur.q.8.de ver.ob.& poſt eum inibi Rom.nu.58.Alex.nu.30.iaſo.nu.39.Claud.Aquen.nu. 40.& Ruyn.nu.30.dicunt ac audacter fatentur hanc eſſe commun.opi.idem dicit Alex.l.certi condictio.nu.12.ff.ſi cer.pe. Dec.nu.2.Paul.de caſtr.in l.ſi traditio.C.de act.empt.iaſo.in l. quoties.nu.34.C.de rei ven.Feli.poſt imol.c.cùm Ioannes.n. 35.de fid.inſtr.Boer.deciſ.48.Petr.Andr.Gram.in tract.perm. nu.29.Fabia.de Monte in tract.de empt.& ven.q.6.princ.nu. 38.vbi citat infinitos doc.& denique ibi fatetur hanc eſſe veram & communem opinion.& Couar.in tract.reſolutionum iuris ciuilis.c.19.nu.1.lib.2.& Tiraq.in tract.conſtitu.poſſeſ. part.1.nu.35.declaraturque iſta communis vtiliter,ꝙ nec liberatur venditor ab actione perſonali ex empto per conſtitutum de poſſidendo nomine emptoris vel precario,quin teneatur tradere poſſeſſionem,prout eſt facti & non iuris,& ſic poſſeſſionem realem,manualem,effectualem,& corporalem, ſecun.gl.in l.iulianus.§.ex empto.de act.empt.Bald.Ang.Pau. Caſt.in l.ab emptione.ff.de pact.Cy.l.1.in fi. C.quando lic.ab empt.diſcedere,& iſta eſt com.opi.teſte Ruyn. conſ.94.nu.1. vol.1.nec ab re hoc firmant præcitati doc.ꝙ præcisè teneatur ad tradendum rem venditam conſtituens ſe precario poſſidere emptoris nomine,quia res eſt effecta empt.vt per Bald.in repeti.l.æmilius.ver.ego cogitabam defendere.ff.de minori. declaratur quoque dicta communis in tantum procedere,ꝙ promittens vendere alicui,teneretur ad rem tradendam præcisè,quia promiſſio de vendendo dicitur indiuidua.l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.ob.vbi Bart.& omnes hoc tenent,& idem Bar.in l.cui vſusfruct.ff.de vſufru.leg.& iſtam ponunt eſſe com.opi.Ruyn.conſ.27.nu.1.& 6.vol.4.& Curt. iun.conſ.74.in prin.procedunt autem de plano omnia prædicta ſi pretium rei emptæ fuerit ſolutum,vel aliter eo nomine ſatisfactum,tunc enim bene tenetur venditor prɇcisè rem ipſam tradere,aliàs ſecùs:imò rem prædictam poteſt retinere loco pignoris.l.iulianus.§.offerri.ff.de act.empt.& d.l.ex empto.in prin.& hoc videtur ſentire expreſsè Bald.in l.fi.C.com mod.vbi dicit quod venditor poteſt retinere rem venditam pro pretio non ſoluto.imò etiam pro vno nummo non ſoluto,poteſt optimo iure totam rem retinere,vt latiùs declarat Fabia.de Mon.in loco præal. F.Viuius.

Vendere rem propriam nemo inuitus cogendus eſt.l.inuitum.C.de contrah.empt.l.nec emere.C.de iur.delib.l.inuitos C.loca.Fallit iſta regula,ſeu declaratur non procedere in caſu in quem reſpublica grauaretur annonæ inopia,tunc enim & ſi quis merces venales non expoſuiſſet,nec eas publicè venditioni obtuliſſet,nihilominus ad earum venditionem cogendus eſt,& quidem iuſto pretio à principe,vel Magiſtratibus definito,ne quis liberè res neceſſarias hominum alimentis quocunque pretio grauiſſimo quidem ob rei penuriam vendat,& hoc colligitur ex l.j.C.de epiſc.audien.vbi Bart.& ſcriben.omnes cõmuniter.Panor.& alij Canoniſt.vno omnium ore in c.1.de empt.& venditio.Bart.in l.annonam.ff.de extraord.crimi.Lucas de Penna eleganter in l.1.C.de quibus mune.liceat ſe excu.verb.temp.iaſ.in l.1.ff.de legib.Afflict.in 3. q.in proœmio conſtitut.Neapolitan.Bald.& Ang.in l.ſi pendentes.§.ſi quid cloacarij.ff.de vſufruct.per tex.ibi,& Fely.in dicto c.1.de emptio.& venditio.vbi Moder.& in locis præcitatis atteſtantur hanc eſſe communem opi.Fallit prædicta regula ſecundo loco,vbicunque quis exponeret publicè res proprias venditioni,& illæ res pertineant ad victum,& veſtitum hominum,etenim æquum eſt tunc ac Reipublicæ conueniens,etiam ceſſante inopia rei,ꝙ publicus venditor cogatur iuſto pretio vendere res,quas venditioni expoſuit,tex.eſt ſecundùm Abb.& Burg.in d.c.1.C.de epiſc.audien.gloſſ.in l. non enim.ff.rer.amotar.Marſ.in l.1.§.cum quidam deponere.num.6.ff.de quæſt.Dyn.& Bart.in d.l.non enim.& quamuis iaſ.in dict.l.nec emere,contrarium tenuerit,tamen in his, quæ pertinent ad victum procedit de plano prior ſententia, ſecundùm Alb.in dict.l.non enim.poſt alios huius opinionis authores,quorum opinio communis eſt,vt audacter aſſeuerant Moder.in d.c.1.& nonnulli doct.iam relati.Fallit ſimiliter præfata regula in multis aliis caſibus,quibus cogitur quis vendere iuſto pretio res proprias.quos tradiderunt gl.& doc. in d.l.in victum.gloſ.& ibi Alb.& iaſ.in d.l.nec emere.Rom. in l.2.nu.7.ff.ſol.mat.Afflict.in d.proœ.conſtitu.Neapol.q.3. Bald.& Ang.in d.§.ſi quid cloacarij.Rubè.conſ.92.Marſ.in d. §.cum quidam diſponere.& Tiraq.in tract.de retract.lib.1.in præfatio.nu.15.& in §.3.gl.3.nu.1.& Soci.tract.fall.reg.435. vendere rem ſuam nemo compellitur. idem Viuius.

Venditor licet certò ſciat litem motam fuiſſe contra emptorem rei à ſe venditæ,nihilominus non tenetur de euictione ob huiuſmodi ſcientiam,niſi emptor denunciauerit ſibi litem motam.ſecun.Bar.in l.non ſolùm.§.morte.ff.de ope.no. nun.Spec.Io.And.& Anch.in c.fi.de empt.& vendi.in fi.Bart. Bald.& Ang.per illum tex.in l.qui abſentem.ff.de proc.Alex. nu.12.& Iaſ.nu.26.& ſeq.in l.2.§.voluntatem.ff.ſol.mat.qui dicunt hanc eſſe com.opi. idem.

Vendens,ſeu donans eandem rem duobus,ille præfertur in dominio detinendo,cui priùs res ipſa tradita fuit,non attento cui priùs fuit vẽdita,vel donata.l.quoties.C.de rei ven.





vſurarius manifeſtus nulla cautione præſtita de reſtituendis vſuris non poteſt facere teſtamentũ,c.quenquam de vſuris lib.6.Zabare.conſ.91.Neceſſe autem eſt,quod ad teſtamẽti validitatem, ꝙ ipſi vſurarij caueant in vita, aliter teſtamentum eſt ipſo iure nullum,ſec.gl.in clem.eos.de vſuris.& in ca. quanquam.in verſ. mandauerint,quam ſequuntur communiter omnes doct.ibi,& in c.quia in omnib.de vſuris, præſertim ibi Aug.Beroius,nu. 52.&ſeq.quamuis quoad pœnam ſepulturæ contrarium velit gl.in clem. 1.de vſur.in ver.manifeſtos.Limitaturque iſta cõcluſio non procedere,quando vſurarius deceſſit nulla præſtita cautione,dimiſſo tamen procuratore ad præſtandum eam poſt mortem, qua præſtita iuſtificatur teſtamentum,vt latè diſputant canoniſtæ & multi hoc tenent in d.c.quanquam.Confirmat hoc idem Cardinalis in ca. ſignificauerunt de teſti.& in clem. 1. q. 23. de ſepult.vbi dicit fuiſſe deciſum public.Ferrariæ,quòd valeat dictum teſtamentum,eumque ſequitur Io.Dilectus in tract.de arte teſtan.ti. 1. cautela.7.ſel.in c.ad hoc de reſcrip.& in c. quoniam frequenter.vt lite non conteſt.iſtamque dicunt communem opi.Gaſpar.de Cald.&Anc.inter conſilia Cardinalis conſ.40. in facto aliàs prædictæ conſtitutionis.Fallit iſta concluſio ſecundo loco, ꝙ licet vſurarius manifeſtus non poſſit teſtari, niſi prius cautione præſtita,nihilominus poteſt donare cauſa mortis abſque dicta cautione,vt voluit Bald.in l.executorem.C.de executio.rei iudicat.& in conſ.298. volumin.ſecundo.vbi refert collegium Mediolanenſe ſic conſuluiſſe.Idem tenet Angel.in diſputatione incipiente: Aſtenſis Milea,Roma.& im.in l. tam is.in prin.ff.de donatio.cauſa mortis,Pau.de caſt.conſ.283.in antiquiſſimis,capr.conſ.92.circa fi.Probus in d.c.quanquam. in add.Io.Mona.Gul.Bened.in c.Rainutius.de teſta.in ver.teſtamentum,Ripa in l.2.n.7.ff.de le. 1.vbi audacter aſſerit hanc eſſe communem opi.& poſt eum Soci.iu.nu.22.Fundatur talis concluſio iſta optima ratione,quia tex.in d.ca. quanquam corrigit ius antiquum,quo vſurarij teſtari poterant l.eius,qui in prouincia.in prin.ff.ſi cert.pet & tradit Bapt.de S.Blaſio in tract.contradictionum iuris ciuilis, & canonici contradictione 18.ſtatuitque ſpecialiter, vt omiſſa cautione ſint nulla nec de contractibus quicquam dixit ergo in eis locum non habet l.verba geſſerunt.ff.de verb.ſig.Secundò comprobatur ea ratione quòd dicta cautio de vſuris reſtituendis reſpicit ordinationem,& ſolennitatem teſtamenti,quo reſpectu donatio cauſa mortis equiparatur contractui ſecundum communem opinionem,de qua teſtatur Ripa in l.2.ff.de leg. 1.nu. 10.& D.Potanus Peruſinus,n.32.in contrariam verò partem titubanter, & ſibi parum conſtans inclinauit Bal.conſ.294. vol.2. Lapus in allegat. 125.poſt Io.Calderinum in diſputatione exordiente.Canonica inſtitutione,Steph.de Feder.in tract.de interpretat.iur.in 1.par.nu.43.Laur.de Rodul.in tract.de vſur.q. 100. Io.de Ana.in c.quia in omnibus.nu. 14.de vſuris.Bened.Peruſin.in rub.de teſta.in 6.dec.ſibi contrarius.in l.diſcretis.C.qui teſta.fac.poſſ.& ante ipſum Alex.in prin. qui fatetur expreſsè iſtam eſſe com.opi.Io.Dilectus in tract.de arte teſtan.ti.i.caute.7.Soc.in d l.2.& poſt eum Ruinus latè. vbi abundè reſpondet omnibus ferè fundamentis pro cõtraria parte citatis. Sed in iſta ambiguitate, & in tam variis iuris noſtri interpretum ſententiis,quid concludendum?dico, quòd caſu eueniente ergo ſemper conſulerem,ac iudicarem pro iſta vltima ſententia negatiua,iſto argumento potiſſimum inter alia,nam qui non habet factionem teſtamenti paſſiuè , non poteſt etiam ex donatione cauſa mortis capere.l.ſenatus.in prin.ff.de dona. cau. mor.ergo pari modo,qui non habet liberam factionem teſtamenti actiuè , ſicut vſurarius, non debet poſſe donare cauſa mortis.Limitatur tertiò iſta concluſio ſeu diſpoſitio dicti ca. quanquam,non habere locum in teſtamento iudæi ſecũdum Io. Dilectum in loco ſupra citato qui quidem iudæi licet ſint publici fœneratores , nihilominus poſſunt teſtari nulla prius cautione præſtita,vt per Aret.conſ. 158.copioſè in 2. dubio, & in hoc ſunt melioris conditionis quàm chriſtiani vſurarij d.c.quanquam,&no.Alex.conſ.3.in cauſa,& lite.vol.2.Soci. conſ.62.in præſenti conſultatione.& conſ.70. in præſenti volu.Imo.conſ.1.circa fi.cum 2.ſeq.vbi dicit ꝙ iudæi poſſunt,vt chriſtiani teſtamenta condere.& Corn.conſ. 114.libet primo. vol. 1.Limitatur quarto loco non procedere præallegata concluſio in donatione inter viuos,vt per Bal.conſ. 198.queritur lib. 2.& Io.Dilectum in allegata cautela 7.& his accedit vtiliter, ꝙ vſurarius manifeſtus dicitur probatione legitima concurrente,& fama,vt per Abb.conſ. 33.attingam.lib. 1.& conſ. 2.lib.2.& probatur etiam vſurarius ex fama, & quibuſdam indiciis,vt poſt gl. tradunt inn. & alij in c.cum in diœceſi.de vſuris,cum concordantibus,vt per Fulg.conſ. 138.viſis precepto, & tradit Gemini.in c. 1.§.&quia de vſu.lib.6.& vſura,ſeu conſuetudo fœnerandi poteſt per teſtes ſingulares etiam probari ſecundum magis communem opi. quam citat,ſequitur Crauet.poſt alios ibi.per eum relatos,conſ.73.num.32.&accedit quoque prædictis, quòd vſurarius non dicitur ille, qui tenet pecunias in monte, quoniam non poteſt petere quando vult capitale ſecundum communem opi.omnium ſcrib.quam allegat,ac ſequi videtur Alex.in l.item quia.§. 1.nu. 2.ff.de pact. Item occurrit quòd vendens rem pluſquàm valet, cenſetur vſurarius,c.in ciuitate, & c. nauiganti,ext. de vſuris. & iſta eſt com.opi.vt latè conſuluit abb.conſ. 5.in fi.nu. 3.vol. 1.Similiterque occurrit præmiſſis quòd bona vſurariorum non præſumuntur pro vſurarum reſtitutione tacitè hypothecata, ſecundum Io.And.& alios canoniſtas communiter in d.c.quanquam.quam quidem communem ſequuntur,ſimile ac citant Moder. ibi Ant.Neguſant. de Fano.in tract.de pignoribus,& hypothecis in 2.par.4.membri.n. 155.& vlterius nota ad præmiſſorum intelligentiam, ꝙ vſura dicitur in mercatore de intereſſe ante moram reſtituendæ pecuniæ paciſcente,eſto ꝙ ipſe mercator tantum lucrum in loco mutui veriſimiliter facturus eſſet,ſecundùm communem opi.omnium ſcrib.quam expreſſè citat,&amplectitur Crauet.conſ.87.nu. 5.item accedit hoc etiam quòd vſurarius aliquis dicitur,quamuis deſierit fœnerari,ſec.doctr.Bart.l.prætor ait.§.is etiam,ff.de eden.& in l. quis ſit fugitiuus,in prin.ff.de ædili.edili.communiter approbatam ab omnibus doct.vt refert dec.in d.c.ex epiſtolæ,n.99. vbi eam declarando nonnihil conatur ſuſtinere,& à pluribus cõtrariis amouere,ac diuellere.item nota vlterius congruenter hic,quòd vſurarius tenetur actori edere rationes ſuas pro intentione eius fundanda,quando agitur de vſuris,vel ex cauſa reſpiciente vſuras,ſecùs autem, ſi contra vſurarium ageretur ex contractu venditionis,vel ex alia ſimili cauſa quæ vſuras non reſpiciat,vt not.& tenet Anchara.&Cardina.in clem. 1.§.cæte



1.§. cæterùm de vſuris, & Bald. in capit. clerici.de vita & honeſtat.cleric. quorum opinionem affirmat eſſe communem Decius in capitulo ex epiſtolæ. nu. 101. cum ſequent. de probatio. Item accedit poſtremò quòd vſurarius eſt infamis. l. improbum, vbi Bartol. Paul. de caſtro & alij communiter per illum tex.C.de infam.& Matheſil.in notab.49.incip.nota. F.Viuius.

Vſurarius manifeſtus non poteſt teſtari,niſi præſtet cautionem de reſtituendis vſuris, nec quidem ſufficit nuda cautio, ſed requiruntur pignora vel fideiuſſores.communem in §.teſtamentum dicit Clarus quæſtione 26. verſ. Sed quæro. Et caſu, quo teſtatus eſſet, non præſtita cautione, tamen ſi poſteà adhuc præſtet, reconualeſcet teſtamentum.communem dicit idem ead. quæſtione, verſiculo ſed pone. Nota autem quòd etiam ſi deſiſſet exercere vſuras.tamen non poterit teſtari ſine cautione præſtanda, niſi reſtituiſſet vſuras. commu. in d. quæſtione vigeſimaſexta, verſiculo, Item quæro. Et nota quod vſurarius manifeſtus etiam donare non poteſt cauſa mortis. Magis communem dicit in §. dicta quæſtione ſeptima. P.Fich.

Vſurarius an pœna aliqua criminaliter puniri poſſet, doct. dubitarunt, & voluit Butrig.in lege, improbum.C.ex quibus cauſis infam. irrogatur. vſurarium committere dolum in exigendo vſuras contra iuris prohibitionem,& ideò teneri crimine ſtellionatus, & puniri pœna extraordinaria. Cùm iure ſit receptum quòd pro quolibet delicto etiam priuato, ratione intereſſe publici procedatur ad pœnam extraordinariam lege,locatio. §. quòd illicitè. ff. de public. Io. Baptiſt. Caccialupus in repetit. leg. cunctos populos. numero quadrageſimonono.C.de ſumma trinitate & fide catholica.Per. Phil. Corn. in conſilio decimo.numero vndecimo. & in conſilio centeſimoquinquageſimonono numero quarto. in tertio vlumine conſilio. Robert. Marant. in tractat. de ordi. iudi. in parte ſexta. numero centeſimo nonageſimooctauo. cum ſequent. & in diſput. quinta, quæ eſt in fine eiuſdem tract. de ordi. iud. Et hanc ſententiam poſt aliorum quorundam allegatas authoritates ſibi magis arridere , quia eſt magis communis, inquit Alcia. in capitulo primo.numero quinquageſimooctauo. extra de offic. iudi. ordi. vbi ipſe argumenta quæ in contrarium adduci ſolent, ſoluit. Alij verò contrariam ſententiam ſequuntur, cùm ſit crimen eccleſiaſticum. gloſſ. in verbo ſecundum quod. in dicto capitulo primo. cumque criminaliter, quia hoc legibus non exprimitur, crimine ſtellionatus agi non poſſit. Nam tale crimen requirit dolum , qui non videtur interuenire ex quo ipſi contractus fiunt partibus conſentientibus.Bal. in dicta lege, improbum.numero ſecundo. verſiculo ex quo crimine. & Sali. numero tertio. Vnde volenti & conſentienti non fit dolus.lege,nemo videtur fraudare. ff. de regulis iuris. Et hanc ſententiam multis argumentis confirmat Philippus Decius in conſilio 170. Sequitur eandem idem Decius in lege , rogaſti. §. ſi tibi. in fin. ff. ſi certum petatur. Et horum ſententiam approbarunt & alij iaſ.in conſilio centeſimo quinquageſimotertio. numero tertio. verſiculo , condeſcendo ad ſecundum dubium. in quarto volumine conſilio.Ripa in capitulo decernimus.numero octauo. extra de iud. Crauet. in conſilio ſexto.numero 101. Et hanc ſententiam magis communem eſſe, argumentis in vtramque partem adductis, & contrariis ſolutis, refert Roland.à Valle, in conſilio ſeptuageſimoquinto.numero decimotertio. cum ſequentibus in primo Tomo conſilio. Licet Apoſtill. priorem ſententiam defendens opinionem Butrigarij vbique ſequatur, in ſuis addit. ad conſilio Deci. in dicto conſilio 170. in verbo , ſtellionatus. & in tract. contract. & de vſur. reddituumque pecunia conſtitutorum in 10. quæſt. verſic. hic occurrit quæſtio, numero 156. in quinto volumine tractat. kirchouius.

Vſurarius etiam dicitur, qui aliquando exercuit vſuras & poſtea deſiit, vt communem dicit Decius in capitulo primo. numero vigeſimoſecundo.de probationibus. Clarus dicto §. vſura.verſ.vltimo referens ſe,ad §.teſtamentum.q.6.ver.item quæro lib.ſuo 4. P.Fich.

Vſurarius manifeſtus dicitur non ſolum qui palàm & publicè exercet artem fœneratitiam, vel qui in iudicio cõfeſſus ſit ſe eſſe vſurarium,vt per Didacum.libro tertio, reſolut. capitulo tertio, numero quarto, & gloſſ. in capitulo primo, verb.Manifeſtos.de vſur. in 6. ſed etiam is qui ſacerdoti confeſſus eſt, vt in præſentia teſtium,& mandet vſuras reſtitui,vt communem atteſtatur Socinus. conſilio 127.numero primo. libro tertio. Item etiam ille qui tanquam vſurarius in iudicio condemnatus eſt, vt communem dicit Did.in d.c.3. numero quarto. idem.

Vſurarius poteſt criminaliter puniri,vt tenuit Butrig.in lege, improbum. C. ex quibus cauſis infam. irrog. quam dicit communem.Corn. conſilio 19. in littera G. libro tertio. Alci. in capitulo primo. de offic.ord. nu. 76. quem refert Didacus ſuper 4. decreta. numero decimonono.libro primo. Et licet Roland. conſilio ſeptuageſimoquinto. numero vigeſimonono.libro primo.dicat contrariam eſſe magis communem. & quòd Alciatus decipiatur. Tamen ſi recenſeantur authoritates,comperietur Alciatum rectè dixiſſe. Ita Clar. d.lib. 5.§. vſura.verſ.& ex hoc. idem.

Vſuraria in cauſa an & quando laicus cognoſcat:vide Bald. in tit. de contr. inueſtit. §. ſimiliter. in prin. Et pro negatiua quòd non poſſit inquirere de & pro vſura. Grat. conſilio 39. numero 7.& 8. libro ſecundo. niſi in manifeſto vſurario. Et quis dicatur manifeſtus vſurarius:vide eum conſilio quadrageſimonono. eodem libro. Socinus iunior conſilio 83.libro 2. Et quando, per quem & qua pœna vſurarius puniri poſſit, not.iaſ.conſilio centeſimo quinquageſimotertio. libro quarto.poſt abb.in capitulo cum ſit generale. de foro compet. vbi inter alia dicit,quòd eſt mixti fori,& habet locum preuentio. Qua in materia vide doct.in l. 1.C.de ſum.tri. Put.

Vſurarius manifeſtus.quemadmodum prohibetur teſtari, ſecundum diſpoſitionem capit. quanquam. de vſur. in 6. ita etiam prohibetur donare cauſa mortis. Hanc magis communem opinionem doct.eſſe dicunt Alex.de imol. in l. diſcretis. numero ſecundo.multis adductis authoritatibus.C.qui teſta facere poſſ. & Io. Dilect. in tract. de arte teſtand. tit. 1. de his qui non habent teſtamenti fact. cautel. 8. numero ſecundo. Kirchouius.

Vſurarius manifeſtus,licet ante præſtitam cautionem de reſtituendis iniuſtè ablatis ne quidẽ pro anima,aut ad piam cauſam teſtari poſſit,& ſi teſtetur non valebit teſtamentum,etiam ſi poſt mortem ipſius aut ipſo viuo pœnitente ac contrito ex interuallo præſtaretur cautio.non reconualeſcet teſtamentũ, c.quanquam. de vſur. libro 6. gloſ. in cle.prima.in verbo manifeſtos. & ibidem Paulus de Leazaris. de ſepulturis. Bald. in lege , prima. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. ſi hæreditas. C. de teſtamen. milit. argument. leg. ſi filius. lege, ſi quæramus. lege , qua ætate. lege, eius.§. 1.ff. de teſtam. quod contra Io. And. dicto capitulo quanquam, tenent Garzias , Io. Monachus, Lapus,abbas, & Io.de laga. & ita communiter tam per legiſtas, quàm canoniſtas teneri refert Benedic. capra regula 103. numero centeſimo quadrageſimo primo. Contrariam tamen opinionem quam tenuit Nic. de Matarellis & Bart. in lege, filio præterito. ff. de iniuſt. teſtam. & in dicto capitulo, quanquam. Io. de Fandit. Io. Andreas Bald. Petrus Anchara. Dominic. Aegid. Bellamer. Guliel. de Pontele. magis communem dicit, nec in iudicando & conſulendo ab ea recedendum.ibidem nume. centeſimoquinquageſimoquarto. quod ſecundum Ioann. Andre. Ligna. Franciſcus de Zabarell. & Paulum de Leazaris, in clem. 1. de vſuris procedit ſi poſt factum teſtamentum, & præſtitam cautionem ad exercitium vſurarum etiam occultè non redierit, quod tenuerunt quoque Laurent. de Florent. in tract. ſuo de vſuris. libro ſexto.& Bald. in lege, executorum. C. de execut. rei iudic. & in l. 1. C. de ſacroſ.eccl. Anch.& imol.in c.quia ingreſſe.de teſta.Frider. de Senis conſ.7.& ita communiter teneri refert ibid. nu. 159. idem capra.

Vſurarij manifeſti teſtamentum non præſtita cautione factum licet regulariter vti dictum eſt non valeat. tamen quando in ipſo manifeſta ſigna contritionis apparent,valebit eius vltima voluntas,non tantùm quò ad relicta ad pias cauſas,vt conſuluit Anton. de Butrio. & Anchara. per leg. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. vt voluit Lapus allegat. 125.quem ſequitur Dominicus in capitulo quanquam. & communiter tenetur, ſed etiam quò ad relicta certis perſonis pro reſtitutione vſurarum,& malè ablatorum vel quò ad relicta pauperibus Chriſti,pro vſuris & malè ablatis,quia tunc quò ad talia relicta valebit eius teſtamentum , vt ſentit Io. And.in d.capitulo quanquam,& Lapus d. alleg. centeſima vigeſimaquinta. quod verum eſt, & communiter tenetur, quando aliter de eiuſmodi vſuris & malè ablatis non conſtaret quam per aſſertionem vel confeſſionem ipſius teſtantis,aliàs ſecùs,quia magis vim ac ſpeciem relicti,quàm reſtitutionis haberet,ſec. Anch.d.ca. quanquam.vt refert ibid.num.263.& 167.Idem capra.

Vſurarum crimen probari poteſt per coniecturas, vt eſt cōmunis opinio. de qua Ana. conſilio quadrageſimonono. numero quarto. Et accuſatio & probatio fieri poteſt contra Vſurarium mortuum. Fede. de Senis in conſilio octauo. vide Riminal. conſilio quatuorcenteſimo quinquageſimo. in tertio volumine. & conſil. ſeq. Curtius iunior conſilio ducenteſimo ſeptuageſimonono. volumine tertio. Et teſtamentum vſurarij valet, præſtita cautione de reſtituendis vſuris, vt eſt communis opinio, de qua Bertachi. in tractat. de epiſcop. in ſexta parte quarti libri. in princip. numero quadrageſimotertio. Etiam, ſi præſtetur d. Cautio in articulo mortis, & ſic poſt teſtamentum. & not. quòd iudæus non poteſt cogere quem ad vſuras poſt tempus, quo pignus potuit poni in fortibus. Et ſi iudæus excipiat, quòd non poſuit, quia non fuit facta ſolita ſolemnitas, replicabit debitor, quod non curat, quia fuit inductum in fauorem debitorum. ita Fely. in cap. ſignificauerunt. numero vndecimo, de iudæis. vide Paul. de Caſtr. in conſilio duocenteſimo nonageſimoquinto. in 2. vol. Et vſuras nec iudæis licitas eſſe, comm. opi. Cla. in §. vſura, verſ. Hæc autem. Bonacoſſ.

Vſuram inducit ſtatutum & non valet, dans vnum, vel quinque, vel ſex, pro quolibet centenario, vel alimenta dotis, vel crediti non ſoluti mulieri, marito vel creditori, vt eſt communis opinio, de qua Plotus in l. ſi quando. numero quatuorcenteſimo ſeptuageſimo. vſque ad quatuorcenteſimo ſeptuageſimoquarto. & numero 861. C. vnde vi. vide Soc. iu. in conſilio octuageſimotertio. per totum in ſecundo volumine. Bonacoſſ.

vſuram reſtituere poteſt tutor ex pecunia extortam pupilli, pro ſalute animæ, vt eſt communis opinio de qua inter conſil. crimi. conſilio centeſimo quinquageſimo. numero trigeſimoſecundo. Et no. quòd quędam ſunt vſuræ punitoriæ, quędam compenſatoriæ, & quædam lucratoriæ, de quibus Corſetus inter conſil. crimin. conſilio vigeſimoquinto, vbi fuſius Cornelius conſilio decimonono. in tertio volumin. & conſilio vigeſimotertio. eod. volumine. & conſilio centeſimo nonageſimotertio. vbi de inſtrumento hębrei vſurario. item no. quòd inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſunt compellere vſurarios, non iudicialiter ad reſtituendum vſuras. Federic. de Senis conſil. centeſimo quinquageſimoſeptimo. per totum, ſed extraiudicialiter. Et ſi quis iurauerit in inſtrumento ſoluere vſuras, debet prius abſolui à iuramento. Fede. de Sen. conſilio tricenteſimo. numero ſecundo. Aliàs non auditur contrauenire volens, & tenetur prius ſoluere vſuras. & poſtea repetere abſoluto à iuramento. Baldus in conſilio vndecimo, in 4. Item not. quòd ſi quis, quod habet, tradat irreuocabiliter Monaſterio, cum hoc, quòd Monaſterium debeat ſibi perpetuò alimenta, vt per ſæpe fit Florentiæ. Communiter concluditur, quòd ſi eſt præſumptio, quòd deberet tantum viuere, quòd alimenta aſcenderent ad ſortem, vel vltra, quòd eſt vſura, aliàs non. Alexand. in l. item quia. §. idem Iuliano, numero quinto. ff. de pact. item not. quòd vſurarius non eſt. Si quis habet pecunias in monte pietatis, vt eſt communis opinio. de qua idem Alexand. in dicto §. idem Iuliano. numero ſecundo, Soarez ver. vſurarius. numero octuageſimooctauo. ſed quando retro recipitur pecunia, an mons ipſe pietatis, ſi pecunia ſit ex proclamatè Principis mutata, poſſit ſoluere aliud pro alio inuito creditore. Soarez ver. pecunia. numer. 72. idem.

Vſuras punire poteſt iudex ſecularis in caſu clarò, vt eſt communis opinio. de qua Fortunius in tractat. de vltimo fine iuris cano. & ciuilis. numero centeſimo ſecundo. ſecus in dubio, quia cognitio ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum. Curtius iunior in conſilio ducenteſimo ſeptuageſimonono. numero decimoſexto. in tertio volumine. ſed quando agitur criminaliter, poteſt vterque iudex procedere. Et ita communiter practicatur. ſecus ſi ciuiliter. & hæc ſi principaliter ageretur in iudicio ſuper contractu vſurario, ſecus ſi incidenter, quia etiam iudex laicus incidenter cognoſcit, etiam ſuper quæſtione iuris, & contractum vſurarium annullare & reſcindere, vt eſt communis opinio. Clarus quæſtione trigeſimaſeptima. verſi. quæro igitur. vide omnino. Dom. m. Alciatus in capit. pernicioſam. numero ſeptuageſimooctauo, de offic. ordinar. & numero octauo, Suarez verſicul. vſurarum crimen. Bonacoſſa.

Vſurarij manifeſti donatio de omnibus bonis, vel de maiori parte, non valet. Niſi cauerit de reſtituendo vſuras. Alexan. in l. diſcretis. C. qui teſta. face. poſſ. Durans de art. teſtan. tit. 1. caut 7. com. dicit. Bonacoſſ.

Vſura pro dote viduæ interim pro dote præſtanda, accipi nō poteſt de iure, vt eſt communis opinio. Soarez ver. vſuræ. nu. 76. & 77. licet hodierna practica aliter obſeruet. ibi. nume. 78. Bonacoſſ.

Vſurarum crimen licèt ſingularibus teſtib. probari nequeat etiam quòd epiſcopale ſtatutum id iubeat, vt eſt communis opinio, Soarez verſiculo vſurarum. numero octuageſimotertio. curtius iunior conſilio 344. numero primo. in tertio volumine. conſuetudo tamen admittit teſtes ſingulares rectè & ritè probare vſuram, vt eſt communis opinio. Soarez, ibi. nu. 84. Bonacoſſ.

Vſurarij non poſſunt donare cauſa mortis. nec teſtamentū condere, vt eſt communis opinio Soarez verſicul. vſuras. numero octuageſimoſexto, & octuageſimoſeptimo, limita vt ibi. Sed magis communis opinio eſt, quòd vſurarius manifeſtus poſſit teſtari etiam non præſtita cautione de reſtituendis vſuris. de qua capra regula 103. numero centeſimo quinquageſimoquarto & ſequen. & ſi vſurarius manifeſtus teſtamentum condidit, non pręſtita d. cautione, deinde redit, vt canis & ſus ad vomitum, teſtamentum factum non valebit, vt eſt communis opinio de qua capra regula ipſa 103. numerò centeſimo quinquageſimonono. & teſtamentum vſurarij valet & tenetur ſi eo condito effectus ſit poſtea vſurarius, vt eſt communis opinio ibidem numero 162. & valet teſtamentum ad pias cauſas vſurarij, ſi oſtendit ſigna contritionis, vt eſt communis opinio. ibidem numero 163. idem in legatis pro malè ablatis, communis eſt opinio ibidem numero 166. & vide curtius iunior in conſilio 344. numero 85. in tertio volumine. Bonacoſſ.

Vſurarius manifeſtus probatur, qui palam exercet vſuras, vel etiam in camera ſua dat cuicunque requirenti, vt eſt communis opinio. de qua curtius iunior, in conſilio 344. numero trigeſimo, in tertio volumine, vſque ad numerum 33. & qui quandoque exercuit vſuras, poſtea ceſſauit. Clarus in §. vſura. verſ. vlti. &c. criminaliter poteſt puniri vſurarius. Clarus in §. vſura. verſ. & ex hoc. Et vſurarius eſt infamis ipſo iure, vt eſt com. opi. etiam qui de iure ciuili exercet vſuras intra modum ab eo permiſſum. Cla. ibi. ver. punitur & teſtis eſſe non poteſt, ibi. Bonacoſſ.

Vſurarius contractus & ſimulatus pręſumitur & fictus, vbi iſta duo interueniunt, ſcilicet, vilitas precij, & pactum de retrouendendo, nec requiritur tertium, quòd emptor & locator ſit ſolitus & conſuetus fœnerari. Ananias conſilio 58. per totum. Et magis communem dicit Crauetta conſilio 156. numero quarto, Barba. conſilio 51. numero decimooctauo, in primo volumine, folio 121. D. Hieronym. Gabriel. conſil. 74. numero ſecundo, vbi magis communem dicit, maximè canoniſtarum. Licet Rui. conſilio 16. numero 11. in 4. volumine, dicat communem eſſe, quòd illa tria requirantur. Et dicit ita obſeruari in practica. Et dicit iaſo. in conſilio 151. in quarto volumine, illa tria requiri, vt eſt magis communis opinio. Nouellus regula 153. vbi ponit ampliationes & limitationes. Quoties autemcunque contractus eſt vſurarius in rei veritate, æſtimatur tamen communiter licitus, indicari debet in dubio, quòd ſit licitus. Cæpolla conſilio crimi. 13. numero 24. præſertim ſi adſit iuramentum, nec ſi petita abſolutio à iuramento D. Anto. Rondin. inter conſilia crim. conſil. vigeſimoprimo, numero decimooctauo, tomo 2. Et contractus, qui ſunt illiciti, tamen communiter de conſuetudine reputantur liciti, licet in veritate ſint illiciti, nulli & doloſi, excuſantur tamen à pœna criminali ordinaria & extraordinaria huius ſeculi. Ita Plotus inter conſil. crimin. conſilio 108. numero 122. volumine. 1. contrarium tamen tenet in vſurario Maccagnanus in ſuo communium opinionum. par. 1. cap. 9. numero quinquageſimonono. iaſ. conſi. 154. vol. 4. poſt Ale. conſ. 107. vol. 4. Ferratius cautela 17. Corn. conſ. 4. volum. 1. Bonacoſſ.

Vſurarius manifeſtus dicitur, qui publicè & palam dat ad vſuram, vt eſt communis opinio. Clarus in §. vſura, verſicul. ſed hic quæro: Item, ſi quis coram ſacerdote & teſtibus publicè fatetur ſe eſſe vſurarium, & mandet reſtitui vſuras, dicetur vſurarius manifeſtus. Idem ſi fuit à iudice condemnatus, communis eſt opinio. Clarus dicto §. vſura. dicto ver. ſed hic quæro. idem.

Vſurarius ipſo iure efficitur infamis, communis eſt opinio. Cla. in §. vſura, verſ. punitur. Et ille etiam dicitur vſurarius qui ceſſat dare ad vſuras, vt eſt communis opinio. Clar. ibi verſic. vltimò





vltimò quæro. idem.

Vſurarius contractus, vt ſit, quæ requirantur, Cherianus in ſuo communium opinionum verſicul. fœnus. & verſicul. vſura, vbi dicit, quòd vbicunque pœna adiicitur dationi quantitatis, cenſetur adiecta in fraudem vſurarum, ergo (inquit) nullo modo peti poteſt, vt eſt communis opinio. item eſt contractus vſurarius, ſi quis vendit rem alicui, qui pecunia indiget, vt ſtatim reemat pro minori precio, nam perinde eſt ac ſi mutuaret, & iſte eſt contractus peſſimus, qui dicitur ſtoch & biſtoch, quia communiter plus vendunt, & ſic vnum gladium infingit, & alium gladium imponunt Summa Angelica in verſicul. vſura. numero ſexageſimo. Capicius deciſ. Neapoli. quadrageſimanona. numero ſecundo. Cur. iunior, conſil. trecenteſimo quadrageſimoquarto. in tertio. per totum, vbi quis dicatur vſurarius manifeſtus, & quando poſt mortem poteſt damnari, & eius teſtamentum ſit nullum. idem.

vſurarius is non dicetur, qui pecuniam in monte (vt doctores fantur) habet: quoniam ſortem petere non poteſt, cùm vult. commune inquiunt Alexand. in leg. item quia. §. primo, numero ſecundo. ff. de pactis, Viuius libro primo. opinione quartacenteſima quadrageſimatertia. ſed mihi idem non ead. ratione, verùm vtilitate publica probandum omnino videtur. nec enim & ij, qui fœnori pecunias locant, cùm volunt, ſortem poſſunt repoſcere: & tamen vſurarij dicuntur etiam cùm fœnerari deſierunt. commune proferunt Deci. atque alij, quos laudant Iulius Clarus de teſtamen. quæſtione vigeſimaſexta. verſicul. item quæro. & idem Franciſc. Viuius eadem opi. 443. E. Suarez.

Vſurarius contractus, tribus tantum concurren̄. præſumitur, videlicet pacto de retrouendendo, modicitate pretij, & quòd contrahens ſolitus ſit fœnerari, ſecundum magis communem per Burſat. conſil. centeſimo decimoſeptimo. numero duodecimo. libro primo. vbi refert aliam opinion. quam alij doctores communiorem dicunt, ex iuribus ibi allegat. pro priori tamen vide Oſaſc. deciſ. 42. per tot.

Vſusfructus duplex eſt, formalis, qui à proprietate ſeparatus eſt, & cauſalis, qui cum ſua cauſa, hoc eſt, domino iungitur. Cora. in l. prima. numero tertio. ff. de ſeruit. communem dicit. B. Villal.

Vſufructu vni legato, & alteri fundo, ambo concurrunt in vſufructu, niſi aliud appareat de mente teſtatoris. Io. Durand. in arte teſtand. titulo ſexto. cautel. vigeſimaquarta. communem dicit. idem.

Amplia, quod vſufructu omnium bonorum vni legato, & alteri fundo certo, vſusfructus competit tam vſufructuario, quàm legatario. idem ibi com. dicit.

Amplia ad vſufructuarium vnius rei, ſi alteri legatur res, vſusfructus erit amborum, idem ibi com. dicit. idem.

vſufructu fundi relicto vxori, donec caſtè & vidualiter vixerit, & poſt eius mortem alteri relicto: muliere tranſeunte ad ſecundas nuptias, ſtatim admittitur ſubſtitutus, non expectata morte mulieris. Eſt communis opinio ſecundum iaſo. in l. ſi mater. verſic. facit iſta l. C. de inſti. & ſub. licet Dec. cum Rom. ibid. oppoſitum teneant. M. Chærian.

vſufructuario teſtator non poteſt remittere cautionem, quam tenetur hæredi præſtare. communem in §. T. quæſtione ſexageſimaquarta. Etiam ne in mobilib. quidem Magis communem dicit Clarus in dicta quæſt. 64. verſic. Et hæc. quidem. P. Fichard.

vſufructuarius etiam omnium bonorum non tenetur creditoribus hæreditariis de vſufructu reſpondere, ſed debent diſtrahi tot proprietates vſque ad quantitatem debitam, & de reſiduo percipi vſusfructus. Eſt communis opinio. contra Bartol. ſecundum iaſ. in l. 1. verſicu. 2. mouetur. ff. ad Senatuſconſult. Trebell. idem.

vſusfructus ſi alicui cum onere vel rei non alienandæ. ſeruitutis conſtituendæ legetur, & proprietas ſimul legata cenſebitur, vt frequenter placitum ex immenſa doctorum congerie ponit Arius Pinell. contrarium ipſe cordare, ac prudenter docens, in l. prima. parte tertia. numer. 41. C. de bo. mater. E. Suarez.

vſusfructus teſtamento relictus iure ipſo ante vllam hæredis traditionem ei, cui legatus eſt, acquiritur. commune aiunt iaſ. in l. prima. numero ſexageſimoſecundo. ff. de leg. libro primo. Alciat. in l. ſecunda. §. & harum. nu. 51. ff. de verbor. oblig. idem.

Vſusfructus ſtatuæ, vel imaginis relinqui poteſt. Fallit in vſufructu imaginis alicuius Sancti, quia in re religioſa non poteſt conſtitui vſusfructus. quia eſſet crimen, vt eſt communis opinio. de qua Maluitius in tractat. de oblationibus. in tertio dubio. numero decimoſexto. Tomo tertio fol. ſeptuageſimo ſexto. Bonacoſſ.

Vſusfructus omnium bonorum ſi legatus ſit filiabus, & poſt mortem earum inſtitutus ſit aliquis hæres, an legatum valeat: & Dic, legatum valere, teſte Alexand. conſilio centeſimo ſexageſimoſecundo. ſecundo dubio. libro ſecundo. conſilio quinquageſimo octauo. libro tertio. Socy. conſilio centeſimo trigeſimoprimo. columcn. quarta. libro primo. conſil. primo. 2. quæſt. princip. libro quarto. vbi dicit communem opinionem. iaſ. in leg. extraneum. column. quarta. & ſequent. C. de heredib. inſtituend. Mar. iun. conſilio octuageſimoquinto. colum. ſecunda. libro primo. Pariſ. conſilio nonageſimoquinto. numero quadrageſimotertio. libro ſecundo. poſt Roma. conſilio ſeptuageſimoprimo. colum. prima. de quo vide quæ ſcribit Bal. in l. id quod pauperibus. quæſtione quartadecima. C. de epiſcop. & cleric. iaſ. in l. filius à patre vbi etiam Caſtr. de liber. & poſthu. Dec. in capitul. præterea. column. quinta. de officio delegat.

Vſusfructus teſtamento relictus ipſo iure ante vllam hęredis traditionem, ei, cui legatus eſt, acquiritur, ſecundum communem per iaſ. in leg. prima. numero ſexageſimoſecundo. ff. de legatis primo. Alciat. in leg. ſecunda. §. & harum. numero quinquageſimoprimo. de verborum obligat. Qua in Re, magis placet concluſio. Alexand. conſilio quinquageſimoſexto. numero tertio. libro tertio. conſil. quinquageſimooctauo. numero nono. eodem, vbi quòd tutius eſt, quòd ab hærede fiat traditio, niſi in caſu de quo per Roland. conſilio ſeptuageſimoquarto. numero vigeſimoquinto libro ſecundo. vbi latius declarat.

Vſufructu omnium bonorum legato, nihil excipitur, niſi de voluntate teſtantis appareat. Eſt doctrina Bartol. communiter recepta in l. generali. §. vxori. ff. de vſufruct. leg. Et adeò potens eſſe debet illa clauſula duplicata (omnium & quorumcunque bonorum) vt generaliter comprehendat etiam bona, quæ aliàs aliqua ratione non comprehenderentur, ſicut in ſimili diceremus, quòd verba illa in conditione feudi (pro te, & hæredibus quibuſcunque) comprehendunt omnes, & quoſcunque hæredes, ita vt feudum dicatur hæreditarium, quòd aliàs ita non eſſet. Soc. iun. in conſilio ſexageſimo octauo. numero decimonono. volumine quarto. Vbi poſt alios, iaſon tradere dicit, in vſibus feudorum. verſicul. tertiò limitatur, & verſic. feudum hæreditarium, cum concordantibus ibi per Socin. iun. in dicto conſilio ſexageſimooctauo. E. Muſcul.

Vſusfructus ſi legetur in rebus mobilibus, vt ſunt veſtes, & alia iis ſimilia, an finito tali vſufructu debeatur earum rerum æſtimatio? & videtur quòd ſic, ex Alexand. conſilio quinquageſimooctauo. libro tertio. cuius contrarium ſcribit Abb. in capit. fin. extrà, de fideiuſſorib. Soci. conſilio nono. lib. 4. Pro prima tamen opin. vide text. in §. conſtituitur. vbi Aretin. not. inſtit. de vſufruct. & vide quæ habetur in titul. ff. de vſufruct. ear. rer. quæ vſu conſ. Put.

vſufructuarius percipit fructus à ſolo ſublatos à ſe, vel de eius mandato, etiam ſi in horreo non ſint reconditti. Gemin. in capitul. ſi propter. de reſcript. in ſexto. communem dicit. B. Villalo.

Fructus bonorum mariti & vxoris, ſoluto matrimonio cùm inter virum & hæredes mortui diuidentur. iuxta. l. 3. titulo quarto. libr. tertio. For. ll. & ſi maior pars alterius ſit, tamen hęc communis opinio non obſeruatur, ſed debent diuidi, & ſi non eſſent à ſolo ſeparati, vt doct. de Pal. Rube. in repetition. Rubric. de donat. inter virum & vxor. §. 62. numero decimo. idem.

vſufructuarius certæ rei non tenetur ad ſoluendum æs alienum. Couarru. Reſolut. libro ſecundo. c. 2. communem dicit. idem.

Amplia ad vſufructuarium omnium bonorum, quia non tenetur ſoluere æs alienum, ſed hæres. Alex. in l. ſi filio. §. vir. ff. ſoluto matrimonio, communem dicit, & Bellon. conſilio ſeptimo. numero primo. ex Barba. conſilio ſexageſimotertio. & Dec. conſ. 533. idem.

Intellige iſtam communem, quia poteſt hæres antequàm tradat legatario, incipiendo à mobilibus ſoluere æs alienum, & reſiduum legatario dare, præſtita cautione de ſoluendis aliis debitis. Dec. conſilio 620. communem dicit, licet Gozzad. conſ. 94. teneat contrarium. idem.

Amplia ſecundò, communem ad legata gratuita teſtatoris. Couar.in d.c.2. nu.7.com.dicit. idem.

Vſufructuaria ſi mulier relicta ſit, ſtantibus liberis, alimenta tantùm debentur. Cora.in l.1.n.3.de ſeruitut.ff.& dec.conſil.54.n.1.com.dicunt, vnum tamen habebit, ꝙ alimenta ſuo iure ac ſua manu percipiet. Ang.in l.1.ff.rerum amotarum, ac mortuis filiis pleno vſufructu gaudebit, Bar. in l. ſicut in annos.ff.quibus modis vſusfruct.amit.

Alimenta autem præſtabuntur ſecundùm æſtimationem iudiciis, habito reſpectu ad vitam vſufructuarij, præſtabunt data ſatiſdatione de longiori, vel breuiori vita, vt per Pala.Rube.in repetit.rub.de don.quæ facit ad intellectum l.9.ti.5. volu.3.For.ll.& l.7.tit.12.l.3. eius fori ad taxationem alimentorum ſi excedat quintam. idem Villal.

PRO. vſusfructus morte finitur. leg. corruptionem.C. de vſufr.in §.finitur.inſt.eod. idem.

Quamuis Bar.in l.fi.ff.de vſufr.leg.voluerit, vſufructuarium omnium bonorum ad æs alienum teneri, attamen cõtrarium communiter teneri, & ad hæredem pertinere, ipſiq́ue hæredi permitti ad bonorum hæreditariorum pro ſolutione dicti æris à defuncto debiti diſtractionem & venditionem deuenire, voluere doct.vt plenè Paul.de caſtr.in conſ.394.alias 388. in cauſa quæ vertitur Bononiæ. Et in conſil.459. dubium de quo queritur.lib.2.Alex.in l.vſufructus.ff.ad l.fal.Soci.in conſil.131.ver.demum dubitatur lib.1.& in l.1.in prin.ver.3.colligo.ff. ad trebellia. dec. in conſ.485. ad fi. vbi ꝙ communis opinio eſt contra Bart.in d.l.fi.imò plus voluit Bal. in conſil. 237.Titius teſtamento in 3.dubio libro 1.& in conſ.237.Paſſuſſius lib.5.ꝙ dicti æris alieni ſolutio, & onus totaliter, ad ſolum hęredem pertinet, ita vt vſufructus ob ipſum ęs alienum, non minuatur, contrarium concludens in vſufructuario hęreditatis & tunc non ſolus hæres, ſed ipſe quoque vſufructuarius cum hærede teneatur, quia onus eſt totius patrimonij, & non fructuum.l.fi.ff.de vſufru.leg. vide ipſum Bal.d.conſ.237. F.Turzan.

Vſufructuarius cui vſusfructus omnium bonorum fuit relictus, ſeu legatus, tenetur ad onera aliena ſimul, atque onus æris alieni ad ipſum ſpectabit, ſecundùm Bar.in l.fi.ff.de vſufr. lega.ſed in contrarium facit de directo.l.1.C.ſi cer.pet.& l.2. C.de hære.actio.videlicet ꝙ vſufructuarius omnium bonorũ non teneatur ad ſoluendum æs alienum, & iſthęc opinio contra Bal.videtur communis, vt patet ex congeſtis per iaſ.in l.1. & ſeq.ff.ad trebel.per dec.conſ.485.circa fi.& per Soc.conſil. 131.in præſenti, & Bello.conſil.7.num.1.idemq́ue comprobatur ex his, quæ ſcribit Barba.conſil.63. illud: nam creditoribus tenentur ſatisfacere hæredes de bonis hæreditariis, vt per Paulus de caſtro in lege, finali.§. ſin autem æs alienum C. de bonis quæ libe.ideoq́ue hæres propter æs alienum ſoluendum, & pro ſatisfactione poteſt vendere bona mobilia, & immobilia, ante quàm illa vſufructuario tradat & tanto minorem vſufructum habebit vſufructuarius l.vſufructu bonorũ, ff. ad l.falc. & ibi Alexand. & Bal.conſilio 87.ſuper primo.libro quinto.& Paulus de caſtro conſilio 335.in cauſa quæ vertitur, & deci.conſilio 620. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem licet, & malè Goza.conſilio 94. aſſeueret contrarium. Viuius.

Vſufructuarius cogitur cautionem præſtare de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri & reſtituendis rebus finito vſufructu, quales extabunt.l.ſi tibi.ff.de vſufructu, earum rerum quę vſu conſumun.& toto titul.ff.de vſufruct.quem caut.& de ſoluendo earum rerum extimationem, vt per feder.de Senis conſilio 46.iure cautum eſt, nec poteſt teſtator vſufructuario ſatiſdationis neceſſitatem remittere.l.ſcire debetis, C.vt in poſſ. legato.& l.prima.C.de vſufru. Soc.conſilio 210.ſatis anceps. propè final. iaſo. conſilio 40. tria libro primo nam illa cautio concernit fauorem hæredis, quem teſtator remittere non poteſt, ſecundùm gl. in d. l. ſcire debetis communiter approbatam ibi à docto.& in l. nemo poteſt. ff. de leg.primo.& vltra docto. in locis præcitatis atteſtantur de dicta communi Guido Papæ conſilio 63.in 2.dubio.& Craue.conſ. 174. numero 3.cum aliis ſeq.& quamuis Bal.in auth. cui relictum.C. de indic. vidui. toll. per illum text. ſentiat hodie correctam eſſe l.j. & idem putat Barb.conſilio 63.clementiſſimi. libro 2. tamen communis opinio eſt in contrarium, vt per relatos doc.& per Soc.conſilio 131.in pręſenti conſultatione, libro primo. cum allegatis per dec. conſilio 607. viſo puncto. proinde ſcias, quòd non faceret fructus ſuos vſufructuarius, quos percepiſſet antę cautionem præſtitam, vt per Bal.conſ.21.ſuper 1.lib. 2.latę que per dec.in d. conſ.607. & quatenus ſuperius diximus teſtatorem non poſſe remittere cautionem de vtendo fruendoq́ue arbitrio boni viri, dic ꝙ hoc verum eſt, quando, ſcilicet vſusfructus eſt conſtitutus in vltima voluntate: ſecùs ſi inter viuos, quia inter viuos poteſt conſtitui vſusfructus.§. conſtituitur inſt.de vſufr.& principalis conſtituens poteſt remittere huiuſmodi cautionem, vt per Bar.in l.1.C. de vſufructu.& ita debet intelligi.d.l.ſcire debetis, & eodem modo intelligi debet argumentum à contrario ſenſu ibi(minimè in teſtamento remitti poſſe)ergo extra teſtamentum, ſiue per hęredem, ſiue per teſtatorem benè poſſe remitti, quia quilibet ſibi præiudicare poteſt. Limita etiam dictam conclusionem, quòd licet teſtator nequeat remittere cautionem de vtendo, ac fruendo arbitrio boni viri, poteſt nihilominus remittere cautionem de præſtandis legatis, & fideicommiſſis hæredi.l. 2.C.vt in poſſ.quorum lega.& latè ſcripſi ſuprà in ver. cautionem de præſtandis. F.Viuius.

Vſufructuarius poſſidet naturaliter.iaſ.in l.naturaliter.nu. 5.ff.de acq.poſſ.com.dicit. Viuius.

Amplia ad quaſi ciuilem poſſeſſionem.Fran.de Aret.in d.l. naturaliter.nu.2.com.dicit.

Intellige ſibi, & non proprietario.Tiraq.in tract.le mort ſaiſit le vif.par.3.declara.1.nu.4.communem dicit. Viuius.

Vſufructuarius vti frui non poteſt, niſi præſtet cautionem. communis eſt, vt dicit Bar.Soci.conſ.131.nu.16.vol.j.Ex qua infert, ꝙ hæredes poſſent interim bona retinere, donec caueatur.Talem enim cautionem dupliciter peti poſſe: Et officio iudicis, & iure repulſionis, &c. I.Fich.

Vſufruarius tenetur præſtare cautionem.Soc.in conſ.131. vol.1.com.dicit, & non poteſt remitti à teſtatore.

Concor.cum l.2.tit.31.par.3. Villalob.

Quid autem ſi pauperior ſit vſufructuarius, quàm vt hanc cautionem præſtare poſſit, an idcirco vſufructu priuandus ſit. Hoc caſu quatuor diuerſas opiniones inuenio, quę recitantur primùm à gl.ordinaria in l.vſufructu.1.in ver.boni viri. C. de vſufru.Et ibidem etiam à Bar.plenius autem à Baldo & Salic.

Prima eſt, vſufructuarium hoc caſu ad cautionem iuratoriam eſſe admittendum, quando ſcilicet eſt fide dignus, & non ſuſpectus, Hæc opinio placuit Petro, & Thom.de Foroli.teſte Bald.vbi ſ.Bartolo quoque in ea.l.vſufru. Angelo prętere,& Io.imol.in l.eum non facile.ff.ſi cui pluſquam per L.falc. &c. Barbatiæ conſil.11.vol.3.prout refert Hyppol.de marſ. in ſua pract.crimi.§.diligenter nu. 104. vbi & ipſe hanc opinionem ſequitur.Nec alienus ab illa videtur Alb.Roſates in d.l. vſufr.

Secunda eſt, vt ſequeſtrentur bona penes aliquem virum honeſtum & fide dignum, qui reſpondeat vſufructuario de fructibus. Et hæc fuit Gu.de Cug. quam Bart. in d.l. vſufructu. admittit eo caſu, quando vſufructuarius eſt pauper & ſuſpecta perſona. Et inuenio apud Guido. Papæ.dec.250.quòd ſecundùm hanc opinionem fuerit iudicatum in parlamento Gratiano politano. Sed & Chaſſ. in commen. ſuper conſu. Burgun. titul.4.§.6. in verſ. Et ſera tenue, nu.5. eam ſequitur Ioannes Fabri quoque.(tamen per verbum fortè)inſt. de vſufruct.in prin.circ.fi.Et hanc communiter tenere doc.dicit Angel.Peruſ.in l. hac edictali.§. his illud. numero ſexto. C. de ſecundis nuptiis. Tertia eſt, quod proprietarius fundum aut rem ad ſe recipiat, vel pro ſe retineat, & vice vſufructus, annuatim certam ſummam, ſeu fructuum, ſeu pecunię(vſque ad tertiam centeſimæ vt dicit d.gloſſ.per dicto §. his illud, vel vt alij, arbitrio iudicis rependat & ſoluat vſufructuario, eiq́ue de illa caueat, quam ſequitur Ang.d.num.6.Et Sali.in d.l.vſufructu.tanquam æquiorem, etſi fatetur quartam de rigore iuris eſſe veriorem.Quarta opinio eſt, ꝙ vſufructuarius in prædicto caſu, omninò ſit vſufructu priuandus, quam retinuit prędicta gl. Sequitur Bal. ibidem per bona argu. & Salicetus, qui dicit eam per multos & maximæ authoritatis teneri, adeo vt durum ſit ab illa recedere.tenuerunt autem Odof.& Iac.But. teſte Bal.vbi ſ. Roma.quoque in l.2.ff.ſol.ma.& rurſum conſil.439.circa primum conſultationis articulum.fi.iaſ.in l.1.n. 23.in 10.Limi.cir.fi.ff.qui ſatiſd.cog. Et pro eadem conſuluit Nic.Bell.conſ.54.allegans præter cætera duos tex.l. ſi vſusfructus nomine ff.vſuf.quemadmo.caue.Et d.l.hac edictali.§.his illud, &c. Hanc poſtrema opinionem de rigore iuris eſſe veriorem, dicit.Io. Sich.in d.l.vſufr.n.5. tamen præcedens tertia opinio omnium mihi videtur æquiſſima, commodiſſima, tutiſſima ſi rectè rem perpendamus. Per illam enim & proprietario & vſufructuario pariter proſpicitur, nec cuiquam de iure aut commoditate ſua quidquam detrahitur. I.Fichard.

Vſufru



vſufructuarius, & dominus dicitur, vt commune pronunciant Ludouicus Gomez. in §.æquè. inſtit. de actio.Rub.in l. naturaliter.§.nihil commune. nu.11.ff. de acquirend. poſſeſ. & commoditatem ſeu facultatem percipiendorum fructuum alienare poteſt. commune dicunt Fabian. de emp. & vend. q. 22. numero 53.ſub.4.q.prin.Did.à Couarruuias lib.1.variar. reſol.cap.8.numero 7.Ipſum tamen vſumfructum diſtrahere nequit.quin potius ſi illum diſtrahat, & alienatio irrita erit, & vſusfructus ad proprietatis dominum redibit.commune ponunt Anto.Gomez in l.70.tauri.nu.33.& de contract.capit. 15.nu.5.atque Arius Pinel. qui contrarium cum nonnullis verius accuratè oſtendit, in l.1. part.3.nu.38.& nu.39.C. de bo.ma. E.Suarez.

Vſufructuarius quàm primum fructus à ſolo ſeparat, eorum dominus fit, quamuis illos nondum in horrea condiderit.commune dicunt Gemin. in capit.ſi propter.de reſtit.libr. ſexto. Andr. Tiraquell. libro ſecundo. de retract.§.5.gloſſ.4. in principio. Quin & ante cautionem præſtitam collectorum fructuum dominium adipiſcitur.cõmune teſtatur Alex. conſ.120.numero 3.libro ſexto.magis commune latè ac diligenter demonſtrat doctor meus Arius Pinel.in l.1.part.2. nu. 77.C.de bo.mat. idem.

Vſufructuarius ſi ob paupertatem fideiuſſorem non inueniet, iureiurando præſtito à cautione liberabitur. commune dicit Porc.in prin.num.5. inſtit.de vſufru. quamuis cautionis gratia vſufructuario, vel rerum, quæ vſu non conſumuntur, à teſtatore fieri nequeat, vt commune ait multos laudans multum laudandus Arius Pinel.in l.1.part.2.76.C.de bo. maternis. Idemq́ue teſtantur diligentes profectò iuris doctores Iulius Clarus de teſtam. q.44. Franciſcus Viuius libro primo opi.30.& opi.445.poſt iaſ.conſilio 40.tria ergo.libro primo. qui meritò aliud in vſufructu inter viros conſtituto proceſſurum affirmat.quin autem ab hęrede cautio cuiuis vſufructuario remitti poſſit, nihil vetat.quemadmodum receptum aſſerunt Franciſcus Ripa.numero 41.Hannibal.numero 165.in l.nemo poteſt.ff. de leg. libro primo. Carol. Ruin. conſ.115. numero 5.libro quinto.Sed & ab inuentarij confectione nec illum teſtator ipſe excuſare poterit. commune teſtificantur Socinus iunior, conſilio 115.numero 14.lib.1.Bello. conſil. 54.nu.3. idem.

Vſufructuarius naturaliter poſſidet.commune dicunt Alexand.ac iaſ.in l.naturaliter.in prin.ff.de acq.poſſ.Did.à Coua. in reg.poſſeſſor.2.part.in prin.nu.5.de re.iur.lib.6.& nos latiſſimè ad illam l.naturaliter. idem.

Vſufructuarius æs alienum ſoluere non tenetur, ſed ad id hęres prorſus obligatus eſt.commune interpretum placitum affirmant dec.conſilio 485.& conſilio 620.iaſo.in l.prima. verſicu. ſecundò mouetur.ff.ad S.C.trebell.ac Io.Dilect.de art.teſtandi, titulo ſexto. cau.42.tradunt latè Caſtr.conſilio 388.in cauſa quæ vertitur Bononiæ.& conſ.459. dubium de quo quæritur.lib.2.Soci.conſ.131.lib.1.& in l.1.in prin.ff.ad S.C.trebel.Alex.in l.vſufructu.ff.ad leg.falc.Fran.Viuius lib.j. opi.445. idem.

Vſufructuarius ſi vel frugiferas arbores cædat, vel re, qua vtendi fruendi ius habet, abutatur, ab ipſo vſufructu prorſus amandari poteſt, quamuis cautionem præſtiterit. commune renuncio ex Io. Hannib.in l.nemo poteſt.numero 168.ff. de leg.1.Carol.Ruin.conſi.vlt.nu.32.lib.2.latè And.Tiraq.de retract.conuen.§.3.gl.1.nu.22.moder.in conſuet. Pariſ.§.1.gl.j. nu.31. idem.

Vſufructuaria ac domina relicta vxor liberis hæredibus inſtitutis alimenta ſolùm conſequetur, ſi aliud teſtatorem voluiſſe palam non fiat.commune inquiunt Corn.conſ.173.circa primum.lib.3.Alex.conſ.56.perlectis.lib.3.dec.conſ.454. nu.1.Goz.conſ.99.nu.8.& vide ſupra verſ. Domina maſſaria & infra verſ.Vxor ſi hæres vſufructuaria.Ac memineris, quod ſi filij fato ceſſerint, integrum bonorum vſumfructum conſequetur.comm.affirmat dec.conſ.376.conclusionem. ver.2.reſpondetur. idem.

Vſufructuarius omnium bonorum non ſoluit legata, ſed onus ſoluendi legata incumbit hæredibus, Bart.in d.l.fi.per l. Sempronio. ff. de vſufruct. leg.Qui vſufructuarius in vſufructu legato concurrit cum aliis legatariis particularibus. Guido Pap. in deciſ. Gratianop. q.541.nu.2.Ang. Aret.in §.conſtituitur.nu.3.inſtit. de vſufruct.& in tract. de teſta. in verb. item reliquit. d. B.eius vxorem nu.7. in 7. vol. tractat. Hanc ſententiam docto. communem eſſe, licet alij refragentur, inquiunt deci.in conſilio 590.nu.3. Socinus iunior in conſilio 100.numero vigeſimoſeptimo.& in conſi.115.numero decimo. in prima parte, & Roland. à Valle, in conſilio octauo. numero 26.in ſecundo Tomo, conſilio.vbi ipſe hanc ſententiam latius declarat poſt Aym.Crauetta in conſilio 188.in prima parte. Et ibidem Roland.numero trigeſimoſexto.multis adductis authoritatibus docto. declarat communem ſententiam eſſe vſufructuarium omnium bonorum concurrere in vſufructu cum legatariis. De qua deciſione plura ſcribunt dec.& cagn.in l.in toto.ff.de reg.iur.Licet non ignorem moder.hanc doctrinam aliter explicare in ſuis add.ad conſ.Decij, in conſ.607.in verbo, omnium. Kirchouius.

Vſufructuarius, & dominus dicitur, & commoditatem ſeu facultatem percipieñ fructus alienare poteſt, ſecundum communem per Suarez.verſ.vſufruc. vbi ꝙ vſufructuarius quàm primum fructus à ſolo ſeparati & etiam ante cautionem præſtitam collectorum fructuum fit dominus, teſte Alex. conſil. 120.nu.5.lib.6.

Vſufructuarius tenetur conficere inuentarium.l.1.§. rectè autem facient. ff. de vſufruct. quemadmodum caueat. Et talis confectio inuentarij per teſtatorem prohiberi non poteſt. Et vbi per teſtatorem eſſet inhibitum vſufructuario facere inuentarium ſub pœna, eo non obſtante tenetur illud facere, Panormit.in conſilio quarto. numero octauo. ver.formatur & ſextum dubium.in 2.parte conſilio.& Nicol.Boer.in dec.ſuis. q.61.numero 12.verſic.quinimò & fortius.In eo caſu tamen cui eſſet remiſſa confectio inuentarij non teneretur illud conficere ſecundum ſolennitatem, ſed ſufficeret facere aliquam deſcriptionem, ſecundum communem opinionem, quæ appellatur inuentarium. Roland. à Valle, in d.conſ.92.per multas ibi allegatas authoritates. numero 16. cum ſequent. kirchouius.

Vſufructuarius tenetur præſtare cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, quamuis per teſtatorem ei remiſſa fuerit, ſecundum ſententiam communiter approbatam, per textum expreſſum l.1. vbi doctores annotarunt.C. de vſu. & habi.Alex. de imol.in conſilio quinquageſimooctauo. numero decimo.verſ.non obſtat.& ibi Apoſtillat. in verb. remitti. in libro tertio conſilio.dec.in conſilio 418.numero 16.Quia talis cauſa eſt de forma vſufructus, & debet præſtari à quocunque, etiam valdè idoneo.Dec.poſt Bal.in conſ.565.Aym. Craue.conſ.187.n.7.par.j.Et hanc com.doc.opi.eſſe inquiunt Soci.ſen.conſ.131.nu.14.volu.1.& Rol.à Val.conſ.92.nu.1. cum ſeq.tom.1.conſ. Kirchouius.

Vſufructuarius omnium bonorum tenetur ad ſolutionem æris alieni, ſecun.doctr.Bart.l.fi.num.5.verſ.quæro.quid ſi alicui legatur vſusfructus omnium bonorum.ff.de vſufruc.leg. Dec.conſ.278.nu.11.ſed contraria ſententia verior eſt.l.1.C. ſi cert.pet.l.2.C.de hæred.vel act.vend.& hæc ſententia communior eſt, referentibus Dec.ſibi contrario in conſ.485. qua creditoribus ſolutio debet fieri ab hærede, & hæres debet ſatisfacere creditoribus de bonis hæreditariis. Et hoc modo vſufructuarius erit priuatus vſufructu, & hæres proprietate in rebus legatis pro ære alieno ſoluendo, per text.in l.vſufructu bonorum legato.ff.ad l.Fal.ita inquit Paul.de caſt.l.fi.§.ſin autem.C.de bo.quæ lib.& eod.Dec.conſ.536.nu.13.& in conſ. 590.nu.4.Io.Dilect.in tract.de arte teſtan. tit.6.de leg.cautel. 42.nu.7.Soc.iu.conſ.109.n.13.14.& 15.in 1.part.conſ.Aym. Crauet.conſ.187.n.1.& Rol.à Val.conſ.8.nu.13.tom.2.conſ. vnde inquit Bald.hunc modum ſeruandum eſſe, ꝙ primò debeat ſatisfieri creditoribus, & ſolui funeris impenſę, de fructibus quos teſtator reliquit in ſuo patrimonio, tempore mortis, ſi ſufficiunt: ſin autem non, per venditionem immobilium, & de reſiduo poſtea legatarius vſusfructus habebit vſumfructum, in conſ.87.in fi.5.vol.conſ. Propterea dicit Pau.de caſt. hanc practicam eſſe, ꝙ hæres antequam tradat bona vſufructuario, deducat æs alienum, & vendat bona mobilia & immobilia, ſi aliter ſolui non poteſt, & poſtea detur reſiduum vſufructuario in conſ.388. incip. in cauſa quæ vertitur Bononiæ.ver.ſed hęres antequam tradat.col.3.ſecundum veterem impreſſionem. kirchouius.

Vſufructuarius fundum fructilem detinet pro fructibus percipiendis, & nihil habet aliud, quam vel detentionem, vt aliqui volunt, vel naturalem poſſeſſionem, vt habet com. opi.per ea quæ tractantur in l.naturaliter.in prin. ff.de acq.poſ. ita quoque nouiſſimè conſulendo ſcribit Iac. Hinrichmann. conſ.2.in prin.tom.1.conſ. idem.

Vſufructuaria quæ cautionem non præſtitit, nec fecit inuentarium, ſi cœpit vti & frui, an faciat fructus ſuos? & dic, ꝙ



ſic, ſi

ſic,ſi percepti fuerint hærede vel proprietario ſciente. item vſufructuaria non præſtita cautione,& non confecto inuentario facit fructus ſuos,quando cautio ab hærede requiſita non fuit,ſecun.Rol.de inuent.par.vlt.q.16.

Vſus loquendi præfertur in legibus, & ſtatutis cuicunque propriæ ſignificationi.iaſ.in rub.de dam.infe.ff.nu.7. communem dicit. Villal.

Vſum habens ſyluæ æquiparatur vſufructuario, & ideo poteſt ligna vendere. l.diuus.ff.de vſu & habitatione quam intellige, quando ſylua eſt procul à domo, quando non poteſt vti ea ad vſum domus,Bell.conſ.49.nu.21 communem dicit. idem.

Nota ad materiam lege,vj.&totius titulo trigeſimoprimo, parte 3.

Vſus communis loquendi ſemper ſpectari debet,ſeu ſtricti iuris materia, ſeu odioſa, ac pœnam indicens, ſeu potius gratioſa,ac fauorabilis tractetur,vt eſt communis opinio Pan.in c.nonnulli.de reſcri.Soarez verſic.vſus loquendi.nume, 108, Bonacoſſ.

PRO.vſibus cuiuſquam propriis applicari non debet,quod pro communi vtilitate datum eſſe cognoſcitur.ca.ratio.extra de præbend.

PRO.vt hæredibus ſubſtitui poteſt,ita & legatariis l,vt hæredibus.ff.de leg.2. Bello.

Vtens falſo inſtrumento mitius punitur quàm is qui fabricauit vel fabricari curauit.communem dicit Salicet. in lege ſi vteris.numero quarto.C.de fid.inſtrum.Cla.lib.5.ſent.§.falſum.verſ.vtens. P.Fichard.

PRO.vtile per inutile non vitiatur.l.ſancimus. C. de dona. leg. 1.§.pen.ff.de verb.obl.leg.qui teſt.ff.de leg.2.leg,pecunię. vbi gl.ff.de vſur. Bello.

OBIEC,contrà de l.1.§.item quæritur.ff.de aqu.quot.& æſti. & leg. Pedius. §. 1. de arbit. vbi vtile vitiatur propter inutile.

SOL.Hæc regula non habet locum in indiuiduis,& inſeparabilibus aut in contrariis.gloſſ. in capitu.vtile. de regulis iuris in 6.

OB.item obeſt.l.actus legitimi.ff,de reg.iur. vbi ſuperfluitas appoſita vitiat actum legitimum.

SOL.vbi inutile & ſuperfluum eſt contra formam & naturam actus,eſt vitioſum,vt in contrario. Bello.

PRO.vulgò quæſitus ſequitur matris conditionem.l. cum legitimæ.ff.de ſta.homi. Bello.

Vulnera,etiam lætalia qui animo occidendi infert,non aliter homicidij pœnas luit,quam ſi mors re vera illius ſubſequatur,qui vulneratus fuit,vt commune doctorum effatum pronunciant Vital.de malef.in rub.de inſulto.nu.15.I.Cla.in practi.§ homicidium.verſ.vlt. E.Suarez.

Vulnus aut ſit læthale nec ne item an vulneratus deceſſerit propter vulnus vel propter malum regimen, medicorum eſt cognoſcere quorum debent eſſe duo.communem dicit prac. Conrad. nu.7.Intellige tamen ſi haberi poſſint, nam vbi vnicus tantùm medicus eſſet in loco,illius ſolius dictum ſufficeret. communem dicit Anan. in capitulo ſignificaſti. numero decimoquarto in fine,de homicidiis. Et tales medici debent deponere cum iuramento. communem dicit Crott. de teſtib. numero 227.verſic.quarto extenditur. quem refert Didacus. libro ſecundo reſolut. capitu. 13. numero quarto. Tenentur tamen de credulitate tantùm,non de veritate iurare.communem atteſtatur Anan. dicto capit. ſignificaſti. numero tertio. de homicid. Si tamen medici dicerent vulnus eſſe mortale, & reus contrarium probare vellet, admittendus erit etiamſi ſententia ſuper eo lata ſit contra reum. communem dicit affl. ſuper prima parte conſtitutionum regni,rub.13.nu. 47.nam tales ſententię experitorum conſilio latè nunquam tranſeunt in rem iudicatam refert Clar.d. §. homicid.verſ. ſcias autem. cum duobus ſeq. An verò vulneratus ex vulnere deceſſerit nec ne iudicis eſt ex circunſtantiis cognoſcere. vt ſequitur. P.Fichard.

Si plures aliquem percuſſerint,& ignoratur ex cuius vulnere deceſſerit, nullus ad mortem debet condemnari. eſt com. opin. ſecundum Alexand. in conſilio 15. viſo proceſſu. M. Chærian.

Vulneratus an ex vulnere inflicto deceſſerit vel non , ſtandum eſt arbitrio iudicis,qui conſiderata qualitate & loco vulneris,& relatione medicorum,conſiderata etiam longitudine temporis quo vulneratus ſuperuixit poſt vulnus illatum , & aliis probationib,æſtimabit an ex ipſo vulnere,an verò ex alia cauſa deceſſerit.Ita DD.communiter tenent , vt dicit marſ. in pract.cri.§.& quia.nu. 16.& conſ.7.n.27.quem refert Apoſtil. ad Riminal.conſ.281.ſub nu, 1.Cla.d.§.homicid.verſ.ſcias autem. in fine. Longitudo vero temporis qualis reſpicienda ſit, vide in dicto §. homicidium. verſiculo. cæterum. P.Fichard.

Vulneratus læthaliter,ſi mors ſuperueniat;vulnerans tenetur de occiſo.com.d.Soc.conſ.178.verſ.pro cuius. Si tamen appareat de aliqua culpa vel negligentia vulnerati, vt ſi ruſticus in caput vulneratus iuerit ad laborandum in ſole,tunc vulnerans non tenetur de occiſo.com.dicit Blancus in pract.crimi.nu.96.Gramm.conſ.2.Cla.lib.5.ſent.§.Homicidium.verſ. quandoque.Item ſi ſuperuixerit quadraginta dies poſt vulnerationem,tunc enim ſecundum medicorum ſententiam non præſumitur læthaliter fuiſſe vulneratus.com.dicit Riminald. conſ.281.nu.2.Blancus d.nu.121.Idem eſt, ſi vulneratus ambulauerit poſt vulnerationem per triduum marſ. in l. ſi rixa. nu.56.ff.ad l.Corn.de Siccar.& in pract.crim.§.& quia.nu.16. & conſ.7.nu.26.in fi.quem refert Ant.de Padilla in l.transigere.nu.59.C.de tranſa.Io.Arno.in ſoliloquio.39.proſperè quędam.Clarus dicto.§.homicidium.verſiculo.cæterum. P.Fichard.

Vulneratus ſi proceſſit de malo in peius,& intra breue temporis ſpacium mortuus eſt, eo caſu præſumitur mortuus ex vulnere.Hanc ſententiam ſequi omnes canoniſtas & legiſtas dicit Belong.in conſ.5.ver.2.pro eadem. si tamen quadraginta dies vixerit poſt vulnerationem,non præſumitur ex vulnere mortuus.Et ſi vulneratus poſt illatum vulnus ambulauerit per triduum , ſimiliter non præſumitur ex vulnere mortuus, vt ſuprà in proximo.verb.dictum eſt.Clar. d.§. homicidium. verſ.cæterum ſi vulneratus. idem.

Vxor tenetur ad maritum ſuum conuerſum ab hæreſi redire , niſi poſt ſeparationem ingreſſa ſit ordinem, vel poſtea adhuc ingredi velit, ſi modò ſeparatio eccleſiæ iudicio facta ſit. com.dicit abb.in c.de illa,circa fin.de diuor.refert. Clar.libro quinto. ſentent. §. hæreſis. verſiculo. Item propter. P. Fichard.

Vulnerati aſſertio non facit aliquo modo indicium , vt eſt com.opi.de qua Turrius inter conſ.crimi.conſ.81.nu.27.tomo.2. Bonacoſſ.

Vulnerans aggreſſorem,non poteſt vt doloſus puniri,etiam ſi exceſſerit modum inculpatæ tutelæ,vt eſt com. opi. de qua Socin.iunior in conſilio 36.numero 10.in primo volumine. idem.

Vulneratus læthaliter ab initio,quandocunque mors ſit ſequuta,etiam propter defectum vulnerati vel quia non fuerũt adhibiti medici,vel adhibiti ſed imperiti,non excuſatur vulnerans,quin teneatur ad occiſo,vt eſt communis opinio.de qua Aſinius inter conſ.crimi.conſil.107.numero primo.Sed ſi ab initio vulnus non ſit mortalè ſed eſt effectum mortalè imperitia medici,vulnerans non tenetur de occiſo, vt eſt communis opinio ſecundum Aſinium. ibidem numero ſecundo, vbi idem dicit,ſi vulneratus ſit mortuus ex mala vita, & malo regimine. Idem ſi qualitas vulneris poterat ſe habere ad ſalutem,& mortem,pręſumitur mortuus vulneratus ex negligentia,vt eſt communis opinio ibi numero octauo,vide omnino Corn.in conſ.194.in quarto volumine. & conſilio 283.eod. volumine. & an vulneratus ſit mortuus ex vulnere,nec ne.relinquitur arbitrio iudicis,attenta qualitate vulnerum, & aliis circunſtantiis,vt eſt communis opinio de qua marſil.in pract. §.& quia.numero decimoſexto,in conſilio 7.numero vigeſimoſeptimo, & in conſ.7. numero 27.Clar.in §. homicidium. vbi diſtinguit , vt per eum. & etiam commun. dicit Menoch. de arbitrio iudicis.caſu 275.Riminal.nouiſſi. in Apoſtillis ad Riminal.eius patruum.conſilio 281.litera A. & ſi vulneratus exculpat aliquem , dicens quòd titius eum non vulnerauit, non poterit talis torqueri ex indiciis laborantibus contra eum.quia habet indicium innocentiæ pro ſe,ſcilicet exculpationem vulnerati. Alex.conſilio 30.numero decimotertio, vltimo volumine.&no.quòd ſi poteſtas faceret decapitari aliquem , qui vulneraſſet quendam mortaliter antequam ille moreretur , punitur , vt eſt communis doctorum opinio. ſecundum Bal.in l.damni.§.Scabini ſententia. ff.de damn.infec. vbi dicit, quòd in ſtatutis maximè hoc eſt verum,quia requirunt actum perfectum , & conſummatum , & donec eſt in eo ſpiritus, non poteſt dici mortuus. quia donec ſpirat ſperat. Bonacoſſ.

Vulnera etiam læthalia inferens animo occidendi,non pu-





nitur morte, ſi vulneratus non moritur , vt eſt communis opinio. de qua Soarez verſicul. vulnera. numero centeſimononono. idem.

Vulneratus. ſi quadraginta dies vixerit poſt vulnerationem, non præſumitur ex vulnere mortuus. Similiter ſi poſt vulnus illatum ambulauerit per triduum non præſumitur mortuus ex vulnere. Clarus. in §. homicidium. verſiculo. cæterum. & ibi alia , ad quæ me remitto pro breuitate. Bonacoſſa.

PRO.vultus motum iudicis detegit.leg. obſeruandum.de officio præſ. Bello.

Vxor per maritum relicta in teſtamento ſuo domina maſſaria,& vſufructuaria omnium bonorum filiis hæredibus inſtitutis,poteſt habere alimenta ſibi condecentia ſolummodò cum quadam præeminentia , & honore , vt habebat viuente marito,ſecundùm Bartol.Paul.de Caſtr. Imol.& Cuman. in l. Titia.§.fina.ff.de leg.2.gloſſ.Bar.Cyn.Alber. Bald. & Salyc.in authen.hoc locum.C. ſi ſecundò nupſ. mul. Cornel. conſilio ducenteſimo quinquageſimoſeptimo.numero ſexto & duodecimo. volumine primo. & conſilio trecenteſimo octauo. numero tertio.volumine quarto.Capram conſilio ſeptuageſimoſecundo.numero tertio.Soc.conſilio nonageſimoquarto.numero ſecundo.volumin.primo.vbi dicit hanc eſſe communem opinionem,& conſilio nonageſimoſexto.eod.volumine.Cornel.in præcitato conſilio ducenteſimo quinquageſimoſeptimo.& Deci.conſilio quinquageſimoquarto.numero primo.& idem conſuluit idem Socin.conſil. nonageſimononono.volumine primo.& iſta alimenta poteſt accipere,ac ſumere vxor propter huiuſmodi præeminentiam propria authoritate,nec expectare debet,vt ſibi ab hærede præſtentur,vt voluit Ioan. Andr.in addi.Specul.in titul.qui ſi.ſint legiti.§. 1. Angel.in l.prima. ff.rerum amota. Alexand. in l.nemo poteſt, ff.de legat. 1.& fuit de intentione Bar.& aliorum in dict.auth. hoc locum , ſed ſi filij morerentur etiam ꝙ habeant ſubſtitutum,maximeq́ue extraneum, vxor prædicta debet habere integrum vſumfructum,vt per Bar.& alios in dict.l.Titia.§. fin. & iſtam ſcribit eſſe magis communem opinionem Socin. iunio.in dict.conſilio nonageſimoquarto.numer.ſecundo.poſt medium. Ampliatur ac declaratur hoc etiam procedere vbicunque filius eiuſdem matrimonij moreretur , ac decederet, ſtantibus filiis alterius matrimonij , tunc ſimiliter matri debetur integer vſusfructus, quia dicta conſuetudo Bulgari habet locum duntaxat ſuperſtitibus filiis primi matrimonij , ita eleganter tenuit Bal.in dict. authent.hoc locum,& Angel.Aret.in tractat.de teſtam.tamen Bald.reuocando ſententiam in melius tenuit contrarium in dict.l.Titia.§.fin.videlicet,quòd hoc caſu vxori prædictæ debeantur ſolummodò alimenta,ſecundum conſuetudinem Bulgar.quem ſequitur ibi Imola.& ita conſuluit Ruin.conſilio quadrageſimoprimo.num.4.& 9. vol.3. vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem, & æquiorem. Viuius.

Vxor perdit dotem propter adulterium commiſſum,& violatam pudicitiam.cap.plerunque,de dona.inter Vi.& Vxo.tenet gl.in authen.ſed hodie.C.de adulte.& Saly.communiterq́ue doct.ibidem,& de dicta atteſtatur Bolognetus in rub. C. de æden.numer.vigeſimonono.Amplia etiam hoc quòd mulier perdat donationem propter nuptias,ſi maritus eam accuſauerit adulterij ab ea commiſſi & ſententiam reportauerit quo ad ſeparationem tori.l.conſenſu.C.de repudiis, licet glo. in dict.capitulo.plerunque. expreſsè velit quòd amittat duntaxat paraphernalia,quam quidem glo.dicit communiter approbari ab omnibus ſcriben.variis in locis, Boer.deciſ.tricenteſima trigeſimaoctaua.numero ſecundo.an autem mulier amittat dotem propter oſculum luxurioſum, habetur per Bolognetum.in dict.rubric.de eden.numero vndecimo.cum ſequentib.Fallit dicta concluſio in vxore putatiua,ſeu de facto, quæ proculdubio non perdit dotem propter adulterium , ſicut vera,ſecundum gl.in dicta l.conſenſu.in verſic. ſibi.quam ſimpliciter ſequitur Alexand.in leg.2.alias cum dotem.§. fin. ff.ſoluto matrimonio.Bertachi.in ſuo repertorio in verſicul. adulter.verſi.43.in verſ.maritus adulter.verſ.3.& in ver.Vxor adultera,ver.7.& iſta gloſſ.comprobatur per dictum Calderi. poſt Lapum in clemen. 1.quæſt.3.de priuileg. vbi aiunt quòd illa clement. puniens religioſos non habet locum in religioſis,de facto,quorum religio eſt reprobata,quia eis non conuenit qualitas religionis , quod dictum ſequitur Felyn.in capit. accedentes, de præſcript. pro dicta gl. quoque videtur facere dictum Calderin. conſilio primo. in tititulo de hæret.vbi ait, quòd excommunicans inquiſitorem conſiſcantem bona Eccleſiæ non habet locum in inquiſitore, qui de facto diſtribuit certos libros Fratrum minorum damnatorum de hæreſi ſed tamen in contrariam partem inclinauit glo. in dict.capit. plerumque. vbi affirmat quod Vxor putatiua , ita perdit dotem propter adulterium, ſicut vera Vxor, ne plus tribuatur Vxori putatiuæ de facto, quàm veræ vxori, quam ſequitur Paul. de Caſtr.conſilio centeſimo quadrageſimoſeptimo. & conſilio centeſimo quinquageſimoquarto. vol. 2. vbi dicit idem eſſe in tutore putatiuo & minus legitimo,ꝙ ita puniatur non reddendo rationem adminiſtrationis , ſicut verus tutor tandem fatetur ipſe Paul.Caſtr. quòd Doct. in d.cap.plerumque hanc opinionem communiter tenent : nam Docto.ibi conſiderant intentionem mulieris,quæ ſecundum eius intentionem adulterium commiſit,vt ibi per Innoc.in fi.& per Abba.dicentem ſententiam gl.ibi eſſe communem, Vnde non mirum ſi fieret extenſio de Vxore vera , ad eam quæ verè Vxor non eſt, ſed de facto,quia niſi fieret præfata extēſio ſequeretur hoc abſurdum , & inconueniens quòd vxor putatiua , & de facto eſſet melioris conditionis, quàm vera vxor, quod eſſe non debet, l.tertia.§.1.ff.de donat.inter Vir.& Vxor. vbi ait etiam textus quòd etiam Vxori putatiuæ donari non poteſt , & iſta communis comprobatur etiam per dictum Ioan.Andr. Abb. & aliorum in cap.primum.de Cleri.coniug.vbi aiunt,quòd Clericus de facto contrahens matrimonium , ita priuetur beneficiis, ſicut legitim. contrahens, nec aliàs ſit melioris conditionis de facto agens , quàm legitimè tamen qualitas matrimonij non conuenit, ſed ſatis eſt eum matrimonium contraxiſſe quoad eius intentionem,& quantum in eo fuit, ſequitur Ancharanus conſilio tertio & quarto. Roma.conſilio quatuorcenteſimo quadrageſimoquarto. columna ſecunda. quoties enim actus de ſui natura eſt illicitus ex actu nullo pœna imponitur, l. nemo martyres,C.de ſacroſanctis eccleſi.iuncta gloſſa in l.eum qui duas.C.de adulte.Decius in capitul. ex tenore. columna tertia. de reſcript. Similiter curator putatiuus non debet eſſe melioris conditionis,quàm verus,ob id ſicut verus curator non poteſt donationem accipere ab adulto. ita nec putatiuus,ſecundum Paulum de caſtro conſilio trecenteſimo quinquageſimoſecundo.curator.libro primo. Secundò limitatur præallata concluſio , quod non priuetur dote vxor propter adulterium,ſi Maritus tacuiſſet, ſecundum Baldum & doctores in l.final.C.de adult. Bartol.Bald. Angelum & alios in lege , rei iudicatæ , & hæredi. ff. ſoluto matrimonio. Alexander conſilio centeſimo octuageſimonono. volumine ſeptimo. latè Bermondus de publicis concubinariis, in rubrica de adulteriis, numero ſeptuageſimoſecundo.& ante:idem videmus quoque in matre, quæ tranſiuit ad ſecunda vota , ſuperſtite filio de hoc non conquerente , his ſtantibus , ſi filius decedat non priuatur eius hæreditate , quia filius non conquerendo de matre videtur iniuriam ſibi factam per eam remiſiſſe per dictum tranſitum vt tradit Baldus in authentica ex teſtamento , C. de ſecundis nuptiis. Deci. conſilio ducenteſimo ſexageſimo. Ripa.in leg. fina.C. de reuocand.donatio. in quæſtione quinquageſimaſexta. Tertiò coarctatur dict. concluſio non procedere in vidua , quæ non priuatur dote propter ſtuprum in viduitate commiſſum, ſecundum Alexand.in leg. fideicommiſſ. C. de fideicommiſſ. licet Paulus de Caſtro. in leg.ſororem. C. de his , qui. vt indig.in dicta lege, fideicommiſſum , & conſilio centeſimo vigeſimoprimo; & quamuis hoc non auſus firmare Ruynus conſilio centeſimo quinquageſimoquinto.numero ſecundo.volumine tertio. propter diſcrepantiam tantorum patrum , tamen mihi magis placet opinio. Paul. de Caſtr. omiſſis diſputationibus, cæteriſq́ue rationibus, quæ ad confirmationem prædictæ ſententiæ Paul. Caſtrenſ. adduci poſſent , quia per ſeſe patent , & emicant. Quartò claudicat dicta concluſio in muliere exiſtente in patria poteſtate tempore perpetrati delicti, quæ ſic adulterando non poteſt in dote patri nocere ſecundum Speculat. in titul. de dote poſt diuortium reſtituenda. §. formatis. verſicul. Quid ſi filia. Dyn. Bald. & alios in lege, ſecunda §.quòd ſi in partis. per illum textum.ff. ſoluto matrimonio.& Bartol.in §.voluntatem.eadem l.& Doctor. omnes comuniter in capit. ex literis. de pignor. Si verò mulier ſit ſui iuris effecta, & de actio de dote ſit in eam conſolidata, iuxta l. vnicam §.videamus.C.de rei vxor.act. amittit dotem ex adulterio prius commiſſo , vt eleganter per Bart. in præallegato §. quòd in partis.circa fi.& Pau.de caſt.ibidem in ver.item ſi voluntate. F.Viuius.

Vxore ad dotis reſtitutionem agente, quia maritus ad inopiam vergat, vel ſua abutatur ſubſtantia, poterit maritus omnes exceptiones iuridicas opponere tã contra libellum, quàm perſonam, vt putà, quòd libellus, ſit ineptus, generalis, obſcurus, & huiuſmodi, & ꝙ ipſa mulier ſit minor, & ſine patris cõſenſu agere non poſſit, quòd verò ad negotium princip. videlicet repetitionem ipſius dotis, duæ ſunt regulæ affirmatiuæ, & vna negatiua. Prima eſt, quòd omnis exceptio quæ conſtante matrimonio, obſtaret vxori quò ad dotis diminutionem, eadem obſtare poteſt quò ad reſtitutionem. l. quamuis & ſeq. ſoluto matrimonio. & l. quod dicitur de impen. in rebus dot. fact. Altera eſt quòd omnis exceptio, qua omiſſa, conſultum non eſſet marito ſoluto matrimonio, qualis eſt exceptio, quòd maritus non conueniatur, niſi quatenus facere poteſt, ſi agatur ad dotis reſtitutionem conſtante matrimonio poterit opponi. Regula verò negatiua eſt, quòd nulla exceptio procedens ex cauſa, quæ conſtante matrimonio dotem non minuit, vel qua omiſſa conſultum eſſe poteſt marito ſoluto matrimonio. poteſt opponi aduerſus agentem ad dotis reſtitutionem, qua maritus vergit ad inopiam. l. vbi adhuc. in fi. C. de iur. dot. quas quidem regulas tradit Bartolus in d. l. ſi conſtante. numero ſecundo. ſoluto matrimonio. F. Turz.

Vxor, ſeu mulier ſuccedit in quarta parte bonorum viri, & ſic mariti ſui ſi liberi nõ ſint vltra tres, alias ſuccedit virili portione ſecundum indubitatam, & communem opinionem omnium ſcriben. & legatum factum coniugi non tolllit dictam ſucceſſionem, ſed computatur in partem, text. eſt in authen. præterea, C. vnde vir, & vxor: iſta verò ſucceſſio, habet locum, quando matrimonium eſt abſque dote, vel cum parua dote, vt declarat Alex. & Iaſ. poſt alios doct. communiter in dicta authen. præterea, & dos iſta intelligitur parua, quando non ſufficeret ad alimoniam Vxoris, & iſta eſt communis opinio, vt conſtat ex notat. per Barba. conſilio ſeptuageſimotertio. ſcriptis libro quarto. quod quidem procedit etiam ſi coniugi poſt acquiſitionem huiuſmodi quartę ſuperuenirent diuitię: nam poſt effectum conſummatum ceſſante cauſa non ceſſat effectus l. final. C. vnde libe. & late per Deci. conſilio vigeſimoquarto. pro virili: Ampliatur prædicta concluſio ſimiliter procedere; ſi teſtator expreſsè prohiberet Vxori ſuæ in teſtamento detractionem iſtius quartæ: nam teſtator per legatum vxori factum nõ poteſt prohibere dictam detractionem, ſecundum gl. in §. ſi verò expreſſim, in verſ. hæredem. in auth, de hæred. & Falc. cum qua ſentiunt omnes doct. communiter, vt patet ex notat. per Alexand. in dicta authentic. præterea, & per ſcriben. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater, ff. ſoluto matrimonio. & confirmatur hoc ex dictis per Bald. in l. filium quem habentem, ver. deinde quæritur. C. famil. erciſcund. licet Saly. & male in dicta authent. præterea teneat contrarium; Interpretantur prædicta vlterius, quòd illa quarta, quæ debetur ex diſpoſitione dict. authent, præterea. Marito inopi, præmoriente Vxore locuplete, locum habet, tam condito teſtamento, quàm ab inteſtato, & ſic contra voluntatem Vxoris, ſecundum omnes Docto. in dict. authent. præterea, & iſtam ait eſſe communem opinionem Cornel. conſilio quarto. volumine quarto. & Soc. conſ. centeſimo vigeſimoprimo. vol. 4. Viuius.

PRO. vxor debet pręſtare operas marito. lege, ſicut. ff. de ope. liber.

PRO. vxor habens maritum inutilem, dicitur vidua. l. fi. vbi Accurſ. C. de plag. Bellon.

PRO. vxor eſt ſocia diuinæ & humanæ domus. l. aduerſus. C. de crim. expil. hæred. idem.

Pro. vxorem habens non regitur proprio motu, ſed vxoris, ſicut nauigans ventis regitur non proprio motu. c. nos nouimus. & ibi gl. 17. q. 4. idem.

PRO. vxorem vitæ ſocietas quodammodo dominam facit. l. 1. rerum amotar. idem.

PRO. vxores à viris defendi debent, non econtrà viri ab vxorib. l. quod ſi viro. ff. de iniur. idem.

PRO. vxores coruſcant radiis maritorum. l. fœminæ. ff. de ſenat. l. mulieres. C. de dignitat. libro duodecimo. in §. ſinautem. in authen. de conſul. colla. 4. idem.

PRO. vxores multæ gaudent de morte maritorum. gl. in l. pater. §. ſocrus. ff. de cond, & demon. idem.

vxor tenetur ſequi virum, ſi velit mutare domicilium, niſi pacto in contractu matrimonij aliud ſit diſpoſitum. Pan. in c. 1. qui matrimonium accuſa. poſſunt, communem dicit. B. Villal.

Vxor, viuente patre in illius, non autem mariti (niſi quò ad concubitum & operas domeſticas) poteſtate eſt. communis eſt, vt videre licet apud Andreas Tiraquell. in principio comment. in conſuetud. Picto. ſiue de leg. connubi. Ioan. Fichard.

Vxor tranſiens ad ſecunda vota, perdit legata ſub conditione relicta, ſi caſtè vixerit. Iaſ. in l. fin. C. de indi. vidui. tollen. Io. Duran. in arte teſtand. titulo 6. caut. 39. communem dicit. Villal.

Vxor quæ ex forma ſtatuti debet lucrari aliquid de bonis mariti, Iaſ. in authen. præterea. C. vnde vir. & vxor. numero vigeſimo. & Suarez in l. 1. titul. de las aras, communem dicit, ſed tamen Ioan. Cora. in ca. 1. Miſcell. libr. 2. dicit ſibi non placere, nec obſtat huic communi l. decimaſexta. tau. huius regni, quia ibi maritus nondum debitor, nec in illo obligatus mulieri, & non eſt mirum, ſi non fiat compenſatio cum legato, quia lucra veniunt ex diſpoſitione legis, & per Segu. in l. 3. §. fi. numero centeſimo vigeſimoſexto. ff. de liber. & poſthum. & tranſmittitur ad hæredes, etiam ſi non ſint agnati, vt per eum ibidem, ex dicto Bald. in l. final. C. de bon. matern. & maritus poteſt, durante matrimonio, alienare etiam inuita vxore. l. 205. ſtyli. & l. ord. lib. 5. titulo 3. l. 4. de qua per d. Suarez in titul. de de laſgaua. & Gome. Areſ. in l. quingeſimaſecunda. tau. ac Segu. in tract. de bonis duca. durante matrimonio. numero primo. & Ioan. Lupum in repetit. rub. poteſt etiam alienare, dummodò hoc non faciat in fraudem, vt dict. l. 205. per d. Lupum in col. 364. Sed nota, quòd licet hæc bona ſint mariti, durante matrimonio, & poſſit alienare, ſi tamen ſit condemnatus, vel maritus perdit omnia bona ex delicto, medietas hæc non dicitur confiſcata. lege, ſeptuageſimaſeptima. tau. quam opinionem antea tenuit Segura. in dicto tractat. numero decimoquinto. & Doctor. Ioannes Lupus in repetit. rubric. Idem Villal.

Vxor non habet priuilegium prælationis ratione dotis cõfeſſatæ tantùm, niſi probet realem ſolutionem ipſius dotis, ſecundum gloſſ. in l. aſſiduis poſt med. in verſic. Dote. C. qui potio. in pigno. habe quam communiter à docto. receptam ſcribit Minſing. obſer. ſexageſimaprima. cent. 1. Ioannes Fichard.

ADDITIO. Adde quòd aliqui dixerunt eam non poſſe impedire creditores petentes poſſeſſionem in bonis mariti, niſi præceſſerit ſententia contra virum, teſte Hippol. in rubr. ff. de falſ. ver. & facit. vbi alleg. cõſ. Bart. & Caſt. Et ſi ſemel petiit dotem collocari in tuto, non poteſt iterum petere, niſi de nouo probet maritum dilapidare. l. creditores. in principio. ff. de priuileg. credit. not. idem Hippolyt. ſingular. ducenteſimo octuageſimoquarto. in l. ſi quis ne quæſtio. numero decimo. ff. de quæſtionibus. Socin. in conſilio centeſimo vndecimo. libro tertio. Et de muliere conſentiente alienationi rei quæ eſt mariti, vide Bald. vbi docto. in apoſtil. in l. mater. C. de rei ven. Put.

Vxor relicta vſufructuaria donec vixerit, licet reſpectu filiorum teſtatoris tale legatum reſtringatur ad alimenta, tamen ipſis filiis defunctis recuperat vſumfructum, etiam in præiudicium ſubſtitutorum ipſis filiis. Eſt communis opinio ſecundum Decium in conſilio quadringenteſimo ſeptuageſimoſexto, concluſionem. verſicul. ſecundò reſpondetur. in tertio volumine. Præmiſſa autem opinio procedit etiam ſi pius locus foret ſubſtitutus, ſecundùm eundem Decium ibidem. Tamen iſta ampliatio videtur dubia, quia fauor pię cauſæ æquiparatur fauori filiorum: vt not. doct. l. hac conſultiſſima. § ex imperfecto. C. qui teſta. fac. poſſ. fac. text. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. Cogita. M. Chærian.

Vxor relicta domina & vſufructuaria, ſi filij exiſtant, intelligitur alimentaria tantum: ſi verò extranei ſint inſtituti, intelligitur vſufructuaria duntaxat, non etiam proprietaria. Eſt commun. opin. ſecundùm Corn. conſ. 173. circa primum. volum. 3. idem.

Vxor relicta vſufructuaria, ſtantib. liberis eiuſdem matrimonij, ſolum alimenta conſequi debet. Eſt mag. com. opinio. ſecundum Alexand. in conſilio quinquageſimoſexto. perlectis. vol. 3. M. Chærian.

Vxorem pro marito in teſtem nominari, producique non poſſe, inter omnes conuenit. Sunt enim coniuges vna caro, ſociique tam diuinæ quàm humanæ domus. l. 1. ff. de rit. nup. l. aduerſus. C. de cri. expila. hæred. Sed quid, ſi ab ipſo aduerſario contra maritum nominetur vxor? dubium ſane redditur, quia tunc ſuſpitio remiſſa videtur, nec etiam id vlla lege prohibetur. itaque & Hoſtienſis in ſumma iuditium ſuum ſuſ-

pendit



ſpendit. Speculator admittendam eſſe cenſuit. Sed æquius & receptius eſt talem nominationem non eſſe admittendam. Pręterquam enim quod teſtimonium claudicare nõ debet, vt eleganter dixit Bald. in l. 3. C. de teſti. cõſideranda ſunt & ſumma charitas & reuerentia, quam mutuo coniuges ſibi debent, proptereaque modis omnibus cauendum, ne concedatur occaſio, pro qua vtraque illa vincula, quibus illi coniugantur (quo verbo etiam Cicero vtitur) laxentur offendantur, & lædantur. Hanc igitur poſteriorem opinionem retinent Alber. de Roſa in tractat. de teſtibus in 2. part. poſt princip. Bald. & Salic. in dicta lege ſecunda Abbas in cap. in literis. circ. finem cum Apoſtill. ibi & Felin. ibidem nu. 4. Lucas de pen. in l. quicunque C. de re milit. lib. 12. Lanfranc. de Oria. in c. quoniam contra, in verſ. Teſtium depoſitiones, nu. 60. extra de proba. & Hippol. Marſil. in Pract. Crim. §. diligenter, nu. 25. cum pluribus ibi allegatis. Limitat tamen ibidem, niſi neceſſitas hoc exigeret, videlicet inopia probationum, ita quod veritas aliter haberi non poſſet, quod ante ipſum & etiam Abbas d. c. in literis. n. 7. in fi. Et Alex. in conſ. 102. n. 8. tradiderunt. I. Fichard.

Quæ autem de vxore dicta ſunt eadem etiam ad maritum porriguntur, vt monet Felin. dict. numero 7. in fi. idem Fichard.

Antonius de Bur. in ca. ex parte. circa fi. in verſic. ſed eſt dubium. de ſponſa. voluit, quod ſi dico: promitto non accipere aliquam in vxorem, niſi te, ex iſtis verbis non cenſeatur, nec ſit contractum matrimonium, quia reſoluitur in potentia. ſed Abb. ibi poſt Cardina. contrarium tenuit, & hanc dicit communem opinionem Dec. in l. tranſactione. in prin. C. de tranſact. quam dicit procedere, & locum habere inter eos, qui tractabant de matrimonio ſecundum ipſum Abb. in cap. præterea. l. 1. eo. tit. de ſponſalib. tu dic ſecùs. ſi aliter, & alio effuſo ſermone talis promiſſio emittitur, quare tunc nõ animo ſe obligandi. & contrahendi emitti videtur, ſed potiùs applaudendi. F. Turz.

Vxori hæredes mariti defuncti iure dotis bona immobilia ſtatim tradere tenentur, mobilia verò intra annum, l. vnica, §. exactio. C. de rei vxo. actio. not. in ca. 3. de dona. inter vir. & vxo. & fructus ipſorum mobilium efficiuntur abſque dubio aliquo ipſorum hæredum nec illos poſt anni dilationem cum bonis mobilibus reſtituere tenentur, ſecundum gl. & omnes communiter, in l. diuortio, ff. ſolu. ma. gl. & cæteros omnes, in d. § exactio. & licet Pau. caſt. ſenſerit cõtrarium, in d. l. diuortio, & eius opinionem Alex. ibi, nu. 18. veriorem eſſe docuerit, atque illam ſatis conſtanter defenderit. Zaſi. lib. 2. reſpõſorum, c. 3. nihilominus ſpretis prædictorum doct. ſuaſionibus primæ ſententiæ ipſius gl. & communi tanquam tutiſſimæ in iudicando, conſulendoque libẽter inhæremus. ſed interim, dum mobilia dotis non reſtituuntur, vxor vidua ab hæredibus mariti alenda venit. ſi ipſa non habeat, vnde ſeipſam alere poſſit, iuxta gl. Bart. & reliquos communiter, in d. §. exactio, gl. & cæteros omnes, in d. l. diuortio, in princ. vbi Alex. iſtam opinionem communem eſſe demonſtrat, atque eam ait æquiorem eſſe Abb. conſ. 39. volu. 2. idemque tenent Cyn. & doct. in l. fi. C. de bon. mater. Zaſi. in d. c. 3. in fi. quamuis, & malè Pau. caſt. in d. l. diuortio, & Abb. in d. conſ. 39. inclinauerint in contrariam partem, ſi verò vidua ipſa intra annum ad ſecũdas nuptias conuolaret, ſeu tranſiret, tunc quippe hæredes primi mariti minimè tenerentur mobilia reddere intra annum, nec alimenta præſtare. vt voluerunt Cyn. d. l. fi. Ferrarienſis, in practica Papien. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, ver. ac etiam alimenta, & Iaſ. in §. fuerat, n. 25. inſti. de actio. F. Viuius lib. 2. opi. 320.

vxor maritum ſequi nõ tenetur, ſi pactio in loco certo commorandi tunc inita proponatur, cùm matrimonium contraheretur. commune ait Did. à Couar. in cõtrarium indiſtinctè ipſe non de nihilo recedens in tract. de ſponſ. 2. part. c. 7. nu. 5. E. Suarez.

Vxor ac maritus & ſi ſimul confiteantur venditi dotalis prædij pecuniam accepiſſe, non tamen idcirco pars eius pecuniæ vlla ad vxorem perueniſſe cenſebitur, ſed integra viro ipſi tradita credetur. commune inquiunt Aymon Crauett, conſilio 91. latè Franciſc. Viuius libro ſecundo. opin. 169. & opi. 215. E. Suarez.

Vxor ſecundò nupta, & abſque liberis decedens, non amplius & hodie marito validè legabit, quam quãtum vnus primi matrimonij filius percipiet. commune inquit Alex. conſil. 144. n. 9. lib. 5. & vide quæ s. obſeruo ver. l. hac edictali. & ver. nuptias ſecundas. idem.

Vxor ſi hæres vſufructuaria ad vitam inſtituatur, ac poſt mortem reſtitutione bonorum grauetur, non in hæreditatis proprietate, ſed in hæreditariorum bonorum vſufructu inſtituta hæres cenſetur, vt frequenter placitum aiunt Paul. de monte Pico. in l. Titia cum teſtamento. §. Titia cum nuberet. q. 26. & n. 79. ff. de leg. lib. 2. Car. Rui. conſ. 51. n. 15. & conſ. 54. n. 16. & n. 17. & conſ. 216. n. 21. lib. 2. idem.

Vxor putatiua, vt doctores loquuntur, hoc eſt, nomine tenus, & dotem & paraphernalia ob adulterium perinde amittit, ac vera & legitima quæuis vxor. commune ponit Fran. Viuius li. 1. opi. 447. & vide s. ver. Adultera, prædictis adde quòd vxor & dote, & coniugali ꝯſortio, ob oſculum modò, vel amplexum labitur, commune inquit Bello. & Franc. Viui. qui illum laudat d. opi. 447. ac Did. à Coua, qui verè longè aliud verius affirmat in tract. de ſponſ. 2. part. c. 7. §. 6. n. 3. qua etiam de re ſcribo s. verb. Oſculum. idem.

Vxor veſtes operoſas, vel precioſas, ac feſtiuas, vt ſermo eſt, à marito acceptas, dotis reſtituendæ tempore, aut reſtituere aut compenſare debet: viles autem, & quotidianas, atque etiam non vulgares, ſed in mariti, & ſuum honorem frequenter indui ſolitas, tanquam dono datas retinebit. commune inquiunt Porc. in §. eſt & aliud. nu. 5. inſtit. de don. Palat. Ruu. in rub. § 2. de don. inter vir. & vx. latè I. Cla. de donat. q. 10. verſi. ſucceſſiuè quæro. idem.

Vxor, vide quæ ſupra obſeruantur. verſic. Coniuges. idem.

Vxori facta iniuria, eiuſdem viro facta cenſetur. commune pronunciant Placa lib. 1. de delict. c. 6. n. 25. I. Cla. in pract. §. iniuria. ver. item iniuria. idem.

Vxori vel nobili, vel iuueni, in nobilitatis, aut iuuentutis præmium dos à marito conſtituta, aut dotis confeſſio eo nomine facta, non ſolùm valet, ſed etiam extra legem exceptionis non numeratæ dotis omnino eſt, vt commune interpretũ placitum conſtituo ex Iaſ. in l. diuortio. nu. 10. cum ſequ. ff. de ver. ob. Rip. in l. fœminæ. n. 35. C. de ſecund. nup. Palat. Ruu. in rub. §. 31. per totum. de donat. inter vir. & vxo. Zaſ. in l. ſi ita ſtipulatus fuero. in 6. §. vlt. ff. de verb. ob. And. Tira. de iure maritali, & affirmant receptum Cur. iu. conſ. 6. n. 20. I. Clar. de don. q. 9. ver. ſed pone. Franc. Viuius lib. 1. opin. 71. in fi. Atque hic in gratioſis mulierum fauoribus lubet huic impigro, ac fermè improbo labori finem imponere: quem, ſi vitã vlterius Deus optimus maximus annuerit, locupletare, luculentius digerere, atque illuſtrare non deſinemus, & ſi enim ex alio ſcribendi genere lõgè maiorem nominis ſplendorem, ac gloriam comparari agnoſcamus, tamẽ multo potior atque antiquior apud nos ſtudioſorum vtilitas eſt, quos ſemper diſcere ac docere maiorem in modum iterum atque iterum adhortamur, & noſtrum hunc animum æqui boni conſulere identidem obſecramus. E. Suarez.

vxor non poteſt ſine conſenſu mariti vel propinquorum, ſi ita in ſtatuto eſſet prouiſum, teſtari. Nam poteſtas teſtandi vni magis quàm alteri conceſſa, & declaratio qui teſtari poſſint, vel ne, dicitur de iure ciuili introducta, vt per Dy, & alios in c. indultum. de re. iu. in 6. vnde cùm ſtatuta in ciuitate quapiam dicantur ius ciuile. l. omnes populi. & ibi Bar. & alij doct. infertur ꝙ tale ſtatutum valere debeat, quaſi limitatiuum poteſtatis teſtandi mulierib. de iure communi conceſſæ. ita expreſsè affirmat Ang. de Peru. in §. prouinciarum. auth. vt factæ nouæ conſtitutiones. contrariam ſententiam multi alij doct. approbarunt Pau. de ca. in l. ex facto. n. 6. Fran. de Acoli. Arc. n. 7. Alc. de Imo. n. 14. ff. de vul. & pup. ſubſt. Et idem Alex. de iure ita reſpondit in conſ. 155. n. 6. ver. in tantum quod dicit Pau. de ca. in 2. lib. conſ. & in conſ. 55. nu. 8. ver. præterea. in lib. 1. conſ. & hanc eſſe veram & communem ſententiam inquit Iaſ. in d. l. ex facto. n. 9. licet ipſe ibidem contrariam ſententiam defendat. ver. ego teneo contrarium. Quam etiam Maria. Soc. iu. in pũcto iuris ſuſtineri poſſe arbitrat. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ver. 2. vbi ipſe à n. 3. ver. ex iſto textu, cũ n. ſeq. ff. de ver. obl. egregiè illam doctrinam explicat. Verùm hanc quæſtionem in vtramque partem multis adductis hinc inde argumẽtis & authoritatib. doc. latè & coploſè And. Tiraq. in tract. de legib. cõnub. in gl. 5. n. 94. ver. imò verò ſunt qui negant poſſe ſtatutum, cum ſeq. 95. 96. 97. & 98. & in gl. 8. n. 120. ver. & in eadem quoque ſententia proſequitur. Kirchouius.

Vxor tenetur alere virum bannitum de fructibus dotis, imò non ſufficientibus illis fructibus dotis, tenetur etiam ex bonis paraphernalibus illum alere. communem dicit Gigas de crimin. læſ. maieſta. quæſt. vigeſimaprima, numero quarto.

quidquid

quidquid dicat gloſſ. in l.ſi ſtipulata. in fi. verb. contra ſexus. ff.de donat.inter vir.& vxor.Clar. dicto libro quinto. §.final. quæſtione octuageſima ſecunda.ſtat.ſecundo, verſicul.finali. idem.

Vxorem verberare modò leuiter,& ex iuſta cauſa fiat,marito permittitur. communem dicit Alex. conſil. 115. num.4. lib. 5.Cla.d.lib. 5.§.fi.q. 56.verſ.poteſt etiam. P.Fichard.

Vxor non poteſt ſecundum marito ſuo relinquere de bonis ſuis vltra quàm relinquat vni ex liberis ex primo matrimonio genitis,l.hac edictali, C.de ſec.nupt.& ibi docto.ideò non valet legatum,quatenus vxor plus leget ſecundo coniugi,vt per Bal.conſ. 105. quædam domina. volu.2. Abb.conſ. 117.videtur primo,vol.2.Fulgo.conſ.97.Antonius tranſiens & Ale.conſ. 158.circa primum,vol.5.ſed ſi mulier moreretur abſque liberis,maritus ex ſecundo matrimo. tunc poſſet percipere duntaxat quantum percipit vnus ex filiis primi matrimonij ſecundum communem opinionem doct. quam allegat,& ſequitur Alex.conſ.144.nu.9.vol.5. F.Viuius libr.2. opin.319.

Vxor relicta à marito domina,& vſufructuaria inſtitutis filiis,ſi ipſis viuentibus habet ſolùm alimenta cum præeminentia in domo, quam habebat viuo marito, tamen, ſi filij decedant, efficitur de alimentaria vſufructuaria, vt eſt communis concluſio doct. maximè Bar.in l.Titia cum teſtamento.§.Titia,de leg.2. Et idem Barto.& alij in auth.hoc locum.C.ſi ſec. nup.mul.Hæc refert Soc.iu.in conſ.74. num.3.volum.4. E. Muſcul.

Vxoratus qui rem habuit cum ſoluta, non poteſt accuſari de adulterio.gl.in l.1.in verb.declarat. & ibi Bal. nu.3. C.ad l. Iul.de adul.Sal.in authent.ex complexu.C.de inceſt. & inutil. nup.l.ſi qua illuſtris.nu.4.C.ad S.C.Orfic.& in d.l.1.n.2.Alex. de imol.in conſ.129.ver.plus dicit.non procul à fine.conſi.in libro 1.Quoniam adulterium dicitur alieni thori violatio,& quaſi tranſitus ad alterius thorum, vel tranſitus thori vnius ad alterum.Vnde non eſt adulterium,ſi maritus aliquam ſolutam cognoſcit.Hoſt.in ſum.in tit.de adul.§. 1.quid ſit adulterium. Bart. Soc.in conſ.148.nu.3.& Bal.de Bartolinis in ſubſcriptione conſilij. num.8.in 1.vol.conſ. Propterea vxoratus non poteſt ratione illius delicti criminaliter, ſecundùm iuris ciuilis,diſpoſitionem,puniri.Ang. Aret.in §.nouiſſimè,nu.4. Inſti.de S.C.Orfic.Dec.conſ.311.n.1.& Bernhar. Vuurmbſerus in pract.Obſerua.lib.1.ſub titu. de matri.c.9.vxores duas habens quomodò puniatur.Et hanc indubitatam doc.ſententiam appellat Roland.à Valle,in conſ.74. num.12.in 1.Tom. conſ.De iure verò canonico coniugatus dicitur committere adulterium,etiam cognoſcendo ſolutam.c.nemo.c.dicat.32. q.4.Ita annotat Panor. ratione illius textus. in c.tranſmiſſæ.n. 5.extr.de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ. addit. in d.l.1.C.ad l.Iul.de adul.& Lancilotus Conrad.in ſuo prætorio & curia.breuiario.c.de adult.num.2.& 3. Kirchouius.

Vxores plures habens punitur pœna capitis. & eſt infamis, vt eſt communis opin. Clar.in §.fornicatio.ver.dicitur etiam. Bonacoſſ.

Vxor credens virum ſuum deceſſiſſe. qui longo tempore fuerat abſens,de cuius morte habuit certum nuntium, vel fama publica erat in loco,quòd deceſſerat,& alium in virum & maritum accipiat,non eſt adultera.vt eſt com.opi.Clar.§.fornicatio.verſ.ſed pone quòd mulier. Bonacoſſ.

Vxor tenetur redire ad virum ſuum ab hæreſi conuerſum, niſi effecta eſſet monacha, vel vellet effici facta tamen ſeparatione ab eccleſia prius, vt eſt com.opi. Clar.in §.hæreſis. verſ. item propter. idem.

Vxor, quæ eſt facta ſui iuris poſt adulterium commiſſum, poterit & debebit dote priuari,etiam ad inſtantiam mariti heredum. qui dum vixit hoc ignorauit. & ita in practica ſeruatur.Ruin.conſ.155.numero 1.in 4.vol.& no. quòd occidens vxorem,non poteſt illi ſuccedere, nec aliquod lucrum ex ſtatuto conſequi,& idem in quocunque alio interfectore.Deci. conſ.525.nu.1.& ſeq. idem.

Vxori illata iniuria, & eius viro cenſetur facta, vt eſt com. opi.Soarez ver.vxori.nu.121. idem.

Vxor tenetur alere virum bannitum de fructibus dotis,qui ſi non ſufficerent etiam ex bonis paraphernalibus,vt eſt communis opi.Clar.vbi ſuprà. idem.

vxor tranſiens ad ſecunda vota perdit legatum ſibi relictum, ſi caſtè vixerit. iaſ.in l.fi.C.de indic.viduita.tollen. Durans de arte teſtandi.tit.6.cautela.39. com.dicit,& ſi ex ſtatuto debet lucrari aliquid de bonis mariti, non compẽſatur cum legato ſibi facto à marito, vt eſt communis opi. Corraſius Miſcellaneorum. 3.c.1. de quo Io.Baptiſta Vezinus Toletanus in ſuo ærario communium opinionum litera V.opini.vlt. impreſſo 1550.Mindonij opera excuſſo in Compoſtella. idem.

Vxorem verberare leuiter & ex iuſta cauſa permittitur marito,vt eſt communis opi.Clar.q.55.ver.poteſt etiam. idem.

Vxor debet ali à viro, quando ipſa ſeorſum ab eo habitat eius culpa, quia eſt nimis ſæuus, & incomparabilis ſeu tenet concubinam,vt eſt com.opi.de qua Cur.iu.conſ.328.nu.7.& ſeq.vol.3.quando,ſ.ad eius inſtantiam fuit admonitus ab eius conſanguineis,vt concubinam dimitteret,& recuſauit relaxare.Aliàs ſi non præcedente tali admonitione,& interpellatione vxor diuertit à marito, non debet ali aliquo pacto, vt per eum.Saluo iure addendi. idem ſed pone.

Vxor relicta vſufr. conſequitur alimenta fauore filiorum, & ab extraneo integrum vſumfructum, & ſic extraneus ex perſona filiorum non conſequitur aliquod beneficium, teſte Bal.conſ.317. col.2. libr.2. idem vbi locus eſſet ſubſtitutioni extraneorum,Bal.conſ.318.eodem lib.& viueñ filiis vſusfructus non debetur,ſecus illis mortuis,teſte Caſt.conſ.417.col. 1.460.col.2.lib.2.218.lib.1.Alex. conſ.57.lib.3. Aufr.ad Capel.Toloſ.q.362.& ſic reſpectu diuerſarum perſonarum hoc ſtatutum reperitur, diuerſuſque ſucceden̄ modus ſeruatur,ideo mater binuta reſpectu filiorum eiuſdem matrimonij ſuccedit in vſufructu, reſpectu autem filiorum ex alio matrimonio in plena proprietate,l.fœmine §.illud.C.de ſec.nup.auth. ſi quis.C.eo.titu. vbi Bal.& Moder.in l.generaliter. C.eodem Boer.q.185.ad idem in fideicommiſſo iniuncto filio & extraneo: in perſona filij intelligitur ſi deceſſerit ſine filiis, ſecus in extraneo, l.generaliter §. cum autem C. de inſt. & ſubſtit. vbi Dec. num.105. Socy.in l.hæredes mei §. cum ita ff.ad trebel. gloſſ.in l.& ideo.ff.de legi.

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA